3 1761 07985933 6

HANDBOUND
AT THE
UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/deelegantiorilat00kete

8378
45

PHRASES LINGUAE LATINAE:

Ratioque obſervandorum eorum in auctoribus legendis, quæ præcipuam, ac ſingularem vim aut uſum habent.

ANTONIO SCHORO AUCTORE.

DE

ELEGANTIORI LATINITATE

COMPARANDA

SCRIPTORES SELECTI.

Acceſſerunt

INDEX IN HOS SCRIPTORES UNIVERSALIS

Opera & Studio

RICHARDI KETELII,

Et Præfatio utiliſſima de Ratione imitandi optimos Linguæ Latinæ Scriptores.



Proſtat AMSTELÆDAMI,
Apud R. & G. WETSTENIOS HFF.

MDCCXIII.

PA
2319
K5

10696

LECTORI

S. P. D.

REGIUS BAVARUS JCus.

VAgam & nullis legibus ligatam orationem non inepte mari comparaveris, quod interdum fluctibus tumidum eſt, interdum autem modicis undis fluit, interdum vero plana ſuperficie ſummam tranquillitatem mentitur: ita enim talis oratio modo magnifica verborum vi ſeſe effert, modo repit humi, nec intra debitos limites conſiſtit, niſi quum ſcribentis animus inſtar tranquilli maris nullo vento concitatur. Qui morbo laborat, jam tunc ſpem ſanitatis fovere poteſt, ſi cauſſas morbi noverit, nec ſpernat medicinam, quâ ſibi opus eſſe videt. Si autem, qui non ignorant quantum ſibi deſit ad bene & eleganter ſcribendum, vident nullam facile medicinam ſibi dari poſſe, niſi magno labore obſervaverint, quo pacto homines Romani tempore aureæ ætatis, quæ, quantum ad puritatem Linguæ Latinæ attinet, circumſcribitur ævo Auguſteo, fuerint locuti; neque enim cogitandum eſt quenquam emendatè poſſe ſcribere, niſi emendatè ſcribentes imitetur. Hinc naſcitur imitatio, in qua omnis Linguæ Latinæ cognitio conſiſtit, & perficitur, eâ enim ſublatâ tollitur magnum eruditionis inſtrumentum. Illud certe apud omnes conſtat, tanto melius ab noſtræ ætatis hominibus ſcribi, quanto propius ad Veterum illorum elegantiam acceſſerint: neque quiſquam perfectam Linguæ Latinæ notitiam ſperare poteſt, niſi eâ viâ, quam veteres muniviſſe certum eſt, & quæ unica patet ad veram ſermonis puri elegantiam, progrediatur.

Imitationem cum dico, nolim quiſquam mihi vitio vertat, ſi dixero magnos viros, qui de imitatione ſcripſerunt, poſt ſuam meſſem, nobis non exiguum ſpicilegium reliquiſſe, quia aut de Poëtica præſertim imitatione ſcripſerunt, aut magis tradant veteres in ſcribendo imi-

tandos eſſe, quam quo modo debeamus eos imitari, atque hinc oriuntur non niſi tenebræ, in quibus juvenes hæreant oportet, qui agnoſcunt quidem imitationem perneceſſariam eſſe, ſed tamen omnino coguntur ignorare imitandi rationem. Immo videas viros alioqui doctiſſimos hac in re cum pueris de ignorantia certare poſſe. Illi enim egregie ſibi placent, ſi phraſin poëticam in ſua ſcripta tranſtulerint, aut aliquid ex Cicerone ſumtum apponant verbis, aut ſuis, aut ex Apulejo aut Tertulliano ſumtis: quaſi vero tunc ſimus dicendi veteres imitari, quum doctus lector quamplurimos in ſcriptis noſtris agnoſcat pannos veteribus ablatos, qui ſi veniant ſua repetitum non diſſimiles avi Æſopiæ nos relicturi ſint. Quæ præterea quæſo dementia eſt orationem velle non diſſimilem facere mendici pallio, quod totum cujuſcunque generis pannis & coloribus conſtat, & nihil eximium habet, niſi forte illud ipſum, quod nihil habeat. Huic pallio tamen ſimilis eſt eorum oratio, qui omnem elegantiam ponunt in locis veterum corradendis, eaque in ſua ſcripta transferendis. Quid? quod eo modo ex uno eodemque Scriptore phraſes cujuſcunque generis non ubique rectè adhibeas, licet tota oratio reſpondeat genio illius Scriptoris. Neque enim perſuadere mihi patior, ut exemplo agamus, Longolium & alios, qui volunt haberi Ciceroniani, unquam rectè ſcripturos fuiſſe, niſi fuiſſent admoti tantis rebus, in quantis verſabatur ipſe Cicero. Quis enim Longolium hominem de plebe ferat dicentem *ſe multis & magnis negotiorum fluctibus obrui.* Et *eum civem Romanum eſſe*, de ſui temporis hominibus ſermo eſt, *qui tanti nominis dignitatem virtute animique magnitudine tueatur, & ſuſtineat.* Videor enim mihi ipſum Ciceronem audire loquentem in periculoſiſſimis Reip. rebus, non hominem ex ſola bene ſcribendi facultate gloriam captantem. Immo ipſe Cicero negligentius ſcribit in Epiſtolis ad Atticum quam in Orationibus aut aliis perpolitis operibus. Quod ſi igitur Ciceronis dictio (quod tamen virum diſertiſſimum conſilio feciſſe certum eſt) diverſa ſit in diverſis operibus, non poſſum adduci ut credam eundem ſatis habuiſſe, ſi caſtigate ſcriberet, plane neglectà rerum majeſtate aut dignitate; atque hinc patet non ſatis eſſe, ſi alicujus e Veteribus dictio exprimatur ad illius imitationem, niſi etiam res ſcribendæ ſint tantæ, quantæ erant res in quibus deſcribendis ea verba fuerunt

runt adhibita. Ut jam non dicam imitationem, quæ aliquot verbis ſimul ex aliquo Scriptore ſumtis fiat, potius furti, quam imitationis nomine eſſe vocandam.

Veteribus ipſis quid placuerit palam eſt in Terentio, Cicerone, Virgilio, & aliis quamplurimis, qui in Græcorum præſertim imitatione verſati fuerunt, atque inde non exiguam laudem promeruerunt. Illi enim non abjectam illam, non ſervilem, non odioſam imitationem amplexi ſunt, ſed illud conati ſunt, ut res, quibuscunque deſcribendis opus erat, ſimili modo ob oculos ponerent, quo illi fuiſſent poſituri, quos ſibi ſequendos propoſuerant, ſi uſus voluiſſet. Nemo, credo, melius vidit inter Latinos, qui Latinos imitati ſunt, quid ſit hoc modo alterius ſtylum effingere, quam Lactantius, qui, etiamſi Scriptor fuerit Chriſtianus, ita de rebus divinis ſcripſit, quomodo credibile eſt ipſum Ciceronem fuiſſe ſcripturum, ſi de iiſdem rebus illi diſputatio fuiſſet inſtituenda. Hanc imitationem haud immeritò dixeris maſculam, quum alia illa puerilis prorſus ſit, & nihil habeat præclarum, ſi voluntatem oſtentandi eruditionem exceperis, quæ nec ipſa laudabilis eſt. Illud igitur reſtat, ut videamus quomodo poſſimus nos componere ad præſtantiam Veterum, quæ res majus quum ſit, quam ut hoc loco tractari poſſit, ſufficiat dixiſſe nihil æque profuturum juveni imitationis alicujus e Veteribus cupido, quam ſi univerſum orationis corpus bene perſpiciat, & quomodo Scriptor ille fuerit adſecutus, quod ſibi in initio propoſuerat; quibus verbis id effecerit; quibus coloribus fuerit uſus in ornanda dictione; quibus denique partibus univerſum illud corpus conſtet; quomodo eæ partes cohæreant; immo quæ vis ſingulis vocibus inſit, ut ita in imitando non tam verba ſingula referantur, quam quidem ductus iſte, ut ita dicam, orationis nativus. Atque ita fiet, ut nemo agnoſcat quidquam niſi tuum in oratione tua, & mirabitur artificium, quod ignorat.

Res una videri poſſit juveni magnam difficultatem eſſe creatura, licet jam conſtiterit Veterum veſtigia premenda eſſe, atque nihil niſi Auctoris probi auctoritate munitum chartæ committendum; parum enim eſt ſcire optima quæque eſſe obſervanda, niſi ſcias quæ optima ſint, ſi vero ſciveris nulla opus eſt obſervatione, neque enim ideo obſerva-

 mus

mus aliquid, ut cumulemus exempla locutionum nobis jam notarum: & tamen juvenes, quorum aures nondum dignoſcere poſſunt, quid gratum auribus Latinis accidat, vident non difficulter quaſi penu aliquo opus eſſe, ex quo depromas, quæ antea in uſum ſepoſuiſti, verum neſciunt quid obſervatione dignum ſit, quid ut vulgatum nimis prætereundum. Ego certè memini me juvenem non raro vivos ungues roſiſſe, & in aliqua præclaræ orationis periodo hæſiſſe, ut aliquid ſcitu dignum inde auferrem, ſed ſæpe fruſtra; donec tandem inciderim in Obſervationes de elegantiori Latinitate, quales hic uno faſciculo collectæ exhibentur: tum enim cœpi videre quæ virtutes in ſcribendo amplectendæ, quæ vero vitandæ ſint, atque ita, quum cernerem, quid alii obſervaviſſent, tandem non ſine fructu bonos auctores verſare cœpi. Scio genus hoc Obſervationum a pleriſque contemni, ſed nihil mirum, ſi iis temporibus, in quibus omnes ferè diſciplinæ contemnuntur, quia earum utilitatem ex emolumento plerique homines metiuntur, etiam hæ Obſervationes contemnantur. Eo jam proceſſit barbaries, ut, ſi paucos excipias, quibus Linguæ Latinæ ſtudium cordi eſt, nemo fere reperiatur, qui aures Latinas habeat, & ſono dijudicare poſſit, ſi quid durius aures feriat. Quid igitur miramur, ſi perpauci ultra ſeculi genium ſapientes ad has delicias accedant? Si cum linguæ latinæ penitiori cognitione etiam Obſervationum hoc genus jaceat?

Aliter certè, aliter ſenſerunt ipſi veteres Romani, quorum quoſdam accepimus linguæ perpoliendæ ſtudio in Græciam, ea tum erat officina ingenuarum artium, profectos fuiſſe; & linguæ, cujus notitiam cum lacte materno ſuxerant, culturæ tantum temporis impendiſſe, quantum noſtræ juventuti vix ad diſcendas ſcientias conceditur. Atque utinam juventus ſola in hac parte peccaret; non pudet homines cum cano capite ita Latine ſcribere, ut merito dubites utrum unquam Latine didicerint, niſi quod videas Latinas voces, ſed patriæ linguæ fæce ita deformatas, ut fere iſtos homines credas ex obſcurorum Virorum diſciplina prodiiſſe.

Te, cuicunque latine ſcribendi ſtudium ſordet, rogo atque obteſtor, ut unum diem impendas in legendis Scholaſticorum nugis nugaciſſimis, ſi vero eæ tibi arriſerint, macte eſto virtute iſta tua, neque enim tibi tuam ſapientiam invidebo; ſin minus, ita tecum cogites velim, te abeſſe tantum a ſummorum virorum caſto & puro dicendi genere, quanto intervallo

vallo illi a tua dicendi copia & ubertate abſunt. Quid ſi igitur tu eodem modo debeas ludibrium viris doctis, quo illi tibi debent? Quid ſi docti etiam graviora vitia agnoſcant in oratione tua, quam tu in illorum Scholaſticorum dictione? Quicunque enim non plane barbarus eſt, ille non continuo numerandus eſt inter elegantes Scriptores. At forte videris tibi ſatis elegans, neque gravium vitiorum in dicendo accuſandus, non itidem mihi, non aliis, videris iis vitiis carere, quæ orationem efficiunt lutulentam: quicunque enim certam regulam ignorat, ad quam ſua exigat ſcripta, is profecto nimium felix eſt, ſi bene ſcribat, quod tamen vix fieri poteſt.

Videor forte quibuſdam fluctus in ſimpulo movere, ut vetus verbum habet, qui in re non magni momenti tantos motus excitem, ſed ſuſtineant iſti homines tamdiu judicium, donec mecum perpenderint in quanta mala hæc exigui momenti res illos ductura ſit, niſi mature proſpiciant. Galli, Itali, Germani, & quæcunque aliæ gentes, quæ certè quamplurimæ ſunt, Linguâ Latina delectantur, admiſcent fere barbariſmos aut ſaltem ſuæ gentis idiotiſmos, atque hinc Galli Latinitas videtur ridicula Germano, Germani Italo, & ita aliorum aliis, quum plerique non loquantur aut ſcribant Latinè, ſed abutantur linguâ patriâ latinis vocibus in neſcio quale portentum mutatâ. Nolo nunc ulcus iſtud fortius tangere, ne hominum vitia detegam, quæ gentium eſſe dixi; ſi tamen certum ſit, nihil deterius, nihil portentoſum dari magis Linguâ Latinâ barbaræ alicujus linguæ fæcibus deformata. Huic rei exemplum ſit, ſi Theologus, Juriſconſultus, aut quicunque demum alius, legerit libros Latinos ab hominibus non ſuæ gentis conſcriptos, nullo modo poteſt dicere à ſe omnia intelligi, quia fortean is, à quo perſcripti ſunt iſti libri, longe aliud mente concepit, quam voces adhibitæ indicant. Hinc ſæpe lites, hinc jurgia. Fingite autem viro docto evolvenda eſſe tam Germanorum, quam Italorum aut Gallorum ſcripta, vix eſt, ut poſſit ſe ab omni labe purum ſervare inter tot inquinata ſcripta; inde autem proficiſcuntur vitia ex aliis atque aliis mixta. Quod ſi igitur concedamus non magnam laudem habere puritatem Linguæ Latinæ, illud certè negari non poteſt, magnam turpitudinem accedere ſcriptis, quæ puro dicendi genere orba ſunt. Quantum igitur præſtat caſtam & Latinis auribus non ingratam dictionem amplecti, quæ ſimplex & vera eſt, nativo ſplendore eluceſcit, neque conſi-

ſtit

ſtit in verbis ad oſtentationem fictis, aut vocibus peſſimo exemplo compoſitis, ſed verbis apertis & vocibus ex media Latinitate ſumtis.

Ut igitur dicam quod res eſt, in ea ſum ſententia, omnes homines malo admodum exemplo parem errare errorem, qui Latinis quidem vocibus utuntur, ſed linguæ vernaculæ fæcibus depravatis, aut ita ſe ad unius Scriptoris mentem componunt, ut non dicendi ſint Latine ſcribere, ſed, quemadmodum animi gratia jam olim in Virgilii ſcriptis factitatum eſt, centones ex aliquo ſcriptore componere; quum ii demum rectè ſcribant & loquantur, qui non cum Cicerone, aut Cæſare loquuntur, niſi quatenus ex communi fonte, qui Latinitas dicitur, voces hauriant. Stultus ſim, ſi diffitear Ciceronem aut Cæſarem optime ſcripſiſſe, aut imitandos eſſe; verum ita eos ſequamur duces, ut alios non excludamus, aut hos credamus ſolos ſapere. Videmus ſcilicet unumquemque in aliis rebus ſuam ſequi indolem; in ſcribendo non licere dicemus, quod in aliis licet, & nihil reſtare, niſi ut nos ſimiis ſimiles eſſe velimus quam hominibus. Danda igitur eſt opera, ut intelligamus & amplectamur Latinitatem, quæ in optimo quoque ſcriptore elucet, & à vitioſis vocibus âbſtineamus, non quia hic aut ille abſtinuit, ſed propterea quod vitioſæ ſunt.

Supereſt igitur ſolum, ut diſcamus dignoſcere vocabula Auguſteo ævo propria, atque eorum inter ſe nexus; quæ res permagni laboris cum ſit, propter rationes antea allatas, non dubitandum eſt, quin magnam gratiam a nobis inierint, niſi ingrati eſſe velimus, aliquot ſcriptores, qui patrum & avorum memoriâ cœperunt obſervare, quibus partibus & vocibus perfecta conſtet oratio, quique nunc uno volumine ita comprehenſi ſunt, ut magnæ immo ſummæ utilitati eorum lectio futura ſit, ſi eos adhibeamus eo modo, quo decet.

Primus, qui hoc volumine nobis exhibetur eſt ANTONII SCHORI liber de Phraſibus Linguæ Latinæ, qui tanti factus eſt ſemper, ut ſæpius fuerit typis deſcriptus, poſtquam anno 1550. primum ex Hervagii typographia prodierat, & clariſſimorum hominum elogia meruerat. Morhoſius in Polyhiſtore virum vocat laude digniſſimum, quique primus incorruptam pandere viam ad Latinitatem veram aggreſſus eſt. Et ſine dubio magnam laudem meruit Schorus, qui ita verſatus fuit in libris Ciceronis, ut ex iis præſertim congereret, & in uſum publicum transferret quæcunque ſin-

ſingulari elegantiâ & a vulgi uſu remotâ apud eum ſcriptorem dicuntur, obſervata ferè & propriâ & tranſlatâ vocis ſignificatione, quo pateret uſus illius tam in ſimplici quam ornato dicendi genere. Immo Franciſcus Vaſſor vocat ejus præfationem ob egregie monſtratam e veteribus rationem obſervandi, merito auream, ſed dolendum eſt ejus librum de Particulis Linguæ Latinæ, de Arte jungendæ orationis, & alia quædam intercidiſſe, ex quibus quantum fructum homines ſtudioſi fuiſſent percepturi fidem facit liber de Phraſibus, qui hic exhibetur. Ut autem majorem ſtudioſis utilitatem afferret liber utiliſſimus, videbis hic phraſes Latinas in Belgicam, Gallicam, & Anglicam linguam converſas, quæ res ſane admodum neceſſaria fuit, propterea quod juvenes facilius multò percipiunt ex uno exemplo in patria lingua addito quid ſignificent verba Latina, quam ex pluribus, quæ ex Scriptore Latino addita ſunt. Videri autem poſſit nonnihil detrimenti paſſus eſſe liber, quem exhibemus, ſublatis numeris, quibus Schorus fuerat uſus ad indicandum loca ex ipſo Cicerone prolata, verum longe aliter ſeſe res habet, namque quum iis numeris indicarentur paginæ editionis Ciceronis, quæ ante ducentos ferè annos ex Aldi officina prodiit, & præterea parvo labore loca in Nizolii Theſauro poſſint reperiri, non videbamur pretium operæ facturi, ſi eos adderemus.

Sequitur hunc Hadrianus Cardinalis, qui eodem fere modo Latinitatem illuſtrare aggreſſus eſt, niſi quod præter Ciceronem etiam alios optimæ Latinitatis auctores in auxilium vocet, & non tam colligat loquendi genera huic aut illi peculiaria, quam quidem ex univerſis deſumta, quo non conſtituatur dictio Ciceroni, ſed ipſi Romæ fœcundiſſimæ tunc temporis ingeniorum matri, propria. An autem Cardinalis hic fuerit idem, qui poſtea Hadrianus Sextus Pontifex ſummus, non bene convenit inter doctos, quum quidam dicant eundem eſſe, quidam alium ſtatuant. Morhofius, vir cui paucos in hoc genere literarum Germania ſimiles tulit, aperte pronuntiat Hadrianum hunc eſſe eundem, qui poſtea ad Pontificatum ſummum evectus eſt, verum quum eodem tempore duo fuerint Cardinales nomine Hadriani, quorum alter Caroli Quinti præceptor fuit, qui antequam Pontificatu ſummo potiretur, nunquam in Italia fuit; alter vero conſcius fuit conjurationis in Leonem Decimum, non aliam ob cauſſam, niſi quod fatidica anus quædam illi prædixiſſet poſt Leonis mortem eccleſiæ præfuturum quendam nomine Hadrianum, qui obſcuro loco natus do-

ctrinâ

ctrinâ & morum integritate dignitatem in eccleſia ſummam meruerat; videtur ea res difficultate non carere. Immo, licet opus hoc inſcribatur Carolo Hiſpaniarum principi, ego tamen crediderim ſcriptum ab eo Hadriano, qui a Julio Secundo acerbiſſimis percuſſus edictis in Germanicis Rhætorum alpibus obſcura & ſordida peregrinatione delituit, quo tempore hunc librum videtur ſcripſiſſe. Defuncto mox Julio, ut jam diximus, conſcius fuit conjurationis in Leonem, a quo veniam quidem impetravit, ſed conſcientiæ ſtimulis actus dicitur clam Româ aufugiſſe, nec poſtea repertus eſſe. Multa ſunt, quæ me faciunt, ut credam Pontificem non eſſe auctorem hujus libri, ut enim taceam illum nunquam in Italia fuiſſe, hunc autem & in præfatione de *Bononiâ* loqui, & iter Julii ita deſcriptum eſſe, ut a comite & itineris ſocio, Geſnerus, qui iis temporibus proximus fuit, in Bibliotheca diſtinxit, & Pierius Valerianus, qui quatuordecim annos poſt ſcripſit, vocat illum *emunctiſſimæ Latinitatis auctorem.* Ita autem vero auctore homine infeliciſſimo detecto, non neceſſe eſt, ut multis prædicem libri utilitatem, cui ut vino vendibili hederâ non opus eſt, ubique puras, ubique optimorum ſcriptorum auctoritate fultas locutiones commendat, & id unicè operam dat, ut ſtudioſi Linguæ Latinæ diſcant non niſi optima quæque in uſum transferre.

Obſervationes Linguæ Latinæ GASPARIS SCIOPPII excipiunt Hadriani librum, & merito faciendæ ſunt tanti, quanti ipſe auctor dum viveret factus eſt in reparando Latinitatis purioris ſtudio; licet enim ob maledicendi libidinem, qua flagravit, non bene apud pleroſque audiat, nemo tamen ſanus negabit magnâ doctrinâ & perfecti judicii hominem fuiſſe. Immo multa noſtro tempore in cauſſis Linguæ Latinæ ignorarentur niſi Scioppius & ejus Præceptor Sanctius ſuppetias tuliſſent. Scripſerit verò in ipſum Ciceronem; ſtrinxerit calamum contra Gerh. Joh. Voſſium, cui viro debemus quotquot ſtudia literarum colimus; ſi pro veritate calamum ſtrinxit aut ſcripſit. Quid? quod ſub finem Animadverſionum in Voſſium patriæ ſuæ gratuletur de clariſſimo iſto lumine, & epigrammate hoc teſtatum faciat:

Ingens huic noſtro decus eſt Salmaſius ævo,
Nec minus ætatem hanc ornat ſapientia VoſsI,
His faſces quicunque ſapit ſubmiſerit ultro,
Quod facio ipſe lubens, ſæclique hæc lumina adoro,
Contentus didiciſſe, magis quæ ſcire neceſſe eſt,

Quæ-

Quæque meo poſſunt lectori afferre ſalutem,
Quæ neſcivíſſe & reges & perdidit urbes.

Nemo igitur dicat Scioppium eodem omnes habuiſſe loco, aut nemini pepeciſſe, quum non dubitandum ſit quin ipſe multa in literis egregia præſtiterit, & ab aliis præſtita eſſe agnoverit: Veluti exemplo ſunt hæ Obſervationes, quæ potiſſimum conſtant ex phraſibus Schori, ſed ita in epitomen redactis, ut aliud omnino opuſculum videri poſſit, nec ideo indignæ, quæ hoc loco denuo exhibeantur.

Egregii Juriſconſulti OBERTI GIFANII Obſervationes ſingulares meruerunt proximum locum, nec ſi tempore, etiam dignitate minores ſunt prioribus. Cauſſam editionis harum obſervationum, quas ſibi ſoli auctor ſcripſerat, inde profectam dicunt, quod Scioppius Ingolſtadii in interiorem amicitiam admiſſus fide non bona fuiſſet verſatus in Gifaniis ſcriptis, quæ clam abſtuliſſet, & cum pluribus poſtmodo communicaviſſet. Verum, ut ut ea res ſe habet, bene eſt quod has nacti ſumus obſervationes, cum tamen vix veriſimile fiat Scioppium tam furtificis manibus fuiſſe, ut virum optime de ſe meritum, & quocum deinde ſemper amicitiam coluit, hoc theſauro ſpoliaverit. Illud autem veriſſimum eſt, & inſpicienti patebit, obſervationes alias, quæ initium ſumunt paginâ 115. eaſdem planè eſſe, quæ ſub Scioppii nomine ſupra exhibitæ ſunt, quod quo pacto contigerit non dixero, quippe qui ſciam eas æque ſub Gifanii nomine ac ſub Scioppii quondam excuſas eſſe. Si tamen Scioppius iſtas obſervationes Gifanio clam ſublegerit, ea res teſtimonio eſſe poteſt ſua plerumque homines exempla pati; notum enim nimis eſt, quid Douza Pater in Satyris ſub nomine *Fannii* aut *Burani* de Gifanio ſcripſerit. Quemadmodum autem vidimus in ſcriptis Schori & Hadriani ea doceri, quæ elegantiſſime apud probatos auctores dicuntur, ita in his obſervationibus docemur reconditos ſignificatus tam dictionum quarundam, quam verborum. Selecti argumenti Diſſertationes aliquot ſequuntur obſervationes, quarum prima agit de Ratione diſcendarum Linguarum, ac præcipue quidem cauſſas perſequitur, quibus pueri in Scholis minus feliciter ad cognitionem Linguæ Latinæ perveniunt, & tandem meliori viâ munita pergit ad verba quædam cognatæ ſignificationis, quæ tamen ab optimis ſcriptoribus diſtinguuntur, ut eo exemplo doceamur quantum noſtra interſit, ut cognatarum vocum ſignificatus probe intelligamus, & in noſtros uſus convertamus. Diſſertatione ſecunda agitur de Reparatione Linguæ Latinæ, &

hæc potiſſimum in eo verſatur, ut oſtendat a quibus hominibus e tenebris, in quibus per plurimos annos jacuerat, fuerit eruta hæc Lingua & in uſum tam ſcribendi quam loquendi perducta. In altera hujus Diſſertationis parte diſputatur: Fueritne operæ pretium id facere, ut in veteres Poëtas, quod plerique ſe præſtitiſſe gloriantur, Commentarios ullos haberemus, atque eadem occaſione agitur de præcipuis, avorum ætate, viris, qui in Poëtis veteribus illuſtrandis cum laude verſati fuerunt. Pergit Giſanius, & alia Diſſertatione oſtendit eſſe quaſdam, ut regnorum, ita Literarum periodos fatales, & quidem, quod de Monarchiis autumant, quatuor, Hebræam videlicet, Græcam, Latinam, atque Europeam; quarum ultimam vocat, quæ ſumſit initium poſt Gothicam barbariem ex literis eliminatam. Ætates Linguæ Latinæ dicuntur eſſe quinque, ut numero conveniant cum quinque ætatibus Urbis, de his docemur in Diſſertatione ſequente, factâ comparatione Linguæ Latinæ cum hominis ætatibus variis: neque diſſimilis argumenti eſt ea, quæ huic ſubjecta eſt, Diſſertatio de Latino ſermone. Harum omnium Diſſertationum agmen claudit doctiſſima ſane Diſſertatio, quæ continet Apologiam pro Poëtis Latinis, atque contra Linguæ Latinæ obtrectatores id agit, ut præſertim Plautum præſtet tutum a cenſurâ Marulli & Criniti hominum doctorum quidem, ſed nimium in Plautinas fabulas iniquorum.

Francisci Vavassoris hominis longe eruditiſſimi Obſervationes de Vi & Uſu quorumdam verborum cum ſimplicium, tum conjunctorum excipiunt opuſcula Giſanii. Obſervationes hæ ita ſunt tranſpoſitæ, & ordine alphabetico collocatæ, ut magno cum fructu eas quis evolvere poſſit, quæ res, credo, auctorem ipſum delectaret, ſi in vivis eſſet, licet hoc modo quibuſdam videatur non parum dignitatis ſcripto alicui decedere. Quum enim hujuſmodi ſcripta eo potiſſimum conſilio in lucem prodeant, ut purius diſcamus loqui, multum incommodi videntur habere, ſi ita ſint evolvenda, ut ſingula inde excipiantur a ſtudioſo proficiendi in cognitione Latinitatis purioris, quod multo melius fit, ſi uno conſpectu, quaſi in tabulâ, eo ordine omnia exhibeantur, quem deberemus alioqui nobis ipſi conſtituere. De Vavaſſore ipſo, ut aliquid dicamus, poſtulat quidem inſtituti ratio, ſed cum quædam relata ſint ante obſervationes, de quibus agimus, ſuo loco ea poſſunt inſpici, & præterea viri ſummi maxima celebritas poſtulat potius nihil de eo dici, quam parum, ne videremur illius ſummis laudibus detrahere, ſi minus digne eum laudaremus.

Quem-

Quemadmodum autem in magna domo non ſatis eſt, ut ſingulæ partes laudabili modo ſint conſtitutæ, niſi etiam earum partium analogia, ut ita dicam, ſit ſumma, & aptis juncturis ita compoſita, ut ſimul voluptatem afferat, ſimul ob uſum eſſe neceſſaria judicetur; eodem prorſus modo in oratione ſe res habet, cujus partes licet ſingulæ ſint optimè conſtitutæ, exiguam tamen utilitatem afferunt, niſi junctæ fuerint tali ratione, ut per ſe & afferant aliquam elegantiam, & non exiguam in dicèndo ubertatem præſtent, quæ quanta in particulis ſit intelligetur tunc demum, quum aliquam orationis partem ſuſceperis variandam, & ad ſermonis ubertatem conſequendam in varias formas, eodem ſignificatu manente, mutaveris. Hæc enim res & immenſam utilitatem affert, & ita cogitationes vocibus variis inſtruit, ut inter utiliſſimas non ſolum, ſed & maxime neceſſarias numeranda ſit. Hoc quum viderent viri doctiſſimi illud conati ſunt omnibus viribus aſſequi, & aſſecutos fuiſſe quoſdam palam eſt, ut eleganti varietate flueret æqualis oratio, & ſuis coloribus ſeſe commendaret. In Græcis quantum Devarius & Vigerius hac in re præſtiterint nemo fere ignorat; in Latinis autem eâdem in re non minorem laudem meruerunt GODESCALCUS STEWECHIUS & HORATIUS TURSELLINUS uterque doctiſſimi & præſtantiſſimi viri, uterque aliis operibus clariſſimi; & Stewechius quidem eruditiſſimis Commentariis in Vegetium de Re militari; Turſellinus verò libris ſex de Vita Franciſci Xaverii, & aliis operibus nec paucis, nec ignobilibus.

Finem his omnibus imponit Index univerſalis in omnes Obſervationes, quo prima editio carebat, quique additus eſt ſecundæ editioni operâ *Richardi Ketelii* Conrectoris Scholæ Gaudanæ, nunc vero propter ſummam utilitatem repetitus.

Tantum erat, benevole Lector, quod te monendum duxi, tuum erit his Obſervationibus frui, quò & cultior evadat ſermo, & ſtylus elegantior, quæ duo, ut potes, ſi hinc comparaveris, magnam profecto gratiam debebis iis, qui non veriti ſunt ſumtus facere in Obſervationibus his, quæ antea diſperſæ erant, junctim edendis, ut unâ eâdemque opera haberi poſſint ſimul, quæ antea non niſi magno labore conquirebantur: ut jam taceam quantum utilitatis afferat, quod uno volumine, eâdem formæ magnitudine & iiſdem typis deſcriptas obſervationes poſſideas. Utere igitur iis eo animo, quo tibi offeruntur, id eſt eo, ut proſint omnibus purioris Latinitatis cupidis.

SERIES AUCTORUM.

I.
ANTONII SCHORI

Phraſes Linguæ Latinæ, ratioque Obſervandorum eorum in auctoribus legendis, quæ præcipuam ac ſingularem vim aut uſum habent.

II.
HADRIANUS CARDINALIS

De Sermone Latino, & modis Latine loquendi ad Carolum Hiſpaniarum Principem. Accedit ejuſdem Venatio, & Iter Julii II. Pontificis Romani.

III.
GASPARIS SCIOPPII

Obſervationes Linguæ Latinæ cum phraſium in Linguam Belgicam interpretatione.

IV.
OBERTI GIFANII

Obſervationes ſingulares in Linguam Latinam, in quibus ex abditiſſimo uſu politioris Latinitatis, dictionum, verborum, particularum ſignificatus plane reconditi eruuntur & explicantur.

Accedunt aliquot Diſſertationes ejuſdem Auctoris de Linguæ Latinæ reparatione, & aliis non abſimilibus argumentis.

V.
FRANCISCI VAVASSORIS

Obſervationes de vi & uſu verborum quorundam Latinorum cum ſimplicium, tum conjunctorum.

VI.
GODESCALCI STEWECHII

De Particulis Linguæ Latinæ Liber, in quo agitur de iis, quibus tanquam nervis, nodiſque orationis membra vinciuntur, & conſtringuntur.

VII.
HORATII TURSELLINI

De Particulis Latinæ orationis Libellus utiliſſimus, recognitus & locupletatus à M. Jacobo Thomaſio Lipſienſi.

PHRA-

DE PHRASIBUS LINGUAE LATINAE

ANTONIO SCHORO Auctore.

A vel AB

VUlgarem cognitionem & uſum omnino videtur fugere.

1. Latini hac præpoſitione idem ſignificarunt, quod voce *pro*, cui *contra* opponitur, præſertim cum ea quæ aut proſint alicui, aut in defenſionem ſint, exprimere velint. Quis enim de vulgo ſic loquitur? *Hoc à me facit*: quomodo elegantius multo id quod volumus reddis, quam ſi diceres, *hoc pro me eſt*, quod tamen Latinum eſt, & tritum ſatis. Sed varietatis cauſa non ſolum, *ab aliquo facere*: ſed, *cum aliquo facere*, [B. *met yemant houden, heulen: op yemants zijde weſen, voor yemant zijn.* G. être du parti de quelqu'un. A. *to hold with ſommen, to be of an others ſide.*] eodem ſenſu etiam Ciceronem efferre, obſervare licet. A quo itaque ſic purè & emendate loqui diſcamus:

Si Caſſius reſpondiſſet, idem ſentire, & ſecum facere Syllam. Cic. pro Sull.

Demoſthenes jam tum φιλιππίζων *Pythiam dicebat: id eſt, quaſi cum Philippo facere.* De Divi.

Defenſor autem aequitate nitatur: & ea cum ſecum faciat, non re, ſed depravatione verbi ſe urgeri queratur. Paradox.

Cum ille ſecum illos facere clamitabat. pro Plan.

Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur. Hy bekende dat de zin en meening van't Reglement op't Beſit gemaekt in faveur van my lag. *pro Cecin.*

Veritas cum hoc facit. pro Quin.

Populus cum illis facit. de Fini.

Ab aliquo ſtare.

Aut à ſe potius, quàm ab adverſariis ſtare. de Inven.

Stare à mendacio contra verum, [B. de leugen voorſpreeken. G. *Soûtenir, apuiér le menſonge.* *A.* to plaid in a falſe cauſe.] *ut nemo contra civium perditorum popularem dementiam à Senatu, & à bonorum cauſſa ſteterit conſtantius.* Cic. de In.

Stare à voluntate ſcriptoris. de Clar.

Stare à ſententia. de In.

Cum aliquo ſtare, συμπαρίστασθαί τινι.

Si quid de aequitate ea, quae cum adverſario ſtaret, derogaſſet. de In.

Non ſtantem cum iis, qui &c. de Fini.

Ab aliquo eſſe, μετά τινος εἶναι. *Iſo.*

Sed vide ne hoc totum Scævola ſit à me. de Ora.

*Qui ſunt ab ea * diſciplina.* Tuſc.

Locus communis à tranſlatione, & contra eum, qui tranſlationem inducit. de In.

Loci communes ſunt à teſtibus, contra teſtes: à quaeſtionibus, contra quaeſtiones: ab argumentis, contra argumenta: à rumoribus, contra rumores. ad Heren.

Habere ſecum aliquem.

Brutus videtur mihi & plebeculam urbanam, & (ſi fidem fecerit) etiam bonos ſecum habiturus. Atti.

Hoc modo non eſt contra me, ſed maximè meam cauſam, defenſionemque confirmat. pro Clu.

2. Ab aliquo ſolvere, repræſentare, dare, numerare [B. *door een ander betalen, een aſſigna-*

tie op yemant geven, *yemant gelt beſchikken op een anders Comptoir.* G. paier par les main d'un autre, par reſcription. A. *to pay by an other*, *with an aſsignation upon a marchand or other man*] dicebant Latini, cum ſignificare vellent, non ipſum debitorem, ſed alium ejus nomine creditori pecuniam numerare: quod noſtri homines, non Romano, ſed ſuo more proferunt his modis: Alicui ſatisfacere per aliquem, Alicui ſolvere alicujus nomine.

Frater laborat, *ut tibi quod debet ab Egnatio*, *ſolvat.* Ad Att.

Hac emptione facta, *pecunia ſolvitur à Cæſenna.* Pro Cecin.

Homines non modo recuſare, *ſed etiam hoc dicere*, *ſe à me ſolvere.* Att.

Sinite me, *quod vobis fretus*, *huic ſæpe promiſi*, *id a vobis ei perſolvere.* Cic.

Ab Aulo Servilio dicit ſe dediſſe, *& à ſuis fratribus.* Pro Flac.

Quod enim Prætori dare conſueſſent, *quoniam ego non acceperam*, *ſe à me quodammodo dare.* Att.

Reliquæ pecuniæ uſuram Silio pendemus, *dum à Faberio repræſentabimus.* At.

Si Praetor dedit, *à Quaeſtore numeravit*, *Quaeſtor à menſâ publicâ*, *menſa aut ex vectigali*, *aut ex* * *tributo.* pro Flacc.

Sumptum haurit ex ærario, *ſuppeditat a ſociis.* Contra Rull.

Miſimus, *qui ab illo pecuniam depoſitam noſtris recuperarent.* Contr. Rull.

3. Sic firmus, paratus, imparatus, inſtructus, inops, nudus, ſolitudo, invictus, impunitas ab aliquâ re dixerunt veteres: quas locutiones cum noſtri homines ignorent, invexerunt novas in linguam Latinam: ut, Quantum pertinet ad equitatum, ſumus valde firmi, valde inſtructi, [B. *ſterk*, *voorſien.* G. bien muni, bien pourvû. A. *ſtrongh and wel prepared with men*] quod Latini ſic protulerunt:

Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur. Cice. Epiſt.

Paratus ab exercitu. Cic. Ep.

Sumus flagitioſe imparati, *cum à militibus*, *tum à pecunia.* At.

Ille Græcus ab omni laude felicior. (B. Die Griek was uitmuntender in alle ſchoone gaven. G. *Ce Grec excelloit en toutes ſortes de beaux dons.* A. This Greek was accompliſhed in all perfections.) de Cla.

Mediocriter a natura inſtructus. de Cla.

Nudus a propinquis, *nulla cognatione munitus.* de Clar.

Tam inops eram ab amicis, *tam nuda reſp. a Magiſtratibus.* pro Dom.

Inops ab amicis. Att.

Tum erat ab oratoribus quædam in foro ſolitudo. (B wat de advocaten op de Roll belangt, die waren doe ſeer dun gezaeit. G. *quant aux avocats*, *ils eſtoient cler ſemes au barreau.* A. Al the good advocats, that belong to the law, were thin ſowed). *de Cla.*

Nunquam à cauſſis & judiciis diſtrictior fui. ad Q. Fr.

Qui invictum ſe à labore praeſtiterit. Off.

Quorum impunitas fuit non modo a judicio, *ſed etiam a ſermone*, pro R. P.

Nil tibi a me defuit. pro Mur.

Tibi, *o T. Anni*, *nullum a me amoris*, *nullum ſtudii*, *nullum pietatis officium defuit.* pro Mil.

ABDICO.

Uſi ſunt priſci Romani tam ornatè, quàm propriè, hoc verbo, cum ſignificare vellent, aliquem magiſtratum, aut munus ſuum deponere: quod vulgus nunc potius effert per, Tradere ſuum imperium, magiſtratum, aut munus alii: hoc enim propius ad vernaculam linguam accedit.

Magiſtratu ſe abdicare. De Div.

Antonius eo die non modo conſulatu, *ſed etiam libertate ſe abdicavit.* I. Anto.

Abdicare ſe prætura. in Cat.

Abdicare ſe tutelâ. (B. ſig ontſlaen van de voogdyſchap, de ſelve neerleggen. G. *Se deſiſter*, *ſe decharger de tutelle.* A. to free himſelf from al gardianſchip.) *Att.*

ABDO.

Quam obſcurata ſit Latini ſermonis integritas,

tat; cum multa alia, tum hoc verbum declarat. Quotuſquiſque enim nunc eſt, qui cum * accuſativo jungit? Vix tamen aliter uſum Ciceronem invenias, à quo igitur licet ſic loqui diſcas. ut:

Ille ſe in interiorem partem aedium abdidit. Ad Att.

Itaque abdidit ſe in intimam Macedoniam. [hoc eſt, *profectus eſt in mediam regionem*] Epiſt.

Abdo me in bibliothecam. Epiſt.

Et ſeſe abdiderit in claſſem. Epiſt.

Natura eas partes texit atque abdidit, h. e. *occultavit.* Off.

Neque me in Arpinum hoc tempore abdam. De Offic.

Cum ſe ille fugiens in ſcalarum tenebras abdidiſſet. pro Mil.

Si qui litteris ita ſe abdiderunt (hoc eſt, *ita ſtudent*. Pro Arch.

Qui luci ediderat genitor Saturnius, idem abdidit (h. e. *occidit, extinxit*) de Div.

Is domum ſe abdidit. h. e. *domum ivit.*

A B D U C O.

Vulgus videtur omnino ignorare uſum hujus verbi, cum nimis religioſe ſe ſimplici adſtringat: quaſi ſolum ad animata moventia ſeſe referretur, & ſignificaret Ducere aliquem ab aliquo ad aliquem locum: cum Cicero toties, & alii Romanae puritatis periti, pro *avertere*, *amovere*, uſurparint, animo, ſenſibus, & ſimilibus attribuerint.

Abducere cogitationem à conſuetudine. Tuſc.

Aciem mentis à conſuetudine oculorum. de Nat. (B. Zijn gedachten van het uiterlijk geſicht aftrekken. G. *ne penſer plus à la vuë exterieure.* A. to take his thaughts from outward things).

Animum à cogitationibus.

Animum à ſollicitudine, (B. de ſorge uit het hart ſtellen. G. *chaſſér le ſouci du cœur.* A. to ſet the care from his heart.) *Epiſt.*

Animos à defenſione. de Ora.

Aliquem à meretricio quaeſtu. [B. yemant het vuil gewin tegen maken] pro Quin. & in Anto.

Se ab angoribus & moleſtiis. Epiſt.

Servum ab aliquo. pro Deiot.

Diſcipulum à doctore. de Ora.

A religione artem abducere ad quaeſtum. de D. (B. De Godsdienſt in kleinachting brengen door baetſoeckery. G. *Rendre la Religion odieuſe par intereſt.* A. to bring Gods worship in diseſtim through avarice.)

A B E O.

1. Eleganter attribuitur hoc verbum & aliis rebus motum non ſignificantibus, cum uſurpatur pro eo quod nos dicimus, Deſinere, deſiſtere, aut ceſſare. *ut*,

Nauſea jam plane abiit. Att.

De loco quidem, nunc abiit peſtilentia. Epiſt.

Illa mea, quae ſolebas antea laudare, ô hominem facilem, ô hoſpitem non gravem, abierunt. Epiſt.

2. Singularem quandam ſignificationem habet hoc verbum, cum Latini utuntur pro accedere, aut ut vulgo loquuntur; Demittere ſe ad vulgi opinionem, ad ineptias, *ut*,

Abire ad vulgi opinionem. Off.

Quid ad iſtas ineptias abis, inquies. pro S. R.

3. Sic *longè abire* Latini, quod alio modo dicitur, *alte repetere*, aut ut Barbari dicunt, petere aut ſumere aliquid à longinquo, remotiora exempla petere. *ut*,

Audi, ne longè abeam, (B. om niet verre te gaen. G. *pour couper court.* A. to be ſchort.) *moriens quid dicat Epicurus.* P. I.

Multos nominatim proferre poſſum, ne longius abeam; vel tribules, vel vicinos meos. O. I.

Ut ne longius abeam; declarat iſta aſcriptio eſſe aliquid. O. I.

Non longè abieris: nam jus civile veſtrum ex libris cognoſci poteſt. Ep.

4. Latini quoque ſolent hoc verbo uti, cum ſignificare vellent, ea quae commota ſunt, non permanſura in eo ſtatu, aut ut vulgus loquitur: Non hæc ita tranſibunt, to plus de hac re audies. *ut*,

Non poterit ſic abire. P. I.

Ad ſummum, non poſſunt iſthaec ſic abire. A.

Mirabar, ſi hoc ſic abiret. Teren.

Non hoc tibi ſic abibit.

5. *Abire à ſenſibus*, *Abire* [gy ſult daar ſoo niet at komen] *ab homine.* pro diſ-

diſcedere, & aliò tranſire. *ut*,

Sed ab eo à ſenſibus, quid eſt quod ratione percipi poſſit?

Sed ab hoc parumper abeamus, [*h. e.* de illo taceamus] *quandoquidem de genere, non de homine quærimus.*

6. Significatur etiam hoc verbo, defungi aut abdicare ſe magiſtratu, deponere magiſtratum. *ut*,

Abire magiſtratu. Epiſt.

Abire conſulatu. At. (B. Burgermeeſter afgaen. G. *Sortir de charge de Magiſtrat.* A. to lay a ſide his Burgemeeſterſhip.)

7. *A jure non abire*: pro, non diſcedere à jure. Ita dicimus *Abire ab emptione aliqua:* quod vulgò dicitur, non tenere emptionem aliquam, non habere pro rata. (B. *ſich niet houden aen de koop.* G. *ſe repertir, ſe dedire du marché.* A. he wil not ſtand to his bergain.)

8. Male precabantur quoque veteres Latini hoc verbo alicui. *ut*,

Abi in malam crucem. Teren.

Quin tu abis in malam peſtem, malumque cruciatum. In Anto.

Pro his Latinis germanicolatini dicunt, I. *ad patibulum: I, quòd peſtis, aut ignis Sancti Antonii, aut ſimile te perdat.*

ABHINC.

Neque vim, neque uſum noſtræ ætatis homines ii intelligunt, qui futuro tempori quoque attribuunt, ſemperque cum ablativo jungunt. Cum Cicero ſemper ea voce & tempus præteritum notet, & tam accuſativo, quàm ablativo conjungat. *ut*,

Quæſtor Cn. Papirio conſuli fuiſti abhinc annos quatuordecim. In Ver.

Etenim ſi Cn. Pompeius abhinc annos quingentos fuiſſet. pro Cor.

Soſippus & Epicrates, fratres ſunt Agyrinenſes, horum pater abhinc duo & viginti annos eſt mortuus. In Verr.

Abhinc annos prope viginti, negavi poſſe mortem immaturam eſſ. conſulari. in Ant.

Repromittis tu abhinc triennium. pro Quint. R.

Demoſthenes fuit abhinc annos prope trecentos. de Divi. (B. Voor, over 300 jaren. G. *Il y a plus de 300 ans.* A. above 300 years agoe.

Cum Ablativo.

Roſcius cum Flavio pro ſocietate decidit abhinc annis quindecim. pro Q. Roſ.

Herodotus offendit eum menſem comitialem, comitiis jam abhinc triginta diebus habitis. In Ver.

Gratum feciſſe, quod pro Cornificio me abhinc amplius annis. 25. *ſpopondiſſe dicit Flavius.* At.

ABIJCIO, (B. verachten, laten varen. G. *mepriſer, abandonnér.* A. te deſpice, abandon)

Veteres illi Latini, quos non ſatis laudare poſſumus, præcipue adhibuerunt hoc verbum, cum vel contemptum, vel deſperationem ſignificare vellent, hoc pacto. *ut*,

Famam ingenii abjicere. Epiſt.

Abijcere ſpem alicujus rei. in Ver.

Abijcere voluntatem diſcendi, ſimul cum ſpe diſcendi [*h. e.* contemnere literas, quia deſperatur de ſucceſſu] de Orator.

Omnem curam de reipub. cogitationem de dicenda ſententia, commendationem cauſarum abjicere. Epiſt.

Abjicere conſilium profectionis. (B. ſcheyden uit de reis. G. *rompre le voyage.* A. to deſiſt from his journy.) Att.

Haſtas abjicere, pro deſperare. pro Mur. Sic abjicere cogitationes in rem humilem, pro res parvas & leves cogitare. *ut*,

Abjicere ſuas cogitationes in rem tam humilem. de Am.

Abjectus, contemptus, vulgaris, humilis, (B. ſlecht, gering. G. *abject, vil.* A. a poor ſlide, traid.) vulgatum non ſatis eſt. *ut*,

Non quòd illi cauſam pecuniæ publicæ contemptam & abjectam putarent. pro Clu.

Senatum abjectum excitavi. At.

Cum ipſi inter nos abjecti neglectique ſumus. de Finib.

Verba non abjecta, res compoſitæ diligenter. de Clar.

Exanimata uxor, abjecta metu filia. I. C.

Hic abjectus non tam ad pedes, quàm mores ſenſuſque noſtros. pro Cæl.

Sæpe

Sæpe in quibuſdam eſt animus abjectior, & ſpes amplificandæ fortunæ fractior. Am.
Sum animo perculſo, & abjecto. At.
Homo contemtus & abjectus. contra Rul.
Deſertus & abjectus. Epiſt.
Humilis & abjectus. de Finib.
Abjectus & ſemivivus. 1. P.
Comicorum ſenarii abjecti. Or.
Summiſſus & abjectus.) (*ſe efferens.* Off.

ABJUDICO, (B. ontwijſen. G. *depoſseder.* A. give away by judgement.

Hujus verbi non eſt valde abdita & retruſa ſignificandi vis. Sed à multis nunc negligitur & ignoratur. *ut,*

Abjudicare aliquid ab aliquo.

Nulla res cujuſquam tam patria atque avita fuit, quæ non ab eo imperio iſtius abjudicaretur. in Verr.

Tanta pernicies fortunis omnium non poteſt accidere, quàm opinione populi Romani rationem veritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abjudicari. in Verr.

Rullus judicabit Alexandriam regis eſſe: à populo Romano abjudicabit. contra Rull.

ABJURO. (B. voor 't gerecht ſweeren datmen niet ſchuldig is. G. *faire ſerment en juſtice quel'on ne doit rien.* A. t'ſwear before the juſtices that I am not debter to him.)

Perjurio nego quod debeo. Quod verbum cum vulgus ignoret, dicit jurare ſe non debere, juramentum præſtare.

Mihi abjurare certius eſt quam dependere. At.
Abjurare creditum. Plaut.
Pecuniam in jure abjurare. idem.

ABROGO.

Verbi hujus vis & uſus prorſus nunc ignoratur vulgo:

1. Quis enim eſt, qui eo utitur, cum ſignificare velit, rogando autoritatem alicui detrahere? aut ſolum autoritatem alicui detrahere? nam cum imperiti ſignificare velint magiſtratus autoritatem alicui detrahere, dicunt: *Deponere aliquem de officio, de magiſtratu,* quod barbarum eſt.

2. Pro, *Legi, aut legem abrogare*, recentiores dixerunt *abolere legem*: ſic *abolere fidem.* Cicero verò, & alii ſuæ ætatis autores, abrogare: quod exempla comprobabunt.

Si tibi magiſtratum abrogaſſet, minore ignominia te affeciſſet in Ver.
Brutus collegæ ſuo imperium abrogavit. de Cla.
Qui collegæ magiſtratum per ſeditionem abrogavit. pro Mil.
Cato legem promulgavit de imperio Lentuli abrogando. Qu. Fr.
Eique imperium eſt abrogatum. (B. men heeft hem afgeſet van zijn bevel-hebbers ampt. G. *on luy a ôté tout commandement.* A. men have ſet of, or decharged him from his office.) pro Dom.

Legem, aut legi abrogare, (B. een wet afſchaffen, G. *abolir, caſſer une loix.* A. to make null the law.)

M. Octavius legem Semproniam frumentariam populi frequentis ſuffragiis abrogavit. de Cla.
Abrogare legem, * *derogare aliquid de lege, & commutare legem.* de In.
Lex illa neque tolli neq; abrogari poteſt. de Leg.
Eas tu leges rogabis, videlicet quæ nunquam abrogentur? ibid.
Cum lex abrogatur, id ipſum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat. At.
Cui legi abrogatum, vel derogatum ſit. ad Her.

Poteſtatem, (B. *de macht benemen:* G. ôter tout pouvoir. A. *to take the power.*) fidem abrogare. (B. *Leugenagtig, ongeloofwaerdig maken.* G. rendre incroyable ou fabuleux. A. *to make ſommen Liers.*)

Gracchus poteſtatem intercedendi collegæ abrogavit. de Leg.
Si tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem jurisjurandi, pro Qu. R.
Aequaliter omnibus abrogatur fides. Aca.
Quæ res fidem abrogat orationi. ad Her.
Abrogare fidem famæ. ad Her.

ABSTINENTIA, (B. *getrouwheid.* G. fidelité. A. *fidelity.*)

Multi hoc nomine ea efferunt, quæ Con-

tinentia ſignificat: nimirum temperantiam in voluptatibus, ſed ineptè valde. Nam abſtinentia iis tantum tribuitur, qui manus ab alienis abſtinent: cui Rapacitas opponitur.

Nulla autem re conciliare facilius benevolentiam multitudinis poſſunt ii, qui reipublicæ præſunt, quàm abſtinentia & continentia (B. *gerechtigheid en kuisheid.* G. Juſtice & chateté. A. *righteousneſs and chaſtity.*) Off.

Sic in provincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, ut nullus teruncius inſumatur in quenquam. Att.

Juſtitia, abſtinentia, clementia tui Ciceronis reviviſcunt. Att.

Nunc denique incipiunt credere fuiſſe homines Romanos hac quondam abſtinentia. pro Pom.

Traducere munus extraordinarium ſumma abſtinentia (B. *ſonder een duit te ſteelen.* G. Sans faire tort d'un denier. A. *without ſtealing of one farding.*) Att.

Poſſum multa dicere de provinciali ejus in eo magiſtratu abſtinentia. pro Seſt.

ABSTINEO.

Latius multo patet quam abſtinentia. Ex quo intelligimus, Latine diſcere nihil fere eſſe, niſi obſervare quemadmodum optimi autores ſunt locuti. Operæ precium igitur eſt varium uſum hujus verbi videre, nam & ablativo ſine præpoſitione, & cum præpoſitione, & omiſſo aliquando accuſativo *Se*, aliquando addito, jungitur. [*Sed ſynonymum* cohibere* *ſolum accuſativum poſcit.*]

Imperatorem debere cohibere manus, oculos, animum à conjugibus, a liberis, ab auro, gazaque regia. pro Pom.

Domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates; noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere. de Or.

Manus abſtinere ab alienis pecuniis. in Verrem.

Qui cum in convivium veniſſet, ſi quicquam cælati aſpexerat, manum abſtinere [*B. zijn handen't huis houden.* G. ne toucher à rien. *A. to keep his hand ſtil*] *non poterat.* in Ver.

-- *Confugis ad phyſicos eos qui maxime in Academia irridentur: à quibus ne tu quidem jam te abſtinebis.* Acad.

Quid auctoritas noſtra, qui à cæteris conjurationis cauſis abſtinuimus. pro Syl.

Abſtineant in hoc judicio manus, [B. laten zy hier wachten in dit gericht voor gewelt. G. *qu'ils ſe gardent bien de faire violence en ce jugement.* A let them waith for ſom trouble in this proces] *animoſque ab hoc ſcelere nefario.* in Ver.

Poſtulatur ab omnibus, ut ab iis ſe abſtineant maxime vitiis, in quibus alterum reprehenderunt. in Ver.

Ab obſcœnis voluptatibus abſtinere, [ſich onthouden van vuile luſten] *minime difficile eſt.* Tuſ.

Homines tenebras & ſolitudinem nacti, nullo dedecore ſe abſtinent. De Fin.

Jurgiis & litibus abſtinere. de Div.

Maledicto, aut maledictis abſtinere. in Att.

Faba quidem Pythagorei utiq; abſtinuere.* de Div.

Conſilium eſt, ſuffocare urbem & Italiam fame: deinde agros vaſtare, urere, pecuniis locupletum non abſtinere. Att.

Manus abſtinere ab aliquo: pro, non percutere, & occidere aliquem.

Nihil ægrius factum eſt multo labore meo; quam ut manus ab illo appellatore abſtinerentur. in Ver.

Vix homines manus à te abſtinere poſſunt. pro Seſt.

Alexander cum interemiſſet Clytum familiarem ſuum, vix à ſe manus abſtinuit, tanta vis fuit pœnitendi. Tuſc.

Quòd me ad vitam vocas, unum efficis, ut à me manus abſtineam. [B. *dat ik de handen niet legge aen mijn ſelfs, of my ſelve om hals brenge.* G. que je ne veus point atenter à ma vie. A. *that I ſhal not kill my ſelf,* or *lay the hands on my ſelf.*] At

ABSUM.

Variis & multis rebus conjungitur. Quæ vero minus in uſu & ore vulgi ſunt, ea tantum conquiremus & eligemus.

1. Primum propius abeſſe locum, aut tempus aliquod, quid ſit, ii ignorant qui dicunt: *Propius, aut propior eſt Spira Heydelbergam, quoque Wormacia, aut, propinquior eſt.* Cicero vero ſic eſt locutus:

In his locis, quæ à Brundiſio abſunt propius quam tu [B. die nader by Brundiſio leggen als

ais gy. G. *qui ſont plus proche de Brundiſio que vous.* A. theſe places are nearer to Brundiſio than you.] *biduum aut triduum nihil auditur novi.* Att.

Tum illam manum mihi cura ut præſtes: quoniam propius abes. At.

Propius a morte abeſſe [B. dicht by ſijn dood weſen. G. *avoir un pied dans la foſſe.* A. to be near death.] *Cic.*

Antiquitas, quæ quo propius aberat ab ortu, & divina progenie, hoc melius ea cernebat. Tuſ.

2. *Abeſſe aliquid* (pro deſiderari, requiri) & aliquem abeſſe alicui homini (cui opponitur adeſſe, defendere) pervulgata non ſunt.

Craſſum hic volebat imitari: Cotta malebat Antonium: ſed ab hoc vis aberat Antonii, Craſſi ab illo lepos. paulo poſt *iſtis cum ſummi eſſent oratores, duæ res maximæ, altera alteri defuit,* de Or.

Cum immolare quiſpiam velit, tum fieri extorum mutationē, ut aut abſit aliquid, aut ſuperſit. de Div.

Neque enim eſt quicquam aliud præter mundum, cui nihil abſit, quodque undique aptum, perfectum, expletumque ſit omnibus numeris. de N.

Quid enim abeſt huic homini, quod ſi adeſſet, jure hoc tribui & concedi putaremus? pro Cæl.

Quid huic abeſt, niſi res & virtus? [B. wat ontbreekt hem anders als goed en deugt? G. *que lui manque-t-il, si non du bien & de la vertu?* A. al that he wanteth is goods and virtue.] *de Or.*

Quamobrem quid eſt quòd mirere, ſi cum iiſdem in hac cauſa vides adeſſe, cum quibus in cæteris intelligis abfuiſſe? pro Syl.

Mirari deſinat Torquatus, me qui Autronio abfuerim, [h. e. *qui Autronium deſerui, non defendi*] *Syllam defendere.* pro Syl.

Quæ ablata dixi, præſcripta erant hoc modo: Quod ex æde Minervę hoc & illud abeſſet, quod ex ęde Jovis, quod ex ęde Liberi, paulo poſt.

Petiverunt ut ſibi ignoſceretur, quod hę res abeſſent. in Ver.

Omnia genera animalium complexu teneat oportet, ut ex eodem ne quid absit. de Uni.

Vulgus quid absit à perfecto, fere non ex toto intelligit. de Off.

3. *Aliquem abeſſe ab aliqua re,* pro alienum & disjunctum eſſe, & abhorrere, ne à vitiis, à virtutibus, quia ſatis percrebuiſſe puto, exemplis non declarabo. Sed, *Non poteſt abeſſe quin*, pervulgatum non eſt. iis enim verbis ſignificabant Latini, quod noſtra lingua dicimus, [B. *'t kan niet miſſen, het ſcheelt niet een hair, of.* G. il ne peut manquer. il ne s'en faut rien que. A. *it can not fail, but.*] quod cum vulgus ignoret, quomodo recte Latine dicatur, à Cicerone id diſcat.

Abeſſe non poteſt, quin ejuſdem hominis ſit probos improbare, qui improbos probet. Orat.

Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. At.

Aberit non longe: quin hoc à me decernivelit. At.

4. *Tantum abeſt, ut.* Prorſus nunc ignoratur, quemadmodum Romani illi veteres hoc genere loquendi ſint uſi. Idcirco longe aliter vulgus nunc ea quæ olim per *Tantum abeſt ut*, proferre conſuevit. Uſum igitur verum quiſque ab ipſo Cicerone diſcat, ſeſeque ipſe emendet: primum animadvertat quomodo bis *Ut* conjunxerit, cum *Tantum abeſt.* nam aliquando alterum omittitur. Sed altero *Ut* contrarium ferè antecedentis redditur.

Tantum abeſt ut libertatis inimicos ornem, ut effici non poſſit, quin eos tam oderim, quàm rempub. diligo. in A.

Tantum abeſt, ut aliquam bonam gratiam mihi queſiſſe videar, ut multas etiam ſimultates intelligam me ſuſcepiſſe. [B. ſoo verre is't daer van daen, dat ik eenige gunſt voor my moet ſchijnen bejaegt te hebben, dat ik ter contrarie bemerke veel vyanden gemaekt te hebben. G. *Lien loin de là, qu'il ſemble que j'aye cherché quelque faveur pour moy, qu'au contraire je remarque que je me ſuis fait beaucoup d'ennemis.* A. So far is it from thence, that i think, i am quit of favour, for i find, i have many enemys.] *pro Clu.*

Tantum abeſt ut id conſentaneum eſſet, ut maximè etiam repugnaret. At.

Is enim qui occultus & tectus dicitur, tantum abeſt ut ſe indicet, perficiet etiam ut dolere alterius improbe facto videatur. de Fin.

Tantum abeſt ut malum mors sit, ut verear ne homini nihil ſit non in malum aliud certè, ſed

nihil

nihil bonum aliud potius. Tuſ.

At philoſophia quidem tantum abeſt, ut perinde ac de hominum vita eſt merita, laudetur, à pleriſque neglecta, à multis etiam vituperetur. Tuſ.

Tantum abeſt ut ſcribi contra nos nolimus, ut id etiam maximè optemus. Tuſ.

Tantum abeſt ut hæc beſtiarum cauſa parata ſint, ut ipſas beſtias hominum cauſa generatas eſſe videamus. de N.

Tantum abeſt ut amicitiæ propter indigentiam colantur, ut ii qui opibus & copiis, maximeq; virtute præditi liberaliſſimi ſint & beneficentiſſimi. de Am.

Tantum abeſt ne, ut. *pro,* ut non *poſito*, Ne.

Tantum abeſt, ne (quod ii qui hoc aut magiſtrorum inopia, aut ingenii tarditate, aut laboris fuga non ſunt aſſecuti, ſolent dicere) enervetur oratio compoſitione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis eſſe poſſit. Or.

Alterum Ut, hoc eſt, conſequentis, omiſſum.

Itaque tantum abfuit, ut inflammares animos noſtros, ſomnum iſto loco vix tenebamus. de Cla.

Tantum porrò aberat, ut binos ſcriberent, vix ſingulos confecerunt. At.

Tantum abeſt ut, in propoſitione conſequenti.

Dixerim me vel plurima vincula tecum ſummæ conjunctionis optare, & ſunt amoris arctiſſima: tantum abeſt, ut ego ex eo quo aſtricti ſumus, laxari aliquid velim. Att.

Interpoſitum orationi.

Qui altiore animo ſunt, totos ſe ad ſtudia doctrinæ conferunt: qua in vita tantum abeſt, ut voluptates conſectentur, etiam curas, ſolicitudines, vigilias ſuſcipiunt. de Fin.

5. *A ſole abeſſe* [B. uit de licht gaen ſtaen. G. *s'Oster de la lumiere.* A. To ſtand out of the light.] jubentur ii qui apricanti officiunt. Quod noſtri barbare dicunt, *Stare ex ſole, Ire ex ſole.* Eodem modo rectè poſſe dici puto *Abeſſe à lumine:* ut cum ii qui officiunt, jubentur diſcedere: pro quo vulgus ineptè, *Stare ex lumine.*

At verò Diogenes liberius, ut Cynicus, Alexandro roganti, ut diceret ſi quid ſibi opus eſſet, Nunc quidem paululum à ſole abſis, offecerat videlicet apricanti. Tuſ.

ABUTOR.

Non ſolum vitii, quod vulgus putat, ſed laudis quoque eſt. *ut,*

Quæ igitur ſtudia magnorum hominum ſententia vacationem habent etiam publici muneris, iis, concedente repub. cur non abutamur? E.

Hic tu fortaſſe eris diligens, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam: niſi omni tempore quod mihi lege conceſſum eſt, abuſus ero, quærere. in Ver.

Lepidus obſequio meo, ſi ita faceret, ad omnia abuteretur. Epiſt.

Nos elephantorum acutiſſimis ſenſibus, nos ſagacitate canum ad utilitatem noſtram abutimur. [B. Wy gebruiken de vernuftigheid der olifanten, ende ſcherpe reuck der honden tot ons voordeel. G. *Nous nous ſervons, à nôtre avantage, de l'adreſſe de l'élefant & du flairer ſubtil des chiens.* A. We uſe the underſtanding of the olifants, and the ſtrong ſmel of the dogs for our advantage.] *de Nat.*

Annii Tribunatu, rebus omnibus pro ſalute Reipub. geſtis, ad hujus criminis defenſionem non abutemur. pro Mil.

ACCEDO.

Latè admodum hoc verbum patet. Quæ vero alieniora ſunt ab uſu quotidiano noſtrorum temporum, ea ſolum indicabimus. 1. Uſurparunt Latini hoc verbum, cum ſignificare vellet, ex iis quæ proponebantur aliquid eligere, & ut vulgò loquuntur, in aliquid conſentire.

Demonſtrare per amplificationem, ad utram potius legem accedere oporteat, de In.

Cum rem communi verbo appellaris, levius dixiſſe videaris: cum ad electius verbum accedas, [B. als gy het net'e woord uitkipt. G. *quand tu choiſis la plus belle parole.* A. when you pik out the beſt word] *inſigniorem rem facias.* ad Her.

Nec illos congreſſuros, nec ſi congreſſuri eſſent, Pompeium ad ullam conditionem acceſſurum putabam. At.

Condemnari malebant, quàm ad ejus conditiones pactioneſque accedere [B. zijne voorwaerden en contracten voor goed keuren. G. *aprouver ſes conditions & conventions.* A. to conſent to his conditions

conditions and contracts.) in Ver.

Cur ex tot creditoribus aliis ad iſtam rationem nemo acceſſerit? pro Quint.

2. Similitudinem notabant quoque Latini hoc verbo, præſertim adjuncta voce *Prope*: quam cum ſemper noſtri homines eodem modo, hoc eſt nomine *Simile* proferunt, diſcant à Cicerone, quemadmodum *Similius*, & *Simillimum* aliis quoque verbis commutare poterunt.

Poteſt accidere ut exiſtat aliquid, quod & veriſimile videatur, & abſit longiſſime à vero. quomodo, ſi magna ex parte ad verum ipſum, aut quàm proxime accedant. Aca.

Alexidis manum amabam, quòd tam prope accedat ad ſimilitudinem literæ tuæ. (B. om dat zijn ſchrift ſoo wel gelijkt na uwe hand. G. *Parce que ſon écriture reſſemble à la tienne.* A. for his writting reſembleth your hand ſo wel.) At.

Sane dubitare viſus eſt Sulpitius & Costa, utrius oratio propius ad veritatem videretur accedere. (B. na de waerheid gelijken. G. *reſſembler à la verité.* A. to reſemble the trutte.) de Or.

Ad ſimilitudinem deorum propius accedebat humana virtus, quàm figura. de N.

Qui tolerabiliores volunt eſſe, & ad veritatem vitæ propius accedere. de Or.

In utramque partem dicendo & audiendo eliciant, & tanquam exprimant aliquid, quod aut verum ſit, aut ad id quàm proximè accedat. Ac.

Præſenſio & ſcientia rerum futurarum proximè ad deorum vim natura mortali accedit. De Div.

Ad ſapientiam proxime accedere. de Am.

In dicendo numeroſum putatur, non quod totum conſtat è numeris, ſed quod ad numeros proximè accedit. Or.

Cum dativo.

Duobus igitur ſummis Craſſo & Antonio L. Philippus proximus accedebat: (hoc eſt, valde ſimilis erat) *ſed longo intervallo tamen proximus (hoc eſt,* in multis tamen inferior.) de Cla.

Velim tibi perſuadeas, cum conſtet excellere hoc genere virtutis, ut nunquam extimeſcas, nunquam perturbere, me huic tuæ virtuti proxime accedere. E.

ACCESSIO.

1. Vulgare jam non eſt ſignificaſſe olim Latinos hoc nomine ea quæ tanquam honoraria adjiciebantur ad vectigalia, decumas, aut ea omnia quæ dominis & principibus ex pacto pendebantur.

Ait enim, dum Gabinio pecuniam Poſthumus cogeret ex decumis imperatorum, pecuniam ſibi coegiſſe. Non intelligo hoc quale ſit: utrum acceſſionem decumæ, *ut noſtri facere coactores ſolent, centeſima; aut deceſſionem de ſumma fecerit.* (B. ik kan niet verſtaen, of het honderſte part een toegift op de tienden, gelijk onſe inſamelaers pleegen te doen, dan of het een aftrekking van de ſomme gemaekt heeft. G. *je doute, ſi la centiéme part a fait un ſur croit, ſur le dixiéme comme nos Collecteurs ont accoutumé de faire, ou bien une diminution de la ſomme.* A. i doub, whether the hundredſt part hath made an acceſſary of the tithes, as our collectors are wont to do, or a ſubſtraction of the ſum.) *Si acceſſionem, undecim millia talentum ad Gabinium pervenerunt. at non modo abs te decem millia objecta ſunt, ſed etiam ab his æſtimata. addo illud etiam, qui tandem convenit, aut tam gravi onere tributorum ad tantam pecuniam cogendam mille talentum acceſſionem eſſe factam: aut in tanta mercede hominis, ut vis avariſſimi, mille talentum deceſſionem eſſe conceſſam, neque enim fuit Gabinii remittere tantum de ſuo, nec regis imponere tantum pati ſuis.* pro Rab. Poſt.

Populus publice coactus eſt ei conferre lucri tritici modium XXVI: acceſſionem HSMM: de acceſſione. O. *Decumas addixit eidem illi Docimo, hoc eſt, tritici* * *modium quinque millia: acceſſionem aſcripſit* * *HSMD.* in Ver. *Ad ſingula* * *medimna multi HS duo, multi HS quinque acceſſionis cogebantur dare: qui minimum, ſingulos nummos.* in Ver.

Nec minorum acceſſionem cogebatur arator dare, nec ternas quinquageſimas frumenti addere. ibid. *Iſte homo amentiſſimus in vendundis decumis, nummorum faciebat acceſſiones ad ſingulas decumas, neque multum, bona aut terna millia addebat.*

2. Acceſſionem adjungere ædibus (B. een ſtuk aen't huys aentimmeren. G. *batîr un appartement de ſurplus à la maiſon.* A. to make an

addition to his houſe) Latinè dictum eſt: quod barbare dicitur: partem aliquam ædificare ad ædes, aut addere partem aliquam, ampliare ædes.

Hanc Scaurus demolitus, acceſſionem adjunxit ædibus. Off.

ACCIDIT.

Gratum, jucundum, & ejus generis alia accidere alicui, divulgata ſatis non ſunt. Efferimus enim ſolum iſtiuſmodi ſententias per verbum *Eſt*: ut, *Gratum, jucundum mihi fuit.* Latini etiam hoc modo:

Omnia enim ſecundiſſima nobis, adverſiſſima illis accidiſſe videntur. At. *Quod video, tibi etiam novum accidiſſet, tanquam mihi.* Epiſt. *Quæ ſcribis ad me minimè mihi miranda, & maxime jucunda acciderunt.* Epiſt. *Cognovi omnia, quæ à me profecta ſunt in te, tibi accidiſſe gratiſſima.* pro Pla. *In quibus ipſi aculei, ſi quos habuiſti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt.* Att. *Nam mihi omnia, quæ jucunda ex moribus alterius homini accidere poſſunt, ex illo accidebant.* Epiſt. *Illud mihi permirum accidit, tantam temeritatem, &c.* At. *Hoc mihi accidit jucundiſſimum.* (B. dat is my ſeer aengenaem geweeſt. G. *Cela etoît fort agreable à moy.* A. that was very pleaſant to me.)

ACCIPIO.

Plurimis & variis rebus hoc verbum tribuitur: ſed in quibus aut reconditus aliquis ſenſus eſt, aut ignoratio vulgi, ea tantum in lucem proferemus. 1. Et in primis ignorari vulgò videtur, notaſſe Latinos idem hoc verbo, quod per *Tracto*, ſive verbis, ſive verberibus, ſive eos quos aut hoſpites, aut convivas adhibemus. *ut*,

Spartæ verò pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur (B. zy worden ſoo gegeeſſelt. G. *on les fouëttent tant, que:* A. the boy are ſo ſcourged) *ut multus è viſceribus ſanguis exeat: nonnunquam etiam ad necem: quorum non modò nemo exclamavit unquam, ſed ne ingemuit quidem.* Tuſ.

Nunquam fuit crudelis Verres: hominem (Sopatrum) leniter clementerque accepit. eum in ſtatua C. Marcelli divaricari ac deligari jubet, &c. in Ver.

Qui cives Romani quemadmodum eſſent accepti, audiſtis ex ipſis, bona ſibi erepta eſſe dixere.

Hunc ego accepi in Senatu, ut ſoleo. At.

Si invitaverit, id quod ſolet, ſic hominem accipiemus, ut moleſtè ferat ſe de via diſceſſiſſe. pro Cl.

Quo te modo, *inquit Archytas villico iratior,* accepiſſem, (B. hoe ſoude ik u gehavent hebben? G. *comment je t' aurois froté?* A. how would I took up you roundly?) *niſi iratus eſſem?* Tuſ.

Accipitur Pompeius ſatis malè à Curione, & totus ejus ſecundus conſulatus exagitatur. Epi.

Epicurum Stoici malè accipiunt (B. zy halen Epicurus luſtig over den hekel. G. *ils baſouërent Epicure de la belle maniere.* A. They give Epicurus a boon to pik, bak-bite the man.) E.

Copiolæ meæ ſunt extenuatiſſimæ, aut inopia omnium rerum peſſime acceptæ. E.

Excluſus ab Antiochia Dolobella, & in oppugnando malè acceptus, nulla alia confiſus urbe, Laodiceam ſe contulit. E.

Stomachari, contumelioſe vexare, maledicere, totis voluminibus concidere, malè accipere, figere maledictis aliquem. de N.

Eſto qui aliquanto plus cogitaſſet, malè accipit verbis Rabonium. in V.

Quintum puerum accepi vehementer. At.

Non multi cibi hoſpitem accipies, (B. gy ſult een gaſt tracteeren die niet veel eeten mag. G. *tu regaleras un hôte qui ne peut pas beaucoup manger.* A you wil treat a geſt, that eats, but little.) *ſed multi joci.* E.

Magnificentiſſime accipi ab aliquo hoſpitio. de D.

Hoſpitio agreſti aliquem accipere. At.

Sicilia cives Romanos omnes ſuis ipſa ſedibus libentiſſimè ſemper accepit. in Ver.

Regio apparatu accipere aliquem. de Som.

Tribus tricliniis accepti, οἱ περ' αὐτὸν valde copioſe: libertis minus lautis ſerviſque nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti. At.

Sic accipere aliquem, ut uc. in A.

Honorifice aliquem accipere. in Ver.

Nos Aſia accepit admirabiliter. At.

Hilare à te acceptus ſum. de Or.

Hilaris & bene acceptus. (B. wel onthaelt. G. *bien*

G. bien receu bien acueil. A. wel treated.) At.

2. Senſibus quoque tribuitur, idemque fere valet, quod audire, vel intelligere: ut *ad verbum aliquid, non ad ſententiam accipere:* quod Imperiti ſic efferunt: Accipere aut interpretari aliquid ut verba ſonant, non reſpicere ſententiam. Sed latè valde in hoc ſenſu patet. ut,

Ut contra ac dicat accipi ac ſentiri velit. Or.

Vim verbi in aliud atque cæteri accipiant, poſſe ducere. (B. een woord in een andere zin trekken, als het andere opnemen. G. *donner à une parole tout un autre ſens, que les autres ne donnent.* A. to take a word in a contrary ſence, than other men interpret it.) de Inven.

Ea quæ parum acceperis quærere. Ep.

Hunc locum, ſiquidem ego te accipio, dicere Arpinum germanam patriam eſſe veſtram. de Leg.

Sed quem accipio ipſe oculis atque animo ſenſum, hunc verè apud vos, ut potero planiſſimè exponam. I. V.

Ut de Socrate accepimus. (B. gelijk wy van hem verſtaen hebben. G. *ainſi que nous l'avons apris de luy.* A. as we have heard concerning him.) Off.

Accepiſſentque fama & auditione eſſe quoddam numen, &c. de N.

Cum Græcas literas M. Catonem in ſenectute didiciſſe acceperim. Aca.

Cerimoniæ ab omni vetuſtate acceptæ. de Ar.

Sic enim à majoribus noſtris accepimus. I. V.

3. Sic etiam *Accipere aliquid in bonam aut malam partem,* (B. wel of qualijk duiden, opnemen. G. *interpréter, prendre en bien, ou en mal.* A. to take ſom things in the bad or good.) aut aliquo modo aliquid accipere, idem quod interpretari. ut,

Non tam intereſt, quo animo aliquid ſcribatur, quàm quo accipiatur. E.

Tento enim te quo animo accipias.

Sed quonam modo accipiens ſeveritatem meam. in A.

Tu autem velim ad eum ſcribas de his rebus, ut ſciam quomodo hæc accipiat. At.

Periculoſe dico, quemadmodum accepturi ſitis horreo. in Ant.

Quemadmodum hoc accepturum nationes exteras, quemadmodum hujus tui facti famam in regna aliorum, atque in ultimas terras perventurum putaſti. in Ver.

Tecum ago, ut jam ab ipſa commiſſione ad me, quemadmodum ii ludi accipiantur. At.

Audebo hoc dicere, & tu, ut ſoles, accipies. At.

Timere quomodo accipiant. ad Her.

Si es natura φιλαίτιος, hoc aſſequere, ut in quam partem accipias, minus laborem. E.

Quæ quidem in eam partem accepta ſunt Cæſar, ut eum ampliſſimo honore & nomine affeceris. in A.

Accipiet in optimam partem C. Panſa, etenim dicam animo amiciſſimo. In Ant.

Proſpicio nobis in hac calamitate tabeſcendum eſſe: neque enim (ſed bonam in partem accipies) At.

Quòd rogas ut in bonam partem accipiam, ſi qua ſunt in tuis literis, quæ me mordeant, ego verò in optimam. At.

Illud enim non accipio in bonam partem, quod ad me refers. At.

Quod dicam, in bonam partem accipias. At.

Cæſar mihi ignoſcit per literas, quòd non venerim, ſeſeq; id in optimam partem accipere dicit. At.

De tua fide & benevolentia in nos, niſi perſuaſum eſſet nobis, non conſcripſiſſemus tibi hæc, quo profecto, quando iſtum animum habes, in optimam partem accipies. E.

Durius accipere hoc mihi viſus eſt quàm vellem, & quàm homines belli ſolent. At.

Uberiores erimus, ſi & ille libenter accipiet, & ii ſubjungentur: qui villam me moleſtè ferunt habere. At.

Monendi amici ſæpe ſunt, & objurgandi: & hæc accipienda amice cum benevole fiunt. de Am.

Monere & moneri proprium eſt amicitiæ: & alterum libere facere, non aſpere: alterum patienter accipere, non repugnanter. de Am.

Ea te moderate accepiſſe, neque temere credendum judicaſſe à meis procuratoribus certior ſum factus. E.

Velim mi Attice, fortiter hæc accipias, ut ego ſcribo. Att.

Quanto nunc hoc idem accipiet aſperius. At.

Quod facinus in alienum hominem illatum ſe vere acciperet,

acciperet, id omiſiſſet curare in hoſpite? pro Cæl.

Beneficium accipere in contumeliam. (B. een weldaed voor ſmaedheid rekenen. G. *prendre un bien fait pour injure.* A. to take a benefice as an affront.)

Singuli caſus humanarum miſeriarum graviter accipiuntur, ſi dicantur, dolenter. de Or.

Quicquid in eum judicii officiique contuleris, exiſtimabis id ita me accipere, ut in me ipſum te putem contuliſſe. E.

Id tu, ut videbitur, ita accipies. At.

Habes à patre munus Marce fili, mea quidem ſententia magnum, ſed perinde erit ut acceperis. de Off.

Ut volet quiſque, accidit: ego tamen frugalitatem judico maximam eſſe virtutem. in A.

Id tu ſi me aliter ac debuit, acceperit, lenies. At.

Contra accipi aliquid velle addicat, Or.

4. Item, *Accipere dolorem,* damnum, injuriam, & ea omnia quibus quis afficitur. ut,

Non mehercule criminis augendi cauſa dicam Jud. ſed quem accepi ipſe oculis, animoque ſenſum, (B. dat ik ſelfs geſien en gehoort hebbe. G. *ce que j'ay moi-même vû & entendu.* A. that i have ſeen it and heard it.) *hunc verè apud vos, & ut potero planiſſime exponam.* in V.

Quid tu exiſtimes eſſe in amicitia mutuum? neſcio, equidem hoc arbitror, cum par voluntas accipitur & redditur. E.

Voluptatem hanc eſſe omnes ſentiunt, quam ſenſus accipiens movetur, & jucunditate quadam perfunditur. de Fin.

De virtute & gravitate Cæſaris, quam in ſummo dolore adhibuiſſet, magnam ex epiſtola tua accepi voluptatem. (B. ik ben door u brief uitermaten verblijd geworden. G. *je me ſuis grandement rejoüi de vôtre lettre.* A. I have received much joy out of your letter.) At.

De aliquo falſam opinionem accipere. E.

Accepi Pontifices magnum atque incredibilem dolorem. pro Dom.

Si voluptatis ſenſum capit, doloris etiam capit. quod autem dolorem accipit, id accipiat etiam interitum neceſſe eſt. (B. dat moet ook het verderf onderworpen zijn. G. *il faut que cela ſoit auſſi ſujet corruption.* A. that muſt alſo unter go the deſtroying of the nature.) de N.

Animadverti te dolorem quem acceperis, tum ſummi viri, tum amiciſſimi morte, ferre moderate. de Am.

Quantum dolorem acceperim, & quanto fructu ſim privatus, & forenſi, & domeſtico Lucii fratris noſtri morte &c. At.

Magnum dolorem accipere, (B. ſeer bedroeft werden. G. *s'atriſter fort.* A. to grouw remarquably ſad and ſorty.) *ſi aliquid accidat.* At.

In oppido aliquo mallem reſediſſe, quoad arceſcerer, minus ſermonis ſubiiſſem, minus accepiſſem doloris, imò hoc me non angeret. At.

Omne animal ad accipiendam vim externam & ferendam paratum eſt. de N.

Nihil igitur hunc mirum ſagittæ, quas ab Hercule acceperat, tum conſolabantur. Tuſ.

Vulnus accipere in capite ab aliquo. in Verrem.

Ille etiam grave tum vulnus accepit, ne quid de ſumma dignitate reip. minueretur. in C.

Tanquam fortis in pugna vir, acceptis à forti adverſario vulneribus, adverſis & honeſtis cadere videtur. pro Dom.

Ob conſtantiam voluntarium vulnus accipere. pro Plan.

Tribunum plebis plus viginti vulneribus acceptis, ſublatus è prælio, reipub. vitam reſervavit. pro Seſt.

Sp. Carvilius graviter claudicans ex vulnere ob rempub. accepto. de Or.

Qua in fuga magna autoritate Oſates dux Parthorum, vulnus accepit, eoque interiit paucis poſt diebus. At.

Seſtius multis in templo Caſtoris vulneribus acceptis, ſubſidio Beſtiæ ſervatus eſt. At.

Plagam. *Ego vero, ſi mihi uni pereundum fuiſſet, ac non accipienda plaga mihi inſanabilis, illi mortifera, quam reipublicam impoſuiſſet, ſemel perire tamen judices maluiſſem, quàm bis vincere.* pro Cæl. *Translate ſemper Cicero utitur.*

Injuriam. *Etenim ſi plurimas à tuo prætore injurias accepiſſes, tamen eas ferendo, majorem laudemque ulciſcendo merere.* in Ver.

Accipere

Accipere ignominiam & contumeliam. in Ver.

Flamma ex ipſo incendio navium, & calamitatem acceptam, & periculum reliquum nunciabat. in Ver.

In cæteris rebus cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur. (B. dan lijdmen ſchade. G. *alors on fait perte.* A. then are men ſubject to looſſes.) pro Pom.

Poſt acceptam illam cladem explicatum eſt. de D.

Marius duabus ædilitatis acceptis repulſis, (B. tweemael om het Fabrijk-meeſters ampt een blaeuwe ſcheen gelopen hebbende. G. *ayant ſollicité deux fois en vain la charge d'Edile ou de maitre de la Fabrique.* A. twice broken his Shins to attain to be Fabrick-maſter.) *ſepties conſul eſt factus.* pro Dom.

Plagam accipere ſæpius transfertur à Cicerone ad damna aut mala, quæ aut nos, aut reſp. accipit.

Ille locus inductus eſt à me divinitus, ne una plaga accepta patres conſcripti conciderent, ne deficerent, vulnus eſſe ejuſmodi. At.

Plagam aliquam in aliquo loco. At.

ACCOMMODO. [B. leene. G. *je prête.* A. I lent.]

Pro *Commodo* vulgò quidem uſurpatur: ſed *Dare, Accipere accommodato, aut commodato,* quomodo quidam loquuntur, apud eos autores quos imitari debemus, non invenitur. *Mutuari,* aut *mutuo dare,* Latini dixerunt, & utendum accipere: non *accommodato accipere.* Sed quemadmodum per *Accommodare* id efferatur Latinè, quod vulgò per *Accommodare,* aut *Commodato dare,* ex Cicerone nunc ipſo videamus. ut,

Iſte hoſpites domum deducit, aut ſe ædes maximas amico cuidam ad nuptias accommodaſſe, *nunciat interea puer argentum repeti: pertimuerat enim qui accommodarat. Apagite, inquit, ædes* commodavi. de In.

Peto à te majorem in modum, quod ſine tua moleſtia fiat, & C. Aniano Euandro de habitatione accommodes. (B. gerieft hem met de wooning. G. *accommodés le d'une maiſon, ou d'un logis.* A. give him de accommodation of your houſe.) *Nam propter opera inſtituta multa multorum, ſubitum eſt ei remigrare Calend. Quintilib.* E.

Si quid iſte ſuorum Ædilibus accommodavit. in Ver.

ACCUMBO. [B. eeten, aenſitten. G. *prendre ſon repas, être à table.* A. to go to te table, to eat.]

Quoniam imperiti vim & uſum hujus verbi ignorãt, dicunt pro eo *Sedere ad menſam, ſedere ad edendum:* quod Lat. ſignific. verbo Accumb. ut,

Accubueram hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exaravi. dices, ubi? apud Volumnium Eutrapelum: *& quidem ſupra me Atticus, infrà verius familiares tui.* E.

Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. E.

Tum ille, ut aliquid reſponderet, negavit moris Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres. in Ver.

Accubans participium, non *Accumbens,* apud Ciceronem.

Ille erat in tribunali proximus, in cubiculo ſocius, in convivio dominus, ac tum maximè, cum accubante prætextato prætoris filio, in convivio ſaltare nudus cœperat. in Ver.

Ebrioſos ſobriis inſidiari, dormientes vigilantibus, qui mihi accubantes in conviviis complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti cibo, ſertis redimiti, unguentis obliti, debilitati ſtupris eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atque urbis incendia. in Ca.

Hæc conſcripſi 10. *Calend.* accubans apud Veſtorium. (B. te gaſt zijnde by Veſtorius. G. *étant à diner, ou à ſouper chés V.* A. being a geſt of V.) At.

ACCURATUS, *a, um.*

Cicero, & qui ante eum fuerunt, hoc verbo ſignificarunt, quòd recentiores per * Exactus: ex quo unà cum temporibus & linguam mutatam eſſe intelligimus. Sic enim ille eſt locutus. ut,

Sin ex circumſpectione aliqua, & accurata conſideratione, quod viſum ſit, id ſe dicent ſequi,

tamen exitum non habebunt. Aca.

Calvus accuratius quoddam dicendi & exquiſitius afferebat genus. de Cla.

Grave incenſum inimicitiis. Quid enim aut tam viſendum, aut audiendum fuit quàm ſummorum oratorum in graviſſima cauſa, accurata & inimicitiis incenſa contentio. de Op.

Intellectum eſt, quantam vim habeat accurata, & facta quodammodo oratio. de Cla.

Erat enim cum incitata & vibrans, tum etiam accurata & polita oratio. de Cla.

Accuratè.

Quia ſcribis dialogos, & deſiderari à Varrone, & magni illum æſtimare, eos confeci & abſolvi, neſcio quam bene, ſed ita accurate, ut nihil poſſit ſupra. At.

De aliquo crimine exquiſite & accurate diſputare. de Cla.

Quæ feciſſet honoris eorum cauſa, ſtudioſe accurateque feciſſe. At.

Diligenter apud Cottam familiarem meum accurate ſane & diligenter de diis immortalibus diſputatum eſt. de Nat.

Cauſam pro publicanis Lælius accurate eleganterque dixit. de Cla.

Quæ vero accurate cogitateque (B. met een naeuwkeurig overleg en ſtudy. G. *avec grande exactitude & meditation.* A. with a great exactneſs and meditation.) *ſcripſiſſet, ea ſic vidi probari, ut ad veterum ſcriptorum laudem pervenirent.* pro Arch.

ACQUIESCO.

Vulgo minus notum eſt, cum animo attribuitur, quo nos quaſi in re aliqua quieſcimus.

Tam moveor, quam tu Luculle: neque me minus hominem, quàm te putaveris. tantum intereſt, quòd tu cum es commotus, acquieſcis, aſſentiris, approbas. Aca.

Attica me valde angit. Sed crebrò reguſto tuas literas: in his acquieſco. At.

Sed cum me ægritudo non ſolum ſomno privaret, verum ne vigilare quidem ſine ſummo dolore pateretur, tecum ut quaſi loquerer, in quo uno acquieſco. At.

Habeo enim nihil tentatis rebus omnibus, in quo acquieſcam, nam dum illud tractabam, de quo antea ſcripſi ad te, quaſi fovebam dolores meos. At.

Nulla eſt reſpub. quæ delectet, in qua acquieſcam. At.

Viciſſim autem ſenes in adoleſcentium charite acquieſcimus: (B. wy oude mannen ſcheppen ons vermaek, ons genoegen in de liefde van de jonge luyden. G. *nous viellards prenons nôtre plaiſir & contentement en la charité, ou en l'amour des jeunes gens.* A. we old men take pleaſure in the love of the young men.) *ut in veſtra, & Q. Tuberonis equidem admodum adoleſcentis, & P. Rutilii Virginii familiaritate defector.* de Sen.

Non enim ut tum me à repub. mœſtum domus excipiebat, quæ levaret: ſic nunc domo mœrens ad rempub. confugere poſſum, ut in ejus bonis acquieſcam. itaque & domo abſum, & foro, quòd nec eum dolorem, quem à repub. capio, domus jam conſolari poteſt, nec domeſticum reſpub. Ep.

Cujus in animo improbitas verſatur, nunquam ſinit eum reſpirare, nunquam acquieſcere. de Fin.

His vero temporibus habemus aliud nihil in quo acquieſcamus. E.

Artes noſtræ, neſcio quomodo nunc uberiores fructus ferre videntur, quàm olim ferebant. ſi ne quia nulla nunc in re alia acquieſcimus: ſive quòd gravitas morbi facit, ut medicinæ egeamus. E.

Dico intra domeſticos parietes: dico extra conventum, & eam frequentiam, in qua oratorum ſtudia niti ſolent: in tuis oculis, in tuo ore vultuque acquieſcere: te unum intueor, ad te unum omnis mea ſpectat oratio. in Ant.

Neque ut ea cognoſcas, quæ tibi notiſſima ad te mitto, ſed quia facillimè in nomine tuo acquieſco, & quia te habeo æquiſſimum eorum ſtudiorum quæ mihi communia tecum ſunt, æſtimatorem & judicem. de Fin.

Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui jam ætate provecti in noſtris libris acquieſcunt. (B. die onſe boeken met vermaek leſen. G. *ils liſent nos livres avec plaiſir.* A. who reed our books with delight.)

Quare cum aures extremum ſemper expectent, in eo acquieſcant, id vacare numero non oportet. Or.

ADAE-

ADAEQUO. (B. gelijk maaken, achten. G. *égaler, rendre égal éſtimer.* A. to make egal.)

Et vis, & uſus hujus verbi vulgò ignoratur: ſignificatur enim eo, quod par eſſe aliquid alicui: jungiturque ut comparationes omnes præpoſitioni *Cum*, nonnunquam etiam accuſativo. ut,

Cognovit adoleſcens: placuit homini prudentiſſimo: in ſumma amicorum copia cum familiariſſimis ejus eſt adæquatus. Pro Cor. Bal.

Quid noſter hic magnus, qui cum virtute fortunam adæquavit. (B. hy was immers ſoo gelukkig als dapper. G. *il étoit auſſi heureux que vaillant.* A. he was not leſs happy then valiant.) pro Arch.

Inſidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat atque admonet, non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis *noſtri, ſed* cum omni poſteritate eſſe adæquandam. (B. datmen een eeuwige naam maaken moet. G. *qu'il faut s'aquerir un nom immortel.* A. that men muſt make an everlaſting name.) pro Arch.

Quæ à meipſo effecta ſunt, deorum vitam poſſint adæquare. de Uni.

*Senatorum enim * urna copioſe abſolvit, equitum adæquavit, Tribuni ærarii condemnarunt.* At.

ADDICO. [B. toeſeggen, toeſlaen de koop. G. *ajugér, conclare le marche.* A. to agree, or ſhake handen upon a bargain.]

Verbum hoc nunc ſermone quotidiano non ſatis tritum eſt: præſertim cum in commerciis, res quæ alicui promittuntur & traduntur in venditionibus, *Addici* dicuntur. ut.

Thermitani miſerunt, qui decumas emerent agri ſui. appoſitus erat Venuleius quidam qui emeret, is liceri non deſtitit. illi, quod videbatur ferri aliquo modo poſſe, contenderunt: poſtremo liceri deſtiterunt. Addicitur Venuleio tritici modiis 7. C. Legatus Poſidorus renunciat, cum omnibus hoc intolerandum videretur, tamen Venuleio dantur, ne accedat tritici. in V.

Ebutio negotium datur, adeſt ad tabulam: licetur Ebutius, deterrentur emptores, multi partim gratia Ceſennæ, partim etiam pretio: fundus addicitur Ebutio: pecuniam argentario promittit Ebutius, quo teſtimonio nunc vir optimus utitur, ſibi emptum eſſe: quaſi vero aut nos ei negemus addictum, aut tum quiſquam fuerit qui dubitarit, quin emeretur Ceſennææ. pro Cec.

Curiam addictis & venditis decumis ſubito nova naſcebantur edicta? in V.

Si doceo pluris aliquando te potuiſſe vendere, neque his voluiſſe addicere, qui contra Apronium licerentur: & Apronio multo minoris quàm aliis potueris, tradidiſſe. in V.

Vendebas authoritatem hujus ordinis: addicebas Tribuno *pl. conſulatum tuum.* in Vat.

Frequens ſenatus agendo te de vendita atque addicta ſententia movere non potuit. in A.

Unius agri decumas 30. *modiis minoris vendidiſſe quàm potuerit: Minutio ideo te non tradidiſſe, quod jam addixiſſes Apronio.* in V.

Neminem invenire potuit, cui ſedes meas addiceret, cui traderet, cui donaret. per Dom.

ADDO.

In aliquid addere (B. by ietwes voegen. G. *ajoûter à quelque choſe.* A. to add unto.) aliquid dixerunt Latini quoque, ut *addere alicui*: ſed minus illud pervulgatum. ut,

In illam orationem Metellinam *addidi quædam.* Att.

Cur ergo in illud quotidianum interdictum, unde ille me vi dejecit, additur, cum ego poſſiderem. pro Cec.

Miſi ad te epiſtolas ad Martianum & ad Montanum, eas in eundem faſciculum velim addas. At.

ADDUCO.

Latè admodum hoc verbum patet: Generatim itaque complectemur formas nobis non uſitatas, ut veteribus.

Primum huic verbo opponi *Remitto*, & dici de iis quæ contenduntur, vulgaris conſuetudo ignorat. ut,

Quum autem ille reſpondiſſet in agro ambulanti ramulum adductum, ut remiſſus eſſet, in oculum ſuum recidiſſe, tum Socrates. de D.

Com-

Commodiſſimum eſſe quàm laxiſſimas habenas habere amicitiæ : quas vel adducas, cum velis, vel remittas. (B. welke toom gy kond meer na u halen, of laten ſchieten. G. *la quelque bride tu peus tirer davantage à toy, ou la lâcher.* A. you can pul in the rains or loosen, when you pleaſe.) de Am.

*Baliſtæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo graviores emiſſiones habent, quo ſunt * contenta atque adducta vehementius.* (B. vaſter en naeuwer toegehaelt. G. *plus fermement, & plus étroitement bandés, ou tirés.* A. harder bent, and ſtrongher reſtrained.) Tuſ.

2. Deinde, idem valere quod commovere aliquem ad aliquid & quaſi perſuadere, omnes latinè loquentes norunt.

Tribus rebus homines maxime ad benevolentiam, atque hæc ſuffragandi ſtudia ducuntur, beneficio, ſpe, adjunctione animi vel voluntate. poſt, *Minimis beneficiis adducuntur homines ut ſatis* de Pet.

Si ſpe, ſi metu, ſi iracundia, ſi miſericordia impulſi, ſi præmio, ſi gratia adducti. (B. door gunſt bewogen. G. *atirés par faveur.* A. perſwaded by favour.) Par.

Ut ad ſceleratorum pœnam amore reipub. ſum adductus, ſi ad ſalutem innocentium voluntate deducere. pro Syl.

Tu tuas inimicitias, ut reipub. donares te, viciſti: alienas ut contra rempub. confirmes, adduceris. E.

Hoc neceſſe eſt, ut is qui nobis cauſam adjudicaturus ſit, aut inclinatione voluntatis perpendeat in nos, aut defenſionis argumentis adducatur, aut animi permotione cogatur. de Or.

Iſta enim me res adducebat. At.

Cauſa reipub. me adducit. At.

Summa neceſſitudine, & ſumma conjunctione adductum commendare aliquem. E.

Ego enim, ſi aut oſtentatione aliqua adductus, aut ſtudio certandi ad hanc potiſſimum Philoſophiam me applicavi. Ac.

Neque id magis amicitia adductus Clodii fecit, quàm ſtudio perditarum rerum. At.

3. *In mala*, ut diſcrimen, pericula, & ſimilia, *adduci aliquem*, inculcatum ſanè omnibus non eſt.

Aliquem in ſummas anguſtias adducere. pro Qu.

A Lepido in ſummam ſolicitudinem adducti ſumus. E.

Vectius ille noſter judex, Cæſari pollicitus eſt, ſeſe curaturum, ut in aliquam ſuſpicionem facinoris Curio filius adduceretur. At.

In odium, in invidiam, in contemptionem adverſarios adducere. de In.

Aliquem in ſervitutem adducere. de Pro.

Illos mei tam cupidos, non modò ad certam mortem, ſed in magnum vitæ diſcrimen adducere. (B. in groot gevaer des levens brengen. G. *méttre en danger de la vie.* A. to bring in a great danger of life.) Pro Cæl.

Homo nequam, turpis, improbus, multis flagitiis contaminatus, in judicium eſt adductus. pro Clu.

Reum condemnatum in judicium adducere. in Ver.

Aliquem in jus adducere. (B. voor 't recht roepen. G. *apeller en juſtice.* A. to cite one in a juſtice.) pro Qu.

Alicujus fidem in ſuſpicionem adducere. (B. verdacht maken. G. *Soupçonner, rendre ſuſpect.* A. to make one ſuſpitions.) E.

Dignitatem alicujus in diſcrimen adducere. pro Plan.

ADEO.

Frequenter Cicero hac voce orationem auget & exaggerat: idemque ferè ſignificat, quod *quin*, aut *imò etiam*: quæ cum rarius in orationibus noſtrorum hominum appareat, revocandam & reſtituendam eſſe cum aliis innumeris cenſebam.

Non habere domum clauſam pudori & ſanctimoniæ patentem, atque adeò expoſitam cupiditati & voluptatibus, pro Qu.

Hoc conſilio, atque adeò (B. ja dat meer is. G. *ou plutôt.* A. or rather.) *hac amentia impulſi, eum jugulandum vobis tradiderunt.* pro R.

Hoc timent homines, hoc laborant, hoc inſtitui, atque adeò inſtitutum referri ac renovari moleſté ferunt. in V.

Mihi ſi quid peterem, atque adeò jampridem abſtuliſſem. pro Qu.

Quo

Quo id jure, atque adeo quo id potius ore feciſti? in V.

Junium non diſceptatione dicendi, ſed clamore hominum de foro, atque adeo de civitate eſſe ſublatum. pro Clu.

De hujus urbis, atque adeò totius orbis terrarum exitio cogitare. in Cat.

Etiam atque etiam inſto, atque urgeo, inſector, poſco, atque adeò flagito crimen. pro Plan.

Sed aliquod, atque adeò multa addunt & aſſerunt de ſuo. E.

Nihil adoleſcente tuo, atque adeo noſtro, aut amabilius. Epiſt.

Dii immortales, tu ne etiam atque adeò vos geminæ voragines ſcopulique reipub. vos meam fortunam deprimitis? in Piſ.

Si in iſtum animadverſum non ſit, ſibi relinquendas domos ac ſedes ſuas, & ex Sicilia decedendum, atque adeò fugiendum eſſe arbitrentur. in V.

Mihimet jucunda ratio & via reperienda eſt, qua ad Apronii quæſtum, ſive adeò *qua ad iſtius ingentem immanemque prædam poſſim pervenire.* in V.

ADIRE.

In jus, pervulgatum non eſt. Imperiti, Ante judicem aliquem vocare, Ad judicium ire.

Antequam in jus aditum eſt, [B. eer men ging pleiten. G. *avant que l'on allât plaider.* A. before men went to Law.] *antequam denique mentio controverſiæ facta eſſet.* in V.

Cum ad prætorem in jus adiſſemus. in V.

Direptionibus meorum bonorum in jus adeundi poteſtatem non fecit. Poſt.

De ſuis controverſiis in jus adire. At.

2. *Adire hæreditatem.* [B. 't goed erven. G. *heriter du bien.* A. to enter upon an inheritance] Latinæ linguæ proprius modus: quem Barbari exprimunt ſuo more per, Hæreditatem dividere, partiri.

Hæredem hæreditatem adire. in Ver.

Fecit Sulpitius hæredem M. Octavium Ligurem: Ligur hæreditatem adiit. in V.

Video qui teſtamentum factum eſſe confirmet: autoritatem Senatus extare hæreditatis aditæ ſentio. contra Rul.

Teſtamentum ſæpe fecit noſtris legibus, & adiit hæreditatem civium Rom. pro Syl.

Patris hæreditatem adire. in A.

Multas hæreditates adire. de In.

Ii qui hæredes erant, teſtamento hæreditatem adeunt. At.

ADHAERESCO.

Noſtris hominibus hoc verbum notum non eſt, ut fuit olim Latinis: quare his viis conſuetudine teratur, uſum verò & vim exempla facilè demonſtrabunt.

Olim ne Scylleio illo æris alieni in freto ad columnam adhæreſceret, in Tribunatus portum perfugit. pro Cæl.

Ipſe verò utique fac venias, ſi potes in his locis adhæreſcere, [B. wel aarden in deſen hoek. G. *s'accommoder bien à l'air du pais.* A. to ſtay with pleaſure in theſe places.] *& Pyleam adducere.* At.

Sirenes neque vocum ſuavitate videntur, aut novitate quadam & varietate cantandi revocare eos ſolitæ qui prætervehebantur, ut homines ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerent. de Fin.

Ad quamcunque ſunt diſciplinam quaſi tempeſtate delati, ad eam tanquam ad ſaxum adhæreſcunt. [B. zy worden ſoo zoet, ſoo verſot op die ſtudie datſer niet af te ſcheuren zijn. G. *ils ſont tellement atachés à cette étude qu'on ne peut les en arracher.* A. They are as doteing upon this ſtudy, as noman more.] Ac.

Sanè tanquam in quodam ſilice jam omnia adhæreſcunt. E.

In me uno *conſulares faces jactæ manibus Tribunitiis: in me omnia, quæ ego quondam retuderam, conjurationis* nefaria tela adhæſerunt. [B. ik alleen heb 't gelach moeten betalen. G. *il m'a falu ſeul porter la folle enchere.* A. their horribly darts were Shooted upon me alone: alone muſt ſuffer all the danger.] pro Dom.

Nonne providendum Senatui fuit, ne in hanc tantam materiem ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret? pro Dom.

Omninoque ita juſtitiæ honeſtatique adhæreſcet, [B. hy ſal de deugt en gerechtigheid ſoo vaſt aankleeven. G. *il s'atachera ſi fort à la vertu, &, à la juſtice.* A. he wil ſoo faſtly

embrace the juſtice and virtue] *ut dum eam conſervet, quemvis graviter offendat.* Offic.

Dixiſti non tam ea quæ recta eſſent, probari, quàm quæ prava ſunt, faſtidiis adhæreſcere. R.

Hortenſius in celeritate & continuatione verborum adhæreſcens, ſui diſſimilior videbatur fieri quotidie. de Or.

Calidii oratio ita pura fuit, ut nihil liquidius: ita fluebat, ut nuſquam adhæreſceret. [B. zijn reden vloeyde ſoo wel datſe niewers en ſtiet. G. *ſon diſcours étoit ſi coulant qu'il ne choquoit rien.* A. his diſcours and tongue was ſo pleaſant, that it ſtumbled no where]. de Or.

ADHIBEO.

Late hujus verbi uſus patet: ſed quæ à vulgari conſuetudine aliena ſunt, paucis capitibus comprehendi poterunt.

1. *In aliquid aliquem, aut aliquid adhibere*, (ut *in convivium, conſilium,* & ejus generis alia) non tam nota eſſe videntur, quàm *ad convivium, ad conſilium adhibere.* Sed hoc proximum apud Ciceronem non extat. dicit quidem, *Ad deliberationes aliquem adhibere:* ſed non ✱ *ad conſilium.*

Itaque nonnullæ mulieres ex eo numero in convivium adhibebantur palàm. [B. zy gingen opentlijk te gaſt. G. *ils alloient publiquement au feſtins.* A. they went openly to banket.] in V.

Tecum loquere, te adhibe in conſilium, [B. gaat met u ſelve te rade. G. *conſeille toy toy même.* A. bethink you ſelf wel.] *te audi, tibi obtempera. alteri qui melius dare conſilium, quàm tu non facile inveniri poteſt.* E.

Aratus Sicyonius adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes, cum quibus cauſas cognovit. Off.

Ne adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem, aut timorem. E.

Sed quid ego veſtram crudelitatem exprômo, quam in ipſum me ac meos adhibuiſtis? [B. welke wreetheid gy tegen my ende mijne gebruikt hebt. G. *laquelle cruauté que tu as exercée contre moy & les miens.* A. wich cruelty you have excerciſed againſt me and my freends.] pro Dom.

In id autem genus, in quo de expetendo, fugiendoque quæritur, adhibentur ea quæ ſunt aut animi, aut corporis, aut externa vel commoda, vel incommoda. Top.

Aliquem in auſpicium adhiberi. de Div.

2. Cum dativo quoque jungitur, ut cum accuſativo. Sed hoc illo uſitatius noſtris eſt. Quanquam vim adhibere & negotium *ad aliquem*, non rectè dicitur.

Eum detrudi, cui manus afferuntur, neceſſe eſt, inquam, ſi ad verbum rem volumus attingere, neminem ſtatu detruſum, qui non adhibita vi, manu demotus & actus princeps intelligatur. pro Cec.

Nulla res tanta exiſtat, Judices, ut poſſit vim mihi majorem adhibere metus quàm fides. pro Q. Roſ. Am.

Mitto adhibitam vim ingenuis, matresfamilias violatas. in V.

Major vis adhibita ei eſt, [B. hem is grooter gewelt gedaan. G. *on luy à fait de plus grandes violences.* A. a greater outrage is done to him.] *cujus animus eſt perterritus, quàm illi, cujus corpus vulneratum eſt.* pro Cec.

De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt, potentes, diſerti, nobiles omnes advocandi ſunt, adhibenda vis eſt veritati. p. Qu.

Quod eum audiviſſet adoleſcens filius negotium adhiberi patri [B. dat ſijn Vader moeite aangedaen wiert. G. *que l'on faiſoit des affaires à ſon pere.* A. that men troubled his father] *accurrit Romam.* Off.

Quid eſt, quod ullos diis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? [B. waarom ſouden wy de Goden dienen, eeren, aanroepen? G. *pour quoy ſervirions nous, honorions nous, invoquerions nous les Dieux?* A. wherfore ſhould we ſerve, worſhip, and adore the Idols?] de N.

Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quæ adhibetur homini. de N.

Hos delectat aſſentatio, his fictus ad eorum voluntatem ſermo *cum* adhibetur. [B. men praat haar na de mond. G. *on affectoit d'être de leur ſentiment.* A. they ſmeare him upon the mouth] de Am.

Eadem eſt omnibus adhibenda oratio. Tuſcul.

Atque utinam his omnibus abſtergere fletum ſententiis noſtris, conſultiſque poſſemus: vel aliqua

ædis adhiberi publicè poſſet oratio, qua deponerent mœrorem. in A.

Sicut medico diligenti, priuſquam conetur ægro medicinam adhibere, [B. een zieke geneeſen, remedien daar toe gebruiken. G. *guerir un malade, ſe ſervir de remedes à cela.* A. to heal a ſeek man.] *non ſolum morbus ejus, cui mederi volet, ſed etiam conſuetudo valentis, & natura corporis cognoſcenda eſt.* de Or.

A philoſophia morbis animorum adhiberi. Tuſc.

Cohorrui, ut aliquando medicinam reipub. adhiberetis. non ea eſt medicina, cum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur atque integræ. carnificina eſt iſta, & crudelitas. pro Cæl.

Ut vinum ægrotis, *quia prodeſt raro, nocet ſæpiſſime, melius eſt non* adhibere *omnino quàm ſpe dubiæ ſalutis in apertam perniciem incurrere.* de N.

Nulla enim remedia, *quæ* vulneribus adhibentur, *tam faciunt dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria.* in A.

Omnibus his nulla ne eſt adhibenda curatio? Tuſ.

Quapropter in adeundis periculis conſuetudo medicorum imitanda eſt: qui leviter ægrotantes, leviter curant: gravioribus autem morbis periculoſas curationes, & ancipites adhibere coguntur. Off.

Conſolationem tu mihi Brute adhibuiſti [B. o Brutus, gy hebt my vertrooſt. G. *tu m'as conſolé.* A. you have comforted me] *tuis ſuaviſſimis literis.* de Cla.

Omnes eos motus, quos orator adhibere volet judici, in ipſo oratore impreſſos atq; inuſtos eſſe. de Or

Iſocrates acerrimo ingenio Theopompi frenos [B. hy heeft den drift van Theopompus wat ingeteugelt. G. *il à un peu refrené la paſſion de Theopompus.* A. he has refrained the violent humour of Theopompus] *leniſſimo Ephori calcaria adhibuit.* [B. ende by den ſachte ſtijl van Ephorus een ſpoortje by gedaen. G. *& mis un éperon au doux ſtile d'Ephorus.* A. but he has given a prik to the meek humour and ſtile of Ephorus] de Ora.

Athenienſes omnibus ſemper publicis conſiliis divinos quoſdam ſacerdotes, quos mantes vocant, adhibuerunt: & Lacedæmonii regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederunt: itemque ſenibus (ſic enim conſilium publicum appellabant) augurem intereſſe voluerunt. de D.

ADIGERE.

Adigere arbitrum pro ſocio, [B. iemant roepen voor goede mannen. *q.d. ágere ad arbitrum.* G. *amener quelqu'un devant les arbitres.* A. to call any one to the arbitratours] aut omiſſo *ſocio*, jureconſultorum formula loquendi, qua ſignificatur, Aliquem vocare ad arbitrum, qui à magiſtratu ad conſtituendum ex æquo & bono eſt conſtitutus.

Quæ cum ita ſint, cur non arbitrum pro ſocio adegeris, Qu. Roſcium quæro? formulam non noras? poſt, *Quem per arbitrum circumvenire non poſſes, cujus de ea re non erat proprium judicium, nunc per judicem condemnabis, cujus de re nullum eſt arbitrium?* pro Roſ.

Si in urbe de finibus controverſia eſt, quia fines magis agrorum videntur eſſe, quod urbis finibus regendis adigere arbitrum non poſſis. Top.

Itaque Calpurnius cum demolitus eſſet, cognoviſſetque Claudium ædes poſtea proſcripſiſſe, quas eſſet ab auguribus demoliri juſſus, arbitrum illum adegit, quicquid ſibi de ea facere oporteret ex fide bona M. Cato judex ita pronunciavit, cum in venundando rem eam ſciſſet, & non pronunciaviſſet, emptori damnum præſtari oportere. Off.

ADJICERE.

Adjicere oculos alicui rei [B. iewers zin in hebben, 't oog iewers op ſlaen. G. *avoir envie de quelque choſe, jetter la vuë ſur quelque choſe.* A. to hang his mind upon ſom thing] Latinorum proprium loquendi genus, quo ſignificabant cupiditatem alicujus rei.

In ſacrificium cogitatam libidinem intulit: quo ne impudentiam oculorum quidem adjici fas fuit. de Div.

An vos aliter exiſtimabitis, cum ad omnia veſtra pauci homines cupiditatis oculos adjeciſſent. contra Rul.

Deinde qui iſtum noſſent, partim ſuſpicabantur, partim planè videbant adjectum eſſe oculum hæreditati. in V.

ADJUDICO. [B. toewyſen. G. *ajuger.* A. to adjugd by law.]

id ſignificare, cui contrarium eſt *Abjudicare*, pervulgatum ſatis non eſt.

*Rullus Pop. Romano adjudicabit. poſt judicabit Alexandriam regis eſſe: à Pop. Rom. abjudicabit, primum Pop. Romani hæreditatem * Decemviri judicent? cum vos volueritis de privatis hæreditatibus * Centumviros judicare? deinde quis aget cauſam Pop. Romani? ubi res iſta agetur? qui ſunt iſti Decemviri, quos perſpiciamus regnum Alexandriæ Ptolemæo gratis adjudicaturos?* contra Rul.

Poſſidere agros in omnia maritima regem Hiempſalem, quos Publius Africanus Po. Romano adjudicarit. contra Rul.

Nemo enim dubitat, quin domus eſſet adjudicata. At.

Quod ſi ipſa reſpub. judicaret; aut ſi omne jus decretis ejus ſtatueretur, Antonio ne, an Bruto legiones Pop. Romani adjudicaret. in A.

In medio relictum quod erat Pop. Romano adjudicavit. Off.

Neceſſe eſt, ut is qui nobis cauſam adjudicaturus, inclinatione voluntatis propendeat in nos. de Or.

Iſte in poſſeſſionem bonorum mulieris mittit: ipſam Veneri in ſervitutem abjudicat. in V.

ADJUNGO.

Sæpe conjungit Cicero cum nominibus conjunctionem & amicitiam ſignificantibus, quod minimè vulgare eſſe videtur.

Illud non dubito, quin, ſi te ſumma mea erga te ſtudia parum mihi adjunxerunt, reſpub. nos inter nos conciliatura, conjuncturaque ſit. Ep.

Proprium hoc ſtatuo eſſe virtutis, conciliare ſibi animos hominum; & ad uſus ſuos adjungere. Off.

Virtutem elucere, ad quam ſe ſimilis animus applicet & adjungat. de Amic.

Adjungere ſibi gratiſſimos optimoſque adoleſcentes. [B. de aengenaemſte en beſte jonge luy tot ſijn vrienden maken. G. *les plus agreables, & les plus bons jeunes hommes faire ſes amis.* A. the beſt and moſt pleaſant young men make his freends.] E.

Virum bonum tua amicitia dignum tibi adjunxeris, mihique gratiſſimum feceris. Ep.

Dubium mihi non eſt, quin is qui novas neceſſitudines adjungat, vetera ſua beneficia conſervari velit. E.

Cæſar ſolet infimorum hominum amicitias ſibi qualibet impenſa adjungere. E.

Prætor offenſionem vitæ æquabilitate decernendi benevolentiam adjungit lenitate audiendi. pro Mur.

Ego autem tibi hoc confirmo, eſſe neminem niſi aliqua neceſſitudine competitionum alicui tuorum ſit adjunctus. de Nat.

Nam quid incipiat Antonius homines adjungere atque invitare ad amicitiam, quos per ſe ſuo nomine appellare non poſſit? ibidem. de Pet.

Ex iis principes ad amicitiam tuam ſi adjunxeris, per eam reliquam multitudinem facilè tenebis. de Pet.

Si quam liberaliſſimè tractes bonos viros ad tuam neceſſitudinem adjunxeris, municipiumque gratiſſimum beneficio tuo adjunxeris. Epiſt.

ADMISCEO.

Ad aliquid, aut *aliquò aliquem admiſcere*, Latinè dicitur: quod barbarè, connumerare aliquem in numero aliquo.

In hac ergo legatione ſim, aut ad id conſilium admiſcear, [B. dat ik onder die raetsluyden gereekent worde. G. *que je ſois compris permices conſeillers.* A. that I mingle my ſelf amoughſt theſe counſellours.] *in quo.* in A.

Trebatium verò meum, quòd iſtò admiſceas, nihil eſt. At.

ADMITTO, [B. begaan, pleegen, wat quaads uitvoeren. G. *commettre, exercer, executer quelque mechanceté.* A. to committ to do an ill thing.]

Idem valere quod *Committo*, ſceleribus & flagitiis tribui, pervulgatum non eſt. Sed *in ſe aliquid admittere* dicimus, non *Committere*: quod cum proprium ſit hujus verbi, hoc loco potiſſimum ejus uſum obſervandum eſſe putavimus.

Si quid prætermiſſum à me fuerit, commiſſum facinus, & admiſſum dedecus confitebor. Epiſt.

Maleficia

Maleficia admittere & committere. pro Roſ.

Quod flagitium Lentulus cum Antronio non concepit? quod ſine eodem illo Catilina facinus admiſit? pro Syl.

Ejuſdem eſſe, qui in illa re peccarit, & hoc quoque admiſiſſe. de In.

Quodnam concepi tantum ſcelus, aut quod in me tantum facinus admiſi? pro Mil.

Id te admiſiſſe concedis, quod ne mendacio quidem tegere poſſis. pro Qu.

Quid quiſque voluerit, cogitarit, admiſerit. pro Syl.

Si admiſiſſet aliquid, quod non poſſit honeſtè vereque defendere. pro Mil.

Sperabam fore, ut aliquid conveniret potius, quàm aut hic tantum ſceleris, aut ille tantum flagitii admitteret. At.

Deos intueri qualis quiſque ſit, quid agat, quid in ſe admittat. de L.

Quid unquam Habitus in ſe admiſit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? pro Clu.

Ea in te admiſiſti, quæ à verecundo inimico audire non poſſes. in A.

Cauſa de parricidio dicitur, per ſervos admiſit. pro Roſ. Am.

Publicus ſacerdos audaciam in admittendis religionibus fœdis *damnet, atq; impium judicet.* de L.

ADMONEO, [B. indachtig maken, waerſchouwen. G. *faire ſouvenir, avertir.* A. to put in mind of, to warne.]

Cum genitivo & ablativo jungi hoc verbum, notum ſatis eſt: ſed cum duobus accuſativis, non item.

Etiam illud te admoneo, ne. At.

Cleomenes admonet illud, quod iſtum fugerat. in V.

Illud tamen te eſſe admonitum volo: primum, qualis es. pro Cæl.

Sed te illud admoneo, ut. At.

Illud tamen quod Theopompo mandavi, cum eſſem admonitus ab ipſo. At.

Hoc me etiam Peducæus, ut ad te ſcriberem, admonuit. At.

Multa præterea oſtentis, multa extis admonemur. de N.

Quàm multi inopes digni præſidio deorum, multo ſomnio ad theſaurum reperiendum admonentur. de D.

Admonere debitores.

Pro hoc modo loquendi barbara quædam in linguam Latinam ſunt inducta. ut, *Petere ab aliquo debitum*, & ſimilia, Idem verò Latini per *appellare* dicebant.

Cum tibi quotidie poteſtas hominis fuiſſet admonendi, verbum nullum facis: biennio jam confecto ferè appellas. pro Qu.

Dolobellæ procuratores fac ut admoneantur: appellabis etiam Papiam. E.

Admonitus hujus æris alieni, [B. over deſe ſchult gemaent zijnde. G. *quand on m'a demandé cet argent.* A. demanded to do ſatisfaction of theſe my debts.] *nolui deeſſe, ne tacitæ quidem flagitationi tuæ.* Top.

ADOPTO.

Aliquem adoptare, Latinè ſignificari hac oratione, quod barbare dicitur, *Aliquem aſſumere*, aut *facere filium ſuum*, notum eſt vel mediocriter literatis. Sed *patronum aliquem adoptare*, quod ii faciebant, qui ſe in clientelam alicujus conferebant, à vulgari conſuetudine abhorrere videtur.

Conventus ille Capuæ me unum patronum adoptavit. pro Seſt.

Ego autem quem potius adoptem, aut invocem, quàm illum quo defendente vincere didici? Ep.

Atqui illum quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. I. A.

Adoptare ſibi aliquem defenſorem ſui juris [B. iemant nemen of kieſen tot een voorſpraake. G. *prendre ou choiſir quelqu'un pour avocat.* A. to chooſe, to take to him ſelf a defender of his right.] *& ultorem injuriarum, & actorem totius cauſæ* I. V.

ADOPTIO, [B. aannemirge tot een kind. G. *l'adoption.* A. an adoption.]

Obſervatione maximè diſci linguam Latinam, hoc

hoc nomen oſtendit: quod rationes grammaticorum non ſequitur, quibus *Adoptatio* potius dicendum, quàm *Adoptio* eſſet. Sed conſuetudo linguarum magiſtra obtinuit, ut ii etiam, qui optimè Latinè locuti ſunt, *Adoptio* dixerint: ✻ *Adoptatio* recentiorum vocabulũ eſſe videtur.

Quod eſt, pontifices, jus adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neque procreare jam filios poſſit: & cum potuerit, ſit expertus pro Do.

Quas adoptiones hæreditates nominis, pecuniæ, ſacrorum ſecutæ ſunt. ibidem.

L. Torquatus filium in adoptionem D. Syllano mancipavit. de Finib.

Quid propagatio nominis? quid adoptiones filiorum? Tuſ.

ADORNO [B. vercieren, beſtellen, beſchicken, beſorgen, voorſien, opmaken. G. *orner, armer, procurer, inventer, fournir, pourvoir, munir.* A. to adorn, to arm, to invent, to advance, to extol, to furniſh, to make preparation of.]

Non ſolum idem ſignificatur hoc verbo, quod per *Suborno*: ſed etiam eandem vim habet, quam *Orno*, aut *Inſtruo*. ut,

Pompeius Italiæ duo maria maximis claſſibus ac præſidiis adornavit. pro Pom.

Lætor mea conſilia, meaſq; ſententias à te probari de Decemviris, de adornando adoleſcente. E.

Vidi forum comitiumque adornatum magnifico ornatu. I. V.

Ut idem accuſationem & petitionem conſulatus diligenter adornet atque inſtruat. pro Mur.

Omni teſtium copia à matre initio eſt adornata, [is van de moeder gepraktiſeert, beſtelt] *à matre nunc* inſtruitur, *ac omnibus ejus copiis ac opibus comparatur.* pro Clu.

Comparatio hujus criminis ab illa eſt inventa & adornata. pro Clu.

ADSUM.

1. Adeſſe alicui [B. helpen, beſchermen G. *aider, deffendre.* A. to help, to defend.] dicebantur latine olim, cum purè Romani loquerentur, qui nunc à recentioribus *ſtare ab alicujus partibus*: aut quod pluribus verbis explicari poſſet per, *Juvare aliquem in aliqua re contra aliquem.* Vide præpoſitionem A.

Adeſſe alicui contra aliquem. At.

Ego tamen tuis rebus adero, ut difficillimis. [B. ik ſal u in de noot byſtaen. G. *je te ſecourray au beſoin.* A. I will aſſiſt you in time of need.] Ep.

Semper enim abſenti affui Deio. I. A.

Recuſabant qui aderant tum Quintio. pro Quin.

2. *Qui ad mortem propius adſum.* [B. die dichte by de dood ben. G. *j'ay un pied dans la foſſe.* A. who am next to deaths door.] de Sen.

Pomptino ad triumphum ad III. *Nonarum Novemb. volebam adeſſe.* Qu. Fr.

3. *Scribendo adeſſe,* [B. preſent weſen in't collecteeren der ſtemmen, en opteeckenen der advyſen. G. *être preſent lors que l'on recueille les voix, & que l'on écrit les avis.* A. to be preſent at the gathering of the voices] ſenatores dicebantur in Senatus conſultis referendis, & ſententiis perſcribendis, qui in eadem fuerant ſententia.

Decreto ſcribendo primum video affuiſſe Lyſaniam. pro Flac.

Ne quis pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet. Poſt.

Et eundem, id quod in auctoritatibus perſcriptis extat, ſcribendo affuiſſe. de Or.

Scribendo affuerunt L. Domitius, Qu. Cælius. E.

4. *Adeſſe animo* [B. op letten. G. *prendre garde.* A. to be attentive] jubentur, qui excitantur ad audiendum & attendendum, ut præſenti ſint animo. ut:

Ades, inquit, animo, timorem omitte. de Som.

Adeſſe animo. pro Cecin.

Adeſtote omnes animis, qui adeſtis corporibus. pro Syl.

Vigilare, cogitare, adeſſe animo. I. A.

ADVERSUS.

Sunt quidem modi loquendi apud veteres, nobis non ut illis uſitati. ut, *adverſo flumine navigare* [B. tegen ſtroom op zeilen. G. *aller contre le fil ou cours de l'eau.* A. to ſayle againſt the tide.] *adverſum ſolem intueri: adverſos nos ſtare*: pro quibus vulgus inſcitè dicit, Contra flumen, contra nos, contra ſolem.

1. *Intueri ſolem nequitis adverſum* [B. gy

kond

kond niet tegen de zon opkijken. G. *vous ne ſcauriés pas regarder contre le ſoleil.* A. you can not look ſtreight againſt the ſun.] de Som.

Eodemq; eo quo adverſam aſcendit ripam. de D.

Dentes adverſi & acuti. de N.

Cicatrices adverſo corpore exceptæ. I. V.

Zeno cum extenſis digitis adverſam manum oſtenderat, viſum inquiebat hujuſmodi. Acad.

Caput in adverſam lecticam inferens beneficia, quæ videre à collega petebat. I. A.

Antipodes adverſis veſtigiis ſtant contra noſtra veſtigia. Aca.

Sed eorum partim obliqui, partim verſi, partim etiam adverſi ſtant nobis. *& ibidem.* Qui adverſa nobis urgent veſtigia [B. zy gaan tegen onſe voeten aen. G. *ils marchent ſous nos pieds, à l'opoſité de nos pieds.* A. they go directly againſt us.] de Som.

2. *Vulnus adverſum*, [B. wonde voor op de borſt. G. *plaie en devant ſur la poitrine.* A. wound in the fore part of the body.] aut adverſas cicatrices vocarunt Latini, quas Barbari quæ acceptæ, aut inflictæ ſunt anteriore parte reſiſtendo, non fugiendo.

Urbis enim celeberrimæ & maximæ partes adverſum illud non monumentum, ſed vulnus patriæ contuentur. pro Do.

Judicibus cicatrices adverſas oſtendere. de Or.

Acceptis à forti adverſario vulneribus adverſis. de Ar.

3. *Adverſus* & *Averſus* latinè dicitur, quod barbare, de retro, & de ante.

Adverſus & averſus (B. van vooren en van achteren. G. *par devant & par derriere.* A. before and behind.) *impudicus es.* de Or.

ADVOCATUM

Alicui venire [B. komen om iemants raadſman en voorſpraak te weſen. G. *venir pour être le conſeiller & avocat à quelqu'un.* A. to come to counſell and plead for one.] dicuntur ii, qui in judiciis aut litibus alicui adſunt, ut defendant contra aliquem.

Si conſtitueris te cuipiam advocatum in rem præſentem eſſe venturum. Off.

Miloni Pompeius advocatus venit. At.

Illi ne advocatus venit unquam. pro Cæl.

Aiunt ſe Ebutio cum armatis ſervis veniſſe advocatum. pro Cec.

AEQUUS.

Æqui boni facere [B. ten goede neemen. G. *prendre en bonne part.* A. to take in good part.] impetrare æquius, melius [B. goed regt krijgen. G. *obtenir bon droit.* A. to obtain favourable right.] jungebant Latini, omiſſa præpoſitione: quod cum à noſtra conſuetudine alienum ſit, ſic loqui cum optimis auctoribus aſſueſcamus:

1. *Tranquilliſſimus autem animus meus qui totum iſtud aequi boni facit.* At.

Deiotarus abſens quicquam aequi boni facit. pro De.

Reliquorum aut judiciorum haec verba maxime excellunt in arbitrio rei uxoriae: melius, aequius in fiducia, ut inter bonos bene agier. quid ergo? aut in eo quod melius æquius *eſt, poteſt ulla pars ineſſe fraudis?* Off.

2. Etiam conjunctione addita. ut,

Cum de jure civili, cum de aequo & bono diſputaretur. de Ort

Propemodum æqua & juſta dicebas. in A.

Quoad tibi aequum & rectum videbitur. Ep.

Cum ſe in cauſa *putant* habere æquum & bonum [B. gelijk hebben. G *avoir raiſon.* A. to be in the right] *quod defendant.* pro Cec.

Aliquid fieri poſſe recte, lege, more, natura, bono & æquo. [B. met recht en billikheid. G. *avec juſtice & équité.* A. as is juſt and equitable] ad Her.

Ex aequo & bono jus conſtat: quod ad veritatem & utilitatem communem videtur pertinere. ad Her.

ÆQUO [B. gelijk maken vergelijken. G. *rendre égal, comparer.* A. to equalize, to compare] pro par reddo, aut confero cum aliquo, in vulgari uſu non eſt.

Deinde ad temperationem ſuperiorem revertit in qua omnem animum univerſæ naturæ temperans permiſcebat: ſuperiſque permiſtionis reliquias fundens aequabat, eodem modo ferme niſi quod non ita incorrupta, ut ea quae ſemper idem. de Uni.

Inter

Inter quos poſſet excellere, cum iis ſe pati æquari. de In.

Omnium ante damnatorum ſcelerum, furta, flagitia, ſi in unum locum conferantur, vix cum hujus parva parte æquari conferrique poſſe. in V.

A E S.

Alienum meum, tuum, ſuum, aut alicujus, Latinè eſt, quod vulgò dicitur: Debitum alicujus,

Quorum æs alienum contractum in popinam. [B. Welke haer opgenomen gelt in het ſnoephuis hebben gebracht en verteert: of, groote ſchulden gemaekt met braſſen.] *in Cat.*

Quos viros, quanto ære alieno, quàm valentes. pro Syl.

Aes alienum ejuſdem diſſolutum eſt. ibid.

Cujus æs alienum videmus non libidine, ſed negotii gerendi ſtudio eſſe contractum. pro Syl.

Aes alienum filii diſſolvere. [B. zijn Soons ſchulden betalen. G. *payer les dètes de ſon fils.* A. to pay his ſons debts.] in A.

Maximum æs alienum ampliſſimorum virorum. E.

Quinto delegabo, [B. ik ſal haer een aſſignatie op Quintus geven.] *ſi quid æri meo alieno ſuperabit, & emptionibus* [B. ſo daer yet van mijn ſchult reſteeren zal, ende overblyven om te koopen] *ex quibus mihi etiam æs alienum faciendum puto* [B. om het welke ik bemerke, dat ik noch geld tot mijnen laſte ſal moeten opnemen.] At.

Quæ res egeſtati & æri alieno tuo, præter mortem Cæſaris, ſubvenire potuiſſet? in A.

ÆSTIMO.

Litem aut nomina æſtimare, quid ſit, vulgus ignorat: quod facit, ut pro eo barbare dicat: Taxare damna, & intereſſe. *Lites* verò *æſtimatæ* vocant Latini (ut inquit Budæus) pecuniam mulctatitiam, & nummarias ſententias. Ut hodie cùm judices certa ſumma actorum diſpendia & incommoda æſtimantes, tantæ pecuniæ reos damnant. Id à juris autoribus, *Quanti intereſt actoris*, appellatur. Litis autem æſtimatio ita appendix erat damnationis, ut hodie ex formula judicandi id eſt, quod, *Damna & intereſſe* vocant.

Quo damnato, tum cum ſevera judicia fiebant. HS XVIII *millibus lis æſtimata eſt.* in V.

Qua in civitate, C. Catoni HS XVIII *millibus lis aeſtimata eſt.* [B. Cato is verweeſen tot vergoedinge van de ſchade, om den eiſſcher te betalen de ſomme van 450 ducatons. (*Vide Sigon. l. 2. de jud. c.* XXIII.) G. *il eſt condamné de payer une amende de 450 ducatons.* A. he is condemned to pay a forfeit: the charges of Cates ſuit aretaxed at 450 crouwns.] in V.

In aeſtimandis litibus non appellari. pro Rab.

De litibus aeſtimatis Cn. Dolobellae. in V.

Ex litib. aeſtimatis reportare aliquid. in V.

Litem capitis aeſtimare. [B. iemant in een crimineele ſaak condemneeren om een geld ſtraf te betalen.] pro Cl.

P. Septimio ſenatore damnato, Q. Hortenſio praetore, de pecuniis repetundis lis aeſtimata eſt eo nomine. in V.

Septimio Scaevolae litem eo nomine eſtimatam. pro Cl.

Mittit in conſilium eoſdem illos, qui litem eſtimarant, judices. E.

His nominibus ſolis Cn. Dolobellæ HS ad tricies litem eſſe eſtimatam. in V.

Cum in eum lites aeſtimarentur. Pro Rab.

Illarum rationum ex ea faece legationis ista ſunt nomina, quæ Dolobellae neceſſariò ſunt aeſtimata. I. V.

AFFERO.

Latè hoc verbum patet. Sed capitibus comprehendemus, quæ vulgò maximè ignorantur.

1. Significarunt Latini hoc verbo *idem* quod verbo *Nuncio*. ut, *afferre aliquid.* Quod cum diſſimile ſit conſuetudini vulgari, eam Ciceronis ipſius loquendi modis emendemus.

Novi aliquid afferre. At.

Aliquid certius. At.

Nihil iſtiuſmodi afferre aliquem. At.

Pacem afferre. in A.

Satis bella aliqua afferre. At.

Tumultuoſas ac moleſtas conciones. E.

Aliquò aliquid afferre. At.

Odioſa afferri aliquò de aliquo. At.

Novi aliquid ad aliquem. E.

Mandata ad aliquem. At.

Terrores Caeſarianos afferre ad aliquem. At.

Alicui aliquid novi. At.

Certi

Certi aliquid alicui. in V.

Pacem, otium, tranquillitatem reipub. afferre [B. Vrede en ruſt voor 't Land bootſchappen. G. *anoncer la paix & le repous le païs.* A. to bring tidings of peace to the countrey] *in hunc annum.* in C.

Alicui afferre aliquid de aliqua re. At.

Literis aliquid afferre de aliqua re. At.

Alicunde quid afferre. At.

Afferre in patriam quid acciderit. Tuſ.

Aliquid afferre quod quis velit. At.

Nondum ſatis allatum eſſe, quomodo. At.

Odioſa afferre de aliquo. At.

Omnia incerta eſſe, quae iſtinc afferebantur. E.

2. Significatur quoque hoc verbo, quod Barbari proferunt per *Allegare*, & *Citare.*

Rationem aliquam afferre.

Rationem afferre, quamobrem aliquid fieri poſſit.

Rationes afferre.

Rationem afferre cur faciat.

Cauſam afferre, qua aliquid efficit.

Cauſam aliquam aliquem afferre.

Facti alicujus rationem afferre.

Aliud afferre quod oppoſitum ſit probabilius.

In contrariam partem aliquid afferre, quod ſit aut gravius, aut aeque grave.

Legi legem contrariam afferre. [B. een wet by brengen, aanhalen, citeeren, die tegen een ander wet ſtrijdig is. G. *aleguer, raporter, citer, une Loy contre une autre qui y repugne.* A. to alledge, to citeone law contrary to another.

Sed adfers cor non fuiſſe.

Afferri poteſt, cur non omnia fato fiant.

Cur aliquid ſit afferre.

Cauſam afferre cur.

Enumerationem exemplorum afferre.

Exemplo afferre aliquid factum eſſe.

Similitudines afferre.

Afferre ut.

Aliquam rem afferre.

Definitionem aliquam.

Poſtulationem brevem aliquam afferre.

In aliqua cauſa afferre aliquid.

3. *Vim, manus, necem afferre,* quid ſit ipſa verba ſatis declarant.

Victores armati vim & manus afferent. At.

Afferre manus ſuis vulneribus. At.

Is manus ſibi afferre conatus eſt. [B. hy heeft de handen aan ſich ſelve willen ſlaen. G. *il a voulu ſe tuer ſoy même.* A. he would have murthered him ſelf.] Ep.

Is confeſſus eſt, ſe Cn. Pompeio ſuis manibus necem afferre [B. Pompeius om hals brengen. G. *tuër.* A. to kill or murther.] *voluiſſe.* in Vat.

Afferre vim matribusfamilias. in Ver.

Afferre vim & manus alicui. [B. iemant kracht en gewelt doen. G. *faire violence à quelqu'un.* A. to offer violence to any.] At. pro Clu.

Ut filiæ ſuæ vis afferretur. in V.

Cum enim dando egere cœperunt, alienis bonis manus afferre coguntur. Off.

Ego ipſe ſenatum ſibi manus afferre coegi. Oct.

Eum detrudi cui manus afferantur. pro Cecin.

Qui injuſtè impetum in quempiam facit, is quaſi manus videtur afferre ſocio Off.

AFFECTUS. [B. geſtelt, bewogen, geplaegt, begaeft, genegen. G. *diſpoſé, emû, tourmenté, doué, affectionné.* A. diſpoſed, moved, vexed, endowed, affected.

Barbari pro affectus, *Diſpoſitus* dicunt, cum animi aut corporis ſtatum ſignificare volunt.

Oculus conturbatus, non eſt probè affectus ad ſuum munus fungendum. Tuſ.

Nunquid manus tua ſic affecta, ut nunc affecta eſt, deſiderat? de Fin.

Qui ſunt morbo gravi & mortifero affecti. de D.

Is gravi morbo affectus eſt. pro Clu.

Ita affectus ſum, ut ſi ad gravem valetudinem labor acceſſerit, mihi ipſi diffidam. in A.

Magna deſperatione ſum affectus. [B. ik ben heel deſperaet. G. *je ſuis tout au deſeſpoir.* A. I am quiete diſcouraged.] At.

Affectus optima valetudine. [B. ſo geſont als een viſch. G. *ſe porter bien, être auſſi ſain qu'un gardon.* A. a ſound man, one in very good health.] Tuſ.

Aliquem ita affectum eſſe, ut optimè ſecundum naturam affectus eſſe poſſit. de Fin.

Varie ſum affectus tuis literis. E.

Eſt enim ita affectus, ut nemo unici filii mortem magis doluerit, quàm ille mœret patris. in A.

Nemo eſt liber, niſi qui ita affectus eſt. Par.

Eodem modo ſapiens erit affectus erga amicum, quo in ſeipſum. de F.

Atque hi ſunt quidem ferè quaſi quidam habitus animi, ſic affecti & conſtituti, *ut ſint ſinguli inter ſe proprio virtutis genere diſtincti.* Par.

Animi autem aut quemadmodum affecti *ſunt, virtutibus, vitiis, artibus, inertiis, aut quemadmodum* commoti *cupiditate, metu, voluptate, moleſtia ſpectantur.* Par.

Affectus virtutibus & artibus, [B. begaeft met deugden en konſten. G. *doué de vertus & ſciences.* A. endowed with virtues and ſciences.]

Affectus vitiis & inertiis. [B. bedorven door ondeugden en onkunde. G. *corrumpu, ou gaté, par le vice & l'ignorance.* A. corrupted with vices and ignorance.]

Animus videtur ita fuiſſe affectus, ut rem cum conſilio perſpicere non poſſet. de In.

Sic reſp. male affecta Latine, (quod barbare diſpoſita) eſſe dicitur.

2. Ætate, ſenectute affectum eſſe eodem modo dicitur, quo morbo affectum eſſe.

Nemo Agrigenti, neque ætate tam affecta, neque viribus tam infirmis fuit, qui non. in V.

Veſtibulum Mutii in ejus infirmiſſima valetudine, affectaque jam ætate, maxima quotidie frequentia celebratur. de Or.

Q. Metellus ſenectute affectus. [B. door ouderdom verſwakt. G. *affoibli de vielleſſe.* A. weakned through old age.]

3. Affectus, a, um. [B. begonnen, half gedaen. G. *commencé, à demi fait.* A. begun, half done.] Latine quoque dicitur, quod vulgari more, Prope factum eſſe.

Bellum affectum videmus, & vere ut dicam, pæne confectum (id eſt, *magna ex parte geſtum*) de Pro.

Ut ea, quæ per ipſum affecta ſunt, perfecta reip. tradantur. de Pro.

Quum vero affecta jam prope æſtate, [B. als de ſomer by na uit is. G. *Quand l'eté eſt preſque paſſé.* A. when de ſummer is almoſt done.] *uvas à ſole miteſcere tempus eſt.* Oecon.

AFFIGO.

Animo à Latinis tribui ſatis notum vulgo nunc Latine loquentibus non eſt.

Hoc in ſenſu meo penitus affixum & inſitum eſt. [B. Daer heb ik een ſterke indruk van: dat ſal uit mijn hooft niet gaen. G. *I'en ay une forte impreſſion: cela ne s'effacera pas de ma memoire.* A. that has a ſtrong impreſſion upon me: that ſhal not eaſily ſlip out of my mind.]

Ea maxime animis affigi noſtris, quæ eſſent à ſenſu tradita atque affixa. de Or.

2. Affixum eſſe aliquem alicui dicitur Latine, quod barbare: ſemper apud aliquem, aut apud latus alicuius eſſe.

Jubes illum mihi eſſe affixum, tanquam magiſtro. Q. Fr.

Habere aliquem ſibi affixum. [yemand altijd by ſig hebben.] Ep.

AFFLICTOR.

Pro, valde affligor, pervulgatum non eſt. ut:

Scire nihil potuit de noſtris domeſticis rebus, de quibus acerbiſſimè afflictor. [B. over welke dingen ik ſeer benaeuwt, of hard bekommert ben. G. *j'en ſuis en peine, fort affligé.* A. i am there fore very troubled, and ſollicitous.] At.

Deinde multo gravius vehementiuſque afflictantur. in C.

Squalent municipia, afflictantur coloniæ. pro Mil.

Hoc etiam turpius afflictatur reſpub. quod &c. Ar.

AFFLIGO. [B. ter nederwerpen. G. *abattre.* A. to caſt or throuw to the ground.

Non ſolum tribuitur animatis, quod vulgo putatur, ſed etiam inanimis. ut,

Illi ſtatuam iſtius deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. I. P.

Adoleſcentiam plenam ſpei maximè perculiſſe, atque afflixiſſe videamini. pro Cæl.

Alicujus domum non ſolum affligere, ſed etiam religione ſempiterna obligare. pro Dom.

AFFLUENS. [B. overvloedig. G. *abondant.* A. abounding.]

Non

Non tam uſitatum nunc eſt noſtris, quàm *Abundans*, quod idem *valet* ut,

Urbs eruditiſſimis hominibus, liberaliſſimiſque ſtudiis affluens. pro Arch.

Vita affluens voluptatibus. de Fin.

Homo divitiis affluens. de Am.

Omnium rerum affluentibus copiis ditari. Off.

Homo bonitate affluens. pro Qu. R.

Affluens bonis omnibus. de Nu.

Conſul unguentis affluens. pro Seſt.

Homo affluens omni lepore & venuſtate. I. V.

Domus ſcelere omni affluens. pro Clu.

Homines otio nimio, & ingeniis uberrimis affluentes. de Or.

AGITARE.

aliquid [B. bewegen gins en weer, iagen, vervolgen, overwegen, verhandelen, ondersoeken. G. *Se mouvoir de part & d'autre, chaſſer, pourſuivre, penſer & repenſer, traiter, s'informer.* A. to move up and doun, to chaſe, to perſue, to ponder, to debate, to examine.] pro inquirere & verſare in omnes partes, Latini veteres uſurparunt. ut.

Cum Deus pulſetur agiteturque incurſione atomorum. de Na.

Natura omnia ciens & agitans *motibus ſuis.* de Na.

Excitare & agitare feras. Off.

Atomos pellere ſeipſas, & agitari inter ſe concurſu fortuito. de N.

Agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus Furiæ agitant & inſectantur impios. de Leg.

Tamen eos agitant furiæ, nec uſquam conſiſtere patiuntur. pro S. R.

Alias aves inſectatur & agitat aquila. de d.

Omnia quæ ad rem pertinent ex hujus, & ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiritis. pro Clu.

Mens agitandis, inquirendiſque rationibus alitur. Tuſ.

Agitari ſcelerum pœnis. de In.

Adoptio Theophanis agitata eſt, per quam. pro Cor.

Sententia quæ erat ſuperioribus diebus agitata in ſenatu. pro Dom.

Agraria lex à Flavio Trib. plebis vehementer agitabatur, autore Pompeio. Att.

AGITATIO. [B. beweging, gedachte. G. *mouvement, penſée* A. the moving of the tongue, the exerciſe of the mind.]

Linguæ & animo à Cicerone tribuitur: à noſtris minime.

Nunquam animus agitatione & motu vacuus eſſe poteſt. de D.

Agitationibus & motibus linguæ cibus depellitur. de N.

Ad quod adhibenda eſt quædam actio, non ſolum mentis agitatio. Offic.

In omnibus his ſtudiorum agitatio vitæ æqualis fuit. de Sen.

Ita fit ut agitatione rerum ſit infinita cognitio. de Or.

Actio mentis, & agitatio in Deo. de N.

AGITATOREM. [B. koetſier, voerman, aenmenner. G. *cocher, chartier, entrepreneur.* A. a coachman, a driver of a cart, a guider.]

Cicero appellat, quem poëtæ potiſſimum aurigam. ut.

Nec eſt melius quicquam, quàm ut Lucullus ſuſtineat currum equoſque, ut bonus ſæpe agitator. At.

Ego enim ut agitator callidus, priuſquam ad finem veniam, equos ſuſtinebo. Aca.

AGO.

Latè patet hoc verbum, jungiturque variis nominibus: quod facit, ut variam interpretationem habeat.

1. Cum adverbiis qualitatis. ut vocant, hoc modo jungitur: *Præclarè, benè, malè cum aliquo agit.* quod multi vulgari conſuetudine ſic efferunt: Bene tractari aut malè aliquem, Felicem aut beatum aliquem eſſe.

Cum illo quidem actum optimè eſt, mecum autem incommodius. de Am.

Hæc conditio fuit aratorum, ut præclarius ſecum agi putarent, ſi vacuos agros Apronio tradere liceret. I. V.

Præclarè cum illis agimus, [B. wy handelen haar ſeer wel. G. *nous agiſſons fort bien envers*

eux. A. wee deal well with them.] *quos pacatos eſſe patimur.* pro Seſt.

Qui hoc non perſpicit, præclarè nobiſcum actum iri. I. V.

Cum illo quis neget actum eſſe præclarè? de Am.

Hiſce temporibus non peſſimè cum iis eſſe actum, quibus ſine dolore licitum eſt mortem cum vita commutare, Ep.

Agiturque præclarè. E.

Ut optimè actum cum eo videatur eſſe, [B. ſoo dat hy ſeer geluckig ſchijnt te weſen. G. *tellement qu'il ſemble être fort heureux.* A. ſo that he ſeems to be in a very good caſe.] *qui quod leviſſima pœna ab hac repub. diſceſſerit.* Epiſt.

Cum ſenſerit populus iſtum &c. intelliget ſecum actum eſſe peſſimè. I. V.

Secum malè actum, [B. dat het ſlecht met hem gaet. G. *qu'il luy va mal.* A. it is ill with him.] *putet.* I. A.

Sed facilè eſt benè agere cum iis, à quibus etiam tacentibus flagitari videatur. I. A.

2. Agi, (pro *in diſcrimen & periculum vocari*), in uſu quotidiano jam non eſt ut,

Agitur enim ſalus ſociorum, pro qua &c. aguntur certiſſima Pop. Romani vectigalia, aguntur bona multorum civium. [B. de goederen van veele borgers loopen gevaer. G. *les biens de beaucoup de bourgeois ſont en riſque.* A. many citizens goods are in danger.] pro Rom.

Qui hæc palàm de loco ſuperiore ageret: pro imperio ac poteſtate. I. V.

Agebantur hæc in conventu palam de loco ſuperiore. ibidem.

In quibus eorum aut de capite agatur, *aut fama.* de Am.

Agitur magna res. de Fin.

Aguntur injuriæ ſociorum. [B. het komt aan op't ongelijk de bontgenooten aangedaen. G. *il s'agît du tort fait aux aſſociés, ou alliés.* A. the queſtion is concerning the injury done to the allies.] I. V.

Sed vos moneo, libertas agitur populi Rom. quæ &c. vita & fortuna optimi cujuſque, quo &c. authoritas veſtra, quam &c. in A.

3. *Agere animam,* [B. op ſijn ſterven leggen, in doods noot weſen. G. *ſe mourir, être à l'agonie.* A. to lay a dyeing, to be at the point of death.] Latini vocabant: quod vulgus nunc, *In extremis eſſe.* ut,

Nam & agere animam, & efflare dicimus. Tuſ.

Eodem tempore & geſtum, & animam ageres. pro Q. R.

Quintus Hortenſius cum has literas ſcripſi, animam agebat. Epiſt.

Agere feſtum diem, [B. vieren, houden heilig dag. G. *fêter, garder les fêtes.* A. to celebrate to keep holy day.] pro *Celebrare:* aut ut Barbari loquuntur, *Solennizare, vel Feſtum diem facere.*

Agere diem feſtum. I. V.

Agere diem natalem ſuum, vel alicujus. At.

Agere diem ſuum natalem quotannis. de Fin.

Ætatem, annum aliquem, aut benè vel malè agere. ut,

Si octuageſimum annum agerent. [B. indien zy gingen in naer 80ſte jaer. G. *s'ils atteignoient leur quatre vingtiéme année.* A. if they were upon the eightieth year of their age.] de Sen.

Agere unum diem [B. eenen dag leven, doorbrengen. G. *vivre, ou paſſer un jour.* A. to ſpend one day, ones life time.] *benè, vel malè ex præceptis ſapientum.* Tuſ.

Agere ut, aut ne, *Latini dixerunt pro quo nobis uſitatius. Quærere ut, Cogitare quomodo.*

Neq; enim nunc id agimus, ut explicemus, de Or.

Dominatio quæ ſit, ab utroque eſt, non id actum, beata civitas ut eſſet. At.

Aliud agitur nihil, niſi ut &c. pro S. R.

Hoc ſolum hoc tempore pugnatur, *ut.* ibid.

Nihil aliud hoc judicio tentatur, *niſi ut.* pro S. R.

Nonne nobis id agendum fuit, ut materiem ſubtraheremus? pro Dom.

Qui tum cum maximè fallunt, id agunt, [B. dat is haer oogmerk, ſy ziin daer op uit. G. *c'eſt leur but, ils tendent là.* A. that is their endeavour, there they aim at.] *ut viri boni eſſe videantur.* Off.

Sed quid neceſſe eſt, cum id agam, ne poſt mortem miſeros

miſeros nos putemus fore, vitam etiam efficere deplorando miſeriorem? Tuſ.

Ego enim jam non id ago, ut proſperos exitus conſequar. At.

Ego id ſemper egi, ne bellis intereſſem. E.

Agere alias res [B. geruſt weſen, daer niet om dencken, zig gek houden. G. *être ſans ſouci, penſer à autre choſe, ne faire ſemblant de rien.* A. to be ſecure, to think upon ſomthing els to trifle.] *dicuntur, qui de eo quod propoſitum eſt, non cogitant, ſed de aliis rebus potius. ut,*

Uſque eò animadverti, judices, eum jocari atque alias res agere. S. R.

Itaque facio me alias res agere, ne convicium Platonis audiam. E.

Oppius aliud agens, & nihil ejuſmodi cogitans. pro Clu.

Quieſcant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Pro Fla.

Atqui vides, inquit Antonius, cum alias res agamus, quàm te inviti adiamus. de Or.

Virtutem neceſſariò gloria, etiamſi id tu non agas, conſequitur. Tuſ.

Quæ ſua ſponte, etiamſi id non agas, cadunt. de Or.

Miror tam alias res agere populum, ut ſit inſano inter diſertos locus. de Cla.

Agere comœdiam, *partes, perſonam aliquam: proprii ſunt quidam modi linguæ latinæ, ſed triti nunc ſatis. Sic agere cum aliquo, per vulgatum eſt: quidam tamen ex vulgari conſuetudine pro Agere cum aliquo,* Loqui cum aliquo *dicunt.*

Lege, ex lege, ex jure, ex ſponſo, ex ſyngrapha agere.

Furti, injuriarum agere. de judiciis dicitur.

Cum miles domum reveniſſet, egiſſetque lege in hæreditatem paternam, [B. als hy pleitte om d'erffenis van ſijn Vader. G. *quand il plaider pour la ſucceſſion de ſon pere.* A. when he had ſued for his fathers inheritance.] de Or.

Poſſet agi lege necne, pauci quondam ſciebant. pro Mur.

Quid agas mecum, ex jure civili & prætorio non habes. pro Cec.

Agere cum aliquo ex ſyngrapha. [B. ziin actie tegen yemant inſtitueeren volgens het handſchrift. G. *proceder contre quelqu'un ſelon le manuſcrit.* A. to proceed againſt one according to the handwriting.] pro Mur.

Agere ex ſponſo. pro Quint.

Agere furti cum aliquo. [B. yemant beſchuldigen over dievery. G. *accuſer quelqu'un de larrecin.* A. to accuſe one of theft.] pro Cluen.

Agere cum aliquo tabellis obſignatis. Tuſ.

AIO. [B. ik ſegge, ja. G. *je dis qu'oui.* A. I ſay, yes.]

Opponi huic verbo Nego, idemque ſignificari, quod verbo *Affirmo,* & *Aientia* dici, quæ vulgò *Affirmativa,* apud paucos percrebruit.

Quaſi ego id curem, quid ille aiat aut neget. de Fin

Ut neque neget, neque aiat aliquid. Aca.

Diogenes ait, Antipater negat. Off.

Sunt etiam valde contraria alia, quæ appellantur negantia, ea ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus: ut, ſi hoc eſt, illud non eſt. Top.

ALIAS. [B. op een ander tijd. G. *une autre fois.* A. at another time.]

pro alio, aut diverſis temporibus uſurparunt eleganter & crebrò Latini. Noſtri tam rarò, ut prorſus ignorare videantur.

Itaque illi aliàs aliud iiſdem de rebus judicant. de Or.

Ut iidem verſus aliàs in aliam rem, accommodari poſſint. de D.

Ex iiſdem illis locis interdum concludere, relinquere aliàs, alioque tranſire. de Or.

Quorum deſcriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. Or.

Aliàs, alias: [B. nu dus, dan ſoo. G. *tantôt l'un tantôt l'autre.* A. ſomtimes one way, ſom times another.] geminato eodem nomine ſignificabant, quod indocti nunc ſic dicunt: *Uno tempore benè, alio tempore malè habet,* quod his modis Cicerone magiſtro emendemus.

Aliàs ita loquor, ut conceſſum eſt: aliàs ut neceſſe eſt. Orat.

Nemo poteſt aliàs beatus eſſe, alias miſer. de Finib.

Alias contentius, aliàs remiſſius. de Or.

Aliàs revocabat, aliàs decernebat. I. V.

Ex quo intelligitur, qualis ille ſit, quem tum moderatum, aliàs modeſtum & temperantem, aliàs conſtantem, obtemperantemque dicimus.

Atque hic item, ut in noſtra perſona licebit, aliàs ſingulatim tranſire omnes argumentationes aliàs ad partitiones ſingula genera referre, aliàs ab auditore, quod deſiderare, quærere aliòs hæc facere per comparationem ſuarum & contrariarum argumentationum. de In.

Mutantur etiam ſæpe hominum mores, aliàs adverſis rebus, aliàs ætate ingraveſcente. de Am.

Cum in ejuſmodi cauſis, aliàs ſcriptum, aliàs æquitatem defendere doceamur. de Or.

ALIENUS [B. vreemt van, niet accordeerende met. G. *contraire à, ne conveniant point à.* A. unbecoming, disagreeable.]

Vis nota quidem eſt, at uſus minime: cum ablativo jungi ſine præpoſitione, vulgus omnino ignorat. ut,

Non putavi eſſe alienum inſtitutis meis, hæc ad te ſcribere. E.

Tamen amore noſtro non ſum arbitratus alienum hæc ad te ſcribere. Q. de pet.

Neq; hoc dii alienum dicunt majeſtate ſua. de D.

Sed alienum mihi videtur dignitate imperii, quo &c. de Pro.

ALIUS, ALITER.

Obſervandum hoc loco eſt, quænam voces conſequantur hæc nomina. Nam non ſolum dicimus quàm, ſed etiam *Alius ac atque, &.* Sic etiam de *Aliter. Alud atque.* [B. anders als. G. *autre que.* A. an other then.]

Aliud tu honeſtum in hac cauſa videas, atque ego exiſtimem. At.

In aliis rebus verſor atque tu. de Leg,

Tantum dico aliud eſſe illud atque hoc.

Nec erit hæc alia ratio Planco, atque Laterenſi. pro Plan.

Mihi videris aliud tu honeſtum, meque dignum in hac cauſa judicare, atque ego exiſtimem. At.

Si aliud atque exiſtimas. pro Mur.

Non alius eſſem, atque nunc ſum, Lentule.

Tantum & aliud eſſe atque hoc. de Or.

Si ipſe A. Cluentius ſententiam de judiciis rogaret, aliam non diceret, atque ii dixerunt, quorum ſententiis Cluentium condemnatum eſſe dicitis. pro Clu.

Cum aliud cognoſceret atque ſentiret. Aca.

Alio nomine illam rem de quo agitur, appellari oportet, atque adverſarii dicunt. Rhe.

Longè alia ratione recuperator ad agendum hac actione venio, atque initio veneram. pro Ce.

Noſtra factum eſſe negligentia, ut longè alia in fortuna eſſet, atque ejus pietas ac dignitas poſtulabat. Terentiæ.

Aliud ac. [*Alia dicere ac ſignificare.* de Or.

Aliud mihi ac tibi videri poteſt. de Or.

Nec erit hæc alia ratio Plancio ac Laterenſi. pro Pl.

Poteſt enim non ſolum aliud mihi ac tibi, ſed mihi ipſi aliud aliàs videri. de Or.]

Ne alio menſe ac fas erat, comitia haberentur. I. V

Quod quidem agere ſi liceret, alio modo ac nunc agendum eſſet. At.

Lux denique longè alia eſt ſolis ac lychnorum. pro M.

Quid ergo hi poſſunt aliud judicare, ac judicaverunt? pro Cor. Balb.

Alius &. *Alia & bona, & mala videntur Stoicis.* de Or.

Non alia cauſa eſt æquitatis in uno, & in pluribus. pro Cec.

Alia cauſa eſt ejus qui calamitate premitur, & ejus qui res meliores quærit. de Off.

Lux longè alia eſt ſolis & lychnorum. pro Cæl.

Aliter ac. *Ne ſim ſalvus, ſi aliter ſcribo ac ſentio.* At.

Omnia aliter ac vos in monumentis habetis pronunciavit. pro Dom.

Quo majorem ſpem habeo, nihil forte aliter ac deceat. At.

Aliter atque. *De Antonii itineribus neſcio quid aliter audio, atque ut ad te ſcripſeram.* At.

Proinde quaſi iſti de illo aliter atque ego exiſtimo ſentiant. pro Dom.

Aliter &. [B. Anders als, G. *autrement que*. A. otherwiſe then.]

De pueroaliter ad te ſcripſi, & ad matrem. At.

Sunt & alii modi vere Romani, qui hoc nomine fiunt, alieni à conſuetudine vulgari. *Iterarunt enim Latini, alius hoc modo, alius alio melior.* quod cum vulgus ignoret, aliena multa conſuetudine trivit. ut: *Alius multo eſt melior quem alter*: aut, *Unus meliorem ſententiam dixit quam alius.* & ſimilibus barbaris modis utitur: purpura & emendata conſuetudine loquendi deſtituatur: ea enim talis olim fuit. ut.

Omnes certatim, alius alio gravius atque ornatius de mea ſalute dixerunt. pro Seſt.

Accepi epiſtolas tuas, aliam alia jucundiorem. At.

Habes Sardos venales, [B. gy hebt guiten te hoop. G. *tu as des fripons à vendre*. A. have you a pack of knaves to ſell.] *alium alio nequiorem.* [B. den eenen boef ondeugender zijnder als den ander. G. *l'un coquin valant moins que l'autre.* A. the one more knaviſh then the other.] *hic alius de duobus dici videtur.* Ep.

Alius alius diverſitatem ſignificat, ut alias ſuprà.

Orbis unamquamque partem aliam alio modo movere atque immutare cœlum. de Div. *& alibi: Signa alia alio in loco lachrymantes intuebantur.*

Itaque illi alias aliud iiſdem de rebus judicant. de Or.

Simia omnia diſturbavit, & aliud alio diſſipavit &c. D.

Quorum deſcriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. Or.

Ut iidem verſus alias in aliam rem accommodari poſſint. de D.

Res alio atque alio elata verbo. [B. een ſaak uitgeſprooken met verſcheiden woorden. G. *une choſe exprimée par divers mots ou diverſes paroles.* A. a thing uttered with divers and ſundry words.] Or.

Cum aliud videatur eſſe numerus, aliud numeroſum, quid interſit. Or.

Aliud aliis videtur optimum. [B. het contrarie wort by verſcheyden voor het beſte gehouden. G. *le contraire eſt cenſé le meilleur par pluſieurs.* A. the contrary is by ſom taken to be the beſt.] Or.

Multa in epiſtolam conjeci, aliud alio tempore. Q. Fr.

Aliud ex alio, Latinè: quod barbare dicitur, Unum ex alio. [B. het eene voor, het andere na. G. *une choſe apres l'autre.* A. one thing after another.]

Aliud ex alio quærere. de Leg.

Me quotidie aliud ex alio impedit. E.

Sed ut aliud ex alio, mihi non eſt dubium, quin &c. At.

Nec unquam aliud ex alio peccare deſtitit. At.

Hic tum alius ex alia parte. in V.

Videtis ne, quanta ſeries rerum ſit, atque ut ex alio alia nectantur. de Na.

Cauſæ aliæ ex aliis aptæ [B. aen elkander vaſt. G. *ataché l'un à l'autre.* A. joined to one another.] *& neceſſitate nexæ.* de Leg.

ALLEGO, [B. yemant uitſtieren, toeſenden. G. *envoïer, depêcher quelqu'un.* A. to ſend one as a meſſenger, to depute.]

Allegare non ſignificat apud Ciceronem & veteres, autorum teſtimonio uti, aut afferre aliquid, quo probet ea quæ ſunt propoſita: ſed mittere in privatis negotiis aliquem, aut aliquos ad aliquem, qui noſtram cauſam apud eum agant. Aut quod legare eſt in publicis rebus, Allegare in privatis ſignificat.

Petit à me Rabonius, & amicos allegat, facilè impetrat. I. V.

Homines nobiles allegat iis qui peterent, ne ad Syllam adirent. S. R.

Si mihi tecum minus eſſet, quàm eſt cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi. E.

Extremum illud eſt, ut ad te philoſophiam allegem. E.

ALTER, ALTER. [B. den een, den ander. G. *l'un, l'autre.* A. the one, the other.]

Quàm obſcurata, & penè amiſſa fuerit lingua Latina, hoc nomen oſtendit: quo cum nihil ſit Latinis

Latinis uſitatius, nullum pene eſt, quod magis vulgò negligitur. Quis enim eſt, qui pro alter, *duo*, & *ſecundum* non ſemper uſurpet, cum diſcrimen quod eſt inter *Secundum* & *Alterum*, non intelligat? *Alterum* enim, crebrò optimi autores pro *Secundo* utuntur: at *Secundum* in omnibus pro *Altero* poni non poteſt. quod illud ſemper *Secundum naturâ ſignificet*: hoc vero non ſemper: ſed etiam unum de duobus, nullo certo ordine obſervato.

Cum is unum jam & alterum diem deſideraretur. pro Clu.

Equitatus qui in Syriam ducebatur bipartito: alter eum à quo ducebatur, reliquit: alterum Cn. Domitius à legato Syriaco abduxit. I. A.

Accedit ut accuſatorum alterius crudelitate, alterius indignitate perturber. pro Deio.

Neceſſe eſt enim, alterum ſit de duobus. Tuſc.

Ego è Formiano exiens XVII. *Calendarum, ut inde altero die in Tuſculanum ſcripſi hæc.* A.

Qui enim eſt tantum in uno, aut altero die. At.

Unus & alter dies, [B. een dag of twee. G. *un jour ou deux.* A. a dag or two.] *interceſſerat, cum res parum certa videbatur, & paulo poſt:*

Qui cum unum jam & alterum diem deſideraretur.

Habetur una & altera concio vehemens & gravis. ibidem.

Rex primò nihil metuere, nihil ſuſpicari, dies unus & alter, plures non refertur. in V.

Unum & alterum menſem, propè annum, denique domi tuæ piratæ aliquo tempore capti ſunt. ibidem.

Tum repentè iſtæ peſtes citari jubet, dicit unus aut alter breviter. ibidem.

Si quem tibi item unum alterumve diem abſtulerit. Appio Pulchro.

Neque alter de duobus ſolum dicitur, ut multi opinantur. ut,

Ad Brutum noſtrum hos libros alteros quinque mittamus. Tuſ.

Non modo his tribus, qui &c. ſed etiam alteris tribus, qui &c. de D.

In altero pudor, in illis libidines. in A.

Alterum ſe eſſe, aut fore. vulgo, Talem eſſe aut fore, qualis ipſe eſt.

Meipſum accuſo, deinde te, quaſi me alterum. At.

Ad omnia me alterum ſe fore dixit. [B. hy ſeide dat hy in alles voor my doen ſoude als voor ſich ſelve. G. *il dît qu'il feroit en toutes choſes comme pour ſoy même.* A. he ſaid he would be as true to me as to him ſelf.] A.

Vide quàm mihi perſuaſerim, te eſſe me alterum. Ep.

Ad te, tanquam ad alterum me proficiſcens. [B. na mijn eenige en beſte vrient treckende. G. *allant chés mon intime & meilleur amy.* A. going to my beſt and only friend.] At.

Quem ſi reliquiſſem, dicerent iniqui non me planè poſt annum ex provincia deceſſiſſe, quoniam alterum me reliquiſſem. Ep.

De eodem & altero. Top.

ALUMNUS, [B. voeder, voeſter, voeſterling, diſcipel. G. *nourriſſier, nourriſſe, nourriſſon, diciple.* A. a nouriſher, nurſe, nurſery, ſcholar.]

Tam eum ſignificari hoc verbo qui *alitur*, quàm *qui alios alit*, in vulgus prorſus ignotū *ut,*

Ariſtoteles cæterique Platonis alumni. de Fin.

Aliquis quaſi alumnus diſciplinæ alicujus. Ep.

Vos quoque ſigna videtis aquai dulcis alumnæ. de D.

Eloquentia bene conſtitutæ civitatis quaſi alumna quædam. de Cla.

Ego itaque pacis, ut ita dicam, alumnus. I. V.

AMABO te. [B. doch, ey lieve. G. *je vous prie, de grace.* A. i pray thee, i beſeech you.]

Rogantis hic modus loquendi, priſcæ & Romanæ integritatis eos qui in humanioribus literis diu multumque verſati non ſunt fugit. ut,

Cura, amabo te, Ciceronem noſtrum. At.

Cura, amabo te, ut cum Vicinio tranſigas. At.

Urbanitatis poſſeſſionem, amabo, quibuſvis interdictis defendamus. E.

Noſtra autem negotia, quoniam Romæ commoraris, amabo te explica. At.

Expecta amabo te, dum Atticum conveniam. At, & Qu. Fr.

Sed,

Sed, amabo te, cura ac cogita nihil novi. E.

Amabo te, ſi quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. Ep.

Amabo te, incumbe in eam rem. At.

Eodem modo. *Si me amas, Si me diligis,* ab iiſdem uſurpatur: in quibus obſervandum eſt, non jungi *Si* cum Subjunctivo. ut, *ſi me ames, diligas,* non invenitur apud Ciceronem: ſed, *ſi me amas, diligis.*

Tu, ſi nos omnes amas, confirma te. Ep.

Si me amas, cum tu vis apud me maneas. At.

Adduc, ſi me amas, Marium. Qu. Fr.

Pugna, ſi me amas. Ep.

Poteris igitur & facies, ſi me diligis, ut quotidie ſit Acaſtus in portu. Ep.

Effice, ſi me diligis, ut valeas.

Si me diligis, excita ex ſomno tuas literas. Epiſt.

Cura, ſi me diligis, ut valeas. ibid.

AMBIGO. [B. pleiten diſputeeren. G. *plaider diſputer,* A. to plead to diſpute.]

Non obſcura eſt vis hujus verbi: ſed monendi tantũ hic ſunt indoctiores, ne, *Controverto* dicant & *controverti aliquid*: quomodo verbum hoc apud probatos autores non inveniatur. Sed *Ambigo,* & *ambigi* pro eo ſunt uſi.

Fundus, de quo ambigitur. pro Cec.

In eo autem jure, quod ambigitur inter peritiſſimos, non eſt difficile. de Or.

Ut inter eos qui ambigunt, conveniat, quid ſit id de quo agatur. de F.

Nihil eſt enim, quod inter homines ambigatur, in quo. de Or.

Quæ propter ſcriptum ambiguntur. de Or.

Omnis res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri & diſceptari ſolet, ſive &c. de Or.

Ex contrariis ſcriptis ſi quid ambigitur. de Or.

Ambigunt agnati cum eo qui eſt ſecundus hæres. de In.

Nihil ambigi poteſt, in quo non. Or.

Niſi cum de vero ambigitur. ibidem.

Si plures ambigent &c. de In.

Ambigere de aliqua re. Top.

Si de hæreditate ambigitur. I. V.

AMBITUS verborum [B. omtrek van woorden, periode. G. *periode, circuit de paroles.* A. a circuit of words, a period.]

Voce Latinè ſignificari, quod Græcè periodi, ex verbis Ciceronis, qui ſic reddidit, intelligitur.

Ille quaſi verborum ambitus: ſic enim has orationis converſiones Græci vocant. de Or.

Comprehenſio & ambitus ille verborum, ſi ſic periodum appellari placet. de Cla.

Arguti, certique, & circumſcripti verborum ambitus. Or.

Meæ aures perfecto completoque verborum ambitu gaudent. Or.

AMBULO. [B. reiſen, varen, trecken. G. *voïager, naviger, aller.* A. to take a journey, to take a voyage, to go.]

Non ſolum ii dicuntur *ambulare*, qui ſpacia faciunt, aut animi cauſa eant: ſed etiam qui proficiſcuntur aliquò: quod vulgus neſcit.

Si enim rectè ambulavit is qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit. At.

Xerxes tantis claſſibus Helleſponto juncto, Athoque perfoſſo, maria ambulavit, *terramque navigavit.* de Fin.

Xerxes maria pedibus, claſſibus montes peragrans. ibid.

Sed ut philoſophi ambulant, has tibi redditum iri putabam prius. At.

Eo autem modo ambulat Cæſar, ut timeam, ne citius quàm opus ſit, ad Brunduſium acceſſerit. At.

Triduo ſeptingenta millia paſſuum ambulare. Qu.

AMO.

Vis nota ſatis eſt & pervulgata. Sed *Multum,* aut *valde te amo*: pro, *Gratum mihi facis,* eſt Latinæ linguæ proprius loquendi modus à vulgari conſuetudine prorſus alienus.

De Raudusculo multum te amo. At.

Signa quæ nobis curaſti, ea ſunt ad Caietam expoſita, te multum amamus, quòd ea abs te diligenter, parvoque curata ſunt. At.

Multum te amo, [B. gy hebt my dienſt gedaen.

G. *tu m'as fait plaiſir.* A. you have done me a kindnes.] *quod reſpondiſti M. Octavio.* At.

Et in Attilii negotio te amavi. E.

AMPLECTOR; [B. begrijpen, bevatten. G. *comprendre, concevoir.* to comprehend, to compriſe.]

Eandem vim habere, quam *Complector*, aut *Comprehendo*, vulgo notum non eſt.

Hæc parvi temporis memoriam, illa perpetuæ exiſtimationis fidem & religionem amplectuntur. S. R.

Aſſentior tibi, qui non ita amplecteris artem, ut alii ſolent. de Or.

Quod ego pluribus verbis amplecterer, ſi non &c. pro Qu. R.

Quæ ſi judex non complectetur omnia conſilio. pro Fron.

2. *Amplector aliquem*, [B. yemant begunſtigen, van herten beminnen. G. *favoriſer quelqu'un, aimer ſincerement.* A. to favour one, to love heartily.] aut *aliquid*, pro *diligere*, aut quod vulgari modo dicitur: Ex corde amare, aut benè velle alicui.

Cæſar favet ingeniis, nobilitatem & dignitatem hominum amplectitur. Ep.

Me amiciſſimè quotidie magis Cæſar amplectitur. E.

Diligere, amare, amplecti laudare aliquem. At.

An Antonius equites Romanos amplectetur? I. A

Quia nimis amplecti plebem putabatur. pro M.

Parvulus filius qui mihi videtur amplecti rempub. I. C.

Nam quòd jus civile tam vehementer amplexus es, video quid egeris. de Or.

Qui tanto amore ſuas poſſeſſiones amplexi tenebant. pro Syl.

Cum verò ea tua ſit voluntas erga me, libenter amplector talem animum. Ep.

AMPLIO, [B. 't vonnis uytſtellen. G. *remettre, differer le jugement.* A. to differ ſentence.]

Hoc verbo exprimebant veteres Latini, quod recentes inſcitè noſtris temporibus ſic dicunt: Differre judicium, aut jus, aut ſententiam in aliud tempus.

Cum cauſam non audiſſet, & poteſtas eſſet ampliandi, dixit ſibi liquere. pro Cec.

Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus, antea vel judicari primo poterat, vel amplius pronunciari. I. V.

Quid fuit judices, quare iſtum nefarium ampliaveritis? ad Her.

Amplius pronunciare, idem.

Cum conſules re audita amplius de conſilii ſententia pronunciaviſſent. de Cla.

AMPLIUS, [B. meer, als. G. *plus que plus de.* A. more then.]

Contra conſuetudinem ſimilium nominum jungitur hoc cum nominativo, & accuſativo. Quod etiam in voce plus obſervandum erit: ratione enim comparationum dicendum tantum eſſet, *tantum civibus amplius*, non *amplius centum cives.* Sed uſus omni ratione in linguis potior ſæpe eſt. Quot enim modis idem dicatur, ex hoc uno loco Ciceronis facilè diſcemus.

Quam pridem hoc nomen Fanni in adverſarium retuliſti? poſt: amplius ſunt ſex menſes. *quid ſi tandem amplius triennium eſt? tu hoc nomen triennium amplius in adverſariis jacere pateris? hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in adverſariis relinquebas?* pro Qu. R.

Cum enim Syracuſis amplius centum cives Romani cognoſcerent. in V.

Qui cum amplius centum cives Romanos haberet ex conventu Syracuſarum. in V.

Qui ager ut dena jugera ſint, non amplius hominum quinque millia poteſt ſuſtinere. ad At.

Non amplius quatuordecim cohortes Luceriam coëgi. At Pomp. ad Domiti.

Hoc amplius. [B. daer en boven. G. *en outre.* A. moreover.] *Proprius quoque modus Romanæ linguæ, quo acceſſionem ſignificabant.*

Illi ſe ſuos armatos adduxiſſe dixerunt: etiam hoc amplius, cum Ebutius Cæcinæ malum minitaretur, Ibi tum Cæcinam poſtulaſſe. pro Cæc.

Cum uterque eorum docuiſſet, qualem in repub. principem conveniret, pluribus præterea cum ſcripſiſſet, qui eſſet optimus reipub. ſtatus: hoc amplius Theophraſtus, quæ eſſent in repub inclinationes rerum, & momenta temporum. de Fin.

Itaque

Itaque obtemperare cogito præceptis tuis: hoc amplius, naviculariam habere aliquid. E.

ANFRACTUS. [B. omwegen. G. *de tours.* A. windings or turnings.]

Cicero *anfractum* vocat, quas ambages, ii qui ætate conſecuti ſunt, appellarunt.

Figura nihil habens inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens &c. de N.

Oratio circumſcripta longo anfractu. Par.

Itaque ut ita cadat, in annuis anfractibus deſcriptum eſto. de Leg.

ANNIVERSARIUS. [B. om het jaer eens komende. G. *anniverſaire, arrivant une fois dans l'an.* A. anniverſary. every year at a certain time.]

Hoc nomine Latini ſignificarunt, quòd ineptè imperiti ſolent dicere, *Singulis annis ſemel, unoquoque anno.*

Mercurius ſacris anniverſariis apud Tyndaritanos ſumma religione colebatur. I. V.

Syracuſani feſtos dies anniverſarios agunt. I. V.

Qui ſacrificia gentilia anniverſaria factitarunt. I. V.

Sacra anniverſaria. At.

Impetus cœli conſtantiſſimè conficiens viciſſitudines anniverſarias. de N.

ANTECEDO.

Vis & poteſtas verbi manifeſta ſatis: ſed ſolum hoc notandum hic fuit, Cic. per verbum *Antecedo* ea ſignificare, quæ alii autores per *Præcedo.*

ANTIQUIOR, *ut, iſſimus.* [B. beter, beſte: liever, het lieffte. G. *meilleur, plus cher, plus agreable.* A. better, beſt. dearer, deareſt.]

pro *carior*, aut *potior*, tritum fuiſſe olim Romano ſermone, vulgus ignorat.

Si in adventu tuo bellum confici poteſt, nihil ſit antiquius. Ep.

Me id multo magis movet, quod mihi eſt ſanctius ac antiquius. At.

Ne dubitaris, quin quod honeſtius, id mihi futurum ſit antiquius. At.

Quod tibi & antiquiſſimum eſſe & ab initio ſuiſſe omnium ſermone celebratum eſt. Qu. Fr.

Nihil mihi antiquius noſtra amicitia eſt. At.

Antiquiorem Deiotaro fuiſſe laudem & gloriam, quam regnum & poſſeſſiones ſuas. de D.

Nec quicquam habui antiquius, quàm ut Panſam ſtatim convenirem. E.

De Tullia mea tibi antiquiſſimum eſſe video. [B. ik ſie dat mijn dochter Tullias ſaak u leer na aen het hert leid. G. *je voy que l'affaire de ma fille Tullia vous touche fort.* A. I ſee your chiefeſt care is for my daughter Tullia.] At.

Nihil vita antiquius exiſtimare, omnia poſteriora libertate ducere. in A.

APERIO, [B. ontdecken, vertoonen. G. *decouvrir, montrer.* A. to diſcloſe, to she]

Significari verbo ea quæ *clauſa ſunt, in lucem proferre* vulgatū eſt. *Sed quæ tecta ſunt, & occulta, detegere, & in conſpectu ponere*, paucis & in optimis autoribus verſatis, tantum notū eſſe videtur.

Verentur, ne ſi quo caſu evenerit, ut corporis partes quædam aperiantur, afficiantur non dedecore. Off.

Cum mulier fleret uberius, is caput aperuit, in collum invaſit. in A.

Quæ in diuturna obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, ut ea oculis cernere videamini.

Stella tum deliteſcens, tum rurſum ſe aperiens. [B. dan wederom ſich latende ſien. G. *à puis lors ſe montrand encore.* A. then again appearing.] de N.

Altera occulta quædam, & quaſi involuta aperiuntur: altera prompta, & aperta indicantur. de Fin.

APPARENTIA.

Barbarum eſt, latinè Species.

APPELLO. [B. aenſpreken. G. *parler.* A. to ſpeak to one.]

Latini ſignificarunt hoc verbo aliquid, quòd vulgarem ſcientiam & conſuetudinem fugiat: *nimirum nominatim rogare prorſus aliquē de aliqua re:* quod magis efferre ſolemus per *Alloqui*, quàm hoc verbo. Cicero verò cum exprimere velit, quod Germanicè dicimus: **Einen anſprechen / oder anreden.** aut quod Latine *agere cum aliquo*, diceretur, *Appello* ſolet dicere uſitatius quàm

 Alloquor:

Alloquor: quo tamẽ in eodẽ ſenſu quoq; eſt uſus: ſed *Appello* in ſeverioribus rebus locum habet.

Tum appellat hilari vultu hominem Balbus, ut blandiſſime poteſt, quid tu, inquit, Pacete? pro Clu.

Tu ut me & appelles, & interpelles, & colloquare, & obloquare velim. Qu. Fr.

Salutare benignè, comiter appellare unumquemque. in A.

Ne quis inſpiciat tabellam, ne roget, ne appellet. de Leg.

Appellare milites blando ſermone. Off.

Vos ego appello, quorum de me maxima eſt poteſtas. Antequam.

Cum ego illum crebrò appellans, collegam ei ſuum commendarem. de Or.

Appellare nomen alicujus identidem. de In.

Te autem M. Antoni abſentem appello, nonne, &c. I. A.

Te appello Oppianice, te T. Acti, audere, negare, &c. pro Clu.

Te appello Cato, nonne proſpicis? pro Mur.

Marcelle te appello, ut m? I. V.

Appellare aliquem ſuperbius. pro Pomp.

Appellare aliquem aſperius. contra Rul.

Appellare aliquem verbo graviore. I. V.

Ut eum triſtem Galba vidit, nomine appellavit. de Or.

Me autem nomine appellabat. Aca.

Deiotarus filius, qui rex ab ſenatu appellatus eſt. At.

Quod tum dicendo, tum ſingulis appellandis rogandiſque perſpexeram. Ep.

Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem? pro Flac.

Vos etiam imploro atque appello ſanctiſſimæ deæ. I. V.

Sin &c. quid agendum eſt? qui Deus appellandus eſt? cujus hominis fides imploranda eſt? pro Qu.

Cavendum eſt ne iiſdem de cauſis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. Off.

2. *Appellare* quoque idem valet quod *admonere*, hoc eſt, *à debitore exigere ſolutionem*; ut vulgus loquitur.

Cum tibi quotidie poteſtas fuiſſet admonendi, verbum nullum facis, biennio jam confecto ferè appellas. pro Qu.

Appellatus es de pecunia; [B. gy bent gemaent om 't geld. G *on t'a demandê l'argent.* A. you ave demanded to pay the money.] *quam pro * ſectione debebas.* [B. welk gy ſchuldig waert voor het opkoopen van aengeſlagen goederen. G. *que tu devois pour l'achat de biens confiſqués.* A. which you ought for baging of forſeited goods] I. A.

Attiliano nomine ſcripſi ad Philotimum, ne appellaret Meſſalam. At.

A me petere quod debeo, meipſum appellare debetis. contra Rul.

Cocceium velim appelles: quod enim dixerat, non facit. At.

Dolobellæ procuratores fac ut admoneantur, appellabis etiam Appiam. Ep.

Tulliola tibi diem dat, ſponſorem appellat. At.

Tulliola tuum munuſculum flagitat, me ſponſorem appellat. At.

Poſſumus enim, ut ſponſores appellemus, procuratores introducere. At.

3. *Appellare.* Eo uno verbo Latini ſignificabant, quod vulgari conſuetudine pluribus ſic explicatur: *Ab inferiore judice ad ſuperiorem citare aliquem*: aut etiam, *majorem poteſtatem aut brachium*, ut vocant, *implorare.*

Cujus procurator à prætore ad * tribunos appellare *auſus ſit.* pro Qu.

Ad tribunos quòd appelles, valde probo. At.

*Atque adeò cum jam * diſceſſio facta eſſet, prætor appellatur.* I. V.

Quis igitur prætorem appellat? qui quæſtor iſtius fuerat Cæcilius. ibid.

Appellaſti Tribunos plebis, [*vel*, ad tribunos. B. Gy hebt u beroepen op de Gemeents-Mannen. G. *tu en as apellé aux Tribuns du peuple.* A. you have appealed to the protectours of the commonalty] *ne cauſam diceres.* I. V.

Appellavi populum, tribubus me ſubmiſi. pro Plan.

Appel.

Appellantur Tribuni, à quibus cum eſſet certum auxilium petitum. pro Qu.

APPELLERE, [B. aan land ſtieren. G. *aborder.* A. to ſet cour landwards.]

Qui Latine diſcere velit, obſervet potius quid conſuetudine integra & incorrupta tritum olim fuerit, quam quid præceptis aut rationibus tradatur. Quis enim non eſt, qui non potius dicat, *Navis appulit*, quàm, *Navem*, aut *nave* * *appellit*, quomodo veteres, & veri Romani ſunt locuti? Nam *navis*, *aut claſſis appulit*, Latinum non eſt: quod exempla ipſa maximè comprobabunt.

Cum Perſæ mille numero navium claſſem ad Delum appuliſſent. I. V.

Appellitur navis Syracuſas. [B. 't Schip komt te Siracuſen aen. G. *le Navire aborde, arrive, à Siracuſe.* A. the Ship arrives at Syracuſe.] &.

Navis appulſa Veliam eſt. &

Quos in Siciliam appulſos eſſe navigiis dicebat. &

Claſſe ad eum locum appulſa. &

Cum ad villam noſtram navis appelleretur. At.

Timide, tanquam ad aliquem libidinis ſcopulum, ſic tuam mentem ad philoſophiam appuliſti. [B. gy hebt u zinnen geſet op de wijs begeerte. G. *tu as aplique ton éſprit à la philoſophie.* A. you have ſet your mind to philoſophie.] de Or.

Nec tuas unquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, [B. gy ſoud uwen ſtaet door die oorſaken noit bedorven hebben. G *tu n'aurois jamais perdu ton êtat, par cette ocaſion-là.* A. that would never have undone you.] *ad quos S. Titii afflictam navem videres.* pro Rab.

Viſus eſt in ſomnis paſtor ad me appellere. de D.

APPETO.

1. Manibus appetere, aut aliquid appetere, Latini vocabant: quod barbare ab indoctis dicitur, *Porrigere manum poſt aliquid.*

Et magi dixerunt, ex triplici appetitione ſolis XXX. *annos Cyrum regnaturum eſſe portendi.* De D.

Puer lacteas mammas appetens. [B. na de mam taſtende. G. *tatant la mamelle.* A. to nooſell at the fette.] de D.

2. *Vitam alicujus appetere.* [B. ſtaan na yemants leven. G. *atenter à la vie de quelqu'un.* A. to aſſaile one.] Idem, *quod Cupere aliquem occidere.* Sic *lapidibus appetere aliquem*, & Latine: quod vulgò, *Jactare poſt aliquem lapidibus.*

Vitam meam inimicorum modeſtia non eſſe appetitam. pro Plan.

Filii vita infeſta ſæpe ferro atque inſidiis appetita. pro S. R.

A quibus ille ſe lapidibus appetitum [B. met ſteenen geworpen. G. *frapé à coup de pierres.* A. caſt at with ſtones.] *& percuſſum eſſe dixit.* pro Dom.

APPLICO.

Navem applicare ad ripam, (ut appellere, de quo ſupra.) [B. met het ſchip aen lant varen. G. *mener le navire au port, à terres.* A. to arrive.]

Si ille ad eam ripam quam conſtituerat, non ad contrariam navim applicuiſſet. I. A.

Nautæ navim ad eum applicaverunt. de In.

Tranſlatè, *Se applicare ad aliquid*, idem pene valet, quod *Conferre*, aut *Adjungere ſe ad aliquid.*

Itaque ſe alii ad philoſophiam, alii ad jus civile applicant. Off

Ad hanc potiſſimum philoſophiam me applicavi. Aca.

Voluptas non poteſt ad honeſtatem applicari. de Fin.

Qui ad ſcribendum hiſtoriam maximè ſe applicaverunt. de Or.

Ante rem erit, quod in itinere ſe tam familiariter applicaverit. de In.

Meque ad Molonem applicavi. [B. ik gong ſtudeeren onder Molo. G. *je m'adonnai a l'étude ſous Molo.* A. i went and ſtudied under Molo] de Cla.

Oppianicus ſe ad Staleni familiaritatem applicavit. pro Clu.

Sicilia ſe ad amicitiam fidemque populi Rom. applicuit. I. V.

Applicare ſe, & adjungere ad virtutem. [B. ſig begeeven tot de deugd: zijn ſinnen daar op ſetten. G. *s'adonner à la vertu: y apliquer ſon eſprit.* A. to apply himſelf to virtue, to bend his mind thereto.] de Am.

Chryſippus medium ſe fieri voluit: ſed applicat ſe ad eos potius, qui &c. de Fa.

Omnes vires civitatis ſe ad Pompeij ductum applicaverunt. Ep.

Ad ſe diligendum omne animal applicatum eſt. [B. elk dier is genegen om ſich ſelven te beminnen. G. *chaque animal eſt enclin a s'aimer ſoi-même.* A. every living creature is inclined to ſelflove.] de Fin.

Quam qui appetunt, applicant ſeſe, & propius admovent.

Deinde requirunt atque appetunt, ad quas ſe applicent ejuſdem generis animantes. de Am.

Cui Romæ exultare jus eſſet, ſi ſe ad aliquem, quaſi patronum applicuiſſet. Or.

Indi cum ad flammam ſe applicuerint, ſine gemitu aduruntur.

APPONO.

1. Significari idem hoc verbo, quod per *Adſcribere, Addere*: pervulgatum non eſt.

Ariſtarchus, qui notam apponebat ad malum verſum. I. P.

Reliquis epiſtolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum convenit. Eo.

Nec ſignum tuum in epiſtola, nec dies appoſitus eſt. Bru.

2. *Apponere accuſatorem*, calumniatorem, prævaricatorem, licitatorem: Latinæ linguæ proprii modi, quos cum neſcit vulgus, ex ſuæ linguæ conſuetudine magis, quam Romanæ, iſtiuſmodi ſenſus efferre ſolet. Sic enim imperiti loquuntur, *Subornare aliquem qui falſò accuſat*: quod Latini, *Apponere calumniatorem*, aut *accuſatorem*: Gallicum vulgus attitrare. *Apponere prævaricatorem* vulgo, *Corrumpere adverſarium ut colludat.* Vulgus enim Gallicum, ut inquit Budæus dicit, *Curare ſe per tertium adjournandum*, colluſionis ſcilicet gratia. *Apponere licitatorem aut mancipem*, noſtra conſuetudine potius ſic exprimeremus, *Subornare aliquem qui liceatur, aut licitatorem.* Sed Cicero verbum *Subornare* falſis teſtibus, & ſimilibus potius rebus, quas diximus, tribuit.

Dionem exotavit, calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, [B. hy heeft een deel valſche getuygen van zijn volkje opgemaakt. G. *il a ſuccité un parti de faux temois de gens de ſa ſorte.* A. he raiſed a party of falſe witneſſes of the ſame brood with himſelf.] *qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commiſſam eſſe dicerent.* in V.

Verres calumniatores apponebat: Verres judicabat. in V.

Jam vereor P.C. ne quod turpiſſimum eſt, prævaricatorem mihi appoſuiſſe videar in A.

Tum vero omnibus indigniſſimum viſum eſt, homines honeſtiſſimos electos ex ſuis civitatibus in vincula conjectos: Cleomenem propter flagitiorum, ac turpitudinis ſocietatem, familiariſſimum eſſe prætoris: apponitur his tamen accuſator. in Ver.

Accuſator apponitur civis Romanus de creditoribus Lampſacenorum. in Ver.

Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe liceatur, emptor apponet. Off.

Nunc tuum precium novi, licitatorem potius apponam, quam illud minoris veneat. Ep.

Si res abiret eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet ſibi multam prædam eſſe. in Ver.

APPOSITUS.

pro *aptus*: tritum non eſt, nec pervulgatum.

Forma appoſita ad dignitatem. [B. gedaente wel paſſende op een ontſachlijk weſen. G. *mine, taille propre pour la dignité, ou autorité.* A. a form, or ſhape becoming ones dignity.] ad Her.

Menſes tres, ad dicendum maxime appoſitos mihi

mihi eripuiſtis. in V.

Locus minime appoſitus ad tolerandum calamitatem. At.

Operarius appoſitior [B. bequamer. G. *plus propre.* A. fitter.] *ad ferenda, quàm ad auferenda ſigna.* in V.

Homo bene appoſitus ad iſtius audaciam. &c.

Cætera appoſita tibi mandabo. At.

Ridicula non ſolum mimis perappoſita, ſed etiam nobis. de Or.

Habet quiddam Sardinia appoſitum ad recordationem præteritæ memoriæ. Qu. Fr.

Appoſite, eandem vim habet.

APTUS [B. gevoeglijck, wel aan een geſchakelt.]

Nomen quidem notum ſatis, ſed vis minimè. Latini enim, quæ ordine juncta ſunt, certo & cohærent, quaſi catena aliqua, *apta* eſſe dicebant: eique opponebant, *diſſolutum* aut *diſſipatum.* Quod cum vulgus neſciat, quibuſvis potius quàm proprio nomine in explicandis his rebus utitur.

Balbus multa dixit, etiamſi minus vera, tamen apta inter ſe, & cohærentia. de N.

Orbes vincti inter ſe, & nodis cœleſtibus apti. in Aca.

Nunc quid aptum, id eſt, quid maxime deceat in oratione, videamus. Or.

Non ex verbis aptis pendere jus. pro Cec.

Si ea cauſa non externis cauſis apta dicatur. de Fa.

Nam cui viro ex ſeipſo apta ſunt omnia, quæ ad beatè vivendum ferunt, nec ſuſpenſa aliorum aut bono caſu, aut contrario pendere ex aliorum eventu & errare coguntur, huic &c. Tuſ.

Thucydides verbis aptus & preſſus. [B. hy is kort en maekt een goede ſamenhang van woorden. G. *il eſt ſuccint & arrenge bien ſes paroles.* A. he is short and makes his words to link well in each other.] de Or.

Tanta ſeries artis eſt, ſic inter ſe pleraque ſunt apta & connexa. ut, &c. Par.

Is beatiſſimus eſt, qui eſt totus aptus ex ſe, [B. hy is zalig, die geheel van ſig ſelve alleen af hangt. G. *celui là eſt bien heureux qui ne depende de ſoimême.* A. he is happy, who wholly depends on himſelf.] *qui in ſe uno ſua ponit omnia.* Para.

Eſt apud illos ordo rerum conſervatus, & omnia inter ſe apta & connexa. de Fin.

Qui rectè vixerit, ad illud aſtrum, quo cum aptus fuerit, revertetur. de Un.

ARBITRATUS.

& *ad arbitrium alicujus aliquid facere,* tam nota non ſunt vulgo, quam ea quæ à conſuetudine aliena ſunt, nimirum *ſecundum voluntatem alicujus aliquid facere, ad placitum alicujus aliquid facere, ut placet, ut videtur.*

Quid mihi nunc quæſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de Or.

Quæ mihi facultas, ut id meo arbitratu facerem, ante hoc tempus unquam eſt data. de Fin.

Quo loco niſi iniquum poſtulo, reſponde arbitratu meo. de Fin.

Quas ſententias in hoc libro expoſui meo arbitratu. de Am.

Ego literas ipſius arbitratu dabo, cæ te non moveant. A.

Quæro cauſas omnes aliquando vivendi arbitratu meo. [B. na mijn believen. G. *comme je veux, comme il me plait, à ma fantaiſie* A. as i pleaſe, as i fanſie] Ep.

Tribunitii candidati compromiſerunt HSCCCC. in ſingulos apud M. Catonem depoſitis petere ejus arbitratu, ut qui contra feciſſet, ab eo condemnaretur. Qu. Fr.

Apud quos, quo more, cujus arbitratu ſit educatus. de Iu.

Veni igitur, & age de pace, meone inquam arbitratu? an tibi, inquit, ego præſcribam? At.

Cum ſummam tantæ pecuniæ nullo teſte ſibi ipſe ſuo arbitratu & ſua voluntate feciſſet, contra Rul.

Ad arbitrium.

Ad noſtrum arbitrium libidinemque adverſariorum minas eludemus. I. V.

Hic Heracleo ad arbitrium ſuum navigavit. I. V.

Secundum arbitrium tuum teſtes dabo. I. V.

Ad aliorum arbitrium vivere, non ad ſuum. [B. na een ander mans pijpen danſen. G *en paſſer par ou un autre veut faire tout comme un autre veut, ſe dreſſer*

ſe dreſſer à la mode d'un autre. A. to dance after another mans pipeing.] pro Mur.

Cum Vectius ad arbitrium tuum peroraſſet. in Vat.

Mentes judicium ad arbitrium ſuum poſſe movere. de Or.

Quid Epicurei? num deſiſtunt de iiſdem, de quibus ab Epicuro ſcriptum eſt, ad arbitrium ſuum ſcribere? de Fin.

Ad alicujus arbitrium & nutum totum ſe fingere & accommodare. Or.

Delectationes quas tibi ipſi ad arbitrium tuum compares. Ep.

Et in ea ſitum loci cujuſdam ad ſuum arbitrium fabricari. ad Her.

Quod recentiores *Liberum arbitrium* vocant, Cicero & veteres *Voluntatem liberam*, aut, *Quod in noſtra poteſtate eſt*, appellarunt. [B. vrye wil. G. *Franc arbitre.* A. freewill.]

Quo introcludunt cauſarum ſeriem ſempiternam, hi mentem hominis voluntate libera ſpoliant, neceſſitate fati devinciunt. de Fat.

Non enim ſi alii ad alia propenſiores ſunt, propter cauſas naturales & antecedentes, idcirco etiam noſtrarum voluntatum & appetitionum ſunt cauſæ naturales & antecedentes. nam nihil eſſet in noſtra poteſtate, ſi res ita ſe haberet. Hæc pauca verba idcirco addidi, quòd ad liberam voluntatem pertinent. de Fa.

Ponitur tamen à Cicerone, *Arbitrium, ſuum, meum*, nullo adjuncto alio nomine, pro *libera voluntate mea &c.*

Animus fractus & abjectus, & arbitrio carens ſuo. Parad.

Antonius in ſua poteſtate unquam fuit, nihil unquam arbitrio ſuo fecit, ſemper eò tractus, quò rapuit libido. I. A.

Puto arbitrio ſuo quemque timere oportere. pro Dom.

Tuum, meum, aut alicujus arbitrium ſit, ut *alicujus arbitrio aliquid fieri*: Latinè, quod vulgari more: Ut tu, aut *aliquis determinet: alicujus determinatione aliquid fieri.*

Maximas res arbitrio multitudinis agi. I. V.

Ejus orationis cuſtodiendæ & proferendæ arbitrium tuum ſit. At.

Antonius poſtulat eſſe arbitrium ſuum de rep. At.

Tametſi jactat ille quidem illud ſuum arbitrium. At.

Arbitrium [B. uitſpraek van goede mannen. G. *deciſion d'arbitres.* A. deciſion of the arbitours.] etiam id, quod arbitri conſtituunt & decernunt ex æquo & bono ſignificat: ut judicium, id quod judices.

Aliud eſt judicium, aliud arbitrium: judicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. pro Qu. R.

De judicio & arbitrio multa. ibid.

In arbitrio rei uxoriæ melius, æquius, in fiducia, inter bonos benè agier. Off. Top. & *Cur non arbitrum pro ſocio adegeris Qu. Roſcium quæro.* aliàs *arbitrium.* pro Quinto Roſ.

Quaſi ii qui magna ſocietate fidem gererent, arbitrium pro ſocio condemnare ſolerent. pro Qu.

*Eodem in templo * arbitria non mei ſolum, ſed patriæ funus abſtuliſti, id eſt, præmia.* in P.

Nondum palam factum erat concidiſſe remp. cum tibi arbitria funeris ſolvebantur. Antequam

Vidi prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. pro Dom.

ARCESSO. [B. ombieden, roepen, halen. G. *mander, appeller, aller querir.* A. to call for, to call, to go to call.] barbaris *accerſo*: ſed minus notum.

Cum ab aratro arceſſebantur qui conſules fierent pro S. R.

Cum P. Lentulus, Qu. Metellus me arceſſerent in ſenatum, non venirem? pro Dom.

Pelopem ad te arceſſe. At.

Interea narrat eadem, Brutum arceſſi, Caſſium expectari. At.

A capite arceſſere aliquid, idem valere, quod *à fonte aliquid ducere*, ignotum eſt in vulgus.

A capite quid velimus arceſſere. & unde omnia manant videre. de Or.

Non erit neceſſe, id uſque à capite arceſſere. [B. van vooren af ophalen. G. *rechercher des le commencement.* A. to fetch even from the beginning.] Top.

ARDEO.

ARDEO.

Et ſæpe, & eleganter Cicero hoc verbum transfert, ad ea, quæ quaſi accenſa inflammata videantur.

Is ardet dolore & ira noſter Pompeius. At.

Tu mihi non ſolum incendere judices, ſed ipſe ardere videris. de Or.

Cum ſpumas ageret in ore, arderent oculi. in V.

Cum arderet Syria bello. [B. als Syria vol van oorlog was. G. *lors que la Sirie étoit toute en guerre.* A. when Syria was all in war when the war raged in Syria.] At.

Orbem terrarum diſtributis imperiis bello ardere. Ep.

Una Gallia, communi non ardet incendio. [B. Vrankrijk alleen is vry van de gemeene plaag. G. *la France eſt ſeule exemte de la miſere generale.* A. France alone is free from the common plague.] Or.

Verres ardebat amore illius hoſpitæ. I.V.

Nunc enim mihi animus ardet, & meum cor cumulatur in ira ex Cæcilio. pro Cæl.

Ardere cupiditate alicujus rei. [B. na een ſaek verlangen. G. *deſirer ardemment une choſe.* A. ardently to deſire any thing.] I. P.

Ardeo ſtudio hiſtoriæ. At.

Noſtra antiqua manus bonorum ardet, & ſtudio noſtri atque amore. Qu. Fr.

Res ardet invidia. [B. de ſaek ſteekt vol hatelijkheid. G. *la choſe cauſe bien de l'envie, ou de la jalouſie.* A. the thing is hatefull.] Qu. Fr.

Non angor, ſed ardeo dolore. At.

Omnia tum in illum odia civium ardebant deſiderio mei. pro Mil.

Vidimus eos ardentes [B. vol beweegt, beangſt G. *plein.* A. full.] *tum cupiditate, tum metu, tum conſcientia.* de L.

Nunc animus demum mihi ardet. de Fin.

Nec ſcienter quid appetens deſiderio ardeat. Tuſcul.

Is cum arderet podagræ doloribus, [B. als 't voet euvel hem vol pynen maekte. G. *quand la goute le travailloit fort aux pieds.* A. when he was greatly tormented with the gout.] *mane quæſo inquit, &c.* de Fin.

Sic ardens & Ardor, quorum vis & uſus ſatis ex verbo intelligitur.

ARGUERE, [B. beſchuldigen, aenklagen, G. *accuſer, deceler.* A. to accuſe, to diſcover.]

Criminibus & ſceleribus tribui, pervulgatum non eſt.

An non intelligis, quales viros mortuos ſummi ſceleris arguas? pro Rab.

Arguere aliquem alicujus facinoris. pro Cæl.

Nunc non modò te hoc crimine non arguo, ſed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. in V.

Negare oportebit de vita ejus & moribus quæri, ſed de eo crimine, quo de arguatur. de In.

ARGUTUS. [B. ſcherpſinnig, curieus, baarblykelijk, net afbeeldende, levendig yets uitdruckende. G. *ſubtil, curieux, clair comme le jour, repreſantant bien, exprimant quelque choſe au naturel.* A. ſubtile, curious clear, neatly deſcribed, expres to the life.

Vis hujus nominis, quæ id notat, quòd ſua facultate, quaſi rem ipſam manifeſtis argumentis ac ſenſibus ſubjiciat, omnibus cognita eſſe non videtur. Non ſolum enim orationi, & ingenii acumini tribuitur: ſed etiam oculis, manibus, & iis rebus quaſi loquantur, argumenta alicujus rei exhibeant.

Gallinaceum fel, ſunt enim qui vel argutiſſima hæc exta eſſe dicant. de D.

Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti ſimus, loquuntur. de L.

Manus minus arguta, digitis ſubſequens, verba non exprimens. de Or.

Literæ quàm argutiſſimæ. At.

Vereor ne tibi arguta nimium hæc ſedulitas videatur. Ep.

Ex ambiguo dicta vel argutiſſima putantur. de Or.

Poëma facit ita feſtivum, concinnum, elegans, ut nihil fieri poſſit argutius. I. P.

Quis illo in ſententiis argutior? in docendo, e diſſerendoque ſubtilior? de Cl.

Argutè, ejuſdem poteſtatis.

Si mihi argutè, acuteque reſponderit. pro Cæl.

Breviter arguteque incluſo adverſario laxare judicum animos. de Cla.

De rebus difficillimis argutiſſimè diſputare. de Or. & Aca.

Acutè arguteque conjicere aliquid. de Cla.

Callidè arguteque dicere. Or.

Argutiæ, eodem modo. [B. Scherpſinnigheyd, welgeſleepen gedachten, levendige vertooning, curieuſe geſten. G. *Subtilité, belles penſées, vive repreſantation, beaux geſtes.* A. Sharpneſs of wit, rare phanſyes, a lively repreſentation, curious geſtures.]

Hujus orationes multum argutiarum & urbanitatis habebant. de Cla.

Argutiæ & acumen Hyperidis. Or.

Nulla mollicies cervicum, nullæ argutiæ digitorum. Or.

Sed nihil eſt, quod illi non perſequantur ſuis argutiis. de Am.

ASCISCO.

Quid hoc verbo Latini ſignificarunt, & quibus rebus tribuerunt, leviter tantum eruditi ignorant: quare Cicerone magiſtro licet diſcant. [B. 1. Aennemen, verkieſen, voor goed keuren. 2. ſigh aenmatigen, toeſchryven, eygen maecken. G. 1. *Accepter, choiſir, trouver bon.* 2. *s'attribuer, prendre, pour ſoi, s'approprier.* A. To admit chooſe to hold for good, to impute, aſcribe, to get.]

Hos augures ne ipſæ quidem fabulæ aſciviſſent, ſi res omnino repudiarent. de N.

Aſciverunt ſibi illud oppidum piratæ. I. V.

Alterum quod interpretatur fatidicorum incognita, cum ſenatus populuſque aſciverit. de Leg.

Bonos boni diligunt, aſciſcuntque ſibi, quaſi propinquitate conjunctos. de A.

Neque iſtam mihi aſciſco ſapientiam, quam nonnulli in me requirebant. pro Dom.

Eos expertes illius prudentiæ quam ſibi aſciſcerent. de Or.

Nihil unquam dixi de me ſublatius aſciſcendæ laudis cauſa. pro Dom.

Is omnes perditos ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſcivit. I. C.

Aliquem non modo non ſegregandum, cum ſit civis, à numero civium: ſed etiam ſi non eſſet, aſciſcendum eſſe. pro Arch.

Innumerabiles leges aliæ ſunt latæ, quas Latini voluerunt, aſciverunt. pro Cor.

Sed tamen ego mihi ſororem virginem aſciſco, tu ſororem virginem eſſe non ſiviſti. pro Dom.

Me patronum unum aſciverant. I. P.

Omnes mutare civitatem poſſunt, modò aſciſcantur ab ea civitate. Pro Cor.

Sacra iſta aſcita ex Phrygia fuerunt. [B. Die Gods-dienſt is van buyten gekomen uyt Phrygien. G. *Cette religions eſt venue de Phrygien.* A. This divine worſhip came out of Phrygia. de Ar.

Id circa hanc conſuetudinem libenter aſcivimus. de Cla.

Id enim, ut ſuavitate delectans, ſic ab errore mentis tanquam ſalutare aliquid aſcitur, ſimilique inſcitia mors fugitur, vita expetitur. de Leg.

Qui Tyranni nomen aſcivit ſibi. At.

Is quæ clarorum virorum eſſent, non dubitavit aſciſcere. de Cla.

Minimè verò probatur huic diſciplinæ, de qua loquor, aut amicitiam, aut juſtitiam propter utilitates aſciſci, aut probari. de Fin.

Alii cenſent primum aſcitum doloris vacuitatem, primum declinatum dolorem. &

Natura ipſa, ut ait Epicurus, aſciſcit & reprobat, id eſt, voluptatem & dolorem. &

Viginti oppida ſunt Dalmatiæ antiqua, quæ ipſis ſibi aſciverunt ſexaginta. Ep.

Aſciverunt aptum ſuis auribus optimum quoddam dictionis genus. Or.

ASCRIBO.

Aſcribere aliquid alicui latinè valere, quod vulgò

vulgò dicitur, *Imputare:* tritum ſatis eſt. Sed operæ precium eſt, obſervare uſum hujus verbi: quòd uno modo Cicero eo non ſit uſus. Non enim ſolum dixit, *Aſcribere aliquem in civitatem*, ſed etiam civitati & *in civitate*, & alicubi. Sic *in amicitiam*, non amicitia, aut ad amicitiam. Aſcribere ad judicium ſuam ſententiam alicujus, aut judicio ſententiam. Ad numerum, & in numerum. Quare ſingula cum quibus nominibus jungantur potius, ut trita ſunt conſuetudine, ſunt animadvertenda & recipienda, quàm ad rationis judicium revocanda. Quod ex iis quæ ſubſcripſimus, exemplis, quiſque facere poteſt ut, [B. 1. Toeſchrijven. 2 byvoegen. 3. kieſen, aennemen. 4. borger maken. 5. ordonneeren, beſluyten. G. 1. *Approprier.* 2. *adjuſter.* 3. *choiſir, accepter.* 4. *donner le droit de bourgeoiſie.* 5 *ordonner, reſoudre.* A. To Aſcribe adde, chooſe, accept to make one free to order, reſolve, or conclude.]

Bonos exitus bonorum aſcribimus, attribuimuſque ſine ulla ratione diis immortalibus. de N.

Gaudeo quod vulgo hominum opinio ſocium me aſcribat tuis laudibus. [B. ik verheuge my, dat het gemeene gevoelen my erkent voor een deelgenoot uwes lofs. G. *Je me réjouïs, de ce que ſelon le ſentiment commun, je ſuis un de ceux qui participent a vôtre louange.* A. I reioyce that the common opinion acknowledges me to be a partaker of your praiſe.] At.

Aſcribe ad judicium tuum meam quoque ſententiam. pro R. P.

Qui Thucydidem laudavit, aſcribet ſuæ noſtram ſententiam. de Op.

Hunc ad tuum numerum libenter aſcribito. Q. Fr.

Et ad hoc genus aſcribamus etiam narrationes apologorum. de Or.

Tu vero aſcribe me talem in numerum. I. A.

Utinam ego tertius amicus vobis aſcriberer. Tuſ.

Tyrannus petivit, ut ſe in amicitiam tertium aſcriberent. I. A.

Archias Heracleæ aſcriptus eſt. pro Arch.

Præſertim cum in aliis civitatibus fuerit aſcriptus ibidem.

Qui fœderatis civitatibus eſſent aſcripti. &.

In certam civitatis ſedem aſcribimur. de Ar.

His non eſt auſus nomen ſuum emptioni illi aſcribere. pro Dom.

Altera ſtatua ab equitibus Romanis equo publico, qui item aſcribunt patrono. I. A.

Quid ad Statium aſcripſerit; neſcio. At.

Aſcribere pœnam fœderatis. pro Co.

Oſtenderunt ea ſe ſcripturos atque laturos, quibus aſcriptis ſuſceptiſque beatè viverent. de Leg.

At illud minime fuit auguris, quòd aſcripſit ob eam cauſam populum Romanum calamitatem cepiſſe. de D.

ASPECTUS. [B. 't Geſicht. G. *la Veue.* A. the ſight.] Cicero hoc nomine eum ſenſum ſemper ſignificavit, quem recentiores viſum appellarunt.

Qua ex conjunctione cœlum ita actum eſt, ut ſub aſpectum & tactum cadat. [B. Dat hy ſichtbaer en taſtbaer is. G. *Qui tombe ſous le ſens de la veue & de l'attouchement.* A. Both viſible and taugible. de Un.

Aut denique nunquid aliquo ſenſu perceptum ſit. aſpectu, auditu, tactu, &c. ad Her.

Pomorum jucundus non guſtatus ſolum, ſed odoratus etiam, & aſpectus. de N.

Oculi aſpectum quo volunt, facilè contorquent. de N.

Referre aſpectum aliquò [B. Ievers na toe kijcken. G. *Regarde quelque part.* A. To look toward a place.] de Pro.

Omnes res quæ ſub aſpectum veniunt. de Or.

Quæ aſpectu ſentiuntur. Off.

Res cæcæ, & ab aſpectus judicio remotæ. [B. onſichtbare dingen. G. *Choſes que l'on ne peut voir.* A. Inviſible things. de Or.

Cum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, ut aſpectum omnino amitterent. Tuſ.

Illi orbes, qui aſpectum noſtrum definiunt. [B. 't Bereyk van ons geſicht blijft binnen deſe ronde kringen. G. *Noſtre veue ne s'eſtend pas plus loing que le firmament.* A. Our ſight extends it ſelf not farther then the firmament.] de D.

In contentione per diſtributionem, acri & defixo aſpectu uti [B. op een ſaak ſter-oogen. G. *Regarder quelque choſe fixement*. G. To gaze uppon a thing.] *oportet*. ad Her.

Primo aſpectu inanimum quiddam ſe putat videre, poſt autem &c. de N.

ASPERGO.

Vis non adeò retruſa & abdita eſt: ſed uſus, quòd varius ſit, non omnibus notus. Dixerunt enim Latini, *Aſpergere aliquid alicui rei*: &, *Aſpergere aliquam rem aliqua re*, & *in aliqua re*, in quibus tamen caveri debet, ne quibuſvis nominibus, omnes hos modos æquè convenire putemus. *Idcirco ab* ipſo Cicerone petamus, quibus modis quaſque res efferat. [B. 1. beſpringen, beſproeyen. 2. aanwryven, ſwartmaken. 3. byvoegen, temperen, &c. G. 1. *Rejaillir, arroſer*. 2. *Frotter, noirur*. 3. *adjoûter, temperer, &c.* A. to beſprinkle, intermixtub, to make black, to adde, to temper.]

Hoſtiam immolare noluit, ne aram ſanguine aſpergeret. de N.

Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aſpergis. I. V.

Ne qua ex tua ſumma indignitate, labes illius dignitati aſpergatur. in Vat.

Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leviter aſperſus. Ep.

Qui iſtius facti non modò ſuſpicione, ſed ne infamia quidem eſt aſperſus. pro Cæl.

Ebutio ſextulam aſpergit (id eſt, hæredem fecit ex ſextula) pro Cec. [B. Hy heeft aan Ebutius gemaakt een ſeſde part van een twaelfde deel. G. *Il a fait a Ebutius uneſixième partie du douſième tome*. A. He has bequeathed to Ebutius a ſixth ſhare of the twelfth part.]

• *Hunc tu vitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis?* pro Plan.

Hæc aſperſi, ut ſcires me tamen in ſtomacho ſolere ridere. Ep.

Quod tamen eſt mendaciunculis aſpergendum. de Or.

• *Huic generi orationis aſpergentur etiam ſales.* de Or.

• *Nunc mihi jucunditatis plena epiſtola, hoc aſperſit moleſtiæ, quod.* Qu. Fr. [B. deſe genoechlyke brief heeft er dit ongenoegen bygevoecht, &c. G. *cette lettre pleine de choſes capables de contenter, m'a donné ce chagrin*. A. This delightbul letter has added this unpleaſant neſs.]

Atque etiam ipſe conditor totius negotii guttam aſperſit huic Bulbo. pro Clu.

• *Si illius facilitatem comitatemque tuæ gravitati & ſeveritati aſperſeris.* pro Mur [B. ſoo gy ſijne goetaerdigheid en vriendelijkheid met uwe ſtatigheid en ernſthaftigheid ſult getempert hebben. G. *Si vous avez mêlé ſon bon naturel & ſon humeur ſociable avec vôtre gravité & air gerieux.* A. If you wil temper his gentleneſs ane kindneſs with your gravity and ſeverity.]

Idcirco illa in omni parte orationis ſua arte aſpergi videbatis. pro Cor.

Aſperſa temere pigmenta in tabula, oris lineamenta effingere poſſunt. de D.

Aſperſione fortuita. ibid.

Senatuſconſulta quaſi fuligine aſperſa. I. A.

Quem ore attingere, dentibus inſecare, lingua aſpergere poſſit. ad Her.

ASPIRO.

In quanto errore & inſcitia Vulgus verſetur, quamque negligenter à multis lingua Latina diſcatur, hoc verbum oſtendit: quòd cum eo Latinis nihil ſit uſitatius, nunc ferè ab omnibus vis & ſignificatio ignoretur. Quis enim eorum eſt, qui plus ſtudii in præceptis vulgaribus, quàm in optimis autoribus imitandis poſuerit, non putet *Aſpiro* idem valere, quod Contendo? cum neque Cicero, neque quiſquam Latinorum veterum id eo verbo ſignificavit: ſed omnes pro *Faveo Accedo*, aut *Pervenire ad aliquid* ſint uſi: ut ipſis exemplis declarabitur.

Nemo ad alienam cauſam, invitis iis, quorum negotium eſt, accedere aut aſpirare debet. I. V.

Ad alienam cauſam, vel pecuniam accedere, aut aſpirare. [B. ſigh een andermans ſaak aenmatigen: of ſijn geld ſigh toeeygenen. G. *s'attribuer les biens d'autrui: ou ſe les approprier.* A. To meddle with an other mas buſineſs, or claim to ones ſelf an other mans money.]

Quid

Quid enim quiſquam ad meam pecuniam, me invito, aſpirat? I. V.

Cum tu non modo ad eum Ciceronem, cui nunquam aſpiraſti, [B. wien gy noyt eenige gunſt toegedragen hebt. G. *A qui vous n'avez jamais fait la moindre faveur.* A. To whome you never bore any affection.] *ſed omnibus conſiliis, quæ ad me opprimendum parabantur interfuiſti.* I. P.

Magno ſe prædicat auxilio fuiſſe, quia paululum in rebus difficillimis aſpiravit. ad Her.

Hæc in eculeum conjiciuntur, quò non aſpirat vita beata. Tuſ.

Occupavi, inquit, te fortuna, atq; cepi, omneſque aditus tuos intercluſi, ut ad me aſpirare non poſſes. Tuſ.

Sub in video tibi, ultro te etiam arceſſitum ab eo, ad quem cæteri, propter ejus occupationem, aſpirare non poſſunt. Ep.

Quando iſte, niſi Februario menſe, aſpirabit in curiam? I. V. [B. Wanneer ſal hy, ten zy in February op het Raadhuis komen? G. *Quand entrera t'il à la cour ſi ce n'eſt au mois de Fevrier.* A. When ſhall he enter the court unleſs it be in the month of February.]

Ex bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt. de Cla. [B. Niemant kan in oorlogs lof de deugt van Scipio niet opwegen. G. *Perſonne ne peut en louant la la guerre oublier la valeur de Scipion.* A. No man in in warlike praiſe can be unmindfull of the virtue of Scipio.]

Quis tum dicit in campum aſpiraſſe Syllam? pro Syl.

Sed hæc ad eam laudem quam quærimus, aſpirare non poſſunt. Or.

Dixi Romæ domum fuiſſe, quo iſte ne aſpiravit quidem. pro Qu.

Si mihi antè occurratur, ne non modo intrare, verum etiam aſpicere, aut aſpirare poſſim. pro Cecin.

ASSENTIO & OR.

Hujus verbi vis obſcura non eſt: ſed quoniam multi Conſentio (quod eſt convenio, aut quod noſtris uſitatius, Concedo cum aliquo) crebris ſermonibus uſurpent, monendi ſunt, ne cum exprimere velint, aliquem probare alicujus ſententiam, *conſentire* dicant, ſed *Aſſentire*, vel *aſſentiri*. Sic enim optimi autores locuti ſunt.

Aſſentio tibi, *ut in Formiano potiſſimum commorer.* At.

Nam advertebatur Pompeji familiares aſſentire Volcatio. Ep.

Ennius qui magno applauſu loquitur aſſentiente populo. de Di.

Omnibus in rebus temeritas in aſſentiendo, errorque turpis eſt. &

Cavendum eſt, ne his rebus temerè aſſentiamus. Off

Acerbiſſime tulit ſenatus, aſſenſum eſſe mihi de Planco. ad Bru.

Bibulo aſſenſum eſt de tribus legatis. [B. Het advijs van Bibulus wegens drie Luytenant Generaels te ſenden, is geapprobeert, voor goed gekeurt. G. *L'advis de Bibulus, qui eſtoit d'envoyer trois Lieutenans Generaux, à eſté approuvè, trouvé bon.* A. The Counſel of Bibulus in ſending three Lieutenant Generals was approved of] Ep.

Tibi ſenatus breviter, impoliteque dicenti, maximis eſt de rebus aſſenſus. de Or.

Is in Caſca mihi valde aſſenſus eſt. At.

Neque me diſſenſioni meæ priſtinæ putavi potius aſſentiri, quàm præſentibus reipub. temporibus & concordiæ convenire. pro Cor.

Illud verò quod à te dictum eſt, eſſe permulta &c. valde tibi aſſentio. de Or.

De quibus habeo ipſe quid ſentiam, non habeo autem quid tibi aſſentiar. de N.

Namque ego illud aſſentior Theophraſto. de Or.

Tum ille cætera, inquit aſſentior Craſſo. &

De Venonianis rebus tibi aſſentior. At.

Catoni aſſenſus eſt Favonius. &

Huic aſſentiuntur reliqui conſulares. Ep.

Habet enim res deliberationem, etſi ex magna parte tibi aſſentior At.

Vitioſum eſt aſſentiri quicquam falſum. Aca.

ASSIGNO.

Hoc verbo effert Cicero, quod recentiores per Imputo. *ut*,

Amabo te, ne hoc ſceleri meo potius quàm imprudentiæ aſſignes. Qu. Fr.

Quoquo modo vero ſe res habeat, nihil aſſignabis,

bis, nec patruo, nec patri. At.

De quo quicquid detrahas, neceſſe eſt aut infirmitati, aut invidiæ aſſignetur. Ep.

Nec verò id homini tum quiſquam, ſed tempori aſſignandum putavit. pro R. P.

Hoc noſtris occupationibus aſſignare debebis. At.

ἀκηδεμίαν ſi perturbatior eſt, tibi aſſignato: [B. Legt het op u ſelven: geeft u ſelven de ſchult. G. *Prenez le ſur vous même, attribuez vous en la faute.* A. Charge your ſelf with it give your ſelf the blame.] *te enim ſequor σχεδιάζοντα.* ad Her.

Hæc ſi minus apta videntur huic ſermoni Brute, Attico aſſigna. de Cla.

Hoc omne aſſignatum iri pertinaciæ meæ videbam. Ep.

ASSUEFACIO.

Aſſuefio, Aſſueſco, Aſſuetus: ablativus, nunquam dativus, quod recentiorum ſermonibus uſurpatum eſt, conſequitur. neque aſſueſco, aut aſſuefacio ad aliquid, aut in aliquo. ſed aliqua re tantum, ut exempla ipſa oſtendent.

Itaque orbus iis rebus omnibus, quibus & natura me & voluntas & conſuetudo aſſuefecerat, cum cæteris, tum mihi ipſi diſpliceo. Ep.

Arma quæ tractare cœperam, & quibus me aſſuefeceram. de Cla.

Cæſar cæteras nationes imperio Romano parere aſſuefecit. de Pro.

Quorum ſermone aſſuefacti qui erunt ne cupientes quidem poterunt non latinè loqui. de Or.

Curionis patrio inſtituto puro ſermone aſſuefacta domus. de Cla.

Aliquis ſcelerum exercitatione aſſuefactus. I C.

Sic tu internoſces, ſi aſſueveris. Aca.

Ut fremitum aſſueſcere, voce vincere. de Fin.

Sed aſſiduitate quotidiana, & conſuetudine oculorum aſſueſcunt animi. de N.

Ego ſervo & ſervabo (ſic enim aſſuevi) Platonis verecundiam. E.

Vicinitas non aſſuefacta mendaciis. pro Pla.

Homines labore aſſiduo & quotidiano aſſueti. de Or. [B. gewent aan gedurige en daeglijckſen arbeid. G. *Accûtumé à un travail perpetuel & quotidien.* A. accuſtomed to continual and dayly labour.]

ASSUMO.

Pro Arrogo, & ſibi aliquid tribuo, vulgus minus, quàm veteres illi Latini, uſurpat.

Quod alteri detrahat, ſibi aſſumat. Off.

Dico illud quod in his cauſis non autoritati aſſumo, ſed pudori meo. pro Syl.

Si id mihi aſſumo, [B. So ik my ſelven dat toeſchrijf, aenmatige. G. *Si je m'attribue cela, ou ſi je me l'approprie.* A. If i aſſu me or attribute it to my ſelf.] *videor id meo jure quodammodo vendicare.* Off.

Neque vero ego mihi poſtea quicquam aſſumpſi, neque hodie aſſumo, quod quenquam malevolentiſſimum lædere poſſit. Ep.

ASSURGO.

Honorem, quem ſurgendo alicui exhibebant, Latini hoc verbo ſignificarunt. vulgò dicitur, Surgere & ſalutare, aut honorem exhibere alicui. Latinè, aſſurgere alicui. [B. yemant groeten, reverentie bewyſen met opſtaen. G. *Saluer quelcun, ou lui faire la reverence en ſe levant.* A. To ſalute or make obey ſance to any one in riſing to him.]

Ut majoribus natu aſſurgatur, ut ſupplicum miſereatur. de In.

Nemo tibi in curiam venienti, amplius aſſurrexit. I. P.

Salutari, appeti, decedi, aſſurgi &c. de Sen.

ASTRINGO, *Aſtrictus.*

Etſi vis nota eſt, quæ eadem eſt quæ verbi Ligare, aut Alligare, uſum tamen ii non ſatis perſpectum & cognitum habent, qui cum dativo conjungunt. ut, Aſtringere ſe alicui rei. Nam nulli Latini autores veteres cum eo caſu non junxerunt, ſed cum ablativo, ut oſtendunt exempla.

Tantum abeſt, ut ex eo quo aſtricti ſumus, laxari aliquid velim. At.

Quorum mens erat oppreſſa præmio, lingua aſtricta mercede. I. P.

Aſtringi

Aſtringi ſcelere. Pro Seſt. [B. Schuldigh zijn aen een ſchelmſtuck. G. *Eſtre complice d'un crime.* A. To be gu ilty of a crime or hainous offence.]

Is magno ſcelere ſe aſtringeret. I. A.

Aliquem ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringere. pro Qu.

Aſtrictus.

Homines aſtricti tanto ſcelere. pro Syl.

Quis non eos pari ſcelere aſtrictos arbitretur? I. P.

Non adjutor huic veni, ſed auditor, & quidem æquus, libero judicio, nulla ejuſmodi aſtrictus neceſſitate, [B. niet gebonden aan eenige ſulcke noodſakelijkheid. G. *Netre pas ſujet à de pareilles neceſſitez.* A. Not bound by any shuch neceſſity.] *ut mihi, velim nolim, ſit certa quædam tuen di ſententia.* de N.

Hiſtrio aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum. de Or.

AT, ATQUE.

De his abunde in libro particularum dicemus. Unum hoc in Atque obſervari velim jungi, atque adeò à Cicerone, & iis qui non ſolum incorruptè, ſed etiam eleganter locuti ſunt crebrius, quàm à novis noſtris Latinis, qui quòd neſciant, quid ſit, *Atque adeo*, & quomodo uti debeamus, nullis aliis verbis id efferunt, quàm per *Imò etiam.* Quibus verò modis differat, uſu. *Atque adeò*, in differentiis explicabimus. [B. Voorder, ſeekerlijck, ja, ja dat meer is. G. *Au reſte, certes, ouï, même qui plus eſt.* A. More over truly, yea, yea and which is more.]

Atque adeò antequam de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur eſſe dicenda de dignitate. I. V.

Atque adeò cum hæc omnia omnibus ſint acerba, tum vero nobis intoleranda. Antequam.

Hoc inſtitui, atque adeo inſtitutum referri moleſtè ferunt. I. V.

Ego princeps in adjutoribus, atque adeo ſecundus fui. At.

Inſector, poſco, atque adeo flagito crimen. pro P.

Hoc conſilio, atq; adeo amentia impulſi. pro S. R.

Quæ ſi prodierit, atque adeo cum prodierit: ſcio enim proditurum eſſe, audiet &c. pro S. R.

ATTENDO.

Obſcurata, & inquinata adeo eſt integritas illa Romani veteris ſermonis, ut ab ipſis Grammaticis, qui noſtris temporibus ſunt, ſæpe è ſchola ipſe Cicero exploderetur. Quis enim nunc non potius dicit, *Attendere alicui,* quàm *aliquem?* hoc tamen recentiorum, illud antiquis dignum eſt exiſtimandum. Qui non ſolum dixerunt, *Aliquem attendere hominem* [B. Na yemant luyſteren. G. *Eſcouter quelcun.* A. To harken ar liſten to one.] ſed etiam, *Rem aliquem attendere* [B. Op een ſaek letten. G. *s'appliquer à quelque choſe.* A. To minde any bu ſi nels.] Itaque ab optimis autoribus ſic loqui diſcamus.

Erigite mentes, aureſque veſtras, & me de invidioſis rebus, ut ille putat, dicentem attendite. pro Syl.

Quoniam me *in hac re tam diligenter* attenditis. pro Arch.

Quis nos magnopere attendit unquam? I. V.

Attendere aliquem ſtudioſe. de Fin.

Attendere te volo, quae in manibus ſunt. Epiſt.

Quae pertinent ad dicendum, ea *nos melius quam caeteri* attendimus. de In.

Sed ſtuporem hominis attendite. I. A.

Ut cum lex aliqua recitaretur, primum verſum attenderet &c. pro R. P.

Nam verſus aequè prima, & media, & extrema pars attenditur. de Or.

Sed ſi animum attenderis, turpitudinem videas. Off.

Quo tempore igitur aures judex, animumque attenderet? I. V.

Sed attendite animos ad ea *quae ſequuntur,* *contra* Rul.

ATTENTO.

Verbum hoc tritum ſermonibus eorum qui latinè didicerunt, nunc non eſt ut olim Romæ. exprimebant enim veteres id quod tentatur ab aliquo: ſi obtinere poterit, quod

quod vult. ut, *Attentare urbem*, [B. een toeleg op een ſtad maken. G. Tâcher à prendre une ville. A. To try to ſtorm a citty] pro *Tentare, ſi urbem capere poſſent. Attentare hominem*, [B. Met liſten yemand aan boord komen. G. *Tenter quelcun.* A. To ſet upon one caſtily] tentare, ſi effici poſſit, quod quis velit. *Sed hæc exempla clarius docebunt.*

Quam urbem ab illa ſcelerata manu attentari ſuſpicabamur. pro Seſt.

Cum ea attententur ejus lingua, cujus antea manu everſa ſunt. de Ar.

Omnium inimicos diligenter cognoſcere, colloqui, attentare I. V.

Compoſitæ orationis inſidiis fidem auditoris attentare. Or.

Melius fuerat præterire, quàm attentatum deſerere. de Or.

L. Hellius ſuam claſſem attentatam magno cum ſuo periculo penè ſenſit. Poſtquam.

ATTINET.

1. Verbi hujus uſus omnino pervulgatus non eſt. Pauci enim eodem modo utuntur, quo *opus*, aut *neceſſe eſt*, aut, *oportere.*

Judicium de ea re fieri nihil attinuit. de In.

Quid igitur attinet inculcare fatum? de Fa.

Si autem eos non probabat quid attinuit cum his, quibus cum rem conveniebat, verbis diſcrepare? de Fin.

Neque quenquam attinebat id recuſare, quod &c. pro Qu.

De quo quid ſentiam, nihil attinet dicere. [B. Het is niet nodig, ik behoeve niet te ſeggen. G. *Il n'eſt pas neceſſaire, il n'eſt pas beſoin de dire.* A. It is to no purpoſe, I need not tel it.] E.

Ea re non venit, quia nihil attinuit. At.

Nam hoc quidem in talibus viris, quid attinet dicere? de Am.

Neque enim naturæ attinet repugnare, nec quicquam ſequi, quod aſſequi nequeas. Off.

Urbem relinquimus, quàm ſapientes nihil attinet diſputari. Ep.

2. *Quod ad me attinet*, Latina locutio, quam recentes Latini noſtri ſic potius efferunt, *Quantum ad me pertinet:* quomodo Cicero nunquam eſt uſus.

Ego quod ad me attinet, itemque arbitror cæteros, idcirco taceo. Qu. Fr.

Caninium perdidi hominem, quod ad me attinet, non ingratum. At.

Sic in provincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, [B. ten opſichte van getrouwheid, gerechtigheid. G. *In conſideration de ſa fidelité & juſtice.* A. In conſideration of his faith de ſa fulneſs and righteous neſs.] *ut nullus teruntius inſumatur in quenquam.* &

Alio loco, ut ſe res habebat, quod ad eam civitatem attinet, demonſtrabitur. I. V.

Quod ad popularem rationem attinet, [B. Wat den toeſtant des volks raakt, belangt, aangaet. G. *Ce qui regarde les affaires du peuple, le touche, lui importe.* A. What touches concerns or belongs to the peoples affaires.] *hoc videmur conſecuti.* Ep.

ATTINGO.

1. Aliquid, aliquem, aut aliquam rem attingere, pro, *Pertinere ad aliquem*, aut *aliquid*, Latini dixerunt: qui modus cum vulgari conſuetudine ſit alienus, ſermone quotidiano erit terendus.

Ab eo quod rem attingat, plures ſunt argumentorum ſedes. de Or.

Primus ille locus, qui maximè attingit naturam humanam. Off.

Quanquam hæc res non ſolum eſt ex domeſtica ratione, attingit enim & bellicam (rem) [B. Want het behoort ook tot de oorlogs ſaken: het raakt mede den oorlog. G. *Car cela appartient auſſi auſſi aux affaires de la guerre cela regarde auſſi la guerre.* A. For it concerns warlike affaires it belongs alſo to the war.] &.

Sed nimirum me alia quoque cauſa delectat, quæ te non attingit. de Leg.

Quæ non magis legis nomen attingunt, quàm ſi &c. de Leg.

Ne qua me illius temporis invidia attingeret. Ep.

2. *Cognatione, neceſſitudine, aliquem attingere.* pro, Conjunctum eſſe cognatione, neceſſitudine: pervulgatum minimè eſt.

Is me cognatione maximè attingit I. V. [B. Hy beſtaat my ſeer na in den bloede. G. *Il eſt mon proche parent.* A. He is very near related or allyed to me.] *Publi.*

Publicani nos ſumma neceſſitudine attingunt. Qu. Fr.

Qui te aliqua neceſſitudine attingunt.

Civitates, quæ officiis, vetuſtate, fide, & etiam cognatione populi Romani nomen attingunt. [B. Landen, die wegens hare dienſten, oudheid, getrouwigheid, als ook wegens hare afkomſt, aan 't Roomſche volk verknocht en verbonden zijn. G. *Des pais allies aux Romains par leurs ſervices, par leurs ancienneté, & par leur fidelité, comme auſſi par leur origine.* A. Littys by reaſon of their ſervices, antiquity, loy alty, and allſo their deſcent allied to Rome.]

ATTRIBUO. [B Geven, toeleggen G. *Donner, attribuer.* A. To give unto, to attribute.]

Eandem vim habere, quam Aſſigno, aut Do: ignotum eſt in vulgus, raro enim hoc verbo utitur.

Antonius mihi pecuniam attribuit. I. A.

Videbis ut tantum attribuatur, quantum debetur. At.

Velim aliquando puerum viſas, eique de mancipiis, quæ tibi videbitur attribuas. &.

Inſulæ quæ erant ab Sylla Rhodiis attributæ. Qu. Fr.

Video cui Apulia ſit attributa. I. C.

Seſtertium centies & octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti I. P.

Quantique locarint, tantam pecuniam redemptori ſolvendam attribuendamque curent. I. A.

Quæ negotii publici procuratio cogitari potuit, quæ non eſſet attributa atque deſcripta. pro Seſt.

Sic Attributio.

Brutus ſcripſit ſe ſe de attributione omnia ſumma feciſſe. At.

Ait enim attributionem in Idus. &.

AUCTIONOR.

Prorſus ignorant indoctiores vim hujus verbi: quo latini ſignificarunt id, quod vulgus nunc dicit, *Vendere ſua bona publicè*: neque auctionatur præco: ſed is cujus bona ſunt: præco autem prædicare dicitur, non auctionari.

Ut in atriis auctionariis potius, quàm in triviis, aut in compitis auctionentur. contra Rul.

Rullus haſta poſita [B. Na dat Rullus een koopdag had laten uytroepen. G. *Apres que Rullus eût fait publier qu'il ſeroit une vente publique.* A. After Rullus had proclaimed a market dag.] *cum ſuis formoſis finitoribus auctionans.* [B. Met ſijne ſchoone lantmeters zijn goed in't openbaer verkoopende. G. *Vendant ſes biens publiquement avec ſes beaux arpenteurs.* A. Rullus with his brave ſurveyors expoſeing his goods to publick ſale] &

Deiotarus auctionatus eſt, ſeſeque expoliare maluit, quàm tibi pecuniam non ſubminiſtrare. pro Deio.

Ibi tum vir optimus Quintium deterret, ne auctionetur pro Quin.

Ait ſe auctionatum eſſe in Gallia. &.

AUCTIO.

Grammaticorum præceptis Auctionatio dicendum eſſet. nam auctio vim verbi *Augeo* non habet, ſed verbi *Auctionor.* Sed conſuetudine, non ratione hoc nomen, ut multa alia ſunt exiſtimanda. *Auctionem* enim noſtri homines *Venditionem publicam* vocant.

Ac vereor, ne iſte jam auctionem nullam faciat. ad At.

Auctio facta eſt. in C. Ver.

Auctionem in Gallia ſe facturum proſcribit. [B. Hy maekt met een aangeſlagen biljet bekent, dat hy in Vranckrijck koopdag houden ſal.] G. *Il fit afficher qu'il ſeroit une vente publique en France.* A. He publiſkes by bill of ſale that he wil keep a faire or market in France] pro Qu.

Cum eſſet auctio hæreditaria conſtituta. pro Cæc.

Bona alicujus auctione conſtituta vendere. pro S.R.

Conſtituere auctionem contra Rul.

Tabula Veratianæ auctionis. &.

Cum ille rogaſſet Gravium, quid triſtis eſſet, an quòd auctiones eſſent: imò verò inquit, quæ legiones. pro Pl.

Auctionis miſerabilis aſpectus, veſtis Pomp. & c. I. A.

Mulier auctionem provinciarum faciebat. [B. Een vrou mens verkogt openbaerlijk de overheerde lantſchappen. G. *Une femme vendoit publiquement les provinces.* A. A woman ſold publickly the provinces.] &.

Circulator quidam auctionum notiſſimus. Ep.

Facere auctionem. in Ver.

Vendere auctionem. Sectores & coactores in auctionibus. Lege, Sector & coactor. pro Qu.

AUCUPOR.

Tranſtulit Cicero hoc verbum ad multa, quæ ſtudio aliquo exquirimus, & perſequimur. Aucupari tranquillitates, [B. De calmte van de zee ſoecken. G. *Chercher le calme de la mer.* A. To ſeek the calmneſs of the ſea.] *Aucupari gratiam alicujus.* [B. na yemants gunſt trachten. G. *Tâcher a ſe mettre bien avec quelcun.* A. To Endeavor to ingratiate him ſelfe with one.] aucupari verba. [B. leggen muggeſiften over een deel woorden. G. *Surprendre en parole.* A. To ſearch for words, or to cutch at words.] aucupari tempus, imbecillitatem alicujus. [B. paſſen op ſeekere tijd, iemants ſwakheyd waernemen. G. *Prendre garde a un certain temps avoir ſoin de la foibleſſe de quelcun.* A. To make uſe of ones time, to lay hold on the weakneſs of an other.] Aucupari rumuſculos, [B. najagen de lof van een ydel gerucht. G. *Tâcher d' acquerir une vair gloire.* A. To ſeek after the common people.]

Nos longis navibus tranquillitates aucupaturi eramus. At.

Leguleji aucupes ſyllabarum. l. Auceps. Si verba inter nos aucupabimur. pro Cec.

Attendere & aucupari verba oportebit. de Or.

Præcipitiſque ut errantem aliorum opinionem aucupemur. de Fin.

Ars dicendi opiniones hominum, & ſæpe errores aucupatur. de Or.

Ac non vereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar. Ep.

Levitatis eſt, inanem aucupari errorem, & omnis umbras, falſæ etiam gloriæ, conſectari. in Piſonem.

Imperitorum hominum rumuſculos aucupari. pro Clu.

Delectationem aliquam dicendo aucupari. Or.

Cum præſertim tam multi occupationem ejus obſervent, tempuſque aucupentur. pro S. R.

Non ſum tam inſolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper. pro Seſt.

Cur epiſtolis & ſororis, & matris imbecillitatem autem aucupatur? pro Flac.

Non ego utilitatem ad dicendum aucupans, horum libros lego. de Or.

Cum res ſine propria lege venit in judicium, quæ tamen ab aliis legibus ſimilitudinem aucupatur. ad Her.

AUDIO.

1. Benè & malè audire loquendi modi, quibus veteres potius exiſtimationem, aut nomen alicujus notabant, quàm audiendi ſenſum: benè is audiebat, qui laudabatur: malè, qui vituperabatur, aut objurgabatur. Eum verò, qui auditu non valet, Surdaſtrum appellabant.

Ut benè audiant, & rumorem bonum colligant, erubeſcunt. de Leg.

Qui me idcirco putant benè audire velle, ut ille malè audiat. At.

Eſt hominis ingenui, velle bene audire ab omnibus. de Fin. [B. Ter goeder naem en faem te ſtaen by alle. G. *Eſtre en bonne renommée par tocet.* A. Evoy one gives him a good report.]

Erat ſurdaſter M. Craſſus, ſed aliud moleſtius, quod malè audiebat. Tuſ.

Ne gratis in provincia malè audires. I. V.

2. *Si me audies,* aut *audias,* vulgari conſuetudine magis tritum eſt, Si me ſequaris, ſi meum conſilium ſequeris.

Tanta imbuerer ſuperſtitione, ſi te audire vellem, ut, aruſpices mihi eſſent colendi. de N.

Tu Cotta ſi me audias, eandem cauſam agas. &c.

Si me Cæſar audiſſet. Ep.

Nec Homerum audiam, [B. Ik ſal na Homerus raad niet leven. G. *Je ne vivrai pas ſelon le conſeil d'Homere.* A I wil not follon Homers counſel.] *qui Ganymedem à diis raptum eſſe ait.* Tuſ.

AVELLO.

Obſervandum eſt, quomodo uſi ſint Latini hoc verbo, junxerunt *Ex, De, A:* ſed ut recte dicimus: *Avellere ex arboribus* [B. afplucken van de bomen. G. *Arracher, Cueillir des fruicts des arbres.* A. To pluck or pull of a tree.] ſic eorum more non recte, *Ex complexu,* ſed *De complexu. matris filium avellere,* [B. Een ſoon van ſijn moeders ſchoot afrucken. G. *Arra-*

cher

ter un enfant du ſein de ſa mere. A. To pull a childe out of his mothers armes.] *Avelli ab aliquo,* non *De,* aut *Ex.* Conſuetudine ita, non ratione eſt uſurpatum.

Hoc iſte ſignum avellendum, aſportandumque curavit. I. V.

Poma, ſi cruda ſunt, ex arboribus avelluntur: ſi matura, decidunt. de Sen.

Avellere atque abſtrahere filium de matris complexu. pro Fon.

Ut perpetuum dolorem, avulſus à meis ſuſtinerem. pro Dom.

Avulſum à cæteris. de Or.

AVERSUS.

Latinè, quod barbare, *De retro, A tergo.* Contrarium ei eſt *Adverſus.*

Adverſus & averſus [B. Van vooren en van achteren G. *Par devant & par derriere.* A. Before and behind.] *impudicus es.* de Or.

Averſos hoſtes aggredi. Ep.

Cum viderem copias à Cappadocia averſas, &.

Deos averſos eſſe à ſalute populi. [B. Dat de Goden een atkeer hebben van des volx welvaren. G. *Les Dieux ont de l'adverſion pour le bien de la republique.* A. The Gods have an averſion for the peoples good.] At.

Motus averſi à ratione. [B. Bewegingen die tegen de reden aankanten. G. *Des mouvemens contraires à la raiſon.* A. Motions againſt reaſon.] Tuſ.

AVERTO.

1. Tribuitur hoc verbum iis quoque rebus, quæ ab iis quorum ſunt, ad alienos, aut alios uſus quàm debentur, transferuntur & rapiuntur, eodem enim modo, quo, Convertere aliquid in rem ſuam, dicitur.

Is averſa pecunia aufugit. I. V.

Hic in quæſtura pecuniam publicam Cn. Carboni Coſ. datum avertit. A.

Frumentum averſum à repub. [B. 't Koorn is het land ontſtolen. G. *On à pillé tout le blé en pais.* A. The corne is ſtolen from the country.] *abreptum ab aratoribus,* &.

Antonius HS. ſepties millies pecuniæ publicæ avertit. I. A.

Ne patiare Erotem hæreditatem Turianam avertere. Ep.

2. *Dii omen avertant,* [Deus omen avertat, B. God behoede ons daer voor. G. *Dieu nous en preſerve.* A. God for bid it.] Latini dicebant: quod à noſtris vulgari more, Deus ut mentiar, ut falſum ſit, ut non fiat *ut,*

Si aliter fuerit (quod dii omen avertant) reip. vicem dolebo. At.

O dii immortales, avertite & deteſtamini quæſo hoc omen. I. A.

Atque hoc quidem deteſtabile omen avertat Jupiter. &.

Quod dii omen avertant. Ep.

3. Sic avertere malum aliquod ab aliquo, aut à malo aliquem.

Cæſar Antonii furorem à pernicie reip. avertit. I. A.

Ego vero auſtro miras gratias ago, qui me à tanta infamia averterit. [B. die my bevrijd heeft voor ſulken ſchande. G. *qui m'a ôté une telle honte.* A. who has delivered me from shuch a great diſgrace.] At.

Ibes avertunt peſtem ab Ægypto. de N.

Et certè, niſi is Antonium ab urbe avertiſſet, periiſſent omnes. At.

Puer qui à cervicibus noſtris avertiſſet Antonium, &. [B. Die Antonius te rug gehouden heeft om ons niet te vermoorden. G. *Qui à empêché Anthoine de nous venir tuer.* A. who has keptback Antonij from our ruin or deſtruction.]

AUFERO.

1. Obtinere quod quis ab aliquo petit, Latini hoc nomine ſignificarunt: noſtri verò nunquam hoc verbo eum ſenſum efferunt.

Quintius à Scapulis paucos dies aufert. pro Qu.

Auferre reſponſum ab aliquo. Or.

A Varrone adhuc ἐγκλίδιον illud non abſtuli. At.

Audivimus Cæſarem, verba fecimus pro Buthrotiis, liberaliſſimum decretum abſtulimus, [B. wy hebben een ſeer goed beſluyt verkreegen. G. *Nous avons obtenu un arreſt fore favorable.* A. we haue obtained a very good decree.] *quod obſignatum*

ſignatum eſt ab ampliſſimis viris, [B. Wy hebben een ſeer goed belluyt verkreegen. G. *Nous avons obtenu un arreſt fort favorable.* A. We haue obtamed a very good decree.] At.

2. *Mordicus auriculam auferre*, [B. 't oor afbyten. G. *Emporter l'oreille avez.* A. To bit off ones ear.] aut ſimile, Latine dicitur. Vulgus demordere auriculam.

Si is cum eo comparatus videretur, auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet. Qu. Fr.

AUCTOR.

1. Quoniam tritum jam eſt fere omnium ſenſibus: *Conſulo tibi*, pro, *Conſilium do*: quod ſic Grammaticorum præceptis ſunt docti, monere hoc loco volui, conſuetudine illa veteri & incorrupta nunquam Romæ uſurpatum fuiſſe, *Conſulo tibi*, pro, *Suadeo tibi*: ſed rem eam efferre conſueverunt, per *Auctorem eſſe aliquem alicui alicujus rei*, aut *ut aliquid faceret*: vel per verbum *Suadere*, de quo ſuo loco. Itaque ſic latine ab integris illis priſcis Romanis loqui diſcamus.

Senatui, cum primum potui, pacis auctor fui. [B. Ik hebbe den Raad de vrede aangeraden, ſo ras ik konde. G. *J'ay conſeillé au ſenat, le pluſtôt que j'ay peu, de faire la paix.* A. I adviſed the council or ſenate ſo ſoon as i could to make peace] At.

Nam illi magnopere auctor fui, ne differret tempus petitionis ſuæ, &c.

Sed auctor non ſum, ut te urbi committas. &c.

Hircius mihi, ut abſim, vehementer auctor eſt. &c.

A me conſilium petis, qui ſim tibi auctor in Sicilia, ne &c. Ep.

Ego tibi ſum auctor, ut quibus poſſis rebus, eum tibi ordinem reconcilies, &c.

Tibi magnopere auctor ſum, ut aliquando &c. de Leg

2. *Auctoris* vocabulo Latini ſignificabant eum qui, in vendendis rebus jus habebat, aut ſibi uſurpabat emptori præſtandi ea quæ addicebat, & quaſi eum notabat, unde emptio proficiſcebatur.

Nam ſtatim L. Metellus, ut iſti ſucceſſit, ex C. Sacerdotis & S. Peducei inſtituto, ac literis frumentum Mamertinis imperavit. tum illi intellexerunt, id quod à malo auctore emiſſent, diutius obtinere non poſſe. in Ver.

Malus auctor, [B. een verkoper die niet gerechtigt is. G. *Un marchand trompeur.* A. a merchant who is not licenſed.]

Duo prætcrea teſtes, nihil de V. ſed de ipſa emptione fundi dixerunt. P. Ceſennius auctor fundi, non tam auctoritate gravi quàm corpore. pro Cec. Eodem modo Auctoritas, *ut in exemplo proximo apparet.*

3. Tutorem auctorem appellabant Latini eum in cujus poteſtate & pupilli, & res pupillorum erat, quas ſine tutore auctore vendere non poterat ut;

Non quemadmodum mulieri debeas, rectè ipſi mulieri ſine tutore auctore ſolvas; [B. Sonder volmacht van de Voogd. G. *Sans le conſentement du tuteur.* A. Without the guardiant conſent] *ita quòd aut pupillæ, aut pupillo debeas, rectè poſſis eodem modo ſolvere.* Top.

Quod mulier ſine auctore tutore promiſerit, deberi. pro Cec.

AUCTORITAS.

1. Hoc nomine appellabantur tabulæ, quarum teſtimonio confirmabatur voluntas alicujus magiſtratus, aut eorum quorum nomine quis agebat, aut aliquid defendebat. Noſtrum vulgus *literas publicas* vocat, Legatorum verò auctoritatem, *commiſſionem ratificatam* barbarè, aut *plenariam & firmam commiſſionem* & poteſtatem appellat. [B. Staads brieven, volmacht, commiſſie, ratificatie, credentialen. G. *Archives, pleine puiſſance, commiſſion, ratification, lettres de creance.* A. Records, letters of attorney, commiſſion, ratification, a bill of credit.]

Legationes cum publicis auctoritatibus ac teſtimoniis veniſſe. I.

Quæ omnia intelligit ſibi nihil prodeſſe, poſteaquam certis literis, teſtibus, autoritatibuſque convincitur. I. V.

In tabellis nihil erat autoritatis. ibid.

In roſtris quo exquirendæ autoritatis cauſſa cæteri tribuni plebis principes civitatis ducere conſueverunt. I. V.

2. *Auctoritates* Latini vocarunt, in quo acta referuntur, quæ Protocolla ſcribæ noſtri barbarè vocant. [B. Beworp boeck, behelſende

eenige ontworpene advyſen, ofte onvolkome Raads-beſluyten. G. *Regiſtre, contenant des advis rejettes, ou ordonnances imparfaits.* A. Regiſter, a memorandum book.]

Permulta tum vehementiſſima contentione animi, ingenii, virium ab eo dicta eſſe conſtabat: ſententiamque eam, quam ſenatus frequens ſecutus eſt, ornatiſſimis & graviſſimis verbis, ut populo Romano ſatisfieret, numque ſenatus neque conſilium reipublicæ, nec fidem defuiſſe, ab eo dictam: & eundem (id quod in auctoritatibus perſcriptum extat) ſcribendo affuiſſe. de Or.

3. *Uſum & auctoritatem* Latini appellarunt, uſu capiendi conditionem: noſtri *Locationem*, aut *ceſſionē* vocāt Ut *uſum & autoritatem* [...]*fundi lex jubet eſſe biennium.* [B. 't gebruyk ende overgift, van het gepachte, of gehuerde erf duert maar twee jaren volgens de wet. G. *Tout uſage & achapt de fonds ne doibt valoir que deux ans ſelon la loy.* A. The farming or leting of lands for rent ought to be but for two ydars according to the law.] Vulgari more ſic redderetur: *Omnis locatio, aut conductio fundi alicujus debet tantum valere ad biennium.* Latini verò ſic ſunt locuti:

Lex uſum & auctoritatem jubet eſſe biennium: at utimur eodem jure in ædibus, quæ in lege non appellantur. pro Cec.

Item quod in re pari valet, valeat in hac quæ par eſt: ut quoniam uſus & auctoritas fundi biennium eſt, ſit etiam ædium. Topic.

4. *Auctoritatis* quoq; voce Latine exprimitur, quod barbarè, Per autoritatem, teſtimonium. *ut,*

Sed cur diutius, judices, vos teneo? ipſius jurati religionem, auctoritatemque percipite. pro Cec.

Domus autem illa plena eſt integritatis, officii, religionis: ex qua domo recitatur vobis jurejurando devincta auctoritas. *ibidem.* [B. een beeedigde atteſtatie. G. *une atteſtation confirmée par ſerment.* A. an atteſtation confirmed by oath.]

B.

BELLUS, & BELLE. [B. fraey, ſchoon, ſoet, aerdig, goed, wel geſteld, fraey gelegen. G. *Joli beau, doux, drôle, bon, bien mis, joliement, accommodé.* A. pretty, handſom, ſweet, pleaſat, good, ſpruce, convenient.]

Non tam trita ſunt noſtro, quàm olim Romanorum ſermone & cum iis inſit magna elegantia, merito commendanda ſunt ſtudioſis linguæ Latinæ. Sic itaque deinceps loquantur.

Illum pueris locum belliſſimum eſſe duximus. At.

Pyliæ & puellæ Cæciliæ belliſſimæ ſalutem dicas. At.

Cicero belliſſimus tibi ſalutem dicit. Epiſtolar.

Theatrum quidem ſane bellum habuiſti. Atti.

Recordor quàm bella pauliſper nobis gubernantibus civitas fuerit. At.

Hæc ipſa fero equidem fronte ac vultu bellus, ſed angor intimis ſenſibus. At.

Quàm ſit bellum, cavere malum, nemo ignorat. de Or.

Mihi in mentem venit bellum eſſe aliquò exire. Ep.

Durius mihi hoc accipere quàm vellem, viſus eſt, & quàm homines belli ſolent. At.

Belle. *Aqua non longè à villa* belle ſane fluens. [B. ſeer wel, ſeer traey vloejende. G. *coulant fort doucement, fort agreablement.* A. Curiouſly and pleaſantly flowing.] Qu. Fr.

Sumus enim ambo belle curioſi. At.

Hermathena tua poſita ita belle eſt, ut totum gymnaſium ἐγγυθῆνα eſſe videatur. At.

Benè & præclare quamvis ſæpe dicatur, belle & feſtivè nimium ſæpe volo. de Or.

Hæc non tam admirabilia ſunt, quàm conjecta bellè. de D.

Belliſſime navigavimus. Ep.

Belliſſime mecum eſſe poteritis, &c.

Hæc quomodo fers? belle hercule. At.

Horum ego vix attigi penulam, tamen remanſerunt, cecidit belle. [B. Het is wel uytgevallen. G. *Cela eſt arrivé à ſouhait.* A. It happened wel.] At.

BENE.

Paucis enim notum eſt, nedum uſitatum bene valere quod valde. Sic enim locutus eſt Cicero.

Habetis ſermonem benè longum. [B. ſeer lange reden. G. *Fort long diſcours.* A. a very tedious diſcourſe.] de Or.

Fabius literarum & antiquitatis bene peritus. de Cla.

A Cicerone mihi ſanè literæ πεπυκνωμέναι, *& bene longæ.* At.

Puer bene ſibi fidens. &c.

Is bene penitus [B. geheel en gantſchelijck. G. *Tout à fait, entierement.* A. Totally.] *in iſtius familiaritatem ſeſe dedit.* I. V.

Antonius habet inermes bene multos. Ep.

Sed ſi eſt tantus dolor, quantus Philoctetæ, bene plane magnus mihi quidem videtur. Tuſ.

In clamando video eum eſſe bene robuſtum. I. V.

Bene mane [B. ſeer vroeg. G. *de fort bon matin.* A. very early.] *hæc ſcripſi.* At.

Cum bene magna caterva. pro Mur.

BONUS.

1. *Bonam partem*, vocarunt Latini eodem modo, quo magnam partem: ſed occultiore ratione.

Bonam ſermonis partem in alium diem diſtulimus. Or.

2. *Aliquid alicui bono eſſe*, Latinæ linguæ proprius eſt modus, quo ſignificabant utilitatem quæ ad aliquem ex aliqua re perveniebat.

Quanquam fuit illud omnibus bono, qui ſervire nolebant. I. A.

Illud Caſſianum cui bono fuit. ibid.

Quibus occidi Roſcium bono fuit. pro S. R.

Hoc aliis quoque bono fuit. [B. dat heeft andere ook ten goede geſtrekt, profytig geweeſt. G. *Cela à auſſi eſte bon, profitable aux autres.* A. That hath been alſo prophitable to others] ad Her.

BREVI.

1. Verbum conſuetudine latina olim tritum. pro *breviter*, aut, *brevi tempore*: quomodo etiam Latini idem explicuerunt. [B. in korten tijd. G. *En peu de temps.* A. within a little while]

Cæſar maximas copias brevi *habiturus eſt.* At.

Nec ullo modo divulgandum eſt, de te jam eſſe perfectum, ſed id erit perbrevi. Ep.

Id, tametſi extra cauſam eſt, tamen percurram brevi. pro Cec.

Brevi expediam. [B. ik ſal't u in't kort verklaren, of met weynig woorden. G. *Je vous en éclaircirai en peu de temps, ou avec peu de paroles.* A. I wil declare it to you briefly, and in few words] de Seneſt.

Illud brevi conficiendum eſt. Parad.

Sed genus univerſum brevi circumſcribi & definiri poteſt. pro Seſt.

Nunc complectar quod propoſui, brevi. de Or.

Quid in utramque partem mihi in mentem veniat, explicabo brevi. de Or.

Ut tuis literis brevi reſponderem. Ep.

Ad ea quæ requiris, brevi reſpondebo. de Or.

Tranſitio vocatur, quæ cum oſtendit breviter quod dictum ſit, proponit item brevi quod conſequatur. ad Her.

2. Breve dicere, facere, pro paucis dicere, non longum eſſe in oratione.

Brevis eſt L. Craſſi oratio. de Or.

Longum eſt dicere, [B. 't Soude te lang vallen zulx in't breede te verhalen. G. *Je ſerois trop long temps à racounter cela au long.* A. It would be to tedous to relate it at length.] *ſed hoc breve dicam*, [B. Maar dit ſal ik kortelijk ſeggen. G. *Mais je vous le dirai brievement.* A. But i wil tel it to you in short.] *ſi M. Petrei virtus &c.* pro Seſt.

Jam dabo operam, quàm maximè potero, ut breve id faciam. [B. om het kort te maken. G. *Pour to abbreger.* A. To be brief.] in Sal.

Aliquid contradictione brevius fieri, aut productione longius. de Or.

O miſeram, & in brevi *tam celerem, & tam variam reipub. commutationem.* Octa.

C.

CADO.

Verbum hoc latè patet, variiſque modis uſurpatur. 1. Cum tribuitur ſenſibus aut animo, aliter uti Latini conſueverunt, ac nunc vulgus. ut,

Non debemus ita cadere animis, *quaſi &c.* [B. Slaphertig werden, de moet laten ſacken. G. *Devenir lâche, laiſſer dechoir ſon eſprit.* A. To be dejected in minde, faint harred] Ep.

Sed tibi tum oculi vultus, verba cecidiſſent. pro Dom.

Nec debilitari, aut cadere animos patitur, alibi.

Sic

Sic etiam *Arma cadere* dicuntur, quæ abjiciuntur metu. ut,

De manibus audaciſſimorum civium delapſa arma ceciderunt. Off.

Conceſſa plebi à patribus iſta poteſtate, arma ceciderunt, reſtincta iſta ſeditio eſt. de Leg.

Omnibus iſtis latronibus auctoritate ipſa ſenatus jam pridem de manibus arma cecidiſſent. [B. Al die ſtruyckrovers ſouden door ontſig van den Raad al over lang de wapenen ter neer geſmeeten hebben. G. *Tous ces larrons auroyent il y-a long temps misles armes bas par l'auctorité du ſenat.* A. All thoſe robbers would a long while a go have layen down their arms through fear of the ſenate.] in An.

2. *Cauſâ cadere*, Cadere in judicio, is latinè dicitur: qui barbarè, Perdere aut amittere jus, aut judicium, aut cauſam. [B. 't Proces verlieſen. G. *Perdre ſon proces.* A. To be caſt in a ſuit at law]

Noluerunt illi ita quenquam cadere in judicio, ut nimiis adverſarii viribus abjectus videretur. pro Mur.

Ridens & ſtomachans Scævola, cum Hypſeus maxima voce plurimis verbis à M. Craſſo prætore contenderet, ut ei quem defendebat, cauſa cadere liceret. Cn. aut Octavius homo *conſularis non minus longa oratione recuſaret, ne adverſarius cauſa caderet.* de Or.

Quòd ſcribere oblitus es, minus multi jam te advocato cauſa cadent. Ep.

Etſi turpe exiſtimas, te advocato, illum ipſum quem contra veneris, cauſa cadere. pro Mur.

3. *Cadere* idem valet quod Quadrare, ſed minus uſitatum noſtris hominibus.

Habent Hetruſci certa nomina, quæ in id genus hominum cadere poſſunt. de Ar.

In eum cadit hoc verbum maxime, [B. Op hem paſt dat ſpreekwoord. G. *Ce proverbe lui convient fort bien.* A. The proverb is verified in him.]

Nihil eſt, quod in ejuſmodi mulierem non cadere videatur. pro Cæl.

Sortes eductæ in rem aptè cadere poſſunt divinitus. de D.

Neque in unam formam cadunt omnia. Orat.

4. *In* aut *ſub ſenſus, aut poteſtatem alicujus cadere*, provenire, incidere.

Accedit illud ſi maneo, & illum comitatum optimorum & clariſſimorum civium deſero, cadendum eſt in unius poteſtatem. At.

Sub populi Romani imperium ditionemque; ceciderunt. l. V. [B. Zy ſijn gekomen, onder 't Roomſche gebied; of, vervallen onder de Roomſche macht. G. *Il ſont venus ſous l'empire des Romains, ou tombez ſous leur puiſſance.* A. They came under the Roman empire or fel under the Roman power.]

Quæ ſub oculos non cadunt. [B. Onſichtbare dingen. G. *Choſes inviſibles.* A. Inviſible things.] Or.

Signum eſt, quod ſub ſenſum aliquem cadit. de In.

Quicquid eſt, quod ſub artium menſuram aliquam cadit. Or.

Cadere in ſenſum cernendi. [B. Sichtbaer zijn. G. *Eſtre viſible.* A. Tat may beſeen.] de Uni.

In noſtram intelligentiam cadit illa res. [B. Het kan van ons verſtand begreepen werden. G. *Nous pouvons comprendre cela.* A. We can underſtand it.]

Tam id honeſtum, quod in noſtram intelligentiam cadit, conſervandum eſt nobis, quàm id &c. Off.

Illud cadit ſub judicium ſapientis, ac delectum. [B. 't Staat aan het oordeel ende vrye wil van een wijs man. G. *La choſe eſt remiſe au jugement d'un homme ſage.* A. It ſtands in the Judyment and freewil of a wiſe man] de Fin.

5. *Cadere*, pro accidere.

Verebar ne ita caderet, quod nunc etiam vereor. Ep.

Augurum reſponſis multis multa, incredibiliter vera cecidiſſe. de Leg.

Nihil mihi optatius cadere potuit. At.

Hæc res quemadmodum ceciderit, ſcire velim. At

Sane ita cadebat ut vellem. At.

Sed hoc recidit mihi peropportune. de Or.

Quod melius caderet, non vidi. Ep.

Verum hoc adhuc per commode cadit [B. 't gelukt ſeer wel. G. *Cela reuſſit fort bien.* A. It happens very luckily.] in Verr.

Aliter cecidit res, ac putabam. Ep.

Aliter

Aliter cecidit res, atque opinabar, &. [B. De ſaak viel anders uyt als ick dacht. G. *La choſe arriva autrement, ou eût une autre fin que je n'avois penſé.* A The matter happened otherwiſe then I thought.]

A te mihi ſemper omnia honeſtè ac jucundè ceciderunt. Qu. Fr.

Horum ego vix attigi penulam, remanſerunt tamen, cecidit bellè. At.

Mutius quoquo modo ea res huic quidem cecidit. At.

Nil tibi jure incommodi cadere poteſt. Pro Qu. Fr.

Si minus fortiſſimi virtus civibus grata cecidiſſet. pro Mil.

Quid caſurum ſit, incertum eſt. Ep.

Verebar quorſum id caſurum eſſet. At.

Sed ita cadebat, ut alter &c. de Cla.

Inſperanti mihi, ſed valdè optanti, cecidit, ut &c. de Or.

6. Idem valet nonnunquam, quod Deſino.

Verba melius in ſyllabas longiores cadunt. [B. De woorden eyndigen allerbeſt met lange letter grepen: ſy gaen uyt op lange ſillaben. G. *Les paroles finiſſent mieux avec des ſyllabes longues.* A. Words end beſt with long ſyllables.] Or.

Et in ſpondeos cadit, &.

Articulus ad numerum cadens. Or. [B. Een woordie met een aengename klank eyndigende. G. *Un mot que finit agreablement.* A. Words ending with a pleaſant ſound.]

CANO.

1. Opinatur vulgus hoc verbum ſolum voci tribui, nunquam fidibus aut tibiis muſicis. Nam non dicit *Canere fidibus modulate.* [B. Op ſnaren, of inſtrumenten moyenet ſpeelen. G *Jouër bien du violon, ou de quelque autre inſtrument.* A. To play neatly on the violor any other inſtrument] ſed, *Ludere inſtrumentis muſicis.* Ludere verò Muſicis non attribuitur ab idoneis autoribus. Sic itaque ab optimis ſcriptoribus Latinis latinè loqui diſcamus.

Si canere velim vel voce, vel fidibus. de Divin.

Tibicen ſine fidibus canere non poteſt. de Or.

Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numeroſe ſonantes. de N.

Lituus quo canitur. de Divin.

Epaminondas præclarè fidibus cecíniſſe dicitur. Tuſ.

2. *Symphonia canere* Latinè Cicero dixit: quod Muſicorum vulgus, Quatuor vocibus canere aut ludere: Concentum canere. partibus canere. [B. accoord houden, met verſcheyde ſtemmen ſingen. G. *s'accorder, faire un concert.* A. to make a conſort with many voices together.]

Cum in eis conviviis ſymphonia caneret, maximiſque poculis miniſtraretur, retinere ſolitus eſt aratores. I. V.

3. *Intus canere*, [B. met de vingers van de ſlinckerhand op de ſnaren ſpeelen. G. *Jouër ſur les cordes avec les doigts de la main gauche.* A. To play upon the ſtrings of an inſtrument with fingrs of the left hand.] proverbio dicitur is, qui in ſuam rem & commodum omnia convertit, ut quicquid faciat, non alienum: ſed ſua cauſa facere videatur.

Foris canere, [B. met de ſtrijk ſtok in de rechterhant op de ſnaren ſlaen. G. *Jouër ſur les cordes avec un arches en la main droité.* A. to ſtricke the ſtrings with the bow in the right hand.]

Atque etiam illum Aſpendium cithariſtam, de quo ſæpe audiſtis, id quod eſt Græcis hominibus in proverbio, quem omnia intus canere dicebant, ſuſtulit, & in intimis ſuis ædibus poſuit: ut etiam illum ipſum artificio ſuo ſuperaſſe videretur. in Ver.

Atque hoc carmen iſte non vobis, ſed ſibi intus canit. [B. Hy ſchraept alles in ſijn potje: hy ſlokt alles in. G. *Il s'approprie tout, il attrappe tout.* A. He ſpeaks all to his own advantge.] contra Rul.

4. Sic etiam *Cantus* non ſolum vocis eſt, ſed etiam inſtrumentorum.

Cantus vocum, [B. gezang. G. *Concert.* A. vocal muſick.]

Cantus nervorum, [B. geſpeel op ſnaren. G. *Muſique de violons.* A. muſick on ſtringed inſtruments.]

Cantus tibiarum. [B. het ſpeelen op fluyten. G *Jeu de flûtes.* A. wind muſick.]

Cantu vocum, nervorum & tibiarum tota vicinitas perſonabat. pro S. R.

Te gallorum, illum buccinarum cantus exuſcitat. pro Mur.

Ad cantus, & ad tibicinem perſequi laudes clarorum virorum. de Leg.

Tibicines, iique qui fidibus utuntur, ſuo non multitudinis arbitrio cantus numeroſque moderantur. Tuſ.

Quòd docti homines nervis imitati atque cantibus aperuere ſibi reditum ad hunc locum. de Som.

Solet Roſcius dicere, ſe quo plus ſibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos & cantus remiſſiores eſſe facturum. de Or.

CANORUS.

Quod ab aliis, poëtis maximè, Sonorus [B. Helder, claer, door-dringende van ſtem. G. *Fort, clair, qui a une voix nercante.* A. A melodiour, clear, ſhrill voice.]

Gallus eſt animal canorum ſua ſponte. de D.

Vox ſuavis & canora. de Cla.

Omnino canorum illud in voce ſplendeſcit in ſenectute. de Sen.

Sine contentione vox nec languens, nec canora. Off.

Profluens quiddam habuit Carbo & canorum. de Or.

Canorus orator & volubilis. de Cla.

Hoc dulce, canorum illud, hoc benè olens. Aca.

CAPTUS.

Oculis, membris, auribus, mente, Latinus modus loquendi: quo ſignificabant, privatum aliquem eſſe uſu membri alicujus, aut mentis: neque ſequitur vim & naturam verbi, ſed ſingularem aliquam poteſtatem habet.

Si oculis captus ſis, ut Tireſias fuit de D.

Qu. Scævola mancus, & omnibus membris captus. [B. Lam het heele lijf over. G. *Paralitique* A. He is lame over all his body.] pro Rab.

Ut idem oculis & auribus captus ſit. [B. Soo dat hy, te gelijk blind en doof zy. G. *De maniere qu'il ſoit en même temps aveugle & ſourd.* A. So that he was both blind and deaf.] Tuſ.

Tametſi ne oculis quidem captus, in hanc fraudem tam ſceleratam decidiſti. I. V.

Tam dedecet, quàm delirare, & mente captum eſſe. Aca. [B. Van ſinnen berooft. G. *Hors du ſens.* A. Mad, ſenſeleſs.]

CAPTO.

Solicitè aliquid expeto & quæro, ſignificarunt Latini hoc verbo quod cum per *Capio* non fecerint, præcipuam vim habere, quæ obſervatione diſcitur, facile intelligi poteſt.

Diſſident principes, captatur occaſio. de Ar. [B. Men ſoeckt gelegentheid. G. *On cherche occaſion.* A. They catch at an occaſion.]

Quid enim ad illum qui te captare vult, [B. Die u ſoekt in 't net te krijgen. G. *Qui tâche à vous attrapper.* A. Who thought to inſnare you ni his nets.] *utrum tacentem irretiat, an loquentem?* Aca.

Inductio, quæ rebus non dubiis captat aſſentationem ejus, qui &c. de In.

Lepidus deſperato adventu meo, quem non mediocriter captabat, [B. Na welke komſt hy ſterck verlangde. G. *Le retour duquel il deſiroit fort.* A. For whoſe return he did not a little long.] *ſe cum Antonio conjunxit.* Ep.

Captare aliquem aliquo emolumento. de In.

At etiam miſericordiam captabas. I. A.

Captare miſericordiam. de In.

Captare plauſus. in P.

Captare nomen imperatorium. [B. Staan, trachten na de naem van Veltheer. G. *Avoir envie, tâcher acquerir la qualité de General.* A. To deſire and ſeek after the name of Generall.] Ep.

Captare benevolentiam à perſona adverſariorum. ad Her.

Captare riſus. Tuſ.

CAPUT.

Variis rebus Latini nomen hoc Caput tribuunt. quas alienis & peregrinis nominibus

vulgus effert, quod propria ignoret: ut cum exprimendum ſit, tota ſumma quæ alicui debetur in frumento, aut in ſimilibus rebus univerſum illud Caput, *Sortem* quod pecuniæ creditæ vocabulum eſt, vocarunt. Sed ut in pecuniis eſt *ſors*, ſic in vectigalibus decumis, ut frumenti, aut ſimilium rerum quæ animo debentur, *caput*: ſed id ipſa exempla declarabunt.

De Capite populi Romani remittere: de capite frumenti demere aliquid alicui. [B. Iemant een deel quijt ſchelden van de hooft ſomme, het volle gewicht en getal des koorns, dat hy moet opbrengen aan het Roomſe volk. G. *Quitter a quelcun une partie de la ſomme principale. ou une partie du poix & meſure de froment qu'il doibt au peuple Romain.* A. To forgive any one a part of the capital ſumm, or a part of the weight and meaſure of corne he is to pay the Roman people.]

Verres aliquot nominibus de capite quantum commodum fuerit, frumenti decumanis detraxit in Ver.

Unum hoc illius S. C. reprehenſum decretumque eſt: ut quibus ille de capite dempſiſſet, hi pecunias in ærarium referrent. Senatus conſultum hoc: ne illi quidem eſſe licitum, cui conceſſerat omnia, à populo factarum quæſitarumque rerum ſummas imminuere, illum viris fortiſſimis judicarunt patres conſcripti, dimittere de ſumma non potuiſſe, te mulieri teterrimæ rectè remiſiſſe Senatores judicabunt, in illo reprehenditur, quòd ex ea pecunia remiſerit, quam ipſe quæſierat: tibi conceditur qui de capite populi Rom. remiſiſti? in Ver.

2. Vocarunt Latini quoque hoc nomine id, in quo omnia ſunt, aut maxima pars rei alicujus poſita: aut id quod maximum, quod rem ipſam continet, in re aliqua eſt. quòd cum nomen hoc vulgus ignoret, pluribus id exprimere cogitur. Sic verò Latini.

Ad conſilium de repub. dandum, caput eſt noſſe rempub. de Or.

Caput eſſe ad beate vivendum. de Am.

In hoc loco caput illud erit accuſatori, ſi demonſtrare poterit. de In.

Atque in hoc loco caput videtur mihi eſſe illud, &.

Caput enim arbitrabatur eſſe oratoris, ut & ipſis apud quos ageret. de Or.

An tibi obviam non prodirem? primum Appio Claudio? deinde Imperatori? deinde more majorum? deinde, quod caput eſt, amico? Ep.

Et id quod caput eſt [B. 't Geen het voornaemſte werk is. G. *Ce qui eſt le principal.* A. Which is the principal point.] *nobis inter nos noſtra vitia ſunt toleranda.* At.

Et quod caput eſt, mihi quævis ſatis juſta cauſa ceſſandi eſt, &.

Valde probo hominem, domum, facultates, quod caput eſt, ipſum non novi, &.

Caput autem literarum [B. De principalen inhout des briefs. G. *Le principal contenu des lettres.* A. The chief contents of the letter.] *ſibi cum illa Mima nihil poſt hac futurum.* I. A.

Sic caput cœnæ *(in epiſt. pro id quod optimum erat in cœna.)* [B. Het beſte gerecht. G. *Le meilleur droit.* A. The beſt courſe.]

3. *Capita* appellarunt quoque quæ Barbari Summaria, aut Articulos. *Articulos* enim fidei vocant, quæ latine dicenda eſſent duodecim capita fidei, [B. De XII. hoofd-ſtucken des Geloofs. G. *Les douze articles de foy.* A. The twelve articles of the faith.]

Quod ex quibuſdam capitibus expoſitis nec explicatis intelligi poteſt. de Cla.

Illa verò cenſoria contra Cn. Domitium non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium paulo plenius ibidem. a

Ad Calvum ſcripſi, ut ad me τὰ κεφάλαια mitteret. At.

A primo capite legis uſque ad extremum, reperio nihil aliud cogitatum. contra Rul.

Qui, quod ſecundo capite ſcriptum eſt, non meminit in tertio, &.

Cum caput meæ proſcriptionis recitaretur. Poſtquam.

Capita de repub. in duabus rationibus contraria inter ſe. de Or.

Caput eſt, quod pertinet ad minuendos ſumptus civitatum. Ep.

Sed prima duo capita epiſtolæ tuæ tacitè mihi quodammodo prætereunda ſunt, &.

Ex uno Epicuri capite, altera veſtro perceptio & comprehenſio tollitur, quod eſt caput Epicuri? ſi illi

lum

ſum ſenſibus viſum falſum eſt, nihil percipi poteſt, quod veſtrum, ſunt falſa ſenſus viſa. Aca.

4. *Capitis* vocabulo Latini quoque ſignificarunt auctorem, vel principem: quem nos ſimili fere modo **Einen hauptman** appellamus. [B. Oorſprong, beſtaander, de voornaemſte voorganger. G. *Origine cauſe principal principe*. A. The chief author, ring leader bell weather.]

Si quid ſine capite manabit. [B. Soo daer iet verbreid ſal worden, ſonder datmen de rechte man en uytſtroyer kennen ſal. G. *Si l'on amplifie quelque choſe, ſans qu'on cognoiſſe bien l'homme ou l'amplificateur.* A. If any thing ſhall be reported without knowing the right author of it.] *& cujus auctor non extet*. Pro Plan.

Jam ab illo fonte & capite Socrate &c.

Caput eſt omnium Græcorum concitandorum Heraclides ille Tennites. pro Flac.

5 *Capitis* nomine vitæ periculæ quoque expreſſerunt. ut, *Adire periculum capitis*, [B. Sijn leven in gevaer ſtellen. G. *Se mettre en peril de la vie*. A. To venture ones neck or life.]

Capitis noſtri ſæpe accidere poteſt, ut cauſæ verſentur in jure. de Or.

Quam poſſumus reperire ex omnibus cauſis civilibus cauſam contentionemque majorem, quod de ordine, de civitate, de libertate, de capite hominis conſularis?

Cauſa capitis (de Cla.) [B. Hals-ſaak, crimineele ſaak. G. *Crime capital, choſe criminelle*. A. a buſineſs of life and death, a capital crime.]

Socratis reſponſo ſic exarſerunt judices, ut capitis hominem innocentiſſimum condemnarent. [B. Dat ſy een gantſch onſchuldig man ter dood verweſen. G. *Qu'ils condamnerent a mort und homme innocent*. A. They condemned an Innocent man to death.] de Or.

Socratem in judicio capitis pro ſe dixiſſe, &c.

Nihil de capite civis, aut de bonis ſine judicio detrahi poteſt. pro Dom.

Judicia ſummæ exiſtimationis, & penè dicam capitis. Qu. R.

In Judicium capitis aliquem vocare [B. Iemand aan den hals beklagen. G. *Accuſer quelcun d'un crime digne de mort*. A. To call ones life in queſtion.] de Cla.

Cum vero abs te tui capitis cauſa peteret homineſque certos domo miſiſſet ne tum quidem &c. I.

Ut ſi prædonibus pactum pro capite precium non attuleris. Off.

CASTIGO.

Non ſolum verberibus, ut multi opinantur, ſed etiam verbis. [B. Beriſpen, beſtraffen. G. *Reprendre, punir*. A. To reprove chaſtiſe.]

Pueros, matres & magiſtri caſtigare ſolent, nec verbis ſolum, ſed etiam verberibus. Tuſ.

Quin non verbis ſunt, & diſputatione philoſophorum, ſed vinculis & carcere caſtigandi.

Caſtigare improbos. de Leg.

Qui punit aliquem, aut verbis caſtigat. Off.

Et quoniam de impudentia dixi, caſtigemus etiam ſegnitiem hominum, de Or.

Caſtigare verberibus, [B. Geeſſelen. G. *Foutter*. A. To whip one.]

Caſtigare vinculis, [B. In de boeye ſetten. G. *Lier*. A. To clap one in jayl to tie one in chaines.]

CAVEO.

Jure conſultorum vocabulum, qui hac formula, *Cavere alicui*, iis qui ſe conſulebant. præſcribant rationes & vias agendi cum aliquo, ut caverent, ne verbis cauſam ſuam deteriorem facerent, *ut*,

In jure cavere, [B. Iemand raad geven om ſijn proces wel aen te leggen; een geſchrift of Acte inſtellen tot yemants verſeekering. G. *Donner a quelcun des conſeils pour bien diſpoſer ſon proces; faire un eſcrit, ou un acte pour aſſurer quelcun*. A. To give one counſel concerning the wel managing of hy ſuit in law, to give in an act or writing for ones ſecurity.] *conſilio juvare, atque hoc ſcientiæ genere prodeſſe quam plurimis, vehementer & ad opes augendas pertinet*. Off.

Etenim cum tu mihi, meiſque multa ſæpe caviſſes, veritus ſum, ne ſi ego gravarer, aut ingratum id, aut ſuperbum videretur. Top.

Quid ita Flavio ſibi cavere non venit in mentem. Pro Q. R.

Caveri vult iis qui ſecum ſunt, Muſtellæ & Tyroni *proſpicit*. I. A.

Deinde ut Fauſtæ, cui cautum ille voluiſſet, ratum eſſet.

eſſet. At.

Epicurus diligenter cavet & ſancit, ut hæredes ſui dent. de Fin.

Amentia eſt, cum hæredi velis cavere, [B. Wanneer gy by geſchrift, u erfgenaem wilt be ſorgen, wel verſekeren, een Teſtament maken. G. *Quand vous voules par un êcrit, prendre ſoin de vôtre heritier, ou l'aſſurer : faire un teſtament.* A. When you will by a writing or will and Teſtament take care and provide for your heir.] *id aſcribere, quo non aſcripto, nihilominus hæredi caveatur.* de In.

Ita diligenter perſcripta lex eſt, ita cautum unaquaque de re, & ita quod oportuit exceptum, &c.

Nulla res eſt, quæ aut comprehendi ſatis, aut caveri, aut excipi poſſit. pro Cæcin.

2. Sic etiam, *Cavere ab aliquo*, & per aliquem alicui: alicui aliqua re, pro, Satis accipere, aut, Securari, ut Barbari loquuntur, ab aliquo.

At tibi ego Brute non ſolvam, niſi prius à te cavero. (de Clar.) [B. Ten ſy ik eerſt van uwent wegen verſekering ſal genomen hebben. G. *Si je n'ay de vant pris une aſſurance de vous.* A. Unles I have briſt a bill of ſecurity under your hand.]

Rogant eum ut id quo abiſſet, ab ipſis pecuniæ, curet, ab ſeſe caveat [B. Laet hem een briefje van ſijn hand geven, een obligatie paſſeren. G. *Qu'il donne un billet de ſa main, qu'il paſſe une obligation.* A. Let hin give a bill under his hand, or let him ſigne to an obligation.] *quemadmodum velit de illa hæreditate cum Epicrate eſſe acturum.* in Verrem.

Auges tu mihi timorem, qui in Oratore tuo caves tibi per Brutum, & ad excuſationem ſocium quæris. E.

Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ: ut & mihi, & populo cautum ſit ſine vecturæ periculo. E.

Prædibus & prædiis populo cautum. I. V. [B. Men heeft het volk borgtocht geſtelt op vaſte hypotheek, op vaſte goede goederen. G. *On a aſſuré la garde bourgeoiſe ſur de ſeures hypotheques, ſur des biens ſeurs.* A. They have provided good ſecurity for the people upon lands and faſt goods.]

3. *Rebus etiam cavemus*, ut nimium extra periculum ſint. noſtro more ſecuras & tutas reddi dicimus, aut Barbarè, Securari.

Altera lex privatorum ædificiis, altera ſepulchris cavet. de Leg.

Pompejus clementer id fert, fortè cavet uſuræ, [B. Hy draegt ſorg voor de renten. G. *I la ſoin des rentes.* A. He takes care for the rents.] At.

Agri de quibus cautum eſt fœnore. contra Rul.

4. Hinc Cautio formula talis juriſperitorum, aut id quo alicui cavetur, *Securationem* Barbari vocant. [B. Borg tocht, hand ſchrift. G. *Garde bourgeoiſe, manuſcript.* A. A caution, a bill of ones hand.

Eſt hoc & ex conditione juris, & ex conſuetudine cautionis firmiſſimum teſtimonium pro Qu. Fr.

Itaque quando veſtræ cautiones firmæ ſunt, græculam tibi miſi cautionem chirographi mei. Ep.

Cautiones fiebant pecuniarum. pro Dom.

Perſecutionum cautionumque præceptio in jure civili. Or.

5. *Cave*, in Imperandi modo veteres Latini ſæpe uſurparunt: idemque eo ſignificarunt, quòd per, Vide ne.

Cave facias, inquit: nam iſta lex perferetur. At.

Sed cave, ſi me amas. exiſtimes me, &c. &.

Cave enim putes, [B. Siet toe dat gy niet en denkt. G. *Gardez vous de penſer.* A. Have a care you doe not think it.] *ullas literas unquam gratiores quam tuas eſſe in ſenatu recitatas*, &.

Cave enim exiſtimes Brute, quanquam es, ſed tamen &c. At.

Cavete per deos immortales judices, ne, &c. [B. Wacht u op uwe Saligheid ô Richters, dat gy niet &c. G. *Prenez garde a vous ſur vôtre ame que vous ne &c.* A. Have a care upon your ſalvation o Jueges that you donot.] pro Qu. R.

Videtis

Videte per deos immortales, quem in locum. ibidem.

6. *Mea, tua,* aut *cautio eſt*, Latinæ linguæ proprius modus, quem aliis verbis ſic redderemus: Mihi, tibi, aut alicui providendum, aut cavendum eſt.

Tua enim cautio, noſtra cautio eſt. pro Mar. [B. Gy moet op u hoede ſijn, ende ook wy. G. *Il faut que vous vous enteniez à vôtre ſoin & nous auſſi.* A. You had need look to it, and we allſo.]

Chartam tibi deeſſe, mea cautio eſt. At.

Ne quiſquam pertundat crumenam, cautio eſt. Plautus.

Puerum aut ne reſciſcat eſſe ab illa, cautio eſt. Ter.

Hi mibi ne corrumpantur, cautio eſt. ibidem.

CAUSA.

Hic admonendi ſunt ſtudioſi linguæ Latinæ, qui malint optimorum ſe ſimiles eſſe, ne potius eos ſequantur, qui præcipiant: *Mei, tui, ſui, noſtri, veſtri cauſa* dicendum eſſe, recentiorum quorundam more, quam veteres omnes, qui *mea, tua, ſua, noſtra, veſtra cauſa* dixerunt tantum: non *mei &c.* Sic enim Cicero ubique.

Tu me charum eſſe dixiſti populo Rom. non tam mea cauſa [B. Om mijnent wil: mijnen 't halven. G. *Pour l'amour de moy, a cauſe de moy.* A. For my ſake, upon my account.] *quàm reip. nomine.* in Vat.

Te abeſſe mea cauſa, moleſte fero, tua, gaudeo. Ep.

Et ſic omnibus locis.

2. *Verbi, aut exempli culpa:* verbi gratia, exemplorum notæ ſunt. ut.

Verbi cauſa majeſtatem minuere, dicere, adverſarium majeſtatem minuiſſe. de arte Rhet.

Si quis verbi cauſa, oriente canicula natus eſt, in mari non morietur. de Fato.

Verbi cauſa, tria pauca ſunt, an ne? in Aca.

Verbi gratia. [B. By exempel. G. *Par exemple.* A. For inſtance ſake. as for example.] *propter voluptatem.* de Fin.

CEDO.

Verbum, quo aliquid Latini poſtulabant aut imperabant: quo hoc modo ſunt uſi: neque ſolum ad unum, ſed ad plures *Cedo* dicebant.

Cedo, qui rempub. tantam amiſiſtis tam cito. [B. Segt my dog: ſegt gy lieden eens. G. *Dites moy je vous prie, dites un peu.* A. I pray thee toll me, tell me I beſheeck you.] de Sen.

Vidiſti igitur virum ut ſcripſeras? ingemuiſti certè. cedo reliqua. At.

Obviam mihi ſit tabellarius, & ego ſtatim cedo, inquam ſi quid ab Attico. &.

Cedo cui Siculo, cum is reus fieret, civis Romanus cognitor factus unquam ſit. I. V.

CEDO.

Vis propria hujus verbi nota ſatis, ſed uſus minus: *non* enim tam variis caſibus vulgus nunc adjungit, quam olim Latini, qui non ſolum dixerunt. *Cedere ex loco:* aut *loco:* ſed *de* & *à loco:* &, *Cedere alicui loco aliquo.*

Rectè ſic cenſeo cedendum de oppidis iis. At.

Hoſtes cedentes ab oppido, Caſſius inſecutus eſt. At.

Aeſchines propter ignominiam judicii ceſſit Athenis. de Or.

Si Cn. Italia cedit, in urbem redeundum puto. At.

Dandus eſt locus fortunæ, cedendum ex Italia. Ep.

Cedo invitus de repub. cedo *oppreſſus* de fortuna, de dignitate. [B. Ik geef mijn goed ten beſten: ik verlaet mijn ampt, aenſien. G. *Je donne mon bien: je quitte mon employ, mon authorité.* A. I give my goods away. I reſigne up my calling and authority.] *Antequam.*

Cedam tibi in præſentia foro & curia. Oct.

Cedere alicui poſſeſſione hortorum. pro Mil. [B. Iemant het beſit van ſijn tuynen over geven. G. *Donner a quelc'un la poſſeſſion de ſes jardins.* A. I reſigne up the poſſeſſion of my garden to an other.]

CELEBRO.

Orationi aut ſermoni aut à noſtris tribuitur, ut olim à Latinis. Dicebant enim hi *Sermone aliquid celebrare*, cum ſignificare vellent, quæ ab omnibus prædicabantur, omnibus in ore erant, ut.

Quod ita eſſe, conſtanti fama atque omnium ſermone celebratum eſt. Qr. Fr. [B. Alle-man heeft daer de mond vol af. G. *On ne parle que de cela.* A. It is in evey mans mouth. it is the common talke of evens one.]

Quod omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus maledictiſque celebratum eſt. pro Cl.

Quid porrò in Græco ſermone tam tritum atque celebratum eſt? [B. gemeen en menichmael gebruikt. G. *Dont on ſe ſert communement, ſouventes fois.* A. It is commonly and often times made uſe of.] pro Flac.

Quibus in locis nuncii literæque celebraſſent. [B. Alwaer met boden en brieven va allekanten tyding, of confirmatie was gekomen. G. *De laquelle choſe on avoit en par des meſſagers des lettres, en confirmation.* A. To which place there came from all parts nues and confirmation both by meſſengers and letters.] *Murenam factum eſſe conſulem.* pro Mur.

Celebrare dies feſtos ludorum. pro Arch. [B. De ſchouw-ſpeelen altiid by woonen, de heylige dagen vieren. G. *Aſſiſter toujours aux ſpectacles publics encenſer aux jour de feſte.* A. To haunt the publick shews and plays. to keep holydays.]

Tamen omni in hominum cœtu gratiis agendis, & gratulationibus habendis, & omni ſermone celebramur [B. Men ſpreekt over al van ons met lof. G *On parle bien de nous par tout.* A. Every man commends us highly, with great praiſe.] pro mil.

Similiſque frequentia & plauſus meuſque ad Capitolium celebravit. At. [B. Diergelijcke menichte en toejuychende ſchare geleyde my met grote roem en ſtaet tot aan de Hoofd-kerk. G. *Je fus accompagné juſques au Capitole par une pareille quantité de gens, d'applaudiſſemens & de pompe.* A. I was acompanied by many people to the Capitol in great renowe and honour.]

Sed quæ dicta ſunt omni ſuperiore oratione, eadem ad celebrandum rumorem *valent.* [B. Om een gerucht over al te verbreyden. G *Pour èpandre un bruit par tout.* A. To ſpread abroad a report.] de Pet.

CERNO.

Cernere vocarunt Latini, quod Barbari, Partire aut dividere bona, aut hæreditatem cum aliquo alio modo, *Adire hæreditatem:* de quo ſuo loco.

Pridie Nonarum ex teſtamento crevi hæreditatem. At. [B. Ik heb erv gebeu t: goed ge erft. G. *J'ay herité, j'ay eu un bon heritage.* A. I have entered upon an in heritance, I have in herited a good eſtate.]

Galeonis hæreditatem crevi. At.

Ut de eo, ſi dicas, qui multas hæreditates adierit, proſpice tu, qui plurimum cernis. ad Her.

Is fratris Appii amorem cum reliqua hæreditate crevit. At.

Non committendum, ut injuſſu meo cernat. At.

Hæreditatem crevimus, contra Rul.

A te autem peto, ut me quaſi falſam hanc hæreditem alienæ gloriæ ſinas cernere. Ep.

CERTUS.

Certum habere, certum eſſe, ſcire certum pro certo Latini modi, quos noſtrum vulgus neſcire videtur. ut,

Non habeo certum, quæ te res hinc retrahat. E.

Certum non habeo ubi ſis. At. [B. 'k Weet niet ſeeker, waer gy bent. G. *Je ne ſay pas bien ou vous eſtes* A. Jam not ſure or certain where you ard.]

Neque id ipſum tamen certum habeo. At.

Is tamen adhuc vivit, & dicitur victurus: ſed tamen de hoc mihi parum certum eſt. Ep.

Mihi non tam de jure certum eſt (quanquam ne id quidem valde dubium eſt) quàm illud. &c. Ep.

Quem enim impedimento futurum putas; cum de nobis certum ſit nos quieturos? Ep.

Cras ad te fortaſſe, ſed cum certum ſciam faciam te paulo antè certiorem. Ep.

Reſpondit, ſe neſcire certum. pro Syl.

Poſtea vero pro certo habemus per *Illyricum profectum in Galliam.* At.

De Octavio et in eo, ſed certum neſcio. At.

Nunc iis nunciis habemus, Cæſarem ad VIII. *Calendarum Capuæ: hoc pro certo putavimus.* At.

Non renunciabatur quicquam, quod pro certo haberemus. At.

Neque enim mundum pro certo rotundum eſſe dicitis. de Na.

Præterea

Præterea nunciatum eſt nobis, & pro certo jam habetur, regem Alexandrinum mortuum. Ep.

Dicere aliquid pro certo. de Cla.

Pro certo [B. Vaſt, voorvaſt, ſeecker. G. *Seur, aſſeuré, certain.* A. For a certain, for a truth.] *polliceor atque confirmo vobis.* contra Rul.

2. *Alicui aliquid certum eſſe,* Latine ſignificat id, quod vulgari conſuetudine tritum nunc eſt, firmiter aliquid propoſuiſſe.

Mihi certum eſt ab honeſtiſſima ſententia digitum nuſquam. At.

Mihi certum eſt abire. At. [B. Ik heb vaſt voorgenomen te vertrecken. G. *J'ay pris une bonne reſolution de partir.* A. I am reſolved to depart.]

Quod certum eſt facere. pro R. S.

Sibi certum eſt Romæ manere. At.

Mihi abjurare certius eſt quam dependere. At.

Certius tibi eſt, me eſſe hic, quàm mihi, te iſtic. At.

3. *Certos homines* Latini vocabant, quos nos fideles aut tutos: vel proprios etiam nuncios, quibus aliquid nimirum committimus. Non enim dicunt Latini illi veteres, *Miſi proprium nuncium: ſed: Miſi certum hominem.* [B. Ik heb een expreſſe geſonden. G. *J'ay envoyé un expres.* A. I have ſent away an expreſs or a truſty meſſenger.]

Habeam paucis diebus homines certos, quibus dare poteram. At.

Quum mihi certorum hominum poteſtas erit. F.

Confirmat &c. ſe certos homines ejus rei cauſa in Siciliam & terra & mari miſſurum. in Ver.

Certos homines ad mulieres miſeram. At.

Et ſtatim reſcripſi, hominemque certum miſi de comitibus meis. At.

4. Sic *Certi homines* vocantur Latinè, quos *Speciales* Barbari appellant aut etiam, quorum nomina certo numero comprehenduntur, ſed ob cauſas aliquas non exprimuntur. *Certi homines.* [B. ſeeckere of eenige luiden: die ik nu juiſt niet noemen wil. G. *Certaines ou quelque perſonnes: que je ne veux pas nommer.* A. Certain or ſome men whome I wil not at preſent name.]

Habet enim certos ſui ſtudioſos. de Cla.

Certorum hominum ferociam extimeſcens. pro Mar.

Hanc noſtram conjunctionem certi homines fictis ſermonibus diremerunt. pro Dom.

5. *Certa verba* concepta verba vocantur quibus tanquam formulis, in jurejurando utimur.

Cur in certa verba jurent, [B. Waerom ſy een formulier beſweeren. G. *Pourquoy jurent ils un formulaire.* A. Why ſhoule they take a ſolemn oath.] *cur certo tempore conveniant, certo diſcedant.* de Inv.

Certis quibuſdam verbis divortium fieri. de Or.

CESSO.

Hoc verbum quia vulgus ignorat, *Ocior*, aut *Ferior* tantum dicere ſolet, cum nihil agant, & omni actione vacant, *ociari*, aut *feriari* ſe dicunt, nunquam ceſſare, quo verbo tamen Cicero, & alii autores latinæ linguæ, ſæpius id ſignificaverunt, quàm per Ferior, aut Ocior, [B. Ophouden, vertoeven. G. *Retenir retarder.* A. To give over, to leave off.]

Iſto tam immenſo ſpacio quæro Balbe, cur pro noſtra ceſſaveris. de Na.

At pueri etiam cum ceſſant [B. Als de jongens Vacantie hebben, ledig lopen. G. *Quand les écoliers ont vacance, n'ont rien la faire.* A. When the ſcollars get a vacation, or have nothing to do.] *exercitatione aliqua delectantur.* de Na.

Denique aliud aliquid extabit, ne tibi planè ceſſaſſe videamur. At.

Ego hic ceſſo, quia ipſe nihil ſcribo, lego autem breviſſimè. Ep.

Cicero noſter, dum ego adſum, non ceſſavit apud rhetorem. Qu. Fr.

Nec tamen iſtum ceſſare, ſed celare quæ ſcribat exiſtimo. Aca.

Illos libros ſcribere non ceſſavi, neque ceſſo. Q. Fr.

Georgias centum & ſeptem complevit annos, nec unquam in ſuo ſtudio & opere ceſſavit. de Sen.

Ille non ceſſat de ſolis detrahere.

De ædificatione tua Cyrum urgere non ceſſo. Qu. Fr.

Alterum: ſi tabellarii non ceſſarint, necceſſe eſt paucis diebus pœniteat audire. de Pro.

Sin &c. ne ceſſaris me certiorem facere, ut accurram. Qu. Fr.

CIRCUITIO.

CIRCUITIO.

Latinè, quæ Circumlocutio, ut græcè περίφρασις à novis noſtris Latinis vocatur. [B. Omwegen, blaeuwe bloemtjes. G. *D'étour.* A. A præ amble, a going a bout the buſh.]

Epicurus circuitione quadam deos tollens, rectè non dubitat divinationem tollere. de D.

Circuitio eſt oratio, rem ſimplicem aſſumptam circumſcribens elocutione. ad Her.

Jam verò quid opus eſt circuitione, & anfractu? *utendum interpretibus ſomniorum potius quàm directo? Deus ſi quidem conſulebat nobis, hoc facito; hoc ne feceris &c.* de Divinat.

CIRCUITUS.

Latinè ambitus, & *Comprehenſio verborum* vocatur, quæ Græcè περίοδος Cicero etiam *Circumſcriptionem, Comprehenſionem, Ambitum,* aut *Orbem verborum* vocat. [B. Een periode, omtrek van reden, volle zin of reden. G. *Une periode renfermement d'un diſcours, ſens parfait.* A. A period, the compſs of a diſcourſe, the full ſenſe.]

Circuitus orationis, qua Græci περίοδον nos tù ambitum, tum circuitum, tum comprehenſionem, aut continuationem, aut circumſcriptionem dicimus. Or.

Cum illi veteres circuitum, & quaſi orbem verborum conficere non poſſent, terna aut bina, aut nonnulli ſingula etiam verba dicebant. de Or.

Modò ne circuitus verborum ſit aut brevior quàm aures expectent: aut longior, quàm vires atque anima patiatur. de Or.

Circuitus, continuatioque verborum. Or.

CIRCUMSPICIO.

Verbi vis nota & pervulgata fortaſſe eſt; ſed cum accuſativo pauci jungunt, præſertim cum animo tribuitur, quo provideamus & conſideremus aliquid.

Circumſpicere ſe [B. Letten op ſich ſelven, ſijn eygen ſtaet overwegen. G. *Prendre garde à ſoy, faire reflexion ſur ſon propre état.* A. To look wel about him, to conſider wel his own condition]

Circumſpice omnia membra reipub. quæ notiſſima ſunt tibi. Ep.

Multa in cauſis circumſpicienda ſunt, ne quid offendas, ne quo irruas. de Or.

Omnia circumſpexi, omnia periclitatus ſum. pro Qu.

Ut circumſpiciamus omnia quæ populo grata ſunt. contra Rul.

Circumſpicite paulisper mentibus veſtris hoſce ipſos homines. pro Syl.

Atque illud circumſpicite mentibus veſtris. contra Rul.

Nunquam homo amentiſſime, te circumſpicies? *nunquæ quid agas, conſiderabis?* Par.

Quare P. C. incumbite ad ſalutem reipub. circumſpicite omnes procellas. in C. [B. overdenkt alle onheilen. G. *Songés à tous les inconveniants.* A. To conſider diligently all in conveniences.]

Converte animum, & ea ipſa artium genera circumſpice. de Or.

CITERIOR.

Tribui hoc verbum temporis intervallo quoque vulgus ignorat, eoque ſignificari, quod Barbari *proximiora* vocant. Citeriora loca, [B. De naeſt gelegene plaetſen.] G. *Les lieux les plus proches.* A. The next neighboring places.]

CIVIS.

Attendant uſum hujus verbi ii qui dicere conſueverunt, *Conterraneus meus*, aut alicujus, aut *compatriota*, vel *concivis meus*, quæ poſtrema duo planè barbara ſunt. *Conterraneus* verò apud Plinium non ſignicat eum qui ejuſdem eſt civitatis, ſed terræ & regionis. Quem Cicero, ut mihi videtur, & alii, *popularem* vocant (quanquam & civis quoque popularis dicitur) Qui verò ejuſdem civitatis eſt, *Suum civem* Latini vocabant. Itaque ſic Latinè à Cicerone loqui diſcamus. [B. Mijn medeborger, lands-man. G. *Mon concitoïen, compatriote.* A. My fellon Citizen, my countrey man.]

Facinoroſorum armis meos cives meis conſiliis periculiſque ſervatos pro me objici nolui. pro Mil.

Ut ſint opera, ſtudio, labore meo doctiores cives mei. de Fin.

Valeant, inquit, Milo, valeant cives mei, ſint incolumes, ſint florentes. pro Mil.

Quod meos cives, & à me conſervatos. Epiſt. ad Lentulum.

Servi

Servi mehercle mei, ſi me iſto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, &c. in Cat.

Dabunt igitur mihi veniam mei cives, vel gratiam potius habebunt. de D.

CLAUSTRA.

Tranſlatè Latini hoc nomine ſignificarunt, quod noſtrum vulgus clavem appellat, ita quam nos clavem imperii aut regni, illi clauſtra vocant. [B. De Sleutels van het Lant. G. *Les clefs du païs.* A. The keys or in lets of a Count y.]

Corinthus erat poſita in anguſtiis Græciæ, ſicut terra clauſtra locorum teneret, & duo maria penè contingeret. contra Rul.

Omnes urbes maritimas clauſtris imperii noſtri contineri. pro Flac.

CLAUSULA.

1. Quam nos ſententiam aliquam, aut etiam periodum Græco more vocamus, Latini Clauſulam appellarunt, circuitum ſcilicet verborum, quibus ſententia aliqua concluditur. Idem etiam valet quod caput, de quo ſupra. Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ, neque librariorum notis, ſed verborum & ſententiaru n modo interpunctas clauſulas in orationibus eſſe voluerunt.

Clauſulæ in orationibus interpunctæ. [B. Spreuken, perioden in een reden onderſcheiden. G. *Sentences periodes pour la diſtinction d'un diſcours.* A. To diſtinguiſh ſenteces or periods in a diſcourſe.] de Or.

Cum eſſem cum eo Tarracinæ de amicitia: falſa, attamen à te ipſo ficta tota narratio: addidiſti clauſulam, tota Terracina &c. de Or.

Illa verò præclara eſt clauſula edicti, [B. Dat is ſeeker een heerlick point, hooftſtuck in de ordinancie. G. *Pourvrai cela eſt un grand point dans l'édit.* A. That is in deed a very curious clauſe in a proclamation or decree.] *quòd omnium controverſiarum, quæ eſſent inter aratorem & & decumanum, ſi uter volet, edicit ſe recuperatores daturum.* I. V.

2. *Clauſula* quoque epiſtolarum, aut comœdiarum, aut libri alicujus extremam partem Latini vocant, quod enim eſt peroratio in oratoribus, in epiſtolis, & ſimilibus omnibus eſt clauſula. Noſtri Concluſionem, aut finem appellant.

Cicero in Antonii epiſtola recitanda ad finem pervenit, inquit, Veniamus aliquando ad clauſulam, Legatos venire non credo. in Anto.

Quamobrem, quoniam mihi nullum ſcribendi argumentum relictum eſt, utar ea clauſula, qua ſoleo. ad ſtudium ſummæ laudis cohortabor. Ep.

Mimi ergo eſt etiam exitus non fabulæ, in quo cum clauſula non invenitur, fugit aliquis è manibus. pro Cæl.

CLIENS.

[B. Een gunſteling: een minder vrient, die ſtaet onder de beſcherminge van een groter vriend. G. *Un favori, un moindre amy qui eſt ſous la protection d'un plus grand amy.* A. A vaſſal or one who is under the protection of a lord or any great man.] Latinè is dicitur, qui barbarè nunc *Vaſallus*, Patroni enim vocantur, qui præſunt clientibus de quo ſuo loco.

Manlius Glaucia tuus cliens & familiaris. pro S. R.

Quos clientes nemo habere velit, non modò eſſe illorum cliens. I. A.

Clientela Latinè, Barbarè Homagium, etiam quam Salvegardiam Barbari appellant, latinè Clientelam vocare licet: ut *habere Salvegardiam*, Latinè reddamus per *Conferre ſe in clientelam, eſſe in clientela alicujus.* [B. Hommage doen aen iemant: onder iemants beſcherminge ſtaen. G. *Rendre hommage à quelqu'un, être ſous la protection de quelqu'un.* A. To render homage to any one. to giue ones ſelf over to the protection of an other.]

Scis quàm diligam Siculos, & quam illam clientelam honeſtam judicem. At.

Janus medius in L. Antonii clientela ſit. I. A.

Conabaris clientelam tam illuſtrem, tam ſplendidæ provinciæ ad te traducere. I. V.

Quare ſi te fautore uſus erit, ampliſſimè clientelas acceptas à majoribus confirmare poterit. Ep.

Eſſe in fide, & in clientela alicujus. pro S. R.

Conferre ſe in fidem & clientelam alicujus, &.

COEO.

Verbi hujus vis& uſus prorſus à cognitione vulgari ſejunctus eſſe videtur. Cum enim duo ſimul idem petunt, qui collegæ futuri, aut qui conjungendi ſunt munere, neceſſitudine aut ſocietate coire dicuntur Latinè: nos nunquam iſto modo.

Cæſar cum eo coire cogitat, & Bibulus cum hoc ſe poſſe putat conjungi. At.

Utinam Cn. Pompei cum C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes, [B. Och of gy Pompejus en Cæſar noit tot confraters, of medebroeders gemaekt had. G. *Plût à dieu que tu n'euſſes jamais aſſocié Pompée avec Ceſar & que tu ne les euſſes point faits colègues.* A. I would to god you had never joyned Cæſar and Pompey as brothers and partners to gether.] *aut nunquam diremiſſes.* I. A.

Cum hoc coire auſus es? Poſtquam.

Coire ſocietatem voluntariam cum aliquo. pro S. R.

Pinna cum ſquilla ſocietatem coit comparandi cibi. de N.

Coire ſocietatem præmii vel ſceleris cum aliquo. [B. Met iemant een contract maken over een loon of ſchelmſtuk. G. *Contracter avec quelqu'un pour une recompenſe ou mechanceté.* A. To mak an agreemet with any one about a reward or miſchie vous ait.] pro S. R.

Collegia medius fidius Tribunorum plebis tota reperientur &c. quæ coeant de hominum locupletiſſimorum bonis. pro Dom.

Dixi Habito ſtatim de eo qui coiſſet, quo quis condemnaretur, illum eſſe liberum. pro Clu.

Qui eorum coit, coierit, convenit, convenerit. pro Clu.

COERCEO.

Vis propria pervulgata ſatis non eſt. Significarunt Latini hoc verbo contineri complexu id quod intus eſt. [B. In ſich bevatten, beſluiten. G. *Contenir en ſoy, renfermer.* A. To hold ones ſelf in, to containe ones ſelf within bounds.

Mundus omnia complexu ſuo coercet & continet. de N.

Reſtat ultimus, & omnia cingens & coercens cœli complexus. &.

Fluvium extra ripas diffluentem coercere. de Cla. [B. Een overlopende Rivier binnen ſijn ſchoren beſluiten: met kaejen, dijcken ſtutten, keeren. G *Retenir une Riviere dans ſon lit, & arreter ſon debordement par des digues, chauſſées.* A. To reſtraine an overflowing river within its breaches, to ſtay and divert its courſe bis banks and long trees droven in to the ground.]

Genus eſt, aqua pluvia nocens: ejus generis formæ, loci vitio, & manu nocens: quarum altera jubetur ab arbitrio coerceri, altera non jubetur. Top.

COGITO.

Quòd latinæ linguæ cognitio & uſus maximam partem obſervatione & lectione optimorum autorum diſcatur, hoc loco clarum eſt. Nam qua ratione jungatur hoc verbum nominibus ad locum, omiſſis verbis profectionem ſignificantibus, quis Grammaticorum docere poteſt? Sic enim olim conſuetudine incorrupta uſurpatum eſt, ut huic verbo potiſſimum hoc accidat, ut verbum profectionem ſignificans, omittatur: quam ſi in omnibus ſequamur, latine optime diſcemus.

Ludi Antii futuri pridie Non. eos Tullia ſpectare vult, inde cogito in Tuſculanum. [B. Daer van daen denk ik na mijn wooning te trecken, leggende by Tuſculum. G. *De là je croy aller à ma maiſon ſituée proche de Tuſculum.* A. From Thence I intend to return to my country houſe not far from Tuſculum. At.

Sed in epiſtolis, & ſermonibus familiaribus magis locum habere videtur ob brevitatem quàm aliis generibus orationum.

Hinc vero vulgo vadunt, etiam M. Lepidus quo cum diem conterere ſolebam, cras cogitabat, nos autem in Formiano morabamur, quod citius audiremus: inde Arpinum volebamus. At.

Tu de tuo itinere quid & quando cogites, velim me certiorem facias. At.

COGNITOR.

COGNITOR.

[B. Een procureur. G. *Un procureur.* A. A proctor an attourney.] Latini eum vocabant olim, cum integrè loquerentur, quem nunc recentes Latini *Procuratorem judicialem*: in quo hoc ad mirandum & obſervandum eſt, cum à *Cognoſco* fieri videatur, neque *Cognoſco*, neque *Cognitio* idem valere. Judici enim tribuuntur non iis qui cauſam alicujus agendam ſuſcipiunt.

Me defenſorem ſuarum calamitatum, me ultorem injuriarum, me cognitorem juris ſui, me actorem cauſæ totius eſſe voluerunt. in Ver.

Quid intereſt inter eum qui litigat, & qui cognitorem dat? qui per ſe litem conteſtatur, ſibi ſoli petit: alteri nemo poteſt, niſi qui cognitor eſt factus. itane vero? cognitor ſi fuiſſet tuus quod viciſſet judicio ferres tuum, ſuo nomine petiit quod abſtulit. ſibi, non tibi exegit. pro Q. R.

Tu Qu. Roſcium pro opere & labore quòd cognitor fuiſſet quod vadimonia obiſſet, rogaſti &c. pro Qu. R.

In hanc rem me cognitorem dediſti, &.

Niſi te in ſuam litem dediſſet cognitorem, &.

Civem Romanum qui cognitores homines honeſtos [B. Gy hebt my over deſe ſaek als volmachtigde geſtelt: gy hebt my procuratie gegeven. G.

A. You have conſtituted me your attourney in this cauſe, you have given me a bil of attourney.] *daret, ſublatum eſſe in crucem.* in V.

Videte porro aliam dementiam, cognitorem aſcribit Sthenio. quem? cognatum aut propinquum? non, &.

Sthenius invenire neminem Siculum potuit, qui pro ſe cognitor fieret. I. V.

Cedo cui Siculo cum is reus fieret, civis Romanus cognitor unquam factus ſit? ibidem.

Credo Sthenius hoc ſibi amplum eſſe putavit, eligere è civium Rom. numero, quem cognitorem daret. ibidem.

COGNOSCO.

Dicitur is cognoſcere de re aliqua, qui inquirit, aut quæſitor conſtitutus à magiſtratu, ut diſceptet de eo quod in judicium venit. Judicum igitur munus cognoſcere, (Cognitorem eſſe vero ejus qui defendit cauſam alicujus,) videre aut audire qui jus habet, & non: quàm æqua ſint, & non: cauſam audire.

Cauſam Verres cognoſcebat [B. Verres ſat over die ſaek. G. *Verres deliberoit, ſur cette afaire, ou s'informoit de cette afaire.* A. Verres did ſit as judge over this buſineſs.] *Verres judicabat.*

Aratus adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes, cum quibus cauſam cognoſceret. Off.

Ut conſules cognoſcant, qui ager colonus ſit, qui contrà. I. A.

Se de hæreditate velle cognoſcere, quæ eis à filio veniſſet. in Ver.

Cognitio pro actione & munere ejus qui cognoſcit [B. Gerechtelijk onderſoek. G. *Information.* A. Cogniſance, or true Information of a buſineſs.]

Utrum hic tandem diſceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam, aut ruinam forte putatis? pro Flac.

Quæ lex earum rerum quas Cæſar egiſſet, magnam conſulibus cognitionem dedit. At.

Coſs. quorum & lege, & S. C. cognitio, & judicium fuit. ibidem.

Orbis terrarum cognitionem alicui ſine conſilio dari, & pœnam ſine provocatione. contra Rul.

Cum dies cognitionis eſſet. de Cla.

COGO.

1. Propria vis hujus verbi in vulgus ignota eſſe videtur: eadem enim eſt, quæ verbi Congrego, aut, in unum colligo. [B. Vergaderen, by een roepen, ſamen trecken. G. *Aſſembler, convoquer amaſſer.* A. To gather to gether, aſſemble, or bring to gether.]

Craſſus pollicitus eſt, ſe jus civile, quod nunc diffuſum & diſſipatum eſt, in certa genera coacturum. de Or.

Interea dum hæc quæ diſperſa ſunt, coguntur, &.

Itaque non amplius xiiij. cohortes Nuceriam coegi. At.

Neminem coegeris: ipſi convenerint ſua ſponte. pro Cec.

Quæ ſi copiæ in unum locum coactæ fuerint. At.

Ut reliquę copię omnes Brunduſium cogerentur, &.

Cogere homines armatos. pro Cec.

Nec duces ſimus, nec cogamus. A.

Sed omnibus unum in locum coactis ſcriptoribus. de In.

Recordare cætera quàm citò ſenatum coegerim. Ep.

Cato in ipſa curia ſolebat legere, dum ſenatus cogeretur. [B. Terwijl den Raed vergaderde. G. *Pendant que le Conſeil s'aſſembloit.* A. While the counſel was aſſembled.] de Fin.

Marcellus me rogavit ut cogerem medicos: coegi, & è veſtigio eo ſum profectus? Ep.

Aer *extenuatus in ſublime fertur,* concretus autem in nubem cogitur. [B. De verdikte lucht trekt te ſamen, of word tot een wolk. G. *L'air groſſier, s'epaiſſit en une nuée.* A. The groſs air condened to gether in a cloud.] de N.

Multa, ſunt ex quibus effici cogique poſſit &c. de N.

2. *Concludo, decerno, infero.* [B. Beſluiten. G. *Conclure,* A. To conclude.] *Ex quibus id quod volumus, efficitur & cogitur.*

Hic complexio eſt infirma, aliud enim quàm cogebatur, illatum eſt. de In.

Hoc cogere volebat, falſas literas eſſe. Brutus.

3. *Cogendi munus* erat eorum qui pecunias, *aut id* quod à magiſtratu imperatum erat, accipiebant & colligebant: publicaniſque vel redemptoribus, vel iis qui à magiſtratu conſtituti fuerunt, tradebant.

Ait enim, dum Gabinio pecuniam Poſthumus cogeret, ex decumis imperatorum pecuniam ſibi coegiſſe. pro R. P.

Cogere pecuniam à civitatibus. [B. 't Gelt inmanen, inſamelen van de ſteden. G. *Lever de l'argent ſur les villes. ou eriger de l'argent des villes.* A. To demand, to collect or levy money out of the cittyes.] I. V.

Cogere ſtipem, [B. De Aelmoeſſen ophalen: met het ſakje, of de ſchael omgaen. G. *Chercher les aumones, faire la collecte,* A. To collect the alms or money for the poore. to goe about with the poors, bag diſh or box. de Leg.

Cum frumentum imperarem, cum ſtipendium cogerem. I. V.

Iſte navem maximam Meſſanæ publice coactis operis ædificavit, &.

Dubium ne eſt, quin iſta omnis improbitatis cogendæ pecuniæ cauſa nata ſit, poſt exigit tantum pecuniæ ab iis. I. Ver.

4. *Sic Coactor,* quem nunc (ut Budæus inquit) receptorem particularem vocant. [B. Inmaner, particuliere ontfanger. G. *Receveur particulier.* A. A Collector, particular receiver].

Non intelligo hoc quale ſit: utrum acceſſionem pecuniæ, ut noſtri coactores facere ſolent, centeſima, an deceſſionem de ſumma fecerit. pro R. P.

COHAEREO.

Orationi non item tribuitur nunc à noſtris, ac olim à Romanus, quæ cohærere dicitur, cum aptæ ſunt partes inter ſe.

Opponitur ei disjuncta & contraria eſſe.

In quo non modo crimen non hærebat, ſed vix diſerti adoleſcentis cohærebat oratio. pro Cæl.

Sermo familiaris non cohærebit, ſi verba inter nos aucupabimur. pro Cec.

Non quæro jam, verumne ſit illud dico, ea quæ dicat, præclare inter ſe cohærere. de Fin.

Aptiſſime omnia cohærent inter ſe. Or. [B. Alle de redenen ſluiten ſeer net op malkanderen. G. *Les paroles ſe raportent bien l' une à l'autre.* A. All things agree neatly one with an other.]

Tam autem eras excors, ut tota in oratione te cum ipſe pugnares: ut non modo non cohærentia inter ſe diceres, ſed maxime disjuncta atque contraria. in A.

COLLIGO.

1. Se aut animum colligere Latinæ linguæ optimi autores dixerunt: quod Barbari nunc exprimunt per, Reſumere animum.

Craſſus quaſi colligendi ſui cauſa ſe in Tuſcul. contulit. de Or.

Cum animus ſe collegit atque recreavit. Tuſcul.

Vocem ab acutiſſimo ſono uſque ad graviſſimum ſonum recipere, & quaſi quodammodo colligere. de Or.

Tum, me, inquit, collegi, verens ne, &c. At.

Ipſi ſe colligerunt admiratione integritatis meæ. &.

Judicium tuum magni æſtimans, idque veritus, me ipſe collegi. &.

Tamen ut me collegi, cætera facillima videbantur. Ep.

Collegi ipſe me &c. [B. Ik greep weder moet, ik quam weer by mijn ſelve. G. *Je repris courage, je me raſſeurai*, A. I took hart of grace. I recovered my ſelfe again.] &.

Rogo te colligas, virumque præbeas. &.

Sin aliquid virum forte collegerit, &.

Quid eſt autem, ſeipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes rurſum in ſuum locum colligere. Tuſ.

Tu te collige, aliquid loci rationi & conſilio da pro Qu.

Quæ cum intuerer ſtupens, ut me recepi, quis hic inquam? de Som.

Is primò perterritus ſomnio, ſurrexit: deinde cum ſe collegiſſet &c. recubuit. de D.

2. *Colligere benevolentiam*, gratiam, famam exiſtimationem, eodem modo quo capeare, Latinum prorſus videtur.

Ad iſtorum benevolentiam conciliandam & colligendam Qu. Fr.

Benevolentiam civium blandiciis & aſſentationibus colligere turpe eſt. De Am.

Benevolentiam & bonum rumorem colligant. de Leg.

Colligere benevolentiam à perſona alicujus. ad Her.

Ex hoc labore magnam gratiam dignitatemque colliges. Qu. Fr. [B. Door deſen arbeit ſult gy groote gunſt en reputatie verkrijgen. G. *Vous aquerés un tres grand honneur & une bonne reputation de cet ouvrage-là.* A. By reaſon or means of this labour you wil purchaſe to your ſelfe great honour and renown.]

Exiſtimatio multo labore collecta. I. V.

Colligere gratiam ex privatorum negotiis. de Or.

Conſervare famam antè collectam, in Verrem.

Collligere bonum rumorem. [B. Een goede naem maken. G. *aquerir une bon renom.* A. To acqvire a good name.] de Fin.

Colligere laudem omnium undique. Qu. Fra.

COLLINEO.

Hoc verbo latine ſignificatur, quod barbare dicitur. Ferire ſcopum, figere album, jaculari, tangere album, aut papyrum. [B. 't Doelwit raken, treffen. G. *Donner, viſer, au but toucher le but.* A. To le velor aim at a mark, to hit the whit.]

Qui eſt enim, qui totum diem jaculans, non aliquando collineet? de D.

Ut ſi cui ſit propoſitum collineare haſtam aliquò, aut ſagittam. [B. Met een ſpies, of pijl ievers na ſchieten, micken. G. *Lancer un dard ou une fléche vers quelque endroit.* A. To shoot or hit a place with an arrow or dart.] de Fin.

Huic in ejus ſimilitudine omnia facienda ſunt ut collineet, & tamen ut omnia faciat, quo propoſitum aſſequatur. ibidem.

COLLOCO.

Cum hoc verbum matrimonio tribuitur, quàm variè collocetur cum nominibus, niſi à diligenti & attento homine, cognoſci non poteſt. Itaque modos omnes ſubjiciam, ut id quod vulgo dicitur, *Filiæ virum dare, latine, idque diverſis modis reddere diſcamus.*

Themiſtocles cum conſuleretur, utrum bono viro pauperi, aut minus probato diviti filiam collocaret. Off.

P. Scipio Corneliam filiam Tiberio *Graccho collocavit.* de In.

Cujus Caji filio filiam ſuam collocaverat, affinitate ſeſe devinxerat. de Cla.

Cum vellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare. de D.

Collocare filiam alicui. de Cla. [B. Sijn dogter aen iemant uyt trouwen. G. *Marier ſa fille à quelqu'un, donner ſa fille en mariage à quelqu'un.* A. To giue ones daughter in mariage to any one.]

Atque hujus potentiæ cauſa materia in Biturigibus homini illic nobiliſſimo ac potentiſſimo collocaſſe, ipſum ex Helvetiis uxorem habere, ſororem ex matre, & propinquas ſuas nuptum in alias civitates collocaſſe. Cæſ. i. bel. Gal.

2. *Collocare beneficium*, aut aliquid apud aliquem pro afficere aliquem beneficio, aut aliquo bono, aut collocare benè aut malè, id eſt quod vulgo dicitur, *Bene aut malè impendere aliquid in aliquem.*

Benè collocare beneficium apud aliquem. [B. Een weldaet aen iemant wel beſteeden. G. *Faire plaiſir à quelqu'un, faire du bien à quelqu'un.* A. To do one and a kindneſs or good turn. Ep.

Collocare beneficium apud aliquem. Off.

Se benè apud iſtum tam multa precia ac munera collocaſſe. I. V.

Aedilitas alicui data, & rectè collocata, & in loco poſita. I. V.

COMMEMINI.

Idem valet quod Memini, ſed minus uſitatum noſtris.

COMMENTARIUM.

[B. Regiſter, kort verhael, Blaffer. G. *Regître, journal, memoire*, A. A regiſter, brief account, Journal.] Latini vocabant & Commentarios, & Commentaria, quæ vulgus *noſtrum Regiſtrum*, aut Memoriale appellat, in quibus capita tantum rei alicujus ſcribuntur & notantur memoriæ cauſa.

Ipſa illa cenſoria contra Cn. Domitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium paulo plenius. de Cl.

Quam quiſque ſententiam dixerit, in commentario eſt rerum urbanarum, è quo tu quæ digna ſunt, ſelige. Ep.

Commentarium conſulatus mei græcè ſcriptum miſi ad te. At.

Antonius civitates donabat ex commentario. Oct.

Commentarium rerum urbanarum primum dedi L. Caſtrinio, ſecundum ei qui has literas tibi reddet. Ep.

Audite decretum mercenarii prætoris ex ipſius commentario. I. V.

Recita commentarium. ibidem.

Ego recentem putarem memoriam ſenatus commentario meo poſſe ſuperari? pro Syl.

In eo eſt diſputatio ſcripta Carneadis, quam ſe ait in commentarium retuliſſe. Tuſ.

Referre aliquid in commentarium manu ſua. At.

COMMEO.

Verbum hoc è tenebris in lucem proferendum eſt: quod vulgus pro eo uſurpet, Ire & redire: quod Latini per *Commeare* efferunt. [B. Over en weer varen gaan. G. *Aller & revenir aller retourner.* A. To go to and fro.]

Crebrò enim illius literæ ab illis ad nos commeant. At.

Inſula Delos, quò omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant. pro Pom.

Navis quæ ad ea furta quæ reliquiſſes, commearet. I. V.

Cum eadem viciſſim retrò commeant. de N.

Sol ab ortu ad occaſum commeatus. &.

Animum eſſe per naturam rerum omnem intentum & commeantem. de N.

COMMITTO.

Committere ut: Junguntur hæ duæ voces ſæpe à latinis: idque iis ſignificant, quod vernaculo ſermone vix, Latino, aliis verbis nullis reddi poteſt, quare diligentius attendendum eſt, uſuque quotidiano terendum, ut cum id, quod vulgari more ferè dicitur, Non debes facere, ut; cavere, aut videre debes, ut, ne, &c. exprimere, aut ſimilia efferre velimus, Latinè dicamus, *Non committes ut, &c.* cui hoc, tanquam proprium, eſt à Latinis tributum.

Quo circa vereor committere, ut non benè pro viſa principia ponantur. de Leg.

Ego nolo quenquam civem committere, ut morte multandus ſit. I. A.

Non committam, ut tibi inſanire videar. [B. Ik wil het ſoo niet maken, dat ik u ſchijnen ſoude dol te weſen. G. *Je ne vous rien faire en quoy je vous pareiſſe être inſenſé.* A. I wil not behave my ſelfe ſo as to appear before you to be mad.] E.

Non committam poſthac, ut me de negligentia epiſtolarum accuſare poſſis. At.

Id enim ipſum ſordidum eſt ad famam, committere

tere

tere ut accuſator nominetur. Off.

Non eſt meum committere, ut negligens fuiſſe videar. Ep.

Ipſum Cæſarem ſanè de te nihil queſtum, niſi dictum quòd diceret te dixiſſe, laudandum adoleſcentem, ornandum, tollendum, ſe non eſſe commiſſurum ut tolli poſſit. &.

Non committendum putavi, prius ut Alpes tranſgrederer, &.

Non puto Cn. noſtrum commiſſurum, ut Domitium relinquat. At.

Non placuit nobis committere, ut temeritas noſtra reipub. noceret. &.

Id autem ut accideret, commiſſum eſt Hortenſii conſilio, &.

Non committam, ut tibi cum poſſim prodeſſe, non proſim, &.

Ne committas, ut fruſtra properaſſe videaris, &.

Præſertim cum id commiſerit, ut ille alter annus etiam tertium poſſet adducere. Quint. Fra.

Commiſſum nihil eſt, quare ad iſtam rationem perveniretur. pro Qu.

Non committam, ut ſi defugerim, tibi cauſam aliquam dem recuſandi. de Or.

2. *Commiſſum eſſe aliquid alicui.* Latinè ſignificabant Romani olim hoc modo: quæ nos barbarè, *Cadere in pœnam*: vel quod Germanorum lingua dicitur, [B. Iewers in vervallen ſijn. G. *étre condanné à quelque choſe.* A. To be condemned in any thing.] Latinè redditur per *Commiſſum eſſe.* vulgus etiam noſtrum germanico latinè ſic effert: In pœnam aliquam incidere. Bona alicujus confiſcanda eſſe.

Faciemus ut palæſtritæ petant hæreditatem, quod eam palæſtræ commiſſam eſſe dicant. I. V.

Calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commiſſam eſſe *dicerent,* &. [B. Dat die erfenis aen de Kerk van Venus vervallen was. G. *Que cet heritager-lâ étoit confiſqué au profit du temple de Venus.* A. That inheritance was confiſcated to the temple of venus.]

Pœnam octupli commiſſam perſequi, &.

Nihilominus enim poteſt, ut illam mulctam non commiſerit, [B. Hoe wel hy die boete niet verbeurt heeft. G. *quoiqu'il ne ſoit pas, condanné à cette amande,* A. Altough he has not forfeited that fine.] *accepiſſe tamen ob rem judicandam.* pro Clu.

Hanc ego devotionem capitis mei, cum ero in ſedes meas reſtitutus, tum denique convictam & commiſſam putabo. pro Dom.

Sacrum commiſſum, quod expiari non poterit impiè commiſſum eſto: quod expiari poterit publici ſacerdotes expianto. de Leg.

Idque ne committi poſſit: ad eam rationem curſus annuos finiunto. ibidem.

COMMENSALIS.

Quem *Commenſalem* barbari vocant, Latini Convictorem nominant.

COMMODE.

1. Pro Benè, crebrò Cicero uſurpavit: nos rarius.

Quod literas, quibus putas opus eſſe, curas dandas, facis commodè. At.

Hunc pro dignitate laudare, nemo ſatis commodè poteſt. pro S. R.

Commodius feciſſent. [B Zy ſouden beter gedaen hebben. G. *Ils auroient bien mieux fait* A. They would have don much better.] contra Rul.

Sanè commodè Pompejus diſtribuit binos ſingulis partibus familiarem. At.

Feceris igitur commodè, mihique gratum ſi me de his rebus feceris certiorem, &.

Sed toto hoc de genere commodius à quibuſdam &c. diſputatur. Off.

2. Sic Commodus, bonum & facilem virum, quo quis uti poſſet, ſignificat [B. Goetaerdig: diſcreet: gemackelijk van omgang. G. *Bon. traitable.* A. Good natured, diſcreet, tractable.]

Nemo Catone proavo tuo commodior, comitior, moderatior ad omnem rationem humanitatis fuit. pro Mur.

In hoc genere multo te eſſe commodiorem mitioremque nunciat. Qu. Fr.

Qui privatus intolerabili ſuperbia fuerit, eum commodum & ſui cognoſcentem videre in poteſtate quis ſperet? ad Her.

COM-

COMMODO.

Alicui commodare aliquid, aut in aliqua re, [B. Iemant iewers mede dienen helpen, gerieven. G. *Acommoder, ſecourir, aider quelqu'un de quelque choſe.* A. To ſerve, help or accommodate on with any thing.] pro commodo eſſe, juvare, & adeſſe: non eſt noſtris ſermonibus, ut olim Latinis.

Quæ ſucceſſori commodare poteſt is qui provinciam tradit. Ep.

Quibus tu quæcunque commodaveris, erunt mihi gratiſſima, &.

A te peto, quando apud gratos homines beneficium ponis, ut eo libentius his commodes, operamque des, &c. &.

Quamobrem peto à te majorem in modum, ut his omnibus in rebus, quantum tua dignitas fideſque patietur, commodes. &.

Peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod ſine moleſtia tua facere poſſis, ei commodes. &.

Cupio ei ſocietati quibuſcunque rebus poſſim commodare. &.

Quicquid ei commodaveris, erit mihi majorem in modum gratum. &.

Hæc à virtute donata, cætera à fortuna commodata eſſe videntur. pro Mar.

Commodare alicui. At.

COMMODUM.

Pro Vix, notum parum nunc eſt, in quo obſervetur, Cum ſemper conſequi; ut uſus Commodum diſcatur.

Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus, cum ad me benè manè Dionyſius fuiſſet. At.

Commodum diſceſſeras heri, [B. Gy waert giſteren juyſt, of even vertrocken. G. *Vous ne faiſiés hier que de partir, ſortir.* A. You were juſt, ſtarce gon yeſter day.] *cum Trebatius venit.* &.

Commodum ad te miſeram Demam, cum ad me Eros venit. &.

COMMUNICO.

Multi ex recentibus latinis jungunt hoc verbum cum dativo perſonam ſignificante: ſed contra conſuetudinem optimorum veterumque autorum, *qui Communicare cum aliquo*, non *Alicui* dixerunt. ut,

Deſinant cauſam ſuam cum Chryſogono communicare. pro S. R.

Ego provinciam cum Antonio communicavi. I. P.

Num tibi illius victoriæ gloriam cum illo communicandam putas? I. V.

Cum omnis poteſtas deorum immortalium aut tranſlata ſit ad vos, aut communicata nobiſcum. [B. Mede gedeelt aen ul. G. *Communiquée à vous.* A. Imparted am ongſt you.] pro Mur.

Amicitia res adverſas partiens communicanſque leviores facit. de Amic.

Ut ſi quam præſtantiam virtutis conſecuti ſunt, impartiant eam ſuis, communicentque cum proximis, &.

Sequitur igitur ad participandum alium alio communicandumque juſtos natura eſſe factos, de Leg.

Socii putandi ſunt, quos inter res communicata eſt. I. V.

Præmia virtutis non oportere aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus pervulgari. de In.

COMMUTO.

Uſum ſolum hujus verbi à Cicerone diſcamus, nam vis non adeo obſcura eſt. Dicitur enim eo autore: Commutare aliquid aliqua re, & cum aliqua re.

Ut cum patriæ charitate conſtantiæ gloriam commutaret. pro Seſt.

Qui fidem ſuam ad perniciem innocentis pecunia commutavit. pro Clu.

Fidem pecuniâ commutare. [B. Sich ſchelmachtig laten omkoopen. G. *Se laiſſer corrompre par argent.* A. To betray ones truſt for money.]

Multi leve compendium fraude maxima commutarunt. ad Her.

Poſſeſſionis invidiam pecunia commutare. [B. Weinig vragen na een quade naem, als men maer gelt krijgen kan. G. *Se ſoucier peu d'un mauvais renom, quand on peut ſeulement avoir de l'argent.* A. Little regarding a bad name, if one can but get money enough.] contra Rul.

Proprium proprio commutare. Or.

Mortem cum vita commutare. [B. Sterven. G. *Mourir.* A. To dye.] Ep.

Quis

Quis nunquam conatus eſt omnia jura & conſuetudinem omnium commutare cum vituperatione ſine quæſtu? I. V.

COMPARATE.

Latinè (quod barbarè, comparativè, vel relative, reſpectivè, conditionaliter,) [B. In ſeeker opſicht. G. *A certain égard.* A. For a certain conſideration.]

Cum autem quæritur, quale quid ſit: aut ſimpliciter quæritur, aut comparatè. Top.

COMPAREO.

Non ſiſtere ſe, aut venire aliquo, ut vulgus putat, ſignificat: ſed idem valet quod Appareo.

Illa conſpiratio conflata ita reſtincta eſt, ut nulla ſcintilla compareat incendii. Antequam.

In Thucydide orbem orationis deſiderio, ornamenta comparent. [B. De vercierſelen ſijn daer in te ſien: vertoonen ſich. G *Les ornements y paroiſſent, s'y montrent.* A. The ornaments are there whin to be ſeen, they ſhew themſelves.] Or.

Nobis quidem pueris oratio hæc omnium optima putabatur, quæ vix jam comparet in hac turba novorum voluminium. de Cla.

Omnis ſuſpicio in eos ſervos, qui non comparebant, commovebatur. pro Clu.

Pompejum non comparere, nec in Balearibus omnino fuiſſe. At.

Quæ ita à fortuna deformata ſunt, ut tamen à natura inchoata compareant. pro Syl.

COMPARO.

1. Vis neque uſus hujus verbi notus eſt vulgo. Cum enim idem eo Latini ſignificabant, quod ſimplici verbo *Paro*, hoc ſemper, illo nunquam utitur. Sic tamen Cicero. Uxor ſe comparat. [B. De vrouw maekt ſich gereet, ſchikt ſich op. G. *La femme s'apprête, ſe pare.* A. His wife makes herſelf ready, dreſſes her ſelfe up.]

Sed eas rationes tu ita refellis, ut cum me interrogaturus eſſe videare, & ego me ad reſpondendum compararim, repentè avertas orationem, nec des reſpondendi locum. de N.

Milo pauliſper dum uxor ſe, ut ſit, comparat, commoratus eſt, pro Mil.

Pompejus ſe comparat, homines ex agris arceſſit. Qu. Fr.

Inſtituere, comparare, perficere aliquam rem. pro Dom.

Sed te illud moneo, ut te ante compares, & quotidie meditere. Qu. Fr.

Qui ludos HSCCC. comparat. Qu. Fr.

2. *Bene male comparatum eſſe,* aut aliquid comparaſſe aliquem, *pro,* Inſtitutum eſſe, vel inſtituiſſe, *in vulgus ignotum eſt.* Quis enim ſic loquitur?

Maleficium de quo judicium comparatum ſit. de Inven.

Idcirco illa ſortitio comparata eſt, ne &c. pro Clu.

Bene majores noſtri hoc comparaverunt [B. Onſe voor Ouders hebben dat ſeer wel geordineert, in geſteld. G. *Nos Ancêtres ont fort bien ordonné, établi cela.* A. Our anceſtors have very wel ordained, inſtituted that.] *ut neminem regem, quem armis cepiſſent, vita privarent.* ad Her.

More majorum comparatum. pro S. R.

Præclare legibus comparatum eſt, ut &c. Atti.

Itaque majores noſtri raro id accidere voluerunt, prætores, ut conſiderate fieret, comparaverunt. pro Qu.

Jus à majoribus noſtris ita comparatum eſt, ut civis Rom. libertatem nemo amittat invitus. pro Dom.

Jam hoc quoque propè iniquiſſime comparatum eſt, quod. pro Clu.

Si ita natura paratum eſſet, ut ea dormientes agerent quæ ſomniarent. de D.

O mira, præclara, atque divinitus jam à principio Rom. nominis à majoribus noſtris ratio comparata, ne quis, &c. pro Cor.

Ita ratio comparata eſt vitæ naturæque noſtræ, [B. Soo is 't gelegen met ons leven en natuur. G. *La condition de notre vie & nature eſt telle.* A. The condition of our life and nature is ſhuch.] ut *alia ætas oriatur ex alia.* de Am.

Genus ἐπιδεικτικὸν, quod quaſi ad inſpiciendum delectationis cauſa comparatum eſt. Or.

COMPELLO.

Verbum hoc prorſus à noſtris ignoratur, pro eo enim dicunt, nomine proprio, aut nominatim aliquem nominare. Cicero verò Compello, ut Appello. [B. Aenſpreken. G. *Parler à quelqu'un.* A. To ſpeak to one.]

Mimus quidam Accium poetam compellavit in ſcena, cum eo Accius injuriarum agit. hic nihil aliud defendit, niſi licere nominari eum, cujus nomine ſcripta dentur agenda. ad Her.

Neque ſolum id dixit, ſed quos ei commodum appellavit. Poſtquam.

Nominatim alii compellebantur, alii citabantur, alii relegebantur. Poſtquam.

Exinde compellare pater me voce videtur his verbis. de D.

Quare da te in ſermonem, & perſeca, & conſice, exita, compella, loquere. At.

COMPATIOR.

Barbarum eſt: latinè Commoveor, miſericordia moveor, Compaſſio, miſericordia. de quibus alio loco plura.

COMPENSO.

Hoc verbo veteres Latini ſignificarunt, quod recentes verbo Sarcio, aut reſarcio: dixeruntque non ſolum *compenſare aliquid aliqua re*, ſed etiam *cum aliqua re.* [B. Ietwes met een andere ſaek weer goed maken, vergelden, belonen. G. *Reconnoitre de quelque choſe, un bien fait ou ſervice recompenſer.* A. To recompence, requite, reward one good turn with an other.]

Certiſque operis & officiis erit, quod violatum eſt, compenſandum Off.

Veſtra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam: ſed hoc compenſabo brevitate ejus orationis, quæ &c. pro Dom.

Ii tamen hoc vitium compenſant vel facultate, vel copia. Or.

Vix ullo otio compenſandam hanc reipubli. turpitudinem. At.

Summi labores noſtri magna compenſati gloria mitigatur. de Or.

Maſſilienſes Gallicorum bellorum pericula populi Rom. copiis remiſſiſque compenſarunt. pro Fron.

Damna in ſtipendiis ab iſto diſſoluta, & compenſata ætatis fructu. I. V.

Atque hæc omnia honoris commodis compenſantur. pro Clu.

Paucitatem pedum gravitatis ſuæ traditate compenſat. Or.

Sed ſit offenſus, nonne compenſabit cum uno verſiculo tot mea volumina laudum ſuarum? I. P.

Compenſabatur tamen cum his omnibus animi lætitia: quam capiebam. de Fin.

Compenſabatur cum ſummis doloribus lætitia. ibidem. [B. De vreugde wiert weer geſet, geſchat tegen de groote ſmerten. G. *La joie contrebalança, recompenſa les grandes douleurs.* A. The pleaſure recompences the pain.]

Et cum maximis curis & laboribus compenſare eam, quam ex diſcendo capiant voluptatem. de Fin.

Neque ulla re alia, quæ à vobis conſequuntur, niſi opera ſua compenſari poſſe putant. pro Mur.

Si facta compenſanda ſunt, conferamus æquitatem. Antequam.

Catonis eſt dictum, pedibus compenſare pecuniam. pro Flac.

COMPERENDINARE.

Et *Comperendinari reum:* de quibus dixerint Latini, ex his Budæi verbis ſatis intelligitur, qui ſic inquit: *Comperendinati rei dici poſſunt in cauſis criminalibus quos curia dimiſſos fide ſua eſſe voluit*, hoc eſt, quos ſuæ ipſorum cuſtodiæ commiſit, ut aut urbem carceris loco juſti habeant, aut privatam aliquam domum: *ut* ſit interdum ex perſonarum dignitate, & genere cauſarum. Comperendinati autem ideo dici poſſunt, quia non planè abſoluti ſunt: ſed velut vadimonio quodam obſtricti, vel quia nondum comperta ſatis crimina, vel quia nōdum innocentes ſe approbaverunt. Reus eſt comperendinatus. [B. De betichte is ſijn proces uitgeſtelt tot een ander dag. G. *Le procés du criminel eſt remis à un autre jour.* A. The guilty is adjourned to an other day.] Cicero Ver.

Videte hominis amentiam. Poſtquam eſt comperendinatus,

rendinatus, quum jam pro damnato, mortuoque eſſet, ludis Circenſibus manè apud Siſennam virum primarium quum eſſent triclinia ſtrata, argentumque expoſitum. & contemplari unum quodque otioſe, & conſiderare cœpit. Mirari ſtultitiam alii &c. alii amentiam: cui comperendinato quum tam multi teſtes dixiſſent quicquam illorum veniret in mentem. Comperendinatum Verrem, id eſt qui in ſecundam actionem impetraverat judicium differri, Cicero damnatum invidioſe appellat, propter ingentia crimina teſtimoniaque prementia, & præjudicia ab ipſo multis rebus de ſe facta: utpote qui accuſatus repetundarum, quod Siciliam provinciam argenteis vaſis, cælatiſque ſpoliaſſet, tamen temperare ſibi apud Siſennam nequiviſſet, quin cupiditatem illam prænimiam cælatæ ſuppellectilis ingenitam ſibi proderet. Hactenus Budæus.

COMPLECTOR.

1. Animo, cogitatione aliquid complecti, ut Comprehendere, *nobis non ita* uſitatum ut Romanis olim.

Cum complector animo, quatuor cauſas reperio &c. de Sen.

Nec enim minus noſtra ſunt, quæ complectimur animo, quem quæ oculis intuemur. Ep.

Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem. &c. [B. Ik dacht op u in u afweſen. G. *Je penſai à vous pendant votre abſence.* A. I was minefull of you in your abſence.]

Omne cœlum, & totam terram mente complecti. de Fin.

Animo rei alicujus magnitudinem complecti. de Or.

Quod cogitatione tantum & mente complectimur. Or.

2. *Te rogo, ut quæ ſucceſſori amiciſſimo commodare poteſtis, qui provinciam tradit, ea pro noſtra conſtantiſſima voluntate erga te* cura ac diligentia complectare. Complecti aliquid curâ & diligentiâ [B. Iets vlijtig beſorgen. G. *Pourvoir ſoignéuſement à quelque choſe* A. To have a ſpeciall care of a buſineſs.] Ep.

3. *Complecti aliquem,* [B. Een perſoon beminne, wel doen; een ſaek ter herten nemen. G. *Aimer fort une perſonne.* A. To loue and do good to one, to embrace a buſineſs.] pro Amare, aut quod Germanice dicitur; **zuo hertzen nemmen.**

Cum Oppius me hortaretur, ut adoleſcentem totamque cauſam, manumque veteranorum complecterer. At.

Rogo te, ut hunc adoleſcentem humanitate tua comprehendas, id eſt, complectaris. Epiſtol.

Frater ejus mecum eſt multum, quare ut inſtituiſti, complectere adoleſcentem. Qu. Fr.

De ipſo Tito Annio tantum tibi polliceor, te majore benevolentia erga te, ſi complecti hominem volueris habiturum eſſe neminem.

Veterem ex tuis literis libenter complexus ſum. At.

Quare de te homine complectetur, mihi crede. Ep.

Multus eſt hic ordo complexus honoribus & beneficiis ſuis. de Pro.

Complecti aliquem beneficio. pro Plan.

Complecti aliquem benevolentia. pro Mur.

Eodem modo *Comprehendo* quoque uſurpatur. ut.

Comprehendere multos amicitia. [B. Veele luiden vrientſchap doen. G. *Faire plaiſir à beaucoup de gens. ou faire amitié avec pluſieurs perſonnes.* A. To befriend or pleaſure many.] pro Cæl.

Vehementer mihi gratum feceris, ſi hunc adoleſcentem humanitate tua comprehenderis. Ep.

Is omnibus officiis, per ſe & per patrem, totam Atinatem præfecturam comprehendit. pro Plan. Omnibus officiis aliquem comprehendere. [B. Iemant alle dienſt en reſpect van de Werelt bewijſen. G. *Temoigner toutes ſortes de marques de ſervice, & de reſpect.* A. To ſhew to one all the kindneſs and reſpect in the World.]

COMPRIMERE.

Aut compreſſum frumentum, librum, dixerunt Latini: Barbari vero, Apud ſe tenere, Inter tenere frumentum. Sed ſic latine loquamur.

Omnis improborum vis diu collecta & inveterata compreſſo odio atque tacito jam erumpebat in actum. pro Dom.

Clauſum & compreſſum frumentum poſſidere. in Ver.

Græci

Græci & cives Romani, qui frumentum compreſſerant. [B. Die koorn onder ſich gehouden hadden. G. *Qui avoient, ſerré le blé.* A. Who kept in the corne to them ſelves.] *magnum numerum pollicentur.* At.

Orationem illam ita compreſſeram, ut nunquam emanaturam putarem. At.

COMPROMISSUM.

Eorum eſt qui arbitro judicium litis alicujus concedunt, pariturosque ſe ſententiæ & arbitrio ejus promittunt.

Quod judicium ſecundum Heraclium de compromiſſis factum eſt. I. V.

Pœnis compromiſſiſque interpoſitis ibidem.

Sed à magiſtris cum contenderem de proferendo die, probaverunt mihi ſeſe, quo minus id facerent, & compromiſſo & jurejurando impediri. Ep.

Quæro abs te quid ita de hac pecunia, de tuarum tabularum fide compromiſſum feceris, arbitrium ſumpſeris, quanto æquius & melius ſit dari repromittique, ſi peteres. pro Qu. R.

COMPROMITTO.

Compromiſſum facio. [Ik maek een affpraek: ik verblijf de uit ſpraek aen goede mannen. G *Ie fait un compromis, je me remets à la deciſion des arbitres.* A. I give bond to ſtand to award. I ſtand to the arbitration of umpires.]

Tribunitii candidati compromiſerunt HS CCCC in ſingulos apud Catonem depoſitis petere ejus arbitratu. Qu. Fr.

CONCEDO.

1. Concedere de jure ſuo aliquid, Latini dixerunt, cum ſignificare voluerunt, Alicui aliquid condonare de eo in quod jus haberet.

Multa multis de ſuo jure concedere. Off. [B. Veel van ſijn recht overgeven aen veele: afſtand doen. G. *Céder beaucoup de ſon droit à pluſieurs: ſe deſiſter.* A. To yield up much of his right to many to deſiſt.]

2. *Concedere*, pro Cedere: nos non utimur, ut Latini olim. [B. Wijcken. G. *Céder.* A. To give place, to de part.]

Ut vix Appronio illud de familiaritate concedere videatur. I. V.

Ut magnitudini medicinæ magnitudo doloris concederet. Tuſ.

Etſi de cupiditate nemini concedam. At.

Non concedo tibi in deſperatione, &c.

CONCERNERE.

Aliquid aliquam rem, Barbarum eſt: Latinum, Pertinere ad aliquid.

CONCIDO.

Pen. longâ. Sæpe tranſfertur à Cicerone, & eleganter ad ſimilia. ut, [B. Verbreeken, ſchenden, brantmerken, ten toon of ſpot ſtellen. G. *Caſſer, blâmer, marquer ignominieuſement, expôſer à la deriſion.* A. To break in pieces, to dis figure, to brand one with ignominy, to make a lauyking ſtock of one]

Cum omnem autoritatem ſenatus in conſpectu populi Rom. concideres. de Or.

Vos decretis veſtris Antonium concidiſtis. I. A.

Antonius nondum erat veſtris tam graviſſimis, tamque multis judiciis, ignominiis conciſus &c.

Vatinium arbitratu noſtro concidimus. Qu. Fr.

Hæc autem univerſa concidunt etiam minutius. Aca. [B. Dit alles verdeelen ſy in kleine deeltjes. G. *Ils partagent toutes ces choſes ên petites parties.* A. They divide all this into ſmall parcels.]

CONCILIO.

Imperitiores hic admonendi ſunt, ne dicant, *Conciliare aliquem cum aliquo*: ſed *inter ſe*, vel *alicui conciliare.* Sic enim Cicero locutus eſt,

Oratio conciliat inter ſe homines, [B. De ſpraek vereenigt de menſchen met elkander: maekt vrientſchap tuſſchen hier. G. *Le parler unît les hommes enſemble:* A. Speech unites people together and begets friendship betwen them.] *conjungitque naturali quadam ſocietate.* Off.

Feras inter ſe partus atque educatio & natura ipſa conciliat. pro S. R.

Illud non dubito, quin ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum mihi adjunxerunt, reſpub. nos inter nos conciliatura, conjuncturaque ſit. Ep.

Simil

Simul atque natum ſit animal, ipſum ſibi conciliari & commendari ad ſe conſervandum. de Fin.

Nec Pompeii gratiam mihi per hanc cauſam conciliari puto. pro. Pom.

Si quis deus veſtram mihi benevolentiam ad audiendum conciliaret. pro Clu.

CONCILIARE.

Alicui gratiam, benevolentiam ulterius. [B. Iemant brengen in een anders gunſt. G. *Procurer l'amitiè & la faveur de quelqu'un à un autre.* A. To procure the friendſhip and good wil of one for an other.]

CONCIO.

Latine idem valet, quod Græcè Eccleſia. [B. Gemeente. G. *Aſſemblée, Egliſe.* A. An aſſembly or congregation.] Itaque templum ipſum non rectè Eccleſias vocamus: ſed quæ eccleſiæ ſunt, Latinè *conciones* appellari debent.

Libri Protagoræ in concione combuſti. de N.

Quid aliud fuit, in quo concio rideret, niſi illa vultus & vocis imitatio: de Or.

Conſul advocat concionem, habet orationem talem, qualem &c. pro Seſt.

Advocare concionem donandi cauſa. I. V.

Concio quæ ex imperitiſſimis conſtat. de Amic.

Clamor concionis. de Fin.

Ex hac ego lege ſecunda concionis voluntate omnia illa tollebam. At.

Nullam majores noſtri vim concionis eſſe voluerunt. pro Flac.

Græcorum totæ repub. ſedentis concionis temeritate adminiſtrantur. ibidem.

Iſta labes, ea facit conciones, [B. Sy treckt het volk by een G. *Elle aſſemble le peuple.* A. She aſſembles the people together.] *ea miſcet, ea turbat.* Ac.

CONCIPIO.

1. Ad ea ſæpe transfert Cicero, quæ animi ſunt; quibus aliquid concipimus.

Si liberum conceptam dulcedinem animo incluſam continetis. Antequam.

Odium in aliquem conceptum jam diu continere. [B. Een haet tegen iemant opgevat lang verborgen houden. G. *Diſſimuler long tems une haine conçeuë contre quelqu'un.* A. To conceal a hatred a long time againſt one.] Poſtquam.

Veruntamen nocturnis vigiliis juſticium illud conceptum ac meditatum eſt. de Ar.

Qui in republica violanda fraudes inexpiabiles concepiſſent. Tuſc.

Ita neceſſe fuit, aut hæc flagitia animo concipere. [B. Schelmſtucken in ſijn hert bedenken, voornemen. G *Former quelque mechant desſein en ſon eſprit, machiner.* A. To imagin or conceive in ones mine.] de N.

Concipere furorem ex maleficio [B. Dol worden na 't begaen van een ſchelmſtuck. G. *Perdre le ſens, à pres avoir commis une mechanceté.* A. To grow mad after commiting miſcheit.] I. V.

Corpore vitium. [B. Een gebrek krijgen: ondeuchtſaem worden. G. *S'adonner au vice, devenir vicieux.* A. To give ones ſelf over to wickedneſs, to becom wicked.] de L.

Concipere magnam voluptatem auribus. in V.

Voluptas animo concepta atque comprehenſa. de Fin.

Principia quaſi adumbratas quaſdam intelligentias animo ac mente concipimus. de L.

Diſcordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta. Tuſ.

Cum jam in præcordiis conceptam mortem contineret. &c.

2. *Concipere verbis*, aut *Concipere*, eſt contra verba præſcribere, in quæ aliquis jurat, aut aliquid promittit.

Quod ita juratum eſt, ut mens conciperet fieri oportere, id obſervandum eſt. Off.

Concipere vadimonium. [B. Een formulier op ſtellen van verſchijninge voor den Rechter.

G. *Dreſſer un formulaire de comparition par devant le juge.* A. To draw up a forme of appearance before a Judge.] Qu. Fr.

Inde, *Conceptis verbis jurare.* [B. Een formulier beſweeren G *Faire ſerment ſelon le formulaire.* A. To take an oath according to forme.]

Africanus cum eſſet Cenſor, & in equitum cenſu C. Licinius ſacerdos prodiiſſet, clara voce dixit ſe ſcire, illum verbis conceptis pejeraſſe. pro Clu.

CONCRETUS.

Vim hujus vocabuli vulgus phyſicorum non novit: idcirco *Compono*, & *Compoſitum eſſe*, pro, *Concretum eſſe*, uſurpat. Non enim ea quæ conflata ſunt ex variis naturis, & commixta in unum corpus, Compoſita à Cicerone dicuntur, ſed concreta. Ut *corpora concreta ſunt ex elementis*, non *compoſita*: de quo in differentiis plura, hoc loco tantum ſic loqui, cum commixtionem ſignificare volumus, à Cicerone diſcamus.

Nihil eſt in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atque fictum eſſe videatur. Tuſ.

Quoniam nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Tuſ.

Quid enim obſecro te, terrane tibi aut hoc nebuloſo & calignoſo cœlo, aut ſata aut concreta videtur tanta vis memoriæ? &.

Nam nunc quidem foramina illa, quæ patent ad animum corpore, terrenis concretiſque corporibus ſunt interſepta quodammodo. &.

Neceſſe eſt ut animi ferantur ad cœlum, & ab his perrumpatur & dividatur craſſus hic & concretus aer, qui eſt terræ proximus. Tuſ.

Aer purus ac tenuis, cœlum craſſum atque concretum. de N.

Pingue & concretum eſſe cœlum. de D.

Species deorum quæ nihil habeat concreti, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis. de N.

Deus omne quod erat concretum & corporeum, ſubſternebat animo. de Un.

Aer fuſus & extenuatus in ſublime fertur, concretus autem in nubem cogitur. de N.

Initia unde omnia orta, generata, concreta ſunt. Tuſc.

Nam ſanguinem, bilem, pituitam, &c. videor poſſe dicere, unde concreta, & quomodo facta ſint. Tuſ.

Corpus concretum ex elementis. [B. 't Lichaem is 't ſamen geſtelt uit verſcheide hooft ſtoffen. G. *Le corps eſt compoſé de divers élemens.* A. The body is compoſed of divers elements.] de N.

Etenim aut ſimplex eſt natura animantis &c. aut concretum ex pluribus naturis. &.

Cum claram ſpeciem concreto lumine luna abdidit. de D.

Animal ex nefariis ſtupris, ex civili cruore, ex omnium impunitate concretum. animal ex flagitiis concretum. [B. Een man ſoo vol ſchelmſtucken als een ey vol zuivels. G. *Un homme conſommé en toutes ſortes de mechancetés.* A. A man as full of wicked neſs as an egg is full of meat.] I. P.

CONCURRO.

Sunt quædam & hujus verbi locutiones noſtris hominibus ignotiores. ut.

Res contrarias concurrere. de Fin.

Alicujus rei ſigna concurrere. ad Her.

Nomina concurrere. At.

Sæpe concurrit, ut eodem tempore multa mihi agenda ſunt. pro Plan.

Quæ ut concurrant omnia, optabile eſt. Off.

Nemo ſomniis crederet niſi iſta caſu nonnunquam fortè temerè concurrere. de D.

Coincidere vulgus dicit, quod latinum non eſt.

CONCURSO.

Neque hujus verbi uſus Latinæ linguæ ſtudioſis ſatis notus eſt. Sic enim Cicero eſt locutus.

Concurſare abſolute: aut Concurſare locum aliquem.

Ut noſtras villas obire, & mecum ſimul lecticula concurſare poſſis. E.

Qui armati noctes dieſque concurſabant. pro S. R.

Concurſabant barbatuli juvenes. At.

Prætores concurſare. in V.

Obire provinciam, & concurſare. in V.

Domos ferè omnium concurſare. pro Mur. [B. Aen aller huiſen lopen. G. *Courir, aller de maiſon*

ſon en maiſon. A. To run up and down from houſe to houſe.]

Deos immortales concurſare omnium mortalium non modò lectos, verum etiam grabatos. de. D.

Sic & *Concurſatio.* Sollicitatie[B. Kuipery. G. *Solicitation. brigue.* A. A ſollicitation or runnig up and down.] ut.

Libonis & Hypſæi non obſcura concurſatio & contentio. Ep.

Laboribus & concurſationibus confectum eſſe. E.

Imperiti dicunt Diſcurrere, aut Curſitare. illud enim nuſquam apud claros autores in ea ſignificatione invenitur: hoc autem Terentius eodem modo eſt uſus, cum dixit, *Ne ſurſum deorſum curſites*, quod idem eſt quod concurſare: vulgari lingua reddimus idem per [B. Over al loopen 't ganſche land omloopen. G. *Courir partout, rôder tout le païs.* A. To run ip and downe every where, to run round the whole Country.] Umblauffen/ Das gātz land umblauffen: Barbari, Diſcurrere, aut curſitare per totam regionem. *Concurſare* vero Latini.

CONDICO.

Ignorantia hujus verbi, plurima alia, quibus tamen ſententiam non aſſequimur, ad quotidianum ſermonem adhibemus. Sic Cicero.

Condîco tibi. [B. Ik geef u mijn woort, ik beloof by u ten eeten te komen. G. *Je vous donne ma parole, je vous promets que je viendray ſouper, ou diner chés vous.* A. I aſſure and promiſe you on my word to come and eat with you.]

Craſſus cum mihi condixiſſet, cœnavit apud me in mei generi Craſſipedis hortis. E.

Vulgò, *promittere ſe venturum ad cœnam.*

CONDIO.

Hujus verbi uſus planè obſcuratus eſt: idcirco revocandus. Is enim hic eſt: Condire hèrbas, cibos. [B. Kruiden, ſpijſen toemaaken: ſulten, inleggen, confijten. G. *Aſſaiſonner, à prêter les herbes, les viandes: ſaler, confire les herbes, les vîandes pour les mieux garder.* A. To ſeaſon pouder, pickle and conſerve herbs and meat.]

Nam dum volunt iſti lauti terra nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius. E.

Perſpicuum eſt enim, quò compoſitiones unguentorum, quò ciborum conditiones, [B. Toebereydingen van ſpijſen G. *Aſſaiſonnament, aprêt de viandes.* A. Saueing or ſeaſoning of meat.] *quò lenocinia corporum proceſſerint.* de N.

Cibos condire. [Goede Souſſen over de ſpijs doen. G. *Faire de bonnes ſauſſes aux viandes, mettre de bonnes ſauſſes ſur les viandes.* A. To make a good ſauce for the meat.]

1. Latinis eſt in hac ſententia, quod vulgus dicit, Saporem addere cibis, *Aromata addere* aut *commiſcere* cibis: *Aromatizare* dicunt pharmacopolæ. Quod Latinis tam uſitatum eſt, ut etiam tranſtulerint ad alia.

Labor in venatu, ſudor, curſus ab Eurota, ſitis, fames: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. Tuſ.

Quare non erunt illa quidem meliora, ſed certè condita jucundius. pro Mur.

Omnino duo ſunt quæ condiant orationem, [B. Twee dingen maken een reden aengenaem G. *Deux choſes rendent un diſcours agreable.* A. Two things make a ſpeech acceptable.] *verborum, numerorumque jucunditas.* Or.

Vitia quæ ab natura habet, artificio quodam malitiæ condivit. pro Clu.

Contentiones oratoris aſperitatem condiri ipſius humanitate. de Or.

Hilaritate triſticiam temporum condire. [B. Met een vrolijk weſen de droef heit verſetten. G. *Temper la triſteſſe par une mine gayes.* A. To baniſh ſorrow with a chierfull countenae.] At.

Condîtus, condîtor. in eadem ſententia mandare condîta vetuſtati. [B. Ingeleide, geſulte dingen wech ſetten om lang te bewaren. G. *Serrer des choſes, qu'on à ſalées, pour les conſerver, garder, long temps.* A. To lay by præſerved and pickled things to keep them long.]

Sic ignotæ ſunt locutiones, quæ ſignificant aliquid ſale aut aromatis conſervare.

Cibi

Cibi etiam varietas invenitur, & copia, nam & agri multa ferunt manu quæſita, quæ vel ſtatim conſumantur, vel mandentur condita vetuſtati. de N.

Perſæ mortuos cera circumlitos condiunt. [B. De Perſianen balſemen de dooden, en bewaren de ſelve in was. G. *Les Perſes embaument les morts, & les conſervent dans de la Cire.* A. The Perſians embalme their dead and keep them in wax.] Tuſ.

Conditio Vulgus imperitum uſurpat hoc vocabulum pro loco aut munere, dicit enim, cum locum petat, aut munus aliquod, *Conditionem ſe petere, non habere conditionem. Mala aut bona conditio.* In quæ ſententia apud nullos Latinos veteres invenitur. Sed pro eo dixerunt, *locum aut munus petere, aut habere*, &c.

CONDO.

Sunt & hujus verbi quædam reconditæ locutiones, quarum uſus, quod vulgo ignoretur, eſt inculcandus. ut,

Fructus, frumentum condere. [B. 't Gewas in mennen, opleggen, in de ſchuer brengen. G. *Serrer les blés, les mettre dans la grange.* A. To ſtow, or lay up corn in granarys or barns.]

Serere, percipere & condere fructus. de Sen.

Scientia condendi ac reponendi fructus. de N.

Ut eſſet locus comparandis condendiſque fructibus. contra Rul.

Neque homines murium ac formicarum cauſa frumentum condunt. de N.

Sic *Pecunia condere.* pro Clu. pro Rul.

Significat id, quod Germanis nobis eſt, [B. Geld op-leggen. G. *Mettre de l'argent en reſerve.* A. To hoard up money.] Vulgo, *Frumentum, aut fructus ad ſervandum reponere.* de pecunia dicunt barbari, *Theſaurizare.*

CONDOLEO.

Obſervandum hic eſt, non ſignificari hoc verbo, Commoveri dolore, aut affici alicujus caſu: vulgus tamen ſic loquitur, Condoleo tibi, condolere miſeris: quod Germanicum potius eſt, quàm latinum, Latini verò, *Commoveri dolore, miſericordia, triſtitia, alicujus.* [B. Medelijden met iemant hebben. G. *Avoir compaſſion de quelqu'un.* A. To hue compaſſion or a fellow feeling with an other.] Condoleo enim nihil aliud ſignificat quàm *Doleo.* Sic enim Cicero ſemper eſt uſus, *Condoluit mihi latus, pes, dens, &c.* & nulla in alia ſignificatione [B. Ik heb pijn in mijn ſijde, voet, &c. G. *Je me ſuis fait mal au côte, au piés, &c. ou j'ay mal au côté, au pié &c.* A. I have a paine in my ſide, my foot akes &c.]

CONDUCO.

Una hujus verbi forma eſt loquendi, tam noſtris temporibus obſcurata, quam nota illis priſcis Romanis, utebantur enim illi hoc verbo, cum ſignificare vellent, aliquem redemiſſe opus, quod certa pecunia de qua convenerat, perficeret. Nam per redimere idem quoque ſignificaverunt: locabat verò is, à quo conducebant. Locare. [B. Aen beſteeden. G. *Donner à tâche.* A. To let or ſet a houſe or land to hire for rent.]

Redemptor, qui columnam illam de Corta & de Torquato conduxerat faciendam. de D.

Sic Conductor. ut,

Is reſpondit, ſe ejus operis HSCCCVI. conductorem fuiſſe. Ac.

Imperiti dicunt, *Opus aliquod faciendum acceptare*, aut *ſuſcipere:* quod ſermoni vulgari ſimile eſt, ſic enim loquimur, conducere opus faciendum. [B. Een werk voor ſeekere ſomme aen nemen, te maken. G. *Prendre à tache, entreprendre de faire un ouvrage pour une certaine ſomme d'argent.* A. To take a pier of work by the great to make at a certain price.]

CONFERO.

Inprimis obſervandum eſt, hoc verbum non inveniri apud Ciceronem in ea ſententia, in qua nunc plerumque ab imperitis uſurpatur. Cum ſignificare velint, aliquid unà adferre, quod Germanicè per Met ſich brengen dicitur, hoc verbum adhibere ſolent. ut, *Conferre librum, veſtem, aut aliquid ſecum:* in qua conſtructione nunquam Latini illi puriores ſunt uſi. Cum enim hoc exprimere vellent, dicebant, *Unà adferre, Secum ferre, Unà ferre*, &c.

1. Sunt & aliæ quædam hujus verbi locutiones, quas aut ignorat, aut abutitur vulgus. ut: [B. De ſchuld leggen op iemant. G. *Rejetter la faute*

ſur

faute ſur quelqu'un. A. To lay the blame upon any one.]

Conferre culpam, crimen, aut cauſam in aliquem.

In me conferte omnem temporum illorum culpam. At.

Falſo aliquid conferri in aliquem. pro Mil. E.

Multa in Plancium, quæ nunquam dicta ſunt, conferuntur. pro Planc.

Cum in filium cauſam conferret. At.

Conferre invidiam mortis in aliquem. pro Flac.

Conferre crimen in adverſarium. de Or.

Scitum eſt enim, cauſam conferre in tempus. de Or.

Omnibus pene in ore pro his Latinis eſt, Rejicere culpam, crimen, aut aliquid in aliquem. Quod non memini me neque apud Ciceronem, neque apud ullos idoneos auctores legere.

1. *In fugam ſe conferre.* pro Cec. [B. Het haſe pad kieſen, vluchten. G. *Prendre la fuite, s'en fuïr.* A. To betake ones ſelf to flight. to run away.]

Aliquo ſe conferre. de Or. Ep. proficiſc[i].

Iter aliquo conferre. E. [B. Iewers na toegaen. G. *Aller quelque part.* A. To go to any place.]

Iter aliquo verſus conferre. At.

Vulgo, Vertere aut convertere ſe alio, Viam ſuam vertere alio.

3. *Tempus omne conferre ad aliquid.* pro Pom. [B. Sijn tijt iewers aenbeſteeden. G. *Emploïer ſon tems à quelque choſe.* A. To Imploy ones time about any thing.]

Quod alii quoque per Impendere dixerunt. ſic,

Conferre curam, diligentiam, in aut ad aliquam rem.

Omnes curas & cogitationes in remp. Conferre. [B. Al ſijn werk maken van 't gemeene beſt. G. *Emploïer, apliquer tous ſes ſoins au profit de la Republique pour l'interêt commun.* A. To beſtow all ones trouble on the common intereſt.] Off.

In valetudinem ſuam diligentiam conferre. Ep.

Plurimum operæ, ſtudii, diligentiæ, laboris ad conficiendum aliquid conferre. At.

Curas conferre ad dignitatem alicujus. E.

Omnem meam curam atque operam ad philoſophiam conferre. E.

Ut omne noſtrum conſilium, ſtudium, officium operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem tuam conferamus. E.

Omne ſtudium atque ingenium contulit Archias ad populi Rom. gloriam laudemque celebrandam. pro Arch.

Impendere operam, ſtudium, diligentiam, curam in aliquam rem. aut alicui rei, poſteri dixerunt: Cicero vero *Conferre*, ut exempla oſtendunt.

4. *Conferre beneficia, officia, benevolentiam, & ſimilia in, aut erga aliquem.* [B. Weldaden, dienſt, gunſt, aen iemant doen, bewijſen. G. *Faire plaiſir, rendre ſervice, temoigner de l'amitié à quelqu'un.* A. To conferre a good turne on any one, to ſhew one favor, to doe one apiec of ſervice.]

Benevolentia, quam erga me à pueritia contuliſti. Ep.

Voluntatem aliquam in aliquem conferre. E.

Officia in aliquem conferre. Off.

Beneficium in aliquem. ibidem.

Et hæc quoque per *Impendo* dixerunt. Impendere beneficia in aliquem. Conferre.

5. *Conferre ferrum, manus, ſigna cum aliquo.* B. Vechten, ſlach leveren tegen iemant, hand gemeen worden. G. *Se batre contre quelqu'un, livrer bataille à quelqu'un, envenir aux mains avec quelqu'un.* A. To fight, to ingage in battle, to come to handy blows with one.]

Gallicum M. Fonticio ferrum ac manus contulerunt. pro Font.

Conferre ſigna cum hoſtibus. in P.

Caſtra caſtris collata in Theſſalia audiebamus. de D.

Conferre pedem. pro Plan.

Idem quod Congredi, Pugnare, Prælium facere.

6. Conferre capita. [B. De hoofden by een ſteeken: den breeden raed ſlaen. G. *Parler tête à tête: tenir grand conſeil, s'aboucher.* A. To lay their heads together. to confer notes together.]

Conferrent viri boni capita: de commeſſatione loquerentur inter ſe. in Ver.

Indocti dicunt, *Capita ſimul trudere*, *Capita conjungere*. Sic enim vulgo loquimur.

CONFICIO.

Propria ſignificatio hujus verbi plurimis nunc ignota eſſe videtur. Quis enim ex vulgo utitur hoc verbo pro Efficio, aut *Facio?* Cum tamen veteribus illis, præſertim Ciceroni, nihil fuerit uſitatius.

Veſtem aliquam conficere. in Ver. [B. Een kleed maken. G. *Faire un habit.* A. To make a ſule of cloaths.]

Annulum, pallium, ſoccos conficere. de Or.

Sunt aliæ cauſæ, quæ ipſæ conficiunt: aliæ quæ vim aliquam ad conficiendum afferunt. Part.

2. Sic & aliis permultis attribuitur.

Exclamatio conficit ſignificationem doloris. ad Her.

Levis appellatio literarum, benè loquendi famam confecerat. de Cla.

Cum in ſpem venero, de compoſitione aliquid me conficere, ſtatim te certiorem faciam. Attic.

Uno capite quo revocabor, modò res conficiatur, ero contentus. At.

Sententiis decem & ſex abſolutio confici poterat.

Facinus aliquem conficere per aliquem. pro S.R.

Conficere munus ſuſceptum. de Or.

Bellum aliquod conficere. [B. Den oorlog voltrecken, voleindigen. G. *Terminer, finir la guerre.* A. To make an end or finish the war.] E. pro Pom.

Negotium aliquod. At.

Mandata exequi & conficere. in A.

Sol curſus annuos conficit. de N.

Sermonem aliquem conficere. de Or.

Longam viam confeci. de Sen.

Motus animorum conficere. de Or.

Duæ partes cauſæ ſunt confictæ. pro Q. R.

Et ex illis aliqua, & quæ ſequuntur, pro Perficio uſurpantur.

Nondum ſatis. Adde, Nec ea &c. confectum eſt. Top.

Illam partem perpoliam atque conficiam. de Or.

3. *Pro Concludere.* [B. Beſluiten. G. *Conclure.* A. To conclude.]

Ex quo conficitur, ut ſi &c. de In.

Aut ita, ut id ſolum quod conficitur, inferatur. de In.

4. Significatur quoque hoc verbo, quod Germanice dicimus, per **te wegen brengen.** ut,

Idemque tu plurimum operæ, ſtudii, diligentiæ, laboris ad conficiendum reditum meum contuliſti. At.

Reditum: ſi me tantum amas, quantum certe amas, hominibus confice. E.

Exercitum conficere. pro Pom. At.

Bibliothecam conficere. At.

Pecuniam conficere. [B. Gelt maken, verſamelen, by een brengen. G. *Gagner, amaſſer de l'argent.* A. To get, procune or gather to gether money.] contra Rul. pro Flac. pro Syl.

Germanicè, Indocti, *Efficere ut pecuniam acquirat, Acquirere, invenire pecuniam.*

5. *Conficere cum aliquo,* idem quod, Tranſigere cum aliquo. [B. Een ſaek afdoen: 't contract ſluiten. G. *Terminer une afaire: conclure le contrat.* A. To diſpatch, or finish a buſineſs, to conclude a bargain.]

Cum hæredibus confeciſſem. E.

Tu cum Apellachio confice de columnis. A.

De Acutiliano negotio, quod mihi mandaras confeci. At.

Te ſpero cum publico confeciſſe. At.

Cum adjungitur tempori ſignificat, quod imperitiores dicunt per Finire, Explere. ut,

Sic enim annuum tempus conficitur. At.

Cum tu hæc leges, ego jam annuum munus confecero. E.

Iſocrates prope centum confecit annos. [B. Hy was 100 Jaer oud. G. *Il avoit cent ans. il etoit âgé de cent ans.* A. He was an hundred years old.] Or.

Qui omnem vitæ ſuæ curſum in labore corporis conficeret.

Qui rectè curriculum vitæ à natura datum confecerit. de Un. Curriculum vitæ recte conficere. [B. Siin leven wel door brengen. G. *Emploïer paſſer bien ſa vie.* A. To lead or ſpend ones life wel.]

Cum

Cum 60. annos confecerit, reliquos dormiat. Tuſ.
Hortenſius tamen hanc curſum confecit. de Cr. [B. Hy heeft zijn loop geeindicht. G. *Il à achevé ſa courſe.* A. His courſe of life is ended.]

Eleganter uſi ſunt quoque veteres hoc verbo pro conſumere.

Vetuſtas omnia conficit ac conſumit, pro Mar.
Meus me mœror quotidianus lacerat & conficit. At.
Confici mœrore, dolore, pudore. [B. Uit teeren van droefheit en ſchaemte. G. *Se conſumer de triſteſſe & de honte.* A. To be conſumed with grief and ſhame.] E.
Corpus noſtrum tenuiſſima ſæpe de cauſa conficitur. de Ar.
Illa valetudine magis conficere ſe, quàm me tueri poſſet in caſtris. E
Fame & frigore confici. [B. Sterven van honger en koude. G. *Mourir de faim & de froid.* A. To periſh with hunger and cold.] Off.
Deſiderio confici. Or.
Curis confici. E.
Sollicitudo me conficit. At.
Cruciatu ſummorum dolorum confectus. At.
Senio confectum eſſe. pro Mil.
Senectute confectum eſſe, in P. [B. Stok out ſijn. G. *Decrepit de vieilleſſe.* A. Spent with old age.]

Significant, quod vulgus dicit per *Fere mortuum eſſe frigore, fame, mœrore, &c.* Conficere aliquid, pro, Devorare, & conſumere, occidere, affligere.

Plures jam pavones confeci, [B. Ik heb meer paeuwen gedood, omgebracht. G. *J'ay plus tué, fait mourir de Paons.* A. I have killed and deſtoyed more peacocks.] *quàm tu pullos columbinos.* E.
Qui ſuam rem non minus ſtrenue quam poſtea publicam confeciſſet, egeſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentavit. Poſt.

Conficere rem ſuam. [B. Sijn goed verteeren, door brengen, verſlampampen. G. *Conſumer, depenſer, diſſiper ſon bien* A. To ſpend, waſt and conſume ones eſtate.]

Hæc ſica nuper, ut ſcitis, me ad regiam pene confecit. pro Mil.
Licinius hoſtes conſecutus eſt, & confecit: de In.
Ibes maximam vim ſerpentem conficiunt. de N.
Confectus vulneribus. Poſt.
Haud poteſt gravioribus à me verbis vulnerari, quàm eſt ſtatim in facto ipſo à P. Servilio confectus & trucidatus. de Ar.
Conficere cibum. [B. De ſpijs verteeren. G. *Digerer la viande.* A. To digeſt meat.]
Dentes adverſi acuti dividunt eſcas: intimi autem conficiunt. de N.
Id eſt, mandendo terunt. Reuuen.

CONFIDO.

Cum ad Fido ſignificatione accedat, ſatis notum eſt: ſed cum ablativo conjunctum, vulgo non eſt valde uſitatum. Sic enim veteres Latini loquebantur.

Niti, & magnopere confidere aliqua re. pro Cl.
Illum, quo antea confidebant, metuunt. At.
Urbe aliqua confidere. E.
Nimis confidere. Off.
Lingua vernacula reddimus proprie hæc per [B. Stoffen, pocchen. G. *Habler, ſe vanter.* A. To brag, boaſt.] *inde, Confidenter loqui,* [B. Trots, ſtoutelijk ſpreeken. G. *Parler arrogamment, fierement.* A. To ſpeak boldly, confidently.] *Confidens, Confidentia.*

CONFIRMO.

Sunt & quædam hujus verbi locutiones apud veteres, quæ nunc vulgo ignorantur, præſertim illæ, quibus ſignificabant: Affirmare, aſſerere. ut,

Hoc mihi non modo confirmavit, ſed etiam perſuaſit. At.
Qualis, ut arbitror, nemo unquam erit: & ut confirmare poſſum, certe nunquam fuit. de Am.
Hoc vero fieri plane non potuiſſe confirmo. de Or.
Ego tibi confirmo, eam &c. pro Pom.
Memini me ex multis audire, te de glorioſo & celeri reditu meo confirmare. E.
Omni hoc vobis ratione confirmare poſſum, me &c, contra Rul.
Difficile eſt hoc de omnibus confirmare. pro Arch.
De me tibi ſic promitto atque confirmo me &c. E. [B. Van mijne kant verſeekere ik u; ik ſegge u ſulks

ſulks toe voor vaſt. G. *Pour ce qui eſt de moy je vous aſſeure, je vous promets cela.* A. For my part I aſſure and promiſe you.]

Nos potius dicere ſolemus, *Certo alind dicere, aut affirmare:* quod tamen latinum eſt.

CONFLO.

Reſtituendus quoque eſt uſus hujus verbi, quod prorſus nunc à multis negligatur. Significamus vero hac voce ea, quæ ex pluribus quaſi unum efficiuntur. ut,

Mare terram littoribus ſic cludit, ut una ex duabus naturis conflata videatur. de N.

Ex his duabus diverſis ſicuti familiis unum quoddam eſt conflatum genus à poſterioribus. de In.

Quibus ex rebus conflatur & efficitur id quod quærimus honeſtum. [B. Uit welke dingen de deugt beſtaet en voort-komt. G. *Des quelles choſes la vertu conſiſte & provient.* A. Out of which tings vertue ſprings and conſiſts.] Off.

Exercitus perditorum clandeſtino ſcelere conflatus. Exercitum conflare. [B. Een leger door een heimelick ſchelmſtuck van booſwichten, by een vergadert. G. *Une armée aſſemblée par une ſecrette ruſe, le ſtratagême, de perſonnes determinées.* A. An Army raiſed by the ſecret wickedneſs of naughty and lewd.] pro Syl. in A.

Ex perditis conflata improborum manus. [B. Daer is een ſamen rottinge gemaekt van een deel booſwichten. G. *Il s'eſt fait une cabale de determines.* A. There is a croud of wicked men met to gether.] in C.

Rem aliquam conflare, judicium aliquod. pro S. R.

Venus totam illam accuſationem, judiciumque conflavit. in Ver.

Faciam ut intelligatis in tota illa cauſa, quid res ipſa tulerit, quid error affinxerit, quid invidia conflarit. pro Clu.

Hoc totum à matre conflatum eſt, & perfectum. [B. Dat heele werk is van de Moeder beſtelt en uitgewerkt. G. *Tout cela, tout cet ouvrage-là à été dirigé & éxécuté par ma mere.* A. All that work was hatched and executed by my mother.] pro Clu.

Bellum quod natum, conflatum eſt, & perfectum. in A.

Unde hoc totum ductum & conflatum mendacium. pro Qu. R.

Summam alicui invidiam atque infamiam eſſe conflatam. pro Clu.

Conflare alicui invidiam ex aliqua re. [B. Iemant in den haet brengen door een ſaeck. G. *Rendre quelqu'un odieux par une faire.* A. To draw an envy upon one by reaſon of a buſineſs.] pro Cæl.

Domi pleraque ejus conflata ſunt. pro Syl.

Seditionem conflare. Off.

Suſpicionem alicui conflare. ad Her.

Crimen conflare. Part.

Periculum aliqua re conflari. pro Syl.

Tumultum gladiatorum conflare. ibidem.

Negotium alicui conflare. [B. Iemant ſpel of moejelikheit maken. G. *Faire piece, cauſer du chagrin à quelqu'un.* A. To create trouble to any one.] in Ver.

Injuria novo ſcelere conflata. pro S. R.

Pecuniam conflare. [B. Gelt maken, ſlaen. G. *Battre monnoie.* A. To ſoin or make mony.] pro Seſt.

Clodius neſarias cum multis ſcelerum pactiones ſocietateſque conflavit. de Ar.

CONGRUO.

Cum dativo vel ablativo idem quod *Convenio.*

Aptus ſum, Congruens, Conveniens aut aptus. Quod notare volui, ne cum imperitis *Congruus* diceremus, nam neque Cicero, neque ante, aut poſt tempora Ciceronis hoc verbo veri Latini ſunt uſi. Nunc verò vulgus dicit, *Orationem congruam eſſe*, pro, *Latinam eſſe:* cum neque *Congruens oratio*, in ea ſententia Latinum ſit, nam *Congruo & Congruens*, rem cum qua conferuntur, adjunctam habent.

Congruit naturæ, & cum naturâ. [B. Het accordeert met de natuur. G. *Cela s'accorde avec la nature.* A. It agrees with nature.]

CONJICIO.

Habet & præter communem ſignificationem quaſdam locutiones, quæ vulgarem conſuetudinem loquendi fugiunt. Eæ enim ſunt.

Conjicere ſe, pro *abſcondere.* pro Plan.

Sub ſcalas tabernæ librariæ ſe conjecit. [B. Hy heeft ſich verborgen onder de ladder van de boekwinkel. G. *Il s'eſt caché ſous l'échelle de la boutique à livres.* A. He hid him ſelf under ye ſtairs of a ſtationers ſhop.] in Ant.

Appius in ultimam provinciam ſe conjecit, Taſum uſque. At.

Sin ſe in intimum conjicere vellent, non ſatis commodè calceati & veſtiti id facere poſſent. pro Cæl.

In Epicuri nos adverſarii noſtri caſtra conjecimus. E.

In latebram aliquam ſe conjicere. de D.

Sic in *carcerem, vincula, eculeum, arcas,* &c.

Sic alia pleraque ſunt, non ita nobis nota, ut olim Latinis.

Maledicta in aliquem conferre *idem denotat quod* orationem improbe in illum conjicere. [B. In ſijn reden iemant leelijk doorſtrijken. G. *Reprimander rudement quelqu'un dans ſon diſcours.* A. To reproach uny one baſely in his diſcourſe.]

Orationem aliquam improbè in viros clariſſimos conjectam eſſe. pro Seſt.

O præclare conjectum à vulgo in illam provinciam omnem communis famæ atque ſermonis. in V.

Omen à vulgo conjectum eſt in provinciam. [B. Die voorſpelling is geduit op dat gouvernement. G. *Ce preſage eſt apliqué à ce gouvermentlà.* A. This omen is applyed to that country.]

Hæc omnia crimina à multitudine in tuam nimiam diligentiam ſervi conjecta ſunt. pro Mur.

Conferre, Ante idem ſignificare demonſtratum eſt: vulgus dicit, Scommata in aliquem facere, aut dicere.

Conjicere ſe in fugam. pro Cæl.

Dare ſe in fugam. Fugere.

Libellus, qui in epiſtolam conjectus eſt. At.

Itaque id proœmium conjeci in eum librum, [B. Ik heb die voorreden geſet in dat boek. G. *J'ay mis cette preface dans ce livre.* A. I have placed this preface in that book.] *quem ad te miſi.* At.

Quam legem iiſdem propè verbis noſtri viri in decimam tabulam conjecerunt. de D.

Per *Referri* hæc etiam dici poſſunt. Sic quoque & hæc quæ ſequuntur.

Conjicere cauſam in locos. pro Plan. [B. Een ſaek biergen tot alle de hoofſtucken: of, verhandelen na de ordre der gemeene bewijs redenen. G. *Deduire une afaire par tous ſes points: ou traiter d'une afaire ſelon l'ordre des demonſtrations ordinaires.* A. To deduce a matter to its heads, or to treat of a matter according to the order of common demonſtration.]

Ego vero illa ipſa ludens conjeci in locos communes. Parad.

CONJUNGO.

Quæ & hoc verbo fiunt loquendi formæ, noſtris hominibus obſcuriores, quòd vulgari ſermone, non eodem modo exprimamus. *Amicitiam conjungere, neceſſitudinem, hoſpitium cum aliquo.* [B. Vrientſchap maken. G. A. To contract friendſhip.] pro Clu. in Ver. pro Deiot. Pro *Contrahere, Conciliare.*

Bellum conjungere reges potentiſſimos. pro Pom.

Eſt ad bellum aliquod ſuſcipiendum omnes opes conferre.

CONJUNCTE. Id elatum eſt. [B. Dat is geſchiet in ſeekere of ſchtalleen, of met ſekere bepaling. G. *Cela eſt dit à certain egard, ou à certaine condition.* A. It is ſaid ford a certain reſpect or on a certain condition.

Dialectici obſervent, *Conjuncte dici aliquid,* id eſſe, cui contrarium eſt, *ſimpliciter dici.*

Si ſimpliciter dictum ſit: ſuſcipiunt Dialectici ut judicent, verum ne ſit, an falſum: etſi conjuncte ſit elatum, & adjuncta ſint alia: judicent, ne adjuncta ſint. de Or.

CONNEXUM. [B. Een ſluit reden op ſeekere voorwaerde gegrontveſt. G. *Une concluſion fondée ſur conditions certaines.* A. A conclution grounded upon ſure conditions.]

Connecto, *Connexus* communis ſignificatio ſatis nota eſt: ſed *Connexum* quid Cicero vocet, vulgus Dialecticorum prorſus ignorat. Idem enim eſt Connexum, quod ὑποθετικὸς συλλογισμὸς: quem Barbari *conditionalem ſyllogiſmum* dicunt. Sic enim Cicero ait:

Ipſa enim ratio Connexi, cum conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere. Acad.

Quæro enim, ſi Chaldæi ita loquantur, ut negationes infinitarum conjunctionum potius quam infinita connexa ponant cur idem medici, cur geometræ, cur reliqui facere non poſſint? medicus in primis quod erit ei perſpectum in arte non ita proponet. Si cui venæ ſic moventur, is habet febrem, ſed potius illo modo. Non & ei venæ ſic moventur, & febrem is non habet. de Fa. Vide plura. ibid.

CONQUEROR.

Queror & deploro aliquam rem, nota quidem eſt ſignificatio, ſed uſus non item. Sic enim *Cicero eſt locutus:*

Conqueror tecum de injuriâ illius. [B. Ik klaeg tegen u over ſijn ongelijck. G. *Je me plains à vous de ſes injures.* A. I complaine to you of his injuries.]

Satis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratris injuria conqueri. E.

Contriſtavit hæc ſententia Balbum Cornelium: & ſcio eum conqueſtum eſſe cum Scipione. Ep.

Recentiores, *alicui conqueri aliquid* dicunt: ſed cum dativo Latinorum optimi auctores non junxerunt.

CONQUIESCO.

Pro *Quieſco* ſimplici verbo notius eſt, quàm cum pro *Delectari*, & quaſi toto animo quieſcere in aliqua re, ut ſic dicam, uſurpatur, idem enim ſignificat, quod, Acquieſco. [B. Sijn genoegen, of vermaek ſcheppen in de ſtudie. G. *Se plaire ou prendre plaiſir à l'étude.* A. He takes delight and pleaſure in his ſtudys.] *In ſtudiis conquieſcere.*

Ut ætas noſtra jam ingraveſcens in amore atque in adoleſcentia conquieſcat tua. E.

In amici mutua benevolentia conquieſcere. de Am.

Habebam quo confugerem, ubi conquieſcerem, cujus in ſermone & ſuavitate omnes curas doloreſque deponerem. E.

CONSCENDO.

Et ſine adjunctione vocis Navis, ſignificat, In navem accedere: aut, Ire quà quis vehitur.

Tu velim, quam primum conſcendas, ad meque venias. Qu. Fr.

Si Cn. benè comitatus conſcendiſſet, & conſules tranſiſſent. At.

Quamobrem conſcende nobiſcum, & quidem ad puppim: una navis eſt jam bonorum omnium. E.

Ab eo loco conſcendi, ut tranſmitterem. in A. [B. Daer ben ik ſcheep gegaen om over te varen. G. *Je me ſuis embarqué là pour paſſer.* A. I went there an ship board to be tranſported.]

Conſcendere navem. E. in Piſ.

Barbari, Ire ad navem.

CONSCIENTIA.

Ab indoctis & Barbari pro *Mente & animo*, aut *mente* nonnunquam Conſcientia dicitur, ſic enim vulgus nunc loquitur, *Ego non poſſum bona conſcientia hoc facere, Qua conſcientia hoc dicis, aut facis? Mala conſcientia aliquid facere.* Latini verò eandem ſententiam aliis verbis proferebant. Dicebant enim *Bona mente, animo, voluntate aliquid facere.* Nam Conſcientia bona, mala, recta, idem propriè ſignificat, quod bonorum, malorum, rectorum factorum conſcientia. Eſt enim Conſcientia, animi aſſenſio certa & firma, cujus teſtimonio de iis quæ aut in mente, aut factis commiſſa ſunt, convincimur & obſtringimur.

CONSCIUS.

Cum dativo, qui quoque genitivo redditur, paucis certè notum eſt. ut,

Conſcium eſſe aliquem alicui rei. de Orat.

Vides officium agi meum quoddam, cui tu es conſcius. I. V. [B. Waer van gy mede kennis hebt. G. *A qui vous avez connoiſſance.* A. To

which

which you were privi]

Nolo viros primarios eſſe temeritati & mendacio *conſcios*, pro Cæl. [B. 'k Wil niet, dat aenſienlicke Heeren ſchuldig ſijn aen roeckeloosheid en leugen. G. *Je ne veux que les gens d'Honneur ſoyent coupables des menſouges.* A. I would not have perſons of qualty guilty of raſhneſs and lyes.]

Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe non debuit. At.

Ille mihi in privatis rebus omnibus conſcius eſt.

CONSCISCO.

Conſciſcere ſibi mortem, quoniam à vulgari conſuetudine alienum eſt, reſtituendum unà cum cæteris eſſe putavi.]

Aratores mortem ſibi ipſi conſciverunt. in V.

Junius necem ſibi ipſe conſcivit. de N.

Is mortem ſibi ipſe conſciſcet. pro Clu. [B. Hy ſal hem ſelven om hals brengen. G. *Il fera main baſſe ſur ſoymeme.* A. He wil kill or murther him ſelf.]

Themiſtocles veneno ſibi mortem conſcivit. de Cla.

Mortem mihi cur conſciſcerem, cauſa viſa non eſt: cur optarem, multæ. E.

Aut capiendus tanquam exilio locus: aut conſciſcenda mors voluntaria. ibidem.

Vulgo. Seipſum occidere, aut interficere, Seipſum ſuſpendere.

CONSECTOR.

Uſus hujus verbi communem loquendi rationem prorſus fugit. Multis enim modis à veteribus illis Romanis uſurpabatur. ut,

Conſectari aliquid. [B. Iewers na trachten: iet najagen, navolgen: vlijtig ſoeken. G. *Solliciter: briguer: aller a la pourſuite de queque choſe.* A. To endeavour, to hunt after, to follow or ſeek any thing choſe or earneſtly.]

Ac ne omnia conſecter, comprehendam brevi. de Or

Tardi ingenii eſt, rivulos conſectari, fontes rerum non videre. de Or.

Siſenna in hiſtoria puerile quiddam conſectatur. de Leg.

Cicero genus diſputandi Socratis conſectatus eſt. Tuſc.

Vitium quod nonnulli de induſtria conſectantur. de Or.

Amare, conſectari, adipiſci velle aliquid. de Finibus.

Si tam verè homines verba conſectarentur, quam rem. pro Cec.

Bonus civis non opes aut potentiam conſectabitur. Off.

Vitioſa conſectari imitando. de Or.

Significant diligenter perſequi, ſequi, affectare.

Ne exiſtimes, qui non debita conſectari ſoleant, quod debeatur remiſſurus. At.

Debita conſectari. [B. Schulden dickwils inmanen. G. *Pourſuivre les dettes.* A. To call in ones debts often.]

Barbari, Sæpe ab aliquo exigere debitum. Latinè verò dicitur quoque Sæpe monere.

Conſectari aliquem clamoribus, conviciis, ſibilis. At. [B. Iemant na roepen, ſchelden, uitjouwen. G. *Donner la huée à quelcun.* A. To call one to raile or hiſs at one.]

Lingua petulantiſſima conſectari aliquem. in Sal. [B. Seer vuil van iemant ſpreken. G. *Médire de quelcun.* A. To ſpeak very ill of any one.]

CONSENTIO.

Veterum literis nihil eſt uſitatius. Noſtris temporibus quia ignoretur, Concordare potius omnibus eſt in ore. Literæ Conſentiunt orationi & cum oratione. [B. De brief accordeert met de reden. G *Les lettres conviennent avec les diſcours.* A. The writings agree with the ſpeech.]

Literæ recitatæ in Senatu nequaquam conſentire cum oratione Furnii viſæ ſunt. E.

Motus cum verbis ſententiiſque conſentientes. de Cla.

Epicurus non conſentit cum Cyreniacis. Acad.

Hæc eis, quæ de Fabio ſcribis, valde conſentiunt. At.

His principiis reliqua conſentiebant. in A.

CONSERO.

Conſerui, conſertum.

Conſerere manum cum aliquo [B. Hand gemeen worden: G. *Se battre, venir aux mains.* A. To

To fight hand to hand together.] pro Font. At. Tal. pro Mur.

Hinc locutio Jureconſultorum. Aliquem ex jure manu conſertum, vocare [B. Voor recht roepen over eenig beſit. G. *Citer quelcun: adjourner quelcun.* A. To goe to law with one for an eſtate.] de Or. pro M.

In jus vocare poſſeſſionum cauſa.

CONSIGNO.

Quoniam uſus hujus verbi penè interierit, barbara, conſuetudine diuturna pro Latinis ſunt recepta. Sic enim Latinorum optimi ſunt locuti. Conſignari literis. [B. Beſchreeven worden. G. A. To be regiſtred, put down in writing.]

Tabulæ conſignantur ſignis [B De boeken, briven worden ondertekent, beſegelt. G. *Les lettres & les livres ſont ſignez & ſellez cachetez par de grans hommes.* A. The books, writings are ſigned and ſealed.]

Tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur. pro Quin.

Ratio certa eſt Aetnenſim & publicis & privatis literis conſignata. in Ver.

Quæ publicis populi Rom. literis monumentiſque conſignata ſunt. pro Deiot.

Privilegii vim auctoritate honeſtiſſimorum hominum: & publicis literis conſignavit. Poſt.

Fundi, quos tibi pater publicis commentariis conſignatos reliquit. de Or.

Barbari dicunt, *Sigillare*, aut ſi qui emendatius loqui velint, *Subſignare:* quod apud Ciceronem in ea ſententia non invenitur, neque item *ſubſcribere.*

CONSILIUM. [B. Vergadering, collegie. G. l'*Aſſemblee de college.* A. An aſſembly or council.]

In hac voce obſervandum eſt, Conſilium pro Senatorum cœtu, aut Judicium conſeſſu à Cicerone ſæpe uſurpari: ne, quod quidam volunt, putemus in ea ſignificatione ſolum per C. ſcribi.

Senatus eſt ſummum populi Ro. populorumque & gentium omnium ac regum conſilium. pro Dom.

Nec verò ſomnia graviora, ſi quæ ad rempub. pertinere viſa ſunt, à ſummo conſilio neglecta ſunt. de Diu.

Nulla eſt in hac urbe ſocietas publicanorum, nullum collegium, nullum concilium, nullum denique commune conſilium, quod non. pro Dom.

Conſules re audita amplius de conſilii ſententia pronunciaverunt. de Cla.

Veniendum ne ſit in conſilium tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit. At.

Advocare conſilium. [B. Vergadering beleggen of't ſamen roepen. G. *Adjourner le conſeil.* A. To call a council.] in Vat.

Dimittere conſilium. [B. De vergadering doen ſcheiden. G. *Congedier l'aſſemblee.* A. To diſmis the council.] de Leg. de Or.

In judicio vero, & in eo conſilio, in quo ex cunctis ordinibus ampliſſimi viri judicarent. pro Mil.

Te & hos qui tibi in conſilio adſunt. &c. pro Qu.

Si apud hoc conſilium ex quibus, non ex veritate cauſa pendetur. &c. ibidem.

Cauſam cognoſcit, & amplius de conſilii ſententia pronunciat. in Ver.

Sententia ſine conſilio, damnatio ſine defenſione. in Ver.

In conſilium ire [B. Sich bereiden tot de uitſpraek van het vonnis. G. *Se preparer à prononcer l'arret.* A. To præpare them ſelves to give ſentence.]

Cur eum, cum in conſilium iretur, abeſſe patiebantur? cum in conſilium mittebant, Stalenum judicem non requirebant? pro Clu.

CONSPUTO.

Significat hoc verbo Cicero, quod Barbari dicunt. In os alicui, aut faciem alicui ſpuere.

Clodiani noſtros conſputare cœperunt [B. Sy beſpogen ons. G. *Cracher auuez à quelcun.* A. They ſpit upon us.] Qu. Fr.

CONSTITUO.

1. Admonendi hic mihi tantum viſi ſunt lectores, *Conſtituere* ſignificare id quod imperitum vulgus dicit per *Proponere.* Sic enim loquitur, *Propoſui aliquid facere;* quod per *Conſtituere* proprie dicitur. Conſtituere enim ſignificat Latinis idem, quod nobis Germanis [B. Ietwes voor nemen, beſluiten te doen. G. *Se mettre en téte de faire quelque choſe.* A. To deſigne

or

or decree to do a thing.] Proponere vero, [B. Sich iet voorſtellen. G. *Se propoſer quelque choſe.* A. To propoſe a thing to ones ſelf.] Sed quid interſit, in differentiis oſtendemus.

2. Conſtituo præterea de tempore dicitur, de quo convenit inter aliquos ut aliquid fiat. ut,

Placuit Cecinnæ de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rem præſentem veniretur. pro Cec.

Cecinna ad conſtitutam diem tempuſque venit. [B Hy is gekomen op den beſtemden tijd. G. *Il eſt venu au temps marqué.* A. He is come at the apponited time.] pro Cec.

Scio pactam & conſtitutam eſſe cum Manilio diem. in C.

Diem Tyrannioni conſtituemus. At

Ut conſtitueris te cuipiam advocatum in rem præſentem eſſe venturum. Off.

Tametſi hac de re puto te conſtitutum, quid facturus ſis, habere. E.

Conſtitui cum hominibus, quo die Meſſanæ mihi præſto eſſent. in Ver.

Sicca reſcripſit conſtitutum ſe cum eo habere. [B Dat hy met hem een accoort gemaeckt heeft. G. *Qu'il eſt tombé d'accord avec luy.* A. He has made an agreement with him.] At.

Quare ſi quod conſtitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas. E.

Actio conſtituta in menſem Januarii contra Rul.

Ajunt conſtitutum eſſe cum ſervis, ut venirent ad balneas. pro Cæl.

Sane vellem non conſtituiſſe in Tuſcul. me hodie venturum eſſe L. Lælio de Or.

Ad conſtitutam diem decedere. E.

Concludere, & tempus præſcribere quo aliquid fiat, vulgo dicitur.

3. *Conſtituere* ſignificat quoque quod indoctiores per *Ordinare* dicunt, ut,

Leges, jura conſtituere. [B. Wetten ordonneeren, inſtellen. G. *Impoſer des loix.* A. To order and inſtitute laws and ordinances.] contra Rul. de In. pro Dom.

Conſtituta reſcindere vel tollere. At.

Supplicium in aliquem. pro S. R. in Ver. pro S. R.

Supplicium alicui maleficio conſtituere. pro R.

Pœnam alicui conſtituere. pro Cec.

Optime factis pœna eſt maxima conſtituta. Q. F.

Pœnam in aliquem conſtituere. pro Dom.

Conditionem aliquam conſtituere. pro Cec.

Legem aliquam virtuti ibidem.

Actionem alicujus rei conſtituere. ibid.

Accuſatorem conſtituere. in Ver.

Judicium conſtituere. Part.

Auctionem hæreditariam conſtituere. in Ver.

Rationum cauſæ. pro Mur.

Regem aliquem conſtituere. pro Deiot.

Civitatem. de Cla.

Provinciam alicui conſtituere. in V.

Ordinare, vulgus dicit.

4 *Corpus bene conſtitutum eſt mihi* [B. Ik ben wel gediſponeert. G. *J'e ſuis bien diſpos en bon enpoint* A. I am wel diſpoſed.] P. I.

Corporis firma conſtitutio. [B. Een ſterke complexie. G. *Etre de bon naturel.* A. A firm conſtitution of body.] Off.

Barbare, Bene complexionatum eſſe, bonam complexiam habere.

5. Bene de rebus domeſticis aliquem conſtitum eſſe. [B. Wel ſtaen met ſijn huys ſaeken. G. *Les affaires domeſtiques ſont en bon Etat.* A. To have ones hous affaires in good order] pro Seſt.

Bene inſtructam domum habere.

CONSTO.

Sunt quædam & hujus verbi loquendi formæ, indoctioribus ignotæ. ut,

1. *Merita alicujus in aliquem conſtare.* E.

Officia alicujus in aliquem conſtare. E.

Mea in te omnia ſumma neceſſitudinis officia conſtabunt. E.

Significant conſtanter benefacere alicui.

2. Conſtat illi fructus otii ſui. [B. Hy kan rekenſchap geven van ſijn tijt. G. *Il peut rendre compte de ſon temps.* A. He can give an account of his time.] E.

Scire dicunt Barbari, quam bene otium ſuum

um impenderit, Rationes poſſe dare otii ſui.

3. Conſtat inter omnes. [B. Het is bekent by alle. G. *Il eſt notoire à tous*. A. It is knowen to all or agreed upon by all.] de In. in A.

Quaſi hoc perſpicuum ſit, conſtetque inter omnes eſſe deos. de N. de Or. Or. Q. F. de Fin.

Id eſt, Conſtanter omnes confirmant.

4. *Adhuc quæ dicta ſunt, arbitror mihi conſtare cum cæteris artis ſcriptoribus*. ad Her.

Tota oratio ſibi conſtat, [B. De heele reden accordeert wel met haer ſelve. G. *Tout le diſcours eſt bien arrangé*. A. The whole diſcourſe coheres or agrees wel together.] *& ex omni parte ſecum ipſa conſentit*. de Un.

Si humanitati tuæ conſtare voles. [B. Soo gy wilt volſtandig blijven in u beleeftheyd. G. *Si vous voulez affermir votre civilité*. A. If you remain conſtant in your civility.] At.

Si tibi conſtare vis. At.

Judices tamen in Oppianico ſibi conſtare & ſuperioribus judiciis conſentire debuerunt. pro Clu.

Conſtare in vitæ perpetuitate nobiſmetipſis, nec in ullo officio claudicare. Off.

Parum ſibi conſtare. [B. Wiſpelturig ſijn. G. *Etre inconſtant*. A. To be inconſtant.]

Vulgo, In una ſententia non permanere. Sed de uno in alterum cadere, ſic enim vulgaris ſermo ſonat.

CONSTRUO.

Cum ad ædificia, naves, & ſimilia accommodatur, ſatis notum eſt: non item nummos & res & copiam conſtruere. [B. Geld, goederen, in alle overvloed op hopen, vergaderen, opleggen. G. *Amaſſer de l'argent, des biens en abondance*. A. To heap up, gather together, and lay up money, goods and great proviſions.]

Pecunia conſtructa & coacervata. contra Rul.

Tanti acervi nummorum apud iſtud conſtruuntur, ut jam appendantur, non numerentur pecuniæ. in A.

Multæ & magnificæ res conſtructæ & reconditæ. de Or.

Copia ornamentorum uno in loco conſtructa. ibidem.

Eſt quod Barbari dicunt, *In cumulum colligere*, *Cumulos magnos facere*.

Conſtructio. Obſervandum eſt, Conſtructionem quidem de tota orationis compoſitione dici, præſertim quæ ornatus cauſa fit: *Conſecutionem* verò de grammatico ordine, quo caſus & partes conſequuntur certa ratione, ut, *Oratio conformanda eſt non ſolum electione, ſed etiam conſtructione verborum*. de Or.

Verborum apta, & quaſi rotunda conſtructio de Cla.

Magna & ornata conſtructio verborum. ad Her.

Compoſitio eſt verborum conſtructio, [B. De ſamen ſtel is een ſinnelijke ordre, of ſchikking der woorden. G. *l'Arrangement eſt la pure conſtruction des mots*. A. Compoſition is a decent order and placing of words.] *quæ &c.* ad Her.

Conſecutio in conjunctione verborum ſervanda eſt: [B. Men moet den regel van de Syntaxis volgen: of een goede conſtructie maken. G. *Il faut ſuivre les regles de la Sintaxe: ou faire une bonne conſtruction*. A. One ought to follow the rules of the ſyntaxis, or make a good conſtruction.] *ne generibus, numeris, temporibus, perſonis, caſibus perturbetur oratio, nam ut in ſimplicibus verbis, quod non eſt latinum: ſic in conjunctis, quod* non eſt conſequens, *vituperandum eſt*. Part.

Non eſt conſequens, [B. 't Is niet wel geconſtrueert: het is tegen den regel van de Syntaxis. G. *Il n'eſt pas bien arrangé, c'eſt contre les regles de la Syntaxe*. A. It is not wel conſtrued, it is againſt the rule of the ſyntaxis.]

Barbari vocant *Regimen orationis* Quod enim Latini vocant *Conſequi, & conſequens*, illi *Regere, & Regens*. Sic enim ajunt, Amo regit accuſativum: cum dicendum eſſet, Accuſativus conſequitur Amo, aut jungitur vel conjungitur dativo.

CONSULO.

Admonere hoc loco volui imperitiores, ne Conſulo tibi, pro Suadeo tibi, aut Auctor ſum tibi, quemadmodū ſolent, deinceps dicant, nam neque Cicero, neq; antiquiores ſic ſunt loquuti. Significat enim Conſulo tibi, aut rebus, ſaluti, gloriæ &c. tuis longe, aliud, ac vulgus putet: nimirum, Conſilio, opera, ſtudio alicui, aut

rebus

rebus alicujus adeſſe, & juvare. Nunc vero nihil pene tam tritum eſt, quàm Conſulo tibi, ut abeas. Quid mihi conſulis? Ego hoc tibi conſului. Cum Latini dixerint, Ego tibi ſuadeo, Ego tibi auctor ſum, &c.

CONTENDO.

Quæ hujus verbi locutiones ab imperitioribus nunc negligantur, hæ ſunt.

1. Contendere corpus [B. Het lichaem met kracht op ſpannen. G. *Faire tous ſes efforts.* A. To ſtrive earneſtly with his body.] &c.

Contendere nervos. [B. Sijn kragten inſpannen. G. *Employer toutes ſes force.* A. To endeavour with all his ſtrength.]

Onera contentis corporibus facilius feruntur: remiſſis, opprimuntur. Tuſ.

Magnum onus, ſed dignum, in quo omnes nervos ætatis induſtriæque meæ contenderem. in Ver.

Te rogo, ut omnes tuos nervos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc provinciam tempore prorogetur. E.

Contendit omnes nervos Chryſippus, ut perſuadeat. &c. de Fat.

2. *Inde,* Contendere ut aliquid ab aliquo fiat, [B. Verſoeken dat iets van imant geſchiet. G. *Supplier que quelque choſe ſe faſe.* A. Earneſtly to entreat a thing of one.] Aliquid ab aliquo contendere.

3. Aliquem aliquo contendere, pro, Summa celeritate proficiſci.

Iter à Vibone Brunduſium petere contendi. pro Plan.

Dyrrhachium petere contendi. pro Plan.

Si potuiſſemus, quo contendimus, pervenire. Or.

Tarſum veni, inde ad Amanum contendi. At.

Mihi non dubium eſt, quin Brunduſium contendam. At.

Inde *Contentus.*

Contento curſu [B. Haeſtigh. G. *Vitement.* A. A ſwift courſe.] *hoſtium claſſis Italiam petebat.* pro Mur.

Ad Tribunatum contento ſtudio curſuque veniamus. pro Seſt.

Ut in fidibus, ſi nulla earum ita contenta numeris ſit ut concentum ſervare poſſit omnes æque incontentiæ. Quo ſunt adducta & contenta vehementius. [B. Hoe veel te ſterker ſy zengehaelt en geſpannen ſijn. G. *Plus ils ſont bandez ou tirez, plus ils donnent roidement.* A. The ſtronger they are drawen and pulled in to gather.] *ſint ſic.* Tuſ.

Baliſtæ lapidum, & reliqua tormenta telorumque graviores emiſſiones habent, quo ſunt adducta atque contenta vehementius. Tuſ.

Alias contentius, alias ſummiſſius dicere. de Or.

Contentius ambulare. [B. Sterker wandelen. G. *Redoubler les pas.* A. To walke faſter.]

Socrates uſque ad veſperum contentius ambulabat. Tuſ.

Contenta vox.)(*Summiſſa vox.* Or.

CONTESTOR.

Propria ſignificatio hujus verbi pene eadem quæ Obteſtor: ut, deos hominesque conteſtari. Sed præterea Juriſperitorum quoque vocabulum eſt: Conteſtari enim litem dicuntur, ut inquit Feſtus: duo aut plures adverſarii, quod ordinato judicio, utraque pars dicere ſolet, Teſtes eſtote.

Nam iſte cum eo litem conteſtatam habebat. pro Q. R.

Cum lis conteſtata cum Flavio damni injuria eſſet. pro Qu. R.

In hanc rem me cognitorem dediſti: lite conteſtata, judicio damni injuria conſtitutio, tu ſine me cum Flavio decidiſti. pro Q. R.

Non enim procuratores litem conteſtabuntur: quo facto, non ſum neſcius ſponſores liberari. At.

Significat *Conteſtari litem*, teſtari, & fidem dare, ſe diſceptare & ſtare velle judicis ſententia.

CONTINEO.

Et Continentem eſſe, pro Conjungi & conjunctum eſſe, in uſu vix nunc eſt. Sic tamen Cicero eſt locus. Pars oppidi, quæ continetur ponte. [B. Een gedeelte van de Stad die aen het overige vaſt is door een brug. G. *Une partie dé la ville contigue au pont.* A. A part of the citty which is joyned to the other by a bridge.]

Eorum conjunctione pars oppidi, quæ appellatur inſula, mari diſiuncta anguſto ponte rurſus adjungitur & continetur. in Ver.

Cappadociæ pars, quæ cum Cilicia continens eſt. Ep.

Mari aer continens eſt. de N.

Huic fundo continentia quædam prædia atque adjuncta mercatur. [B. Hy koopt eenige ſtucken lands gelegen by, of belendende aen deſe Hof ſtede. G. *Il achete quelque piece de terre jointe à cette metairrie* A. He has bought certain pieces of land adioyning to this ſame] pro Cæc.

Hic fundus, qui fundo ejus antiquo continens eſt. ibidem.

Mare diſſimile proximo ei continenti. Aca.

Barbari mire hic ſe torquent. Dicunt *unam terram eſſe cum illa terra. Ex una terra in alteram poſſe pedibus iri.&c.* Latini verò *continentem eſſe.* Inde etiam aliis rebus cohærentibus & conjunctis,ut nullum intervallũ interſit,attribuitur.ut,

Ex eo natus ſeſe è continenti generi tertiam victimam reipub. tribuit. de Fin.

Motus ſenſui conjunctus & continens in infinito nullus eſſe poteſt. de N.

Natura rerum uno conſenſu juncta eſt & continens. de D. (de Fat.

Proxima & continens cauſa movit aſſenſionem.

Continentia cum ipſo negotio ſunt ea, quæ ſemper affixa eſſe videntùr ad rem, neque ab ea poſſunt ſeparari. de In.

Continenti ſpiritu (*Intermiſſo*, *Continens oratio.* [B. Een Oratio die aen malkanderen hangt die niet afgebroken is. G. *Un diſcours qui n'eſt pas interrompu.* A. A continued intire not broken ſpeech.] de Or.

Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo. Tuſ.

Continens vox. [B. Een ſtem, die de woorden dicht op een laet volgen.. G. *Un diſcours qui tient bonne ſuite.* A. A voice wherein the words follow cloſel f r one an other.]

In extrema oratione continens vox *remedio eſt voci.* ad Her.

Continentia tua ſcripta, in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris. Ep.

Rudes & imperiti pro his loquendi modis dicunt,*Unus poſt alterum ex eodem genere.Uno ſpiritu.* Continenter [B. Achter een,naeſt malkande G. *Conjointement.* A. After next one another]

Continenter uno ſpiritu multa dicere. [B Met enen aeſem agter malkanderen veel dingen ſeggen. G. *Prononcer beaucop de chóſes a la fois.* A. To ſay many things after one an other in one breath.] ad Her.

Quomodo enim probes continenter imagines ferri? aut ſi continenter, quomodo æterne? de N.

Continenter unum verbum non in eadem ſententia ponere. Or.

Continuo, *Continuatus*, *Continuatio*, *Continuus*, penè in eadem ſignificatione uſurpantur, qua Contineo. Continens.

CONTRA.

Quomodo communi ſignificatione accipiatur, notum ſatis eſt. Sed contrà ac contra quàm conſuetudine vulgari non ita eſt, tritum.

Contra ac licet, contra atque oportet. [B. Geheel anders als 't geoorloft is, of betaemt. G. *Dire à contre ſens.* A. Otherwiſe then is right or meet.]

Si denique aliquid non contrà ac liceret, factum diceretur, ſed contrà atque oporteret. pro Cor.

Si hæc contrà ac dico eſſent omnia, tamen in Ver.

Contrà ac dicat, accipi ac ſentiri velle. Or.

Omnia ferè contrà ac dicta ſunt, evenire. de D.

Cum contrà ac Deiotarus ſenſit, victoria belli judicarit. in A.

Jam enim faciam contrà atque in cæteris cauſis fieri ſolet. pro Syl.

Factum eſt enim mea culpa contrà quàm tu mecum egeras. Q. F.

Clamare contrà quam deceat & quàm poſſit, hominis eſt impudentiſſimi. de Or.

Quanquam quid ego de veſtro jure contrà quam propoſueram, diſputo? pro Dom.

Contraque faciunt quam pollicentur. [B. Sy doen geheel anders als ſy belooft hadden. G. *Ils agiſſent contre la promeſſe: ils font tout autre qu'ils n'ont promis.* A. They doe cleere contrary to what they have promiſed] ad Her.

Barbari dicunt, *Contrarium facere quam promiſerat, Contrarium eſſe quàm aliquis dicat. &c.* Sed Latini, *Contra ac, contrà atque contrà quàm &c.* Sic contrà ſine, ac, aut, quàm, [B. Daer en tegen. G. *Au contraire.* A. On the contrary.]

Non is ſum qui obtrectem libenter: ſed contrà, qui laudem omnia. Acad.

Quæ bona ſunt, mala putant: bona contrà, quæ mala. de Fin.

Ea

Ea ſumenda dicebat: contraque contraria. Acad

Nos qui domi ſumus, tibi beati videmur: at contrà, nobis tu præ nobis beatus. E.

Ergo ut hi miſeri, ſic contrà illi beati. Tuſ.

Non enim culpa tua eſt, ſi te aliqui timuerunt: contraque ſumma laus &c. pro Mar.

Ad cauſam pertinet, cautè, an contrà demonſtratum ſit. de Or.

Decere &c. contraque item dedecere. Or.

Quid huic cum Habito? nihil, atque adeò potius etiam contrà ſimultas. pro Clu.

Indoctiores dicunt, *Econtrà*, *aut Contrario.* Contrariò vero non dicit Cicero, ſed *Contrariè*: latinè vero, *Ex contrario, aut, Econtrariò, aut* Ex contra parte, quoque dicitur.

Ego hoc ex contrario contendo. pro Q. R.

Eadem ſint in adverſarios ex contrario conferenda. de Or. ad Her. & de In.

Commutabile eſt, quod ab adverſario poteſt leviter mutatum ex contraria parte dici. de In.

Si neminem læſi, ſi etiam è contrario multis opem tuli. Aut. ad Her. & de Fin.

CONTRAVENIO.

Sive juncta vox ſit, ſive non, in uſu jam multis non eſt, quòd propria ſignificationem ignorent. Valet enim idem quod Adverſarium eſſe, Reſiſtere alicui, Contradicere alicui in cauſa aliqua.

Aliquem contra venire vel, venire contra aliquem. [B. Imands party ſijn, tegens in pleyten. G. *Etre party adverſaire: playdoyer contre quelcun.* A. To be ones adverſary; to plead againſt one.]

Quòd ſi de literis corruptis contrà venit? ſi contrà omni rationi pugnavit? in Ver.

Si ille ipſe, quem contra veneris, cauſa cadat. pro Mur.

An ego non venirem contra alienum pro familiari meo? in A.

Contra rem ſuam veniſſe me neſcio quando queſtus eſt. ibidem.

CONVALESCO.

Admonere hic tantum volui ſtudioſos, *Revaleſco* pro Convaleſco Ciceronianum non eſſe: ſed poſt ejus tempora uſu receptum. Quod verò Barbari dicunt, Iterum ſanum fieri, hujus vocis conſuetudine corrigi debet. nam Convaleſcere Latini dicebant, Exempla aſſcribere non eſt neceſſe, cum ubique in autoribus occurrant.

CONVELLO.

Obſervandum eſt, in verbis quæ jungitur cum Vello, Ciceronem omnibus in perfecto non *Vulſi*, ſed *Velli* attribuiſſe. ut,

Cum gradus Caſtoris convelliſti ac removiſti.

Qui me ex noſtris pene convellit hortulis.

Significat propriè Convello, quod fixum eſt, vellendo removeo.

CONVENIO.

Quædam ſunt hujus verbi locutiones minus noſtris hominibus uſitatæ. ut,

Convenire aliquid in aliquem.

Hoc in illum convenit [B. Dat paſt op hem. G. *Cela luy convient bien.* A. This ſhuits well with him.]

Hoc maledictum in illam ætatem non convenit. pro Deiot.

Hæc ſuſpicio convenit in illum. pro S. R.

Sunt quædam in te ſingularia, quæ in nullum alium convenire poſſunt. in Ver.

Et tamen id dicit, quòd conveniret in omnes luſcos. de Or.

Commune exordium eſt, quod nihilominus in hanc, quàm in contrariam partem cauſæ poteſt convenire. de In.

Barbari. Hoc competit in eum. Hoc quadrat in eum.

2. Convenire inter aliquos, aut cum aliquo, ignorari à pleriſque videtur.

Atque hoc mihi cum tuo fratre convenit. [B. Daer over ben ik met u Broeder geaccordeert. G. *Jeu ſuis tombé d'accord avec votre frere.* A. I have agreed with your brother about it.] pro Lig.

Mihi cum illo convenit, ut. At. & in A.

Optime cum aliquo convenire. [B. Wel met iemant accordeeren. G. *S'accorder bien avec quelcum.* A. To agree well with any one.] (in Ver.)

Hoc inter eos non convenit. [B. Daer ſijn ſy niet eens over geworden: ſy hebben geen contract konnen maken. G. *Ils ne ſont pas tombez d'accord.* A. They could not agree about the matter, they have made no agreement.]

An cenſes nihil inter eos convenire? nullam pactionem fieri potuiſſe. At.

Niſi

Niſi inter eos convenit, quid ſit illud. Or.

Pactum eſt, quod inter aliquos convenit. de In. Sic convenit abſolutè.

Barbari, Concordare *inter ſe, Concordare cum aliquo in aliqua re, Concordare de aliquo.*

Convenit imperſonale, pro Decet, oportet. minus quoque notum eſt.

Hæc non convenit penes deos eſſe negare. de N.

Vos his malis mederi convenit. [B. Gy behoort deſe onheylen voor te komen. G. *C'eſt à vous à prevenir ce malheur.* A. You ought to prævent theſe miſchiefs.] pro S. R.

Quo ex S. C. confeſtim interfectum te eſſe Catilina convenit in C.

Ilicone ad prætorem ire convenit? pro Qu.

Quid tandem C. Rabirium facere convenit? pro Rab.

Tres convenit habere res narrationem. ad Her.

In hac re exerceri convenit. ibid.

CONVERTO.

Hoc verbo ſignificatur quoque præter alia, idem quod Transferre: quod eum ignotum videretur, hoc modo divulgandum duxi.

Convertere Græca in Latinum. [B. 't Griex in het Latijn overſetten. G. *Traduire le grec en Latin.* A. To tranſlate Greek into Latine.] (Tuſ.)

Converti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes. de Opt.

Orationes à Græco converſæ. ibidem.

Quæ ſplendidè dicta ſunt, neque ſunt converſa de Græcis. de Fin.

Xenophontis librum, qui Oeconomicus inſcribitur, nos è Græco in Latinum convertimus. Off.

Carmina converſa. de N.

CONVICIUM.

Facere convicium, fieri, ſuſtinere convicium: hæ latinæ locutiones, ut pleræque aliæ, vulgo [illegible] rantur.

Ei grande convicium fecerunt. [B. Sy hebben hem lelijk uyt gemaekt. G. *On lui à donné la huée vel on l'a pris à dent.* A. They have railed much at him.] (At.)

L. Quintius convicium C. Junio judici quæſtionis maxi[illegible] fecit. pro Clu.

Cum ei magnum convicium fieret cuncto à Senatu. E.

Conſectari aliquem conviciis. [B. Smaet laſteren. G. *Injurier, blamer quelcun.* A. To reproach one.] (At.)

Sed os tuum ferreo Senatus convicio verberari voluiſti. in P.

Suſtinere quotidianum alicujus convicium. pro Qu.

Barbari, *Clamare contra aliquem, Vociferari in aliquem.*

COR.

Sæpe pro Animo *Cor* Barbari dicunt, ſimilitudine linguæ vulgaris: *ut, Tu non habes cor, Cor remittere, Duro corde eſſe, malo corde, bono corde eſſe.* Quoniam Germanice dicitur, [B. Klein hert hebben klein hertig worden. G. *Devenir lache: avoir peu de courage: effeminé.* A. To have but littele heart to be out of heart.] &c. Latini verò, Animum habere, Malum, bonum animum. Cicero enim nunquam ferè utitur hac voce, niſi cum aut partem illam corporis humani, quæ vitæ fons eſt, nominet: aut ſolum cum hanc formam loquendi, Aliquid alicui cordi eſſe, ſermone uſurpet.

CREDO.

Sæpe hoc verbum non in communi ſignificatione, ſed pro puto, aut particula aliqua ſententiam exornante aut complente à Cicerone adhibetur.

Sanguidiore credo, ſtudio in cauſa fuiſtis. [B. Door een minder yver hebt gy lieden, geloof ik, hier van oorſaek geweeſt. G. *Par trop de negligence vous avez detourné l'affaire.* A. You were I beleeve through your negligence the cauſe of it.]

Cum iſta res nihil commoviſſet ejus animum ad quem veneratis, languidiore credo ſtudio in cauſa fuiſtis? in A.

Quid tandem animo hoc tyrannum tuliſſe creditis? pro Mil.

Non fuiſſe, credo, fas clariſſimorum virorum formas illi teterrimo parricidæ aliquid decoris afferre. pro Mil.

Senatus, credo, prætorem cum circumſcripſiſſet. pro Mil.

Immoderati, credo, hominis & turbulenti. in A.

Item & hæc ratio loquendi, Mihi crede, Ciceroni valde uſitata, noſtris pene eſt ignota.

Non ſum (mihi crede) mentis compos. At.

Finem nullum facio (mihi crede) Caſſi, de te cogitandi. E.

Illuſtrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum injuria. E.

Mihi crede iſtuc, ut cætera. At.

Affirmantis eſt locutio.

CUM.

Conjungitur frequenter hæc vox cum tempore à veteribus Latinis: quod noſtri homines non imitantur, quia vulgari ſermone eodem modo non explicant.

Vix annus intercesſerat, cum hunc accuſavit. B. Daer was naeuwelijcks een jaer verlopen, of hy heeft deſen beſchuldigt. G. *Un an n'etoit pas preſque écoulé, qu'il ne l'accuſa.* A. There was ſcarſe a yeare paſt but he had accuſed him.]

Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone, cum iſte Norbanum accuſavit. de Or.

Una nox interceſſerat, cum iſte illum ſic diligebat, ut diceres inter eos omnia eſſe communia. in Ver.

Dies nondum decem interceſſerant, cum ille alter filius necatur. pro Clu.

Unus & alter dies interceſſerat, cum, &c. pro Cl.

Aliquot enim ſunt anni, cum vos duos elegi. [B. Eenige jaeren ſijnder verlopen, na dat ik u liede beyden heb verkoren. G. *Il y à quelques annees que je vous ay choiſis tous deux.* A. Severall years are paſt ſince I chooſe you boath.] (At.)

Multi anni ſunt, cum ille in ære meo eſt. Epiſt.

Iam anni quadringenti ſunt, cum hoc accidit. Or

Jam biennium eſt, cum virtuti nuncium remiſiſti. E.

Biennium præteriit, cum ille aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſit. At.

Vulgus aliter loquitur: dicit enim, Ante duos aut multos annos: aut, Jam biennium eſt, ex quo ego te non vidi.

Cum aliquando ſignificat quod. ut,

Præclarè facis, cum tenes memoria &c. [B. Gy doet wel dat gy het in uw geheugenis hout. G. *Vous faites bien de ne l'effacer de la memoire.* A. You doe wel to remember it.] (de Finibus)

Bene facitis, cum venitis. ad Her.

Tibi gratias ago, cum tantum meæ literæ potuerunt, ut. &c. E.

Gratulator tibi, cum tantum vales apud Dolobellam. E. At.

Mihi gratiſſimum feciſti, cum eum nobis amicum quàm ſervum eſſe maluiſti. E.

Sæpe de L. Craſſo videor audiſſe, cum te togatis omnibus anteferret. de Nat.

CUPIDE.

Cupide aliquid facere, aut agere, Latini dicebant: cum quis cupiditate nimia victus aliquid faciebat, quod æquum non eſſet.

Cupidius aliquid facere. [B. Iets doen met te groten drift of paſſie. G. *Faire quelque choſe avec trop de chaleur.* A. To doe a thing eagerly, or with a great paſſion.]

Hoc ſi tu cupidius factum exiſtimas, Cæſari attribues. de Or.

Cum utriſque ſeparatim locutus eſt, ne cupidè quid agerent. Off.

Quid cupidè à ſenatu, quid temerè fiebat. in An.

CUPIO.

Alicujus cauſa cupere, aut, Alicui cupere, [B. Imant goedgunſtig ſijn, van imands wegen iets wenſen. G. *Favoriſer quelcun: ſouhaiter bonne fortune.* A. To be kinde to one, to wish one wel.] Latini dicebant, cum ſignificare vellent amorem & benevolentiam in aliquem.

Is mihi cauſam tradidit, quem ſua cauſa cupere ac debere intelligebat. pro S. R.

Dolobellæ cauſa & cupio, & debeo. At.

Cupere omnia cauſa alicujus. in Ver.

Vehementer cupere cauſa alicujus. E.

Cujus cauſa omnia tum cupio, tum mehercule etiam debeo. E.

Tibi, cui maxime cupio, ſatiſfaciam. E.

Favio Curioni, Cæſari honeſtiſſime cupio, pro Pompeio emori poſſum. E.

CURA.

Curatio. Notandum hic fuit, vulgus medicorum Curam dicere pro Curatione. nam ſic loquitur, Suſcepit curam hujus, aut alicujus

Perſecit

Perfecit curam, Adhibuit curam talem &c. Cicero id ſic dicere ſolet.

Curationem morbis adhibere. [B. Siecktens geneſen. G. *Guerir des maladies*. A. To cure diſeaſes.]

Medici gravioribus morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere coguntur. Off.

Aeſculapius poteſt præſcribere per ſomnium curationem valetudinis. de D.

De medico tu bene exiſtimari ſcribis: ſed planè curationes ejus non probo. E.

Alia quædam ad eum eſt admovenda curatio. Tuſ.

Sic quoque *Curare corpora.*

Corpora curari poſſunt: animorum nulla eſt medicina. Tuſ.

Violentis medicaminibus ſolere curari. in P.

D.

DE. Hac præpoſitione noſtri homines rarius pro *Ex*, aut genitivo pluralis numeri uſurpant, cum tamen uſitatiſſimum ſic veteribus fuerit. ut,

De Hominibus nulla gens eſt, quæ non habendum ſciat eſſe Deum. [B. Uyt alle de menſen iſſer geen Natie of ſy weet datmen een God moet hebben. G. *Parmy toutes les nations, il n'y en à point qu'il ne ſache qu'il n'y ait un Dieu.* A. There is no nation but acknowledges a God.]

Ex tot generibus nullum eſt animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei: deque ipſis hominibus nulla gens eſt, quæ non habendum ſciat eſſe deum. de Leg.

De Græcis autem facetus Socrates. Off.

Nemo fuit, qui rem ullam de meis bonis attigerit. pro Dom.

Si quis unquam de noſtris hominibus fuit. pro Flac.

Nemo de iis qui peritiſſimi ſunt. de Or.

Magnum quoddam opus: atque haud ſciam, an de humanis operibus longe maximum. de Or.

Unus de illis. pro Mil.

Ego iſtum de ſuperioribus pene ſolum lego. de Cla.

De firmiſſimis alia prima ponet, alia extrema. Or.

De ritibus patriis colantur optimi.

Quidam de collegis noſtris. E.

Nihil ex ſacro, nihil de publico attigi. in V.

Mitte ad nos aliquem de tuis tabellarium. At.

Comitia de minore parte populi facta. contra Rul.

Multa de ſuis ſecum aſportabant. Parad.

Et ſexcenta alia; quæ ipſe obſervare apud Ciceronem poteris.

Eadem elegantia eſt, in his locutionibus, De amicorum conſilio, de alicujus ſententia. [B. Volgens imants raed, volgens imants goedvinden. G. *Selon l'auis, le ſentiment de quelcun.* A. According to ones counſel, or opinion.]

De amicorum ſententia Roſcius Romam confugit. pro S. R.

Facere aliquid de ſententia atque autoritate alicujus. pro Cæl.

Minos leges ſanxit, de Jovis ſententia. Tuſ.

Nihil faciam, niſi de ſententia tua. At.

Capere conſilium de ſententia alicujus. in Ver.

Cæſar non eſt facturus quicquam, niſi de meo conſilio. At.

Facere aliquid de conſilio alicujus. E.

Vix tamen ſibi de mea voluntate conceſſum eſt. At.

Barbari dicunt, Aliquid facere ſecundum conſilium, aut ſententiam, aut voluntatem alicujus.

Unum ſupereſt genus loquendi, quod ab indoctioribus ignoratur, cum De cauſam notet. ut,

Quibus de cauſis [B. Om welke oorſaken. G. *Sur quoy vol, Pourquoy.* A. For what reaſons.]

Excipere quibus de cauſis non liceat. pro Clu.

Pompejus miſit ad me Magium de pace, quæ viſa ſunt reſpondi. At.

Collegia tribunorum tota reperientur quæ coeant de hominum locupletiſſimorum bonis. pro Dom.

Regulus de captivis commutandis Romam miſſus eſt. Off.

Idem quod Propter, aut Ob.

Decanto. [B. Tot walgens toe iets inſtampen. G. *Chanter ſouvent aux oreilles quelque choſe.* A. To repeat a thing ſo often that is becomes loathſom.]

Verbum hoc negligitur à multis, quia propria vis

ius ſignificationis ignoretur. Significat enim, quaſi ex præſcripto, verſus aut alia vulgaria recitare, & ad ſatietatem uſque inculcare.

Græcus doctor, qui alicui pervulgata præcepta decantet. de Or.

Iiſdem de rebus ſemper, quaſi dictata decantare, neque à commentariolis ſuis diſcedere. de Finib.

Etenim hæc decantata erat fabula. [B. Dit was een gemeen ſpreukje. G. *C'etoit une deviſe.* A. This was a common report.] At.

Solus enim multorum annorum memoria, non decantandi augurii, ſed divinandi tenuit diſciplinam de D.

Ita ſemper aut rerum vulgarium eſt: aut in vitio ponitur.

DECEDO.

Præter vulgarem ſignificationem, quæ eſt, de loco recedere: ut de provincia, de via, de poſſeſſione, jure ſententia, ſignificat quoque mori, ſive adjungas De, aut Ex vita ſive omittas.

Pater nobis deceſſit ad viij. Calen. Decemb. [B Onſe Vader is geſtorven den 23. *November.* G *Notre pere mourut le 23. Novembre.* A. Our father departed this life the 23. of November] At.

Puer feſtivus noſter deceſſit. At.

Qui jam deceſſerunt, omnique odio carent. in Sal.

Cum adjunctione. *Qui jam de vita deceſſerunt.* pro Rab.

Vetat Pythagoras injuſſu dei de præſidio & ſtatione vitæ decedere. de Sen.

DECERNO.

Non ſolum hoc Senatorum ſententiis, aut privatorum tribuitur quibus aliquid ſtatuebant: ſed & contentionibus & pugnis, quibus res aliqua periclitabatur ut,

Omnia facere omnis debet, ne jus decernatur. At.

Certamen quod ferro decernitur. de Or.

Sed utinam meo ſolum capite decernerem. At.

Pendeo animi expectatione Confinienſi, in qua de ſalute reipub. decernitur At. *Uno judicio de fortunis omnibus decernitur.* pro Quint.

DECERTO.

Neque hoc verbum vulgare eſt: quo pene nihil uſitatius eſt Ciceroni. idem ſignificat quod Certo. ut,

Duo ſunt genera decertandi: unum per diſceptationem, alterum per vim. Off. [B. Daer ſijn twee ſoorten van ſtrijden, de eene door woorden, de andere door gewelt. G. *Il y a deux ſortes de querelles l'une ſe fait par parolles, & l'autre par force:* A. There are two ſorts of Contentions or ſtrivings one with words, and the other with force

Cum multis conſularibus tanta contétione decertavi, quanta nunquam antea. Ep.

Dem. & Aeſchines inter ſe decertare ſoliti ſunt. de Fin.

DECIDO.

pro. Tranſigo cum aliquo, forenſe vocabulum rebus contrahendis tributum: ignotum nunc plurimis.

Clodius cum propinquis ſuis decidit. [B. Clodius heeft met ſijn naeſt beſtaende een contract gemaekt. G. *Clodius a conclu, arreté, avec ſes alliez prochains.* A. Clodius had made an agreement with his neereſt relations.] *ne reos faceret.* de Ar.

Decidis ſtatuiſque tu quid ad denarium ſolveretur. pro Quint.

Qui cum reo tranſigat, poſt cum accuſatore decidat. in Ver.

Per te C. Aquili decidit P. Quintius, quod liberis Scapulæ diſſolveret. pro Quint.

Qui medimnis DCC. decidere noluit. in Verr.

Decidere de omnibus rebus rationibuſque ſocietatis. pro Quint.

Tuam partem dimidiam magno decidiſti pro S. R.

Deciſio in eadẽ ſententia, ut facere deciſionem. Vulgo, Convenire de ſumma aliqua: aut, tantum dare: aut, Tranſigo tantum dicunt, quod quoque in hac ſignificatione uſurpatur.

DEDICO.

Ignotum hoc in vulgus eſt, ſignificat enim, Deo alicui aliquid conſecrare. Marcellus duo ſe templa dedicaturum Romæ vovebat. [B. Marcellus had belooft dat hy twee Kerken aen God toe ſoude wyen. G. *Marcellus avoit promis de Conſacrer deux temples aux Dieux.* A. Marcellus promiſed to dedicate two temples to God.] *in Ver.*

Simulacrum Iovi dedicare. in V.

Delubrum Homero dedicare pro Arch.

Simulacrum, aut aram dedicare. pro Dom.

Conſecrare & dedicare publice aliquem deum. de N.

Ædes Caſtori & polluci in foro dedicata. pro D.

Domum conſecrare, monumentum facere, in ædibus alicujus ſignum dedicare. pro Dom.

Dedita opera aliquid facere, non tam vulgare, quàm libenter aliquid facere: quod linguæ patriæ ſimile eſt. *Dedita opera.* [B. Met ſtu die, met opſet. G. *à deſſein premedité.* A. Purpoſely, for the nonce.]

Ut igitur hæc ſcirem, dedita opera has ad te literas miſi. At.

Opera dedita facere aliquid. de Or.

DEDUCO.

Varia ſignificantur hoc verbo vulgo ignota, ut res eò deducta eſt &c. pro, In eum ſtatum pervenit: ut imperiti loquuntur, aut, Ad Hoc res jam venit. *Rem huc deduxi.* [B. Ik heb de ſaak ſoo ver tot hier toe gebragt. G. *J'ay reduit l'affaire à cet etat.* A. I have brought the thing to that paſs.]

Rem huc deduxi ut palam pugnare poſſetis. in C.

Quem in locum res deducta ſit vides. E.

Eum in locum res deducta eſt, ut. E.

Certamen deducere ad extremum. E [B. De ſtriid ten eynde brengen. G. *Pouſſer la queſtion à bout.* A. To bring the ſtrife to an end.]

Accommodatur quoque ad ſententias, & animos hominum, quos verbis flectimus. ut.

Odoror quam ſagaciſſime poſſum quo judices deduci oratione facillime poſſe videantur. de Or.

Ut is qui audit, ad fletum, miſericordiamque deducatur (*de Or.*)[B. Dat die gene die hoort tot ſchreyen ende barmhartigheyd bewogen worde. G. *Que celuy qui l'entend, en pleure, & en à compaſſion.* A. That he who heeres mag be moved to teares and compaſſion.]

Illud quod eo, quo intendas, ferat, deducatque, cognoſcendum eſt. de Or.

Eloquentia deducimus perterritos à timore, & conſolamur afflictos. de N.

Voluntatem impellere quo velis: unde autem velis deducere. de Or.

Quem nulla conditio pecuniæ ab ſumma integritate continentiaque deduxerit (*Qu. Fr.*)[B. Den welken noyt eenig voorſlag van geld heeft konnen aftrekken van de grootſte opregtigheyd, en ingetogenheyd of kuiſheyd. G. *Que nulle preſentation d'argent ne l'a jamais peut aetourner, de la frugalite, abſtinence.* A. Whome no temptations of money could ſeduce from uprightneſs and temperance.]

De pravitate animi deducere aliquem. Qu. de Pet.

Quod inſtituit referre de religione, ab eo deduci non poteſt, Ep.

Neque legis improbiſſimæ pœna deductus eſt, quo minus &c. E.

De ſententia deduci aliquem At.

De fide deducere aliquem. in Ver.

De animi lenitate deducere. in C.

Eodem modo à mente conſilioque deduci aliquem. in Ver. *pro,* Amentem, aut Dementem fieri.

Deducere Ratiocinatorum quoque vocabulum eſt: quod tam uſitatum non eſt noſtris, quàm, Detrahere de ſumma. *Addendo & deducendo.* [B. Met optrekken en aftrekken. G. *En adjoutant, & en rabattant.* A. By adding and deducting.]

Ut boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus & addendo, deducendoque videre, quid reliqui ſumma fiat. Offic.

Partitionis caput ſcriptum caute, ut centum nummi deducerentur. de Leg.

Si in teſtamento deducta, ſcripta non eſſent. de Leg.

Hinc Deductio. *ut, Certis nominibus deductiones fieri ſolebant.* in Ver.

Defero Honores, voluntates, officia, hoc vocabulo aliis offerebantur: quod Barbari nunc *Præſentare* dicunt. ut, *Ego præſentavi illi meum officium.* Sic vero Latini: *Omnia tibi, vel ad te, defero.* [B. Ik preſenteer u alles, het is alles tot uwen dienſt. G. *Je vous laiſſe la direction de tout.* A. I præſent it all to you, it is all at your ſervise.]

Quicquid poſſum, ad hanc rem conficiendam, tibi polliceor & defero. pro Pom.

Omnem ei ſuam autoritatem gratiam, copias, opes, ad hoc negotium conficiendum detulit. pro Flac.

Ultro mihi cæſar omnia detulit. Ep.

Hanc

Hanc meam voluntatem ad matrem tuam detuli. E.

Eique nec opinanti voluntatem tuam per literas detuli E.

Universum ſtudium meum & benevolentiam ad te defero. E.

Honores alicui deferre. contra Rul.

Tribuere idem etiam ſignificat.

Primas deferre alicui ſc. partes. [B. Yemand de voorrang geven, yemand de voornaamſte rekenen. G. *donner la deference à quelcun.* A. To give one the right hand or better place.]

Ad quem tum Epicurei primas ex noſtris hominibus deferebant. de N.

Deferre palmam alicujus rei cuipiam. *de Ora.* [B. Iemand de grootſte lof van een ſaak toeſchrijven. G. *Attribuer l'honneur à quelcun de quelque choſe.* A. To confer the greateſt praiſe uppon one in a buſineſs.]

Deferre præmium dignitatis alicui. pro Fla.

Atque iſtam partem vitæ conſuetudiniſque noſtræ totam ad te defero, E.

Proponere aliquid & indicare ſæpe ſignificat, ut

Omnia ad te defero. [B. Ik ſtel alles aan u. G. *Je vous en donne toute direction.* A. I refer it all to you.]

Aliquid ad populum, aut ad aliquem deferre. Off pro Dom. At. de D.

Te eſſe ſolicitum, multi ad nos deferunt. E. [B. Vele hebben ons geſegt, dat gy bekommert waart. G. *Pluſieurs nous ont raporté que vous etiez en peine.* A. It was told us by many that you were troubled.]

In his obſervandum, non ſolum in vitio poni, Deferre: ſed in laude etiam. Uſurpatur itidem pro Accuſare, ſed trita hæc ſunt.

DEFICIO.

Vis hujus verbi ſatis nota, ſed uſus minimè. Hinc fit, ut imperiti dicant, Deficit mihi aliquid, quomodo Cicero nunquam eſt locutus, ſemper accuſativus conſequitur, nunquam dativus, ut,

Ea me ſolatia deficiunt. Ep. [B. Die vertrooſtingen ontbreeken of begeven mijn. G. *La conſolation me manque*: A. Thoſe comforts fail me.]

Leontina civitas me defecit. in Ver. [B. Heeft my verlaten, is van my afgevallen. G. *Le ſoulagement eſt detourné de moy.* A. Has deſerted me, revolted from me.]

Si eum in cauſa deficerent omnia. pro Font.

Res me ipſa deficit. Q. Fr.

Jam me vires deficere cœperunt. de Or.

Vox me citius defecerit, quam nomina. in Verr.

Jam me dies deficit. in V.

Tempus hercle te citius, quàm oratio deficeret. pro S. R.

Dolorem aliquem non deficere. in Ver.

DEFINIO.

Vulgus neſcit hoc verbum jungi cum ablativo, idemque valere quod Metior, Eſtimo. *Definivit imperium terminis orbis.* [B. Hy heeft ſijn gebied geeyndigt en bepaalt met het eynde van de wereld. G. *Il a finy & limité ſon empire avec la fin du monde.* A. He has bounded his empire with the end of the world.]

Hic tu modum vitæ tuæ non ſalute reipub. ſed æquitate animi definies. pro Mar.

Loca quæ regionibus orbem terrarum, rebus illius geſtis imperium populi Rom. definiunt. pro Cor.

Res hæ, quas geſſimus, orbis terræ regionibus definiuntur. pro Arch.

Neque æquum eſt tempore & die memoriam beneficii definire. poſtquam.

DEFLAGRO. [B. Afbranden. G. *Bruler: reduire en poudre.* A. Burned.]

Nullis hoc verbum uſitatum eſt, niſi qui in optimis autoribus ſunt verſati, alii pro eo utuntur. *Incendi, Exuri, Comburi.*

Dianæ Epheſiæ templum deflagravit. *de N.* [B. De kerk van Diana van Epheſen is verbrand. G. *Le temple de Diane d'Epheſe eſt reduit en cendres.* A. The temple of Diana of Epheſius is burned.]

Curia Saliorum deflagravit. de D.

Illæ faces, quibus incenſa L. Bellieni domus deflagravit. in Ant.

Phaëton ictu fulminis deflagravit. Off.

Ædes nympharum manu tua deflagraverunt. Par

DEFORMO.

Deformatus, venuſtate qua in forma eſt privari.

Conſpurcare potius dicunt rudes ſed apud Ciceronem hoc non eſt.

Ejus concio, in qua Pompeium ornat, an potius deformat? de Ar. [B. Sijn rede, in welke hy Pompejus verheerlijkt of liever leelijk afſchildert. G. *Son harangue où il exalte Pompee, ou plutot il le blame aigrement.* A. His ſpeech wherein he praiſes or rather diſgraces Pompei.]

Aliquis deformatus, atque ornamentis omnibus ſpoliatus. pro Quint.

Sic ego hunc omnibus à me pictum & politum artis coloribus ſubitò deformatum vidi. At.

Mortuus, deformatus, tumore præditus, corpore decoloratus. ad Her.

Si hominem deterrimum poëta aliquis fictis conquiſitiſque vitiis deformatum vellet inducere. de Ar.

Ludi deformati, inquinati, perverſi, conturbati. de Ar.

Deformata civitas. de Or.

Parietes nudos deformatoſque reliquit. in V.

DEFUGIO.

pro Fugio, non ita nobis uſitatum ut Ciceroni. ut, Diſputationem, munus, injurias fortunæ, & ejus generis alia: quorum exempla apud eum quæras.

DEFUNGOR.

Pro liberor, Explicor, in uſu non eſt.

Defuncti periculis. [B. Verloſt van't gevaar. G. *Etre hors de danger: Peril riſque.* A. Freed from danger.

Num ii, qui anteà metuebant, redirent, & jam defunctos ſeſe periculis arbitrarentur. pro S. R.

Defungi periculis, pro Explicari.

Ut hoc mendacio, ſi qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur optavi. Ep.

DEGO.

Vitam, ætatem: neque vulgari linguæ ſimile, neque uſu nunc tritum.

Quod reliquum eſt vitæ, in otio Rhodi degam. *Ep.* [B. Het geen van mijn leven overig is ſal ik te Rhodus in ſtilte en eenſaamheyd doorbrenge. G. *Je paſſeray le reſte de mes jours à Rhodes en repos, & ſolitude.* A. I wil ſpend the remainder of my lif at Rhodus in peace and quietneſs.]

Cum Lentulo & Catilina fœdiſſimam & miſerrimam vitam degere. pro Syl.

Degere vitam cum virtute. de Fin.

Degere vitam in egeſtate. pro S. R.

Ad vitam degendam præparare res neceſſarias. Off.

Degere omnem ætatem in tranquillitate. de Fin.

Amicitia nullam ætatis degendæ rationem patitur eſſe expertem ſui. de Am.

Degere ætatem inter feras. pro S. R.

Id ſibi quiſque genus ætatis degendæ conſtituit, quod maximè adamavit. Off.

Et omne tempus ætatis ſine moleſtia poſſit degere. Off.

DEGUSTO.

pro Guſto, Experior, vulgo ignotum: ut, Deguſtare aliquid: ut, de fabulis aliquid, Ex aliqua re aliquid, Hominem aliquem.

Deguſtabis genus hoc exercitationum mearum, *quibus uti conſuevi.* Parad. [B. Gy ſult een proef kunnen nemen, van die ſoort van oeffeningen. G. *Vous pourez faire un tentatif ſur cette ſorte d'exercice.* A. You ſhall take a triall of this kind of exerciſe.]

Tu, velim, Fabium odorere, & iſtum convivam tuum deguſtes. At.

DEIICIO.

Cum honoribus, & iis quæ ſperaſſemus, tribuitur: vulgare non eſt. ut,

Pollicitus eſt, quantum vellent pecuniæ, ſi me ædilitate dejeciſſent. I. V.

Quintus Tubero prætura dejectus eſt. *(pro Mur.)* [B. Q. Tubero, is van ſijn Opper Richters-ampt berooft. G. *Q. Tubero eſt depoſſedé de ſa judicature: vel de ſon tribunal.* A. Quintus Tubero is degraded of his prætorſhip.]

Dejici de urbis præſidio, & de cuſtodia civitatis deturbari. pro Mur.

Si metum hunc Siciliæ dejecero. *(in Ver.)* [B. Indien ik die vrees van Sicilien ſal verdreven hebbe. G. *Si je me ſuis raſſuré de la peur de Sicile.* A. If I drive away this feare out of Cicily.]

Nec verò uſquàm diſcedebam, nec à repub. dejiciebam oculos. I. A.

Oculos à repub. dejicere. [B. Sijn oogen of zijn nen van de regeering aftrekken. G. *Detourner les yeux de la regence.* A. To with draw his mind and though from ruling.]

Tumultuantem de gradu dejici. Off.

Mihi videtur τεχνίτης ille dejectus de gradu. At

Nos ſæpe adverſarios noſtros de ſtatu omni dejecimus. Or. [B. Wy hebben onſe partyen dikwils de voet gelicht. G. *Nous avons ſouvent ſurmonté nos adverſaires.* A. We have of ten times caſt ont our adverarys.]

Videsne quantum de doloris terrore dejeceris! Tuſ

Hac ſe commemoratione civitatis omnia verbera depulſurum, cruciatumque à corpore dejecturum arbitrabatur. I. V.

Cum Senatum à gubernaculis dejeciſſes? pro Dom.

DE INTEGRO.

Si hoc uſitatum eſſet noſtris, non dicerent, A principio, A novo.

Eas leges de integro ferri placet. *At. in A.* [B. Wy vinden het goed dat die wetten op nieu ſullen voorgeſteld worden. G. *Nous jugeons a propoque ces loix ſoyent renouvellées.* A. We think it fit that theſe laws should'be renewed.]

Illud verò vel optimè, quòd ita multa mutari volunt, ut mihi de integro ſcribendi cauſa non ſit. At.

DELABOR. [B. Neervallen, afloopen, vervallen, overgaan. G. *Tomber, deſcendre, ruiner, perir.* A. To fall down, to run of, to decay, to goe over.]

Non tam hoc notum eſt, quàm *cado*, aut *Decido.* ut,

Ex utraque parte tecti aqua delabitur. de Or.

E *cælo divinum hominem eſſe in provinciam lapſum,* Qu. Fr.

De manibus audaciſſimorum civium delapſa arma ipſa ceciderunt. Off.

Jam enim à ſapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio noſtra delabitur. [B. Wy ſtappen nu over om te ſpreken van gemeene vrientſchappen. G. *Nous ceſſons à preſent de parler de familiarité.* A. Now we paſs over to ſpeak of common friendſhips.]

A maledictis pudicitiæ ad conjurationis invidiam oratio eſt noſtra delapſa. pro Cæl.

A majoribus ad minora delabi. Part.

Nam ipſe quotidie mihi delabi ad æquitatem, & ad rerum naturam videtur. Ep.

Delabi ad æquitatem [B. Overgaan kome tot redelijkheyd. G. *Venir à la raiſons, à l'equité.* A. To harken. To equity.]

Cum tu provectus ſubito, atque delapſus in flumen, nuſquam apparuiſſes. de D.

Delabi in morbum. At.

Delabi in aliquod vitium. de Or.

Dum autem verbis utitur ſuis, delabitur in eas difficultates, ut neceſſitatem fati confirmet invitus. Fat.

Omnia, quæ dilapſa jam fluxerunt, ſeveris legibus vincienda ſunt. pro Mar.

Habenda eſt ratio rei familiaris: quam dilabi ſinere, flagitioſum eſt. Off.

Rem familiarem dilabi ſinit. [B. Hy laat ſijn goed verloopen, vergaan. G. *Il laiſe aller en ruine ſon bien.* A. He is care leſs of his eſtate.]

Delabitur interdum, ut dicat opinaturum. Aca.

DELIBERO.

Mihi deliberatum eſt, pro conſtitutum, ignotū in vulgus, dicunt enim potius, *Ego concluſi mecum:* quod barbarum eſt.

Mihi deliberatum & conſtitutum eſt [B. Ik heb vaſtelijk voorgenomen, beſlooten. G. *J'ay abſolument propoſé* A. I am abſolutely determined or reſolved.] *Ita gerere conſuldrum.* contra Rul.

Certum eſt deliberatumque dicere. pro S. R.

Si jam tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem jurisiurandi, reſponde pro Q. R.

Sic habuiſti ſtatutum cum animo ac deliberatum. omnes qui habitarent, &c. I. V.

Iſte certe ſtatuerat, & delibraverat non adeſſe. in V.

DELICIÆ.

Vocabant veteres eos aut ea, quibus valde oblectabantur. Cum hominibus tribuitur, pro his dicit vulgus, *Amicus*, aut *Amica:* aut *Charus*, aut *Chara*.

Pyliæ ſalutem dices & Atticæ, deliciis & amori-

amoribus meis. [B. Mijn lieve en goede vrienden. G. *Mes chers & bons amis.* A. My louing and good friends.]

Simia quam rex Moloſſorum in deliciis habebat. de D.

Sed redeo ad amores deliciaſque noſtras. in Ant.

Scito C. Sempronium, mel ac delicias tuas calumniam maximo plauſu tuliſſe. Ep.

Deliciæ tuæ Æſopus. Ep.

Quæ civitas tibi in amore atque in deliciis fuit. in V.

Illi quibus eras in deliciis, vix riſum tenebant. in Vat.

Publicanos habeo in deliciis. [B. Ik houde veel van s' Lands Pachters. G. *J'ayme les fermiers.* A. I eſteem much the farmers of the taxes.] At.

DELITESCO. [B. Ik verſchuile, verberge my. G. *Je me cache.* A. I lie hid, or I lurk.]

Neglecto hoc verbo, rudes linguæ latinæ dicunt, *Se abſcondere, Se abſcondiſſe*, aut, *in angulo latere.* ut,

Ut eo mitteret amicos qui deliteſcerent: deinde repentè proſilirent. pro Cæl.

Servi in balneis delituerunt.

Stella cum deliteſcens, tum rurſum ſe aperiens. de N.

Beſtiæ in cubilibus deliteſcunt.

Æquitatis judicium cum erit, cave in iſta frigida calumnia deliteſcas. pro Cecin.

In frigida calumniâ deliteſcere. [B. Sich behelpen met een kaal pretext. G. *S'aſſiſter de faux pretexte.* A. To help ones ſelf with ſlight prætexes.]

Sic Arceſilas, qui conſtitutam philoſophiam everteret, & in eorum autoritate deliteſceret, &c. Ac.

DEMIGRO. [B. Verhuyſen. G. *Deloger.* A. To remove from one place to another.]

Neque propria, neq; tranſlata ſignificatio nunc in uſu eſt: ſic igitur reſtituatur.

Demigrandum eſt potius aliquo, quàm habitandum in hac urbe pro Dom.

Demigraturi noſtri homines in illa loca ſunt, propter ægrotum aliquem. contra Rul.

A quo repudiatus, ad ſodalem tuum M. Marcellum demigraſti. I. C.

Quos tu demigrare, & aras & focos relinquere coegiſti. I. P.

Mentes, quæ ex hominum vita ad deorum religionem ſanctimoniamque demigrant. [B. Geeſten, die van't menſchelijke leven ſich begeven tot de heilige dienſt der Goden. G. *Los eſprits qui de vie humaine s'addonnent ou ſervice divin des Dieux.* A. Spirits who betake themſelves from human life to the divine ſervice of the Gods.] pro R.

Multa mihi dat ſolatia, nec tamen ego de meo demigro. At.

DEMISSUS.

Et *demiſſe*, imperitis in ore non eſt, ſed *Humiliatus*, quod aliud ſignificat: aut *humiliter:* quod non tam uſitatum eſt, crebrius uſurpare ſolent.

Videſne tu illum triſtem & demiſſum? jacet, diffidit, &c. pro Mur.

P. Sylla mœrens demiſſus afflictus. pro Syl.

Ut ille tum humilis, ut demiſſus erat. [B. Hoe demoedig en verſlagen was hy! G. *Comme il etoit humble, & abbatu.* A. How humble and ſubmiſſive he was.] At.

Invenies eum apud ſororem tuam, occultantem ſe capite demiſſo. pro Dom.

Capite demittere. [B. *'t Hoofd laten hangen.* G. *Perdre courage.* A. To hang down ones head.]

Erigebat animum demiſſum, oppreſſum Oppianicus. pro Cluen.

Animus humilis atque demiſſus. pro Font.

At. C. Fabricius à ſubſelliis demiſſo capite diſceſſerat. pro Cluen.

Suppliciter ac demiſſe agere gratias alicui. Attic.

Demiſſe & humiliter loqui. Tuſ.

Utrum me non reſpondere, an demiſſe reſpondere decuit? pro Dom.

Me tueor ut oppreſſis omnibus non demiſſe: ut tantis rebus geſtis parum fortiter. At.

DEMITTO.

In ea ſignificatione qua Demiſſus, ignotum multis eſt. ut,

Si

Si vincunt, efferunt ſe lætitia: victi debilitantur animoſque demittunt. de Fin.

Te rogo, ne contrahas, aut demittas animum. Q. Fra. Demittere animum [B. De moet laten ſacken. G *Perdre courage* A. to be diſcouraged.]

In mediocri figura verſabimur, ſi hæc ut ante dixi, aliquantulum demiſerimus. ad He.

Illa uſque ad talos demiſſa purpura. [B. Een purpere kleed tot de encklaeuwen toe neer-hangende. G. *La pourpre pendant juſques aux talons.* A. Purple robs hanging down to the ankles.] pro Clu.

Cum in eum caſum me fortuna demiſiſſet. *Ep* [B. Als ik in dat ongemak gekomen was. A. *Quand j'etois tombé dans ce malheur.* A. When I fel in to that misfortune.]

DEMORTUUS.

Idem quod *Mortuus*, tritum non eſt, *ut*, [B. Geſtorven. G. *Mort.* A. Dead.

Sanxerunt ne quis emeret mancipium, niſi in demortui locum in Ver.

Altera lex jubet augurem in demortui locum qui petat nominare. ad Her.

Alii enim ſunt aliàs noſtrique familiares ferè demortui. Ar.

Cum eſſet ex veterum numero quidam Senator demortuus. I. V.

DENEGO.

Pauci utantur eodem modo quo *Nego*, cum idem valeat, exempla aliunde petantur.

DENUNTIO.

Omnino hoc verbum in tenebris jacet, quare in lucem eſt proferendum. Varia enim veteres eo ſignificabant, Primum *nunciare aliquid.* [B. Boodſch appen, aanſeggen. G. *Annoncer.* A. To tel a meſſage.]

1. *Expectanti mihi tuas quotidie, Lupus noſter ſubito denunciavit ut ad te ſcriberem.* Ep.

Ego autem nunquam, cum mihi denunciatum eſſet à tuis ire aliquem, non dedi. Ep.

Siculis denunciatum eſſe audio, domum ad illum ut venirent. in V.

2. Deinde *Teſtor*, aut, ut nunc vulgus loquitur *Proteſtor* ſignificat. *ut* [B. Ik betuyge ernſtig, of openbaerlijk. G. *j'Atteſte publiquement.* A. I beare witneſs of it earneſtly, or publickley.]

Alphenus denunciat ſe procuratorem eſſe. pro Quint.

At ille denunciat fundum illum ſuum eſſe. pro Cecin.

Cur Ebuti de iſto potius fundo, quam de alio Cæſenniæ denunciabas. pro Cec.

Quamobrem illa arma non periculum nobis, ſed præſidium denunciant. pro Mil.

Teſtificor, denuncio ante, prædico, nihil eum facturum. in A.

3. Tertio, Bellum aut contentiones nunciare & indicare. *ut*,

Quod Senatus non ad pacem deprecandam, ſed ad bellum denunciandum miſerat. Ep.

Denunciare novas inimicitias alicui. pro Flac.

Catilina Sulpitio vim denunciabat. pro Mur.

Denunciare judicium alicui. pro Seſt.

Quid erat aliud, niſi denunciare populo Ro. ſervitutem. in A.

Mortem ab illo denunciatam palam Miloni & prædicatam. pro Mil.

Judici denunciare, & in judicium. pro S. R.

DEPACISCOR.

Conditionibus certis tranſigo cum aliquo, neglectum à multis, ita revocetur.

Honeſte depaciſci cum aliquo. [B. Een eerlijk contract met yemand maken. G. *Accorder à l'amiable avec quelcun* A. To make an honeſt agreement with any one.]

In quo non extimeſco periculum. cum enim tot impendeant, cur non honeſtiſſime depaciſci velim? At

Cum illo partem ſuam depaciſci. pro S. R.

Ipſe tria prædia ſibi depactus eſt. [B. Hy heeft drie erven voor ſig bedongen. G. *Il s'eſt reſervé trois metairies.* A. He hath bargained for three farmes.] *ibidem.*

Neque ante dimiſſus, quam ad conditiones ejus depactus eſt. in V.

Depaciſci cum aliquo, ut aliquid fiat. de In.

DEPASCO.

Id eſt, *Paſcendo conſumo.* Ignari hujus verbi, aut muti ſunt, cum res ipſa ſit verbis exprimenda; aut dicunt, *Pecudes eſſe in agris quæ edunt*

edunt gramen, aut triticum, aut ſimile. Etiam *attondere* dicunt quidam, qui politius loqui volunt.

Agrum depaſcere. [B. 't Land afeeten. G. *Manger l'herbe, des prairies.* A. To eat up the graſs.]

Qui a pecore ejus depaſci agros publicos dicebant de Or.

In ſumma ubertate ineſt luxuries, quæ ſtilo depaſcenda eſt. de Orat.

Luxuriem orationis Stylo depaſcere. [B. de weeldrigheid der reden beſnoeyen door veel ſchrijven. G. *Corriger l'eloquence des diſcours ſuperflus par ecrit.* A. To ſhorten the ſuperfluity of the ſpeech with eloquence.]

Depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus. de Leg.

DEPENDO.

Idem quod *Pendo*: ſed non ita uſitatum & notum noſtris hominibus: hoc igitur modo conſuetudine teratur.

Mihi abjurare certius eſt, quàm dependere. Attic.

Puto, ſi quid in homine pudoris eſt, præſtaturum eum, ne ſero quodammodo dependatur. At.

Dependendum tibi eſt, [B. Gy moet betalen. G. *Il te faut payer.* A. you muſt pay.] *quod mihi pro illo ſpopondiſti.* Ep.

Omnes reipub. pœnas præſenti morte dependerunt. pro S.

Latorem legis Semproniæ pœnas reipub. dependiſſe. in C.

Sic *Deperdo*, pro *perdo*. notum non eſt, ejus exempla ex Lexicis petas.

DEPLORO.

Significatio nota, ſed uſus obſcurior eſt. Nam non ſolum cum accuſativo, ſed cum De præpoſitione quoque conjungitur. *ut*,

Deplorare injurias, *vel* de injuriis. [B. Over ongelijk klagen. G. *Se plaindre du tort.* A. To complaine of Injuries.]

De injuriis deplorare ac conqueri. in Ver.

Quæ de altero deplorentur, ad ſuas res revocare. de Or.

Neceſſario mihi de iiſdem rebus eſſe arbitror, ſi non ſubtilius diſputandum: at certe dolentius deplorandum. pro Seſt.

DEPONO.

1. Ad inanima transfert crebro Cicero, noſtri rarius. Barbari pro hoc dicunt: Ponere aliquid ex corde ſuo, Amovere aliquid ex animo ſuo, Non amplius recordari.

Obliviſcor injurias, depono memoriam doloris. [B. Ik ſet de ſpijt uit mijn gedachten: Ik treck het my niet meer ter herten. G. *Je mets l'ennuy en oubly, je ne m'en ſoucie plus.* A. I caſt all injuries out of my minde, i'le take it no more to hart.] pro Cæl.

Deponere timorem. Ep.

Animus mollis & ad accipiendam & deponendam offenſionem. At.

Deponere ſimultatem. [B. De vyantſchap vergeeten, afleggen. G. *Se deporter de l'inimitie.* A. To lay aſide all emmity, to forget all hatred.] Ep.

Deponere inimicitias veteres. pro Cluen.

Deponere amicitias. de Am.

Deponere errorem. in A.

Sin aliter, cum opinionem hoc ipſo in loco depoſitam & abjectam relinquatis. contra Rul.

Tu modo ineptias iſtas & deſideria urbis depone. Ep.

Si audierit te ædificationem depoſuiſſe. Epiſt.

Ædificationem deponere. [B. Uyt de timmeragie ſcheyden. G. *Arreter le batiment.* A. To leave off building.]

Opprimi me onere officii malo, quam id quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere. pro S. R.

2. Aliis rebus quoque tribuitur, quas ponimus, *ut*,

Provinciam, exercitum, vel imperium deponere. [B. 't Ampt van Gouverneur, of Velt-Overſte ter nee leggen. G. *Se defaire du Gouvernement.* A. To lay down the office of a Governour or Generall.]

Poſſumus petitoris perſonam capere, accuſatoris deponere. pro Q.

Deponere alienum nomen ipſe maluit, quàm ſuum illis reddere. in S.

Ut primum in concione provinciam depoſui ſtatim &c. Ep. Pro-

Provinciam remitto, exercitum depono. in An.

Deponere imperium. Off.

Depoſitis armis, de re pecuniaria diſceptare. pro Qu.

Sed quid ego hæc, quæ cupio deponere, & toto animo philoſophari. At.

Deponere aliquid de manibus. At.

Dicitur quoque de pecunia, aut re alia, quam alicujus fidei committimus: unde *Depoſitum.*

Tribunitii candidati HS CCCC. apud M. Catonem depoſuerunt Qu. Fr.

Rationes mei Quæſtoris Apameæ deponere cogitabimus. Ep.

Habere aliquid depoſitum apud aliquem. in V.

Apud me item puto depoſitum. At.

Deponere pecuniam apud aliquem. [B. Sijn geld aen iemand te bewaren geven. G. *Donner ſon argent a garder a quelcun.* A. To give an other his money to keep.]

DEPOSITUM. [B. Toevertrouwt goed. G. *Le bien confié.* A. Goods given in truſt to an other.

Ut non reddere depoſitum, etiam ne furioſo promiſſum facere. Off.

Qui propter avaritiam clam depoſitum non reddit, quod eſt injuſtitiæ. Tul.

DE PORTO.

Neque proprie, *neque tranſlate utimur nunc* hoc verbo, pro Conferre: Fere. Me Leucadé deporto. [B. Ik begeef my na Leucas. G. *Se retirer en Leucades.* A. I betake my ſelf to Leucas.

Mihi placebat, ſi firmior eſſes, ut te Leucadem deportares &c Ep.

Non te literas ex Sicilia in Verrem deportare velle arbitrantur. in V.

Tertia illa tua, quam tecum deportabas. in Ver.

Mittam qui pantheras alant, & eas deportent. E.

Deportare feras [B. Wilde dieren over ſcheẽ, mede brengen. G. *Trans porter des betes ſauvages* A. To ship away the wild beagts, to bring them with me]

Pompejus bellum in Africa confecit, victorem exercitum deportavit. pro Pom

Hoc ſimulacrum quidam homo nobilis ad ornatum ædilitatis ſuæ deportavit. pro Dom

Nihil ex iſta provincia potes, quod jucundius ſit deportare. Ep.

Deportare triumphū ex provincia vel: victorem exercitum deportare. [B. Met de victorie, of zegenpralend Leger t'huys komen. G. *Ramener L'armee victorieuſe.* A. To return home with victory or with a victorious army.]

Aliquod aut in Aſia ſuſceptum, aut ex Aſia deportatum flagitium ac dedecus. pro Mur.

Teque non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem. de Sen.

Deportare Athenis humanitatem: [B. Wel geſtudeert, en wel gemaniert van de Academie t'huys komen. G. *Revenir au logis bien ſavant & bien civiliſé de L'Academie:* A. To returne home from the univerſity learned and wel bred.]

DEPOSCO. [B. Ick eyſche iet ſterk, driftig. G. *Demander avec empreſſement:* A. I Deſire much or earneſtly.]

Vehementer poſco. vulgare non eſt, facilis tamen ejus cognitio. ut.

Depoſcere aliquam rem. pro Flac. in Acad.

Aut depoſcere aliquid ad aliquid. in Ver.

Sibi aliquid. de In.

Qui ſibi has urbanas inſidias cædis atque incendiorum depopoſcerat. in V.

Sed hanc mihi diſceptationem pro paterna neceſſitudine & conjunctione depoſco in A.

DEPRECOR,

Pro Valde precor, uſitatum ſatis. [B. Ernſtig bidden, verſoeken. G. *Prier. ſupplier inſtamment;* A. To beseech to pray earneſtly]

Deprecari ne aliquid fiat. de Fin.

Aut aliquid ab aliquo. in Ver.

Aliquid deprecari, pro *precibus urgere & petere.* Ep.

Sed *Deprecari pro altero*, non tam vulgare nunc eſt, quàm *Intercedere pro aliquo:* quod in hoc ſenſu apud Ciceronem non invenitur neque *Interceſſor:* neque *Interceſſio:* ſed *Deprecator*, & *Deprecatio.* quod exemplis, ut clarius fiat, docebimus.

Pro uno filio duo patres deprecantur. pro Plan. [B. Wy twee Vaders ſpreeken ten beſte voor

eene Soon. G. *Nous deux peres prions pour un fils juſtament.* A. We two fathers beg earneſtly for one ſo.]

Mater & ſoror deprecatur pro pueris. Atti.

Omnia ſemper pro amicorum periculis, nihil unquam pro meipſo deprecatus ſum. de Or.

Pro reditu. P. Popilii multi cognati & affines deprecati ſunt. Poſtquam.

Deprecari aliquem pro aliquo. Poſtquam.

Multorum, hic vitam a L. Sulla deprecatus eſt. [B. Hy heeft met bidden 't leven van veele vā Sulla verkregen. G. *Il a rachété de Sylla la vie de pluſieurs par prieres.* A. He has obtained by much intreaty of Sylla the lives of many]

DEPRECATOR, [B. Voorſpraak, voorbidder, middelaer. G. *Intercesſeur: mediateur: ſuppliant.* A. An interceſſor, mediator, one that pleads for an other.]

Filium miſit non ſolum ſui deprecatorem, ſed etiam accuſatorem mei. At.

Cretenſes ad Pompeium legatos deprecatoreſque miſerunt. pro Pom.

Sperabam judices honoris potius L. Flacci me auditorem futurum, quàm miſeriarum deprecatorem. pro Flac.

Deprecator fortunarum alicujus. pro Plan.

Deprecator ſalutis meæ. pro Seſt.

Poſt temeritatem noſtri Dolobellæ, deprecatorem me pro illius periculo præbeo. Ep.

3. Significat præterea *Deprecor* Precando effugio aut vito, aut Precando obtineo: quod certe uſitatum non eſt.

Neque eſt ullum periculum, quod pro libertate aut refugiam aut deprecer. Ep.

Qui nullum ſupplicium deprecatus eſt, neque recuſavit. Tuſ.

Jam qui tot ſcelera commiſit, is nullam ab ſeſe calamitatem poterit deprecari. in V.

Calamitatem ab ſeſe deprecari. [B. 't On heil van ſich afwenden, afkeeren. G. *Chaſſer la miſere de ſoy.* A. To beſeech that a calamity may not befale him.]

Ut à me quandam prope juſtam patriæ querimoniam deteſter ac deprecer. in Ca.

Invidia remota, quam dies mitigavit, oratio mea deprecata eſt. pro Clu.

Deprecari mortem alicujus. in Ver.

Deprecari injuriam ab aliquo. Ep.

Non ſupplicium deprecarer. pro Rab.

DEPREHENDO.

Et hoc verbum notandum fuit, quòd indocti pro eo dicant, *In ipſo* facto invenire aliquem. Latini vero, Deprehendere in aliquo facto.

In adulterio deprehendi. [B. Op overſpel bevonden, of betrapt werden. G. *Etre ſurpris en adultere.* A. To aprehend one in the act of adultery.] de Orat.

In maleficio. de Inven.

Cum aliqua muliere. Ep.

Aliquam rem deprehendere ut facinus. pro C.

DEPROMO.

Tranſlate ſæpe utitur Cicero, hoc modo.

Argumenta alicunde depromere. de Or.

Ex loco aliquo. de Fin.

Ex arte. Ep.

Ex intimis. de Or.

Argumenta depromere ex jure civili. [B. Sijn bewijſen halen, of voortbrengen uit het borgerlijke Recht. G. *Prouver ſes raiſons par le droit civil.* A. To collect or get arguments out of the Civil law.]

De jure civili. de Orat.

Primum in Cæſarem maledicta congeſſit, deprompta ex recordatione ſtuprorum ſuorum. in A.

Vereor, ne cui ex Stoicorum diſputationibus, non ex meo ſenſu deprompta hæc videatur oratio. Parad.

Depromere domo alicujus. in V.

DEPUGNO.

Uſitatum noſtris non eſt, idem, ſignificat quod *Pugno.* ut,

Depugnare cum aliquo. Ar.

Aiax depugnaturus cum Hectore. Tuſ.

Torquatus cum Gallo apud Anienem depugnavit provocatus. de Fin.

DERIVO.

Culpam, aut aliquid in aliquem derivare, non ita nobis uſitatum ut Ciceroni, dicimus potius, *Rejicere* culpam in aliquem: pro quo Cicero uſus eſt *Derivare.* ut,

Culpam

Culpam ſuam in alium derivare. [B. Sijn eygen ſchult op een ander leggen. G. *Sa propre faute ſur quelcun jetter.* A. To lay his fault uppon an other.]

Dicam enim, non derivandi criminis cauſa, ſed ut factum eſt. pro Mil.

Id poterat inficiari, poterat in alios derivare. At.

Quid eſt, quamobrem putes te tuam culpam non modò derivare in aliquem, ſed communicare cum aliquo poſſe in V.

Conſiderandum eſt, ne tota cauſa mutata, in aliam cauſam derivetur. ad Her.

1. Tota cauſa mutata in aliam cauſam derivatur. [B. De ſtaet van het geſchil, word geheel verandert: de regte meening van ons diſpuit word in een heel andere en verkeerde zin getrocken. G. *L'etat de la diſpute eſt du tout changé.* A. The ſtate of our controverſy is totally changed, the right meaning of our diſpute is taken up in a clear contrary and wrong ſenſe.]

2. Aliis rebus quoque attribuitur, ut,

Et cogeris partem aliquam in Aſiam derivare curæ & cogitationis tuæ. [B. Gy word genootsaekt een deel van u zorg en gedachten over Aſia te laten gaen. G. *Vous eſtes contraint de faire paſſer partie de votre ſoin & de vos penſees ſur l'Aſie.* A. You are forced to make Aſia part of your care and thoughts.]

L. Domitius aliò reſponſionem ſuam derivavit. [B. Hy heeft ievers anders op geantwoort. G. *Il a repondu ailleurs là deſſus.* A. He has anſwered ſom otherthing.]

Juſtitia nihil in ſuam domum inde derivat. Tuſc.

DEROGO.

Pro, *Non tribuo*: unum de illis verbis, quæ à multis aut ignorantur, aut negliguntur. ut

1. *Quomodo iſti ſi ſomnium verum evaſit aliquod, non ex multis potius uni fidem derogant, quod ex uno innumerabilia confirmant* de D.

Non ego nationi huic fidem derogo. [B. Ik hou ſe dit volk niet voor ongeloofwaerdig. G. *Je ne tiens pas ce peuple pour un peuple qui ne merite point de foy.* A. I account this people not unworthey of beleefe.] pro Flac.

De adverſarii teſtium fide derogatur. pro Cec.

Quorum virtuti & rebus geſtis fidem & autoritatem in teſtimonio inimicitiarum ſuſpicio derogavit. pro Font.

2. *Idem quod detraho.* Derogare quiddam de populi dignitate. [B. Ietwes aftrecken, verminderen van het volks geſag of reſpect. G. *Diminuer le reſpect & l'autorité du peuple* A. To diminiſh or detract anything from the dignity and reſpect of the people.]

Dignane cauſa videatur, quare aut de magnificentia, aut de honeſtate quiddam derogetur. de In.

Derogare aliquid de lege, abrogare legem, &c. de In.

Cum oſtenditur id factum eſſe quod ea lex ſanciat, cui legi abrogatum vel derogatum eſt. ad Her.

Non enim mihi tantum derogo, [B. Ik wil my ſelven ſoo veel niet verkleynen. G. *Je ne veux rien demordre de ma condition.* A. I will not undervalue my ſelf ſo much.] *tametſi nihil arrogo, ut te copioſius quàm me putê poſſe dicere.* p. S. R.

DESCENDO.

Tam eleganter Cicero hoc verbum multis rebus non locum ſignificantibus attribuit, quæ nunc à multis negligentia prætereatur. ut.

Videte quò deſcendam judices. pro Font.

Viri boni cum experiundi poteſtas non eſt, timidè & pedetentim huc deſcendunt. pro Qu.

Subito nunc mutata voluntate ad accuſandum deſcendere. in V.

Non qui odio inimicitiarum ad accuſandum, ſed qui ſtudio accuſandi ad inimicitias deſcenderent. pro Mur.

Sic conſtituetis judices, non deſcenſurum quemquam ad hanc accuſationem fuiſſe, cui utrum vellet, liceret pro Cæl.

Ad juris civilis perdiſcendi occupationem deſcendendum. [B. Sich begeven tot de ſtudie van de Rechten G. *S'appliquer au droit.* A. To give him ſelf over to the ſtudy of the lauw.]

Si nihil in Lepido ſpei ſit, deſcenſurum ad extrema. &c. Ep.

Alterutram ad conditionem deſcendere vult. [B. Hy wil een van beyde conditien

aennemen. G. *Il veut prendre l'une de deux conditions.* A. He wil embrace one of the two conditions.] Cæſar, ut

Ad omnem animi remiſſionem ludumque deſcendere. in V.

Conſenſus populi Rom. jam deſcendit in cauſam. in A.

Deſcendere in aliquod certamen. Tuſc.

Deſcendere in magnam dimicationem vitæ. [B. Komen in groot gevaer van ſijn leven. G. *Courir riſque de ſa vie.* A. To come in great danger of ones life.] ad Her.

DESCISCO.

Pro deficio, notum paucis nunc eſt: ſic enim Romani ſunt uſi.

Deſciſcere à repub. [B. Van den ſtaet afvallen: de gemeene intereſt quiteren. G. *Abandonner l'etat: quiter l'intereſt publi.* A. To fall away from the ſtate, to forſake the common good.]

A ſenatu. de Ar.

A patribus. ibidem.

A ſe non deſciſcere. [B. Moet houden, by ſijn oude voornemen blijven. G. *Demeurer conſtant dans ſon s' deſſein.* A. To keep Courage, to romaine by ones old intentions.]

Ab excitata fortuna ad inclinatam, & propè jacentem deſciſcere. [B. Van een voorſpoedige party overlopē tot een verſwakte en onderleggende party. G. *Quiter la partie avantageuſe pour en prendre une malheureuſe; & affoiblie.* A. To deſert a more potent party, and come aver to a weaker.]

Ab inſtitutione aliqua. de Fin.

A vita deſciſcere. [B. Sijn leven verlaten. G. *Perdre la vie.* A. To dye.] de Fin.

A veritate. Acad.

DESCRIBO.

Qui non à doctis latinè dedicerunt, ignorantia hujus verbi, *Tranſcribo* illis modis utuntur.

1. *Ab aliquo aliquid deſcribere* [B. Van iemand yetwes uytſchrijven. G. *Copier les exemplaires de quelcun.* A. To write any thing out of an o th...] ſignificat, quod Barbari dicunt, *Ex alicujus exemplari aliquid tranſcribere.* ut,

Scripſit Balbus ad me, ſe à te quintum de Finibus librum deſcripſiſſe At.

Mirificè Cerelia ſtudio videlicet philoſophiæ flagrans, deſcribit à ſuis iſtos ipſos de Finibus. At.

2. Multos item fugit, *Deſcribere* idem valuiſſe apud veteres, quod Diſtribuo, Partio.

Flaccus deſcripſit pecuniam ad Pompeji rationem, quæ fuit accommodata L. Syllæ deſcriptioni. pro Flac.

Vectigal, quod Græcis æqualiter deſcripſerat, Qu Fr. pro Flac.

Civitatibus pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribere. in V.

Dena deſcribit in ſingulos jugera. [B. Hy verdeelt de Landeryen ſoo, dat hy aen elk tien bunderen Lands geeft. G. *Il partage les terres de la ſorte qu'il donne à chacun dix arpens.* A. He divided the land ſo that he gives each one ten akers.] contra Rul.

Deſcripſiſti urbis partes ad incendium. in C.

Quorum bona ſuis comitibus compotoribuſque deſcripſit. Poſtquam.

Quæ mihi videtur non tam ipſa aquila, quæ deſcribitur, quàm Platonis oratione creviſſe. de Or.

Jus civium generatim in ordines ætateſque deſcriptum. ibidem.

Deſcribere ſuum cuique munus. [B. Elk ſijn beſonder werk geven. G. *Donner à chacun ſa charge.* A. To give out to every one his owne work.] Qu. de Pet.

Deſcribere aliquid in multa genera. de Or.

Bovem in quatuor capita deſcribere. [B. Een Oſſe onder zijn vieren verdeelen: met ſijn vieren eenen Os ſlachten. G. *Partager un boeuf entre eux quatre.* A. To diſtribute an ox among four, to kil an ox among fower.]

DESCRIBERE & DESCRIPTIO.

3. Pro oratione aliquem depingere, & conſpectui ſubjicere. ut,

Si qua mulier ſit ejuſmodi, qualem paulo antè deſcripſi, vita inſtitutoque meretricio. pro Cæl.

Nonne mehercule contumeliæ cauſa deſcribam quemque præſertim ingeniosum. in Par.

Hominum ſermones moreſque deſcribere. [B. De redenen en manieren der menſchen verbeelden

beelden af-ſchilderen, af malen. G. *Depeindre: deſcrire les diſcours & les mœurs des hommes:* A. To draw out, to ſhow out, or diſcribe the languages and manners of men.]

Solers ſubtiliſque deſcriptio partium in figuris animantium. de Na.

Deſcriptio quam Græci καταγραφὴν vocant qualis ſit avarus, qualis aſſentator, cæteraque ejuſdem generis in quibus natura & vita deſcribitur. Top.

Horum exempla & deſcriptiones in præceptis elocutionis continentur. de In.

DESPERO.

Significatio nota fortaſſe ſatis, ſed uſus minus eſt. nam quis nunc de vulgo ſic loquitur?

Deſperare ſalutem, ſaluti, & de ſalute. [B. Wanhopen aengaende ſijn behoudenis: ſijn leven of welſtand opgeven. G. *Deſeſperer de ſon ſalut.* A. To deſpair of ones health, life and welfare.]

Cum Accuſ. & Ablat.

Servi deſperantes vitam domini. pro Mil.

Deſperare honores, vel aliquam rem. in C.

Deſperare de aliqua re. Ep.

Sive reſtituimur, ſive deſperamur, nihil opus eſt. Qu. Fr.

Eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen ferendi. in C.

Cum Dativo.

Is eum promiſſis ſuis excitavit, & ſimul ſaluti deſperare vetuit. pro Clu.

Bonos viros lugere malui meas fortunas, quam ſuis deſperare. Poſtquam.

Qui cum oppido deſperaſſent, munire arcem cœperunt. in P.

Quoniam ſibi hic ipſe deſperat. pro Mur.

Deſperare ab aliquo. [B. Wegens iemand de moet opgeven. G. *Deſeſperer de quelcun.* A. To be out of hope of any one.]

DESTINO.

Pro conſtituo, Decerno, Attribuo. ut.

Cum eorum alteri Dionyſius diem necis deſtinaſſet. [B. Als hy den dag des doods voor een van haer beyden hadde vaſt geſtelt, of den tijd beſtemt. G. *Quand il eut deſtiné, marqué le jour de la mort de l'un de deux.* A. When he had appointed a day or deſtinated a time for the execution of one of them.]

Qui locus orbis terræ jam non erat alicui deſtinatus? pro Seſt.

Hic locus tibi deſtinatus eſt. [B. Die plaets is u toegeleyd. G. *Cette place vous eſt deſtinée* A. This place is appointed for you.]

Sed ſi Plancus deſtinat, tùm haberes difficultatē At.

At ego jam deſtinaram. At.

Quod tibi deſtinaras Trapezophoron, ſi te delectat, habebis. Ep.

Non eſt annus hic tibi deſtinatus. Ep.

Si prius aperuerimus, quid oporteat ab ambobus in cauſa deſtinari, quò ratio omnis totius orationis conjeratur, ad Her.

DETERIOR. [B. Erger, ſlimmer. G. *Pire.* A. worſe, naughtier.]

Reſtituendum hoc nomen eſt, quod & res & uſus ejus à multis neſciatur. Sic enim Latini locuti ſunt.

Quicquid detraxeris, vitioſius & deterius futurum eſt. de Or.

Rem non fecit deteriorem, haud ſcio, an fructuoſiorem. At.

Si corrigere aliquid volet, deterius id faciet. de Clar.

Res verbo fieri interdum deterior ſolet. in Aca.

Niſi hoc ſtatuiſſes, quicquid dixiſſes, te deterius eſſe facturum. in Ver.

Natura non optima putanda potius, quàm deterrima. de N.

Eſſe deteriori Jure. [B. Minder regt hebben. G. *Etre moins en droit.* A. To have leſs right.] *Quàm cæteri cives* pro Cec.

Nec ideo eſt Gaditanorum cauſa deterior, graviſſimis enim & pluribus rebus eſt fulta. pro Cor.

Deteriore tempore. [B. In een ſlechte tijd. G. *Dans un plus mauvais temps.* A. In a bad time.] *abſens auctionatur.* pro Q.

Ego valeo ſicut ſoleo, paulnlo tamen etiam deterius quàm ſoleo Ep.

Tertius verò ille finis deterrimus, ut quanti quiſque ſe ipſe faciat, tanti fiat ab amicis. de Amic.

Deteriores jugulare cupio, meliores vincere. in A.

Homo deterrimus. [B. Een ſeer ſnoo, vuyl menſch. G. *Un homme fort ruſé.* A. A baſe, foule fellon.] ad Her.

Theophraſtus autor haud deterior, mea quidem ſententia. de Leg.

Hetruſci libri deteriores & repulſos hos appellant, quorum & mentes & res ſunt perditæ. de Ar.

DETURBO.

1. Idem quod *Dejicio* neglectum à noſtris. ut, *Tyndaritani ſtatuam iſtius deturbarunt.* in V.

Cum parietes diſturbabas. Parad.

Quòd ſi cæmentum bonum non haberem, deturbarem ædificium. [B. Ik ſoude het gebouw af breken, onder de voet werpen G *Je demolirois le batiment.* A. I ſhould have bracken down the building and have leveled it with the ground.] Quint. Fra.

2. Tranſlate.

Deturbare aliquem de poſſeſſione. [B. Yemand uit ſijn goed ſtooten. G. *Depouiller quelcun de ſon bien* A. To turne any one out of his goods.] Para.

De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt. pro Quint.

Illi ſtatuam iſtius deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. in P.

Deturbari ſpe & poſſeſſione. Ep.

Sed hoc ſcito tuos veteres hoſtes, novos amicos, vehementer literis perculſos, atque ex magna ſpe deturbatos jacere. Ep.

Ex magna ſpe deturbatus. [B. Hy is van een groote, berooft, verſteke, hy is met de kous op het hoofd thuys gekomen. G. *Il eſt retourné chez ſoy ſans rien avoir executé.* A. He is deprived or put out of all hope he is returnee komen much eaſl donn.]

DEVINCIO.

Et *devinctus ſum.* Si noſtri homines ſcirent, transferri crebrò hoc verbum ad beneficia & officia quibus aſtringimur, non dicerent, *Obnoxium facere, Obnoxius ſum.* Sed ſic eſt Cicero locutus.

Sanguinis autem conjunctio & benevolentia devincit charitate homines. [B. Bloetverwantſchap en genegentheyd verbindt de menſchen met liefde onder malkanderen. G. *L'affinité & l'amitie eſt le vray lien de l'amour entre les hommes.* A. Affinity and friendship binds people together in love.]

Ipſum præterea ſummo officio, & ſumma obſervantia tibi in perpetuum devinxeris. Epiſtol.

Cujus officiis me eſſe devinctum confiteor. Ep.

Cleomenes ab iſto donis beneficiiſque plurimis devinciebatur. in V.

Tum viros optimos, & homines honeſtiſſimos ſummo beneficio in perpetuū tibi tuiſque devinxeris. Ep.

Tenere aliquem devinctum largitione. [B. Iemand onder ſijn geweld hebben door giften en gaven. G. *Tenir quelcun a ſa devotion par des praſens.* A. To oblidge one by a benefit, or good turne to ones ſelfe.] pro Plan.

Is totam Hortenſiorum domum devinctam conſuetudine tenebat.

P. Craſſus cum Servio Galba affinitate ſeſe devinxit de claris. Or.

Quem non ſolum ſermone meo, ſed etiam familiaritate devinxi. Qu. Fra.

Iis ſtudiis, quibus uterque noſtrum devinctus eſt. Ep.

Hic tibi tua præſtanti in eum liberalitate devinctus eſt. [B. Deze man is u ſeer verplicht, geobligeert wegens u uitnemende goetheid 't zijnwaerts. G. *Cet homme vous eſt fort obligé de voſtre extreme bonté envers luy.* A. This man is much bound, heighly obliedged to you for your great goodneſs towards him.]

Aliis item tribuitur. ut *Devincire ſpe aliquem*, aut alia, re: quorum exempla ex Lexicis petas.

DIFFIDO.

Non ſignificat, quod vulgus putat *Fidem non adhibeo*: ſed Deſpero, non confido. ut,

Medici diffidunt. [B. De Doctoren geven de moet op. G. *Les Medicins deſeſperent.* A. The Doctors have given up all hope.]

Eudemus graviter æger fuit, ut omnes medici diffiderent. de D.

Diffidens & deſperans rebus ſuis. in P.

Vides ne tu illum triſtem demiſſum? jacet, diffidit, abjecit haſtas, pro Mur.

Qui autem diffidit perpetuitati bonorum, timeat neceſſe eſt, de Fin.

Is certè

Is certè potius, qui ſibi aliâ ratione diffideret, quàm is qui omni ratione confideret. pro Clu.

Aliquem fugientem excipere, diffidentem rebus ſuis confirmare. pro Pomp.

Diffidere ſibi, [B. Sigh ſelve mis-trouwen. G. *Se defier:* A. To diſtruſt ones ſelf.]

Nihil affirmabo, quæram omnia, dubitans plerūque, & mihi ipſe diffidens. de D.

Hinc incipio ſententiæ diffidere. Tuſ.

Cum infinitivo.

Tanta adhibeatur à nobis diligentia, ut rem poſſe confici non diffiderem. Qu. Fra.

Diffido. [B. Ik geloof niet. G. *Je ne croy pas.* A. I beleeve not.] *Me poſſe in hac cauſa conſiſtere.* pro Q.

Invenire ſe poſſe, quod cuperent, diffiſi ſunt. Ac.

Experiri id nobis, quod te aſſequi poſſe diffidas. Or.

Eloquentia quam omnes ſe aſſequi poſſe diffiderent. Or.

DIFFUNDO.

Tranſlatè crebro utitur. quod rarius à noſtris fieri videtur. ut,

Virtus ex bonis amici quaſi diffunditur, & in commodis contrahitur. de Am.

Error tam longe lateque diffuſus. [B. Een dwaling ſigh wijd en zijd uytſtreckende: G. *Une erreur diſperſee ça, & là.* A. An error ſpreading it ſelf far and wide.]

Jus civile, quod nunc diffuſum & diſſipatum eſt cogere, [B. 't Borgerlijke recht, dat over al verſpreyd en verſtroyt is, by een verſamelen. G. *Aſſembler le droit civil tout coté diſperſé.* A. To gather to gether the civil laws which are every where diſperced and ſpread abroad.]

Numerus optimatum late & varie diffuſus eſt. p. S.

Cn. Pompeji late longeque diffuſa laus. pro Cor.

Soldiem efficit toto cœlo luce diffuſa. de N.

Dii vim ſuam longe lateque diffundunt. de D.

Terra ſemen tepefactum complexu ſuo diffundit. [B. De aerde doet het zaad voort ſchieten, in ſijn boeſem warm gemaekt zijnde. G. *La terre fait germer la ſemence etant èchauffee dans ſon ſein.* A. The earth makes the ſeed (beinig warmed ni its boo ſom) ſhoot or ſpring forth] de Sen.

Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffuſa ramis. de Or.

DILABOR.

Etſi propria vis nota eſt, tranſlata tamen non item: præſertim cum pro *Concidere, Effugere,* aut *Oblivíſci* uſurpatur. ut,

Præclariſſime conſtituta reſpub. dilapſa eſt. [B. De regeering treffelijk wel geſtelt zijnde is vervallen. G. *La republique bien fondee eſt tombee en decadence.* A. The gouvernment being very wel founded is fallen or decagd.] Off.

Male parta, male dilabuntur. [B. Qualijk gewonne goederen worden qualijk verteert. G. *Les biens mal acquis ne ſont de longue dureé.* A. Il got il ſpent.] in Acad.

Sunt alii plures fortaſſe, ſed mea memoria dilabuntur. [B. Sy gaen uyt mijn memorie, of worden van my vergeten. G. *Ils me ſont en oubly.* A. They are gon out of my memory or I have borgotten them.]

Sed intento opus eſt animo, ne omnia dilabantur, ſi unum aliquid effugerit, Tuſ.

DILORICARE.

Tunicam aut veſtem, dixit Cicero: pro quo vulgus *Diſcingere, Religare, Aperire.*

Qui in cauſa peroranda non dubitavit excitare reum conſularem, & ejus diloricare tunicam, [B. Sijn onder-rock ophalen, los maken. G. *Quiter ſa robe.* A. To unbrace or looſen his walſtcoat.

DIMOVEO.

Pro *Removeo*: non tam in vulgus notum: quam Ciceroni uſitatum eſt. ut,

Quòd in Oratoriis libris perſonam deſideres Scævolæ, non eam temere dimovi. At.

Similis à repub. labes in poſterum dimovebatur. pro Dom.

Quo ego adiumento ſperabam hanc à me moleſtiam poſſe dimoveri in V.

Odium à nobis dimovere, & in alios ſtruere. de Orat.

Dimovere aliquem de curſu ſuo. pro Seſt.

Vis, quæ formidine animum perterritum loco ſæpe, & certo de ſtatu dimovet. pro Cec.

Dimoveri & depelli de loco.

Ut ne quis te de vera, & certa poſſit ſententia dimovere.

movere. in Ver.

Dimovere aliquem loco ſuo. pro Plan.

Virtus nunquam poteſt dimoveri loco. in Aca.

Ex ea poſſeſſione rempub. dimovere, ex qua Syllæ dominatio non dejeciſſet. cont. Rul.

Voluptas mentem ex ſua ſede & ſtatu dimovet. [B. De wellust brengt de ziel buyten ſijn goeden ſtaet. *Le plaiſir eteint l'ame:* A. Pleaſures debar the ſoule of its good ſtate. Parad.

DIOECESIS.

Ea voce græci nominabant procurationem & adminiſtrationem regionum, partium regni aut provinciæ alicujus. Ea enim in διοικήσεις diſtribuitur, hoc eſt, in vicos quoſdam, qui communi jure ſunt & utuntur: & ab eo qui præeſt, jus dicitur certo, aliquo loco & tempore, quo omnes illius diœceſis homines conveniunt. Eadem ratio apud nos eſt, ut regnum diſtribuatur in certas regiones: quas noſtra lingua vocamus [B. Een Stift, Landvoogdy. G. *Un Diocæſe: Gouvernement.* A. Province, Juriſdiction.] Gallico latine *Ballivias* vulgus nominat: *Vicos* etiam nonnulli appellant, Latini nullo proprio nomine, ſed communi idem exprimunt, ut, *Procuratio Adminiſtratio.* Qui præeſt, diœcetes dicebatur. *Procurator,* aut *Adminiſtrator* latine Germanice, [B. Een Land-voogd, Droſſaert G. *Un Gouvernement: Droſſart, Baillif.* A. A bayliff, Governour.] ab aliis, *Satrapa,* aut *Satrapes:* quod Perſicum eſt.

Mirifica expectatio Aſiæ noſtrarum diœceſium. At.

Ut me omnium illarum diœceſium, quæ cis Taurum ſunt; omniumque earum civitatum magiſtratus legationeſque convenirent. Epiſt.

Deinde ſi quid habebit cum aliquo Helleſpontino controverſiæ, ut in illam διοίκησιν rejicias. Ep.

DIOECETES.

Rabirius Diœcetes fuit regius. pro R. P.

DIRIGO.

Significatio non tam obſcura, quàm uſus nunc eſt. Nam tametſi vulgus intelligit, quomodo cum præpoſitione *Ad* conjungatur: *ut, Dirigere puerum ad aliquam opinionem, Aliquid dirigere ad aliquid:* non conſuevit tamẽ cum ablativo jungere hoc modo.

Sed tamen ad extremum utilitate putat officium dirigi magis quam honeſtate. Off.

Honeſtate dirigenda utilitas eſt. [B. 't Profijt moet na de eerbaerheyt geregulecrt werden. G. *l'Avantage ſe regle ſelon l'honneteté.* A. Prophit muſt be guided according to honeſty.]

Fides bonorum, quos utilitate aut voluptate dirigunt. de Fin.

Lituo Romulus regiones direxit, tum urbem condidit. de D.

Nec ſunt rythmicorum aut muſicorum acerrima norma dirigenda. de Or.

DISCEDO.

Fiunt & hoc verbo quædam loquendi formæ, quas imperiti noſtris temporibus ignorant, ut

1. *Cælum aut terram diſcedere.* Noſtri homines potius, *Aperire ſe cœlum aut terram* dicunt. Sic verò Latini:

Cum cælum, diſceſſiſſe viſum eſt, atque in eo animadverſi globi. de D.

Cœlum diſceſſit. [B. Den Hemel ging open, ſcheet van malkander. G. *Le Ciel s'ecarta.* A. The heavens opened or Clove a ſunder.]

Cœli diſceſſus.

Qui cum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit. Off.

2. Aliis quoque rebus, non locis attribuitur. ut, *A mente atque à ſe diſcedere.* [B. Van ſig ſelve vallen: buyten poſtuer raken. G. *Tomber en pamoiſon.* A. To fail from ones ſelf, to be out of poſture.]

Is magnitudine timoris à conſtantia atque mente atque à ſeipſo diſceſſit. de D.

3. Sic, *A ſe diſcedere,* (*pro Immutari, & Sui diſſimilem fieri.*)

Cælius diſceſſu meo diſceſſit à ſeſe. [B. Cælius is op mijn vertreck van zijn oude dreen, of reſolutie afgeweken. G. *Cælius a changé de reſolution en mon depart.* A. Cælius was at my departure changed from his old reſolution.] de C.

4. Pro Abire, ut,

Febris a me diſceſſit. [B. Ik ben de koorts quijt.

quiſit. G. *La fievre m'a quitté.* A. I am free of the ague.]

Modo audivi quartanam à te diſceſſiſſe. At.

Si iſtius hæc tanta injuria impunita diſceſſerit. in Ver.

DISCEPTO.

Pro *Dijudico*, aut *Cognoſcendo & audiendo cauſam aliquam judico*, & *controverſiam dirimo* uſitatum nunc non videtur. Quin potius vulgus idem valere putat, quod contendo. nam *Diſceptare cum aliquo*, *inter ſe*, multi dicunt. Sed Cicero nunquam ſic eſt uſus. ut,

Controverſias, vel de controverſus aliorum diſceptare. [B. De verſchillen van andere onderſoeken en beſlechten. G. *s'Enquêter des grieves d'autruy & les pacifier:* A. To examin and confule the controverſies of others.]

Et iſti eſt præpoſitus quæſtioni, qui hæc juſte ſapienterque diſceptet. pro Mil.

Si hanc cauſam in foro dicerem, eodem audiente & diſceptante te. pro Dejot.

Cum Academici Stoicorum controverſias diſceptarent, Tuſ.

Fœciales bella diſceptanto de Leg.

Rei ſunt omnes, quorum de re diſceptatur. de Or.

Qua de cauſa definitiones ad omnia de quibus diſceptabatur, habebant. Acad.

Sic *Diſceptatio*. Hinc *Diſceptator*, pro *Judice*, nunquam vero, quod vulgus putat, pro *Diſputatore*, aut *Litigatore*, aut eo qui de re aliqua contendit, apud Ciceronem invenitur.

Juris diſceptator, qui privata judicet, judicari ve jubeat, prætor eſto. de Leg.

Quorum alterum per ſæpe diſceptatore domeſtico judicatur. pro Cecin.

Populum Rom. diſceptatorem non modo non recuſo, ſed etiam depoſco. contra Rul.

Vel ſeveriſſimis diſceptatoribus M. Cælii vitam me probaturum eſſe confido pro Cæl.

Diſceptator, [B. Een Richter en beſlechter van de ſaek. G. *Un juge & moderateur de la cauſe?* A. A Judge and arbitrator of a buſineſs.] *id eſt, rei ſententiæque moderator.* Part.

DISCUTIO.

Transfert ſæpe hoc Cicero ad ea quæ aut deteguntur, aut pelluntur. *ut*,

1. *Diſcutienda ſunt ea quæ obſcurant, & quæ ſunt eminentia & prompta ſumenda.* de Or.

De Comageno rege, quod rem diſcuſſeram, mirifice mihi blanditur Appius. Qu. Fra.

Diſcutere captiones alicujus. [B. Iemants argliſtige vonden ontdecken. G. *Decouvrir les fourbes de quelcun.* A. To diſcover any ones ſubtile inventions.] Acad.

Diſcuſſa eſt illa caligo, quam paulo ante dixi, diluxit, patet, videmus omnia. Acad.

Pellere.

1. *Modo* cædem *timueramus, quam oratio fortiſſimi ſenis Qu.* Conſidii diſcuſſerat, [B. 't Perijkel verdrijven en beletten. G. *Empecher & eviter les danger.* A. To hinder and diſcuſs dangers.] *ea quam quotidie timere potueramus, exorta eſt.* At.

Cum eorum advocationem manibus, ferro, lapidibus diſcuſſiſti. pro Dom.

Dii faciant, ut hoc periculum, quod &c. diſcutiam & comprimam. pro Mur.

DISJUNGO.

Et *Disjunctio* nota ſatis ſunt. *Sed Disjunctum eſſe ab aliquo*, pro *Differre*, *Alienum eſſe*, fugere multos videtur. ut,

1. Græci longè à noſtrorum hominum gravitate disjuncti. [B. De Grieken verſchillen veel van de deftigheyd onſer luyden. G. *Les Grecs ſont bien differents de notre nation en gravité.* A. The Græcians differ much from our people in gravity.] pro Seſt.

Quæ vita eſt maxime disjuncta à cupiditate, & cum officio conjuncta. pro S. R.

Mores ejus longiſſime à tanti ſceleris atrocitate ſunt disjuncti. pro Cæl.

Aetolia procul à Barbaris disjuncta gentibus in P.

Quorum mentes longe à communi ſalute disjunctæ ſunt. de Ar.

Quod longiſſime eſt ab imperitorum intelligentia, ſenſuque disjunctum. de Or.

2. *Duo loca disjunctiſſima, maximeque diverſa* in P.

Nihil eſt disjunctius ab eo cogitatione, [B. Niets is vreemder van die gedachte. G *Il n'y à rien de plus eloigné de cette penſee.* A. There is

 noth ng

nothing more ſeperate from that thought.] Acad.

Disjunctiſſimæ terræ. [B. Landen die verre van een afleggen. G. *Les Pays eloignés l'un de l'autre.* A. Lands remote from one an other.] *Sic intervallo locorum & temporũ disjunctos eſſe.* Ep Barbari, *Valde longe à ſe invicem abeſſe.*

DISPERTIO.

In varias & multas partes diſtribuo, tritum noſtrorum ſermone non eſt; itaque à Cicerone ejus uſum accipiant.

Redeunt rurſus ad conjecturam, eamque in quatuor genera diſpertiunt. de Or.

Diſpertire orationem in membra. de Cla.

Pecuniam illam judicibus diſpertiendam eſſe [B. Dat het gelt onder de Richters moet verdeelt werden. G. *Que l'argent doit etre partagé entre les juges.* A. That the money muſt be divided among the judges.] pro Cluen.

Bona verbo redigenda, re diſpertienda. I. V.

Romani homines, qui tempora voluptatis laboriſque diſpertiunt. pro Mur.

Deinde eorum generum quaſi quædam membra diſpertiat. de Orat.

Diſpertitus, a, um.

Mihi tecum ita diſpertitum officium eſt. E.

Satius exiſtimo vos diſpertitos, & in ſpeculis eſſe. At.

DISPICIO.

Judicio aliquid perſpicio: præſertim id quod confuſum eſt & varium, judicio ſeparo, & ejus cognitionem apprehendo.

Imbecillus animus verum diſpicere non poteſt. [B. Een ſwak gemoet kan de waerheyd niet klaerlijk kennen, of begrijpen. G. *Une ame baſſe ne peut pas conçevoir la verité.* A. a weak man can not clearly knon or diſcern the truth.]

Si diſpicere quid cœpero: ſcribam ad te. At.

Nunc velim diſpicias res Romanas. At.

Sed ego quid ſperem, non diſpicio. Qu. Fra.

Cum diſpicere ceperimus, & ſentire quid ſimus. de Finib.

Tamen acie mentis diſpicere cupiebat. Tuſc.

DISRUMPOR.

Si noſtris tam notum eſſet, non dicerent, *Crepari dolore, invidia.* pro quo Cicero ſic eſt locutus.

Quare diſrumpatur licet iſta furia, bis ſervavi. pro Dom.

Diſrumparis licet. At.

Diſrumpuntur ii, qui me poſſe aliquid doluerunt. At.

Diſrumpor dolore. [B. Ik berſte van ſpijt. G. *Je creve de depit.* A. I burſt with grief.] At.

C. Coſconius noſter, quem diſrumperis, cum ædilitium vides. in Vat.

DISSENTIO.

Significatio vulgaris eſt, ſed uſus non item. Quis enim nunc dicit, *Diſſentio tecum*, pro, *à te?* Sic tamen apud Ciceronem ſæpe invenies. ut,

Diſſenſit cum Mario clariſſimo conſul nobiliſſimus & fortiſſimus.

Lucius Sylla cum Octavio collega. pro Syl.

Cum videtur ſcriptoris voluntas cum ſcripto diſſentire. [B. Als de ſin des ſchrijvens van de letter ſchijnt te verſchillen. G. *Comme il ſemble que le ſens des écrivains differe de la lettre.* A. When the opinion of the author ſeems to diſſent from his writings.] ad Heren.

DISSIPO.

Vim & uſum hujus verbi noſtra ætate ii non tenent, qui dicunt, *Unum huc, alterum illuc projicere: Unam partem huc, alteram illuc diſpergi: in multas & varias partes diſtrahi.* & aliis modis, quas omnes enarrare non poſſum.

Ignis quocunque invaſit, cuncta diſturbat ac diſſipat. de Nat.

Illi ſtatuam iſtius deturbant, affigunt, comminuunt, diſſipant. [B. Sy werpen ſijn beeld af, en ſmijten het tegen de aerde, ſy verpletten het tot gruis, ende ſtroyen 't gints en herwaerts. G. *Ils jettent ſon portrait par terre le briſent, & le trainent ça & la.* A. They breack off his ſtatue and fling it eown to the ground they breack it in pieces and throw it up and down.]

Everſa domus eſt, diſſipati liberi, rapta conjux. pro Seſt.

Simia omnia, quæ erant ad ſortem parata, diſturbavit, & aliud alio diſſipavit. [B. 't Eene heeft

heeft hy hier, het andere daer geworpen. G. *Il en à jetté l'un & l'autre ça & là.* A. He has flung one thing heere and an other there.] de D.

Medeam prædicavit in fuga fratris ſui membra in iis locis, quà ſe parens perſequeretur, diſſipaviſſe. pro Pomp.

Capere, occidere, & diſſipare hoſtes. [B. De vyanden verſtroyen. G. *Les ennemis diſperſent.* A. To Scatter the enemies.] Ep. & *Diſſipare claſſem.*

Facilius eſt apta diſſolvere, quàm diſſipata connectere. [B. 't Is lichter dingen, die wel in een gevoegt zijn, te ontlloopen en los te maken, als die ontſloopt en onder een geworpen zijn, weer t'ſamen te voegen. G. *Il eſt plus aiſé de ſeparer les choſes bien jointeſque de le rejoindre ettant ça & là diſperſees: vel il eſt plus aiſé de lier que de delier.* A. It is eaſier to looſen and unbind things wel wel joyned to gether the to joyne to gether things that are looſe and ſeparated.]

Amicitia omnia contrahit, diſcordia diſſipat, de Am.

Omnia quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerunt. de Or.

Genus hominum in montibus & ſylvis diſſipatum. de Or.

Jus civile, quod nunc fuſum & diſſipatum eſt, incerta genera cogere, & ad artem facile redigere.

Qui diſcedere animum cenſent, alii diſſipari ſtatim, alii diu permanere, alii &c. Tuſc.

Diſperdere ac diſſipare patrimonium. [B. Sijn goed verquiſten. G. *Depenſer ſon bien.* A. To waſte ones in heritance.] contra Rul.

Diſtributis partibus ſermo eſt tota Aſia diſſipatus &c. pro Flac.

Diſſipare famam vel rumorem. in Acad.

Cum iſtius amici ſermones hujuſmodi diſſipaviſſent, me, &c. in Ver.

DISSOLVO.

Etſi ſatis nota eſt propria ejus ſignificatio, quæ eadem quæ *Solvo*: *Diſſolvere* tamen pro *Satis facere* imperiti raro uſurpant.

1. Diſſolvere æs alienum. [B. Sijn ſchuld betalen. G. *Payer ſes dettes.* A. To pay ones debts.] pro Syl.

Pecuniam tenere, nec quicquam ulli diſſolvere. in V.

Illi turpe erit eo nomine, quòd ſatis dare debeat, procuratores ejus non diſſolvere. At.

Ego vero Lycurgo maximam gratiam habeo, quod me ea pœna mulctaverit, quam ſine mutatione, & ſine verſura poſſem diſſolvere. Tuſc.

Neque item *Diſſolutus* pro *Nimium remiſſus*, & ignavus nunc teritur.

Verres negligens ac diſſolutus. in Ver.

Diſſolutus in re familiari, ac negligens. [B. Slof en onachtſaem over ſijn goed. G. *Etre prodigue de ſon bien.* A. Lare leſs and negligent of his goods.] pro Qu.

Diſſolutus, profuſus, perditus, nepos.

Adoleſcens perditus & diſſolutus. [B. Een bedorven en loſſe quant. G. *Un Enfant prodigue & perdu.* A. A ruined and diſſolute youth.] Tuſc.

Diſſoluta Græcorum conſuetudo, & impudens licentia. pro Flac.

Conſilia diſſoluta & perdita. contra Rul.

DISTINEO.

Negligitur item & hoc verbum à multis, quo ſic eſt uſus Cicero:

Multis & magnis negotiis diſtineri. [B. Veel te doen hebben. G. *Embaraſſé de beaucoup d'affaires.* A. To be much employed.]

Ex eo colligere poteris, quanta occupatione diſtinear. At.

Nam antea diſtinebamur maximis occupationibus Ep.

Nos hic multitudine & celebritate judiciorum ita diſtinemur, ut quotidie vota faciamus, ne intercaletur. Ep.

Sylla tot tantiſque negotiis diſtentus eſt, ut reſpirare non poſſit. At.

Metuendum eſt, ne imperita multitudo per me pacem diſtineri putet. in A.

DISTURBO.

Significat id, quod Germanicè dicimus, [B. Onder een werpen. G. *Jetter pelle melle.* A. To ſet to gether by the eares.] Quod cum latinè vulgus ignoratione hujus verbi reddere non poteſt, abſurda multa uſurpat, quæ

Cicero ſic protulit :

Simia & ſortes ipſas , & cætera quæ erant ad ſortem parata, diſturbavit, & aliud alio diſſipavit. de D.

Domum aliquam operis diſturbare. [B. Een huys door werk luyden afbreeken , onder de voet halen , de ſtucken van een werpen. G. *Raſer une maiſon , & la mettre de fond en comble.* A. To demoliſh , pull down , or breack a houſe in pieces by worckmen.]

Diſturbata porticus Catuli , quæ reficiebatur , & ad tectum jam penè pervenerat. At.

Diſturbari tecta , diripi fortunas. pro Dom.

Quibus ſpectantibus domus mea diſturbaretur , diriperetur. pro Dom.

Pontes diſturbat , ciſtas dejicit. ad Heren.

Ignis quocunque invaſit, cuncta diſturbat & diſſipat. de Nat.

Qui fidem lædit, diſturbat vitæ ſocietatem. [B. Die de Trouw ſchend , verbreekt de gemeenſchap des Levens. G. *Qui rompt la Foy trouble la ſocieté des mortels.* A. He that is not ſo good as his word deſtroys common ſociety.] pro S. R.

Si hoc diſſuadere eſt, ac non diſturbare atque pervertere , contra Rul.

Vi & armis diſturbare judicia. pro Syl.

Cum quidam agrariam curationem ligurirent, diſturbari rem, totamque integram vobis reſervari, Ep.

D I T I O.

Imperium & poteſtatem ſignificat. Sed omnes modi loquendi noti non ſunt noſtris hominibus.

1. *Quæ in eorum regno ac ditione ſunt.* in V.

Cæſar totam Galliam in noſtram ditionem redegit. [B. Hy heeft heel Vrankrijk onder ons gebied gebragt. G. *Il a reduit toute la France ſous notre puiſſance.* A. He brought whole France under our iuriſdiction.]

Urbeſque Achaiæ multas ſub imperium *populi Romani* ditionemque ſubjunxit. in V.

Tenere aliquem in ſua poteſtate & ditione. contra Rul.

2. Privatorum etiam eſt poteſtas : quod vulgò omnino ignoratur.

In ditione ac poteſtate alicujus eſſe. pro Quin.

Si fas eſt , reſpirare P. Quintium. Contra nutum ditionemque Nevii. [B. Tegen de wil ende gebod van Nævius. G. *Contre la volonté & le commandement de Nævius.* A. Againſt the wil and command of Nevius.]

D I V U L G O.

Multi ignorant & propriam vim hujus verbi & uſum : itaque à Cicerone diſcant , is enim hoc verbo ſignificavit , quod Barbari volunt , cum dicunt: Aliquid inter homines diſpergere , Aliquid omnibus in ore dare , Omnibus copiam facere.

Inimici hanc rem ſermonibus divulgare voluerunt. pro Fon.

Hæc nullo pacto divulganda ſunt. in A.

Non ſupprimenda res erat , ſed divulganda. [B. Deſe ſaak moet niet achtergehouden, maer verbreyd worden : men moet het alle man aan de neus hangen , in de mond geven. G. *Il ne faut pas tenir la choſe ſouſe ſilence , mais il la faut faire éclater par tout.* A. This thing muſt not be concealed , but divulged and ſet forth in the mouth and eyes of every one.] Brut.

Quare viſum eſt , occultius agendum , neque ullo modo divulgandum , de te jam eſſe confectum. Ep.

Hunc librum, etiamſi minus veſtra commendatione , tuo tamen nomine divulgari neceſſe eſt. Orat.

Liber tuo nomine divulgatus eſt. [B. Het boek is op uwe naem uitgegeven. G. *Le livre , vous eſt dedie.* A. This book is publiſhed in your name.]

D O.

Omnes formæ loquendi hujus verbi tritæ non ſunt, ut ,

Da quæſo te huic etiam generi literarum. Ac.

Neque ſermonibus vulgi te dederis. de Som.

Da te homini. [B. Voegt u na hem : doet ſijn zin. G. *Soumettez vous à luy : faites ſa volonté.* A. Comply with him doe his wil.] Ep.

An iis me dem , qui potiuntur. At.

Dare ſe ad aliquam rem faciendam. de N.

His literis ſcriptis me ad συντάξεις dedi. At.

Si te ad jus reſpondendum dediſſes. (de Leg.) [B. Indien gy u tot de practijk van de Rechten

zoud

zoud begeven hebben. G. *Si vous vous uſſiez adonné à la pratique du droit.* A. If you had applyed your ſelfe to the practice of the law.]

L. Scævola nemini ſe ad docendum dabat. de Cl.

Qui ad meam gloriam augendam tanto ſtudio te dediſti. Qu. de P. c.

Dare ſe ad lenitatem. Ep.

Is dedit ſe in conſuetudinem, &c. in Pomp.

Is benè penitus in iſtius familiaritatem ſeſe dedit. [B. Hy heeft ſich heel familiaer met hem gemaeckt. G. *Il s'eſt rendu fort familiaire avec luy.* A. He has made him ſelf very familiar with him.] in V.

Familiariter me in eorum ſermonem inſinuo ac do contra Rul.

Is ſe in cruciatum dari cupit, dum hac de re quæratur. pro S. R.

Dare ſe in tormenta. Tuſc.

DOMINATIO.

Idem valet, quod græcè Tyrannis: ſed quia vulgus dominium in ore habet, pro dominatione aut dominatu, diſcat hic dominium apud Ciceronem, pro *Tyrannide* aut *dominatu* & *imperio* non inveniri. Sic potius ille eſt locutus.

Idem fecero, quod in Cinnæ dominatione, & Marii tyrannide Philippus. At.

Non modò crudelis & ſuperba dominatio nobis, ſed ignominioſa etiam & flagitioſa eſt ferenda. in A.

Dominationem expectant, rerum potiri volunt. in V.

Dominatio quæſita ab utroque eſt. [B. Sy hebben alle beyde geſtaan na een dwinglandy, of onderdruckinge der vryheid. G. *Ils ont tous deux aſpiré à la domination, ou à la ſuppreſſion de la libté.* A. They have ſtond boath of them for the ſoveraignty and oppreſſion of the freedom.

Dominatus in vitio.

Urbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur. de D.

Dominus eſt, inquit, Alexandriæ: imò verò in ſuperbiſſimo dominatu fuit. pro R. P.

L. Brutus populum Romanum dominatu regio liberavit. (pro Dom. [B. Hy heeft het Roomſche Volk verloſt van de Tyranny der Coningen. G. *Il à delivré le peuple Romaine de la Tyrannie des Rois.* A. He has freed the Roman people from regal tyrany.]

In laude.

Terrenorum commodorum omnis eſt in homine dominatus. [B. By den menſch is de heerſchappy over alle aerdſche goederen. G. *l'Homme à la domination des choſes terreſtres.* A. Man has the dominion over all earthly things.] de D.

Digniſſimus poteſtate & dominatu omnium rerum. de Nat.

Caſſio mea ſententia dominatum & principatum dedi. in Acad.

Magno in dominatu aliquem locare. B. Iemant in een groot gezag, of heerſchappy ſtellen. G. *Placer quelçun dans le plus haut degré de pouvoir & d'autorité.* A. To place one in a moſt ample degree of honour and renowne.]

Cum autem aſſumpta ratio eſt, tanto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ, hujus tutelæ ſubjiciantur. de Fin.

DUBITANTER.

Aliquid agere) (contrarium eſt, Fidenter, aut Confidenter vulgare non eſt.

Sine ulla affirmatione quærentes, dubitanter unum quodque dicemus. de Inven.

Verecunde dubitanterque facere aliquid. de Cla.

Spes poſteritatis, qua ſublata, non dubitanter occidam. Oct.

DUBITANTER. [B. Met ſchroom, al twijfelende. G. *Revoquer an doute.* A. Doubtingly with feare.]

(Fidenter. de N. [B. Stoutelijk, met vrymoedigheyd. G. *Hardiment, & librement.* A. Stoutly with courage.]

Dubium eſſe, Venire in dubium: & iſtiuſmodi alia obſervanda quoque ſunt.

De hac re mihi dubium non eſt. At. [B. Ik twijfel hier niet aan. G. *Je n'en doute pas.* A. I doubt not of it.] At.

Si dubium tibi eſt, poſſe te illius regni potiri, conandum non eſt: ſi exploratum, non eſt cunctandum. Ep.

De civitate in dubium venire. [B. Wegens het Borger-recht gevaer loopen. G. *Courir riſ-*

que pour le droit civile. A. To come in danger for the civil right.]

Alii non veniunt in dubium de voluntate. At.

Non eo dico, quò mihi in dubium veniat tua fides. pro Quin.

Acta Cæſaris in dubium ventura videntur. At.

Quæ res eſt, quæ cujuſquam animum in hac cauſa dubium facere poſſit? pro Pom.

Hæc autem habere dubia, abhorrere à ſapientia eſt. Acad.

Vocare aliquid in dubium. [B. Iet in twijfel trecken. G. *Revoquer quelque choſe en doute.* A. To call a thing in doubt.] de Inven.

Quæ in dubium vocarentur &c. de Or.

Omnia in dubium, incertumque revocari. pro Cæcin.]

DUCO.

Multis & variis rebus hoc verbum tribuitur: quæ verò à conſuetudine vulgari diſcedunt, ſolum notemus.

1. Primum origo & initium rerum hoc verbo ſignificatur. ut,

Ex quatuor temporum mutationibus, omnium quæ in terra marique gignuntur, initia cauſæque ducuntur. de N.

Viæ ab inteſtinis ad jecur ductæ ac directæ.

Sed ab iis partibus quæ ſunt honeſtatis, quemadmodum officia ducerentur, ſatis expoſitum videtur. Off.

Qui commendationem ineuntis ætatis à ſcelere duxerit. [B. Die de recommandatie ſijner Jonkheid van een ſchelmſtuk begonnen heeft. G. *Qui ont commencé de leur jeuneſſe à ſe rendre recommandables par des crimes enormes.* A. Whoſe recommendation began in his youth from wickedneſs.] pro Deiot.

Ab eodem verbo ducere ſæpe orationem. Or.

Ac video hanc primum ingreſſionem meam non ex oratoris diſputationibus ductam, ſed è media philoſophia repetitam. Orat.

Neque attendit eos ipſos, unde hoc ſimile ducit, aliter. de Orat.

Hinc Pomponii ductus eſt ſermo. de Clar. Or.

Omnis ille ſermo ductus è percunctatione filii. de Cla.

Aliquis è quo ſimilitudinem duceret. Or.

2. *Alicujus rei rationem ducere,* pro habere. vulgare non eſt. ut,

Officii rationem, atque exiſtimationis duci convenit. [B. Men moet ſijn plicht, en reputatie in acht nemen, gade ſlaan. G. *Il faut bien remplir ſa charge, & conſerver ſon honneur.* A. Men ought to have a ſpeciall care of their office and reputation.] pro Quint.

Officii rationem in omni vita, non commodi eſſe ducendam. pro Sest.

Duxi meam mecum rationem. [B. Ik heb mijn rekening by mijn ſelven gemaakt. G. *J'ay fait mon compte moymeme.* A. I have made my reconing alone.] At.

Debere eum ajebat ſuam quoque rationem ducere, multa ſibi opus eſſe. in V.

Non ullius rationem ſui commodi ducit. pro S. R.

3. Item, *Duci aliqua re* pro Commoveri, & delectari.

Qui eloquentiæ laude ducitur. Orat.

Qui in periculis cum laude & virtute verſantur, ſpe poſteritatis fructuque ducuntur. pro Rab.

Alii emendi quæſtu & lucro ducuntur. [B. Andere worden bewogen, hebben vermaak in in winſt en koopmanſchap. G. *Les Uns animez par le gain prenent plaiſir à trafiquer.* A. Others are drawn take pleaſur in gain and merchandiſing.] Tuſ.

Qui ſtatuarum honore & gloria ducitur. in V.

Ita credo literis eorum Chryſogonus ducitur. pro. S. R.

4. Sic etiam, *Animam, ſpiritum, ducere.* [B. Den aeſſem halen, inhalen. G. *Reſpirer, vel prendre halaine.* A. To breath, to draw ones breath.]

Aſpera arteria excipit animam eam, quæ ducta eſt ſpiritu, eademque à pulmonibus reſpirat. de N.

Ut optandum ſit, ut poſſimus ad id tempus reipublicæ ſpiritum ducere. Ep.

At eoſque portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis. [B In welke havens gy leeft, en adem ſchept. G. *En quel lieu vous rivez, & reſpirez.* A. In which havens you live and have your being.]

Ducere ſpiritum præ cura. ad Her.

5. Ducer

5. *Ducere tempus*, aut rem aliquam, non dicunt noſtri homines: ſed *Prolongare*, *Extendere* quorum alterum barbarum, alterum aliud ſignificat. Cicero vero ſic:

Ita tempus duceretur, ut à M. Glabrione Pr. ad prætorem alium veniremus. in Ver.

Bellum ducetur. [B. Men ſal den oorlogh verlengen, ſleepende houden. G. *On tirera la guerre en longuer.* A. They wil prolong and delay the war.]

6. *Parietem ducere* per locum aliquem. *pro Mil.*

7. *Ducere*, Ratiocinatorum verbum: pro quo no: Computare. ut,

Centeſimas ducere (ſc. uſuras): *vel* fœnus ducere centeſimis. [B. Den intereſt rekenen tegen een ten hondert yeder maand: dat is, in het jaer tegen twaalf ten hondert. G. *Conter d'intereſt un par cent chaque mois: c'eſt à dire douze par cent l'annee.* A. To reckon the uſe al one in the hundred a moneth: that is al 12 in the hundred a yeare.]

Ut fœnus quaternis centeſimis ducant. At.

Fœnus ducere binis centeſimis. [B. d'Intereſt rekenen twee ten hondert elke maand. dat is, 24. in 't Jaer. G. *Conter l'intereſt deux par cent chaque mois, c'eſt par an vint quatre.* A. To reckon the uſe at two in the hundred a moneth that is al 24 in the hundred a yeare.]

Solvere centeſimis ductis cum renovatione ſingulorum annorum. At.

Centeſimis ductis non perpetuis, ſed renovatis quotannis. At. Vid. Gronov. de Pecun. Vett. p. 470.

DUDUM.

Adverbium hoc ſi in vulgus notum eſſet, non dicerent, *Rectè antè, parvo tempore antè.* [B. Ik hebbe het daer even geſeid, fluſjes, wat van te vooren. G. *Je viens de le dire ſur le pas.* A. I haid it even now lately a little while agoet.]

Dixi dudum, materiam aliam eſſe joci, aliam ſeveritatis. de Orat.

Cum vix ut dudum ad Demoſthenem, ſic nunc ad Craſſum pervenimus. de Clar.

Dudum enim circumrodo, quod devorandum eſt. At.

DUM.

Pro Donec crebro uſurpatur. ut, *Expectare dum aliquid fiat.* Sed *Nibil dum* eleganter Cicero utitur pro *Nondum.* ut,

Brundiſio nihil dum erat allatum. At.

Nihil dum etiam iſtiuſmodi ſuſpicabar. in Ver.

Nihil dum enim ſciebam. [B. Ick wiſt noch niewers van. G. *Je n'en ſavois encor rien.* A. I knew nothing of it.]

Nihil dum audieramus ubi eſſes, Ep.

E

EA re. *pro ex eâ re Propterea. vulgatū non eſt,* ut, *Orem turbem, & ea re miſeram, ſic enim, &c. Is metuit. & ea re fugit.* (At.

Deinde ea re non venit in mentem, quia nihil attinuit. in Ant.

Id ea re quia Turpe eſt, non eſt faciendum. Off.

Ea re utrumque ſcripſi, [B. Daerom heb ik het alle beyde geſchreven. G. *C'eſt pourquoy j'ay écrit tous d' les deux.* A. Therefor I have writ them boath.]

Et ea traduci non potuerunt. de In.

EDICO.

Si hoc verbum divulgatum ſatis eſſet, non dicerent Indocti, *Mandare* pro *Edicere*, nam illud privatorum tantum eſt, hoc magiſtratus: aut ut Barbari, *Mandamenta publicare*, *Affigere mandata*: pro quo Latine, Edicta. [B. Placaaten, Proclamatien: openbaer aengeſlagene beveelen, Mandementen, Ordonantien. G. *Placat: proclamation, affiches publiques, commandement: ordonnance. edit:* A. To proclaime or publish proclamations, edicts, mandats or ordinances.]

Si quis eum pulſaſſet, edixit ſeſe judicium injuriarum non daturum. in V.

Conſul edicit, [B. De Borger-meeſter belaſt by proclamatie: ordoneert in een publijk aengeſlagen ſchrift. G. *Le Bourgmaitre ordonne par edit, par publiques affiches:* A. The conſul commands by proclamation, orders in a publik writing fixed up.]

Ut Senatus ſenatuſconſulto ne eptemperet. in P.

Antonius edixit, ita ut me & Lælium exciperet. At.

Ne abſens cenſeare, curabo edicendum & propemodum locis omnibus. At.

Prætorem edicere, ne fiat aliquid. Qu. Fr.

Edictum quod communiter compoſitum fuerat, ſolus edixit. Off.

Juſtitium edici, ſaga ſumi dixi placere. in A.

EDISCO.

Admonendus hic tantum lector eſt, ne pro hoc verbo dicat, *Memoriter diſcere aliquid.* Nam id *Ediſco* ſignificat: illud vero apud Ciceronem non reperitur.

EDO.

Edere aliquid, pro *Divulgare*, notum eſt. Sed cum ſignificat id, *Certis verbis aliquid præſcribere*, aut *Comprehendere*, aut *Nominare*, vulgare non eſt.

Leges autem edentur à me non perfectæ &c. de Leg.

Judicium quin acciperet, in ea ipſa verba quæ Nævius edebat, [B. Volgens ſoo een formulier als Nævius voor ſchreef. G. *Selon la teneur que preſcrit Nævius.* A. According to shuch a forme as Nævius præſcribed] *Non recuſaſſe.* pro Quin.

Se judicio id quod edat, accipere.

Deinde poſteaquam eſt editum, expoſitis à Cn. Flavio primum actionibus nulli fuerunt. de Or.

Nec ſcriptum habeo, nec poſſum edere. in V.

Tabellæ recitatæ nobiſque editæ ſunt. pro Clu.

Edere rationem alicujus rei cuipiam. [B. Aen iemand reden van een zaek geven. G. *Rendre conte a quelcun de quelque choſe.* A. To give one a reaſon of a buſineſs] At

Socium in ejus bonis edidiſti Quintum. pro Qu.

Oraculo edere.[B. By Gods ſpraek antwoorden. G. *Repondre Selon l' oracle.* A. To anſwer by an Oracle]

Apollo Pythius oraculo edidit Spartam, nulla re alia, niſi avaritia eſſe perituram. Off.

Tibi familiari meo prius edituri fuerunt judicium ſcribæ mei, ſi voluiſſes, quam in codicem referrent. pro Syl.

Poſt autem aliquanto Vulturnii jam judicio expoſito atque edito, ſurrexit. in Cat.

Is nomen meum operariis ediderat. [B. Hy had mijn naam tegen de werk-luyden geſegt. G. *Il avoit dit mon nom aux ouvriers:* A. He declared my name to the workmen]

Imperitis injecerat. pro Dom.

Clariſſimi cives nomen editi judicis non tulerunt. pro Plan.

Editus judex. [B. Een genomineerde richter. G. *Juge proclamé.* A. A declared Judge.]

2. Qui naſcitur, in lucem edi dicitur. [B. Die geboren word, werd geſegt ter wereld te komen. G. *Naître, ou venir au monde.* A He that is born is ſaid to be brought forth into the world] Tuſ.

Crocodilos cum in terra partum ediderint, obruere ova. de Nat.

Oves nullum fructum edere ex ſe ſine curatione hominum poſſunt. de Nat.

Ager qui meliores fœtus poſſit & grandiores edere. [B. Een land, dat beter en grooter vruchten kan voortbrengen. G. *Un pais qui produit de meilleurs & de plus grands fruits.* A. Land that can bring forth better und larger fruit]

Edere clamores. [B. Hard ſchreeuwen. G. *Crier tout haut:* A. To cry out a loud]

Miros riſus edere. Lacchen dat men ſchud] G. *Rire de bon coeur:* A. T laugh thal one shakes]

EFFERO.

Variis & multis rebus hoc verbum tribuitur: quæ vero vulgo ignorantur, hæc ſunt.

1. Primum, *Terram efferre fructus.* nam alii dicunt.

Proferre fructus: quo Cicero non eſt uſus.

Ager qui multos annos quievit, uberiores efferre fruges ſolet. [B. Dat Land pleeg overvloediger vrugten voort te brengen. G. *Cette terre ſouloit porter des fruits en abondance:* A. That Land is wort to bring forth more plentiful fruit]

Cum ager id quod perraro evenit cum decimo extuliſſet. in V.

Id perdere aratorem, quod agri ſegeteſque extuliſſent.

Quæ efferunt aliquid ex ſe, perfectiora ſunt quam ea quæ ex his efferuntur. de N.

2. *Efferre,*

Efferre, pro eo quod Barbari dicunt, ad ſepulturam ferre funus, aut mortuum.

Cn. Lucullus matrem efferebat. [B. Hy bragt ſijn Moeder ter aarden: hy begroef haar. G. *Il enterra ſa mere: inhuma, enſevelit.* A. he brought his mother to the grave he buried her].

Cur Maximus extulit filium conſularem. de N.

Efferri ante lucem. de Leg.

Cum pupillum filium ipſe pene in humeros ſuos extuliſſet. de Or.

Funere efferre.

Cum caſu in eadem cauſa cum funere efferretur anus Junia. pro Flac.

Si Cæſar funere elatus eſſet. At.

Cum tua rogatione funere elata reſp. eſt pro Dom.

3. Efferre, *pro Extollere.*

Quæ res extulit eum? una commendatio hujus. pro Qu. R.

Hi quos fortuna extulit, &c. pro Cor. [B. Deſe, die 't geluk verheven heeft, tot ſtaat gebragt. G. *Celuy qui exalte la fortune, devient grand.* A. Thoſe whom e fortune has advanced, exalted to honour].

Quæ quanquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando & ad renovandũ bellum revireſcent. de Pr.

4. Efferre aliquid aliquem, aut efferri. *pro Commoveor, Concitor, Afficior.*

Si me efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborum animi quidam dolor, quis non ignoſceret? de Ar.

Dolore efferri. [B. Door ſpijt uitvaren: gaande werden, of driftig. *G. S'emporter: vel: n'etre pas maitre de ſes paſſions.* A. To be tranſported with anger]. *& iracundia longius digredi quàm deceat.* de Ar.

Læſi dolent, irati efferuntur, pro Cæl.

Efferri lætitia. [B Zeer blijde werden. G. *Etre bien aiſe.* To be tranſported with ioy]. pro D.

Si vincunt, efferunt ſe lætitia: victi debilitantur, animoſque demittunt. de Fin.

Efferre ſe inſolenter. Tuſ.

Gaudio ſum elatus. Ep.

5. Superbire, ut recentiores loquuntur, veteri & incorrupto more *Efferre* dicebatur.

Efferre animos. [B. Trots worden. G. *Devenir altier porter haut.* A. To be proud]. pro Do.

Sed certe non continebuntur, progredientur longius, efferentur. contra Rul.

Aliquis ſe gloria & prædicatione efferens. Par.

6. Laudare.

Efferre aliquem in cœlum laudibus. [B. Yemant hemel-hoog prijſen. G *Louér quelcun grandement.* A. To lift one up to the ſkyts with praiſes]. de Clar.

Efferre aliquem verbis. Or.

Contempſiſti L. Murenæ genus, extuliſti tuum. pro Mur.

Efferre aliquem ſummis laudibus in cœlum. E.

7. Pronuncio, & id quod vulgo per Profero effertur. nam *Profero* ſignificat, In lucem edo.

Res alio atque alio elata verbo. Orat.

Efferre ſententiam gravem inconditis verbis. [B. Een deftige ſpreuk met lompe woorden uitſpreeken. G. *Proferer de belles deviſes avec peu d'eloquence: parler loucdement.* A. To utter a good ſentence in bad words].

Verba quæ ſimiliter iiſdem caſibus efferuntur. ad Heren.

EFFERVESCO.

Significat, quod Barbari dicunt, *Effluo, Ebullio:* quo Cicero in hoc ſenſu non eſt uſus.

Aquæ quæ effervesſcunt ſubditis ignibus. [B. Wateren die overloopen, veel vier daar onder geſtookt zijnde. G. *Les eaux echauffées ſont meſlees de feu & de ſoufré.* A. Waters that boil over much fier being put under.] de N.

Totus Pontus armatus, efferveſcens in Aſiam, atque erumpens. de Pro.

Efferveſcit hoſtis in Aſiam. [B. De vyand begint ſterk uit ſijn land in Aſia te loopen. G. *L'ennemy commence à defiler de ſon pays en l' Aſie.* A. The enemy begins to come ſtrongly out of their country in to Aſia.]

Cenſeo latendum tantiſper ibidem, dum efferveſcat hæc gratulatio. [B. Tot dat deſe gelukwenſchers haar drift en yver opentlijk komen te uyten; op het krachtigſt vertoonen, en uytgalmen. G. *Juſqu'a ce que les congratulateurs facent paroitre leur paſſion & ardeur & l'eclater à toute force.* A. Til theſe congratulators or wiſhers of ioy have venled ſhewen, or ſpent their furi and zeale.]

Q *Si nimium*

Si nimium efferbuiſſe videtur hujus in gerendis inimicitiis vis, ferocia, pertinacia. pro Cæl.

Si campus atque illæ undæ comitiorum ut mare profundum & immenſum, ſic efferveſcunt, quodam quaſi æſtu, &c. pro Plan.

Pontidius efferveſcens in dicendo. [B. Hevig wordende in het pleiten. G. *Haranguer avec trop de chaleur.* A. To be æager in pleading.]

Verba efferveſcentia. de Orat.

EFFICIENS.

Monendi ſunt indoctiores, ne *Effectivus* dicant: Barbarum enim id plane eſt. Cicero ſemper *Efficiens*, aut *Conficiens.* Sic in ſcholis uſitatum eſt, *Efficaciter:* pro quo Cicero *Efficienter:* & *Efficacia* dici, cum dicendum eſſet *Efficacitas.* exempla à Cicerone petantur.

EFFLORESCO.

Cicero hoc verbum tranſtulit ad ea, quæ ut flos ex germine, ſic ex aliqua reducuntur & efferũtur. vulgus, *Excreſcere, Vigere ex aliqua re,* dicit.

Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. de Or.

Utilitas effloreſcit ex amicitia. [B. uit vrientſchap komt profijt voort. G. *L'amitié apporte du profit.* A. prophit bloms from friendſhip.] *etiamſi tu eam minus ſecutus ſis.* de Am.

Poſt anapæſtus procerior quidam numerus effloruit. de Or.

Effloreſcit ingenii laudibus. [B. Hy komt in ſijn kragt en vigeur door de reputatie van ſijn geleertheid. G. *Il devient celebre par la reputation de ſon ſavoir.* A. He flouriſhet trough the reputation of his learning.]

Et apparebit, eas penitus ex ea cauſa quæ tum agatur, effloruiſſe. de Or.

Cum autem uſus progrediens, familiaritatem effecerit, tum amorem efflorescere, &c. de Fin.

EFFLUERE, pro Præterire etiam & obliviſci Cicero eſt uſus.

1. *Conſiderabis etiam de Tuſculano*, ne æſtas effluat. [B. Laat de Somer niet paſſeren, voor by loopen. G. *Ne laiſſez pas écouler l'été.* A. Let not the ſummer paſs by, weare away.]

Præterita ætas, quamvis longa, cum effluxerit, non poteſt conſolari ſtultum ſenem. de Sen.

Cum enim id advenerit, tunc illud quod præterit, effluxit. *Nec præteritas voluptates effluere patiatur.* de Fin.

2. *Hoc modo me commonuit Piſonis annulus, quod totum effluxerat.* in V.

Antequam plane ex animo tuo effluo. [B. Eer ik heel by u vergeten word. G. *Avant que je ſois efface de votre memoire.* A. be fore I be wholy forgotten by you.]

EFFRENATUS.

Ab equis ad homines Cicero traducit, qui libidine & animi impetu feruntur: nulla vero ratione ducuntur. ut,

Homines ſecundis rebus effrenatos, ſibique præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. Off.

O libidinem effrenatam & indomitam. pro Clu.

Novi hominis furorem, novi effrenatam violentiam. in A.

Indomitæ atque effrenatæ cupiditates. [B. Ongetemde en uitſporige luſten. G. *Delaches & vilains plaiſirs.* A. unbridled and raſh deſires.]

Effrenatus & præceps furor alicujus. de Ar.

Mens & effrenata & præceps. pro Cæl.

Projecta quædam & effrenata cupiditas. pro Do.

Libido efficit effrenatam appetentiam. Tuſc.

EFFUNDO.

Pro, Dico omnia quæ in animo habeo, *aut*, Copioſe de re aliqua dico, *Cicero utitur.*

1. Effudi vobis omnia [B. Ik heb ul: alles gezeid, dat op mijn hert lag. G. *Je vous ay ouvert mon coeur.* A. I have told you all that lief on my hart.] *quæ habebam.* de Or.

Teſtis effudit, quæ voluit omnia. pro Flac.

Hæc enim ætas effudit hanc copiam. de Or.

Brutus effudit illa omnia, quæ tacuerat. At.

Pompeius in nos ſuaviſſimè eſt effuſus. At.

2. Aliis variis rebus tribuitur: ut,

Segetes fœcundæ effundunt herbas inimicas frugibus. [B. Vrugtbare teel-landen brengen overvloedig onkruid voort. G. *La terre ſemeé engendre de l'Ivroye en abondance parmy le bled.* A. A fruitfull corn field brings forth a great quantity of weeds.]

Quod ego odium effudiſſe me omne arbitrabar. Ep.

Magno timore perculſa civitas tota ad te ſecum conjugibus & liberis effundebat. At.

Conſules ex Italia profugiſſe, cunctum ſenatum, totam

totam Italiam eſſe effuſam. pro Deiot.

Tota civitas effundit ſe: vel effunditur. [B. De gantſche Stad loopt. G. *Toute la ville eſt ſur pied.* A. The whole citty flocks out.]

Qui omnes judices Tribunus è carcere in forum effudit. de Ar.

Quòd in me carcerem effudiſtis. in Pomp.

C. *Cæſar patrimonium ſuum effudit, quanquam non ſumus uſi eo verbo quod decuit: non enim effudit, ſed in ſalutem reipub: collocavit.* in A.

Effundere patrimonium. [B. Sijn goed verquiſten. G. *Friponner: avaler ſon bien.* A. To conſume ones eſtate.]

Effuſis ac diſſipatis fructibus veſtris. contra Rul.

An temperantem eum dices, qui ſe in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Par.

Effundere ſe in aliqua libidine. [B. Sijn luſt boeten met eenige onkuisheid. G. *Lacher la bride à ſes paſſions paillardes.* A. To be poured out in to luxury.]

Effuſe. [B. Overvloedig, buyten maten. G. *En tres grande abondance.* A. Prodigal, beyond meaſure.]

Largè effuſeque donari alicui. pro S. R.

Cum & inaniter & effuſe animus exultat, tum illa lætitia geſtiens, vel nimia dici poteſt. Tuſ.

Id nemo tam effuſe petulans conatus eſt. in Pom.

EGENS.

Notanda hæc vox eſt, quòd Cicero *Egentem* vocavit, quem alii auctores *Egenum.*

ELABORO. pro, *Valde laboro, Operam do:* Cicero crebro uſurpat, noſtri ignorare omnino videntur.

Non tam ut proſim elaborare ſoleo, quàm ut ne quid obſim. de Orat.

Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice ut Plancus. At.

Contende quæſo atque elabora. [B. Doet dog u uiterſte beſt. G. *Faites tout effort.* A. Doe your utmoſt endeavors.] Qu. Fra.

De induſtriaq; non ex inſidiis elaboratur, ut verba verbis quaſi dimenſa & paria reſpondeant. Orat.

Qui non aliqua in re unà ſeparatim elaboraverunt. Or.

Neque in univerſo genere ſingulos elaboraſſe.

Nullum eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret. contra Rul.

Ex illis rebus univerſis eloquentia conſtat, quibus in ſingulis elaborare per magnum eſt. de Or.

Deſudare & elaborare in aliqua re. [B. Veel moeyte en arbeid aan een zaak beſteden. G. *Employer beaucoup de peine & de force à quelque affaire.* A. To ſpend much pains und troubele in a thing.]

Elaborare & eniti cauſa alicujus. Quin. de Pet.

Qui ſe oſtenderit de toto hoc genere nihil elaborare.

ELEVO, Idem quod *Levo*, tritum nunc non eſt. [B. Verkleynen, verminderen. G. *S'abaiſer, diminuer.* A. To lighten, leſſen.]

Suſpiciones & offenſiones in amicitia tum evitare, tum elevare, tum ferre ſapientis eſt. de Am.

Nihil eſt quod tam obtundat elevetque ægritudinem, quàm &c. Tuſ.

Quod eſt ab adverſario objectum, lepore magis elevandum, quàm contentione frangendum videtur. [B. Dat van de party ons verweten is, moet men liever met een aerdigheid ligt ſtellen, als met een vinnigheid plots wederleggen. G. *Ce qui, nous eſt reproché par notre adverſaire, il le faut mettre ſous pied par adreſſe ſans venin.* A. which is obiected by our adverſaries, that we ought ratherti lighten it with a i eſt then to agravate it with ſtrife.]

Non intelligis duplicari ſolicitudines, quas elevare, tua te prudentia poſtulabat. Ep.

Movere riſum oratoris eſt, quod frangit adverſarium, quod impedit, quod elevat, quod deterret, quod refutat. de Or.

ELOGIUM. [B. Graffchrift tot yemants lof. G. *Epitaphe ou eloge à la loüange de quelcun.* A. An epitaph written in praiſe of any one.]

Significat Latinè, quod in laudem alicujus extat, aut quod Græci Epitaphium vocarunt, quo vocabulo cum nos utamur tanquam Latino, ignorari videtur quomodo latinè idem exprimatur.

Neminem videbis ita laudatum, ut artifex callidus comparandarum voluptatum diceretur: non elogia monumentorum id ſignificant, velut hoc ad portam, uno ore cui plurima conſentiunt gentes, populi primarium

marium fuiſſe virum. de Fin.

Quid ipſorum ſepulchrorum monumenta, quid elogia ſignificant, &c. Tuſc.

Ad hoc nuſquam opinor ſcriptum fuiſſe in illo elogio, quod te conſule in ſepulchro reipubl: inciſum eſt.

Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum lamentiſque vacare. de Sen.

Si illud cenſorium elogium Appii Claudii & L. Piſonis, quo uſus eſt quiſque eorum, pro lege palam univerſis recitarem, nonne tibi viderer æternas inurere maculas. in Sal.

Quod elogium recitaſti teſtamento Cn. Egnatii. idcirco ſe exhæredaſſe filium, quòd is ad Oppianici damnationem pecuniam accepiſſet. pro Cluen.

ELUCERE, Pro Apparere, Clarum eſſe. [B. Uytblinken zich vertoonen. G. *Se Signaler.* A. To ſhine forth, to appeare.]

Amicitia magis elucet inter æquales. de Ami.

Excellentia magnitudoque in utilitatibus deſpiciendis elucet. Off.

Nemo ſtudet eloquentiæ, niſi ut in cauſa & in foro eluceat. de Or.

In cauſſis & foro elucere. [B. Op de Rol bekent ſtaan voor de beſte Advocaat. G. *Grand & celebre Avocat en cour, en parlement.* A. To be famous for pleading at the barre.]

Quid eſt igitur, ubi elucere poſſit prudentia?

ELUDO.

In uſu hujus verbi obſervandum non ſolum cum accuſativo jungi, ut, Eludere aliquem: ſed cum Dativo etiam. ut,

Quæ eſt iſta ars conjectoris eludentis ingenio. [B. Wat is dat voor een vond van een uitlegger der droomen, die met het verſtant de ſpot drijft? G. *Quelle invention d'interpreter les ſonges, & ſe railler de bel eſprit.* A. What an invention is that of an interpreter of dreams who ſcorns underſtanding] de D.

EMANARE.

Aliquid ex aliquo, pro Oriri. notum fortaſſe ſatis eſt: ſed pro divulgari aliquid non item. ut,

Orationem ita compreſſam, ut nunquam emanaturam putarem. At.

Oratio compreſſa non emanabit. B. Een reden die ſtil gehouden word, ſal niet uitlecken of onder de man komen. G. *Un diſcours qui doit etre ſecreté, ne doit pas étre publié.* A. A ſpeech that is kept in, ſtil, ſuppreſſed ſhall not flow out, become common, or divulged among the common people.]

Nam ferè omnis ſermo ad forenſem famam ab his emanat autoribus. Qu. de Pet.

Vereri te arbitror, ne per nos hic ſermo tuus emanet. de Clar.

Quæ fama non idcirco ſolum emanarat. in Ver.

Fama emanat. [B. Daar loopt een gerucht. G. *Le bruit court.* A. There is a report ſpread abroad.]

Denique invidioſum tibi ſit, ſi emanarit. Ep.

EMENTIOR.

Falſò fingo & excogito aliquid callidè. negligitur valde à noſtri ſeculi hominibus.

Aeſchines legationem ementitus eſt. [B. Æſchines heeft ſich valſchelijk uitgegeven voor een geſant. G. *Æſchines ſe diſoit fauſement Ambaſſadeur.* A. Æſchines has counterfeited orginen himſelfe falſly out for an embaſſadour.]

Alii ementiti ſunt in eos quos oderant Part.

Ementiri genus ſuum pro Cor. & ibidem.

Non furatus eſt civitatem. non genus ſuum ementitus?

Videmus hæc ſigna nunquã ferè ementientia. de D.

Ementitus eſt auſpicia. in A.

Quod me de ementitis auſpiciis putares eſſe dictum.

Ementita opinio. [B. Een verdigt gevoelen. G. *Une opinion couloree.* A. A forged or figned opinion.]

Me non ementitum eſſe autoritatem ejus ordinis.

EMERGO.

Transfert Cicero hoc verbum ad alia quibus expedimur.

Homo emerſus ſubito ex diuturnis tenebris luſtrorum ac ſtuprorum pro Seſt.

Homo emerſus è cœno. [B. Een man uit den drek opgekomen. G. *Un homme de baſſe naiſſance.* A. A man ſprung from the dunghil.]

Cum viriditas herbeſcens è vaginis emerſerit. de S.

Quæ ex vita emerſit, totumque ſe ejecit atq; extulit.

Emergere ex mendicitate. in Vat.

Emergere ex peculatus judicio. [B. Ontkomen,

men, of vry geſpro'ken worden na dat men voor recht geroepen is over Land-dievery. G. *Abſous apres avoir eté appellé en juſtice de malverſation.* A. To eſcape, to be freed after that one has appeared before the indge for theevery.]

Filium emergere ex paternis probis.

Meum conſilium reprehendo, quòd non aliqua ratione ex hoc negotio emerſeram. At.

Emerſeram commodè ex Antio in Appiam. Att.

Ex quo magis emergit, [B. Waer uit klaarder blijkt. openbaar wort. G. *d'Ou il paroit plus evidemment.* A. By which it appears more clearly.] *quale ſit decorum illud.* Off.

Reſpirare à metu cædis, emergere à fluctibus ſervitutis. [Verloſt werden van ſlaverny. G. *Etre delivré de la tyrannie.* A. To be freed from ſlavery.]

Incommoda valetudo, qua jam emerſeram. Att.

Iſta ſerpens, quæ tum hic deliteſcit, tum ſe emergit.

Emergere ſe. [B. Sich vertoonen voor den dag komen. G. *Paroitre en public* A. He appears in the world, he ſhews forth him ſelf.]

Hoc uno modo ſæpe multorum improbitate depreſſa veritas emergit. pro Cluen.

Quamvis enim demerſæ ſint leges, quamvis tremefacta libertas, tamen emergunt hæc aliquando. Off.

Nunc emergit amor, nunc deſiderium ferre non poſſum. At.

ENECTUS, ut Enectus fame, ſiti. [B. Half dood van honger en dorſt. G. *A demy mort de faim & de ſoif.* A. To be ſtarved for want of meat and drink.] vulgus, Mortuũ eſſe, aut mori fame, ſiti.

Avis fame enecta in offam pultis invadit. de D.

Siti enectus Tantalus. Tuſ.

Ea parte anni nec inopia enecta, nec ſatietate affluenti. de D.

Sic Appius ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, ſanguinem miſerit, quicquid potuit detraxerit, mihi tradidit provinciam enectam & προσανατετραμμένην. At.

Enecta provincia. [B. Uitgemergelt land. G. *Un Pays gaté affoibly.* A. a diſtreſſed province.]

Enectus) (Plenus. de D.

ENITOR, Elaboro.

Tu nunc omni amore enitere ut nos juves. [B. Om uwer liefde wil doet nu uw uiterſte beſt om ons te helpen. G. *Pour l'amour de vous, faites tout effort pour nous aſſiſter.* A. For gods ſake doe now your beſt to help us.]

Sed potius debet eniti & efficere, ut &c. Am.

Enitere, elabora, vel potius eblandire, effice, ut &c.

Qui ſtadium currit, eniti & contendere debet quàm maximè poſſit, ut vincat. Off.

Eniti in aliqua re. de Orat.

EO.

Fiunt hoc verbo quædam locutiones, non ſatis uſitatæ noſtris hominibus. ut,

In conſilium iri oportebat. [B. Men moſt de Rechters ſich laten beraden, en haer vrye gevoelens uit te ſprecken. [G. *Il falloit laiſer faire au conſeil, & dire leur ſentiment.* A. They muſt let the indges enter in to conſultation together and ſpeak their minds freely.]

Quàm diu alium prætorem cum iis judicibus, quos &c. de te in conſilium illum putaſti? I. V.

Si poteſt Cal. Jan. in conſilium iretur.

Ire in exilium, & proficiſci in exilium. [B. Voor balling uit het land gaan. G. *Sortir du pays en qualité d'exil.* A. To goe in to baniſhment.]

In ſententiam aliquam ire, (pro Aſſentiri.) Senatorum erat, qui diſceſſione facta, in partem aliquam ibant. ut,

Perſpiciebant enim in Hortenſii ſententiam multis partibus plures ituros. Ep.

Frequentes ierunt in alia omnia. [B. Een groote menichte heeft het contrarie advijs voor goed gekeurt. G. *Grand nombre ont ſuivi le ſentiment contraire: : pour equitable.* A. a great many have choſen the contrary opinion.]

Equidem antequam tuas legi literas, in hominem ire cupiebat [B. Hy wilde ſig tegen hem ſtellen. G. *Il s'opposoit a luy.* A. He would riſe up, oppoſe himſelf againſt him.] At.

In duplum ire. [B. Dubbelde boete betalen. G. *Payer double amende.* A. To ſuffer dubble loſs.]

Plures ituri ſunt in ſententiam Hortenſii [B. Veele ſullen het gevoelen van Hortenſius toeſtemmen, voor goed keuren. [G. *Pluſieurs approuveront le ſentiment de Hortenſius.* A. Many wil condeſcend to, or chuſe the opinion of Hortenſius.]

Prætor decrevit, ut ſi judicatum negaret, in

duplum iret. pro Flac.

Ut res ire cœpit [B. na dat de ſaak ſijn voortgang neemt. G. *Comme l'affaire prend ſon but.* A. As the matter goes on, proceeds.]

Quod quidem ut res ire cœpit, ſcio an aliquando futurum ſit. de Am.

Incipit res melius ire quàm putaram. &, *Prorſus res ibat.* At.

ERECTUS.

A corpore ad animum ſæpe à Cicerone transfertur, hoc modo:

Alacri animo & erecto proficiſci ad mortem. [B. Luſtigh en wel gemoed ter dood gaan. G. *Courir au trepas genereuſement.* A. To goe chierfilly and with a good courage to death.] de Sen.

Vir celſus & erectus. [B. Een edelmoedig, en kloekhertig man. G. *Un homme de courage & de valeur.* A. Noble and couragius man.] *& omnia quæ accidere poſſunt, parva ducens.* Tuſ.

Aliquem erectum & celſum huc & illuc vagari.

Is vagatur lætus & erectus paſſim toto foro pro F.

Ardens & erectus ad libertatē recuperandam. in A.

Si quis eſt paulo erectior, &c. Off.

Nunc verò multo ſum erectior, quod &c. in A.

Erectior ſenatus cohortationibus veſtris excitatus.

Magno animo & erecto eſſe. pro D.

Sum erectior animo. At.

Sic *Erigere*: cujus exempla in Lexicis videas.

EROGARE.

Pro, Rogatione aliquid dare, tribuere, nam de publicis rebus tantum dicitur: vulgare non eſt. Sic tamen uſi ſunt veteres.

Erogaſti pecunias ex ærario tuis legibus. in Vat.

Pecunia in claſſem erogata eſt. [B. 't Gelt is beſteed, uitgegeven aan de toeruſtinge van een vloot. G. *L'argent eſt employé à l'equipage de la flotte.* A. There is money layd given out for the fitting forth of the Fliet.] pro Flac.

Quanta tamen pecunia penderetur, ſi omnium nomine, quicunque Romæ ludos facerent, erogaretur. Qu. Fr. (*bitur.* At.

Qua ex inſula nullus nummus me obtinente eroga-

Pecunia publica ex ærario erogata ex vectigalibus populi ad emendum frumentum attributa. in V.

Oſtendam multas pecunias iſti erogatas in operum locationes falſas eſſe perſcriptas.

ETIAM ATQUE ETIAM.

Modus loquendi noſtra lingua alienus, & multis inuſitatus, ut,

De qua arbitror iſti ipſi, qui minantur etiam atque etiam, qui id liceat conſiderabunt. pro Pom.

Vide modo, etiam atque etiam conſidera. [B. Bedenkt u wel te degen. G. *Examinez vous meurement.* A. Conſider it wel.] in Ver.

Tu quemadmodum exiſtimes, vide etiam atq; etiam.

Etiam atque etiam te horror. [B. Ik vermaan u op het alderernſtigſte. G. *Je vous admonéte en diligence.* A. I admoniſh you againe and againe.]

Te vehementer etiam atque etiam rogo [B. Ik bid u van gantſcher herten. G. *Je vous prie de tout mon coeur.* A. I intreat you hartily.] Qu. Fr.

Etiam atque etiam puto. Ep.

Etiam atque etiam ſe avertere &c. At.

Diligenter etiam atque etiam facere aliquid. [B. Met de grootſte yver en vlijt yets wes doen: met al ſijn hert. G. *Faire quelque choſe avec ardeur.* A. To doe any thing earneſtly, with all ones hart.] de D.

EVADO.

Propria vis nota, ſed Evado (pro Fio, Exitum aut eventum habeo.) Vulgare non eſt.

Aliquando id quod ſomniamus evadere. de D.

Cum eadem ſomnia & aliis aliter evadant, [B. Nademaal de ſelve droomen by den eenen anders uitvallen, als by den anderen. G. *Veu que les ſorges ont une yſſue tout autre à l'un qu'a l'autre.* A. Seeing the ſaine dreams fall otherwiſe out in ſome then in others.] *& iiſdem non ſemper eodem modo.* Multa vera, inquit, evadunt. [B. Vele worden waar, of hebbē een ware uitkomſt G. *Il y en a des veritab: ou qui ont une Iſſue veritable* A Many things happen to be true, or have a true effect.]

Nihil ante de profectione conſtituam, quàm iſta quò evaſura ſint, videro. At.

Antea videamus, hoc quorſum evadat. [B. Laat ons eerſt ſien, waer dit op uitdraeyen ſal. G. *Voyons à quoy aboutira cela.* A. Let us firſt ſee the upſhot, or to what end it wil come.]

Quoad audiamus hæc quæ commota ſunt quorſum evadant.

EVENIRE

Bene aut male, Latini dixerunt, pro quo vulgus nunc,

nunc, Finem aliquem, aut exitum bonum aut malum habere.

Multis bonis male evenit, multis improbis optime. [B. Vele vrome luiden gaat het qualijk, en vele godlooſe gaat het wel in de werelt. G. *Tout ſuccede mal, aux bons: & la fortune favoriſe les mechants au monde.* A. It happers il with many good people in this world and wel with many wicked.] de N.

Magnis viris proſpere eveniunt ſemper omnes res, id ego ſum precatus, ut ea res nobis fauſtè, fœliciter, proſpereque eveniret. in C.

Velim tibi proſpere evenire quæ facta ſunt. [B. Ik wenſch dat u de gedane dingen wel gelucken mogen, of voorſpoedig uitvallen. G. *Je ſouhaite que l'affaire faite ait bonne Iſſue.* A. I wiſh that what you have don may happen wel or be proſperous to you.] Ep.

Quibus utinam ipſis eveniſſent ea quæ tum homines precabantur. pro Seſt.

At certe ei melius eveniſſet. Tuſ.

EVOLVO.

Inuſitatum noſtris hominibus pro Explico, Aperio.

Evolvere id quod involutum eſt. [B. Klaar ontdecken en uitpluyſen, 't gunt bewinpelt en duiſter is. G. *Eclairer ce qui etoit envelopé des tenebres.* A. To cleare and unfold that which is obſcure and intricate.] Off.

Cujus ego criminis neque principium invenire, neque evolvere exitum poſſum. pro Cæl.

Si quis voluerit animi ſui complicatam notionem evolvere. [B. So yemant het verwarde begryp ſijnes gemoets zal willen verklaren. G. *Si quelcun veut publier ce qui eſt caché de ſon coeur.* A. If any one wil unfold his intricate thoughts.] Top.

Totam hanc deliberationem evolvis accuratius literis. At.

Evolvere aliqua, id eſt, explicare & exponere. de Or.

Evolvere naturam omnium rerum. Acad.

Evolvi volumen epiſtolarum tuarum. Attic.

Evolve diligenter ejus librum [B. Leeſt neerſtig ſijn boek uit. G. *Dechifrez ſon livre en diligence.* A. To read over his book diligently.]

In poëtis evolvendis tempus conſumere. de Finib.

EX Præpoſitio nota, ſed quædam formæ loquendi ea fiunt noſtris non ſatis uſitatæ, quas cum Græci præpoſitione κατὰ exprimunt, & nos patrio ſermone eodem modo, docere hic volumus, Latinos non *Secundum*, ut multi evertunt, ſed *Ex*, aut E dixiſſe: non enim dicunt veteres illi Romani, *Secundum leges adminiſtrare* ut vulgus nunc, ſed Ex *lege*. ut, *Ex legibus optime reſpub: adminiſtratur.* de In.

Ex lege jurati judices judicent. de In.

Ex utilitate communi leges interpretari, non ex ſcriptione. de In.

Ex teſtamento juberi, & ex plebiſcito vetari. ad H.

Ex mandatis alicujus aliquid mandare. Ep.

Ex præceptis ſapientium vivere. [B. Na de leſſen der wyſe mannen leven. G. *Vivre ſelon la maxime des ſavans.* A. To live according to the rules of the wiſe men.] Tuſ.

Spectare aliquem, aut æſtimare aliquid ex aliquo. pro S. R.

Ex voluntate mea, & reipu. commodo. [B. Volgens mijn zin, en 't voordeel van den ſtaat. G. *Selon mon ſentimant, & l'avantage de l'etat.* A. According to my deſire and the prophit of the common wealth.]

Te ex ſententia navigaſſe gaudeo. At.

Ex juriſperitorum conſilio & autoritate reſtipulari ab aliquo. pro Qu. R.

Navigium ex tempeſtate moderari. [B. 't Schip ſtieren, na dat het onweer vereiſcht. G. *Tenir le gouvernail ſelon la tempéte.* A. To ſteer a Ship according to the tempeſt or ſtorm.] pro Cor.

Sic *ex natura, ratione, ratione vivere.* Nam *Secundum* à Cicerone non conjungitur iſtiuſmodi nominibus, niſi in hoc ſenſu. *Secundum naturam vivere:* aliis modis non invenies.

EXAEDIFICO, quod noſtra lingua dicimus. [B. Voltrecken, voltimmeren, volkomen opbouwen. G. *Achever, batir en perfection.* A. To build up, to perfect, to finiſh a building.] Tritum vulgari ſermone latine loquentium nunc non eſt.

Te rogo, ne gravere exædificare id opus quod inſtituiſti. de Orat.

Navis publice gratis coactis fabris operiſque imperatis exædificari atque effici potuit. in V.

In noſtris

In noſtris ſedibus exædificatum templum licentiæ. de Leg.

Ne exædificatum quidem hunc mundum divino conſilio exiſtimo. Acad.

EXAEQUO.

Aequum, aut æquale facere. Vulgare non eſt.

Superiorem eſſe contra improbos, minus negotii eſt, quam bonis exæquari. Poſtquàm.

Pauci pluribus exæquari non poſſunt. [B. Weynige mogen tegen veele niet op. G. *Avoir peu de pouvoir.* A. A few can not be compared to many.]

Exæquare omnia. [B. Alles even groot maken, gelijk ſtellen. G. *Faire tout egal.* A. To make all things equal or alike.]

Sed vereor, ne quia complures tibi præcipue commendo, exæquare videar ambitione quadam commendationes meas. Ep.

Pecunia omnium dignitatem exæquat. [B. 't Gelt maakt dat alle menſchen even veel reſpect, of aanſien hebben. G. *L'argent rend tuot le monde egal en dignité, & autorité.* A. Money makes all men equally to be reſpected and honoured.] At.

Ut longitudo & plenitudo harum multitudinem alterius aſſequatur & exæquet. ad Her.

Iſte omnia jura pretio exæquavit, [B. Hy heeft met geld alle de wetten even kragteloos gemaakt. G. *Il à rendu les loix invalides à force d'argent.* A. He has through money made all the laws equally of no effect.] *omnium rerum delectum atque diſcrimen pecunia ſuſtulit.* in V.

Qui in amicitiæ neceſſitudine ſuperiores ſunt, exæquare ſe cum inferioribus debent. [B. Zy moeten zich dragen als offe haer minder gelijk waren. G. *Ils ſe doivent comporter comme s'ils etoient leurs inferieurs.* A. They muſt carry them ſelves ſo as if they were equal to their inferiors.]

EXAGITO.

Vexo, Agitando commoveo, tritum non eſt.

Inventi ſunt, qui hanc dicendi exercitationem exagitarent atque contemnerent. de Or.

Inſectari & exagitare aliquem. [B. Iemand doorſtrijken, over den heekel halen, uitmaken en moeyelijkheid aandoen. G. *Gronder quelcun: donner la buée à quelcun: injurier quelcun.* A. To ſtir up, provoke, vex, exaſperate.]

Quonam igitur modo audiretur Phryx Athenis, cum etiam Demoſthenes exagitetur ut putidus. Or.

Quod apud Lucilium ſcite exagitat in Albutio Scævola. Hoc exagitant. [B. Hier mede ſtooken zy haer tanden. G. *Surquoy ils aiguiſſent leurs deuts.* A. With this they provoke them ſelves.]

Ne & meum mœrorem exagitem, [B. Op dat ik mijn eygen droefheid niet gaande make. G. *Afin de n'augmenter pas ma triſteſſe.* A. That I may not ſtir up mijn one grief.] *& te in eundem luctum vocem.* At.

Diſſenſio hęc multos annos erat exagitata [B. Dit verſchil hadmen vele jaren levendig gehouden: dit krakeel had lange tijd in ſwang gegaan. G. *Cette querelle à été long tems ventilee: à eté long temps en vogue.* A. This ſtrife was ſtired up for many yeares together, this quarrel has laſted a long time.]

Horum enim diſputationibus & exagitatus maxime orator eſt, & adjutus. Or.

Cauſam Senatus exagitatam eſſe concionibus improborum. Poſtquam.

Nec in hunc locum niſi multis exagitati ſeculis revertuntur. de Som.

Multis exagitari ſæculis. [B. Vele eeuwen agter een in ſterke beweging gehouden werden: gints en herwaarts gedreven werden. G. *Etre en tribulation pluſieurs ſiecles, etre agité ça, & là.* A. To be diſquieted for many ages together, to be toſſed and turned up and down, heere and there.]

EXAMINARE [B. Weegen. G. *Les chemins.* A. To weigh.]

Ponderibus, trutina, ſtatera, aut pondere, dixit Cicero: quod nos Germanice vocamus.

Ad ea probanda, quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. de Or.

Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, quid cuique debeam. pro Plan.

Diligenter examinare verborum omnium pondera.

Cum enim ſui ſimilem & levitatem & calorem adeptus eſt, tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem movetur. [B. Met gelijk gewigt gewogen (of tegen een opgehaalt werdende) ſlaat hy aan geene van beyde kanten over. G. *Etre peſé de poids egal: qui ne ſe peu debalancer.* A. Being weighed with an equal weight he inclines

inclines to neither ſide.]

Ad unamquamque rem exiſtimandam, momentoque ſuo ponderandam.

EXARDESCO.

Crebro Cicero transfert hoc verbum ad animi motum, qui concitatur in homine tanquam ignis & flamma.

Philippus graviter exarſit. de Or.

In omni genere amplificationis exarſimus. Or.

Ego illam flammam excepi, pro patria ſolus exarſi. [B. Ik heb alleen voor 't Vaderland geyvert. G. *J'ay ſeule éte porté pour la patrie.* A. I only havedon it with great zeale formy country.]

Ex quo eorum exardeſcit amor. de Am.

Ira exardeſcit, libido concitatur. Tuſ.

Exarſi non ſolum præſenti iracundia, ſed &c. Ep.

Homo exarſit iracundia & ſtomacho. [B. Hy wiert hevig en grimmig. G. *Il ſe mit en colere.* A. He was angry and froward.]

Hodie longo intervallo ad ſpem libertatis exarſimus. in A.

Ipſi enim ſponte veſtra exarſiſtis ad libertatis recuperandæ cupiditatem.

Quanquam tum propter multorum delicta etiam ad innocentium periculum tempus illud exarſerat.

Ingenium Carneadis exarſit contra Stoicorum diſciplinam. Tuſ.

Niſi quædam intolerabilis injuria exarſerit. de Am.

Præſagitio, &c. quæ ſi exarſit acrius, furor appellatur. de D.

Nunc vero ſi bilis vulgi, fremitu Italiæ vereor ne exarſerit. At.

Is in cauſa Bruti exarſit incredibili dolore. [B. in de ſaak van Brutus berſte hy van ſpijt. G. *Il creva de depit pour l'affaire de Brutus.* A. In Brutus his canſe be burſted with anger.]

Tota Italia exarſit libertatis deſiderio. [B. Gantſch Italie begoſt geweldig te verlangen na de vryheid. G. *Toute l'Italie bruloit pour ſa liberté.* A. Whole Italy began earneſtly to deſire to recover its liberty.]

Ex multis vitiis repente iſta tanta importunitas inauditi ſceleris exarſit. pro Syl.

EXCEDO.

Tribuetur & hoc verbum quoque non motum, ut vocant, ſignificantibus. ut,

Ut primum ex pueris exceſſit. Archias. pro Arch.

Poſtquam exceſſit ex ephebis. [B. Na dat hy gegaen is uit het getal der groote jongens, dat is, als hy een man wierd. G. *Apres qu'il fut parvenu à l'age de diſcretion.* A. After he was paſt a ſhipling, that is when he became a man.]

Sed ad eos qui vita exceſſerunt, revertamur. de Cl.

M. Cato multa vita excedens prævidit. in Aca.

Videbantur quæ vita exceſſerant, vivere. Tuſc.

Excedere è vita. [B. Deſer werelt overlyden. G. *Mourir, tres paſſer: paſſer à l'autre monde.* A. To depart this life, to dye.]

EXCIDO.

Præter vulgarem vim & uſum ſignificat.

1. Temere aliquid & inconſiderate aut dicere, aut divulgare aliquid.

Verbum ecquod unquam ex ore hujus excidit caſu aliquo, unde quiſquam poſſet offendi. pro Syl.

Ex iſto ore religionis verbum excidere aut elabi poteſt? pro Dom.

Quod verbum tibi non excidit fortuitu. [B. Welk woord u niet by geval ontvallen is. G. *La parole ne vous eſt échapee par haſard.* A. Which word fel not by chance from you.] in Ac.

Libellus, qui me imprudente & invito excidit, [B. Een boekje dat buyten mijn kennis, en tegen mijn zin onbedagtelijk uitgegeven is. G. *Le petit livre qui à ete mis en lumiere contre ma volonté, ſans y penſer.* A. a book that was publiſhed with out my knowledge, againſt my wil, and not thought of.] *& pervenit in manus hominum.*

2. *Oblivisci.*

O miram memoriam Pomponi tuam, at mihi iſta exciderant. [B. Die dingen waren my ontgaan, vergeeten. G. *Cela etoit efface de ma memoire.* A. Thoſe things aregon out of my memory, I have forgotten them.]

Quæ cogitatio cum mihi non omnino excidiſſet; etenim penitus inſederat. Ep.

Sed planè te intelligere volui, mihi non excidiſſe illud, quod tu ad me quibuſdam literis ſcripſiſſes. At.

Ex animo excidere aliquid. de Pro.

EXCIPIO.

Sunt & hujus verbi quidam modi loquendi, qui noſtros homines fugiunt: ut,

1. *Aliquem excipere*, pro *Incurrere*, *Incidere in aliquem.*

aliquem. Nos potius *Intercipere* dicimus.

Iſti bonorum emptores arbitrantur nos hic tales viros ſedere, qui excipiatis eos qui de ſuis manibus effugerunt. pro Qu. R.

A multis admoniti ſumus, ut caveremus ne exciperemur à Cæſare. At.

Timeo ne illum aliquorum furor excipiat. Bru.

Claſſis diſſipata eſt, onerariæ omnes ad unam à nobis ſunt exceptæ. Ep.

Excipere aliquem cum literis. Ep.

Excipere fugientes. [B. De vlugtende opvangen, onderſcheppen. G. *Recevoir les fugitifs: refugiez.* A. To catch, intercept the fugitives.]

Filiorum extremum ſpiritum excipere. [B. By 't ſterven van zijn kinderen weſen. G. *Aſſiſter à la mort de ſes enfans.* A. To be al the death of his children.]

2. Significantur quoque hoc verbo, quæ conſequuntur aliquid continuo ordine.

Interim me Quæſtorem Sicilienſis excepit annus. de Clar.

Herculis ambuſto corpore vitam & virtutem immortalitas excepiſſe dicitur. pro Seſt.

Vitam & virtutem excipit immortalitas. [B. Na een deugdelijk leven volgt aanſtonts een onſterffelyke glorie. G. *Apres une vie honnete ſuit la gloire immortelle.* A. After a virt nous lif ſucceeds immortal glory.]

Gravem figuram excipiat attenuata. ad Heren.

Sed memoriam illius viri excipient omnes anni conſequentes. [B. Van die man zalmen gedurig ſpreeken in de volgende jaren. G. *La poſterité celebrera la memoire de cette homme tous les ans.* A. Poſterity wil remember this man.] de S.

Linguam ad radices ejus hærens excipit ſtomachus. [B. Na de tong volgt de ſlock-darm aan hare wortels vaſt zijnde. G. *Apres la langue ſuit l'eſtomach fiché à ſes racines.* A. After the Tongue follows the gullet cloſely ad hearing to the roots of it.] de Na.

3. Audio, Intelligo.

Eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos & prætervolat numerus. Or.

Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur. pro Plan.

Aliquid ex ſermone alicujus memoria dignum excipere. de Or.

Niſi ſi quid ex prętereunte viatore exceptum eſt, [B. Ten ware datmen yet uit een voorbygaande paſſagier quam te hooren. G. *Si ce n'eſt qu'on entende quelque choſe des paſſans.* A. Unleſs one could heere ſome thing of a traveller as he paſſes by.] *nihil ſcire poſſumus.* At.

Adverſarii non ſolum ſententias, ſed etiam verba omnia excipere. de Orat.

Omnia alicujus loquentis verba excipere. de D.

At eo tempore ipſo miſit qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe deferrent. pro Deiot.

Ex alterius oratione excipere aliud atque ille vult. de Orat.

4. Periculis & laboribus tribuitur quoque quæ inferuntur. ut,

Cum in me illa flamma illorum temporum conjiciebatur, excepi, & pro patria ſolus exarſi. de Ar.

Omnem vim improborum excepi meo corpore. [B. Alle 't gewelt der godlooſen heb ik moeten afwachten, heb ik geleden in mijn perſoon. G. *J'ay ſoutenu tous les efforts des impies en mon coeur.* A. I have perſonally ſuſtained all the forces of the wicked.] pro Dom.

Unum pro univerſis ſubire atque excipere pericula. de pro.

Is omnia tela excipiat neceſſe eſt. in V.

EXCLUDO.

Propria vis nota, ſed excludi temporibus non eſt vulgare. Sic tamen Cicero temporis aut anguſtiam, aut iniquitatem ſignificavit. ut,

Hi excluſi temporibus populi Rom. [B. Deſe verhindert zijnde door de quade tyden van het R. volk. G. *Ceux cy etant empechez d'agir par le maurais temps du peuple Romain.* A. Theſe being ſhul oul by reaſon of the wickedneſs of the Roman times.] *agere quæ voluerant non potuerunt.*

Anguſtiis temporis excluduntur omnes.

Quæ ſoluto animo familiariter ſcribi ſolent, temporibus excluduntur. At.

EXCURRO.

1. Eo verbo ſignificabant Latini celeres profectiones, quæ ob cauſas privatas, aut animi gratia etiam ſuſcipiebantur. ut,

Ego, dum naves & cætera parantur, excurro in Pompeianum. [B. Ik doe een kort reisje na mijn

wooning by de ſtad Pompeji. G. *Je ſay un petit voyage à ma metairie proche de la ville de Pompee.* A. I take a ſmall journey to my country farme by the citty Pompeji.]

Fortaſſe excurremus menſe Septembri legati ad Piſonem.

Excurrat aliquis, qui hoc tantum malum filio ſuo nunciet. in V.

Mandavi utrique, ut antè ad me excurrerent, ut tibi obviam prodire poſſem. Ep.

2. Sic: excurro in fines hoſtium. [B. Ik doe een uitval op 's vyands bodem. G. *Je ſay une invaſion ſur la frontiere des ennemis.* A. I make an exc urſion on the enemies quarters.] unde Excurſiones. [B. Uitvallen, ſtrooperyen, invaſien. G. *Des courſes. des ravages des invaſions.* A. Excurſions rovings, in rodes.]

Habent propinquam provinciam, quò facilè excurrunt. in V.

Carthago excurrere ex Africa, & imminere populo Rom: videtur. contra Rul.

Via illa excurſionibus Barbarorum eſt infeſta. de P.

EXCUTIO.

Pro Scrutor, & diligẽter inſpicio, vulgare non eſt.

Decemviri qui noſtros imper: excutiant. contra R.

Nihil eſt quod metuas, non excutio te, ſi quid fortè ferri habeas, non ſcrutor. pro S. R.

Scrutari omnes ſordes, & excutere unumquemque comitum [B. Elk met-geſel naeuwkeurig onderſoeken betaſten. G. *Examiner ſon compagnon en diligence.* A. To ſerch narrowly in to examin every companion.] Qu. Fr.

Tabellarii ſexcentis locis excutiuntur. Am. Ep.

Hoc igitur probè ſtabilito & fixo, illud excutiendum eſt, ut ſciatur &c. Tuſ.

Quamobrem excutiemus omnes iſtorum delicias, omnes ineptias, ſi prodierint. pro Cæl.

Aſpicitur, non attrectatur, procul apparet, non excutitur, non in manus ſumitur. pro Plan.

EXSECO, Exſcindo, Excido. ut,

Ipſe armarii fundum exſecuit, & nummos abſtulit. B. Hy heeft zelfs de kas op den bodem uitgezaagt (doorgehakt,) en heeft alſoo den aap gelicht. G. *Il à en foucé la caiſe, & en à emporté les treſors* A. He has him ſelfe cut off the bottom of the cheſt and taken out the money.]

Vetus opinio eſt, exſectum eſſe cœlum à filio Saturno. de N.

Hi medentur civitati, qui exſecant peſtem aliquam tanquam ſtrumam civitatis. [B. Die een verrot lid afſnyden als een kanker in de regering. G. *Retraucher un membre poury comme un chancre en la regence.* A. Who cut off a rotten member as a canker in the government.] pro Seſt.

Strato in crucem actus eſt exſecta lingua. [B. De tong uit de mond geſneden zijnde. G. *La langue etant coupee.* A. The tongue being cat out of the mouth.]

Nervis omnibus exſectis. contra Rul.

Non minus eſſet probanda medicina quæ ſanaret vitioſas partes, quam quæ exſecaret. At.

Exſectio, onis. [B. Uitſnyding, berooving. G. *Exſtirpation, & ravage.* [A. A cutting off, a plundering.] *Cum illa exſectio fundi in armario animadverteretur.* pro Clu.

EXSECRARI ALIQUEM. [B. Vervloeken. G. *Devouër.* A. To curſe.] Quod noſtra lingua dicimus.

Alii Sacerdotem exſecrabantur, qui Verrem tam nequam reliquiſſet. in V.

Omnes te oderunt, tibi peſtem exoptant, te exſecrantur. in P.

Quod tibi proficiſcenti evenit, ut omnes exſecrarentur, male precarentur. in P.

Rectè Socrates exſecrari eum ſolebat, qui &c. de L.

Itaque accepimus Socratem ſolitum exſecrari eos qui, &c. Off.

Exſecratur apud Ennium Thyeſtes, primum ut naufragio pereat Atreus. Tuſc.

Ut optet, ut exſecretur. Or.

Ex Enn. Cui quod in me eſt exſecrabor hoc, quo lucet, quicquid eſt. de N.

EXEMPLUM. [B. Een affchrift, copy. G. *Une copie, exemple.* A. An example a copy.]

1. Inter cætera tribuitur hoc nomen literis, ſignificatque idem quod Germanicè vocamus, Gallo latini *Copiam* vocant. ut,

Cæſaris literarum exemplum tibi miſi. At.

Earum literarum exemplum infrà ſcripſi. At.

Literarum exemplum compoſitum eſſe arbitror. contra Rul.

2. Literæ aliquo exemplo, aut uno exemplo ſignificant, quod Barbari dicunt: Aliquo aut uno tenore, aut unum & idem eſſe in literis.

Capua literæ ſunt allatæ hoc exemplo &c. Att.

Sæpius ad aliquem literas uno exemplo dare. [B. Ik heb dikmaal brieven van eenen inhoud geſchreven. G. *J'ay ecrit ſouvent des lettres de la meme teneur.* A. I have often times written lettres in one form to the ſame effect.] Ep.

De quo tu mihi antea ſcripſeras bis eodem exemplo.

EXEO.

Transfertur hoc verbum per ſæpe à Cicerone ad inanima. ut,

Cum omnes boni perſpicerent ad iſtum non modò illos nummos, qui per ſimulationem ab iſto exierant. [B. Die hy in ſchijn betaalt had. G. *Qu'il avoit fait ſemblant de païer.* A. Which he diſſembed to have payed.] *revertiſſe.* in V.

Cum de conſularibus mea prima ſors exiſſet. At.

Nihil non conſideratum exibat ex ore. de Cla.

Nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. [B. Geenſins kan op ſodanige wyſe mijn oratie uitgaen en in het ligt komen. G. *Ma harangue ne peut être miſe au jour de cette maniére là* A. My oration can not at all be printed or given out and made publick at this rate.] pro S. R.

Libri quidem exierunt, ut in tali genere ne apud Græcos quidem ſimile quicquam. At.

Exire è patriciis. [B. Een ſleght gering man worden, ontadelt werden. G. *Deroger à la Nobleſſe, de Noble devenir roturier.* A. To become a mean man, to forfeit his nobility.] pro Dom.

Quinto autem anno exeunte, [B. Het vijfde jaar ten eynde lopende. G. *La cinquiême année étant pûte d'expirer* A. The fifth year expiring.] *cum eſſet ſpes &c.* de D.

Exire de vita. [B. Sterven. G. *Mourir.* A. To die.] Off.

EXERCEO.

Propria vis nota: ſed tribuitur muneribus & officiis, in quibus opera aliqua ponitur: ſignificatque id quod noſtra lingua, [B. Yets doen, plegen. G. *Faire quelque choſe.* A. To exerciſe, or doe a thing.] dicimus.

Exercere medicinam. [B. In de medicijne practiſeren, de geneeſkonſt oeffenen. G. *Exercer la medicine.* A. To practiſe in Phyſick.] de Cl.

Qui vectigalia exercent atque exigunt. [B. Die de tollen en accijnſen ontfangen en inſamelen. G. *Ceux qui receuillent les taxes, ou les droits d'exciſe.* A. Who receive and collect the taxes, or exciſe.] pro Pom.

Jus civile. de Leg.

Crudelitatem exercere. [B. Wreedheid plegen. G. *Faire un acte de cruauté.* A. To exerciſe or uſe cruelty] in Am.

Inimicitias exercere. in V.

Iracundiam in aliquem. At.

EXHAURIO.

Cicero ſemper penè tranſlatè utitur, idque variis modis quos vulgus ignorat. ut,

M. Antonius publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, [B. Hy puttede de ſchatkiſt uyt. G. *Il ipuiſoit le Treſor, ou l'épargne* A. He exhauſted the treaſury] *minuebat vectigalia.*

Cum omnem pecuniam ex ærario exhauſiſſetis.

Exhaurire ſentinam urbis. [B. Het ſchuym des volks uit de ſtad trekken. G. *Tirer de la ville la lie du peuple.* A. To draw the dreggs of the people, or the mobb, out of the city.] At.

Si exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna & pernicioſa ſentina reipub. in C.

Aerarium exhaurire, rempub. compilare. in Vat.

Immanes quæſtus, quos M. Antonii tota exhauſit domus. in A.

Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras. [B. So veel wijns had gy geſope op de bruyloft van Hippias. G. *Tant vous aviis bu de vin aux noces d'Hippias.* A. You had ſwallowd or drunck ſo much wine at the wedding of Hippias.] *ut tibi neceſſe eſſet vomere.*

Uno mehercule Catilina exhauſto, [B. Catilina alleen uit de ſtad vertrokken zijnde. G. *Catilina ſeul aïant quité la ville.* A. Catilina onely having left the city.] *relevata mihi videtur reſpub.* in C.

EXIMO.

Verbi hujus uſus non ſatis tritus.

Metellus calumnia dicendi tempus exemit. [B. Hy heeft de tijd doorgebraght. G. *Il à paſſé le temps.* A. He ſpent the time.] At.

Clodius

Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit.

Eximere aliquem è vinculis. [B Iemant verloſſen van de boeyen. G. *Delivrer quelqu'un des fers.* A. To free or deliver one out of bonds or fetters.] Or.

Eximere aliquem à culpa, de Inven.

Ille confirmabat ſeſe nomen Sexti Roſcii de tabulis exempturum. pro S. R.

Abſentem de reis eximit. [B. Hy maakt hem afweſig vry van alle ſchult. G. *Il s'abſente, étant exempt de dettes.* A. He withdrew or abſented himſelf being clear from debts.] in V

Eximere aliquem de numero proſcriptorum &c At.

Agrum de vectigalibus eximi. [B. Datter een land bevrijd word van de verponding. G. *Qu'un païs ſoit exempt de tailles, ou de taxes.* A. That a land may be freed or exempted from taxed.]

Qui ex obſidione fœneratores exemerit. Epiſt.

Ob eam cauſam ne tu ex reo eximerere, ſi ego non adeſſem ad diem. in V.

Eximere aliquem ex ærariis. [B Iemand ſijn boete quijt ſchelden. G. *Remettre à quelqu'un ſon amende.* A. To remitt or forgive one his fine.]

EXISTIMO.

Hujus verbi & propria vis & uſus vulgò ignoratur: nam quod imperiti dicunt, per *Opinionem bonam aut malam habere de aliquo,* Latini expreſſerunt hoc verbo. ut,

Benè exiſtimare de aliquo. [B. Een goed gevoele van yemand hebben. G. *Avoir bonne opinion de quelqu'un.* A. To have a good opinion of any one.] Ep.

Dionyſius de Dicæarcho benè exiſtimabat. At.

De ingenio ejus valde exiſtimavi benè. E.

Iudices benevolos & bene exiſtimantes facere. de O.

Malè de aliquo exiſtimare. [B Een quade opinie van yemant hebben. G. *Avoir mauvaiſe opinion de quelqu'un.* A. To have a bad opinion of a man.] in V.

Homo ipſe de ſe bene exiſtimans, ſeſeque diligens. [B. Een menſch veel van ſijn ſelve houdende en ſig ſelfs beminnende. Een menſch die een groot gevoele van ſig ſelve heeft. G. *Une perſonne qui à de l'amour propre, & une haute idée de ſoi.* A. A man that hath good thoughts of him ſelf, and loves him ſelf.] Off.

Barbari, *Multum de ſe tenere.*

Pro *Judicare* crebro ab eodem uſurpatur.

Si exiſtimare verè de omni hac cauſa volueritis. [B. Indien gy lieden van deſe gantſche ſaak na waarheid belieft te oordeelen. G. *Si vous voulé, juger du fonds de cette affaire ſuivant la verité.* A. If you will Judge of this whole cauſe or buiſynes according to the truth] pro Cæl.

De quo aliquid ſcire ipſe & exiſtimare poſſet. pro Syl. (de Cla.

Orationes in quibus exiſtimari de ingeniis poteſt.

Ut ex eventu homines de tuo conſilio exiſtimaturos videremus. Ep.

Deſine unumquemque moribus tuis exiſtimare. [B. Hout op een yder na uwe zeeden te eſtimeren. G. *Leſſés de juger d'un autre par vous même.* A. Leave of Judging every body according to your own manners, to meaſure every ones corn by your own buſhell.] in Sal.

EXSPECTATIO.

Cicero hoc nomine ſignificavit, quod nunc plerique *Deſiderium* dicunt.

Varronis ſermo facit exſpectationem Cæſaris. At.

Facere expectationem ſui. [B Een groot verlange naa ſig verwekke. G. *Donner lieu à une grande attente de ſoi même, promettre beaucoup.* A. To make or raiſe agreat exſpectation of ones ſelf.] Acad.

Neſcis quanta cum exſpectatione te ſim auditurus. de Nat.

Scribis mirificam exſpectationem eſſe mei. At.

Summa eſt exſpectatio tui. At.

Ea ſi paulo latius dixeris, expleris omnem exſpectationem diuturni deſiderii noſtri. [B. Gy ſult de verwachting van ons langdurig verlange voldoen. G. *Vous comblerés parfaitement nos ſouhaits.* A. You will ſatiſfie all the expectation of our deſire or longing.] de Or.

Summa ſcito in exſpectatione te eſſe. Ep.

Sum in exſpectatione omnium rerum.

Cum me in ſummam exſpectationem adduxeris. Tuſc.

Afferre exſpectationem alicui. At.

Vincere exſpectationem Ep.

EXPENDO.

Idem quod, Perpendo. Sed vulgus magis

hoc, quam illo utitur. Cicero vero contra.

Hæc laus non poëtarum carminibus celebratur, ſed prudentium judicio expenditur [B. Word overwoge door het verſtand der wyſe. G. *Le qu'on laiſſe à jugeraux ſages.* A. Is weighd by the underſtanding, witt, or Judgement of the learned.]

Equidem cum colligo argumenta cauſarum, non tam ea numerare ſoleo, quam expendere. de Or.

Vos qui in judiciis teſtem diligenter expenditis. pro Flac.

Neque *Expendo* pro *Conſumo* aut *Impendo* à Cicerone & ſimilibus auctoribus, ut vulgus putat, uſurpatur: ſed pro, *Appendo*, aut *pondero.* [B. Wegen. G. *Peſer.* A. To weigh.] ut,

Ante pedes Prætoris in foro expenſum eſt auri pondo centum paulo minus per Sex. Cæſium. pro Flac.

Hinc *Expenſum ferre alicui.* [B. Op yemants rekeningh ſetten. G. *Metre ſur le compte de quel qu'un.* A. To ſett on a mans account.] pro eo quod indoctiores dicunt, quod Mutuatus eſt alicui, aut, Mutuo dedit in libro ſcribere alicui. vel, Scribere in libro rationum, ſe dediſſe alicui ſummam aliquam.

Expenſa Chryſogono HS. ſexcenta, accepta pupillo Maleolo retulit. in V. *Chryſogono expenſa lata ſunt.*

Ne tu expenſum muneribus ferres. At.

Videas enim unde nummi ſint, mihi feras expenſum.

Quis unquam in illo Jano inventus eſt, qui L. Antonio mille nummum ferret expenſum. [B. Wie van de wiſſelaars ſoude hem 75. gulden crediteren. G. *Y at-il un Banquéer qui voudroit lui faire credit de 75. livres.* A. Who of the Bankers would truſt him 75. gilders.] in A.

EXPERIRI.

Pro, *Intendere actionem:* aut quod noſtra lingua dicimus, [B. Een proces aandoen. G. *Faire un proces.* A. To ſue a man.] vulgare non eſt.

Nulli experiendi jus conſtitutum. [B. Niemand is reght gegeve in het proces te trekken. G. *Perſonne n'avoit droit de pouſſer cela en juſtice.* A. No body hath a righ given him to bring it to a trial in Law] pro Cec.

Experiri ſummo jure. pro Quin.

Qui nunquam ne congreſſu quidem & conſtituto cœperunt de tantis injuriis experiri. [B. Wegens ſulke groote ongelijke ymant een proces aandoen. G. *Faire un proces à quelqu'un pour de ſi grandes injures.* A. To ſue a man for ſuch great injurys.] pro Cæl.

Fuit procurator, qui cum experiri poſſet. pro Qu.

EXPLERE, pro Satiare tritum non eſt.

Explere diuturnam ſitim [B. Een langdurige dorſt leſſen. G. *Etbanger une ſoif qui à duré long temps.* A. To quench a long thirſt.] de Sen.

Explere libidem. pro Cæl.

Explere cupiditates, ſatiare odium. Part.

Explere avaritiam ſuam pecunia. [B. Sijn gierigheid door gelt verſaden. G. *Aſſourir ſon avarice par de l'argent.* A. To ſatiate his Coveteouſnes with money] pro S. R.

Explere inimicitias & ſaturare odium. ad Her.

Explere intemperantiam alicujus. de Ar.

Iis qui illud malum exciderint, nihil quo expleri poſſit eorum meritum, [B. Niets waar mede haar verdienſte of weldaad kan beloont worde. G. *Rien qui puiſſe récompenſer leur merite.* A. Nothing where with their deſerts can be cecompenſed.] *tribui unquam poterit.* Brut.

Explere cumulate vitam beatam. de Fin.

Hanc igitur partem relictam explebimus. Off.

Ut amicitiæ munus expletum ſit. de Am.

Noli committere ut excuſatione potius expleas officiam ſcribendi. [B. Wilt niet maken dat gy in de plight van Schryven u ſelve liever bedient van een excuys. G. *Ne vous ſervir point d'excuſe pour vous acquiter du devoir d'écrire.* A. Have a care that you doe not rather doe your duty in writing by way of excuſe.] *quàm aſſiduitate literarum.* Ep.

Sic explevit, quod utrique defuit. de Clar.

EXPLORATUS, *a, um.*

Pro Certus, aut, De quo non dubitatur crebro, Cicero utitur: noſtri rarius: ſed pro hoc dicunt, certò ſcire, certum eſſe.

Cum poſſit exploratum eſſe de ſua ſalute. Aca.

Quid enim mihi exploratius eſſe poteſt, quàm illius animus in rempub [B. Wat kan ik ſekerder weten als ſijn genegentheid jegens de republijk. G. *De quoi puis je être plus aſſuré que de ſon affection pour la République.* A. What can be more manifeſt or ſure to me than his affection to the commonwealth?] At.

Cum

Cum mihi erit exploratum, te libenter eſſe riſurum, ſcribam ad te pluribus. Ep.

Quid ſive id quidem exploratum eſt, fore ut mihi liceat. de N.

*Brunduſium pergere cogito, felicior enim & ex*ploratior devitatio, [B. Een ſekerder vermyding. G. *Une échapade plus aſſurée.* A. Securer evitation, or eſcaping.] *legionum fore videtur, quam piratarum qui apparere dicuntur.* At.

Dixi me nullo modo facere poſſe, niſi exploratum mihi eſſet, eum tyrannoctonis amicum fore.

Quis eſt tam ſtultus, cui ſit exploratum, ſe uſque ad veſperum eſſe victurum. de Sen.

Deus habet exploratum, fore ſe ſemper. de N.

Poteritis igitur exploratam habere pacem, [B. Gylieden kond ſeker de vreden weten. G. *Vous pouvés être aſſurés de la paix.* A. You can or may be aſſured of the peace.] *cum in civitate Antonium videatis?* in A.

Si exploratum habere cœpero, Cæſarem honoribus extraordinariis fore contentum. Att.

Cæſarem hoc idem probaturum, exploratum habeo. [B. Dat Cæſar dit voor goet ſal keuren weet ik ſeker. G. *Je ſais certainement que Cæſar aprouvera ceci.* A. I am not ſure whither Cæſar will approve of this.] de D.

Literæ à timore exploratæ.

EXPROMO.

Cicero tranſlate ſemper fere utitur, pro, In lucem profero: ut,

Quæ nunc expromam abſens audacius. Ep.

Sed jam exprome, ſi placet, leges iſtas de religione. [B. Maar brengt nu voor den dag, als't u belieft, die wetten van de religie, of Godſdienſt. G. *Mais produiſés s'il vous plait ceſſoir qui comement la Religion.* A. But, if you pleaſe, produce thoſe laws concerning religion.] de Leg.

Deinde ſuum exprompſit odium. At.

Sed ego veſtram crudelitatem expromo? pro Do.

In meo inimico crudelitatem exprompſiſti tuam. [B. Gy hebt u vreetheid getoont in mijn party. G. *Vous avés fait voir votre cruauté envers mon ennemi.* A. You have ſhewd youn cruelty in my enemy or adverſary.] pro Mil.

Ut apud eos ipſos quod ab iis didicerimus, velimus expromere. Quint. Fra.

Cauſa in qua vis eloquentia poſſit expromi. de Or.

Conferre cauſas, & quid in quamque ſententiam dici poſſit, expromere. D.

Quorum omnis induſtria *vitæ & vigilandi labor in antelucanis cœnis* exprimitur. [B. Welkers vlijt geheel beſteet word. G. *Dont l'induſtrie eſt toute miſe en oeuvre.* A. Whoſe diligence, is all beſtowd or taken up.] I. C.

EXQUIRO.

Diligenter inquiro, aut quæro, tritum non eſt: hoc modo ergo divulgetur.

A te nihil dum certi exquiro, ſed quid videtur. At.

Omiſſis autoritatibus, ipſa re & ratione exquirere veritatem. [B. De ſaak ſelfs, of door de rede de waarheid uitvorſen. G. *Tacher de receuvrir la verité par la choſe méme.* A. To ſearch the truth by the thing it ſelf and the reaſon of it.]

De Varrone non ſine cauſa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. At.

Exquire de Bleſamio. [B. Ondertaſt ondervraagt Bleſamius. G. *Sondes*, *Examines Bleſamiús.* A. Enquire of Bleſamius, ſound or pulſe Bleſamius.] pro Deiot.

Cogitatio in vero exquirendo maxime verſatur. Off.

Vos qui mores exquirendos putatis. pro Flac.

Sed hæc non minus exquiro à Græcis. [*B.* Maar deſe dingen ſoek ik niet minder van de Grieken te weten. G *Mais je ne cherche pas moins à aprendre ces choſes des Græcs.* A *But* I doe not ſearch theſe things leſs out of the Græcians.] At.

Omnium rerum ex quibus aliquid exquiritur, nihil eſt agricultura melius. Off.

Cum ex te cauſam uniuſcujuſque divinationis exquirerem. de D.

Hinc *Exquiſitus*, ut, Exquiſita doctrina, ratio, ars, verba, literæ, munditia, [*B.* Uitgeleſene geleertheid, brieven, netheid. G. *Une erudition choiſie, la raiſon, les paroles, la nettete.* A. Exquiſit learning, reaſon, words, and nicety.] *& quæ ſimilium generum ſunt: quæ delecta ſunt magno judicio.*

EXTERMINO.

Ignotum in vulgus, pro *Ejicio* uſurpari.

Protagoras urbe atque agro eſt exterminatus. de N.

Cum ex urbe Catilinam ejiciebam, cum illum exterminari volebam. in C.

Ex

Ex urbe expelli, exterminari, eijci. [B. Ui de Stad gezet, gejaagt, en gebannen worden. G. *Etre chaſſé, exilé ou mis hors de la ville.* A. To be turned, expelled, or baniſhed out of a city.]

Hunc ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. in A.

Ut non ante attigerint, quàm hunc ordinem condemnarint, quàm autoritatem veſtram è civitate exterminarint? de Pro.

Exterminabit cives Rom. Conſul à ſuis diis penatibus. pro Seſt.

EXTREMUS.

In extremis, *aut*, In extremo aliquid eſſe, *indoctiores non dicunt:* ſed pro eo, In fine literarum, aut libri. Cic. In extremis. ut,

Literę quibus in extremis erat, ſibi inſidias fieri. At.

Epiſtola in qua extrema ſcriptum erat. [B. Den brief, in welke onder aan geſchreven ſtont. G. *La lettre au bas de laquelle étoit écrit.* A. The letter in which was written at the end of it.]

Jovis oratio quæ eſt in extremo illo libro. Qu. Fr.

In extremo tertio libro. [B. Op 't eind van 't derde boek. G. *A la fin du troiſiême livre.* A. At the end of the third book.] Off.

Ut in extremo tertio ſcribis. de D.

In extrema ferè parte epiſtolæ. At.

EXTURBO.

Ut ſupra *Deturbo*: atque etiam à conſuetudine noſtrorum hominum æque alienum.

Quæro qui ſint iſti optimates, qui me exturbent, cum ipſi domi maneant. At.

Cum Senatum à gubernaculis dejeciſſes, populum è navi exturbaſſes. pro Dom.

Exturbare homines è poſſeſſionibus. [B. De menſchen uit hare bezittingen werpen. G. *Depouiller les gens de leurs biens.* A. To chaſe or drive people out of their poſſeſſions.] pro Syl.

Exturbari & expelli ex agris. [B. Uit ſijn landen gedreven worden. G. *Etre chaſſé de ſon païs ou de ſes terres.* A. To bedriven or chaſed out of his land or eſtate.] contra Rul.

Exturbare aliquem bonis patriis. in V.

Miſerum eſt, exturbari fortunis omnibus. [B. 'T is ellendigh van al ſijn goederen berooft te worden. G. *Il eſt deplorable d'être prive de tous ſes biens.* A. It is a miſerable thing to be turned out all his goods eſtate or fortune.] pro Qu.

Exturba domo & expelli domo. pro Clu.

EXULTO.

Lætitia immoderata me effero & jacto. ut,

Quintus pater exultat lætitia. At.

Hominem furentem exultantemq; continui. de Ar.

Palam exultare lætitia & triumphare gaudio cœpit. [B. Hy heeſt in't openbaar beginnen op te ſpringen van blijdſchap en van vreugde uitgelaten te zijn. G. *Il à commence à temoigner publiquement ſa joie, & à en faire des triomphes.* A. He began to leap publickly and to triumph for Joy.]

Exultare immoderateque jactari. de D.

At Cymbri in præliis exultant, lamentantur in morbo. Tuſc.

Fabius Annibalem juveniliter exultantem, patientia ſua molliebat. de Sen.

F.

FACIO. Romani quædam hoc verbo ſignificarunt, pro quibus nunc potius dicunt,

Facere medicinam, topiariam: quomodo etiam recte loquuntur. *Facere medicinam alicui.* Ep.

Medicinæ faciendæ locum non eſſe. pro Qu.

Ita ſum levatus, ut deus mihi aliquis medicinam feciſſe videatur. [B. Ik ben zo fris geworden, dat my een God yets ſchijnt ingegeven te hebben. G. *Je ſuis ſi bien rétabli, qu'il ſemble qu'un Dieu m'ait donné des remedes.* A. I am ſo well recovered that me thinks ſome God hath given me phyſick.] Ep.

Facere piraticam. [B. Te kaap varen. G. *Aller en courſe ſur la mer.* A. To exerciſe pirary, to goe out a pirating.] Poſtquam.

Facere topiariam. [B. De konſt van de huiſen met beeldwerk op te cieren, oefenen. G. *Mettre en pratique l'art d'enjoliver les jardins de ſculpture.* A. To exerciſe the art of adorning gardens with images.] Qu. Fr.

Facere argentariam. [B. Een wiſſelbank houden. G. *Tenir une Banque.* A. To keep a banck, to deale in Exchange.] in V.

M. Brutus accuſationem factitavit. de Cla.

Ille verſus, qui vetat artem pudere proloqui quam factites. Orat.

Facere aliquid, aut aliquem laudare, loquentem, *pro,*

pro, Fingere & introducere perſonam aliquam loquentem.

Plato facit mundum ædificari à Deo. de N.

Plato facit Iſocratem laudari à Socrate. [B. Plato voert in Iſocrates als gepreſen wordende van Socrates. G. *Platon fait louer Iſocrate par Socrate.* A. Plato introduceth Socrates as being praiſed by Socrates, or as praiſing Socrates.]

Facere aliquem loquentem. Or.

Plato facit Socratem diſputantem. de N.

M. Cato apud quem Lælium & Scipionem facimus admirantes. de Sen.

In eo libro, ubi ſe cum Curione colloquentem facit. de Cla.

Damnum, jacturam, detrimentum facere. [B. Schade lyden. G. *Avoir ou ſouffur du dommage.* A. To ſuffer or have damadge.]

Reſpublica detrimentum facit. in V.

Facere damnum. de Cla.

Facere jacturam. At.

Cum aliquo aliquid facere. vulgus, Pro aliquo aliquid eſſe. A partibus alicujus eſſe.

Cum Cæſare Lentulus conſul facit. [B. Den Borgemeeſter Lentulus houd het met Cæſar. G. *Le Bourguemaitre Lentulus eſt du parti de Cæſar.* A. The Conſul Lentulus is of Cæſars ſide or party] At.

Autoritas doctiſſimorum hominum nobiſcum facit. pro Cecin.

Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur.

Faciebant omnia cum Pupilla. in V.

Cum furialis illa vox ſecum illos facere perſonabat. pro Plan.

Demoſthenes φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id eſt, quaſi cum Philippo facere. de D.

Hoc nihilo magis ab verſariis, quàm à nobis facit. [B. Dat is niet meerder voor onze party als voor ons. G. *Cela n'eſt pas plus avantageux à nos ennemi qu'a nous.* A. This is of no more advantage to our adverſarys than to us.] de In.

Contra *opponitur.*

Facere contra aliquem. de Fin.

Fac eſſe. [B. Laat ons onderſtellen dat het zo is. G. *Supoſons que cela ſoit ainſi.* A. Let us ſuppoſe that it be ſo.]

Imperiti dicunt, *Pone caſum quod ſit:* aut, *Pone quod ſit, Conceſſo, Dato, Poſito quod ſit.*

Fac potuiſſe, [B. Laat ons onderſtellen dat hy heeft konnen &c. G. *Supoſons qu'il ait pu &c.* A. Let us ſuppoſe that that he could &c.] *quod eſt, &c.* in A.

Verum fac eſſe omnia. Ep.

Sed fac igneam, fac ſpirabilem, nihil ad id quod agimus. Tuſ.

FALLO.

Niſi me fallit, noſtris ita in uſu non eſt, ut olim fuit Latinis: nam pro eo dicunt potius, *niſi errem.*

Sed nos (niſi me fallit). [B. Ten zy ik geabuſeert ben, ten zy ik bedrogen ben. G. *Si je ne me trompe.* A. If I be not miſtaken.] *jacebimus.* At.

Niſi me forte fallit. Brut.

Is enim ſum (niſi me fallo) qui &c. Acad.

Niſi me fallit animus. pro S. R.

Niſi omnia me fallunt. At.

Niſi quid me fallit. Ep.

FASTI, ORUM.

Latine dicuntur quæ nunc vulgus *calendaria,* aut *almanach,* vel *diaria* vocant: nam in his & temporis ratio & feſtorum dierum obſervatio notatur, ut olim apud Romanos in faſtis.

Decrevi, ut in faſtis ad eum diem Bruti nomen aſcriberetur. [*B.* Ik heb beſloten dat de naam van Brutus in den almenak zou geſchreven worden. G. *J'ai réſolu de faire écrire le nom de Brutus dans l'almanac.* A. I have decreed, or am reſolved that the name of Brutus ſhall be written in the almanach, or publick regiſters.]

Quod ego cum dabam Bruto, notam eſſe in faſtis gratiſſimæ victoriæ memoriam volebam. At.

Cum diem feſtum ludorum de faſtis ſuis ſuſtuliſſent. [*B.* Uit haar almenacken hadden uitgeſchrapt. G. *Avoient rayé de leur almanac.* A. Had blotted out of their almanach, or publick regiſters.] in V.

Eximere dies de faſtis. in V.

Conſules non modo ex memoria, ſed etiam ex faſtis evellendi. pro Seſt.

Longæ paginulæ in codicillorum faſtis. At.

Luna accretione & diminutione luminis quaſi faſtorum notans & ſignificans dies. Tuſ.

Etenim ordo ipſe animalium mediocriter nos retinet,

net, quaſi enumeratione faſtorum. Ep.

Flavius Annii filius protulit faſtos, nam occultatam putant quodam tempore iſtam tabulam, ut dies agendi peterentur à paucis. At.

Poſſet agi, nec ne, pauci quondam ſciebant: faſtos enim vulgo non habebant pro Mur.

FATUM.

Latini appellant, quod Theologi Scholaſtici nunc *prædeſtinationem.* ut,

Toto libro de fato.

Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri &c. [*B.* De rede dwingt ons te bekennen dat alles geſchied na een voorgaande beſluit. *G. La raiſon nous oblige de reconnoitre que le deſtin fait toutes choſes.* A. Reaſon conſtrains us to acknow ledge that all thing are done by by a fatall decree.]

Ruina igitur oppreſſus eſſet. at id neque ſi fatum fuerat, effugiſſet: neque ſi non fuerat, in eum caſum incidiſſet. de D.

Neque me Appollo ſatis fandis dementem invitam ciet.

Aliquem eſſe aliquo fato, *ſignificat: quod barbari dicunt,* in aliquo planeta, aut ſidere natum eſſe aliquem, aliqua fortuna eſſe.

Ea conditione atque eo fato natum me eſſe. [*B.* Onder die voorwaerde en in zo een ongelukkige planeet geboren zijn. *G. Etre né ſous une ſi mal-heureuſe étoile.* A. To be born on ſuch a condition and ſuch an ur happy fateor decree.]

Milo hoc fato natus, ut ne ſe quidem ſervare potuerit, quin una remp: ſervaret. pro Mil.

Omnes qui ad illa arma fato ſumus, neſcio quo, [B. Ik weet niet door wat rampzalig noodlod. *G. Je ne ſais par quelle fatalité.* A. I know not by what miſerable fate.] *reip: miſero funeſtoque compulſi.* pro Mar.

Quonam meo fato fieri dicam. in Acad.

Qua quidem in re ſingulari ſum fato. [B. In welke zaak ik van een byſonder fortuyn ben. *G. En quoi j'ai été extrêmement heureux.* A. In which I am of a particular fortune or have a very good luck.] Ep.

Ut meo fato & tu & omnes mei corruiſtis. Q.Fr.

FERIO.

Modi qui hoc verbo fiunt, non tam obſcuri, quam ignoti nunc noſtris. ut,

Hoſtem qui feriet, [B. Die een vyand zal treffen. *G. Qui percera un ennemi.* A. Who ſhall wound an enemy.] *mihi erit Carthaginenſis.*

Adverſarius qui ſit & feriendus & repellendus.

Ferire parietem. pro Cæl.

Inſtat ut ſecuri *ambo* feriantur. [B. Onthooft worden. *G. Etre decapite.* A. To be beheaded, or have his head cutt of.] in V.

Quo minus patent multa in eorum vita, quæ fortuna feriat. Off.

Sed tamen in laudando jungenda ſunt etiam hæc genera virtutum: feriunt enim aurem hominum. [*B.* Zy ſtrelen de ooren der menſchen. *G. Ils charment les oreilles.* A. They charme the eares of men.] de Or.

Binis aut ternis ferire verbis. Or.

His autem ſpectris etiam oculi poſſent feriri, animus qui poſſit, non video. Ep.

Ferire fœdus cum aliquo. [*B.* Met ymand een verbond maken. *G. Faire une Alliance avec quelqu'un.* A. To make an alliance with any body.]

Fœdera feriebantur provinciarum. pro Dom.

Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpiſſimorum quotidie fœdera ferires. pro Cæl.

FERO.

Varia junguntur cum hoc verbo. Quæ verò ignorantur vulgo, hæc eſſe puto.

Ut opinio, conjectura, ſpes fert. *pro,* Ut opinor, conjicio, ſpero. [*B.* Gelijk ik meen, gelijk ik gis, gelyk ik hoop. *G. Comme je penſe ſuivant mes conjectures, mon eſperance.* A. As I thinck, according to my opinion, thoughts or Judgement.]

Nos, ut opinio & ſpes & conjectura noſtra fert, tuti ſumus. At.

Ut opinio mea fert. Ep.

Plura dixi, quam aut opinio mea tulerit, aut voluntas mea. [B. Als ik gemeint had of wilde zeggen. *G. Comme je criois ou voulois dire.* A. As I thought or would have ſayed.]

Sicut opiniones hominum & religiones ferunt. in V.

Ita ſui periculi rationes ferunt. [B Zulks vereiſten de belangens van ſijn gevaar. *G. L'état perilleux ou il ſe trouve requiert cela.* A. The concerns of his danger or perill require that.] *& poſtulant &, Tantum relictum eſt,* quantum Apronii libido tulit. [B. Als de begeerlijkheid van Apronius heeft

heeft toegelaten. *G. Comme la deſiré Apronius.* A. As the ſuit or deſire of Apronius would permitt or give leave.]

Tempus, cauſa, res fert. [B. De tijd, de zaak vereiſt ſulks, brengt ſulks meé. *G. Le temps, la choſe, requierent cela.* A. The time or buiſynes requires it.]

Et iſtiuſmodi alia, ſignificant: quod indoctiores dicunt, *Tempus, res non permittit, non exigit, non poſtulat.*

Si res ita tuliſſet. in Acad.

Velim ita fortuna tuliſſet &c. Ep.

Quid res, quid tempus, quid cauſa ferat, tu perſpicies.

Si ita tempus feret. Ep.

Si occaſio tulerit. [B. Zo de gelegentheid ſulks toelaat. *G. Si l'occaſion le permet.* A. If occaſion permitt it.] Ep.

Vereor ne gravioribus utar verbis, quàm natura mea fert. [B. Als mijn natuer medebrengt. *G. Autant que mon naturel le permet.* A. Than agrees with my nature or humor.] pro Quint.

Hoc ſi vobis verſutius, quàm mea conſuetudo defendendi fert, videbitur. pro Cec.

Gravius quam conſuetudo tua ferebat. At.

Ad me ut tempora noſtra, non ut amor tuus fert, verè perſcribe. Qu. Fr.

Ut ætas illa fert. [B. Als die jaren toelaten. *G. Comme le porte cet âge.* A. As it is in that age, as agrees with ſuch years.] pro Clu.

Ferre tribum, centuriam, ſuffragia, *dicitur is*, qui *tribum, centuriam, ſuffragantem habet:* quod vulgari more diceremus, *Unius tribus nomen, aut vocem habere.*

An tandem una centuria prærogativa tantum habet autoritatem, ut nemo unquam prior eam tulerit, [B. Dat niemand de ſtem van dat eerder gehad heeft.] *G. Que perſonne n'y à donné plutôt ſa voix.* A. That no body gave it (to witt his voice) ſooner.] *quin renunciatus ſit? quaſi abſtulerit.*

Dubitatis inquit, quæ coitio facta ſit? cum tribus plæraſque cum Plotio tulerit Plancius. [B. Daar Plancius met Plotius de ſtemmen van de meeſte gedeeltens des volks hadden. *G Lors que Plancius & Plotius avoient la plupart des ſuffrages.* A. When Plancius and Plotius had the moſt voices.] *an una fieri potuerunt, ſi una tribus non tuliſſent? an nonnullas punctis penè totidem.* pro Plan.

Aut tum cum es factus, unam tribum ſine Curione ferre potuiſſes? in A.

Queſtus es, plures te teſtes habere de Volitinia, quam in ea tribu puncta tuleris. pro Plan.

Aut ne te gratuita quidem eorum ſuffragia tuliſſe. Suffragium ferre, *Idem etiam quod* Suffragari. ut,

Idemque refert, ut univerſus populus in campo Martio ſuffragium de re Clodii ferat. [B. Stemmen zoud over de zaak van Clodius. *G. Donne ſon ſufrage ſur l'affaire de Clodius.* A. Should give his voice in the caſe of Clodius.] *& aliis locis plurimis.*

Fero. *pro* Aufero.

Qui ab eo partē prædæ tulerunt. [B. Die van hem een deel van den buyt gehaalt of genoten hebben. *G. Qui ont u une partie de ſon butin.* A. Who had a part of the prey of him.] pro S.R.

Ego fructus ex repub. *magna acerbitate permixtos* tuli. [B. Ik heb van't gemeenebeſt groote vrugten gehaalt of getrocken. *G. J'ay remporté des fruits de la republique melés d'une grande amertume.* A. I have reaped bitter fruits in the adminiſtration of the common wealth.] pro Plan.

Ne diutius pendeas, palmam tulit. [B. Hy is de meeſter geweeſt. *G. Il à été le maitre.* A. He bore away the day, or was maſter.] At.

Cum à me quoque id reſponſum tuliſſet. in C.

Repulſam ferre. *pro*, Rejici in petitione magiſtratus.

Cum ipſe conſul factus eſſet, ille repulſam tuliſſet, *id eſt*, præteritus eſſet. [B. En hy afgeſlagen was, zijn hooft geſtoten had. *G. Ayant û un refus.* A. When he was rejected, or when the conſulſhip was denyed or refuſed him.] de Or.

Ferre legem *ſignificat, quod Barbari dicunt*, Facere ſtatutum, aut legem aliquam.

Pernicioſe cum Philippus *in Tribunatu* legem agrariam ferret. [B. Wanneer Philippus een wet van land deeling gaf. *G. Lors que Philippe ſit une loi pour le partage du païs.* A. When Philip made a law concerning the diviſiſion of lands.]

Nihil unquam de iſto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum eſſe dico. pro Cor.

Pompejus contendit, ut decem Tribuni plebis ferrent,

ferrent. [B. Dat'er 10. volks beſchermers een wet zonden maken. G. *Qui dix Tribuns du peuple feroient une loi.* A. That tenn Tribunes of the Commons ſhould make a law.] *ut abſentis ratio haberetur, quod idem ipſe ſanxit lege quadam ſua.* At.

Sic Ferre *aut,* Ad populum ferre *pro,* Proponere aliquid populo, & rogare.

Nihil unquam de iſto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum eſſe dico, &c. pro Cor.

Ferre ad populum de aliqua re. [B. Een zekere zaak het volk voorſtellen. *G. Propoſer une choſe au peuple.* A. To propoſe a certain thing to the people.]

Cum abſentis ratio haberetur, ferebamus. At.

Illud unà datum eſt, annorum decem imperium, & ita latum placet.

Ut P. Scævola Trib. pl. ferret ad plebem, &c. de F.

Deinde quod Sylla ipſe ita tulit de civitate, ut non ſuſtulerit horum nexa. pro Cecin.

Num igitur ulla quæſtio de Africani morte lata eſt? certe nulla. [B. Is'er wel een gerechts onderzoek geordoneert aangaande de dood van Africanus? zeker geen. *G. S'eſt il bien fait quelque enquete au ſujet de la mort d' Africanus? non aſſurement.* A. Was there ever any enqueſt concerning the death of Africanus? ſurely none.]

Quod is L. Scribonio quæſtionem in eum ferente populo miſericordiam concitaſſet. de Orat.

Num quæ rogatio lata? &c. pro Mil.

Familiaris tuus de te privilegium tulit, &c. Par.

Sententiam ferre: *quod imperiti dicunt,* Dicere, aut dare ſententiam.

Vos autem judices de hominum fortunis ſententiam fertis. [B. Maar gy lieden, Rechters, velt vonniſſe over de goederen van de menſchen. *G. Mais vous autres juges qui depoſés par ſentences des biens d'un chacun.* A. But you Judges give ſentence on the fortunes or goods of men.]

Ferre conditionem. *pro* Præſcribere.

Hanc conditionem miſero ferunt. [B. Deſe voorwaerde ſchryven ſy den ellendige voor. *G. Preſcrire cette condition à un miſerable.* A. This condition they preſcribe to the miſerable.]

Ferre *cum adverbiis. ut, Graviter, acerbè, bellè, &c.* tritum.

FESTUS.

Dies, Feriæ, ſignificant, quod *Feſtum* alii, præſertim poëtæ dixerunt: ſed hoc vocabulo Cicero non eſt uſus, neque *Feſtivitas* pro *Feriis,* aut *Feſto die* apud quenquam Latinorum autorum, quos imitari debemus, invenitur: ſed ſermonis urbanitatem & jucunditatem eo vocabulo expreſſerunt.

Hujus nomine dies feſti agitantur pulchra illa Verrea, non quaſi &c. in V.

FERIÆ.

Feriarum feſtorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & jurgiorum, in ſervis operum & laborum. [B. De oorſaak der vierdagen en Heylige dagen bevat in ſig ontſlaging van pleyten en krackelen, ontrent de vry geboorne, &c. *G. Les jours de fêtes ont été établis pour donner lieu aux libres de ſuſpendre leurs procés & leurs diſputes.* A. The cauſe or reaſon of feaſt days brings with it a reſt or ceaſing from Law ſuits and wranglings in freeborn people &c.]

FESTIVITAS.

Dicendi vis egregia, ſumma feſtivitate & venuſtate conjuncta. [B. Een uitnemende kragt van redenvoeren gepaart met de treffelikſte lieftalligheid, en gevalligheid. G. *Une maniére energique de s'enoncer, & en même temps agreable & charmante.* A. An Excellent force of reaſoning or ſpeaking accompanyd with the higheſt grace and ornament.]

FIDENS & FIDENTIA.

Divulgata ſatis ſunt. *Fidenter,* cui *Timide* opponitur, *non item.* ut.

Tum Vellejus fidenter ſanè, ut ſolent iſti, nihil tam verens, quam ne dubitare aliqua de re videretur. de N.

Paulo vellem fidentius reſpondiſſes. [B. Ik wenſte wel dat gy wat onbeſchroomder geantwoord had. *G. J'aurois voulu que vous uſſiés repondu avec plus de hardieſſe.* A. I wiſh you had anſwered with more boldnes or confidence, that you had given a bolder anſwer.] Att.

Tum ille fidenter homo peritiſſimus, confirmare ita ſe rem habere. de Orat. (*infixerat.* de D.

Timidè fortaſſe ſignifer evellebat, quod fidenter

Deinde quomodo ſuſcipere aliquam rem, aut agere fidenter audebit? Acad.

FIDES.

FIDES.

In fide alicujus eſſe, Recipere in fidem, &c. *iis tribuitur,* qui *aut* dediderunt ſe, *aut* commiſerunt alicui. *qui ſe committebant,* Clientes *nominabantur: recipientes,* Patroni. *noſtro more appellamus* Tutelam. [B. Een ſchut en ſcherm. G. *Un bouclier.* A. a defenſe ſafeguard.] *Sed,* In tutela alicujus eſſe, *non idem eſt, quod* In fide, *aut* clientela. illud *enim* pupillorum: *hoc, vero* eorum qui *aut* victi ſunt, *aut* præſidio alicujus egent.

Eſſe in fide & clientela alicujus. [B. Onder ymants hoede en beſcherming zijn. G. *Etre ſous la protection de quelqu'un.* A. To be under any bodys protection or ſafeguard.] pro S. R.

Ea ſocietas univerſa in mea fide eſt. Ep.

Municipia quæ in fide mea erant. pro Plan.

Qui nationes devictas bello in fidem recepiſſent. Off.

Peto à vobis, ut eum in veſtram accipiatis fidem.

Recipere aliquem in fidem ſuam. Antequam.

Recipere aliquem in fidem ſuam, & eum commendatum habere. At.

Civitatem in Catonis fide locatam funditus perdidiſſem. At.

FIDUCIA.

Significat, quod vulgo appellatur *Obligatio.* hoc eſt, pignus quod alicui ceditur, dum ſolvat quod debetur.

Tria judicia, fiduciæ, tutelæ, ſocietatis. pro Qu. R.

Judicia fiduciæ. de N.

In arbitrio rei uxoriæ melius, æquius in fiducia inter bonos bene agier. Off.

Qui fiduciam accepit, debet præſtare fidem. [B. Die yets ten onderpand, of, ten pand der minne heeft ontfangen, moet ſijn woord houden. G. *Celui qui à reçu quelque choſe en gage, doit tenir ſa parole.* A. He that hath taken a pawn ought to keep his faith or word.] Top.

Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupaviſti. pro Flac.

Hanc fiduciam commiſſam tibi tenes hodie ac poſſides. ibidem.

FINGO.

Non ſignificat Mentior, ut plerique putant: ſed, *Ingenioſe aliquid cogito & formo.*

Hoc intelligerem quale eſſet, ſi id in cereis fingeretur, aut fictilibus figuris. [B. Ik ſoude klaar begrypen, wat het was, indien't na 't leven uitgebeeld wierd in waſch of potaard. G. *Je comprendrois aiſémēt ce que c'eſt, ſi cela étoit tiré d'apres nature ſur de la cire, ou ſur de la terre.* A. I ſhould underſtand of know what manner of thing it was, if it was printed in waxen or clay figures.]

Et qui aliquid fingunt, etſi tum pictura nihil utuntur: tamen utrum ſciant pingere, an neſciant, non obſcurum eſt. Orat.

Omnia quæ cogitatione nobiſmetipſis fingere poſſumus. de N.

Fingere aliquid animo & cogitatione. Tuſcul.

Alexander ab Apelle pingi, à Lyſippo fingi volebat. Ep.

Vis quæ finxit & fabricata eſt hominem. Ac.

Ex materia quam fingit formatque effectio. Ac.

Volucres videmus fingere atque conſtruere nidos.

Nihil nobis duobus laborioſius dici aut fingi poteſt. pro Mil.

FINIO.

Cicero hoc verbo non utitur pro *Finem impono:* quo ſenſu plerique nunc utuntur. ut, *Finire librum, opus aliquod,* ſic enim loquuntur. *Sed pro* Circumſcribere aliquid certis finibus & terminis.

Ad eam rationem curſus annuos ſacerdotes finiunto. De Leg.

Demetrius ſepulchris novis finivit modum. [B. Hy heeft een maat bepaalt voor de nieuwe graffteden. G. *Il a fixé, ou determiné la meſure des nouveaux tombeaux.* A. Hath determined or defined the meaſure, or length and breath, of new ſepulchers, or tombes.]

Pompejus M. Marcello conſuli finienti provincias Gallias Calen. Martiis reſtitit. At.

Deinde in ore ſita lingua eſt, finita dentibus. de N.

Sententiæ verbis finiuntur. de Or.

Nec ſolum componentur verba ratione, ſed etiam finientur. Or.

Similiter extrema definiunt. Or.

Sententia verbis aptè comprehenſa & concluſa. Or.

Cupiditates non Epicuri diviſione finiebat, ſed ſua ſatietate. de Fin.

FLAGRARE.

Studio, amore, deſiderio alicujus rei, *crebro à Ci-*

cerone tranſlatè uſurpatur.

Non dici poteſt, quàm flagrem deſiderio urbis. [B. 'T is niet uyt te ſpreken, met hoe grooten begeerte ik tot onſe ſtad aangeſtoken ben. *G. L'ardeur dont je brule pour notre ville, ne ſe peut exprimer.* A. It is unſpeackable, or not to be ſayd, how great a longing I have to the city.] At.

Dionyſium flagrantem deſiderio tui, mitto ad te.

Vos etiam nimis flagrare cupiditate video. de Or.

Flagrare cupiditate & amentia. in V.

Mulier ita flagrare cœpit amentia, ſic inflammata ferri libidine, ut eam, &c. pro Clu.

Flagrabant vitia libidinis apud illum. pro Cæl.

Conſules flagrant infamia At.

Ibicus Rhegynus amore flagravit. Tuſ.

Incredibili quodam noſtri homines dicendi ſtudio flagraverunt. de Or.

BELLO Flagrare regionem aliquam.

Non vidit bello flagrantem Italiam, non ardentem invidia Senatum. de Or.

Totam enim Italiam flagraturam bello, intelligo. [B. Ik ſie, dat gants Italien door den oorlog, in vuur en vlam ſal raken. *G. Je vois que le feu de la guerre mettra toute l'Italie en combuſtion.* A. I perceive, I ſee that all Italy ſhall ſtand in flames of warr.] At.

FLUO.

Accommodat hoc verbum Cicero aliis, quæ aquæ fluentis more præterlabuntur. ut,

Cætera fluere, labi, nec diutius eſſe uno & eodem ſtatu. Or.

Fluit igitur voluptas corporis. de Fin.

Excident gladii, fluent arma de manibus. pro M.

Omnia quæ delapſa jam fluxerunt, ſeveris legibus vincienda ſunt [B. Alle 't geen nu vervallen en in duygen geraakt is, moet door geſtrenge wetten weêr in order gebragt worden. *G. Tout ce qui eſt tombé en décadence, ne peut être rétabli que par des loix ſevéres.* A All things which are runn to rack and manger, or that fall'n to decay, muſt be reſtrained by ſevere laws.] pro Mar.

Pro *diſpergi & in vulgus dimanare.*

Multum ſermonem de libris noſtris fluxiſſe video. [B. 'K zie, datter veel praatjes gaan van onſe boeken. *G. Je vois que nos livres font beaucoup de bruit.* B. I ſee, I perceive that there hath been a great deale of talck about our book's, that they have made a great noiſe.] de N.

Pythagoræ autem diſciplina, cum longe lateque flueret, permanaviſſe mihi videtur in hanc civitatem.

BUCCÆ *fluentes.*

Gallus pictus ejecta lingua, buccis fluentibus. de Or.

FOEDO. alii *Conſpurco.* ut,

Romam vero ipſam fœdavit adventus tuus. [B. Uwe aankomſt heeft Romen ſelfs beſoetelt. *G. Votre arrivée à été une tache pour Rome.* A. Your arrivall hath defiled Rome it ſelf.] in P.

Qui rogatum domeſtici belli extinctorem nefariò ſcelere fœdavit. de Ar.

Sex, Serano ſanctiſſima ſacella omni turpitudine eſſe fœdata ſcimus. de Ar.

FOEDUS, a, um. *Turpis.* ut,

Luxuria vero cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. Off.

An ille fœdior atque inquinatior in Cn. Pompejo accuſando fuit? de Ar.

Exitum judicii fœdū & pernicioſum leniſſime tuli.

Nihil fieri poteſt miſerius, nihil perditius, nihil fœdius. At.

Bellum fœdiſſimum futurum puto. At.

Immaniſſimum ac fœdiſſimum monſtrum. in P.

Genus mortis fœdum. At.

FORTUITUS, a, um.

Barbari, Quod ſic ultro, ſua ſponte cadit.

Ut illud neſcio quid non fortuitum, ſed divinum videretur. Ep.

Ex his factum eſſe mundum concurſu quodam fortuito. de N.

Subita & fortuita oratio. [B. Een redenvoering die voor de vuiſt, en by toeval gedaan word. *G. Une harangue qui n'eſt point meditée, & qui ſe prononce ſur le champ.* A. An oration made ſuddainly and by chance; An uppre meditated and forth with made ſpeech.] de Or.

Si quippiam nacti ſumus fortuiti boni. de Nat.

Concurſio rerum fortuitarum. Top.

Fortuita atomorum concurſio. Acad.

FORTUNAE, arum.

Pro Bonis [B. Have en goed. *G. Biens, fortune.* A. Goods and fortune; Eſtate.]

Imminebat

Imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis. [B. Uwe woede leyde toe op een yders have en goed. G. *Votre ſureur en vouloit aux biens & à la fortune d'un chacun.* A. Your fury lay in wait for the goods and chattels, for the fortunes or eſtates of all men.] pro Dom.

Nihil tibi deeſſe arbitror ad tuas fortunas obtinendas. Ep.

Bonos viros lugere malui meas fortunas, quam ſuas deſperare. Poſtquam.

Itaque ſi quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt, de tua incolumitate agendi, egam ipſe per me. Ep.

Tamen impetū prędonū in tuas fortunas fieri nolo.

Ego pro mea omni fama fortuniſque decerno. [B. Ik kamp voor mijn gantſe eer, en goed. G. *Je deffende mon honneur & mon bien.* A. I fight, I ſtrive for my good name and fortunes, I ſtand in guard or in defenſe of my honour and eſtate.]

Vir honoribus ampliſſimis, fortuniſque maximis.

Succurrere ſaluti fortuniſq; communibus. de Inv.

Ad quæ recuperanda, per fortunas incumbe. At.

FORTUNO.

Dii fortunent. pro hac locutione nunc Barbari dicunt. [B. Den Hemel geve u voorſpoed in. G. *Le Ciel vous favoriſe, vous faſſe réuſſir.* A. Heavens beſs you in; God bleſs, or proſper you in.] *Det tibi Deus bonam fortunam.*

Tibi patrimonium dii fortunent. Ep.

Eum honorem tibi deos fortunare volo.

FRANGO.

Transfert Cicero ſæpe aut ad hominum potentiam, aut ad id quod vim aliquam habeat, ut.

Hominem.

Viriatus Luſitanus, quem C. Lælius fregit & comminuit. [B. Vir: Luſit: den welken C. Lælius gekortwiekt, en geknakt heeft. G. *Vir: Luſit: que C. Lælius à terraſſé.* A. Vir: Luſit: whome C. Lælius klipt his wings and broke his power, or force.] Off.

C. Pomptinius ortum repente bellum Allobrogum prœliis fregit, eoſque domuit. de Pro.

Fractus & afflictus calamitate. pro Syl.

Nec tantis ſe laboribus frangeret. pro Arch.

Frangere & abjicere aliquem. [B. Ymand fnuyken en in't voetſand gojen. G. *Accabler quelqu'un & le mettre hors d'etat d'agir.* A. To Cruſh and affront one; To breake ones meaſures and utterly diſappoint him.] Ep.

Rem.

Contudi & fregi exultantis latronis audaciam. [B. 'K heb de vermetelheid van den boosſpelende ſtruykrover beſnoeyt en beteugeld. G. *J'ai reprimé l'audace de ce voleur inſolent.* A. I have curbed the inſolence of the inſulting or bold robber or murtherer.] in Acad.

Nulla eſt tanta vis, quæ non debilitari & frangi poſſit. pro Mar.

Primus ego leges Antonianas fregi. [B. In duygen geholpen. G. *Renverſé.* A. I have aboliſhed, I have ſett at nought.] Ep.

Verum hæc furioſa vis veſani Tribuni plebis facile ſuperari frangique poteſt. pro Dom.

Qui hoſtium fregerunt furorem. Antequam.

Hominis furorem fregi & petulantiam. in P.

Non eſt autem conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate. [B. 'T is niet fatſoenlijk, dat een, die door geen vrees gebreydelt word; door ſijn begeerlijkheden kome te vervallen. G. *Il n'eſt pas raiſonable qu'une perſonne qui ſoit ſurmonter toute crainte, ſoit la victime de ſes convoitiſes.* A. It is not fitt that a man, who is not curbed or conſtrained by fear, ſhould be overcome by his luſts, or by his couvetouſnes.] Off.

Scævola paulum requieſcet, dum ſe calor frangit.

O inanes noſtras contentiones, quę in medio ſpacio ſæpe franguntur. de Orat.

FRAUS.

Quædam formæ loquendi fiunt hoc nomine, vulgo Latinorum non uſitatæ nunc. ut,

Fraudi eſſe alicui aliquid. pro quo dicunt, *Nocere, Incommodare aliquid alicui.* Cicero vero ſic.

Hæc res nemini unquam fraudi fuit. [B. Deſe ſaak heeft noyt ymand benadeelt. G. *Cette affaire n'a jamais préjudicié à perſonne.* A. This buiſynes neverdid any prejudice or damadge to any one.] pro D.

Fit S. C. ut neve Salaminiis, neve qui eis dediſſet fraudi eſſet. Att.

Cenſeoque ut iis qui in exercitu Antonii ſunt, ne ſit ea res fraudi, &c. in A.

Filio pietas ergā patrem fraudi eſſe non debet.

Eiſq; fraudi ne ſit, quod cum M. Antonio fuerint.

Fraus

Fraus *pro* Scelere. *ut*,

Rabirius fraudem capitalem admiſit. [B. Rabirius heeft een doodlijk ſchelmſtuk begaan. G. *Rabirius à commis un crime capital.* A. Rabirius hath committed a capital crime.] pro Rab.

Fraus peculatus, *id eſt*, crimen. [B. Miſdaad van land-dievery. G. *Crime de peculat.* A. The crime of defrauding, or ſtealing the ſtock of the common wealth.] in A.

Dii nonnunquam præſentis fraudis pœnas in diem reſervant. de D.

Qui in republica violanda fraudes inexpiabiles concepiſſent. Tuſ.

Scelus ac fraudem nocentis ſupplicio conſtringere.

FREQUENS.

Neque vis, neque uſus hujus nominis iis notus eſt, qui dicunt, *Concionem, eccleſiam, ſcholam, ſenatum eſſe plenum, Multos eſſe in ſenatu, templo.* quod Cicero hoc modo dixit.

Frequentes fuimus omnino ad ducentos. [B. Wy ſijner met ons velen, ja al by de tweehonderd geweeſt. G. *Nous y étions en grand nombre, & du moins deux cent.* A. We were many of us there even about two hundred.] Qu. Fra.

Refert etiam, qui audiant, frequentes an pauci, an ſinguli. de Orat.

Senatus continuo eſt convocatus, requenſque convenit. Ep.

Nunquam tam frequens collegium judicavit de Ar.

Idque frequentiſſimo theatro, incredibili plauſu comprobatum eſt. de D.

Nulla in concione unquam frequentior fuit populus Rom. [B. 't Roomſe volk in geen vergadering oyt in grooter menigte opgekomen. G *Jamais l'aſſemblée du peuple Romain n'aiant éte plus nombreuſe.* A. The Roman People never came in greater numbers in any aſſembly.] in Acad.

SIC, *Frequentem aliquem alicubi eſſe.* Vulgus, *Sæpe crebro eſſe, Audire aliquem, Venire aliquò.*

Frequens enim te audivi, atque affui. [B. 'K heb u al vry dikwils geſproken. G. *Je vous ay écouté fort ſouvent.* A. I have heard you frequently, or often.] de Orat.

Eo tempore Roſcius erat Romæ frequens, atque in foro & in ore omnium quotidie verſabatur. pro S.R.

Demoſthenes frequens fuit Platonis auditor. Orat.

Nos in hoc genere frequentes.

Sic FREQUENTIA. ut,

Cum maxima frequentia à multitudine domum reducebatur. [B. Hy wierd van 't volk, in een ſeer groote menigte na huys geleyd. G. *Il fut reconduit chez lui par un grand concours de monde.* A. When he was brought or conducted home by a very great multitude of people.] in V.

Tabulas in foro ſumma hominum frequentia exſcribo.

Quotidiana amicorum aſſiduitas & frequentia.

Non enim tribum Terentinam, de qua &c. ſed ſolidam & robuſtam & aſſiduam frequentiam præbuerunt. pro Plan.

Cum hic Dorylenſis efferretur magna frequentia conſeſſuque veſtro. pro Flac.

Rerum.

Thucydides creber eſt rerum frequentia. de Or.

Epiſtolæ.

De epiſtolarum frequentia nihil te accuſo. At.

FREQUENTO, as, are.

Verbi hujus ſignificatio & uſus divulgandus eſt, ut eo utantur indocti, cum dicant, *Sæpe facere, ponere, uti aliqua re.*

Verbi tranſlatio inſtituta eſt inopiæ cauſa frequentata delectationis. [B. Een woords-verwiſſeling is gebreks-halven, dog de menigmaal herhaalde verwiſſeling is vermaaks-halve in geſtelt. G. *Metaphore la à éte entromin par neceſſité, mais la metaphore reiteree ne s'eſt que par agerement.* A. A metaphore is introduced through want or neceſſity, but the reiteration of it for delights ſake.] de Or.

Diſtinguenda & frequentanda eſt omnis oratio luminibus verborum. de Or.

Acervatim multa frequentare. Or.

Hæc frequentat Phalereus maxime.

FUGIT me, *aut* aliquid aliquem.

Cicero dixit: quod recentiores Græco more; *Latet me.* ut,

Cui rei fugerat me reſcribere. At.

Non fugiſſet hoc Græcos homines. [B. Dat ſoude voor de Grieken niet verborgen geweeſt ſijn. G *Les Grecs n'aurojent pas ignoré cela.* A. This would not have been hidden from the Grecians,

cians, They would not have been ignorant of this. de Or.

Illos autem id fugerat ſuperiores. de Fin.

Verum hoc amentem hominem fugit. in V.

Illud alterum quàm ſit difficile, te non fugit. At.

Niſi quæ me forte fugiunt. Tuſ.

Nulla res eſt in uſu militari poſita, quæ hujus viri ſcientiam fugerit. pro Pomp.

FUGIENS vinum.

Barbari, Vinum craſſeſcens, quod fit craſſum, *aut* longum, [B. Verſlage wijn. afgevalle wijn. omgeſlage wijn. G. *Du vin tourné, éventé.* A. Dead or decayed wine.]

Qui vinum fugiens vendit ſciens. [B. Die by ſijn weten verſchaalde wijn verkoopt. G *Qui de ſçience certaine vend du vin éverté.* A. Dead or decayed Wine.]

FUNDERE.

Sæpe Cicero aliis etiam rebus, non humidis tribuit. ut,

Fundere verſus ex tempore. [B. Verſen voor de vuyſt maken: wel op ſeggen. G. *Faire des vers ſur le champ.* A. To make verſes, or to recite them out of hand.] de Or.

Fundere orationem numeroſe & volubiliter. Or.

Cum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam. Tuſ.

Utrumque eorum fundi quodammodo & dilatari putant. de Fin.

Juſtitia ipſa ſe fundit uſu in cæteras virtutes.

Aer fuſus & extenuatus, in ſublime fertur: concretus autem, in nubem cogitur. [B. Een fijne en dunne lugt trekt na om hoog, dog een dikke lugt, ſet ſig tot wolken. G. *L'air clair & ſubtil s'eleve mais l'air groſſier & épais ſe cendenſe en nuées.* A. Fine and clear air is carried upwards, but thick aire ſettles to a cloud.] de N.

Murena magnas hoſtium copias fudit. [B. Murena heeft groote troepen der vyanden verſlagen. G. *Murena à defait de groſſes troupes d'ennemis.* A. Murena ha h defeated or vanquiſhed great numbers of enen yes] pro Mur.

FUNGOR.

Muneribus & officiis vitæ attribuitur proprie: pro quo noſtri tantum, *Facio officium, munus*: illum vero modum ignorat vulgus.

Munere.

Valetudo opportuna eſt, ut dolore careas, & muneribus fungare corporis. de Am.

Poſſunt aliquando oculi non fungi ſuo munere. [B. De oogen konnen wel eens haer pligt niet voldoen. G. *Il arrive bien que les yeux ne font pas leur fonction.* A. They eyes ſome times may not doe their duty, The eyes may faile.] de D.

Lyſias eſt functus omni civium munere. De Cla.

Ut conſulentibus reſpondeas, ſenectutis grato atque honeſto fungerer munere. de Leg.

Officio fungi.

Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu, teque per literas conſolarer, niſi ut. [B. 'k ſou mijn pligt waarnemen, &c. G. *Je ferai mon devoir. &c.* A. I would doe my duty, &c.]

Neque enim verbis auget ſuum officium, ſi quo forte fungitur. Off.

Qui adipiſci veram juſtitiæ gloriam volent, juſtitiæ fungantur officio. Off.

Qu. Arrius omni jam fortuna proſpere functus.

G.

GENERATIM. Id ſignificat latine, quod Barbari dicunt, *Univerſaliter, aut ſpecialiter, particulariter.* Quæ duo poſteriora Cicero quoque effert per *Speciatim & particulatim.* ut,

Ergo ab univerſa provincia, generatimque à ſingulis ejus partibus diligitur. [B. Hy word van't gantſche win-geweſt, en wel in't byſonder van yder gedeelte des ſelfs gelieft. G. *Il eſt ainſi généralement de toute la province & de chacque partie.* A. He is beloved of the whole province, and in generall of every part of it.] in V.

Nam ut publice civitates iſtos honores habent, aut generatim homines, ut aratores, mercatores, naviculari.

Quid avaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt, ſummam nunc explicem? generatim ea quæ maxime nota ſunt, dicam. in p.

Orator percurret omnes locos, utetur aptis generatim. Or.

De jure generatim in ordines ætateſque deſcripto.

Sed hæc Craſſus aliquando vobis expediet, & diſponet deſcripta generatim.

Nulli fuerunt qui illa artificioſe digeſta generatim componerent.

componerent.

Exponam igitur generatim argumenta eorũ. [B. Ik ſal dan haar bewijs-redenen elk in ſijn ſoort uit leggen. G. *J'expoſerai donc les raiſons de chacun d'eux en particulier.* A. I ſhall there fore explain or expound their arguments in generall.]

Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt in formata At.

Nam quid ego de cæteris civium Rom. ſuppliciis ſigillatim potius, quàm generatim atque univerſe loquar? in V.

Infinitum mihi videtur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur: hoc modo, Expetendane eſſet eloquentia, expetendi ne honores. de Or.

Ut ſi amicitiæ quid cauſa factum dicetur: ſi inimici ulciſcendi, ſi metus, ſi gloriæ, ſi denique ut omnia generatim amplectamur, alicujus retinendi, augendi, adipiſcendive commodi cauſa. de In.

GENTILES.

Vocant Latini *eos, qui eadem gente & familia ſunt orti:* idcirco eodem etiam nomine appellari ſolent.

Si furioſus eſt, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus poteſtas eſto. [B. Soo 't hem in de Bol ſcheelt, ſoo laat ſiin nabeſtaande, en geſlagt-genooten meeſter ſijn over hem en over ſijn geld. G. *s'Il à perdu l'eſprit que ſes pariens prennent le ſoin de lui & de ſon bien.* A. If he be out of his ſenſes or mad let his relations on the fathers ſide and kinſmen take care of him and his eſtate.]

Antiquus ſane, fuit enim meo regnante gentili. Tuſ.

Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem ſunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum majorum nemo ſervitutem ſervivit, qui capite non ſunt diminuti. Top.

Tuus etiam gentilis Brute M. Pennus. de Clar.

Homines deorum immortalium quaſi gentiles ſunt.

Reſponde mihi nunc tu Verres, quem eſſe hunc tuum penè gentilem Verrutium putas? in V.

GERO.

Varii eſt uſus: ſed propriè *facere,* aut *agere* ſignificat: & de rebus aut negotiis tam privatis, quàm pub: dicitur, quod pleriq; nunc ignorare videtur.

Quid negotii geritur? in quo ille tot & tales viros defatigat. de Fin.

Si ipſe negotium meum gererem, nihil gererem, niſi conſilio tuo. [B. Indien ik mijn eyge ſaken beſtierde 'k ſou niets doen buyten uw raad G. *Si je feſois moi même mes affaires, je ne ferois rien que par votre conſeil.* A. If I managed my buiſynes my ſelf I would doe nothing with out your advice.] At.

Tuum negotium geſſiſti benè. pro Qu. R.

Sui negotii bene gerens.

Noſtro more malè rem gerentibus. &c. Off.

Gerere & adminiſtrare aliquam rem, vel negotium.

Ut ſapiens velit gerere & adminiſtrare rempublic. de Fin.

Ut dicimus bellè, rempub. gerere: ſic etiam.

Societatem, inimicitias, & iſtiuſmodi generis alia, gerere. ut,

Qui magna fide ſocietatem gerunt. [B. Die met groote opregtigheid de bondgenootſchap onderhouden. G. *Qui entretiennent l'Alliance de bonne foi.* A. Who keep or obſerve the ſociety or Alliance with great fait fullnes.] pro Qu.

Tamen hominum more inimicitias gerere poteratis.

Gerere ſimultatem cum aliquo. At.

Gerere graves inimicitias cum aliquo. in V.

Gerere amicitiam. liber de amicitia gerenda. Ep.

Comitia illa ſunt armis geſta ſervilibus. de Leg.

GRATULOR.

Significatio & vis nota eſt, ſed uſus obſcurior. nam cum ablativo ſine præpoſitione noſtri homines non conjungunt: ſed ſolum cum ablativo, aut præpoſitione. Cicero ſæpius ablativum, quam accuſativum attribuit. ut,

Gratulor tibi affinitate viri optimi. [B. 'T is my hartelijk lief, dat gy aan die man vermaagſchapt zijt. G. *Je ſuis fortaiſe que vous vous ſoyes allié à cet homme là.* A. I wiſh you much Joy and happynes, I congratulate you with the affinity of the beſt of men, or being related to him by marriage.] Ep.

Qui mihi gratulatus es illius diei celebritate. At.

Cum populus Rom. frequens adventu meo gratulatus eſt. [B. Als alle het Roomſſe volk over mijn aankomſt byſonder in ſijn ſchik was. G. *Tout le peuple Romain aïant été fort réjoui de mon arrivée.* A. When the Roman People in great numbers congratulated, or was very glad of my arrival.] in Sal.

Sic verba lætandi & gratulandi omnia. ut,

Primum

Primum tibi, ut debeo, gratulor: lætorque cum præſertim, tum etiam ſperata tua dignitate. Ep.

GRAVITAS.

Cœli, loci alicujus, *dixit Cicero: Multi*, Non eſſe bonum aërem, Malum aërem eſſe, *nunc dicunt.*

Corpore vix ſuſtineo gravitatem cœli hujus. [B. Mijn lighaam kan niet al te wel tegen deſe quade lugt. *G. Mon corps à de la peine à réſiſter à ce mauvais air.* A. My body can hardly indure this bad aire.]

Loci gravitas cum reliquis etiam hinc miſerrime perferenda. At.

H.

HABEO. Varii uſus eſt verbum: quæ vero in vulgus minus nota, hæc ſunt.

Sic, Bene, male ſe res habet. *nos potius*, Sic eſt: *Barbari verò ſic*, Bene, malè res ſtat. *Cicero vero ſic habet.*

Quæ res ſic ſe babet. [B. Met welke ſaak 't ſoo gelegen is. *G. Laquelle choſe eſt diſpoſée de cette maniére.* A. Which buiſynes is thus.]

Verum ita ſe res habet. pro Quin.

Præclare enim ſe res habet, ſi &c. de Or.

Domitii ſe male habent. Ep.

Cum ego me non belle haberem. [B. Als ik my niet al te wel bevoelde. *G. Ne me trouvant pas trop bien.* A. When I was or found my ſelf not well.]

Male enim ſe res habet, cum &c. Off.

Sed res jam quomodo habeat ſe, diutius neſcire non poſſum. [B. Ik kan niet langer onkundig zijn hoe 't met die ſaak ſtaat. *G. Je ne puis plus ignorer la ſituation de de cette affaire.* A. I can not longer be ignorant how it is, with this caſe or buiſynes.]

Habere cognitum, perſpectum, *& iſtiuſmodi alia, pro* Cognoſcere, Perſpicere. *trita non ſunt.*

Quantum ex tuis literis habeo cognitum. [B. Voor ſoo veel ik uyt uw ſchrijven verſtaan heb. *G. Autant que j'ai pû apprendre par vos lettres.* A. Foraſmuch I underſtood by your letter.] Ep.

Eum nondum habes ſatis cognitum.

Habere vitam alicujus perſpectam. [B. Ymands leven door en door kennen. *G. Connoitre la vie de quelqu'un à fonds.* A. To know ones life throughly.]

Siculi ad meam fidem quam habent ſpectatam jam & diu cognitam, confugiunt. in V.

Ut ante Cal. Sext. decumas ad aquam deportatas haberent.

Itaque hi converſam jam habent demonſtrationem ſuam.

Orator habeat omnes philoſophiæ notos & tractatos locos. Orat.

Docemur autoritate legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. Or.

Non habeo ambiguum. Ep.

Habeo expertum. [B. 'K hebt ondervonden. *G. Je l'ai experimenté.* A. I have experienced it, or found it by experience.]

Ut habeant paratum quid quaque de re dicant.

Cum exploratum habere cœpero, &c. At.

Quod me hortaris ut abſolvam, habeo abſolutum.

Hoc quod interſit, certè habes ſubductum. At.

Hæc & innumerabilia quæ collecta habent Stoici.

Quæ non animum meum magis ſollicitum habent, quàm tuum. Ep.

Sollicitum autem te habebat cogitatio, tum officii, tum etiam periculi. [B. 'T overwegen eenſdeels van uw pligt, en anderdeels van 't gevaar maakte u verlegen. *G. La penſée de vous acquiter de votre devoir d'une part & celle du danger, de l'autre vous mettoit en peine.* A. The thoughts on the one ſide of your duty and the other ſide of the perill maketh you ſollicitous, or ſcrupulous.]

Sic habeto, *aut* Habeas, *pro* Intelligito, accipito.

Sic ergo habeto, ſalutares te mihi miſiſſe literas.

Id primum ergo habeto. Ep.

Unum hoc ſic habeto. Ep.

Atque hoc ſic habeto. [B. Houd het dan daar voor. *G. Prenés donc cela ainſi.* A. Take it, or underſtand it thus.] Qu. Fr.

Neque tamen adhuc habeo quæ te accuſem.

Hi ſic habeant, quæcunque in equite. Rom. dignitas eſſe poteſt, eam ſemper in M. Cælio habitam eſſe ſummam, hodieque haberi ab omnibus. oro Cæl.

Illud velim ſic habeas, &c. [B. 'k wêſte dat gy dat ſo op naât. *G Ie voudrois que vous priſſiés cela ainſi.* A. I would, or I could wiſh you would take it ſo.

Ita ſtatutum habeas, &c.

HABEO.

Cum Infinitivo. *Ut Græci ἔχω.*

De repub. nihil habui ad te ſcribere. [B. Wegens 't gemeene-beſt heb ik u niets te ſchrijven gehad. *G. Je n'avois rien a vous écrire à l'égard de ce qui concerne la République.* A. I had nothing to write to you concerning the Commonwealth, or the ſtate.]

Eo minus habeo neceſſe ſcribere, quid ſim facturus.

Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere ejuſmodi. pro Cor.

Quid enim dicere habeant. [B. Want wat ſouden ſe dog te ſeggen hebben. *G. Car qu'auroient ils à dire?* A. For what would they have to ſay, or alledge.]

De noſtris ſomniis quid habemus dicere. de D.

Non quotieſcunque potuerit dictum dici, neceſſe habeamus dicere. de Orat.

Non habebimus neceſſe ſemper concludere. Par.

Hæc ferè objicere habui de natura deorum. de N.

De cauſa regia tantum habeo polliceri &c. Ep.

HAEREO.

Multa ſignificavit hoc verbo Cicero, quæ ignoratione obſcurantur. ut, *Hærere* pro *Dubitare & impediri, quo minus progredi poſſit.*

Hærere in aliqua re. [B. Door deſe of gene ſaak niet door ſien. *G. Etre arrêté par les difficultes d'une choſe.* A. To be in a great ſtrait in any thing: To be put to his ſhifts, or his trumps.]

Hærere in jure. de Orat.

Philoſophi cum hærerent. Acad.

In quo etiam Democritus hæret. de Fin.

Incurrere in aliquam rem, & in ea hærere atque impediri. de Un.

Valde in ſcribendo hæreo. At.

In cæteris ſubvenies, ſi me hærentem videris.

Peccatum, crimen, aut iſtiuſmodi aliquid hærere in aliquo. pro eo quod recentiores dixerunt, *Obnoxium aliquem eſſe peccato:* quomodo Cicero, neque veteres ſunt locuti.

Ut peccatum hæreat non in eo [B. Soo dat de ſonde den genen niet aankleeft, &c. *G. De ſorte que ce n'eſt pas à lui qu'il s'enfaut prendre s'il à péché.* A. So that the ſinn, or fault, is not in him, &c.] *qui monuerit. ſed in eo qui non obtemperarit.*

Nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat.

In quo non modo crimen non hærebat, ſed vix &c.

Fama adoleſcentis paulum hęſit ad metas. pro Cęl.

Hoc mihi planè hæſit.

Poteſt homini huic hærere peccatum. pro Qu. R.

Non poteſt hærere in tam bonis civilibus tam acerba injuria. Ep.

Hærere aliquid in viſceribus, medullis, &c. pro eo quod dicimus, *Ego nunquam obliviſcar.*

ἐγχειλεύσματα illa tua non abjeci, quæ mihi hærent in viſceribus. At.

Qui cum abeſſent, aderant tamen, & in medullis populi Rom: ac viſceribus hærebant. in A.

Tu qui mihi hæres in medullis. [B. Gy, dien ik tot in mijn Ziele lief heb. *G. Vous que j'aime de toute mon ame.* A. You whome I love intirely, or with all my heart and Soul.]

Credo quòd hærebant in memoria, quæcunque audierat aut viderat. Acad.

In hac cauſa mihi aqua hæret. Qu. Frat.

Sed aqua hæret, ut ajunt. [B. Hier vringt my de ſchoen. *G. C'eſt ici que le bas me bleſſe.* A. But here I am aground, or in a great ſtrait.]

Venit ad extremum, hæret in ſalebra. de Finib.

HAURIO.

Crebrò à Cicerone ad alia transfertur, quę alicunde accipimus, tanquam hauriremus. ut,

Sumptum haurit ex ærario, *ſuppeditat ſociis,* [B. De onkoſten haalt hy uyt de ſchatkiſt &c. *G. Il tire de l'Epargne les fraix qui ſont à faire.* A. He dreaneth, or fetcheth the charges out of the Treaſury, or Publick ſtock.] contra Rul.

Quoque affluentius voluptates undique hauriat.

Artes, quas cum domo haurire non poſſes, accerſiviſti ex urbe Athenarum. de Cla.

Hanc legem à natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus. pro Mil.

Vidi enim, vidi, & illum hauſi dolorem vel acerbiſſimum in vita, cum &c. pro Cæl.

Is propagatione vitæ quot, quantas, quàm incredibiles hauſit calamitates? Tuſc.

Unus pro omnibus hauſi indigniſſimam calamitatem. pro Dom.

Luctum nos hauſimus majorem, *ille animi non minorem.* [B. Wy hebben grooter droefheid geſchept &c. *G. Nous en conſumes plus de déplaiſir.*

Nous en eumes plus de triſteſſe. A. We conceived, or had, great ſorrow: we were extreame ſorrowfull, or very much concerned.]

Quæ unquam Charybdis tantos haurire gurgites poſſet, quantas iſte Byzantiorum prædas exorbuit?

Quid cum non ſorbere animo, non haurire cogitatione, cujus ſanguinem non bibere cenſetis?

HONOR.

Nota ſatis vis nominis: ſed, *Habere alicui honorem,* aut *facere,* &, *Præfari honorem,* vulgaria non ſunt, nam pro illo dicimus, *Pecuniam, aut Vinum honorarium dare:* pro hoc vero, *Sit venia dicto, Cum venia.* Cicero verò ſic:

Curio miſi, ut medico honos haberetur, & *tibi daret quod opus eſſet.* [B. 'K heb Curio laten weten dat men den artz voor ſijn dienſt betalen ſoude &c. G. *J'ai envöié dire à Curio qu'il païât le medecin de ſes peines.* A. I ſent to Curio that the Phyſician ſhould be payed.] Ep.

Is enim honos mihi videri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficii, ſed propter magna merita claris viris defertur & precio. Ep.

Præfari honorem. [B Eerſt ſeggen, met verlof. G. *Il faut premiérement demander permiſſion.* A. Firſt to Crave leave] Ep.

HOSPES. Een gaſt-heer. G. *Le Maitre de la Maiſon qui donne un feſtin.* A. The founder of a feaſt, The maſter of the houſe.]

Solum hic monendi videntur ſtudioſi, ne *Hoſpitem Cauponem* appellent: *nam hic* precio, *ille* beneficio hoſpites accipit. Vide in voce *Caupo.* [B. Een Herbergier. G. *Un Aubergiſte, un Traiteur.* A An inn keeper.]

HUMILIS & HUMILITAS.

Non ſignificant, quod plærique putant, *animi virtutem. & modeſtiam:* ſed potius in vitio eſt, & *abjectum & fractum animum notant aut generis & conditionis ſtatum.*

Qui altiore animo ſunt, nihil abjectum, nihil humile cogitant de Fin.

Animus demiſſus atque humilis. [B. Een laag en neê-ſlagtig gemoed. G. *Un eſprit humble & ſoumis.* A. A Low and humble minde or ſpirit.]

Sentiam idem quod Pompejus, neque id faciam humili animo. At.

Fracto animo atque humili ſupplicare alicui.

Qui parentibus nati ſunt humilibus. [B. Die uyt ſlegte of geringe ouderen geſproten ſijn. G. *Qui ſont nez de parens de baſſe etoffe.* A. Who are born of low or meane parents: who are of a low pedegree.]

Quis unquam apparitor tam humilis, tam abjectus?

I.

JACERE. Pro, *Non clarum eſſe, neglectum & abjectum, aut mœſtum eſſe.* Cicero ſæpe uſurpavit, ut,

Qui in pace jacere, quàm in bello vigere maluit. B. Die liever in vredens-tijd een vergete borger wilde zijn, als in oorlogs-tijd een man van aanſien. G. *Qui aime mieux mener une vie retirée en temps de paix, que d'être dans les honneurs en temps de guerre.* A. Who would rather live a private life or be neglected in time of peace, than to be honored, or a great man in time of Warr.]

Cum C. Marius ſeptimum annum poſt præturam jaceret. Off.

Abſens non in oblivione jacuiſſet. in V.

Eodem ſilentio multa alia officia oratorum jacuerunt. de Orat.

Quod priora tempora in ruinis reipu. noſtris jacuerint. Ep.

Jacent ea ſemper, quę apud quoſque improbantur.

Multi viri antiqui his recentibus Mariis commemorandis jacebant. pro Mur.

Cn. autem noſter (ô rem miſeram) ut totus jacet.

Jacet in mœrore meus frater.

Jacere in ſordibus ac luctu. in P.

Nunc jacent precia prædiorum. [B. De prijs der land goederen ſijn in een lagen ſtand. G. *Les terres ſont à fort bas prix.* A. The prices of Lands, or eſtates are very low.]

Cum leges in civitate nihil valebant, cum judicia jacebant. Off.

Jacet igitur tota concluſio. de D.

Quod quæris quid hic agatur, tota Capua & omnis delectus jacet At.

Cur tamdiu jacet hoc nomen in adverſariis?

Quomodo tibi tanta pecunia extra ordinem jacet?

JACTARE.

Propria ſignificatio facilis: ſed, *Jactari aliquem*

aliqua re, pro *Exagitari & exercitari*, quo Cicero utitur, minus notum.

Forenſi labore jactor. [B. 'K ben met gerigtsſaken belemmert. *G. Je ſuis ocupé à des affaires du Barreau.* A. I am incumbred with law buiſynes.]

Qui in hac tempeſtate populi jactamur & fluctibus.

Pompeius clamore convicioque jactatus eſt. Ep.

Jactare ſe, *pro*, Multa ſibi arrogare & tribuere.

Qui ſe inſperatis pecuniis ſumptuoſius inſclentiuſque jactant. [B. Die ſig door haar onverwagte geld, van geld-ſpillend, en vermetel aanſtellen. *G. Qui apres avoir reçu de l'argent qu'ils n'attendoient pas, le prodiguent, & ſont devenus inſolens.* A. Who through their un expected moneys behave them ſelves, or live, at a high rate and very inſolently.]

Superioribus invidetur ſæpe vehementer: & eo magis, ſi intolerantius ſe jactant. de Or.

Miſeros illudi nolunt, niſi ſi ſe forte jactant. de Or.

JAM.

Sæpe Cic. pro *Præterea*, aut ἔτι Græce, utitur, initio ſententię quę antecedentibus adjungitur.

Jam quid ego commemorem, &c. [B. Vorder, wyders, &c. *G. De plus, outre cela.* A. Moreover, further, &c.]

Jam illo tempore, cum &c. Ep.

Jam à principio videndum eſt. Or.

Jam illo tempore, cum &c. in V.

Dionyſius aureum Iovi detraxit amiculum grandi pondere. Iam menſas argenteas de omnibus, de libris juſſit auferri. de N.

Contrahi autem animum Zeno, & quaſi labi putat atque concidere: & ipſum eſſe, dormire.

Jam Pythagoras & Plato locupletiſſimi autores jubent. &c. de D.

JAMDIU & JAMPRIDEM.

Cum præſenti tempore paucis nunc in ore eſt: ſignificat *id quod cum olim cœpimus, facere nondum deſiimus.*

Jamdiu nihil novi ad nos afferebatur. [B. daar is ons al een langen tijd herwaarts niets niews over gebrieft. *G. On ne nous à rien mandé de nouveau depuis longtemps.* A. There hath been no news brought us this great while.]

Quærenti mihi jamdiu quid ad te potiſſimum ſcriberem. Ep.

Ego te jamdiu plurimi facio. [B. 'K heb al een geruymen tijd ſeer veel werks van u gemaakt, en ſoo doen ik nog. *G. Il y à longtemps que j'ai û une haute eſtime pour vous, & je l'ai encore.* A. I have made very much of you, or have eſteemed you very much this great while.]

Poſtulatur à te jamdiu hiſtoria. de Leg.

Quorum ego vix à te jamdiu manus contineo. E.

JAMPRIDEM.

Nihil jam ſum pridem admiratus magis. [B. 'K heb my al lang nergens meer over verwondert. *G. Il y à long temps que je ne me ſuis plus étonne d'une choſe.* A. I haue not wondred at any thing more a long time a gone.]

Cupio equidem, & jampridem cupio Alexandriam viſere. At.

Iampridem inſtitui. Acad.

Nam in me jampridem effectum eſt, quod futurum fuit. Or.

Alter jampridem princeps juventutis, &c. Ep.

Iampridem de tempore non ita remoto. I. V.

ID TEMPORIS & ID AETATIS.

Conjungit Cicero, cum omnibus pene verborum generibus: quaſi non mutarentur, neque flecterentur ejus caſus. quod tamen ipſum ſæpe ab eodem factum eſt.

Et nos ipſi, quoniam id temporis eſt, valetudini operam demus. de Or.

Is venit ad me, & quidem id temporis, ut retinendus eſſet. [B. Hy is by my gekomen, en dat wel op ſoo een tijd, dat ik hem moeſt houden. *G. Il eſt venu me trouver dans un temps que j'ai été obligé de le retenir.* A. He come to me, and even at ſuch a time, that I was forced to keep him by me.]

Quos ego ad me venturos id tēporis eſſe prædixeram.

Maxime quod is locus ab omni turba id temporis, cum jam Clodius Romam redire potuiſſet. pro Mil.

Et ſi id eſt ætatis, ut nondum ſcientiam conſecutus ſit. pro Dom.

Hominibus id ætatis, tantum onus imponere.

Cum id ætatis ſim. Ep.

Duo filii id ætatis. [B. Twee Sonen van die jaren &c. *G. Deux fils de cét âge.* A. Two Sons of that age.]

Id ętatis jam ſumus, ut omnia fortiter ferre debeamus.

ILLU-

ILLUDO.

Non ſolum *Accuſativo*, ſed & *Dativo* adjungitur, ut *Eludo*.

Alicujus miſeri fortunis, aut alicujus dignitati illudere. pro S. R.

Hic illudit autoritati veſtræ. [B. Hy ſpot met onſe agtbaarheyd. G. *Il ſe moque de notre autorité.* A. He laughs or mocks at our authority.]

IMBUO.

Jungitur hoc verbum quibuſdam nominibus à veteribus: quod temporibus obſcuratum & obrutum videtur. ut,

Ad hanc legem non docti ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus. pro Mil.

Omnium hominum mentes imbuit deorum opinio.

Cognitiones verborum quibus imbuti ſumus. [B. Kennis der woorden daar wy door en door in geconfijt zijn. G. *La connoiſſance des mots, dans laquelle nous ſommes parfaitement bien inſtruits.* A. The knowledge of words in which we are very well inſtructed.] de Finibus.

Bellum nefarium, & omni odio imbutum. pro Dom.

Cujus ſanguine totum illud ſociale bellum macula ſceleris imbutum eſt. pro Fon.

Via Appia latronis ſanguine imbuta eſt. [B. De weg Appia is met het bloed van dien ſtraatſchender beſpat. G. *Le chemin d'Appia eſt marque du ſang de ce voleur.* A. The Appian way is defiled by the blood of that Robber.] pro Mil.

Imbuti ſanguine gladii militum noſtrorum, vel madefacti potius. in A.

Imbuti opinionum pravitate. Tuſ.

Imbui erroribus. &, Imbutus dialecticis.

IMMINEO.

Non ſolum dativo, ſed & Accuſativo adjungitur à Cicerone: quod ignorari nunc videtur. ut,

Impendebat direptio, imminebat tuus furor omnium fortunis. [B. De plondering ſtond voor handen, en uwe onſinnigheyd had hem gemunt op yders goederen. G. *On s'attendoit à toute heure au pillage, & votre furié en vouloit aux biens et à la fortune d'un chacun.* A. Plundering was expected every minute, and your fury lay in wait for the goods and fortunes of all people.]

Certior ſum factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ longè abeſſe. Ciliciæ magis imminere. At.

Ipſe autem hodie in Peti noſtri tyrotarichum imminebam. At.

Qui imminere jam cupiditate videntur in tribunitiam poteſtatem. pro Dom.

Hujus mendicitas aviditati conjuncta in fortunas noſtras imminebat. in A.

Aliquem avaritia biante atque imminenti eſſe.

Iſte infeſtus in omnia maria ex omnibus Siciliæ partibus imminibat.

Homo ad cædem imminens. [B. Ymand, die 't op moorden aanlegt. G. *Une perſonne qui n'a pour but que de tuer, ou de maſſacrer.* A. A man that layeth in wait to murther.] pro Dom.

IMPINGO.

Ea ſignificatione qua veteres uſi ſunt hoc verbo, non uſurpat nunc vulgus, ſed qua recentiores, nam veteres nunquam *Illidere* & *Offendere* per *Impingo* dixerunt: ſed pro *Infligere*, aut *Injicere aliquid quo capiatur aliquid* ſunt uſi. ut,

Uncum impingere alicui. [B. Ymand een haak in de huyt ſlaan. G. *Jetter un croc dans le corps de quelqu'un.* A. To ſtrike a hoock in a mans body.]

Atque hoc tempore impingit mihi epiſtolam Scaptius Bruti, rem illam ſuo periculo eſſe. At.

Quid? huic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat. Tuſ.

Quid ſi filius meus fuſtem mihi impingere volet? [B. By aldien mijn ſoon my een ſtok wilde op de huyt leggen. G. *En cas que mon fils me voulut donner des coups de bâton.* A. If my ſon would ſtrike me with a ſtick.]

Uncus impactus eſt fugitivo illi, &c. in A.

IMPLICO & IMPLICATUS.

Cum dativo nunc plerique conjungunt: Cicero vero ablativo. nam ablativo etiam caſu poni ea puto, quæ diſcerni, ob ſimilitudinem caſuum non poſſunt: quod cum diſtincto expreſſoque dativo nunquam apud Ciceronem inveniatur.

Implicari aliquo certo genere curſuque vivendi. [B. Ingewickeld worden in een ſekere ſoort en cours van leven. G. *Etre engagé en une certaine façon de vivre.* A. To be drawn into a ſort and courſe of living.] Off.

Implicatus ſeveritate judicum. in V.

Ut

Ut profectus, & currat longius, & ſe implicet primum civium, deinde omnium mortalium ſocietate.

Nam implicati ultro & citro, vel uſu diuturno, vel etiam officiis. de Am.

Eo maleficio tamen erant implicati. pro Cæl.

IMPLICATUS.

Etenim omnes Cæſaris familiares ſatis opportune habeo implicatos conſuetudine & benevolentia. Ep.

Familiaritate implicatus. [B. Door onderlinge vrindſchap aan ymand verknogt. *G. Attaché à quelqu'un par une amitié particuliére.* A. Bound, or oblidged by familiarity.]

Inconſtantia cum levitate, tum etiam perjurio implicata. in Vat.

Illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio bonorum omnium, implicatus expectatione ſupplicii.

IMPONERE.

Aliquid alicui, Latini dixerunt, quod Poëtæ, quos nunc vulgus imitatur, *Gravare aliquem aliqua re.* nam qui ſoluta oratione ſcripſerunt, non *Gravo*, ſed *Gravor*, pro *Non libenter facio*, uſurparunt.

Itaque impoſuiſtis in cervicibus noſtris ſempiternum dominum de N.

Imponere dominum alicui. [B. Ymand doen bucken onder de heerſchappy van een ander. *G. Reduire quelqu'un ſous l'obeiſſance d'un autre.* A. To put a Lord over any man: To make one bow under anothers dominion.] At.

Imponere nimis duras leges cuipiam. de Ora.

Is leges civitati per vim impoſuit. in A.

Imponere ſervitutem fundo. pro Qu. R.

Vectigal eſſe impoſitum fructibus noſtris dicitur.

Agris publicis pergrande vectigal imponere.

Imponere onus alicui. in V.

Nunquam iſte plus militi laboris impoſuit, quàm ſibi ſumpſit. pro Mur.

Aut injuriam ſine ignominia ſibi imponerent.

Quibus tu privatim injurias plurimas contumeliaſque impoſuiſti. in V.

Ego mihi neceſſitatem imponere nolui hujus novæ conjunctionis. At.

Mihi impone iſtam vim, ut omnino ne liceat polliceri. in V.

Perſonam, aut partes aliquas imponere. pro eo quod vulgus dicit, *Officium aliquod imponere,* aut *dare.*

Vos mihi perſonam hanc impoſuiſtis, ut eum tuerer. [B. Gyl: hebt my die pligt opgelegt dat ik hem verdedigen ſou. *G. Vous m'avés chargé de ce devoir de le deffendre, ou proteger.* A. You have layd this duty on me that I ſhould defend him, o. his cauſe.] contra Rul.

Ut meminiſſem quam perſonam à vobis impoſitam ſuſtinerem.

Duriores partes mihi impoſitæ ſunt ab offenſione noſtra. At.

Partes has mihi Cæſar impoſuit. At.

Audacia cujus partes Roſcii impoſitæ ſunt.

IMPOTENS & IMPOTENTI ANIMO HOMO.

Non tam tritum eſt noſtris ſermonibus, quàm. *Non poſſe ſeipſum regere* aut *coercere.* ſic vulgo loquuntur. Cicero vero hoc modo.

Victoria quæ etiamſi ad meliores venit, tamen eos ferociores impotentioreſque reddit. E.

Aut nullos animi motus, aut non tam impotentes fuiſſe. Part.

Qui nulla impotenti lætitia efferuntur. [B. Die door geen ongeregelde blijdſchap vervoerd worden. *G. Qui ne s'abandonnent pas à une joie immoderée.* A. Who are not tranſported by any immoderate gladneſs.] Tuſ.

Quæ effrenatio impotentis animi. in A.

Impotens, iracundus, contumelioſus, ſuperbus.

Sic IMPOTENTIA. ut,

Quam vim ſignificantes mali poëtæ, impendere apud inferos ſaxum Tantalo faciunt. ob ſcelera, animique impotentiam, & ſuperbiloquentiam. [B. Om ſijn ſchelmſtucken, en trouloosheyd van 't gemoed, en groots-ſprekentheid. *G. Pour ſes fourberies, ſes dereglemens, & ſa ſuperbe.* A. For his manyfold roguery, his daſtardly mind and proud ſpeaking.] Tuſ.

Iidem inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi à temperantia & moderatione plurimum diſcedentem.

IMPUNE ALIQUID FACERE.

Notius eſt, quàm *Impune eſſe.* pro, *Non puniri:* aut, ut Barbari loquuntur, *Impunem eſſe.*

Si hic illi inſidias poſuerit: ſi ille huic, tum nos ſcelere ſolvamur. pro Mil.

Qui

Qui nummos in tribu pronunciaverit, ſi non dederit, impune ſit. At.

Ut impune in ocio eſſe poſſemus. [B. Op dat wy buyten ſtraffe in een veylige ruſt mogten zijn. G. *Afin que nous vivions tranquilement ſans crainte de punition.* A. To the end we ſhould live quietly, without fear of puniſhment.]

I N.

In ſingulos dies, in annum, in menſem, Latini dixerunt. pro quibus nunc vulgus, *Singulis diebus* pro *uno menſe* aut *anno.*

Sed cura ut excuſer morbi cauſa in dies ſingulos.

Hujus mei conſilii majorem in dies ſingulos fructum capio. [B. Ik geniet alle dagen meer en meer genot van mijn overleg. G. *Je retire tous les jours plus en plus d'avantage de la reſolution que j'ai priſe.* A. I reap every day more and more, or greater, fruit of this my reſolution.] Ep.

In dies ſingulos ejus copiæ minuuntur. Ep.

Quoniam in perpetuum non placet, in dies ſingulos videbis. At.

Ego vobis in hunc annum conſul popularis affero, pacem, tranquillitatem, ocium. contra Rul.

In proximum annum conſulatum petere. in Ac.

Sed ego hanc ἀνεξίαν in unum annum meditatus ſum. At.

Scaptius centeſimus, renovato in ſingulos annos fœnore contentus non fuit. At.

Præſidia ſunt in multos annos proviſa. [B. Daar is voor de garniſoenen voor veel agter een volgende jaren ſorg gedragen. G. *Les garniſons ont été pourveues pour beaucoup d'années.* A. The garriſons are provided for many years.] At.

Sic, *In jugerum, in medimna aliquid dare.* Latini dixerunt: Barbari nunc *Pro ſingulis jugeris, medimnis, tantum dare.* Cicero vero hoc modo:

Minus tribus medimnis in jugerum nemo dedit. [B. Niemand heeft oyt minder als agthien viertels, of mudden tot yder bunder lands gegeven. G. *Perſonne n'a jamais donné moins de dix huit boiſſeaux pour chaque demi arpent de terre.* A. No body hath given leſs than eighteen buſhels to each acre.] in V.

Precium conſtitutum decumano in modios ſingulos H S ternos. in V.

In frumentum imperatum H S duodetricies in annos ſingulos Verri decernebatur. ibidem.

In medimna ſingula H S quinos denos dediſti.

I N A M B U L O.

Idem quod *Ambulo*, hoc eſt *animi*, aut *colloquendi cauſa cum aliquo ſpacia facere.* Noſtri vero homines, neglecto hoc verbo, aut *Ambulare*, aut *Spaciari* ſolum utuntur. Cicero ſæpius *Inambulo. Ambulo* enim *Proficiſcor* & *Iter facio*, quoque ſignificat, de quo ſuo loco.

Cum etiam tum in lecto Craſſus eſſet, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu. de Orat.

Prætor quieſcebat, illi inambulabant. in V.

Ante lucem inambulabam domi. At.

In viridi opacaque ripa inambulare. [B. Aan een groenen en lommerrijken oever heen en weêr wandelen. G. *Se promener ſur le bord de la riviére, à l'abri de la verdure.* A. To walck to and fro on a green and overſhaduwed rivers ſide.]

Romulus non longè à tuis ædibus inambulans dixit. de Leg.

Quia diſputabant inambulantes in Lyceo. in Aca.

I N A N I M U S & I N A N I M A T U S

eadem & ſignificatione & uſu. ſed *Inanimus* prorſus ignotum in vulgus eſt: Cum Cicero hoc aut crebrius, aut certe non rarius uſus ſit illo. ut,

Inter inanimum & animal hoc maximè intereſt: quòd Inanimum nihil agit: Animal agit aliquid. A.

Cujuſque generis, vel inanimi, vel animati, vel muti, vel loquentis origo. Tuſc.

Inanimum etenim eſt omne quod pulſu agitatur externo: quod autem eſt animatum, id pulſu cietur interiore. Tuſc.

Sive inanima natura, ſive neceſſitas vi magna incitata. de N.

Omnia muta atque inanima commoverentur. [B. Al 't ſprakeloofe en leveloofe ſoude gaande gemaakt worden. G. *Tout ce qui eſt inanimé & ſans parole, ſeroit mis en mouvement.* A. All the dumb and ſoulleſs things would be moved.]

I N A N I S.

Hoc nomine quædam Cicero ſignificavit, quæ vulgò nunc ignorari videntur, quin etiam cum Genitivo conjunxit & Ablativo, ut *Plenus*, quod tritum quoque non eſt, ut,

Literę inanes, in quibus nihil eſt dignū cognitione.

V Mittere

Mittere tabellarium cum inanibus epiſtolis. [B. Een bode affenden met brieven van geen belang of, aangelegentheid. G. *Depêcher un courrier avec des lettres nullement d'importance.* A. To ſend an expreſs with letters of no moment, or concern.] At.

Tyndaritani equum inanem reliquerunt. in V.

Sed deinceps omnia plena conſiliorum, inania verborum videmus. de Or.

Hæc inaniſſima prudentiæ reperta ſunt. pro MUR.

Nulla enim abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua re utili & ſuavi venerat. Ep.

Ager Agyrinenſis ſeptuaginta autoribus inanior eſt. in V.

INAURATUS.

Auratus, vulgò *Deauratus*, aut *Auro obductus*.

Non inauratam, ſed auream ſtatuam alicubi ponere. [B. Geen verguld beeld, maar een beeld geheel van goud opregten. G. *Elever une ſtatue non pas dorée, mais tout a fait d'or.* A. To make a golden and not a gilded ſtatue, or image, for any body.] de Or.

Inauratam ſtatuam ponere. in V.

Palla inaurata indutus. ad Her.

INCIDO.

Hoc verbo exprimit Cicero, quod alii per *Breviare*. ut,

Qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. [B. Die my de wieken gekort hadden: willen niet hebben dat deſelve weer aangroejen. G. *Ceux qui m'ontrogné les ailes, ne veulent pas ſouffrir qu'elles croiſſent de nouveau.* A. They, who have klipped my wings, will not ſuffer them to grow again.] At.

Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem.

Poëma ad Cæſarem quod compoſueram, incidi.

Tametſi oportet incidamus media, ne nimis ſerò ad extrema veniamus. in A.

In omnibus me numeris æqualiter particulas deceat incidere, an facere alias breviores, alias longiores.

Incidere nervos virtutis. Acad.

Incidere nervos populi Romani. contra Rul.

Incidere linum, diſcindere linum, quo epiſtolæ ſtringuntur & obſignantur. [B. 't Garen daar men de brieven mede ſluyt losſnyden. G. *Couper le fil avec lequel les lettres ſont liees.* A. To cut the thread with which the letters are bound up and ſealed.] in C.

Sic, Incidere aliquid in tabula, baſi, monumentis, ſepulchro, ære, aut in æs. pro quo plærique *Sculpere* dicunt. [B. Yets graveren in &c. G. *Graver quelque choſe.* A. To cutt, or ingrave.]

INCIPIO.

Satis nota eſt vis verbi, ſed uſus nonitem: tribuit ei Cicero ſemper penè præteritum *Cœpi*. Uno tantum loco, eoque ſuſpecto, hoc eſt in Epiſtolis ad Atticum, *Incepi* invenitur, quòd ſi itaque *Cepi* dicas, non *Incepi*, Ciceronis more loqui putaberis.

INCLAMO.

Pro *Clamo*, aut *Voco*. alienum eſt à conſuetudine eorum qui nunc vulgo latinè loquuntur, quo tamen Cicero ſic eſt uſus.

Sed ita te para, ut ſi inclamaro, advoles. [B. Houd u ſoo gereed, datge, ſoo haeſt ik u roep, aanſtonts vliegt. G. *Tenés vous prêt, en telle ſorte que vous volies auſſitôt qui je vous appellerai.* A. Make your ſelf ſo ready, that you may rum to me as ſoon as I call.] Att.

Expeditus facito ut ſis, ſi inclamero ut accurras.

Comitem illum inclamavit ſemel ac ſæpius. de In.

Nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cuiquam doluit. de Orat.

INCLINO & *Inclinatus* & *Inclinatio* aliter & ſæpius Cicero uſurpat, quàm nunc vulgo fit. Conſequitur aliquando Accuſativus *Inclino*, ſæpe etiam nullus caſus. ut,

Si ſe dant, & ſua ſponte quò impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur. de Orat.

Quam vellem, inquit, ut te ad Stoicos inclinaſſes. [B. Hoe gaerne had ik 't geſien, dat gy u op de ſijde der Stoiken verklaart had te ſijn. G. *Que j'aurois û de joie devoir que vous uſſiés pris le parti des Stoïciens.* A. How gladly would I have ſeen that you had taken the part of the Stoicks]

Inclinare omnia ad ſuæ cauſæ commodum. de In.

Cum ſententia Senatus inclinaret ad pacem faciendam cum Pyrrho. de Sen.

Inclinantem erigere) (Stantem inclinare. [B. Die na zijn ondergang helt ophelpen, en die in goede doen is ruineren. G. *Relever celui qui eſt prêt de tomber, & ruiner celui qui eſt en belle paſſe.*

A. To

A. To erect or help him who is even amoſt ruined, and to ruine him that ſtandeth, or thriveth.] de Or.

Qui ut me paulum inclinari timore [B. Ergens toe overhellen door vrees. *G. Etre porté à quelque choſe par la crainte.* A. To be induced, or moved, by fear.] *viderunt.* At.

Nunc quicquid eſt, quocunque veſtræ mentes inclinant atque ſententiæ, ſtatuendum vobis ante noctem eſt. in C.

Tum igitur intelliges, quid inclinent ad hoc meum conſilium adjuvandum. [B. Dan ſult gy derhalve verſtaan, hoe genegen ſy ſijn om deſe mynen raad te helpen uitvoeren. *G. Vous aprendrés donc alors s'ils témoignent de l'envie de ſe ſervir de ce conſeil que je leur ai donné.* A. Then you will firſt underſtand, or perceive what makes them willing to forward, or back, this my advice, or counſell.] At.

Cum Aiax Danais inclinantibus [B. De Grieken deynſende. *G. Les Grecs aïant plié.* A. The Grecians giving way, turning their backs, or flying.] *prælium reſtituit.* Tuſc.

INCLINATUS.

Inclinata ululantique voce canere. [B. Met een verlauwde en huylende ſtem zingen. *G. Chanter d'une voix baſſe & lugubre.* A. With a weake, or low, and a mournfull, or dolefull, voice.] Orat.

Ferre præſidium labenti atque inclinatæ [B. Vallende en hellende na haar ondergang. G. *Tombant & aprochant de ſa rüine.* A. To the fottering and weake common wealth or State.] *reipub.* Brut.

Noſtra acies inclinata. Tuſc.

Sed tantum impelli primo judicem, ut jam inclinato reliqua incumbat oratio. de Orat.

Laboratur vehementer, inclinata res eſt: id eſt, quaſi ruinam minatur. Ep.

Ut te in ocium referres, præcipuè nunc jam inclinata victoria. [B. Inſonderheid nu de zege nu verminderende. *G. Principalement à cette heure que la victoire n'eſt plus ſi grande.* A. Eſpecially now the victory is not ſo conſiderable.] Dolob.

Inclinato jam in poſtmeridianum tempus die. [B. Den dag al na den achtermiddag lopende. *G. La plus grande partie du jour étant paſſée.* A. The day drawing towards the afternoon.] Tuſc.

Inclinatio temporum, rerum, &c. ſignificat *Mutationem.*

In repub. permagni momenti eſt ratio atque inclinatio temporum. in V.

Fuit hoc meum fatum, ut in me unum omnis inclinatio communium temporum incumberet. [B. Dat op mijn hals alleen de wiſſelvalligheden van de gemene ongevallen leggen. *G. Tous les évenemens repoſant entiérement ſur moi ſeul.* A. To the end all changes of common times, or events, ſhould fall or ly on me onely.] pro Cor.

Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. in A.

Mihi nihil oberat præter converſionem ſtatus, & inclinationem communium temporum. pro Dom.

Reip. ſtatus inclinatio temporum, ratio concordiæ.

Magna eſt comitiis conſularibus repentina voluntatum inclinatio, [B. Een ſchielyke verandering der genegentheden. *G. Un changement de volonté prompt & ſubit.* A. A ſuddain change of affections, or Loves.] *præſertim cum incubuit ad bonum virum.* pro Mur.

INCREBRESCO.

Rem aliquam. pro *Pervulgari: & Ventum increbreſcere*, pro, *Majorem fieri*, minus noſtris temporibus uſitatum ac tritum, quàm olim Romæ fuit.

Nunc apud Oratores ipſe numerus increbuit. [B. Een ſekere ſoort van maat is ſelver by de redenaars in gebruyk gekomen. G. *Les orateurs même ont mis en uſage une ſorte de meſure.* A. A ſort of metre or quantity of ſyllables is now grown in uſe, or vogue, by the orators.] Orat.

Cum hoc neſcio quomodo apud eos increbuiſſet. [B. Als dit by haar, ik weet niet op wat wijs, bekent was geworden. *G. cecy aïant été mis en vogue chés eux je ne ſcay comment.* A. When this was made known to them, or come in cuſtome or voque, I do not know how.] *me &c.* de Orat.

Nonnullorum ſermo jam increbuit, [B. De rede van ſommige is nu verſpreyt. G. *Le diſcours de quelques uns eſt preſentement devenu commun.* A. Some mens diſcourſe is divulged, or ſpread abroad.] *ſe &c.* de Opt.

Hi quorum ſermo imperitus increbuit. Orat.

Hæc conſuetudo quæ increbuit. [B. Deſe gewoonte, die gemeen geworden is. *G. Cette coutume qui eſt devenue generale.* A. This cuſtom which is grown common.] in A.

Sed ait rurſus idem, increbuiſſe eam funerum magnificentiam, quæ nunc ferè Romæ eſt. de Leg.

Ventus increbreſcit. [B De wind neemt meer en meer toe. G. *Le vent augmente de plus en plus.* A. The wind grows higher and higher.

INCULCO.

Significat *Imbuere, & quaſi infarcire aliquid.* Notum jam minimè eſt: ſic ergo uſus ejus diſcatur.

Aliquid inculcare. [B. Yets inſtampen. G. *Inculquer quelque choſe.* A. To inculcate, or beat any thing into ones head.]

Quid igitur attinet inculcare fatum? de Fat.

Ne ut quidam Græca verba inculcantes, jure optimo rideamur. Off.

De firmiſſimis alia prima ponet, alia poſtrema, inculcabitque leviora. Or.

Inculcamus ſæpe per imprudentiam etiam minus uſitatos verſus. Or.

Apud alios inculcata reperias multa. Or.

Id quod tradatur, vel etiam inculcetur, ſi quis ſit tardior poſſe percipere. de Or.

Inculcaſti etiam, ut C. Piſonem nominaret. in Vat.

Alicui aliquid inculcare. [B. Yemant yets inſtampen. G *Inculquer quelque choſe à quelqu'un.* A. To inculcate, or beat a thing into ones head.]

Inculcatum eſt Metello, te aratores evertiſſe. in V.

Vos autem non modò oculis imagines, ſed etiam animis inculcatis. de N.

Valuit plus, quod erat illi nonnullorum artificiis inculcatum. At.

Græci qui ſe inculcant auribus noſtris. de Orat.

INCUMBO.

Neque vis, neque uſus hujus verbi nunc tritus eſt, ſignificat enim *quaſi innitendo toto corpore rei alicui aliquid efficere velle.*

Incumbere in aliquam rem. [B. Vlytig een ſaak behertigen. G. *S'attacher à quelque choſe, la prendre à cœur.* A. To ſet to a thing with all his power; to mind it wholly: To apply ones ſelf to a thing.]

In gladium, aut gladio incumbere. de Invent.

Incumbite in cauſam Quirites, ut facitis. [B. Valt met de borſt op deſe ſaak Romeynen, gelijk gylieden doet. G. *Attachés vous tout de bon Romains à cette affaire, comme vous le faites.* A. Mind this buiſyneſs o Romans as you do.]

Nunc tota mente incumbe in hanc curam. Att.

Incumbe toto animo & ſtudio omni in eam rationem qua adhuc uſus es. Qu. Fra.

Ut in rempub. omni cogitatione curaque incumberes [B. Dat gy behertigen zoud het belange van 't gemene beſt met al uw gedachten en ſorge. G. *Afin que vous priſſiés à cœur l'interêt de la Republique, & que vous y dirigiés tout vos ſoins & toutes vos penees* A. To the end you ſhould mind the common wealth with all thoughts and care.] Ep.

Cum in cupiditatem incubui. [B. Wanneer ik mijn begeerlijkheid of welluſten behartige. G. *Lors que je n'avois que mes plaiſirs en recommandation.* A. When I minded my luſts.] &c. At.

Amabo te, incumbe in eam rem. At.

Quamobrem pergite, ut facitis, adoleſcentes, & in id ſtudium in quo eſtis, incumbite. de Orat.

Ad aliquid incumbere. [B. Yets betrachten. G. *S'apliquer à une choſe.* A. To mind a thing, To apply ones ſelf, wholly to it.]

Qamobrem mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem. [B. Staat met al uw magt na lof. *G. Efforcés vous de meriter des louánges.* A. Aſpire with all your power to praiſe.] Ep.

Pompejus ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. At.

Incumbamus, ò noſter Tite, ad ſtudia. [B. Laat ons de ſtudien behartigen. *G. Prenons les études à cœur.* A. Let us mind our ſtudies.] At.

M. Cato incumbens ad illius perniciem. pro Mur.

Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. At.

Nemo fuit ex eis qui non incubuerit ad rempublicam liberandam. [B. Niemant van haar is 'er geweeſt, die niet ſijn uiterſte beſt gedaan heeft om 't gemene beſt te verloſſen. *G. Il n'y û perſonne d'eux qui n'ait fait ſon poſſible pour délivrer la Republique.* A. There was none among them, that did not his beſt to deliver the ſtate, or common wealth.] pro Syl.

Quare P. C. incumbite ad ſalutem reipub. circumſpicite

ſpicite omnes procellas, quæ &c. in C.

Idem volunt omnes ordines, eodem incumbunt municipia. [B. Op 't ſelve leggen alle de vryſteden toe. *G. A cela butent toutes les villes libres.* A. All free citys, or towns, aſpire, or aime, at his.]

Hæc doce, hæc profer, huc incumbe. pro Planc.

Facis tu id quidem, & eo maximè incumbis. in A.

Ut eos qui audiunt, quocunque incubuerit, poſſit impellere. de Orat.

INDEX.

Propriè ſignificat, *qui* aut *quod indicat aliquid*: ſed *pro homine qui aliquid indicat*, pervulgatum non eſt. nam *indicem* vulgus *Delatorem* vocat, quo vocabulo Cicero non eſt uſus.

Hæc omnia indices detulerunt, rei confeſſi ſunt. [B. Al deſe dingen hebben de verklikkers overgebrieft en de gedaagden hebben het beleden. *G. Toutes ces choſes ont été mandées par les delateurs, & les intimés l'ont avouée.* A. The informers have charged them with all theſe things, and the accuſſed have confeſſed the ſame.] in C.

Cæſar indices maximis præmiis affecit.

Interim venit index ad Dineam, neque obſcurus, neque incertus, qui nunciaret & filium &c. pro Clu.

Idem Nerius index edidit ad allegatos. Qu. Fr.

Complexus ſummæ benevolentiæ falſi indices extiterunt in amore ſimulato. in A.

Hinc *Indicia* & *Indicare*, quæ notiora ſunt.

INDUCO.

Sunt quidam modi loquendi hujus verbi, non tam interpretandi, quam in vulgus indicandi: quod nunquam, aut raro iis utatur, non ſolum enim dixit Cicero, *In animum inducere*; ſed etiam, *Animum inducere.*

Animum inducere non potui, ut viderem &c. [B. Ik heb het van my ſelve niet konnen verkrygen dat'ik zou ſien, &c. *G. Je n'ai pu gaigner ſur moi de voir &c.* A. I could not find it in my heart, or perſuade my ſelf, to ſee.] At.

Qui potuit animum inducere, ut filium exhæredaret.

Antonius induxit animum, ſibi licere quod vellet. [B. Antonius maakte zig wijs, dat hy mogt doen, al wat hy wilde. *G. Antoine s'imaginoit pouvoir faire tout ce qu'il vouloit.* A. Antonius perſuaded him ſelf, or thought in his breaſt, that he might do what he would, or pleaſed.]

Tu igitur animum poteris inducere, contra ea dicere? &c. de D.

Tu igitur animum induces cauſam hanc defendere!

Inducant animum divitias contemnere. Tuſc.

Si exire in exiliũ animũ induxeris. [B. ſo gy voor genomen hebt in ballingſchap te gaan. *G. Si vous avés reſolu d'aller en exil.* A. If you have thought fitt, or good, to go in exile, or baniſhment.]

Inducere animum jacentem amici in ſpem cogitationemque meliorem. de Am.

Inducere novum morem, verbum, &c. dixerunt Latini: noſtri vero, *Novum morem incipere*, aut *facere, Novum verbum invenire, fingere, facere.* Uſurparunt enim Latini eadem ſignificatione, qua *Auctorem eſſe.*

Inducere novum morem judiciorum in rempublicam. [B. Een nieuwe gewoonte van rechtspleging in de Republijk invoeren. *G. Introduire une nouvelle coutume dans les Tribunaux de la Republique.* A. To introduce a new cuſtom of Law proceedings in the Common wealth.] pro R.P.

Inducere novum verbum in linguam Latinam. [B. In de latijnſche taal een nieuw woord practiſeren, of invoeren. *G. Inventer un mot nouveau dans la langue Latine.* A. To introduce, or invent, a new word in the Latin Tongue.]

Ne inexpiabiles religiones in rempu. inducerentur.

Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem quòd &c. de Fat.

Qui hoc primus in noſtros mores induxit. [B. Die daar van eerſt de mode gemaakt heeft. *G. Qui en a fait le premier la mode.* A. Who firſt introduced, or brought, this in our faſhion. who firſt made a mode of this among us.] de Or.

Rem perniicioſiſſimam in civitatem inducunt, ſeditionem atque diſcordiam. Off.

Puerum in hanc noſtram rationem conſuetudinemque inducemus. [B. Wy ſullen de jonge doen leven na deſe onſe wijs ende manier. G. *Nous ferons ſuivre nos manieres de vivre à cet enfant.* A. We will bring this boy, or lad, to our way and cuſtom of living.] Qu. Fra.

Quæ eloquentia falſos deos ſuſtulit, eadem veros inducat. de N.

De perſonis loquentibus in Dialogis, aut Comœdiis & Tragœdiis dicitur, ut,

Poëtæ deos libidine furentes induxerunt.[B. De Poëten hebben de Goden als dol zijnde van begeerlijkheid ingevoert. *G. Les Poëtes ont repreſenté les Dieux comme poſſedes de leurs convooitiſes ou plaiſirs.* A. The Poëts have introduced the Gods as mad in or through their luſts.] de N.

Varro inducetur in aliquem locū, ſi modo erit locus.

Et homo facetus inducis etiam ſermonem urbanum. [B. En gy een aardig man zijnde brengt een ſpottende rede voort. *G. Et vous qui êtes un homme facetieux, venes de dire un propos riſible.* A. And you a jokoſe or jolly man uſe diverting ſpeech.] pro Dom.

Tireſiam poëtæ nunquam inducunt deplorantem cæcitatem ſuam. Tuſc.

Inducere fortiſſimum virum lamentantem. Tuſ.

Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui &c. Off.

Inducere alicui agrum pro, *Magno pretio alicui conſtare, Alicui emere.*

Hic ager quoquo pretio coemptus erit, tamen ingenti pecunia nobis inducetur. [B. Dit land, voor wat prijs 't ook mag gekogt zijn, ſal ons nochtans ſeer duer aangerekent worden. G. *A quelque prix que cette terre ait été achetée, elle ne laiſſera pas de nous etre portée extrêmement haut en compte.* A. This parcel of land, at what price it be bought, will be brought very high to our account, or will ſtand us in agreat deal of mony.]

Ut agros quanti velletis pop. Rom. induceretis.

Inducere ſignificat quod *Delere*: ut ſi quis ſtylo lineam ducat tranſverſam per ea quæ ſcripta ſunt, quo notat ea non valere amplius. Inde etiam hoc verbo exprimitur quod Barbari dicunt per *Annihilare. ut,*

Inducere nomina, *id eſt*, Delere.[B. uitſchrappen. *G. Effacer.* A. To wipe, rub, or put, out.]

Etſi nomina facta ſunt, vel induci, vel mutari poſſunt. At.

Ut induceretur locatio, poſtulatum eſt. [B. Daar is begeert dat de huer vernietigt zou worden. *G. On à exigé que le loüage ſoit ſuprimé.* A. There was deſired that the letting ſhould be made void.]

Inducere, Fallere, Decipere etiam ſignificat.

Hic nos decepit, fefellit, induxit. [B. Deſe heeft ons bedrogen. *G. Celui ci nous à trompé.* A. This man hath deceived, or cheated, us.]

Socios inducere, decipere, deſtituere. pro S. R.

Dolobella tum eſt impulſus, eluſus, inductus. in A.

Inducere in pedes, aut pedibus ſoleas, idem quod, Induere.[B. Solen aan de voeten doen. *G. Mettre des ſemelles aux piés.* A. To put ſoles on ones feet.]

Soleæ ligneæ in pedes inductæ ſunt. de In.

Pedibus inductæ ſunt. ad Her.

INDULGENTIA.

Non vitii tantum eſt, ſed iis etiam quæ laudatur, à Cicerone tribuitur: quod multi in loquendo fugiunt, tanquam minus Latinum.

Liberi mei propter indulgentiam meam mihi vita ſunt mea chariores. [B. Mijn kinderen ſijn my meer waerd als mijn leven om mijn genegentheid. *G. Mes enfans me ſont plus chers que ma vie, tant je les aime.* A. My children are more dear to me than my life by reaſon of my love.]

Qui ſimili ſenſu atque indulgentia filiorum commovemini. in V.

Tribuere indulgentiam alicui. At.

Et hoc Cæſar pro ſua in nos indulgentia probavit. [B. En dat heeft Cæſar voor goed gekeurt na ſijn genegentheid jegens ons. *G. Et c'eſt ce que Cæſar à aprouvé en vertu de l'amitié qu'il à pour nous.* A. And Cæſar hath approved of this according to his good will, or love, to us.] At.

Si feræ partus ſuos diligunt, qua nos in liberos noſtros indulgentia eſſe debemus? de Or.

Homines inter ſe naturali quadam indulgentia & benevolentia contineri. [B. Dat de menſchen onder malkanderen door een ſekere natuerlijke genegentheid en goedhertigheid verknogt zijn. *G. Que les hommes ſont attachés les uns aux autres par une certaine inclination & bien veillance naturelle.* A. That men ſhould be bound, or united together, by a ſort of love and goodwill, or affection.] de Leg.

Cum animus cognitis virtutibus à corporis obſequio indulgentiaque diſceſſerit. de Leg.

INDUSTRIA.

Vis propria hujus verbi cognita omnibus non eſt. ea enim eſt *animi intentio & agitatio diligens in rebus agendis & expendendis*: ut enim in corpore robur, ſic in animo induſtria laudatur.

Locutio vero hæc, *De induſtria aliquid facere,* eſt

eſt quod alii ſuæ linguæ ſimilitudine dicunt, *Ex propoſito, aut de propoſito aliquid facere*: ſic enim Græci loquuntur, ἐκ τῆς προαιρέσεως τι ποιεῖν. Latini vero, *de Induſtria, Studio aliquid facere.* Contrarium ei eſt, *Caſu, Ultro, Sua ſponte aliquid fieri.*

Ubi etiam de induſtria id faciendum fuit. Ora.

Etiamſi nihil eſt factum de induſtria. [B. Schoon'er niets met opſet gedaan is. *G. Quoique rien n'ait été fait de propos deliberé.* A. Though there be nothing done on purpoſe, or for the nonce.]

Ἀντίθετα numerum oratorium efficiunt, & eum ſine induſtria.

Neque verbum ita trajiciat, ut id de induſtria factum eſſe videatur. Or.

Incurvatum de induſtria, de Inven.

Injuriæ quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur. [B. De ongelijken, die yemant met voorbedachte raad worden aangedaan. *G. Les injures qu'on fait à deſſein à quelqu'un.* A. The injurys, or wrongs, which are done to endamage one, or which are done for the nonce.] Off.

Erat in L. Craſſo multus lepos, major etiam magiſque de induſtria in C. Cæſare L. filio. Off.

Exilitatem de induſtria conſequi. de Cla.

I N E O.

Tanta eſt hujus verbi ignorantia, ut ſublatum prorſus de lingua latina videatur. Reſtituetur igitur, ſi uſum ejus varium diſcamus. propria ſignificatio eadem eſt quæ verbi *Ingredior*, aut *Intro. ut*,

Sanxerunt, ne quis ſuorum civium caſtra Imperatorum P. R. iniret. pro Cor.

Tu illius domum inire voluiſti. [B. Gy hebt in ſijn huys willen komen. *G. Vous avés voulu entrer dans ſa maiſon.* A. You would goe into his houſe.] pro Deiot.

Inire gratiam ab aliquo. [B. By ymant dank behalen. *G. Etre dans les bonnes graces de quelqu'un* A. To deſerve any bodys thancks, or favour.]

Convivia inire. pro *Adire, Ire ad convivia.* [B. Te gaſt gaan. *G. Aller en feſtin.* A. To goe to a feaſt.] pro S. R.

Inire magiſtratum. pro, *Initium magiſtratus gerendi facere. Ad magiſtratum aliquem accedere.*

Cum Conſules magiſtratum inierint. in A.

Inire magiſtratum. [B. Een magiſtraats ampt aanvaerden. *G. Entrer dans les charges de Magiſtrature.* A. To enter into the office of a Magiſtrate.] in V.

Poſt ſacerdotium initum. pro Deiot.

Conſilium, aut rationem aliquam inire, Idem valet quod *Conſilium capere, Deliberare, Aeſtimare, Cogitare, Conſtituere qua ratione aliquid fieri poſſet.*

Inire conſilia cum aliquo contra aliquem. [B. Met ymant tegens ymant raad nemen, raadſlaan. *G. Conſulter, prendre conſeil avec quelqu'un contre une perſonne.* A. To take any bodys advice, or counſel, againſt a man.] pro S. R.

Inire conſilium facinoris contra vitam alicujus.

Conſilia quæ clam eſſent inita contra ſalutem urbis.

Conſilia inire cœpi reipub. liberandæ. At.

Initum eſt conſilium à Catilina inflammandæ civitatis. pro Syl.

Inire conſilia de pernicie alicujus. At.

Inire conſilium faciendi aliquid. pro Mur.

De Pompejo interficiendo conſilia inibantur.

Cum Conſules inirent rationem de commodis militum augendis. in A.

Ea ratio ædificandi initur conſiliario quidem & autore Veſtorio. At.

Inire rationem quemadmodum aliquid fiat. [B. Overleggen op wat wijs yets geſchiet. *G. Delibérer de quelle maniére ſe doit faire une choſe.* A. To conſult, or conſider how any thing be done.]

Ineunda nobis eſt ratio, quemadmodum poſſimus.

Inita & ſubducta ratione, nefaria ſcelera meditari.

Mihimet ineunda ratio & reperiunda via eſt.

Initur ratio quæſtus de pecunia veſtra. contra Ru.

Inire gratiam ab aliquo. pro eo quod multi Græcorum more dicunt, *Invenire gratiam apud aliquem* ſignificat enim *Conciliare ſibi gratiam alicujus.*

Inire gratiam ab aliquo. [B. By ymant dank behalen. *G. Etre dans les bonnes græces de quelqu'un* A. To deſerve any bodys thancks, or favour.]

Inire gratiam ab omnibus aliquo facto. in Verr.

Plures ineuntur gratiæ, ſi uno tempore dicas pro pluribus. de Cla.

Inire ſummam gratiam cum bonis omnibus. At.

Pinna cum ſquilla quaſi ſocietatem init [B. Gaat een

een verbond aan. G. *Fait une Alliance.* A. He enters into a league, or alliance.] *comparand icibi.*

INFAMIA.

Eſt quidem propria vis & ſignificatio nota, ſed nomen ipſum non ita uſitatum: ut, *Mala fama, Malus rumor.* his enim vulgus ea exprimit, quæ *Infamiæ* nomine à Latinis exprimuntur.

Eſto, habuit quandam ille infamiam ſuam. pro Fl.

Inferre infamiam alicui. [B. Yemant een quade naam geven. G. *Donner une mauvaiſe renommée à quelqu'un.* A. To give one a bad name, or a name of reproach.] pro Cæl.

Conſules flagrant infamia. [B. De Borgemeeſters ſtaan niet ter goeder naam en faam. G. *Les Bourguemaitres n'ont pas une bonne renommee.* A. The Conſuls have a very ill, or bad, name; are infamous.]

Negem fuiſſe infamiam judicii corrupti. pro Clu.

Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ tuæ eſt? quod privatarum rerum dedecus non hæret infamiæ. in C.

Effugere infamiam crudelitatis. [B. De quade naam van vreedheid vermyden. G. *Eviter la mauvaiſe reputation d'être cruel.* A. To avoid, or eſhew, the infamy of cruelty.] contra Rul.

Ut magnam infamiam fugiat. Ep.

Ferre ignominiam & infamiam ſine dolore. [B. Schande en een quade naam ſonder ſmert dragen. G. *Souffrir l'ignominie & l'infamie ſans peine.* A. To bear ignominie, diſgrace, or diſhonour and infamy without grief, or patiently.

Ne qua generi ſuo nota turpitudinis inuratur.

Judicia vera, atque inſigni turpitudine notata, atque oppreſſa dedecore & infamia. [B. Leggende onder een quade naam en ſchande. G. *Aïant ſubi l'ignominie & l'infamie.* A. Oppreſſed by reproach and infamy, or diſhonour.] pro Clu.

Vos autem ſempiternas fœdiſſima turpitudinis notas ſubiiſtis. in P.

Ignominia, infamia, contumelia, dedecus. Par.

Inferre infamiam alicui, ſignificat, quod Barbari dicunt, *Diffamare aliquem, aut carpere famam vel nomen alicujus.*

INFANS & INFANTIA.

Non ſolum ætatem ſignificant, ſed etiam loquendi dicendique inſcitiam, ut,

Ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe. [B. Wy hebben gehoort dat Scipio geen quaad Redenvoerder geweeſt is. G. *Nous avons apris que Scipion n'a pas été un mauvais Orateur.* A. We have heard that Scipio was no bad Orator.]

Infans & inſipiens homo. de Inven.

Homo infans atque impotens. de Finib.

Dialectici infantiſſimi. ad Heren.

Oratio neque nimis infans, neque perſpecte diſerta. [B. Een rede niet al te plomp en bot, nog niet volkome welſprekent. G. *Une harangue qui n'eſt ni trop mal digerée ni perfaitement éloquente.* A. An Oration, or ſpeech, not to much without elegancy, nor wholly eloquent.] de Cla.

INFANTIAE Opponitur eloquentia.

Nec infantia ejus qui rem novit, ſed eam explicare dicendo non poteſt; *nec inſcitia illius cui res non ſuppetit, verba non deſint,* eſt laudanda. [B. Men moet de onbequaamheid in't ſpreken van die gene, die een ſaak verſtaat, maar de ſelve met woorden niet kan uitdrukken, niet prijſen. G. *On ne doit pas loüer la dificulte de s'exprimer dans une perſonne qui comprend une choſe, mais qui ne ſauroit l'expliquer par un diſcours.* A. We muſt not praiſe the want of eloquence in him, that knows a thing and can not explain it, or expreſs what it is.]

Hujus infantiæ garrulam diſciplinam contemneremus. ad Her.

Incredibilis infantia accuſatorum. At.

INFERIORES.

Significant Latine, *qui* aut *ætate*, aut *facultate*, aut *fortuna aliqua ſunt minores aliquo.*

Inferior ætas, & ſuperior ætas. de Cla.

Aetate inferior paulo. [B. Een weinig jonger. G. *Un peu plus jeune.* A. A little younger.]

Quem ego intelligo prudentia non eſſe inferiorem quàm me, uſu etiam ſuperiorem. [B. Den welke ik verſta dat al ſoo voorſigtig is als ik en ook ervarender als ik. G. *Que j'ai apris être auſſi prudent & plus experimentéque moy.* A. Whome I underſtand not to be inferiour to me in prudence, but even my ſuperiour in experience.]

Timotheus belli laude non inferior fuit quàm pater. B. Timotheus is al ſo een vermaart ſoldaat geweeſt als ſijn Vader. G. *Timothée à été un auſſi*

auſſi vaillant guerrier que ſon pere. A. Timothy was as renowned a ſouldier as his Father.]

Is in jure civili laude non inferior quàm magiſter fuit. de Clar.

Indignum eſt, vinci ab inferiore atque humiliore. [B. 'T is ſchandelijk overtroffen te worden van yemant die minder en geringer is. G. *Il eſt honteux de ſe laiſſer vaincre par une perſonne inferieure & de moindre condition* A. It is a ſhame, or it is a diſgrace, to be overcome by by one that is inferiour and meanes.] pro Quin.

Superior ordine, inferior fortuna. Ep.

In inferiores crudelis, in ſuperiores contumax in æquos & pares faſtidioſus. ad Heren.

INFERO.

Inferre aliquid in locum aliquem notum ſatis & tritum: ſed modi plurimi ſunt hujus verbi, quos raro vulgus uſurpat.

Inferre pedem, pro, *Pedem ponere in loco aliquo.*

Cum pedem intulero, [B. Als ik mijn voeten daar ſal geſet hebben. *G. Quand j'y aurai mis le pie.* A. When I ſhall have ſet my foot into that place.] *atque in poſſeſſionem veſtigium fecero, tum excludar.* Pro Cecin.

Sic, *Se inferre in locum aliquem.*

Inferre ſe in urbem. [B. De ſtat ingaan. *G. Entrer dans la ville.* A. To betake him ſelf into the city, to goe into the city.] in P.

Cum in templum Caſtoris te cum tuis furiis funeſtum intuliſti. &

Repente enim te tanquam ſerpens è latibulis intuliſti.

Atque etiam ſeipſe inferebat & intrudebat.

Inferre ſe in diſcrimen vitæ pro patria. [B. Sig voor't vaderland in gevaar van ſijn leven begeven. *G. Se mettre en danger de perdre la vie, pour le bien de la patrie.* A. To expoſe himſelf in danger of his life for his country.] pro Cor.

Pro *afficere* ſæpe ſunt uſi Latini. ut,

Qui pulvinaribus Bonæ deæ ſtuprum intulit. [B. Die de bedden aan Bona Dea toegewijd met overſpel beſoetelt heeft. *G. Qui par l'adultére a taché les lits conſacrés à la* DEeſſe *Bona.* A. Who hath defiled the beds of Bona Dea with adultery.] de AR.

Qui ab iis quibus infertur, ſi poſſint, non propulſant injuriam. [B. Die van die gene, die verongelijkt worden, 't ongelijk niet afweren. *G. Qui ne repouſſent pas l'injure de ceux à qui on en fait.* A. Who do not prevent wrongs to them that are injured.] Off.

Luce noctem, nocte lucem expectas. [B. By daag wagt gy na de nagt, by nagt na den dag. *G. Le jour vous attendés la nuit, & la nuit le jour.* A. You expect the night in day time, and the day at night time; you make your day a night and a night your day.] ad Her.

Pridie iduum hæc ſcripſi ante lucem. Q. Fr.

Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii.

Quis audeat luci, quis in militari via, quis benè comitatum, &c. aggredi? in At.

Luce palàm in foro ſaltare. [B. Op ſchoon ligten dag voor yders oog op de markt danſſen. *G. Dancer en plein jour ſur le marché, à la vüe de tout le monde.* A. To dance broad day light openly in the market place.] Off.

Metellus prima luce in campum currebat. At.

LUDIBUNDUM ALIQUID FACERE, AUT ALIQUO VENIRE,

Ii ignorant quid ſit, qui dicunt, *Ludentem*, aut *ludendo aliquò pervenire*, aut *efficere*.

Inde auſtro leviſſimo ad Hydruntem ludibundi pervenimus. [B. Wy zijn zo al ſpelende met een labber zuyd windje gekomen tot. *G. Nous ſommes arrivés tout en jouant à .... à la faveur d'un vent fraix de Sud.* A. We came from thence very merry to Hydruns, with a ſmooth ſouthwind.]

Si Vulteium habebis, omnia ludibundus perficies.

Per alios multa ludibundos libidinoſè apud Verrem effeciſſe vidit: ad omnes eoſdem patere aditus arbitrabatur: facilius vos efficiebatis ludibundi, quæ volebatis à Verre, quod multa ejus ludorum genera noratis. Ib:

LUMEN.

Pauci hoc nomine ſignificant *partem illam ædium qua lux hauritur*, aut *lucem quæ ædes illuſtrat*, quam hoc vocabulo Latini expreſſerunt.

M. Buculeius cum ædes L. Fufio venderet, in mancipio lumina ut tum erant, ita recepit. de Or.

Quod cuicunque particulæ cœli officeretur, quamvis eſſet procul, mutata lumina putabat. [B. Hy meinde dat de ligten inde venſters en lugtgaten, vermaakt waren. *G. Il croïoit qu'on avoit changé la diſpoſition des fenêtres.* A. He thought that the lights, windows, or vents were changed, or altered.] ibidem.

Sic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum oratio. de Cla.

Nec, mentis aciem quaſi luminibus officit altitudo fortunæ. pro R.

Sic *Lumen* appellabant, quam vulgus *Candelam*, quæ niſi materia qua lumē præbetur, exprimit.

Noctu lumine appoſito, experrecta nutrix animadvertit puerū. [B. De minnemoer, 's nagts ligt een kaars by haar geſet hebbende, is wacker wordende 't kind gewaar geworden. *G La nouvrice ayant mis de nuit une chandelle prés d'elle, à trouvé l'enfant à ſon réveil.* A. The nurſe, having ſet a light or candle by her, perceived the child when ſhe was awakened.] de D.

Vos mihi in tantis tenebris clariſſimum lumen prætuliſtis. pro Syl.

Sic *Lumina* pro *Oculis*.

Natura duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluit. de N.

Democritus luminibus amiſſis, alba ſcilicet & atra diſcernere non poterat. [B. Democritus, trouwens, zijn oogen verloren hebbende, heeft geen wit van ſwart konnen onderſcheyden. *G. Democrite ayant perdu la vüe, n'a pu diſcerner le blanc du noir.* A. Democritus having loſt his ey's could not diſcern white from black.] Tuſc.

Ille cum nihil videret ſciens, quod nefas eſſet, lumina amiſit. pro Dom.

M.

MALUM. [B Wel den booſen, wel de droes. G. *Que d'autre.* A. What a deux.]

Increpandi vocem in oratione hoc modo collocabant Latini:

Quæ nam (malum) eſt iſta voluntaria ſervitus.

Quæ (malum) eſt iſta ratio?

Quæ (malum) ſtultitia fuit? pro Q. R.

Quæ (malum) iſta amentia fuit? [B. Wel de droes, wat zinneloosheid is dat geweeſt? G. *Que diantre, quelle forcenerie à ce été la?* A. What a deux how great, a madneſs was that?] in Ver.

Quod te malum rationis in iſtam ſpem induxit?

MANCEPS.

Significat *eum qui aliquid conducit, aut redimit à populo.*

Mancipes civitatis pro frumento pecunias exegerunt. [B. De Stads pagters, of, tollenaars hebben voor't koorn geld ingevorderd. G. *Les fermiers de la ville ont exigé de l'argent pour le blé.* A. The farmers of corne have exacted, or called for, their money.] in Ver.

Quid agere, cœpit cogitare, ſi opus pupillo redimeretur, ſi res abiret ab eo mancipe quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam prædam eſſe.

MANCIPIUM.

Propriè *rem* ſignificat *quæ poſſidetur, quam* multi *Dominium* nunc vocant. Sic, *Rem mancipio dare*, aut *accipere*, ſignificat *alii jus poſſidendi cedere* aut *accipere*: quod vulgus vocat *Dominium tradere alii.*

Sum enim χρήσει μὲν & tuus, & κτήσει Attici noſtri: ergo fructus eſt tuus, mancipium illius. Epiſt.

Attici proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem uſu & fructu. [B. Gy ſchrijft dat gy aan Atticus verknogt zijt door eigendom, en verbintenis, dog aan my door ommegang en genot. G. *Vous écrivés que vous êtes attaché à Atticus en propre, & par obligation, & à moi par converſation & par l'utilité que vous en retirés.* A. You write me that you are very much obliged and bound to Atticus, but to me by benifit, and advantage.]

Finge mancipio aliquem dediſſe id quod mancipio dari non poteſt, num idcirco id ejus factum eſt qui accepit? aut num is qui mancipio dedit, ob eam rem ſe ulla re obligavit? Topic.

Sic tibi nos ad id quod quaſi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere, quaſi jure emptionis & venditionis.

Multæ ſunt domus jure mancipii & jure nexi.

Cum omnia tua jure mancipii ſint, ea poſſis ne retinere. pro Cec.

Res quas eum dolo malo mancipio accepiſſe de Vario diceret. [B. De dingen, die hy zeyde, dat hy van Varius, door snode kunsjes in eigendom gekregen had. G. *Les choſes qu'il diſoit avoir reçu en propre de Varius par fourberie.* A. Things which he ſayd againſt his conſcience to have received of Varius as his owne.]

Lex mancipii. Quicquid in mancipio vitii fuerit, venditor ſi ſcierit, nec emptori dixerit, id præſtato.

Cum Marius ædes Auratæ vendidiſſet, neq; ſervire quandam earum ædium partem ex mancipii lege dixiſſet. defendebam quicquid fuiſſet incommodi in mancipio: id ſi venditor ſciſſet, neque declaraſſet, præſtare oportere.

Ædes Sergio ſerviebant, ſed in mancipio Marius non dixerat. [B. 't Huys was ten dienſt van Sergius, egter had Marius het hen niet in eygendom toegeſeid. G. *La maiſon étoit au ſervice de Sergius, mais Marius ne la lui avoit pas promis en propre* A. The houſe was at the ſervice of Sergius, but Marius had not reſigned the ſamer to him.]

In iis rebus repetendis quæ mancipii ſunt, is periculum judicii præſtare debet, qui ſe nexu obligavit.

Arma quærenda putavimus, ut eſſet ſui juris ac mancipii reſp. At.

Nexorum ac mancipiorum jura. de Or.

MANDARE ALICUI MAGISTRATUM, AUT HONORES.

Pro, *Concedere*, non tam in uſu nunc eſt, quã olim fuit. *Mandare magiſtratum alicui exiſtimabant.* [B. Sy meynden dat zy aan ymand 't Stads-bewind aanbevolen, of, overgaven. G. *Ils croïoient donner à quelqu'un le Gouvernement de la ville.* A. They thought they intruſted the magiſtracie to ſomebody.] pro Mur.

Mihi magiſtratum populus Rom. mandavit. in V.

Populus mandandis magiſtratibus non inanis

eſt

eſt dignitatis judex. [B. 't Volk is, in de Stads ampten uyt te deelen geen zot oordeel vellen van yders waardigheid. *G. Le peuple ne juge pas mal de la dignité d'un chacun lors qu'il fait le diſtribution des charges de la ville.* A. The people is no idle or fooliſh Judge of mens worth in the diſtribution of Magiſtracie, or in the Choice of magiſtrates.] pro Plan.

Populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat. contra Rul.

Autoritatis tantum in me eſt, quantum vos honoribus mandandum eſſe voluiſtis. pro Pom.

Sic, Mandare literis, monumentis, hiſtoriis, verſibus, ſcriptis, animis, memoriæ, dicuntur *ea quæ conſervari volumus.*

Literis conſignamus, quæ monumentis mandare volumus. [B. Door de letteren beſchryven wy 't gene wy door gedenktenen willen vereeuwigen. *G. Nous mettons ſur le papier ce que nous voulons perpetuer par des monumens.* A. Wie write or note down things, which we will eternize by monuments.] Acad.

Athenis primum monumentis & literis oratio eſt cœpta mandari. de Cla.

Inſtituenti mihi ſermonem referre & mandare huic tertio libro, quem &c. de Or.

Hæc monumentis annalium mandantur. pro Seſt.

Simiæ Dodonææ improbitatem, hiſtoriis Græcis mandatam eſſe demiror. de D.

Mandare verſibus æternum laborem alicujus, præconium. [B. Ymands arbeyd door gedigt ter neder te ſtellen, is een eeuwige lof-tuyting. *G. C'eſt une loüange éternelle, de dépeindre en vers les travaux de quelqu'un.* A. It is an eternal renown or glory to a man that his labour is ſett forth in verſes.] pro Arch.

Mandare ſcriptis actiones ſuas. Off.

Mandare factum alicujus immortalitati. pro D.

Socratis ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit. de Or.

Percipite quæſo diligenter quæ dicam, & ea penitus animis veſtris mentibuſque mandate. in Catil.

Quare mihi crede, & memoriæ manda, &c. [B. Weshalve geloooft my vry, en prent het in uw geheugnis. *G. A cauſe dequoi croiez moi, & l'imprimés bien en vôtre memoire.* A. Therefore beleeve me, and print it in your memory.] Ep.

Tenebris, vinculis, vetuſtati ad ſervandum includere, aut condere.

Cæſar non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculiſque mandare. [B. Cæſar is vaſt voornemens P. L: in een eeuwige duyſternis en boejens geknevelt te houden. *G. Cæſar à deſſein de tenir P. L. à la chaine dans un cachot ſombre & obſcur.* A. Cæſar hath reſolved to keep P. L. in a perpetuall dungeon and chaines] in C.

Mandare aliqua condita vetuſtati. de N.

Vitam ſuam fugæ ſolitudinique mandare. in C.

Mando, *pro* Relego.

Dimittere aliquem ab ſe, & mandare in ultimas terras. [B. Ymand van hen van daan ſenden, en tot aan 't ander eynd van de waereld uyt te bannen. *G. Chaſſer quelqu'un d'aupres de ſoi, & l'exiler à l'autre bout du monde.* A. To choſe a man from him and baniſh him to the outmoſt parts of the earth.] pro Syl.

Is non modò ex numero vivorum exturbatur, ſed etiam, ſi fieri poteſt, infra mortuos mandatur. pro Q.

MANO.

Quid propriè ſignificet, & quibus rebus tribuatur, exempla ipſa facilè declarabunt.

Quæ natura fluunt atque manant. de N.

Herculis ſimulacrum multo ſudore manavit, de D.

Multaque à luna manant & fluunt, quibus animantes alantur & augeſcant & pubeſcant. [B. Daar druypt en vloeyt wel van de maan af, waar door de ſchepſelen gevoed worden, groejen, en tot haar rijpheid komen. *G. Il tombe & degoute de la lune de quoi nourrir les creatures, les faire croitre, & parvenir jusqu'à une certaine maturité.* A. There fall and flow many things from the moone by which the living Creatures are fed, grow, and become ripe.] de N.

Æternis cauſis naturæ neceſſitate manantibus, verum eſt id quod &c. de Fat.

Manare & fundi per omnes partes. [B. Over al heen druypen, en geſtort worden. *G. Dégouter & être répandu par tout.* A. To dropp and be ſpilled every were.] Tuſ.

Cum ſerperet in urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius. [B. Als'er een eyndeloos quaad in de Stad voort liep, en van dag tot dag

verder en verder voort vloeyde. *G. Lors qu'un mal infini ſe répandoit par toute la ville, & ſe feſoit ſentir d'avantage de jour en jour.* A. When an endleſs evil krept, or was ſpread, through the city, and encreaſed dayly farther.]

Homines qui terram incolunt, interruptos ita eſſe, ut nihil inter ipſos ab aliis ad alios manare poſſit.

Idque eorum nomen uſque ad Pythagoræ manavit ætatem. Tuſ.

Aliquid ſine capite manare, & ejus autorem non extare. [B. Yets onder 't volk raken zonder dat men den eerſten man weet &c. *G. Semer quelque choſe parmi le peuple, ſans en connoitre l'Auteur.* A. That a thing ſhould be very publick without knowing the author or diſperſor.] pro Plan.

Latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum, manavit non ſolum per Italiam, ſed etiam tranſcendit alpes, obſcurè ſerpens occupavit multas provincias.

Manaret ſermo in conſilio, pecuniæ quandam mentionem inter judices eſſe verſatam. pro Clu.

Genera quatuor ex quibus honeſtas officiumque manaret. Off.

Omnis honeſtas manat à partibus quatuor.

Cum hoc triduo triſtis à Mutina fama manaret.

Contagiones malorum quæ à Lacedemoniis profecta manarunt latius. Off.

Peccata ex vitiis manant. [B. De ſonden vloejen voort uyt de gebreken, fouten. *G. Les pechés tirent leur ſource du vice.* A. Sinns proceed from vices.] Parad.

MAXIME.

Uſus hujus vocis non omnibus eſt notus, præſertim cum *Qui*, aut *Cum* conjungatur. idem enim tum ſignificat quod, *Ut magis non poteſt*: quod elegantius veteres dixerunt per *Qui maximè*, aut *Cum maximè*.

Domus celebratur ut cum maximè. Qu Fr.

Tam ſum amicus reip. quàm qui maximè. [B. Ik ben een zoo hertelijk genegen vrind voor 't gemeene beſt als'er uyt komen kan. *G. Je ſuis auſſi bien porté pour la Republique que qui que ce ſoit.* A. I am ab great a friend to the Common wealth as any one can be.] Ep.

Quod indoctiores ſic proferrent, *Tam ſum amicus reip. ut nullus major eſſe poſſit.*

Maximè quòd, aut *Etiam ne quod*, pro *In primis*, vel *præſertim*. Pervulgatum non eſt.

Ego conſiliis tuis uſus ſum, maximè quòd & gravitatem in congreſſu noſtro tenui & ad urbem, &c. At.

Atque ego me receſſum & ſolitudinem quærere, maximè quòd lictores haberem. laudabat conſilium.

Putavi aliquid ſcribendum eſſe: eò maximè, quòd oſtendis te pendere animi. [B. My dogt dat ik daarom yets ſchryven moeſt, en wel 't meeſt daarom, om dat gy toont datje twyfelmoedig zijt. *G. J'ai cru qu'il me faloit écrire quelque choſe, principalement parceque vous paroiſſés irreſolu, ou dans l'incertitude.* A. I thought that I ought to write ſomething, en principally becauſe you ſhew your ſelf doubtfull in mind.]

Maximè quòd is locus id temporis vacuus eſſet.

Et eos maximè, qui te maximè debuerunt, & plurimum potuerunt juvare. Ep.

Intuemini pauliſper animis juventutem & maximè eos, qui &c. pro Dom.

Quod ego cum audiſſem ex aliis, maximè ex meo fratre cognovi. Ep.

Cognoſcat etiam res geſtas, maximè ſcilicet noſtræ civitatis. Or.

MEDIOS.

Vocarunt Latini, quos nunc vulgò *Neutros*, ut *qui neutri parti in bellis aut contentionibus gerendis ſunt addicti.* ut,

Nam qui ſe medium eſſe vult, in patria manet: [B. Want die zig neutraal of onzydig wil houden blijft in 't vaderland &c. *G. Car qui veut être neutre, reſte dans ſon païs.* A. For het that will be neutral ſtays in his country.] *qui proficiſcitur, aliquid de alterutra parte judicare videtur.* At.

Lex Solonis, qui capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis fuiſſet.

Sic *Media*, quæ *neutra genera bonorum: hoc eſt, neque bona, nec mala.*

Iis ipſis alia interjecta & media numerabat. At.

Neutra autem in mediis relinquebat. ibidem.

In mediis ea momenta nulla eſſe cenſuit.

De medio, in medio, aut medium, è medio, & *varii & reconditi alicujus ſenſus ſunt.*

De medio tollere, removere, recedere. *ſignificant* ex conſpectu hominum.

De medio tollere. id eſt, interficere. [B. Van kant helpen. *G. Se defaire de quelqu'un, le tuer.* A. To

To murder, ſlay, or kill: to ſend to another world.] pro S. R.

Recede de medio, per alium tranſigam. [B. Scheert u aan een kant, 'k ſal 't door een ander wel verrigten. G. *Retirés vous d'ici, je ſerai bien faire cela par un antre.* A. Gett you gone I'l doe it by another.] pro S. R.

Removere aliquid de medio. in V.

Sumere de medio, pro *ex iis quę omnibus nota erāt.*

Verba ſumpta de medio. [B. Woorden die niet uitgeſogt maar voor de vuiſt genomen zijn. G. *Des paroles qui ne ſont point choiſies, mais prononcées comme elles viennent.* A. Words not pikt out or choſen, but as they come.] Or.

Hæc non ſunt quæſita ex occulto, aliquo genere literarum, ſed ſumpta de medio, & rebus palàm per magiſtratus actis. pro Dom.

In medium venire; proferre; procedere; vocare. [B. Voor den dag komen te voorſchijn brengen. G. *Mettre au jour, parler, citer.* A. To come forth; to bring or ſett forth; to call of ſummon.]

Primum veniat in medium Epicuri ratio. de Fin.

Venire in medium & procedere in medium. de In.

Proferre in medium aliquid. in V.

Ut quæ quis cogitarit, in medium proferat. de Or.

Quæſtus forenſis in medium proferebatur. pro Cl.

Itaque judices incenſi ſuſpicione rem in medium vocare cœperunt. pro Clu.

IN MEDIO PONERE.

Eſſe, relinquere: *idem valet, quod* Omnium judicio, aut uſui, aut voluntatibus aliquid liberum & commune facere, aut eſſe.

Tabulæ ſunt in medio. in V.

Quæ in medio poſita ſunt) (obſcura.

Dicendi ratio in medio poſita. de Or.

Obſcœnas voluptates faciles, communes, in medio ſitas eſſe dicunt. [B. Men zegt dat de ſnode wellustigheden gemackelijk, voor yder even na, en voor elk blood en open leggen. G. *On dit que les ſales voluptés ſont commodes & à la bienſéance d'un chacun.* A. They ſay that filthy and unchaſt pleaſures ſtand free for every one.]

Proponere aliquid in medio. in V.

Neminem nominabo, tantum in medio relinquam, ſi quis &c. pro Cæl.

Rem in medio ponam. in V.

Ponam in medio ſententias philoſophorum. de N.

At hic quidem ipſe & ſeſe ipſum nobis, & eos qui ante ſe fuerant, in medio poſuit, ut cæteros & ſeipſum per ſe cognoſceremus. de In.

E medio tollere, *hoc eſt*, ea quæ jacent erigere, extollere.

Cum verba jacentia ſuſtulimus è medio. [B. Toen wy de vervallene woorden weder opgebeurd, en in weſen gebragt hebben. G. *Lors que nous umes fait valoir les paroles dites mal à propos & hors d'oeuvre.* A. When we had brought the decayd words again in vogue.] de Or.

Pellere è medio. [B. Verdrijven, verjagen. G. *Caſſer.* A. To chiſe or drive away.] *Idem quod* De medio removere.

Hoc quidem deliberantium genus pellatur è medio.

MEMINI.

Jungebant veteres hoc verbum cum præſenti tempore Infinitvi modi, eadem ratione qua cum præterito. ut,

Memini Pamphilum hoſpitem meum mihi narrare ſe &c. [B. 't Heugd my nog wel dat mynen tafel vrind Pamphilus my vertelde, dat &c. G. *Il me ſouvient bien encore que mon hôte Pamphile me racontoit, que.* A. I remember that my gueſt Pamphilus told me that he &c.] in Ver.

Memini tibi librum afferri à Demetrio Magnete.

Dixi me non meminiſſe ullum tempus laudandi, aut locum dari. id eſt, datum eſſe. Ep.

MEMORIA.

Propria vis hujus nominis ſatis nota in vulgus: ſed cum pro *ætate & tempore* uſurpatur, minus nunc uſitatum videtur. ut,

Omnia bella quæ memoria noſtra fuerunt. [B. Al de oorlogen die'er by ons geheugen en by onſe tijd geweeſt zijn. G. *Toutes les guerres qu'il y a ûes de notre temps.* A. All the warrs that have been in our memory or time.] At.

Noſtra autem memoria Philo. pro Fon.

Perlongo intervallo propè memoriæ temporumque noſtrorum. contra Rul.

Cn. Pompeius omnium ſeculorum omnis memoriæ facilè princeps. [B. Cn. Pompejus ontwyfelbaar de vlag-voerder van alle eeuwen, en by aller menſchen geheugen. G. *Cn. Pompée ſans contraidit le plus renommé de tous les ſiécles, & de mémoire*

mémoire d'hommes. A. Cn. Pompeius was certainly the moſt famous man of all ages and memorie.]

Quod ſacrificium nemo, niſi P. Clodius, omni memoria violavit, nemo unquam adiit. de Ar.

Cratippus noſter princeps hujus memoriæ philoſophorum. Off.

Multi etiam ſuperiori memoria. pro Cor.

Conſules non modò ex memoria, ſed etiam ex faſtis evellendi. [B Men moet de Borgemeeſters niet alleen uit de tijd maar ook uit de tijdboeken uitſchrappen. G. *Il faut effacer les Bourguemaitres non ſeulement de la mémoire mais auſſi dans les Annales.* A. The Conſuls muſt not onely be raſed out of memorie but alſo out of the chronicles.] pro Seſt.

Tanta multitudo, quanta mea memoria nunquam ullo in judicio fuit. ibidem.

Quod in hac repu: non modò factum antè nunquam eſt, ſed in omni memoria eſt omnino inauditum. in V.

Res ab noſtra memoria propter vetuſtatem remotæ.

Quia memoria ſic eſſet proditum, quem pater, &c.

Quid quod uſu patrum memoria venit? ibid.

Memoria *pro* Scriptis, *hoc eſt*, monumentis, quibus res geſtæ aut factæ comprehenduntur & conſervantur.

Iſtum doctum virum fuiſſe, memoriæ traditum eſt.

Nam hoc memoriæ traditum eſt. [B. Want dit is ter gedagtenis nagelaten. G. *Car ceci à été fait en mémoire, ou eſt laiſſé à la poſterité.* A. For this is recorded.] pro Mur.

Prodere ſermonem alicujus memoriæ. de Orat.

Monumentum quod poſitum eſt, ut eſſet indicium oppreſſi ſenatus ad memoriam ſempiternam turpitudinis. pro Dom.

Ampliſſimis monumentis conſecrare memoriam nominis ſui. [B. Met zeer hoog ſtatelijke gedenktekenen de geheugnis van ſijn naam vereeuwigen G *Perpetuer la mémoire de ſon nom par de tres magnifiques monuments.* A. To eternise his name by very magnificent monuments.] Qu. Fr.

Sed loquor de iis quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus. Am.

MERCES.

Vulgo ignotum eſt, notari hoc nomine *penſiones quæ de fundis & prædiis dantur*, quos *Reditus annuos* inſcitè plerique appellant. [B. Jaarlijkſe inkomſten. G. *Revenus par an.* A. Yearly revenues or rents.]

Ut ſumptus hujus peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti & Aventini. At.

Velim quæras ab Erote, ubi mercedes inſularum.

Mercedes dotalium prædiorum [B. De vrugten of inkomſten van de ten houlijkgekregene landgoederen. G. *Les revenus des terres dotales* A. Revenues or rents of dotal, or dowry, lands.]

Vides igitur, ſi amicitiam emolumento metiare, ſummas familiaritates prædiorum precioſorum mercede ſuperari. de Fin.

Sic Mercedula [B. Winsje, inkomſtje, vrugtje. G. *Petit gain, petit revenu.* A. Small gain, a little revenue.]

Ut conſtituere mercedulas prædiorum. At.

MEREO.

Propria vis & nota hujus verbi cognita illis non eſt, qui utuntur *Lucrari* pro *Mereri*. ut, *Operarius lucratur tres batzios in diem* dicunt, cum ſignificare velint, *ea mercede eum operam dare aliis.* Hoc Latini per *Merere* protulerunt. ut, [B. Winnen, verdienen. G. *Gagner.* A. To earne deſerve or to gett.]

Nam illa membra merere per ſe non amplius poſſunt duodecim æris. pro Qu. Roſ.

Roſcius HS. CCCLIII. merere & potuit & debuit.

Quid enim mereas, ut Epicurus eſſe deſinas? de N.

Quid enim mereri velis jam cum magiſtratum inieris, &c. quid merearis igitur ut te dicas. de Fin.

Hinc *Merere, mereri ſtipendia, equo*, pro Militari alicui. [B. Dienſt onder ymand hebben. G. *Avoir pris ſervice ſous quelqu'un.* A. To ſerve under one.]

Murena adoleſcens patre ſuo imperatore meruit.

P. Servilius, quo tu imperatore Labiene meruiſti.

Clamabat ſe meruiſſe cum L. Præcio. in V.

Meruiſſe ſtipendia bello. pro Mur.

Aſellus merens ſtipendia. de Orat.

Mereri ſtipendia. pro Cæl.

Benè aut malè merere, aut mereri de aliquo. uſu ſatis trita. [B. Maken dat men by ymand wel of qualijk ſtaat. G *Faire en ſorte qu'on ſoit en bonne odeur pres de quelqu'un, ou, être bien ou mal avec quelqu'un.* A. To deſerve well or ill of a man.]

METIOR

METIOR.

Quid ſignificet, planum eſt: ſed monendi indoctiores hic ſunt, ne *Menſurare*, quod barbarum eſt, dicere aſſueſcant: neque item *Menſurator*, pro quo Cicero *Metator*, *Decempedator*, & *Decempeda*: ſed *Metator* potius eorum erat, qui caſtris locum & ſpacium deſignabant [B. Meter, landmeter. *G. Un geometre* A. A meaſurer a geometrician.] poſteriora verò duo Latinè notant, quæ imperiti inſcitè *Menſuratorem* vocant. ut,

Saxa peritus metator urbem jam decempeda ſua diviſerat. in Acad.

Qui cum architectis & decempedis villas multorum hortoſque peragravit. pro Mil.

Solis magnitudinem quaſi decempeda metiri.

L. Antonius æquiſſimus agri publici & privati decempedator. in A.

MICO.

Cicerò hoc verbum quoque venis & arteriis attribuit, quarum motu alii potius per *Pulſare* expreſſerunt. ut,

Jam venæ & arteriæ micare non deſinunt. [B Nu houden de aderen en ſlagaderen niet op te ſlaan. *G. Les veines & les artéres ne ceſſent pas de batre.* A. The veins and arteries do not leave of to beat.] de N.

MIHI.

Latini ſæpè non ſignificationis, ſed orationis implendæ cauſa utuntur, idque eleganter: quod & noſtra lingua ſæpe quoque imitamur.

Tu mihi cum in circulo decipiare adverſarii ſtipulatiuncula, ego tibi ullam cauſam majorem committendam putem? de Or.

Tu mihi, cum in provincia tam malè te geſſeris hic tibi perfugium ſperes futurum. in V.

Hinc mihi afferunt mediocritates. Tuſc.

Sic enim tinctus mihi literis, &c. de Or.

Is mihi etiam gloriabitur, ſe omnes magiſtratus ſine repulſa aſſecutum. [B. Hy zal ook roemen dat hy alle Magiſtraats bedieningen zonder refues bekomen heeft. *G Il ſe vantera auſſi d'avoir obtenu toutes les charges de Magiſtrature, ſans eſſuïer de refus* A. He wil alſo boaſt that het got all the places of Magiſtracie, without refuſal.] in P.

Is mihi etiam queritur. in V.

Tu mihi ita defendas?

Quas tu mihi interceſſiones, inquis? in Acad.

Tu mihi id arripis? quod. pro Mur.

Tongyllum mihi eduxit quem, &c. in C.

Quid mihi damnatos ambitus colligitis? pro Clu.

Novem tibi orbibus connexa ſunt omnia. de Som.

Id monſtrum ſibi ipſum eſt. de Ar.

MILLE.

Subſtantivum, ſingulari numero non tam uſitatum eſt, quàm plurali: Cicero tamen utroque numero eodem modo eſt uſus.

Septa cingemus excelſa porticu, ut mille paſſuum conficiatur. At.

Quo in fundo facilè mille hominum verſaretur. [B. In welke Hofſtede gemakkelijk 1000. menſchen zoude verkeeren, of zijn. *G. Laquelle Maiſon de campagne contiendroit facilement mille perſonnes.* A. In which farme a thouſand people could be.] pro Mil.

Qui mille modium dediſſet HS. VIII. millia dare coactus eſt. in Verr.

Scutorum in ludo M. fuerunt. At.

Mille talentum acceſſionem factum eſſe. pro R.P.

Imagines mille verborum. ad Her.

Hic numerus eſt hominum mille XXX. At.

Quis unquam in illo Iano inventus eſt, qui L. Antonio mille nummum ferret expenſum? in A.

MINUS.

Quemadmodum Plus & Amplius variis caſibus junguntur, ita quoque Minus: ſed vulgare nunc non eſt, cum nominativus conſequatur. ut.

Juſſit, ut quæ ſtatuæ C. Verris ipſius & patris & filii eſſent, eas quæſtores demoliendas locarent: dumque ea demolitio fieret, ſenatores triginta non minus adeſſent [B. Dat'er ten minſte dertig Raadsheeren by zouden zijn. *G. Que trente Conſeillers du moins y fuſſent preſens.* A. That there ſhould be no leſs than 30 Senators.] in Ver.

Sic alio modo *Minus* pro *Pauciores*.

Cum ſi uno minus damnaret, condemnari reus non poſſet. [B Wanneer als hy'er een minder als een zoude veroordelen de aangeklaagde niet kon gedoemt worde. *G. L'accuſé ne pouvoit être condamné s'il en avoit condamné moins qu'un* A. When the accuſed could not be condemned if he ſhould give Judgement againſt leſs than one ſingle man.]

MISCERE, & DARE BIBERE.

Dixerunt veteres, quod nunc à multis per *Infundere*, *Dare potum*, *Propinare* etiam ab ignaris ſignificationis ejus verbi exprimitur.

Qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens. [B. Die voor een ander de mee inſchenkt zelver geen dorſt hebbende. *G. Qui verſe de l'hidromel pour un autre, quoi qu'il n'ait point de ſoif lui même.* A. Who not being a dry himſelf ſhould mix or fill metheglin for another.] de Fin.

Pòſt deinde quod juſſi, ei date bibere. [B. Geeft haar daar na te drinken 't geen ik belaſt heb. *G. Donnér leur enſuite à boire ce que j'ai ordonné.* A. Afterwards give her to drinck, what I have bid you.] Terent. in Andria.

Bis in die id faciet, meridie bibere dato C. de R.

MISERATIO.

Pro Miſericordia & Commiſeratione *pauci quotidiano ſermone uſurpant.*

Miſeratione mens judicum permovenda eſt. [B. Het gemoed van de regters moet door barmhertigheid bewogen worden. G *Il faut que la compaſſion émeuve le cœur des Iuges.* A. The mind of the Judges muſt be moved by pity, or compaſſion.]

Tua illa pulchra laudatio, tua miſeratio, tua cohortatio. in A.

Odia incitantur, & miſeratio naſcitur. [B. De barmhertigheid word ontfonkt. *G. La compaſſion s'echauffe.* A. Pity, or compaſſion is moved.]

Non fuit hæc ſine meis lachrymis, non ſine dolore magno miſeratio. de Or.

Miſerationibus & communibus locis uti. de Cl.

Quem enim noſtrum moriens Epaminundas non cum quadam miſeratione delectat? Ep.

MISEROR, *aris*. Commiſeror) (Invideo.

Non queo ſatis hujus eventum fortunamque miſerari. [B. Ik kan my niet genoeg ontfermen over de ſtaat en geval of uytſlag van deze. *G. Je ne Saurois aſſés plaindre l'état de celui ci.* A. I can not enough pity the condition and fate of this man.] pro Mur.

Quare quid invidendum Murenæ ſit in hoc præclaro conſulatu non video: quæ miſeranda ſunt, vos perſpicere poteſtis. pro Mur.

MITTO.

Sæpe Cicero hoc verbo uſus eſt eoſdem modo quo *Omitto*, cum ea ſignificet, quæ commemorare noluit. Quod cum rarius nunc à pleriſque fiat, adjungendum aliis, quæ negliguntur vulgò.

Mitto prælia, prætereo. [B. Ik laat varen, ik ſla de veldſlagen over. *G J'omêts, je paſſe ſout ſilence les combats.* A. I omit, I do not mention the battels.] pro Mur.

Mitto de amiſſa maxima parte exercitus. in P.

Mitto illam fugam &c. cætera per occupationem.

Mittere ſanguinem, dixerunt Romani quod multi inſcitè Græco more nunc proferunt per *Phlebotomare*, qui verò paulo melius loqui volunt, *Secare venam* dicunt: quod verbo *Incidere* Cicero protulit.

Appius δὶ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, ſanguinem miſerit, [B. Laat haar het bloed afgetapt hebben. *G. Qu'on lui ait tiré du ſang.* A. Let he have lett her blood or have open'd her a veine.] *quicquid Potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam, & προσανατρεφομένην.* Attic.

Vocem mittere, & jacere, *ac* Mittere ridicula. *pro* Dicere: *non tam nobis uſitatum, quàm olim Romanis fuit.*

Vocem pro repub. nemo miſit. [B. Niemand heeft voor 't gemene beſt zig laten hooren. *G. Perſonne n'a parlé pour le bien de la Republique.* A. No body ſpake a word for the common wealth.]

Vox queſturæ nulla miſſa eſt. pro Flac.

Jacere ac mittere ridicula. [B. Belagchelijke dingen ſpreken. G *Dire des choſes ridicules.* A. To utter or ſpeake ridiculous, ſilly or fooliſh things.

Miſſum facere, *aut* eſſe aliquem, *ſignificat*, eum qui aut in noſtra poteſtate, aut nobiſcum eſt, à nobis dimittere.

Æquum eſt me à te impetrare, ut cohortes quæ ex Piceno venerunt, miſſum facias. [B. 't Is redelijk dat ik van u dat verkrijg dat gy de Legioenen, die uit Picene gekomen zijn, laat gaan. *G Il eſt juſte que j'obtienne de vous que les régimens, qui ſont venus de Picéne ſoient congediés.* A. It is no more than Juſt that I ſhould obtaine of you that you let goe, or diſmiſs the legions, which came from Picenum.] Att.

Iuravitq; ſe illum interfecturum, niſi ſibi jusjurandum dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. Off.

Eaſque

Eaſq; legiones bello confecto miſſas fieri placet. in A.

Quibus de cauſis miſſi fieri debeant. Ep.

Duo præfecti fabrum Pompeji, qui in meam poteſtatem venerunt, & à me miſſi ſunt. At.

Et eum ſtatim miſſum feci. ibidem.

Qui cum judicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt, poſtea miſſus. pro Flac.

Dicebat quiſque, quos miſſos ſciret eſſe. in Ver.

Remotis, ſive omnino miſſis lictoribus. [B. De Stads dienaars aan een kant zijnde, ofte geheel en al weg gez onden zijnde. *G. Les Archers s'étant retirés, ou aïant été renvoiés.* A The ſergeants being gone aſide, or quite ſent away.] Attic.

Miſſam facere rem aliquam, *idem valet quod* Omittere, Prætermittere, Dimittere.

Sed hæc miſſa faciam, quæ jam facta ſunt. [B. Maar ik zal deze dingen overſlaan, die nu geſchied zijn. *G. Mais je paſſerai ces choſes qui ſont arrivées.* A. But I'l omitt the things which are now happened] pro S. R.

Qui voluptatibus ducuntur, miſſos faciant honores. [B. Die tot wellusten genegen zijn laten die de eer-ampten laten varen. *G. Que ceux qui ſont âdonnés aux voluptés, ne Songent point aux charges, ou emplois honorables.* A. Let men who are led away by luſts abandon or give over places, or Offices, of Honor.] pro Seſt.

Hos agros miſſos facio. in Verr.

Miſſos faciant patronos, ipſi prodeant. Or.

MODEROR.

Accuſativo junxerunt veteres æquè, ac Dativo. Quod cum rarius nunc accuſandi caſui attribuunt, autoritate Ciceronis ſtudioſi ad verum uſum adducantur.

Cauſa quibus ratio moderatur. Tuſc.

Oratio ſine vinculis ſibi ipſa moderatur. de Or.

Lurco moderatus eſt in teſtimonio dicendo religioni ſua. pro Flac.

Auditorum aures moderantur oratori prudenti.

Sentio judices moderandum mihi eſſe jam orationi meæ, [B. Ik word gewaar Regters dat ik mijn rede moet matigen of bekorten. *G. Je m'aperçois Juges, qu'il faut que je modére ma harangue.* A. I perceive, o Judges, that I muſt moderate, or make ſhort my oration.] *fugiendamque veſtram ſocietatem.* in V.

Moderari verò animo & orationi, cum ſis iratus, non mediocris ingenii eſt. Qu. Fr.

Te hortor, ut omnia gubernes, ac moderere prudentia tua. [B. Ik vermaan u dat gy alles beſtiert en matigt door u voorzigtigheid. *G. Je vous exhorte de gouverner & de moderer toute choſe par votre prudence.* A I Exhort you that you Gouverne and moderate all by your prudence.] Ep.

Moderari navim ex ſcapha. de In.

Sententiam aliquam tanquam navigium aliquod ex reipub. tempeſtate moderari. [B. Een zeker advijs, als een ſchip uit een onweer van't gemeene beſt, in behoude haven ſtueren. *G. Savoir moderer un avis de même qu'on conduit au port un vaiſſeau agité par l'orage dont la Republique eſt batue.* A. To moderate or manage an advice like a ſhip in a Storme of the commonwealth.]

Moderari verba. pro Flac.

Tibicines, iique qui fidibus utuntur, ſuo, non multitudinis arbitrio cantus numeroſque moderantur.

Tempus dicendi prudentia & gravitate moderabimur. de Or.

Moderari regionem. de Nat.

MODICUM & MODICE.

Non ſignificant ſolum *Paucum & Parum*: ſed etiam, quod multi neſciunt, *Mediocre & Mediocriter*, Moderatè: quod exempla ipſius Ciceronis planius declarabunt.

Hæc ipſa nimia in quibuſdam futura non fuerunt, niſi quadam eſſent modica natura. de Fin.

Quæ in patribus aguntur, modica ſunto. id eſt, modeſta atque ſedata. de Leg. (*eſt affectus.*

Si modo temperatis eſcis modiciſque potationibus

Sed tamen modici fuimus in apotheoſi. At.

Utendum eſt exercitationibus modicis. [B. Men moet matige oeffeningen gebruyken. *G. Il faut faire des exercices mediocres.* A. We muſt uſe moderate exerciſe.] de Sen.

Genus dicendi ſubtile, modicum, vehemens. Or.

Actio modica jactatione corporis. Orat.

Item, Modica Intervalla.

A princ: enim conjurationis uſq; ad reditum noſtrũ videtur mihi modicum quoddam corpus confici poſſe. Hic corpus non eſt intervallum, ſed opus aliquod ab Hiſt: componendum de rebus geſtis Cicer.

MODICE.

Nos agemus omnia modicè. Ep.

Quumquam à me de ea timidè modiceque diceretur.

Modicè & ſcienter uti aliqua re. [B. Matig en verſtandig een zaak gebruyken G *Uſer, je ſervir d'une choſe modérement & avec prudence.* A. To uſe a thing moderately and wiſely.] de Or.

Modicè ferre aliquod malum. de Fin.

Sed quoniam iis fortaſſe arbitrantur, me hanc remp. non putare, ſi perpetuò facerem, modicè hoc faciam, aut etiam intra modum.

MODO.

Cum *varietatem & inconſtantiam notet*, vulgare minime eſt: præſertim cum non iteretur.

O Academiam volaticam, modò huc, modò illuc.

Modò hoc, modò illud audire. [B. Nu eens dit dan eens dat hooren. G. *Ecouter tantôt ceci, tantôt cela.* A. Now to hear this, then that.]

Carneades modò ait hoc, modò illud. de D.

Modò hoc modo, modò illo modo affici [B. Nu eens op deze dan op gene wijs aangedaan worden. G. *Etre agité tantôt d'une maniére, tantôt de l'autre.* A. Now to be affected or moved this way then the other.]

Modò unum, tum autem plures. N.

Modò mundum, tum mentem putat.

Modò egens, repente dives. [B. Dan eens arm en ſchielijk daar na rijk. G. *Tantôt pauvre, tantôt riche tout d'un coup.* A. Juſt now poor, and ſuddainly rich.] in A.

MODUS.

Latini hoc nomine ſignificabant, quod Barbari muſici *Tactum*, aut *Menſuram in cantu* vocant: præterea *ipſum cantum & canendi concentum ipſum.*

Non ſunt in oratione tanquam tibicini percuſſionum modi, ſed univerſa comprehenſio Or.

Carmen & rebus & verbis & modis lugubre. [B. Een dicht in zaken, woorden, en maat treurig G. *Un poëme, dont le ſujet, les paroles & la meſure ſont lugubres.* A. A poeme mournfull, or ſorrowfull in things, words, and meaſure.] Tuſc.

Ut in muſicis numeri, & voces, & modi. de Or.

Surdus varietates vocum, aut modos noſcere non poteſt de D.

Antiquus vocum modus, & varii canendi ſoni.

Oculos, cervicesque pariter cum modorum flexionibus torquent. [B. Zy ſlaan de maat met haar ogen en hoofden. G *Ils batent la meſure des yeux & de la tête.* A. They ſhew the meaſure of the muſick by their eys and necke.] ibid.

Preſſi & flebiles modi. Tuſc.

MOMENTUM.

Varia hoc nomen ſignificat, ſed in nullo ferè ſenſu notum eſt in vulgus; quod ut è tenebris revocetur, varias notas explicabimus, uſumque ejus oſtendemus, & in primis idem valet quod *Punctum.*

Omnia momenta obſervabimus; neque ullum prætermittemus tempus tui juvandi. [B. Wy zullen alle ogenblikken gade ſlaan, en geen tijd verſuymen om u Ede helpen. G. *Tous les momens nous ſeront chers; & nous ne perdrons point de temps pour vous aſſiſter.* A. We'l obſerve all moments and ſlipp no time to help you.] Ep.

Nec ullo minimo momento plus ei vitæ tribuo, quam Stoici. de Fin.

Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. in A.

Parvis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. de D.

Omnia ex altera parte collocata vix minimi momenti inſtar obtinent. Off.

Sæpe etiam notat hoc nomen *pondus aut vim,* & ut Barbari dicunt. *valorem qui eſt in rebus.*

Id eſt maximi momenti & ponderis. [B. Dat is van groote kragt en gewigt. G. *Cela eſt de conſequence & de beaucoup de poids.* A. That is of great moment and weight.] in Vat.

Ad unamquamque rem exiſtimandam momentoq; ſuo ponderandam. pro Fon.

Cato diligentiſſimè perpendens momenta officiorum omnium. pro Mur.

Quæſtura utriuſque propemodum pari momento ſortis fuit.

Paria in contrariis partibus rationum momenta.

Non ſemper ex iiſdem argumentorũ momenta ſunt.

Hoc nihil habet momenti. de Fin.

Ita ſunt in pleriſque contrariarum rationum paria momenta. [B. Aldus zijn in de meeſte een gelijk gewigt van tegenſtrydig redenen. G *Voila comme ordinairement des raiſons oppoſées ont autant de force l'une que l'autre.* A. Thus there are in moſt

in moſt of them equal moments and weight of contrary reaſons.] Acad.

Petunt aliquid publicani, cave quicquam habeat momenti gratia. pro Mur.

Hæc res nullum habet momentum ad beatam vitam. [B. Deze zaak doet ganſch niet tot een geluk zalig leven. G. *Cette affaire ne contribue en rien à une vie heureuſe.* A. This thing is of no moment towards a happy life.] de Fin.

Ne minimi quidem momenti ad ſummum bonum adipiſcendum. ibid. &

Qui ad appetitionem rerum eſſe in his momenta diceret. ibid.

In his momenta ſunt maxima ad beatè vivendum.

Hoc plus aut ad beatam, aut ad miſeram vitam affert momenti, quam eorum utrumvis. de Fin.

In repub. permagni momenti eſt ratio atque inclinatio temporum. in V.

Aſtra forma ipſa figuraque ſua momenta ſuſtinent.

Occaſionem aut *mutationem* quoque ſignificat.

Non enim ignoras quanta momenta ſint in repub. temporum. [B. Want je weet wel hoe groot in 't gemene beſt de gelegentheden der tijden zijn. G. *Car vous n'ignorés pas combien la conjonƈture ou ſe trouve la Republique, eſt delicate.* A. For you are not ignorant of how great a moment the due times are in the commonwealth.]

An ignoratis cætera veƈtigalia perlevi ſæpe momento fortunæ. [B. Dikwils door een zeer geringe wiſſelvalligheid van't geval &c. G *Souvent par un changement de fortune preſque imperceptible.* A. Often by a light moment, turne or change of fortune.] *inclinatione temporis pendere.*

MORDICUS.

Mordicus auferre auriculam alicujus. Hanc & ſimiles loquendi modos Barbari, qui dicunt *Demordere*, ignorant: Cicero verò & alii autores non *Demordere*, ſed hoc modo ſunt locuti.

In urbem introiſſet, ad inimicitias res veniſſet, cum Aeſernino Samnite Pacidianus comparatus viderer, auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet. [B. Hy zou hem miſſchien het oor afgebeeten hebben. G. *Il lui auroit peut étre emporté l'oreille, ou attaché avec ſes dents* A. It may be he might have bitten of his eare.] Qu. Fr.

MORARI.

Morari aliquid, aliquem, aut aliquam rem. tritum non eſt, nam *Impedio* pro *Moror* vulgus utitur.

Si quid eum vel impediet, vel remorabitur. Ep.

Multa eum in Aſia dicuntur morari. [B. Men zegt dat vele dingen hem in Aſien ophouden. G. *On dit que beaucoup d'affaires le retiennent en Aſie.* A. They ſay many things detain him, or make him tarry, in Aſia.] At.

Si me navigatio non morabitur. Ep.

Tamen legatorum nomen belli celeritatē morabitur.

Curtius cogitat Dibaphū ſed eum infeƈtor moratur.

Libri ad Varronem morabantur. At.

Si modò meo caſu reip periculum morari poſſunt. [B. Indien ik maar door mijn ongeval het gevaar van 't gemeene beſt kan ſtuyten. G. *Pourvu ſeulement que par mon infortune je puiſſe detourner le danger, dont la Republique eſt menacée.* A. If I can but prevent the danger of the State by my owne ruine.] Ep.

MOVEO.

Propria vis verbi nota eſt, ſed quædam formæ loquendi minus uſitatæ omnibus. ut, *Loco, tribu, ſenatu, poſſeſſionibus movere, Movere ſe loco,* aut *ex aliquo loco.*

Urgere illi, ut loco nos moverent. [B. Dat zy ons uyt ons plaats zouden helpen. G. *Qu'ils nous auroient fait perdre nos places.* A. That they ſhould putt us out of our place.] Qu Fr.

Movere aliquem ſenatu. [B. Yemand uyt den raad zetten. G. *Chaſſer quelqu'un du Senat.* A. To putt one out of the Senate.] pro Clu.

Poſtquam ille Canuſio moverat. [B. Na dat hy van Caniſien opgebroken was. G. *Après avoir décampé de Canaſie.* A. After he was broken up from Canuſium.] At.

Sed moveri poſſeſſionibus, [B. Uit zijn gelegentheid en beſittingen gezet worden. G. *Etré privé, depoſſedé de ſes biens.* A. To be chaſed out of his buyſineſs and poſſeſſions.] *amiciſſimū ſedibus ac diis penatibus negant oportere.* contra Rul.

Ut veros hæredes moveat, in eorum locum ipſe ſuccedat. Off.

Ne te moveas iſthinc tam infirma valetudine. Ep.

Ego me de Cumano movi ante diem. At.

Movere caſtra ex aliquo loco, [B. Het leger ergens van daan doen opbreken. G. *Faire décam-*

per l'armée d'un endroit. A. To remove his camp, or army, from a place.] *& vaſa colligere.* in V.

MULTO.

Cum comparativo junctum vulgare eſt, ſed cum Superlativo non item. quis enim de vulgo ſic loquitur?

Quanquam mihi ſemper frequens conſpectus veſter multo jucundiſſimus eſt viſus. pro Pom.

Magna vero, multo maxima pars eorum qui in tabernis ſunt. [B. Een groot ja het aldergrootſte gedeelte van die gene, die in de winkel zijn. G. *Beaucoup & même la plus grande partie de ceux qui ſont dans les boutiques.* A. A great, and even the greateſt part of them, who are in the ſhopps.]

Magna ac multo maxima parte, non modò utilitatis, ſed & dignitatis atque imperii caruit. pro Pomp.

Nam cum omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenii atque eloquentiæ multo moleſtiſſima. in Ver.

Qui agri Acunenſis multo maximam partem poſſident [B. Ver het grootſte gedeelte beſitten. G. *Poſſeder preſque tout, ou du moins la plus grande partie.* A. Who poſſeſs farre the greateſt part.]

In civitate totius Siciliæ multo maxima. ibid.

Quæ pars ſine dubio multa maxima eſt. de Or.

MULTUS, A, UM.

Significantur nonnunquam quædam hoc verbo à Latinis, quæ à noſtris prorſus negliguntur. ut, *Multum eſſe in aliqua re,* pro eo quod vulgò dicitur, *Nimis prolixum eſſe aliquem.*

Accius in orationibus multus. [B. Accius te lang in zijn redenen. G. *Acciús eſt trop prolixe dans ſes diſcours.* A. Accius to prolix, or long, in his orations.] *& ineptus ad multam impudentiam.*

Antipatrumque, qui multus in eo fuiſſet, reprehendebant. Acad.

Qui in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt, [B. Die in eenig ſoort of onordentelijk of langwylig is. G. *Qui dans un genre n'obſerve point d'ordre, ou eſt trop prolixe* A. who is diſorderly (of no good method) or to prolix or long in any ſort of thing.] *is ineptus dicitur.* de Or.

Nolo hac in re multus videri. de N.

Theophraſtus eſt multus in laudanda magnificētia.

Ne in re nota & pervulgata multus & inſolens ſim.

Sic, Multum eſſe aliquid *aut* Multi exiſtimari *pro* Magni æſtimari, *quoque apud Ciceronem eſt.* ut,

Nomen noſtrum multum eſt in his locis. [B. Onze naam word in deze geweſten veel geag'. G. *On fait grand cas de notre nom en ces quartiers.* A. Our name is much eſteemed, or in great requeſt, in theſe places.] Epiſt.

Nonnulli dum operam ſuam multi exiſtimari volunt, volitant. [B. Terwijl velen haar dienſt willen hoog geacht hebben &c. G *Pendantque beaucoup veulent qu'on eſtime extraordinairement leurs ſervices.* A. Whilſt many will have their ſervice highly eſteemed, or valued.] Or.

Multa nocte fieri aliquid, *pro eo quod dicimus,* Valde ſerò, Valde veſperi.

Multa nocte veni ad Pomp. [B Laat in de nacht ben ik by Pompejus gekomen. G. *Il etoit fort avant dans la nuit quand je ſuis venu trouver Pompée.* A. I came late in the night to Pompejus.]

MUNIO.

Munire viam ad aliquid aut in aliquē locum. *pro,* Facere, & Tutam reddere. *pervulgatum non eſt.*

Munire ſibi tutam viam ad retinendas opes. [B. Zig een veylige weg banen om zijn rijkdommen te behouden. G. *Se fraïer un chemin aſſuré pour conſerver ſes richeſſes.* A. To make a ſure way, or to find out ſecure meanes, to remaine in poſſeſſion of his riches.] At.

Qui primum tibi muniſti ad te audiendum viam.

Munire ſibi viam in cœlum. [B. Voor zig een weg ten hemel banen. G. *Se fraïer un chemin qui conduit au Ciel.* A. To open or make a way to heaven for ones ſelf.] Tuſ.

MUNITO.

Nunc quam viam munitet, quod iter affectet, videtis. pro S. R.

MUTO.

Mutari civitate aliquem. *pro* Alterius civitatis civem fieri, & commutare civium jus: *vulgare genus loquendi minimè eſt, ſic tamen Cic: eſt locutus:*

O jura præclara atque divinitus jam inde à principio Romani nominis à majoribus noſtris comparata, ne quis noſtrum plus quam unius civitatis eſſe poſſit (diſſimilitudo enim civitatum varietatem juris habeat neceſſe eſt) ne quis invitus civitate mutetur, [B. Dat niemand tegen zijn wil en dank borger van een andere ſtad kan worden. G. *Afin que perſonne ne devienne malgré lui même bourgeois d'une autre ville.*

ville. A. That no body ſhould be forced to change the city, that is, to be made a cityſen of another city.] *neve in civitate maneat invitus.* pro C.

Ut & civitate illum mutatum eſſe fateretur, & jus civitatis honore digniſſimum judicaret. pro Cor.

Mutare civitatem aliquam. [B. Van d'eene ſtad in een andere ſtad borger worden. *G. Etre bourgeois d'une ville, & le devenir d'une autre, ou, changer de Bourgeoiſie.* A. To become a cityſen from one city to another.] *idem.* ibid.

MUTUOR.

Quoniam vulgus ignorat vim hujus verbi, ea pro eo quotidiano ſermone uſurpat, quę apud optimos Latinę linguę autores nuſquam extent, ut, *Accipere mutuum* aut *mutuo*: quod Cicero *Sumere mutuum* dixit, non *accipere.* Nunquam vero neque *mutuo dare,* neque *ſumere,* neque *accipere,* ut recentiores quidam: ſed *mutuum* ut, *Frumentum mutuum dare, Sumere pecuniam mutuam*: non Mutuo dare aut ſumere aliquid.

Cum abundare debeam, cogor mutuari. Attic.

Tu quicquam ab alio mutuaris? [B. Leent gy yets van een ander? *G. Empruntés vous quelque choſe d'une autre?* A. Doe you lend any thing from another?] Q. Fr.

Age, à Cælio mutuabimur. At.

Mutuemur hoc quoque verbum. de N.

Quæ ſunt oratori cum illis communia non mutuor ab illis. de Orat.

A viris virtus nomen eſt mutuata [B. 't Woord *Virtus* heeft zijn oorſpronk van *Viri* ontleent. *G. La mot de* virtus *eſt tiré de celui de* viri. A. The word *Virtus* hath its derivation from *Vir*.]

MUTUUS, A, UM.

Ille mihi HS. quatuordecim non reddit, quæ dedi ejus filio mutua. At.

Dare pecuniam mutuam alicui. [B. Yemand geld leenen. *G. Prêter de l'argent à quelqu'un.* A. To lend a man money.]

Dare frumentum mutuum alicui. contra Rul.

Sumere pecunias mutuas. [B. Geld lenen van yemand. *G. Emprunter de l'argent de quelqu'un.* A. To borrow money of a man.] in V.

N.

NARRO, *pro* Confirmo & Dico. *pervulgatum non eſt.*

Narro tibi, Quintus exultat lætitia [B. Ik verzeker u, Quintus ſpring van vreugden op. *G. Je vous aſſure que Quintus Saute de joie.* A. I aſſure you Quintus leaps for Joye.] At.

Narro tibi, planè relegatus mihi videor, poſteaquam in Formiano ſum. &

Narro tibi, loca venuſta ſunt. [B. Ik zeg u de plaatzen zijn fraai. *G. Je vous dis que les lieux ſont agreables.* A. I tell you thoſe places or fine, or pleaſant.]

Narra mihi, reges Armenii patritios ſalutare non ſolent. At.

NATU.

Obſervandum eſt in uſu hujus vocis, non ſolum dici, *Minor* aut *minimus,* & *Major* aut *maximus natu:* ſed *Grandis natu* quoque pro *Sene.* ut,

Grandes natu matres. in V.

Grandis natu parens.

Non admodum grandis natu, ſed tamen ætate provectior. [B. Niet zeer oud maar evenwel op zijn dagen. *G. Pas extraordinairement vieux, mais cependant d'un âge avancé.* A. Not very old but yet ſtricken in years.] de Sen.

NAVO.

Omnino hoc verbum nunc ab indoctioribus negligitur, & quæ ſit ejus vis ignoratur. ſignificat enim id quod vulgari more dicitur, *Opere ipſo & effectu aliquem juvare,* aut *Aliquo magno conatu aliquid præſtare* aut *Operam dare alicui.*

Utinam aliquod in hac miſeria reipub. πολιτικὸν *opus efficere & navare mihi liceat.* At.

Nemo eſt tam afflictus, qui ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id quod agit, non poſſit navare aliquid & efficere. [B. Yets te weeg brengen en verrigten. *G. Effectuer, exécuter une choſe.* A. To doe ones beſt in a thing and effect it.] Ep.

Equidem jam mihi videor navaſſe operam, quòd huc venerim. de Or.

Tibi omnes navare operam & ſtudium volunt. [B. Alle zijn zy u genegen, en willen u helpen. *G. Ils ont tous de la bonne volonté pour vous, & vous veulent ſecoúrir.* A. All of them love you extreamely and will aſſiſt you to the utmoſt.] At.

Qui etiam ſi ſuffragandi ſtudia non navant [B. Dewelke hoewel zy hem niet ſtemden &c. *G. Qui quoiqu'ils ne lui úſſent pas donné leurs ſuffrages.* A. Who

A. Who though they did not give their votes, voices, or ſuffrages, for him.] *tamen afferunt petitori aliquid.* Qu. de Pet.

Quam vellem Bruto ſtudium tuum navare potuiſſes.

At petitionis quidem tua ratio mihi ſemper explorata, ſed tamen operam navare volebam. Ep.

Etſi minus in curia atque in foro, ac in literis & libris, ut doctiſſimi veteres fecerunt, navare reip: & de moribus ac legibus ſcribere. Ep.

Sed ſi me audiant, navent aliam operam, aliam ineant gratiam. pro Cæl.

Navare operam alicui, atque ei ſeſe venditare.

Navare operam reipub. [B. Het gemene beſt dienſt doen. *G. Rendre ſervice à la Republique.* A. To ſerve the commonwealth.] Ep.

Qui navarat miles operam imperatori. de Clar.

N E.

Varii uſus eſt. de quo copioſè & planè in libro de Particulis. Sed genus hoc loquendi, *Ne plura, Ne multis, Ne longum faciam,* non ita uſitatū eſt noſtris hominibus, ut olim fuit Roman: qui potius omiſſo verbo, dicebant, *Ne multis, Ne plura,* quàm, *Ne plura dicam, Ne multis agam.*

Ne multa, perquiritur à coactoribus invenitur ea ſerrula &c. pro Clu.

Si peccat, magis ineptiis quàm improbitate peccat, ſed ne plura. [B Om niet meer te zeggen. *G. Pour n'en pas dire d'avantage.* A. But to ſay no more.]

Ne multa, nihil me in illo itinere præter conſcientiam meam delectavit. At.

Et ne longum ſit, [B. Op dat het niet te larg valle. *G. Afin que cela ne ſoit pas ennuïeux.* A. And to the end, or that it ſhould not be to long or prolix.] *omnium vicinorum ſummam eſſe in hunc benevolentiam confirmamus.* pro Clu.

Sic Ne dicam, dicebant Latini cum id maximè efferebant, quod his verbis tacere velle ſimulabant.

Doleo te in tam leves, ne dicam, in tam ineptas ſententias incidiſſe. [B. Ik ben bedroeft dat gy zulke geringe, om niet te zeggen, zulke zotte opinien of gedagten hebt. *G. Je ſuis faché de vous voir d'un avis ſi chetif, pour ne pas dire des penſées ſi baſſes.* A. I am very ſorry that you are fallen in ſuch frail, not to ſay, fooliſch thoughts or conceits.] de N.

Plerique perverſe, ne dicam impudenter, volunt.

Gallia Bruti nutum ipſum, ne dicam imperium, ſequitur. in A.

Abfui ſimul cum repub. ne dicam maxima cum dignitate. pro Dom.

NEDUM. Non modo, quo minus.

Epiſtolę noſtrę tantum habent myſteriorum, ut eas ne librariis quidem ferre committamus, nedum cuilibet. [B Onze brieven vervatten zo veel geheims, dat wy die niet toevertrouwen aan onze Copyeerders te beſtellen veel min aan een yder. *G. Nos lettres contiennent tant de ſecrêts, que nous n'oſons les confier à nos Copiſtes, encore moins à un chacun.* A. Our letters are ſo full of ſecrets that we dare not truſt the ſame to our clercks, much leſs to every one.] At.

Tamen in ſcelere religio non valeret, nedum valeat id quod, &c. pro Dom.

Homo privatus vix facilè ſeſe continet, &c. nedum iſti non conquiſituri ſint aliquid ſceleris. contra Rul.

Item, imò verò, etiam hoc magis.

Me verò nihil iſtorum ne juvenem quidem movit unquam, nedum ſenem. Ep.

Vix in ipſis tectis frigus vitatur, nedum in mari & via ſit facile abeſſe ab injuria temporis. Ep.

Ei non permitterem, ut illud faceret, &c. nedum nunc iſtud patiar. [B. Ik zou hem niet toelaten dat hy dat dede, veel min zal ik dit nu lyden *G. Je ne lui permettrois pas de faire cela, à plus forte raiſon ne ſouffrirai je pas cela.* A. I would not ſuffer or permitt that he ſhould doe that much leſs will I bare his doing of this.] *cum &c.* de In.

Optimis temporibus non potuerunt, &c. nedum his temporibus. pro Clu.

NECTO, CTIS.

De iis quæ copulantur & conjunguntur, dicitur.

Videtisne, quanta ſeries rerum ſit, atque ut ex alio alia nectantur. [B Ziet gyl niet hoe grooten ſchakel van ſaken'er zyen hoe't een aan't ander vaſt geſchakelt worde. *G. Ne voïés vous pas quelle enchainure d'affaires c'eſt là & comment l'une eſt une ſuite de l'autre.* A. Doe not you ſee how great a concatenation of things there are and how one thing is annexed to others.]

Quid non ſic ex alio nectitur, ut non ſi unam literam moveris, labent omnia? Acad.

Cum

Cum cauſa cauſæ nexa rem ex ſe gignit. de D.

Ex hoc genere cauſarum factum à Stoicis nectitur.

NEFAS.

Eſſe, habere aliquid, *pro* non licere. *non ſatis increbuit.*

Tibi licet, mihi nefas eſt obliviſci? [B. U ſtaat het vry, dog my ſtaat het niet vry zulks te vergeten. *G. Il vous eſt permis d'oublier cela, mais à moi pas.* A. You may but, I can not forgett it.]

Illi verò dicebant id ſibi nefas eſſe. in V.

Mercurius quem Aegyptii nefas habent nominare.

Galius putabat nefas eſſe publicanum indicare contra publicanum. pro Flac.

Si ſceleratos interfici nefas eſſet. [B. Indien 't niet vry ſtont ſchurken en ſchelmen den hals te breken. *G S'il n'étoit permis de ſe defaire des ſcelerats & des coquins.* A. If it was Lawfull to hill rogues or ſcelerate men.] pro Mil.

Idque ab iis nefas eſt decretum. At.

Nefas dictu eſt, miſeram fuiſſe talem ſenectutem.

Nefas eſt, legi non obtemperare. de In.

Is cui nihil unquam nefas fuit, nec in facinore, nec in libidine. pro Mil.

NEGANTIA & AIENTIA.

Cicero appellat, quæ recentiores Dialectici *Affirmativa* & *Negativa.* ut,

Deinde addunt conjunctionum negantiam ſic, [B Daar na voegen zy'er een ontkennige der 't ſamenvoegingen by, op deſe wijs. *G. Ils y ajoutent enſuite la negative des conjonctions de cette ſorte.* A. Afterwards they adde the negation of theſe ſort of conjunctions.] *non ſi hoc eſt & illud, hoc autem non, igitur illud.* Top.

NEMO HOMO.

Non nemo Unus nemo, dixerunt Latini, quod noſtri homines ignorare videntur, cum nunquam ſic loquuntur.

Per biduum nemo hominem homo cognovit. de N.

Non nemo etiam in illo ſacrario Reipub. in ipſa inquam curia non nemo hoſtis fuit. [B. Selfs heeft in deſe geheim-zaal van 't gemeene beſt, 'k ſeg, ſelfs heeft'er op 't raadhuys deſe en gene vyand geweeſt. *G Il y u quelque ennemi dans la chambre des conſeil de la Rep: je dis même à la maiſon de ville.* A. Some have been enemys in that cabinet counſel, and I ſay in the court it ſelf.]

Cum eſſet non nemo in ſenatu, qui diceret, non oportere. pro Pomp.

Ut non nemo putaret. pro Cor.

Nam quod fortaſſe non nemo veſtrum audierit iſtum à Syracuſanis publicè laudari. in Ver.

Unus omnes partes artis conſequi nemo potuerit. [B. Niemand heeft alleen alle de deelen van de konſt konnen erlangen. *G. Perſonne n'a pu avoir ſeul toutes les parties de l'Art.* A. No body alone was ever able ro obtaine all parts of art.]

NEPOS.

Latinè non *cognatum* aut *conſanguineum* ſignificat, quemadmodum vulgus putat: ſed ſolum *eum qui ex filio aut filia natus eſt.*

Metellum multi filii, filiæ, nepotes, neptes in rogum impoſuerunt. [B. Vele Sonen en dogteren, en Soons en dogters Sonen en dogteren hebben Metellus op de houtſtapel gelegt. *G. Beaucoup de fils & de filles, de petits fils & de petites filles, ont mis Metellus ſur le bucher.* A. Many ſonn's daughters, and nephews and nieces have putt Metellus on the bonefire, or fire to burn his carcaſe.] Tuſc.

Qui nepos avum in diſcrimen capitis adduxerit.

Ex filia nepos. de Clar.

NON SUM NESCIUS.

Modus loquendi Latinis fuit, qui nunc tritus parum eſt.

Iratum te regi Deiotaro fuiſſe, non erant neſcii. [B. Sy waren geenſins onbewuſt datge op den Koning Dejotarus quaad was. *G. Ils n'ignoroient pas que vous étiés irrité contre le Roi Dejotarus.* A. They knew you were angry againſt King Deiotarus.] pro Deiot.

Non ſum neſcius Craſſe, iſta inter Græcos dici ſolere.

Non ſum ignarus, quibus rebus.

Neque tamen hæc cum ſcribebam, eram neſcius quantis oneribus premerere. Ep.

Non eram neſcius Brute. de Fin.

Non ſum neſcius, quantum, &c. ad Her.

Heus tu, ne fortè ſis neſcius, Dolobella me ſibi legavit, ad 4. non. Aprilis. At.

NIHILDUM.

Pro *Nondum,* aut *Nihil tum* Latina conſuetudine uſurpatum olim, nunc verò ab uſu prorſus intermiſſum.

Brunduſio nihil dum erat allatum. At.

A te nihil dum certi exquiro. At.

Eum nihil dum ſuſpicantem ad me vocavi. [B. 'K heb hem niets ter wereld vermoedende tot my geroepen. *G. Je l'ai appelé à moi, ne ſe doutant encore de rien.* A. I deſired him to come to me when I did ſuſpect nothing at that time.]

Summatim adhuc ad te, nihil dum enim ab Albo.

NOMEN.

Quid propriè ſit, notum eſt ſatis: ſed ſignificabant quoque Latini hac voce *id, cujus cauſa alicui pecuniam eredebant,* aut *cauſas ob quas, & perſonas quibus dediſſent, nominibus* notabant: quos *Articulos* vulgò vocant. appellant enim *Articulum,* quo in expenſarum libro tanquam in capite aliquo certo creditæ pecuniæ continentur.

Homo ſtultiſſime & amentiſſime, tabulas cum conficeres, & cum extraordinaria pecunia crimen ſubterfugere velles ſatis te elapſurum, omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniam credebas, iis expenſum non ferres, neque in tuas tabulas ullum nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent? quid proderat tibi te expenſum illis non tuliſſe?

Cum æris alieni aliquantum eſſet, relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret. [B. Als'er alſoo eenige ſchulden waren nagelaten, op wat namen en onder wat ſchult aantekeningen men 't geld dan te Romen moeſt verſorgen. *G. Quand il ſeroit reſté quelques dettes, de la part de qui faudroit il faire compter alors l'argent à Rome.* A. When there were ſome debts left, on whoſe names the money was to be procured at Rome.] pro Qu.

Moritur C. Quintus, qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit.

Nam aut bono nomine centeſimis contentus erat, aut non bono quaternos ſperabat. At.

Non refert parva nomina in codicem, imò omneis ſummas. pro Qu. R.

Leve hoc nomen HS. CCCLIII. ſunt? ibidem.

Ego ſum hoc aſſecutus, ut bonum nomen exiſtimer.

Nomen erat ſeſtertiis XXX.

Etſi nomina jam facta ſunt, vel induci, vel mutari poſſunt. [B. Al ſchoon de hoofden van de ſchuld al gemaakt zijn, men kanſe nogtans of door halen, of veranderen. *G. Quoique les noms des debiteurs aient été marqués, on les peut encore effacer ou changer.* A. Though the debts or names of the debtours are written or marked, yet they can be rubbed out or changed.] At.

Caninius nomina facit, negotium conficit. Off.

Utrum igitur me conturbare oportet? an cæteris cum cujuſque dies venerit, hoc nomen quod urget, nunc cum petitur, diſſolveret. pro Plan.

In nominibus eſſe, & in tabulis deberi Topic.

Pecuniam alicui eſſe in nominibus, numeratam non habere. in V.

Exigere nomina ſua. [B. Sijn ſchulden invorderen. *G. Exiger ſon dû, ſe faire paier de ce qui nous eſt dû.* A. To demand, or call in ones debts.]

NOMINATIM.

Idem quod *Singulariter,* cui *Generatim* opponitur. ut,

Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata. [B. De uitbanning is niet by naam en toenaam maar in 't algemeen opgeſtelt. *G. La proſcription n'a pas été dreſſée nom par nom, mais en général.* A. The baniſhment is not written by name but generally.] At.

NUBO.

Sunt quædam loquendi formæ hujus verbi neq; noſtris notæ, neque à vulgo Grammaticorum notatæ. nam non ſolum dixerunt *Nubere alicui,* ſed *cum aliquo,* & *in domum alicujus.*

Parthorum filius, quo cum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror. Ep.

Viri, cum quibus nuptæ erant. [B. De mannen daar ſe mee getrout waren. *G: Les hommes à qui elles etoient mariées.* A. The huſbands with whome they were married.] in V.

Cum mulier fuiſſet nupta cum eo, cui connubii jus non eſſet. Top.

Cui cum ex ampliſſimo genere in ampliſſimam familiam nupſiſſes. pro Cæl.

Mulier in familiæ luctum atque in privignorum funus nupſit. [B. Dat vroumens is tot hartſeer van 't huiſgeſin en tot het levens verlies harer ſtief ſonen getrout. *G. Cette femme s'eſt marie au grand deplaiſir de la famille, & a cauſé la mort à ſes beaux fils.* A That woman is married to the great regret of the family and of her ſonn's in law.]

NUME-

NUMERO.

Pro *Soluo*, & ut vulgus loquitur, *Satiſfacio pecunia quam debeo,* veteres uſurparunt: nos *Dare pecuniam* magis, quàm *Numerare* trivimus.

Numerare ſtipendium militibus. [B. Den ſoldaten haar ſoldye betale. *G. Païer la ſolde aux gens de guerre.* A. To pay the ſouldjers their wages.]

Exponere & numerare pecuniam alicui. At.

Nam numeratum, ſi cuperem, non erat.

Si prætor dedit, à quæſtore numeravit. pro Fla.

Poſtridie rogarunt eum, cui numerari juberet. [B. Daegs daar aan vroegen ſe hem, aan wien hy wilde dat men betalen zoude. *G. Le lendemain ils lui demanderent à qui il vouloit qu'on païat* A. The next day they aſked him, to whome he would have that ſhould be pay'd.] Tuſc.

Atticus pecuniam numeravit de ſuo At.

NUMERUS.

Æſtimationem aut *locum* ſæpè Latini hoc nomine ſignificarunt, ut, *Eſſe in numero aliquo, Venire in numerum:* quibus modis veſtri rarò utuntur.

Quos aliquo video in numero oratorum eſſe. [B. Die ik zie dat al meenig aanzien onder de redenaren zijn. *G. Que je vous être en reputation parmi les Orateurs.* A. Whome I ſee are of ſome note or renowne omoung the Orators.] de Clar.

Eſſe in aliquo numero. Or.

Eſſe aliquo numero. Ep.

Eſſe in nullo numero. Or.

Qui nullo in numero oratorum fuit. de Clar.

Cum is tibi parentis numero fuiſſet. [B. Daar hy u in plaats van u Vader verſtreckte. *G. Puis qu'il vous ſervoit de pere.* A. When he was to you in ſtead of a Father.] in V.

Eo numero & loco. in V.

Quidam in oratorum numerum venire poſſunt.

Is in aliquem patronorum numerum pervenerat.

Is aliquem numerum obtinebat. de Cla.

Errantes ſtellæ numerum deorum obtinent. [B. De dwaalſterren beſlaan de plaats der goden. *G. Les Etoiles errantes occupent la place des Dieux.* A. The planets keep repreſent, or fill the place of the Gods.] de N.

Magnus numerus frumenti, vini. *pervulgata non ſunt.*

Magnus numerus frumenti. [B. Een groote menigte van koorn. *G Une grande quantité de blé,* A. A great quantity of corne.] pro Plan.

Mellis vis maxima. in V.

Tantus frumenti pecuniæque numerus. in V.

Maximus vini numerus fuit. in A.

NUMERUS.

Menſuram qua metimur, aut *modos in cantu*, aut *voces in oratione* Latini hoc nomine notarunt. Barbari in cantu *Tactum* & *Concordantiam* & *Convenientiam* vocant.

Quicquid ſub aurium menſuram aliquam cadit, etiam ſi abeſt à verſu numerus, qui Græcè ἀριθμὸς dicitur. Or.

Ut in muſicis numeri & voces & modi. de Or.

Numerus in cantu. de Leg.

Ut in fidibus, ſi nullæ earum ita contentæ numeris ſint, ut concentum ſervare poſſint: omnes æquè in contentæ ſunt. [B. Gelijk uyt ſnarenſpel, indien geen ſnare zo wel geſtelt zijn op haar zangmaten datze een goed accoort konnen houden: zo zijnſe alle gelijkelijk even zeer ontſtelt. *G. Comme dans les cordes d'inſtrument: Si elles ne ſont pas bien acordées en ſorte qu'on y puiſſe faire un acord, elles ſeront toutes pareillement deſacordées.* A. As in muſick ſtrings, if they are not ſo fitted to obſerve the harmony, all are equally out of order.] de Fin.

Explere numeros & conficere verſus, ejus eſt qui fidibus utitur. Acad.

Aures hominum vocem natura modulantur ipſa, quod fieri non poteſt, niſi ineſt numerus in voce: numerus autem in continuatione nullus eſt, diſtinctio & æqualium & ſæpe variorum intervallorum percuſſio numerum conficit. de Or.

Numerum in cadentibus guttis, quod intervallis diſtinguuntur, notare poſſumus. ibid.

Iſocrates verbis ſolutis numeros primus adjunxit [B. Iſocrates heeft aller eerſt op de mateloose woorden zekere maten gepaſt. *G. Iſocrate a été le premier qui aït aproprié des meſures à des paroles qui n'en avoient point.* A. Iſocrates hath firſt Joyned the metre to words without quantity or lenght or ſhortneſs.] Or.

Modus & numerus in pede. Or.

Hiſtrio aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum.

NUNCIUS.

Si ab optimis Latinæ linguæ autoribus loqui diſcere velis, quod recentiores quidam & omnes illiterati *Nuncium* neutro genere vocant, hoc eſt, *rem quæ nunciatur*, id tu maſculino genere proferes. nam ſic non Cicero ſolum, ſed & ante eum, & ſua ætate omnes ſunt locuti. ut,

De Qu. Fratre nuncii nobis triſtes, nec varii venerant. [B. Wegens mijn Broeder Qu. waren vele droevige en van elkander niet verſchillende tydingen ons ter ooren gekomen. G. *Nous avions apris de fort triſtes nouvelles de mon frere, & toutes uni formes.* A. Concerning my brother Qu came very ſad and not from one another different news.] At.

Cum graves de Parthis nuncii venirent, perrexit in Ciliciam. At.

Nolite per deos immortales hunc illi acerbum nuncium velle deferri, ut audiat. &c. pro Cor.

Quidam boni nuncii non optimis tamen autoribus [B. Eenige goede tydingen, nogtans niet van de beſte tyding-brengers. G. *Quelques bonnes nouvelles, mais pourtant pas des meilleurs porteurs de nouvelles.* A. Some good news but not of the beſt authors.] At.

Quidam boni nuncii me Theſſalonicæ tenebant.

Triſtes de Bruto nuncii afferebantur. ad Brut.

At ex hoc vectigali nunquam malus nuncius auditus eſt. contra Rul.

Item obſervandum eſt. NUNCIOS eos non eſſe vocandos, quorum munus eſt literas ferre, ſed TABELLARIOS. *Nuntii* mandata tantum perferebant.

Philotimus non modo nullus venit, ſed ne per literas quidem, aut per nuncium certiorem facit me quid egerit. [B. Philotimus is niet alleen ſelve niet gekome, maar hy heeftme ſelfs niet eens of door brieven, of door mondelinge tyding laten weten wat hy uytvoerde. G. *Non ſeulement Philotime n'eſt pas venu, mais il ne m'a pas même fait ſavoir de bouche ou par écrit ce qu'il feſoit.* A. Philotimus did not onely neglect to come himſelf, but did not acquaint me either by letters or a meſſenger what he did.] At.

Domeſticarum rerum tuarum habes & ſcriptores & nuncios. Ep.

Cæſarem quidam improbiſſimis literis ac fallacibus interpretibus nunciiſque corruperunt.

Optatiſſimi nuncii & literæ venerunt. in A.

Etſi non dubitabam, quin hanc epiſtolam multi nuncii fama denique ipſa eſſet ſua celeritate ſuperatura, tamen exiſtimavi, &c. Quint. Fra.

A Cæſare hoc ipſo C. Panſa mihi nuncium perferente, conceſſos faſces laureatos tenui. pro Liga.

Is qui una die, uno nuncio, atque una literarum ſignificatione cives Romanos necandos trucidandoſque denotavit. pro Pomp.

Meis literis, meis nunciis, meiſq; cohortationibus omnes ad patriæ præſidium excitavi [B. Ik hebſe alle door mijn brieven, door mijn mondelinge tydingen, door mijn aanporringen tot verdedinge oes vaderlands aangeſpoort. G. *Je les ai tous pouſſé à la défenſe de la patrie par mes lettres, par mes avis de bouche & par mes exhortations.* A. I have encouraged them all by my letters, and my exhortations to the defenſe of our country.]

O.

OBDURESCERE AD, aut *contra aliquid*, modus loquendi Latinis uſitatus, noſtris non item.

Sed jam ad iſta obduruimus, & humanitatem omnem exuimus. At.

Niſi diuturna deſperatione rerum obduruiſſet animus ad dolorem novum. [B. Ten waar door een langwylige wanhoop van ſaken, ons gemoed hard geworden was tegen de niewe droefheyd. G. *A moins que par un deſeſpoir de durée, notre cœur ne ſe fut endurci contre un nouveau ſujet de triſteſſe.* A. If our minds was not hardned by the deſperate courſe of things againſt new ſorrow.] Ep.

Obdureſcunt enim quotidie magis ad vocē tributi.

Obduruiſſeque ſe contra fortunam arbitrantur. [B. En zy beelden ſig in, datze zig al hard gemaakt hebben tegen haar ongeval. G. *Et ils s'imaginoient étre endurcis contre leur infortune.* A. And they imagine them ſelves that they are forti fied againſt the ſtrokes of fortune.] Tuſ.

OBEO.

Sublatum omnino hoc verbum de lingua Latina videtur, ita pauci ſunt qui utuntur. putant enim uſitatum non fuiſſe, niſi conjunctum

mortis

morti, aut *dici*, pro *mori*: ſed aliis reb. præterea multis tribuitur, quæ omnes duabus penè ſignificationibus continentur. Propria eſt, cum idem valeat quod *Circumire*, *inſpiciendæ aut efficiendæ alicujus rei cauſa*, locisque potiſſimum tribuitur.

Cur ipſe Pythagoras & Aegyptum luſtravit, & Perſarum magos adiit, cur tantas regiones Barbarorum pedibus obiit? de Fin.

Cum obierit Legatus Aegyptum & Syriam.

Ut noſtras villas obire, & mecum lecticula concurſare poſſis. Ep.

Cui noſtrum non licet fundos ſuos obire? aut res ruſticas inviſere? de Or.

Obire omnes provincias. contra Rul.

Quo facilius & noſtras obire domos, & ipſe à ſuis coli poſſet. pro Cæl.

Ego Siciliam totam quinquaginta diebus obii. [B. Ik ben gants Sicilien in 50. dagen omgereiſt. G. *J'ai fait tout le tour de la Sicile en* 50. *jours.* A. I have travailed through whole Sicily in 50. day's.] in V.

Altera nota eſt, cum tribuitur rebus aut negotiis quæ exequimur aut peragimus.

Quantum cęteris ad res ſuas obeundas conceditur temporis. [B. Soo veel tijd als anderen vergunt word om haar zaken waar te nemen. G. *Autant de temps qu'on en donne aux autres pour regler leurs affaires.* A. As much time as is given to others to take care, or manage their buiſineſs.]

Cum neque privatam rem maritimam, neque publicam jam obire poſſemus. pro Pom.

Obire negotia. pro Pom.

Qui tantum modò reciperet, quantum videret ſe obire poſſe. Qu. de Pet.

Id enim, etſi erat deliberationis, tamen obire non potui, id eſt, mare tranſire. At.

Tantum reſtitiſſet urbis, quantum flamma obire non potuiſſet. [B. Als'er van de ſtad zo veel pas was overgeſchoten, als de vlam niet had konnen by komen. G. *N'étant preſque reſté ſur pié de la ville, que ce que les flames n'avoient pu devorer.* A. When there was no more of the city left than the flame could not conſume.] in C.

Sic, Tempus, judicium, comitia obire, pro *Adeſſe, ut aut praſtemus, aut peragamus quod debemus.*

Judicia privata magnarum rerum obire. de Or.

Obiens Qu. Fratris comitia. At.

Obire auctionis diem facilè poteris. [B. Gy zult den dag van de verkoping gemaklijk konne waarnemen. G. *Vous pourrés fort bien vaquer au jour de la vente.* A. You can eaſyly aſſiſt the day of the auction or ſale.]

Eoque magis, quòd his proximis Non. cum in hortos D. Bruti Aug. commentandi cauſa, ut aſſolet, veniſſemus, tu non affuiſti, qui diligentiſſimè ſemper illum diem & illud munus ſolitus eſſes obire. de Am.

Annum petitionis ſuæ non obierunt. Ep.

Multa mihi ipſi ad mortem tam tempeſtiva fuerunt, quæ utinam potuiſſem obire Tuſ.

Antonius diem edicti obire neglexit. in A.

Nec ulla vitiorum ſacra ſolennia obeunto de Leg.

Quam concionem Clodius, niſi obire facinoris locum tempuſque voluiſſet, unquam reliquiſſet. pro M.

Sic obire *pro* occidere. *unde* Obitus.

In orientis aut obeuntis ſolis partib. [B. Inde gewеſten daar de Son op of onder gaat. G. *Dans les païs ou le Souil ſe leve on ſe couche.* A. In the regions or parts of the earth where the ſunn riſeth and ſetteth.] de Som.

Qui ſiderum ortus, obitus, motuſque cognoverunt.

Natura omnium rerum interitus atque obitus conficit. [B. De natuur werkt de vernieting en ondergang aller zaken uyt. G. *La nature procure l'aneantiſſement & la fin de toutes choſes.* A. Nature occaſions the douwnefall and decay of all things.]

Qui dies poſt obitum occaſumque noſtrum reip. primus illuxit. in P.

Obitus filiæ tuæ. Ep.

Obitus conſulum. [B. 't Affterven der Borgermeeſters. G. *La mort des Bourguemaîtres.* A. The death of Conſuls.]

OBLIGARE.

Propria vis & nota eſt *Circum ligare*, ſi ſic loqui liceret, aut *Ligare*, ut *vulnus*, & ejus generis alia, ſic enim Cicero ait, Aeſculapius qui primus vulnus obligaviſſe dicitur. [B. Æſculaap, die men zegt dat de eerſte wond verbonden heeft. G. *Æſculape qu'on dit avoir été le premier qui ait mis l'apareil à une plaie.* A. Æſculapius who is ſayd to have bound up or dreſſed the

the firſt wound.] de N. Sed crebrò uſi ſunt pro *Obſtringere*, quod nunc non adeò apud omnes increbuiſſe videtur.

Obligentur non ſolum jurisjurandi atque æſtimationis periculo, ſed etiam communi ſententia. in V.

Magis illum pro quo ſpopondi, quàm me obligavi.

Obligare aliquem ſecundo militiæ ſacramento.

Multi quorum pro ſalute ſe hic Syllæ obligavit. [B. Vele voor welkers behoudenis hy zig aan Sylla verbonden heeft. G. *Beaucoup pour la conſervation deſquels il s'eſt engagé à Sylla.* A. Many for whoſe ſafety he hath bound himſelf to Sylla.]

Num is qui mancipio dedit, ob eam rem ſe ulla re obligavit. Top.

Obligatus *in eadem ſignificatione.*

Patria & parentes cujus beneficiis obligati ſumus. [B Ons vaderland en ouderen, aan welkers weldadigheden wy verpligt zijn. G. *Notre patrie, & nos parens, aux bien faits deſquels nous ſommes redevables.* A Our native countrie and parents to whoſe benefits we are obliged or bound.]

Te ita exiſtimare volo, quibuſcunque rebus Atticum obſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatum fore. Ep.

Magno beneficio ejus, magnoq; merito ſum obligatus.

OBSEQUIUM.

Reconditus ſenſus eſt in hoc nomine, neque ſignificat quod vulgò putatur, *Miniſterium*, aut *Cultum*, aut *Reverentiam quam alicui exhibemus*: ſed ut *obſequor* id exprimit, quod vulgò dicitur, *Facere quod alicui placet*, & *Accommodare ſe ad alicujus nutum & voluntatem*, ſic *Obſequium* eam facultatẽ qua alicujus voluntati ſervimus.

Omne meum obſequium in illum fuit cum multa ſeveritate. [B. Al mijn toegeeflijkheid ontrent hem, is met zeer veel ſtatigheid gepaart geweeſt. G. *Toute mon indulgẽce pour lui, à toujours été acompagnée de beaucoup de retenue.* A. All my obſequiouſneſs was accompanied withmuch ſeverity

Obſequia in homines. de Leg.

Comprehendere multos amicitia, tueri obſequio.

Abuti obſequio alicujus ad omnes res. [B. Ymands gerijflijkheid tot alle zaken miſbruiken. G. *Abuſer de l'indulgence d'une perſonne en toutes choſes.* A. To abuſe a mans good nature in all things.] Ep.

Itaque effeci omni obſequio, ut neutri illorum quiſquam eſſet me charior. At.

OBSERVANS.

Obſervantia, Obſervo. Si hæc ſatis pervulgata eſſent, indoctiores non dicerent, *In honore habere, tenere aliquem*: neque *Obſervans* & *Obſervantia* id ſignificat, quod indoctum vulgus Monachorum, fratres videlicet, quos *Obſervantes*, aut *de Obſervantia* vocant: ſed *Obſervans alicujus hominis* dicitur *is, qui colit & amet aliquem. Obſervantia, honoris exhibitio.* Sic *Obſervare, honorem exhibere.*

OBSERVANDISSIMUS.

Verò pro *eo quem maximè obſervare*, aut *cui obſervantiam debemus*: non extat apud Ciceronem. ſic enim nunquam ſcripſit, ut nunc vulgus, *Domino meo obſervandiſſimo, colendiſſimo, reverendiſſimo*: quæ barbara omnia ſunt: ſed, *Quem obſervare, colere, revereri maximè, & in primis debeo.*

Colere & obſervare aliquem. [B. Ymand alle eer en dienſt opdragen. G. *Rendre tous les honneurs & ſervices à une perſonne.* A. To honour and reverence a man.] Ep.

Qui me ſicut alterũ parentem & obſervat, & diligit.

Neque hoc liberis noſtris interdicendum eſt, ne obſervent tribules ſuos, ne diligant. pro Plan.

Aulus Fuſius obſervantiſſimus noſtri. [B. A. Fuſius, die alle ontzig en agting voor ons heeft. G. *A. Fuſius qui a beaucoup d'eſtime & de veneration pour nous.* A. Aulus Fuſius who hath very much reſpect for us.]

Cognovi te mei ita cupidum, ut paucos æquè amantes atque obſervantes me habere exiſtimem. At.

Sex. Aufidius obſervantia qua me colit, accedit ad proximos. Ep.

Amicos obſervantia, rem parſimonia retinere.

Mea tibi obſervantia nunquam defuit. [B. 'k Heb altijd alle eerbiedigheid voor u overgehad. G. *J'ai toujours û beaucoup de veneration pour vous.* A. My reſpects have never been drawn from you.] Ep.

OBSIGNO.

Quanta in obſcuritate verſatur hoc verbum, loquuntur, vel me tacente, ea quæ vulgus, & uſus trivit, ut rem quam *obſigno* notat, exprimerent. Hinc *Subſcribere*, hinc *Sigillum ſuum appendere*, *Chirographum ſuum ſubſcribere. Suum ſigillum*

ſigillum addere, & ſimilia multa. Latini verò hoc verbo ſignificabant, *Impreſſione ſigni aut teſtari & confirmare aliquid*, aut *occludere*

Lex tabulas judicum ſignis obſignari jubet. [B. De wet belaſt dat men de ſtads-boeken met het zegel der regters zou verzegelen en beveſtigen. G. *La loi ordonne de ſceller les Archives de la ville du ſceau des Juges.* A. The Law commands that the records of the city ſhould be ſealed up by the ſeales of the Judges.] pro Flac.

Cum obſignes tabulas clientis tui, quibus id ſit ſcriptum, quo ille capiatur. de Or.

Decretum quod obſignatum eſt ab ampliſſimis viris.

Decretum quod ego ſignavi cum multis ampliſſimis viris.

Ejus rei conditioniſque tabellas obſignaverunt viri boni plures. pro Qu.

Obſignare tabellas ſignis amicorum. in Verr.

Quòd tum codicem obſignaſſem.

Quæ cognovi egomet apud iſtum in ædibus, cum obſignandi cauſa veniſſem. in V.

Hæc quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, qua utuntur omnes in publicis & privatis literis. pro Flac.

Noſtra igitur laudatio conſignata creta eſt. [B. Onſe loftuyting is dan met krijt beſtendigt en ondertekent. G. *Nos loüanges ont été confirmées ou ſignées avec de la craie.* A. Our praiſe therefore is marked with chalck.] ibid.

Curii teſtamentum, Ciceronum ſignis obſignatum.

Occludere, *& ſigno cavere ne effringatur.* ut,

Epiſtolam obſignare: quod vulgò *Claudere* dicitur. [B. Een brief toemaken. G. *Cacheter une lettre.* A. To ſeale a letter.]

Furacem ſervum ſolum eſſe, cui domi nihil nec obſignatum ſit, nec occluſum. de Or.

Literas obſignandas publico ſigno curavi. [B. 'k Heb de brief met het ſtads-zegel laten ſlayten. G. *J'ai fait cacheter la lettre avec le ſecau de la ville.* A. I have taken care that the letter ſhould be ſealed with the ſeale of the city.] in V.

Obſignata jam epiſtola, ſuperiore quàm &c. At.

Obſignaram jam epiſtolam meam, quam te puto perlegiſſe.

Admiratus ſum, ut vidi epiſtolam obſignatam, brevitatem ejus.

Quædam matrona viſa eſt in quiete obſignatam habere naturam, &c. nam inane obſignari nihil ſolere.

Obſignare lagenas inanes. [B. Le lige fleſſen verzegelen. G. *Cacheter des bouteilles vuides.* A. To ſeale empty bottles.] Ep.

OBSTRUO.

Quòd magis in obſervatione quam præceptione linguæ Lat. ſtudium poſitum ſit, hoc verbum ſatis declarat. quis enim ex vulgaribus præceptis, niſi multum ſtudioſeque in bonis autoribus verſatus diceret, *Obſtruere luminibus*? ſic enim conſuetudine potius, quàm ratione Latini ſunt locuti, quod Germanico latinè nunc vulgò dicitur, *Capere alicui lumen*, aut *lucem*. *Proſpectum alicui capere* Latini verò hoc modo.

Primò ſe luminibus ejus obſtructurum eſſe minabatur. [B. Voor eerſt dreygde hy hem dat dat hy hem zijn ligt zoude betimmeren. G. *Il le menaça en premier lieu de lui boucher le jour par la conſtruction de quelque edifice.* A. First he threatned him, that he would be his party in all things.]

Sic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum, quaſi exaggerata altius oratio. pro Clu.

OBTESTOR.

Hoc verbo veteres quaſi *ſupplices obſecrabant*, & *implorabant alicujus auxilium*: quod cum rarius nunc vulgus utitur, pervulgandum eſſe cenſui.

Veſtram fidem obteſtor, miſericordiam imploro. [B. 'k Bidje om Gods wil om u trouwe, en ſmeek u om uw ontfermiug. G. *Je vous prie pour l'amour de Dieu, pour votre foi, & j'implore votre miſericorde.* A. I begg your faith fullneſs, and implore your pity.] pro Mur.

Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem? pro Flac.

Jure igitur vos obteſtor, quos mihi & debere, & poſſe intelligo opitulari. Antequam.

Idque ut facias, te obteſtor, atque obſecro. pro Seſt.

OBTINEO.

Pro *Teneo* & *habeo*. ut provinciam, inſulam, academiam, principatum, aut aliquam rem.

Verres totam inſulam obtinebat. Cyclops Aetnam ſolam tenuiſſe dicitur. in V.

Obtinere provinciam cum imperio. [B. 't Wingeweſt met het oppergeſag beſitten. G. *Poſſeder une Province avec pleine autorité.* A. To poſſeſs a

ſeſs a province with the full Juriſdiction of it.]

Suam quiſque domum obtinebat tum. in A.

Saluſtio Africam interiorem obtinente. in Sal.

Academiam Carneades & Clitomachus obtinebant.

Q. Hortenſius, qui hoc judicio partes accuſatoris obtinet. pro Qu.

Sol qui aſtrorum obtinet principatum. [B. De Zon die 't oppermeeſterſchap houd onder al 't geſternte. G. *Le Soleil qui eſt le Chef de tous les Aſtres.* A. The ſunn who hath the principal or firſt place amoung the ſtarrs] de N.

Obtinemus ipſius Cæſaris ſummam erga nos humanitatem. Ep.

Quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filii ſuavitatem obtinebat. pro Syl.

Calamitas mihi maledicti locum, aut criminis obtinebit. pro Dom.

Neceſſitudinem quæ eſt nobis cum publicanis, obtinere & conſervare poſſumus. Q. Fr.

OBTINGIT.

Quod *fortibus contingit alicui.* Vulgus dicit, *Hoc mihi cecidit. obvenit* idem ſignificat.

Cum tibi Aquaria provincia ſorte obtigiſſet. in V.

Quod cuique obtigit, id quiſque teneat. Off.

Quam mihi obtigiſſe dicis σπάξην, nunquam deſeram. [B. Die levens-wijs, die gy zegt dat my te beurt gevallen is, zal ik noyt verlaten. G. *Je ne quiterai j'amais cette maniere de vivre, à laquelle vous dites que je me ſuis adonné par hazard.* A. I'l never leave that way of life you ſay is allotted me.] At.

Cum optatiſſimum nuncium accepiſſem, te mihi quæſtorem obtigiſſe. Ep.

Deinde ſi quid obtigerit, æquo animo paratoque moriar. in C.

Cum ei obtigiſſet, ut bellum gereret cum rege Perſe.

Talia cuique exta eſſe, qualis cuiq; obtigerit hoſtia.

OBTUTUS.

Videndi vis & aciei oculorum actio, quam recentiores *Viſum* appellarunt: ſed Cicero *Viſum*, *ſenſum videndi* aut *cernendi*, vel *obtutum* vocavit.

Quodam obtutu oculorum duo lucernę lumina pro uno videri. [B. Door een zekere ſcherpheid in 't gezigt twee ligten van een kaars, in plaats van een ſien. G. *Lors que par une vuë penetrante on aperoit deux lumignans d'une chandelle, au lieu d'un.* A. To ſee two candles in ſtead of one by a certain caſe of the eye.] de D.

Cum idem obtutus eſſet amborum oculorum. de N.

Qui vultum ejus obtutumque oculorum in cogitando probe noſſet. de Or.

Animus oculorum effugit obtutum. [B. De Ziel word niet gezien, is onzigbaar. G. *L'ame ne ſe void point, elle eſt inviſible.* A. The ſoul is inviſible, or can not be ſeen.] de Un.

Oculorum obtutus. Off.

Oculorum conjectus. pro Plan.

Figere obtutum aliquò. [B Zijn ogen ergens op ſlaan. G. *Jeter les yeux ſur quelque choſe.* A. To fix the ey's on a thing] de N.

Fortibus oculis ſpectare aliquem. At.

Obtutum in cauda majoris figere dicas. de Na.

OBVERSARI.

Aliquid ante oculos, aut alicui, uſitatum nunc non eſt, itaque uſum ab optimis diſcamus.

Sed mihi obverſatur ante oculos reip: dignitas. [B. Maar de waardigheid van 't gemeene beſt ſpeelt my voor d'ogen. G. *Mais honneur & la dignité de la République ſont continuellement devant mes yeux.* A. But the dignity, or honor of the commonwealth, or ſtate, is before mine ey's.]

Reſp. obverſatur ante oculos exterminatoris ſui.

Obverſentur ſpecies honeſte animo. Tuſ.

Nonne ipſa veritas & gravis & recta ratio mihi obverſetur. [B. Zou my de waarheid zelfs en de gewichtige en waarachtige rede voor d'ogen niet komen? G. *Eſt-ci que la verite même & la force de la droite raiſon ne ſe preſenteroient pas devant més yeux?* A. Should, or would, not the truth it ſelf and weighty and right, or ſound, reaſon ſtand before my ey's?] Acad.

OCCURRO.

Cum obviam eo alicui, aut venio ad aliquem, aut aliquid, *ſignificat, notum & pervulgatū non eſt*, ut,

Scripſi ad eum, ut mihi Heracleam occurreret. [B. Ik heb aan hem geſchreven, dat hy my tot Hercleen zou in 't gemoet komen. G. *Ie lui ai écrit de venir à ma rencontre à Heraclie.* A. I have written to him that he ſhould meet me at Heraclea.] At.

Cur non antè occurrit, ne in villa reſideret? pro M.

Non quo me ad tempus occurſurū putarem, ſed &c.

Occurrens

Occurrens ad Lentulum. A.

Hinc, *Occurrere aliquem, aut aliquid alicui rei,* pro quo vulgus *Antevertere Prævenire:* ſed uſu multũ differunt, ut in differentiis oſtendemus.

Sed ego occurram expectationi veſtræ judices etiam &c. pro Clu.

Bruti erit officium, occurrere ei. [B. Brutus pligt was 't hem voor te komen. *G. C'étoit à Brutus à le prévenir.* A. It was the duty of Brutus to prevent him.] Ep.

Futura quoque, niſi antè ſit occurſum, explores, ne ſe inſinuent. At.

Crhyſippus illi rationi ſic occurrit. [B. Chryſippus wederlegt zo die rede. G. *Voila de quelle maniére Chriſippe refute ce diſcours.* A. Chriſippus that reaſon thus.] de Fa.

Varietas occurrit ſatietati. Or.

Conſiliis Catilinæ occurri atque obſtiti. [B. Ik ben de raadſlagen van Catilina zo voorgekomen en ik hebze wederſtaan. *G. J'ai prevenu & me ſuis opoſé aux conſeils de Catilina.* A. I have prevented and withſtood the counſels, or intentions of Catilina.] in C.

Huic loco ſic ſoletis occurrere. de N.

OFFENDO.

Propria vis hujus verbi vulgò non nota eſt, pro eo enim introduxerunt.

Trudere ſe ad aliquid, Impingere ad aliquid.

Latini verò ſic loqui ſunt ſoliti.

Quis eſt tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat. [B. Wie is zo ſcherp ziende dat hy in zo grote duyſterniſſen nergens tegens aanloopt. G. *Qui eſt-ce qui a la vüe ſi bonne qui dans une ſi grande obſcurité ne ſe heurte contre quelque choſe.* A. Who is ſo clear ſighted, or hath ſuch clear eys, that he doth not at all offend, or is miſtaken in ſo great a darckneſs.] *nuſquam incurrat?* Ep.

Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer. [B. Hy heeft zijn zyde zwaarlijk geſtoten. *G. Il s'eſt fortement heurté le coſté.* A. He hath bruiſed, or hurted his ſide vehemently.] pro Clu.

Offenſio.

Corporum offenſiones ſine culpa accidere poſſunt, animorum non item. Tuſc.

Quæ ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio nobis & ſternutamenta erunt obſervanda. de D.

In fragili corpore odioſa eſt omnis offenſio. [B. In een ſwak lichaam is alderhande ſtoten hatelyk. *G. Le moindre achoppement nuit aux corps foibles.* A. All hurts or bruiſes are offenſive to weack bodies.] de Sen.

OFFERRE.

Se alicui rei, aut ad aliquid: *quod Barbari proferunt* per, Præſentare alicui ſuum officium, ſuam vitam, aut quod ſuum eſt ad aliquid.

Cur mihi te offers. At.

Qui obtulerunt hanc prędam Chryſogono pro S. R.

Ultrò ſe offerre alicui, & projicere ſe. pro Cæl.

Qui ſe pro ſalute veſtra obtulerint invidię periculiſque omnibus [B. Die zig voor ulieder behoudenis, aan de nydigheid en gevaren bloodgeſtelt hebben. G *Qui ſe ſont expoſés pour votre conſervation à l'envie & aux dangers.* A. Who have expoſed them ſelves to envie and all perills for your ſafety.] in C.

Offerre alicui quod ipſe ſibi optare deberet.

Vir fortis ſe acriter morti offerens. [B. Een dapper man zig moedig voor de doodt blood ſtellende. G *Un brave qui s'expoſé courageuſement aux dangers.* A. A valiant or ſtout man expoſing himſelf chearfully to the danger of death.]

Sed tamen obtulit ſe ad ferramenta proſpicienda.

OFFICERE.

Luminibus, ferè idem eſt quod obſtruere luminibus. *hoc eſt*, Obſcurare lumen: *quo* minus illuſtret ædificia. *idem enim vulgus quoque per* capere lumen *dicit.*

Demoliri ædes, quarum altitudo officeret auſpiciis.

Nec mentis quaſi luminibus officit altitudo fortunæ. [B. De grootheid van geluk verduyſtert het ligt van 't verſtant niet. G. *Une fortune élevee, n'obſcurcit point les lumieres de l'entendement* A. The hight of Fortune doth not darcken the light of the mind, or underſtanding.] pro R.

Cuicunq; particulæ cœli officeretur, quamvis eſſet procul, mutata lumina putabat. de Or.

Sic, *Apricanti, aut alicui officere* ſignificat id quod vulgò dicitur, *Stare aliquem in ſole, in lumine.*

Offecerat videlicet apricanti [B Hy had die gene die zig in de zon koeſterde, in't ligt geſtaan. G. *Il s'étoit mis au jour de celui qui ſe delaſſoit à l'ombre du ſoleil.* A. He had hinderd him who re

 freſhed

freſhed himſelf in the ſunſhining.] Tuſc.

Umbra terræ ſoli officiens noctem efficit. de N.

OFFUNDERE.

Tenebras pro, *Obſcurare aliquid*, ſæpe Cicero, qui latinè optime locutus eſt, uſurpavit: nunc maximas tenebras barbaries ei offundit.

Si quid tenebrarum offudit exilium. [B. Zo de ballingſchap eenigſins verduiſtert heeft &c. G *Si l'exil à obſcurci en quelque maniére &c.* A. If the baniſhment hath not caſt any cloud, or blemiſh, &c.] Tuſc.

Quod in naufragio reipub. tenebris offuſis, demerſo populo. pro Dom.

Tu tuis majoribus vitæ, quam turpiter egiſti, magnas offudiſti tenebras. [B. Gy hebt de glans uwer Voorouders door uw leven ſchandelijk doorgebragt zeer verduyſtert. G. *Vous avés fort obſcurci par votre mauvaiſe vie le luſtre de vos ancetres.* A. You have diſgraced your anceſtors very much by your life, which you have lead very baſely.] in Saluſt.

Hic error & hæc indoctorum animis offuſa caligo eſt.

Philoſophia quæ lucem eriperet, & quaſi noctem quandam rebus offunderet, de Na.

Ergo ut illis aqua, ſic illis aër craſſus offunditur.

OMNES.

Sæpe ſignificarunt Latini hoc nomine idē quod voce *Totus*: quod nunc longa conſuetudine intermiſſum eſt.

Omne cœlum totamque, cum univerſo mari terram mente complecti. de Fin.

Si tibi perſuaſeris, non eſſe tui numeris, ſi quid rogatus fueris, ut facias, ſed totum tuum eſſe, omne onus perficies. Ep.

Totum palatium erat civitate omni, cuncta Italia refertum. [B Het ganſche paleis was vervult door al de borgers en Italianen. G. *Tout le palais étoit plein de Bourgeois & d'Italiens.* A. The whole palace was full of all the cityzens and all the Italians.] in P.

Tota mente atque omni animo intueri aliquem.

In profundenda voce omne corpus intenditur. Tuſ.

Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. [B Het bloed word door d' aderen in't gehele lichaam verſpreit. G. *Le ſang ſe communique par les veines par tout le corps.* A. The blood is diſperſed through the veines into the whole body.

OPACO.

Umbra tego, Umbram facio. tritum ſatis non eſt.

Sol ita movetur, ut terras modò his, modò illis partibus opacet. de N.

Cum terras nox opacaſſet. [B. Wanneer de nagt met haar ſchaduwe d'aarde bedekt had. G. *Lors que la nuit ut convert la terre de ſon obſcurité.* A. When the night had covered the earth with darckneſs.]

Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffuſa ramis, de Or.

Opacus, *Umbra tectus, coopertus,* cui opponitur *Apricus.*

Locus opacus) (Locus apricus. Part.

Locus opacus & frigidus in ſylua. [B. Een beſchaduwde en koude plaats in't bos. G. *Un endroit du bois ou l'on a du fraix & ou l'on eſt à l'ombre.* A. A ſhadowiſh, darke, and cold place in the wood.] de Or.

In viridi & opaca ripa inambulare. de Leg.

Opaca nubes. in Arat.

OPERAE, ARUM.

Hoc nomine *conductam multitudinem* Latini appellabant, *qua aut efficiebant aliquid operis, aut vim alicui afferre volebant*: quod nunc paucis notum eſſe videtur.

Quantum paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt. in V.

Operæ mercenariæ, multitudo conducta. in A.

Publicis operis diſturbare domum aliquam. [B. Door Stads dienaars een huys om ver halen. G. *Faire abatre une maiſon par les Archers de la ville.* A. To cauſe a houſe to be pulled downe by the town Sergeants.]

Navem tibi operis publicis eſſe ædificatam. in V.

Operas ſuas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur. Qu. Fr.

Plancius in operas plurimos miſit. pro Planc.

Erat mihi contentio cum operis conductis.

Is venditabat ſe operis, à quibus.

Operæ Clodianæ pontes occupaverunt. Attic.

Qui erant mecum facile operas à ditu prohibuerunt.

OPORTUNITAS.

Multos jam fugit *oportunitatis* vocabulo idem veteres ſæpe ſignificaſſe, quod *Commoditatis*, aut

aut *Utilitatis.*

Amicitia plurimas oportunitates habet. [B. De vriendſchap heeft veel gemaks. G. *L'amitié renfermé ou procure beaucoup d'utilité.* A. Friendſhip hath a great deale of eaſe.] de Am.

Cum ad ceteras ſummas utilitates hæc quoque oportunitas adjungatur. [B. Nadien by d'and're grootſte nuttigheden ook deze nuttigheid gevoegt word. G *D'autant qu'aux plus grands avantages, ou ajoute encore celui-ci.* A. Seeing by the other greateſt advantages this eaſe is added.]

Conſidera, quæ ſit utilitas, quæque oportunitas in homine membrorum. de Nat.

Natura provida utilitatum oportunitatumque omnium. Ar.

Enumerari non poſſunt fluminum oportunitates.

Omitto oportunitates habilitateſq; reliqui corporis.

Itaque hac oportunitate annuli uſus, reginæ ſtuprum intulit. [B. Derhalve zig van deze gelegentheid van de ring bedienende heeft de Koningin geſchonden. G. *Partant, s'étant privalu de la bague, il à abuſé de la Reine.* A. Therefore, uſing this opportunity of the ring he abuſed the body of the Queen.] Off.

Sic *Oportunum* pro *Commodo.*

Cæteræ res quæ expetuntur, oportunæ ſunt ſingulæ rebus ferè ſingulis. [B. De overige zaken diemen begeert, zijn yeder in 't byſonder dienſtig voor byſondere zaken. G. *Les autres choſes qu'on demande, ſont utiles chacune en particulier, pour differentes affaires* A. The other things that are covered or deſired are every one beneficial to every body] *divitiæ ut utare, opes ut colare.*

OPTIME.

Cicero ſæpe eo verbo ſolo, ſine adjunctione aliorum, ſignificat, quod pluribus explicaremus: *Benè ſe habet. Optimè:* aut; *Benè dicis. Optimè facis.*

Non me quidem, inquit, ſed ſapientem dico ſcire, optime, nempe iſta ſcire, &c. Qu. Fr.

Homo ingenioſus & peracutus, optimè, inquit, nempe ſcriptum ita eſt. Acad.

Optimè verò inquam, etenim & ipſe Cotta ſic diſputat. [B. Zeer wel zeg ik, want Cotta redenkavelt zo. G. *Mais fort bien dis-je, car Cotta raiſonne de la ſorte.* A. Very well I ſay for Cotta himſelf diſputeth or reaſoneth ſo.] in Ver.

Tribuni nobis ſunt amici, conſules ſe optimè oſtendunt, prætores habemus amiciſſimos. Ep.

OPUS, ERIS.

Pervulgatū nunc minimè eſt, ſignificari hoc nomine id quod arte aliqua inſigni effectum eſt.

Hæc omni antiquo opere & ſummo artificio facta. [B. Deze dingen zijn geheel na de oude deftigheid en zeer konſtig gedaan. G. *Ces choſes ci ſont travaillées à la maniére des Anciens, & avec beaucoup d'art.* A. Theſe things are done after the brave old faſhion, and very artifially, or with the greateſt art.] in Ver.

Quarum iſte non opere delectatur, ſed pondere.

Hydria præclaro opere, grandi pondere. [B. Een Slang zeer konſtig gemaakt en van groot gewigt. G. *Une hydre trés artiſſement travaillée, & fort peſante.* A. A Serpent of very fine workmanſhip and great weight.]

Galeæ cælatæ opere Corinthio. in Ver.

Exornare ſepulchrum opere tectorio. de Leg.

Stragulum magnificum operibus pictum. Tuſc.

Erit igitur extructa moles opere magnifico, inciſæque literæ. in A.

ORBIS.

Orbem ſaltatorium, Cicero appellat, quam Barbari *Rotundam choream.*

Cum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem. [B. Wanneer hy die ronden dans aanvoerde. G. *Lors qu'il dança en rond, ou un branle.* A. When he led on the round dance.] in P.

ORDINE, *aut ex ordine aliquid facere.*

Idem valet: quod *Facere id quod & quomodo aliquid debet. Extra ordinem, aliquid fieri*, quod aut quemadmodum *non decet fieri aliquid.*

Domeſtica ordine adminiſtrantur. [B. De domeſtijke zaken worden ordentelijk beſtiert. G. *Les affaires domeſtiques ſe ſont avec ordre.* A. Domeſtick things are done in good order.] At.

Recte, ordine, è republica facere aliquid. in V.

Rectè atque ordine aliquid factum eſſe. pro Qu.

Ut quiſq; ætate antecedebat, ita ſententiam dicebat ex ordine. [B. Na dat yemant in jaren and'ren te boven ging, zo gaf hy zijn advijs na zijn răg G *Quelqu'un étant plus âgé que les autres, a donné ſon avis ſuivant ſon rang.* A. As any one is elder in years, ſo he gave his opinion or advice in order.]

Quam tu mihi ex ordine de legis ſcripto recita populi Rom. actionem. contra Rul.

Collocare aliquid ex ordine. ad Her.

Item putamus oportere ex ordine hos locos habere.

Aiiquē rectè atq;ordine exq;repub.feciſſe & facere.

Literas Bruti rectè & ordine ſcriptas videri. in A.

Plurima bella Cn. Pompeio extra ordinem ſunt commiſſa. [B. Vele oorlogen zijn aan Cn. Pompejus buiten gewoonte toevertrout om gevoert te worden. *G. On a chargé Cn. Pompée contre la coutume, de la conduite de quantité de guerres.* A. A great many warrs have been intruſted to Cn. Pompey beyond order or cuſtom.]

Negat oportere, quicquam uni extra ordinē decerni.

Cum provinciam extra ordinem decernebant.

Judicem pecuniam ab reo clàm atque extra ordinem accepiſſe. pro Cluen.

ORTUS.

Nomen hoc quo Latini ſignabant originem & initium alicujus, ita nunc temporibus obſcuratum eſt, ut ſublatum de lingua putetur. ut itaque è tenebris revocetur, à Cicerone uſum diſcamus.

Non ſolum nobis nati ſumus: ſed ortus noſtri partem patria, partem parentes vendicant. Off.

Cato ortu Tuſculanus fuit, civitate Romanus. [B. Cato is van geboorte een Tuſculaner geweeſt en van borgerſchap een Romeyn. *G. Caton eſt Tuſculain de naiſſance, & Bourgeois Romain.* A. Cato was a Tuſculan by birth, and a Roman by city right] de Leg.

Simulacrum ſolis ortum curiamque conſpiciens.

Quæ ortum habere gigniq; diximus. [B. Die wy gezegt hebben dat een begin hebben en gebooren worden. *G. Que nous avons dit avoir une origine en être nés.* A. Which we have ſayd to be ingendred and borne.] de Uniu.

Quod ſemper eſt, neque ullum habet ortum. ibid.

Mundum nullo ortu fuiſſe generatum. ibid.

Sol ab ortu ad occaſum commeans. de N.

Signorum ortus & obitus ſervant. de In.

Siderum ortus obituſq; cognoſcere. [B. Den op en ondergang van het geſternte kennen. *G. Connoître quand les étoiles paroiſſent & diſparoiſſent.* A. To know the riſing and going downe of the ſtarrs.] de D.

Ortus occaſuſque ſiderum non fieri eodem tempore apud omnes. de D.

OS.

Pro *Impudentia aut temeritate* in ore nunc paucis eſt: pro eo vulgus nunc *Faciē* dicit, aut *Oculos.*

Video P. C. in me omnium veſtrum ora atque oculos eſſe converſos. in C.

Mihi videtur ore duriſſimo eſſe, qui præſente Roſcio geſtum agere conetur. [B. Mijn dunkt dat hy een onbeſchaamt bakhuis moet hebben, die by Roſcius durft geſten maken. *G. Il me ſemble qu'il faut être bien effronté, pour faire des geſtes devant Roſcius.* A. I thing he muſt be very brazen faced, that ſtrives to make geſtures in the preſence of Roſcius.] pro Quint.

Os ſuum alicui tradere. pro S. R.

Præbere os alicui ad malè audiendum. At.

Tu, cujus mihi os ante oculos ſolet verſari.

Sic etiam Conſpectum ſignificat.

Ora judicum aſpicere, & os ſuum populo oſtendere.

OTIUM.

Latini ſæpe ſignificabant hoc nomine *tempus, quo aut bellum non erat,* aut etiam *quo externarum rerum curis vocabant, literiſque operam dabant.*

Ergo tunc cum bello fugitivorum tota Italia arderet, Cn. Norbanus ſummo in otio fuit. [B. Derhalve doen, wanneer ganſch Italien in vuer en vlam ſtont door den oorlog der verloopene ſlaven, zo heeft Cn. Norbanus in volle ruſt en vrede geweeſt. *G. Ainſi lors que le feu de la guerre étoit allumé par les deſerturs dans toute l'Italie, Cn. Norbanus, ſe trouva dans une entiére tranquilité.* A. Thus Cn. Orbanus lived in peace and quiet when all Italy was in flames of warr by the ſlaves that were runn a way from their maſters.]

Si antea auditum erit, otium eſſe in Syria Epiſt.

Tempus ſtudiorum, vacuum aliis curis.

Manu, pede aliquid tentare latine ſignificat, quod barbari dicunt *Palpare manu.*

Ut res propè manu tentari poſſit. [B. Zo dat de ſaak by na met handen kan getaſt worden. G. *De ſorte que la choſe ſe peut preſque ſentir à la main.* A. So that the thing may be almoſt taken hold of with the hand; that is, that it is very palpaple, or evident.] ad Herenn.

Hoc flumen ita frigidum eſt, ut vix pede tentare id poſſim. de Leg.

Tentari morbo *dicimur, cum* morbi quædam initia & ſigna ſentimus.

Animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt. [B. Geſonde zinnen konnen door geen ziekte bekropen worden, maar de lighamen wel. *G. Les ſens bien diſpoſés ne peuvent êtres alterés par aucune maladie, mais les corps bien.* A. Sound ſences can not be overtaken by ſickneſs but the bodies can.] Tuſ.

Scripſeras te quodam valetudinis genere tentari.

TENTATIO in eadem ſignificatione.

Valetudinem tuam jam confirmatam eſſe, & à vetere morbo, & à novis tentationibus gaudeo. [B. 'K ben blyde dat UE: geſontheyd nu en van die oude quale, en van nieuwe prikkelen van ziekte geheel vry is. *G. Je ſuis bien aiſe que vôtre ſanté ſoit affermie, & que vous ſoïes delivré de cette vieille maladie, & des nouvelles attaques d'indiſpoſition.* A. I am glad that your is recovered from an old ſickneſs, and new acceſſes of the ſame.]

TENTARE ALIQUID.

Pro experiri ſi capi *aut* infringi poteſt, *vulgare non eſt.*

Ut exul potius tentare, quàm conſul vexare remp. poſſes. [B. Op dat gy liever als balling een proefie nemen mogt van't gemeene beſt, als dat gy als Borgemeeſter 't ſelve mogt teyſteren. *G. Afin que vous puiſſiés faire épreuve de la République, plutôt comme banni, que comme Bourguemaitre pour l'inquieter.* A. That you rather might proove, or try, the Commonwealth as a baniſhed man, than to diſturbe or trouble the ſame as a Conſul.]

Judicium pecunia tentatum eſſe non à Cluentio, ſed contra Cluentium. pro Clu.

Itaque Milonis Conſulatus, qui vivo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus eſt.

Summa reip. in hujus periculo tentatur. pro Seſt.

Nationes, quas nunquam populus Rom: neque laceſſendas bello, neque tentandas putavit. pro Pomp.

Domus illa, quę tentata ſcelere iſto nefario dicitur, plena eſt integritatis. pro Cæl.

TESTOR DEUM, aut aliquem, *id ſignificat, quod barbari dicunt*, Accipere, implorare Deum teſtem.

Deos teſtor integro me animo ac libero P. Syllæ cauſam defendere. [B. Ik roep de Goden tot getuygen dat ik de ſaak van Sylla met een opregt en vry gemoed verdedige. *G. Je prends les Dieux à temoin, que je deffends la cauſe de Sylla avec un cœur droit & desintereſſé.* A. I take the Gods to witneſſes that I defend the cauſe of P. Sylla with a ſincere and free heart, or minde.]

Ego omnes homines deoſque teſtor. pro Cæcin.

Preces illius & vota cognoſcimus, quibus illa deos de ſuo ſcelere teſtatur. pro Clu.

Is me potiſſimum teſtatus eſt, &c. I. A.

Ipſum meum fratrem teſtatus eſt ſe egiſſe. Epiſt.

Atque hoc vos judices teſtor, &c. [B. En daar in roep ik Ul: ô regters ten getuyge. *G. Hé! je vous y prends à temoin juges.* A. And therefore o Judges I call you to witneſſes.] pro Syl.

Mentem alicujus teſtari. Antequam.

Stuprata per vim Lucretia à regis filio, teſtata cives, ſeipſam interemit. de Fin.

TIBI, explet ſæpe orationem, nihilque ſignificat: ſed mirandi plerumq; vox eſt.

Ecce tibi è tranſverſo. [B. Sie daar eens, dwars daar tegen in. *G. Voïés, tout le contrepié.* A. Looke here is quite the contrary.] Acad.

Hic tibi ſtrepitus. Ep.

Nunc tibi milites. Ep.

At tibi repentè.

Ecce tibi III. Non. Feb. manè accepi. At.

Alter tibi deſcendit de Palatio & ædibus ſuis, &c.

Eos tibi & rem de qua miſi velim curę habeas. Ep.

Mihi eodem modo poſitum quo tibi. I. V.

Item de Pantheris ut eos acceſſas, cureſque mihi ut vehantur. Ep.

Hic tibi roſtra Cato advolat. At.

Ecce tibi nuncius, pueros veniſſe Roma. At.

Ecce tibi, qui rex populi Rom. eſſe concupierit. [B. Sie daar nu, daar is den man, die koning over't Roomſe volk ſogt te zijn. *G. Voïés, voila l'homme qui tâchoit d'etre Roi du peuple Romain.* A. Behold there is the man that Longed to be king of the Roman people.] Off.

TINCTOREM

Barbari, Latini appellant *Infectorem.* [B. Een verwer, die lakenen of andere ſtoffen verft. *G. Un teinturier qui teint des draps ou autres étoffes.* A. A dyer of cloth or ſtuffes.]

TOTIDEM. Barbari quia ignorant hoc nomen, pro eo in ore habent, *Æquè multum, Æquè tot, Æquè tantum, Æquè tam multum.*

Patroclus & Euriſthenes gemini fratres fuerunt. at hi nec totidem annos vixerunt, anno enim vita Patrocli brevior fuit. In.

Iſtum ego locum totidem verbis à Dicæarcho tranſtuli. [B. Ik heb die plaats met even zo veel woorden overgeſet. G *J'ai traduit cèt endroit avec juſtement autant de paroles.* A. I have tranſlated that place with Juſt ſo many words.] At.

Hoc totidem verbis tranſlatum caput eſt. pro R. P.

Epiſtola, quàm modò totidem verbis interpretatus ſum. de Fin.

Totidem, quot dixit, ut ajunt, ſcripta verbis oratio.

TORTURA.

Barbarorum vocabulum, Latini *Tormentum.* [B. Pyniging, pijnbank, pijngereetſchap. G. *Torture, le lieu de la torture, les inſtrumens pour donner la queſtion.* A. Torture, rack, or ingine to torture or rack.]

TRADUCO.

Cum orationi tribuatur, qua animos movemus, pervulgatum non eſt.

Tum omnem orationem traduxi & converti in increpandam Cepionis fugam. [B. Ook heb ik mijn gantſe redenering daar heen gerigt, en daar op doen drajen, om de vlugt van Cæpio eens braaf door te ſtryken. G. *J'ai auſſi dirigé toute ma harangue, & l'ai fait rouler ſur la fuite de Cepio que j'ai voulu dauber.* A. I have alſo ſhifted and turned my whole oration to check or blame the flight of Cepio.] de Orator.

Et animos ad noſtram defenſionē conor traducere.

Quæ animos à minore cura ad ſummum timorem traduceret. Ep.

Ut mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. Ep.

Judices à ſeveritate ad hilaritatem traducere.

Traducere eos qui audiunt, in magnam admirationē

Is traduxit me ad ſuam ſententiam. [B. Hy heeft my tot ſijn gevoelen doen over hellen. G. *Il m'a fait pencher de ſon côte, donner dans ſon ſentiment.* A. He brought me over to his opinion.]

TEMPUS TRADUCERE.

Traducere tempus. [B. Sijn tijd doorbrenge. G *Paſſer ſon temps.* A. To paſſe or ſpend his time]

Ut antè commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus.

Vitam otioſam & quietam ſine ullo labore & contentione traducere. de Sen.

O adoleſcentiam traductam eleganter. [B. O regt ſchapen doorgebragte jongelingſchap. G. O *Jeuneſſe qui s'eſt paſſée comme il faut.* A. O time of youth very well ſpent.] pro Pl.

Traducere vitam egregiis factis. ad Brut.

TRAJICIO & Tranſmitto.

Uſum utriuſq; verbi diſcamus à Cicerone: quod multi eum ignorent: qui, *Trajicio* nullum caſum, T*ranſmitto* verò accuſativum adjungunt, Sed contra factum à Latinis, *Trajicere exercitū, aliquē* dixerunt: Exercitus, aliquis, tranſmittit.

Exercitum Rhodanum trajeci. [B. 'k Hebt Leger over de Rivier de Rhôſne overgeſcheept. G. *J'ai fait debarquer l'armée de l'autre côté du Rhoſne.* A. I have brought the armie over the river the Rhoſne.] Ep.

Cum Rhodanum copias trajeciſſem.

Si quo caſu Hiſaram ſe trajicerent. Ep.

Et ſi terra quidem, qui poſſim? ſi mari, quò trajiciā.

Marius cum parva navicula trajectus eſt in Africam. Poſt.

Cum exercitus noſtri Brunduſio tranſmiſerunt. [B. Als onſe legers van Brindiſi waren overgeſcheept. G. *Lors que nos armées urent débarqué de Brindis.* A. When our forces were paſſed, over ſea from Brunduſium.] pro Pomp.

Cæſar in Africam tranſmiſit. de D.

Lentulum antè puto tranſmiſſurum, quàm potuerit conveniri. At.

Ajebant prima navigatione tranſmiſſurum.

TRIBUO, *Pro* Diſtribuo, *paucis notum eſt.*

Eam didicit artem, quæ doceret rem univerſam tribuere in partes. [B. Hy heeft die konſt geleert, die onderwees hoe hy een geheele ſaak in ſijn deelen moeſt verdeelen. G. *Il a apris cèt art qui enſeigne à partager une choſe entiére en ſes parties.* A. He hath learned the art to divide an intire thing in its parts.] de Cla.

Sine philoſophorum diſciplina genus in partes tribuere non poſſumus. Or.

TURBO.

Verbum hoc ſatis tritum non eſt, ſignificabant enim eo Latini idem ferè quod verbo *Confundere & Commovere.*

Ariſtoteles multa turbat à Magiſtro Platone diſſentiens. de N.

Et ſimul ne quid ille turbet, vide. [B. En te gelijk op dat hy niets in't war goje. *G. Et en même temps afin qu'il ne faſſe point de trouble.* A. And at the ſame time that he diſturbeth nothing.]

Omnia infirma ſummis paria fecit, turbavit, miſcuit. de Leg.

At id ne feræ quidem faciunt, ut ita ruant atque turbentur, ut earum motus atque impetus quò pertineant, non intelligamus. de Fin.

Mare quod ſua natura tranquillum eſt, ventorum vi agitatur atque turbatur. pro Clu.

Miſcere & turbare omnia. [B. Alles 't onderſte boven en in duygen helpen. *G. Mettre tout ſans deſſus deſſous, & faire de la confuſion.* A. To confound and diſturbe all.] de Art.

Ad te ne hæc quidem ſcribo, quæ palàm in rep: turbantur. Qu. Fr.

Non modò illa permiſcuit, ſed etiam in hn turbavit.

Si in Hiſpania turbatum eſſet. pro Syl.

V.

VACATIO. Ea hujus nominis vis eſt, quam imperiti tribuunt barbaræ voci *Vacantia*, pro qua *Vacatio* dicendum Latinè poſthac erit.

Vacationem augures, quo minus judiciis operam dent, non habere. [B. Dat de wicchelaars geen ontſlaging van dienſt hebben, op datſe ſig des te minder met geregts handelingen mogten bemoeyen. *G. Que les tireurs d'horoſcope ne ſont point exemts du ſervice, afin qu'ils ſe mêlent d'autant moins des affaires de juſtice.* A. That the ſoothſayers have no vacation or immunitie from their office to the end they might not intermeddle with affaires of Juſtice.] de Clar.

Me neque rerum geſtarum vacatio, neque ætatis excuſatio vendicat à labore. pro Syl.

Nos vitam beatam in vacatione omnium rerum ponimus. de N.

Vacationes quoque dicuntur *Immunitates munerum*, quam *Libertatem* multi vocant.

His liberiſq; eorum militiæ vacationem eſſe placet.

Delectum haberi ſublatis vacationibus.

Pro hiſce rebus vacatio data eſt laboris & ſumptus & militiæ & rerum omnium. I. V.

Quæ ſtudia habent vacationem publici muneris.

VACILLO.

Vis verbi non adeò obſcura eſt. Sed *Vacillare literas* dixerunt Latini, quod barbari *Curvè ſcriptum eſſe, Curvas eſſe.*

Accepi tuam epiſtolam vacillantibus literis. [B. 'k Heb uw brief, die ſeer ſlim en ſcheef geſchreven was ontfangen. *G. J'ai reçu votre lettre qui eſt écrite fort tortue.* A. I have received your letter in crooked letters, or which was written crookedly.] Ep.

VACO.

Obſervandum eſt in uſu hujus verbi, dici & *Vaco* & *Vacat*, idemque prorſus ſignificari. ut,

Quamvis enim occupatus ſis, ocii tamen plus habes: aut ſi ne tu quidem vacas, noli mihi moleſtiam exhibere. [B. Want al ſchoon gy bezet bent, nogtans hebt gy meer ledige tijd: of indien gy al geen ledige tijd hebt, zo en wilt my geen ongemak aandoen. *G. Car quoique vous ſoyez occupé, vous avés cependant plus de loiſir, ou ſi vous n'en avés point, ne me ſoiés pas incommode.* A. For though you are buiſie yet you have more leaſure: or if you have no ſpare time yet put me not to trouble.]

Scribes aliquid, ſi vacabis. At.

Tantum huic ſtudio relinquendum, quantum vacabit à publico officio & munere. de Divin.

VACARE.

Pro *vacuum eſſe*, crebro Cicero eſt uſus. ut,

Villa ita completa militibus erat, ut vix triclinium, ubi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet, vacaret. [B. De hofſtede was zo vol ſoldaten, dat de eetzaal daar Cæſar eten zoude naulijks vry was. *G. La maiſon de campagne etoit ſi pleine de ſoldats, qui là ſale ou l'on mange, dans laquelle Cæſar devoit ſouper, en étoit à peine exemte.* A. This mannour, or country houſe was ſo full of ſouldiours, that the hall or dining roome, where Cæſar himſelf was to ſuppe, was free of them.]

Tota domus ſuperior vacat. At.

Nihil eſt quod vacet corpore, corporibus omnis obſidetur locus. de N.

VALENS.

Ad vires & robur corporis referri, notum omnibus non eſt. Sic enim vulgus non loquitur.

Cum valentioribus viribus non eſt certandum.

dum. [B. Men moet noyt ſtryden tegen vermogender kragten. *G. Il ne faut jamais en venir aux mains avec des forces plus formidables.* A. One muſt not fight againſt ſtronger forces, or powers.]

Lictores valentiſſimi, & ad pulſandos verberandoſque homines exercitatiſſimi. I. V.

Semel circumſeſſus lectis valentiſſimorum hominum viribus cecidi ſciens. in A.

Statius quidam? Colonus homo valens. pro Clu.

Robuſtus & valens, & audax ſatelles.

Cum homo imbecillus à valentiſſima beſtia laniatur. [B. Wanneer een ſwak menſch van een zeer ſterk beeſt verſcheurt word. *G. Lors qu'une perſonne foible eſt devorée par une bête tres forte.* A. When a weake or feeble man is torne a peeces by a very ſtrong beaſt.] Ep.

Quanquam in Lyſia ſunt ſæpe lacerti, ſic ut fieri nihil poſſit valentius. de Cla.

VALETUDO.

Medium vocabulum eſt quo tam bona quàm mala corporis affectio ſignificatur. Sed quoniam barbari Infirmitatem vocant, quam latini infirmam, ægram. incommodam valetudinem aut infirmitatem, imbecillitatem gravitatemque valetudinis, corrigendum id quoque eſt puriore conſuetudine loquendi. ut,

Is ſemper infirma atque etiam ægra valetudine fuit. [B. Hy is altijd ſwak en ziek geweeſt. *G. Il a toujours été foible & infirme.* A. He hath always been weake and ſick.] de Clar.

In ejus infirmiſſima valetudine affectaq; jam ętate.

Iſthinc ne te moveas tam infirma valetudine. Ep.

Erat infirma valetudine habitus. pro Clu.

Me incommoda valetudo. [B. Ziekte. *G. Maladie.* A. Sickneſs.] *quia jam emerſeram, tenebat jam duodecimum diem Brunduſii.* Att.

Gravitate valetudinis rarius ſcribere. [B. Om onpaſſelijkheid, ziekte &c. zelden ſchryven. *G. Ecrire rarement à cauſe des indiſpoſitions, de la maladie &c.* A. To write ſeldom by reaſon of ſickneſs &c.] *& paululum levari.* Ep.

Tu modò iſtam imbecillitatem valetudinis tua tuere, ut facis. Ep.

Si te dolor aliquis corporis aut in firmitas valetudinis tuæ tenuit. [B. Zo u eenige pijn van't lighaam of ziekte opgehouden heeft. *G. Si quelque douleur ou maladie vous a retenu.* A. If any paine of body or ſickneſs hath with held or detained you.] *quo minus ad ludos venires, &c.* Ep.

Propter infirmitatem valetudinis non potuit ſimilis eſſe patri. de Off.

Valetudinē iſtam infirmam (ſi me amas) noli vexare.

VALOR. Barbarum Latini *Precium.*

UBI terrarum, gentium.

Latinæ linguæ proprii modi: quos nulla alia via niſi diligenti obſervatione diſcimus.

Nunc verò quid agitur? ubi terrarum ſumus? [B. Maar wat gaat'er nu om? waar ter wereld leven wy? *G. Mais comment vont les choſes? Où ſommes nous?* A. But what is done now? where are we in the world?] pro Rab.

O dii immortales, ubinam gentium ſumus? [B. O Onſterfelijke Goden waar zijn wy? *G. Dieux immortels! où ſommes nous?* A. O immortall Gods where are we?] in Catil.

Etſi mihi nihil propoſitum ad ſcribendum, quia quid ageres, ubi terrarum eſſes, ne ſuſpicabar quidem. At.

Neque adeſt iſthuc, neque ubi terrarum ſit ſcio.

Fortunæ cedendum, ex Italia migrandum Rhodum, aut aliquò terrarum arbitror. D. Brut. Caſſ. & Brut.

Qui ubi terrarum ſit, quid agat, vivat denique an mortuus ſit, quis aut ſcit, aut curat? A.

Ubicunque terrarum ſint. [B. Waar ter wereld zy ook zijn. *G. En quelque part qu'ils ſoient.* A. wheresoever they be.] *ibi eſt omne reip. preſidium.*

UBIQUE.

Apud Ciceronem non eſt. Sed *omnibus locis* dixit pro *ubique*. Sic enim in *Tuſcul. inquit.*

Ut omnibus locis à Platone differitur. [*B.* Gelijk van Plato in alle plaatzen beweert word. *G. Comme platon le ſoutient en tous lieux.* A. As is avered or maintained by Plato in all places.]

VECTORES.

Eos qui vehuntur ſignificari hoc verbo, vulgò notum non eſt.

Malè vehi malo alio gubernante, quàm tam ingratis vectoribus bene gubernare. At.

Summi gubernatores in magnis tempeſtatibus à vectoribus admoneri ſolent. [*B.* De grootſte ſtuerlieden zijn gewoon in grote onweeren van de paſſagiers aangemaant te worden. *G. Les paſſagers exhortent d'ordinaire les plus habiles pilotes, lors qu'ils*

qu'ils ſe trouvent dans de grandes tempêtes. A. The greateſt Captains and Pilats are uſed to be exhorted by the paſſeagers in greate ſtormes or tempeſts.] I. A.

Si id vectores negarent. pro Seſt.

Vectores timidi adverſa tempeſtate. de N.

Navi ejus & ipſo convectore me uſurum puto. At.

VEHENS.

Paſſivè cum qui vehitur ſignificari, pervulgatum non eſt.

Cujus in adoleſcentiam per medias laudes, quaſi quadrigis vehentem. [*B.* Midden door de lofruytingen gelijk als met een vierſpan gevoert zijnde &c. *G. Etre porté au milieu des loüanges, comme ſi l'on étoit tiré dans un chariot à 4. chevaux* A. To be carried through the midd'ſt of praiſes as in a Chariot with four horſes.] *tranſverſa incurrit miſera fortuna reip.*

Sic Invehens.

Triton natantibus invehens belluis. [*B.* Triton op de ſwemmende beeſten aangevallen zijnde. *G. Triton s'étant j'été ſur les bêtes qui nagent.* A. Triton falling on te ſwimming beaſts.] de N.

VEHEMENTIA.

Recentiorum vocabulum eſt. Cicero *Acrimoniam* appellat.

VEL.

Eleganter uſi ſunt veteres hac voce, cum aliquid aut præcipui, aut magni ſignificare vellent, in eodem penè ſenſu, quo *Etiam*: neque ſolum quod multi volunt, cum Superlativo gradu junxerunt.

Quàm moroſi ſint qui amant, vel ex hoc potes cognoſcere. [B. Hoe gemelijk zy zijn, die minnen, kanje ſelfs daar uit verſtaan. *G Vous pouvés comprendre par là comment ceux qui ont l'amour en tête, ſont fantaſtiques.* A. How moroſe froward, or peeviſh people are, who be in love you can know by this.] Ep.

Nam iſto modo vel conſulatus vituperabilis eſt.

Per me vel ſtertas licet, non modò quieſcas. Ac.

Hæc ſunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis vel maximæ, de Or.

Ut ipſis ſententiis quibus proluſerunt, vel pugnare poſſint, id eſt, etiam. de Or.

Vel mori ſatius eſt, quàm peccare. [B Het is zelfs beter te ſterven als te zondigen. *G. Il vaut même mieux mourir, que de pêcher.* A. It is better to die than ſinne.] ibid.

Hoc mihi videtur vel maximè Atticum. de Nat.

Hoc uno præſtamus vel maximè feris. de Or.

Cum id certè ſit vel maximè Atticum. Or.

VENIA.

Bona venia, aut Cum bona venia alicujus aliquid dicere aut facere *dicebant Latini, quod recentiores per.* Sit venia facto, dicto.

Vos oro, ut attentè bonaque cum venia verba mea audiatis. pro S. R.

Doleo te (bona venia audies) [*B.* 't Zy gezeid met uw permiſſie. *G. Cela ſoit dit avec vôtre permiſſion.* A. Be it ſayd by your leave.] *in tam leves, ne dicam ineptas ſententias incidiſſe.* de N.

Bona hoc tua venia dixerim. de D.

An vero (bona venia hujus optimi viri dixerim Scævolæ) [*B.* Laat het met permiſſie van die alderbeſte man gezegt zijn. *G. Que cela ſoit dit avec la permiſſion de ce tres-bon homme.* A. Be it ſayd by the leave of this beſt of men.] *tu &c,* de Or.

Veniam neceſſitati dare. Off.

Quare frater bona tua venia dixerim, iſta ſententia obeſt ſæpiſſimè. de Leg.

Veniam dare, petere, *idem valet quod* Ignoſcere; *non quod pueri in ludis didicerunt,* Poteſtatem ludendi aut abeundi facere, petere, habere.

Hoc ſi tibi tuus parens diceret, poſſes ab eo veniam petere, [B. Zoud gy van hem vergiffenis konnen verzoeken? *G. Viendriés vous lui demander pardon?* A. Could you begg his pardon?] *poſſes ut tibi ignoſceret poſtulare.* I. V.

Voluntario facinori veniam dari non oportet. [*B.* Men hoorden niet te vergeven een ſchelmſtuk, dat met opzet begaan was. *G. On ne devroit pas pardonner un crime qui a été commis à deſſein.* A. There ought no pardon to be given for a voluntary peece of villanie.] de In.

Mihi errato nulla venia, rectè facto exigua laus proponitur. contra Rul.

Delicti veniam peto. pro Lig.

Fatetur aliquis ſe peccaſſe, & ejus delicti veniam petit, &c. pro Mur.

Ab aliquo cui te purges, veniam petere. Orat.

VENIRE hæreditatem alicui.

Pro *morte alicujus aut teſtamento, hæreditatem cernere*, pervulgatum non eſt. quod vernaculo ſermone ſic reddimus. [B. Iets yemand aan ſterven: een erffeniſſe yemand aan ſterven. *G. Etre échu à quelqu'un par ſucceſſion; Une ſucceſſion echêt à une perſonne.* A. To fall to one by death or heritage.]

Hereditatem venire alicui, & fundum ad aliquem teſtamento devenire. pro Cec.

Cujus filiæ cum à propinquo hæreditas permagna veniſſet. [*B.* Wiens dogter wanneer een groote erffenis was aan geſtorven van haar bloed verwant. *G. A la fille duquel étoit échu une grande ſucceſſion d'un de ſes parens.* A. Whoſe daughter when a greate heritage was falln to her by the death of a neare relation.] in Ver.

Hic verres hæreditatem ſibi veniſſe arbitratus eſt.

De hæreditate quæ venit pupillo. Ibid.

Quampridem ſibi hæreditas veniſſet docet. Ibid.

Venire in mentem illius temporis. De hoc modo cum Cardinalis doctiſſimè ſcripſerit, ejus ipſius verba aſcribemus, ne quem laborum fructibus fraudare velle videamur. Dicebant enim, *Cum mihi in mentem venit illius temporis* quem multi imitari neſcientes, immutant, ut rudi ac vulgato modo dicant, *Cum mihi illud tempus venit in mentem.*

Solet venire in mentem illius temporis, quo proximè fuiſſemus unà. Cicero Mario.

Cum illius temporis mihi venit in mentem. [*B.* Wanneer my die tijd te binnen ſchiet: wanneer ik om die tijd denk. *G. Lors que je me remêts ce temps là en memoire, lors que je ſonge à ce temps-là.* A. When that time cometh into my mind; when I think of that time.]

Non dubito quin in tanto tuo periculo tuorum tibi ſcelerum veniat in mentem.

Facite ut vobis triennii totius veniat in mentem.

Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentē.

VERBUM. Verbi gratia, aut cauſa.

Latinis modus eſt non uſitatus iis qui vulgarem potius conſuetudinem loquendi ſequuntur. exempla enim eo modo notabant.

Si quis verbi gratia, oriente Canicula natus eſt, is in mari non moreretur. [*B.* By aldien ymand by voorbeeld, geboren is den hond opkomende, die zou in de zee niet ſterven. *G. Si quelqu'un par exemple eſt né au commencement de la Canicule, il ne mourra pas en mer.* A. If any one by example be borne when the doggſtarre riſeth ſhould not die in the ſea.] de Fat.

Eximi jubet non diem ex menſe, ſed ex anno unum dimidiatumque menſem, hoc modo: Ut quo tibi die, verbi cauſa, eſſe oporteret Idus Ianuarias, eo die Calendas Martias perſcriberet. I. V.

Sin autem uſque ad novem, verbi gratia, ſine dubitatione reſpondes pauca eſſe. Academ.

In nobis autem ipſis ne intelligi quidem, ut aliam quampiam rem, verbi gratia, propter voluptatem nos ememus. de Fin.

VEREOR ne.

Divulgatum eſt, ſed *Vereor ut, pro ne,* tam tritum non eſt, quàm *Vereor ne.*

Videris vereri, ut epiſtolas tuas acceperim. At.

Vereor ut Dolabella ipſe ſatis nobis Prodeſſe poſſit. [*B:* Ik vrees dat Dolabella zelfs niet ons genoeg kan voordeelig zijn. *G. Je crains que Dolabella même ne nous puiſſe procurer aſſés d'avantages.* A. I feare that Dolabella himſelf can not be ſerviceable enough to us.] Ep.

Et tamen vereor ut hoc natura non patiatur.

Quod vos fœdus non juſſeritis, vereor ut ſatis firmum ſit. contra Rul.

Sed illa duo Craſſe vereor ut tibi poſſim concedere.

Quod vereor tibi ipſi ut probem. At.

Vereor ut idem ſit interitus animorū & corporum.

Metuo ut eam non poſſim ſuſtinere. pro Plan.

Timeo ut poſſim. pro Dom.

VERSURAM facere.

Latini appellabant, quod barbari, Pecuniam accipere ad intereſſe, Financias facere, Ad uſuram accipere: *rectius verò Fœnori accipere.*

Non modò magno, ſed iniquiſſimo fœnore verſuram facere Aurelius coactus eſt. At.

A quibus verſuras tantarum pecuniarum factas eſſe dicunt?

Is negavit omnino verſuram ullam feciſſe Romæ. [*B.* Hy ontkent geheel en al dat hy eenig geld om anderen te betalen te Romen opgenomen heeft. *G. Il nie abſolument d'avoir pris à interêt de l'argent à Rome, pour en païer d'autres.* A. He hath denied that he tooke money on intereſt at Rome to pay others.] Tuſc.

Tabula ſocietatis qua ſignificabant eos homines verſuram à Carpinatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent. I. V.

Quæ quidem ego vel verſura facta ſolvi volo. At.

Non modò verſura, ſed etiam venditione, ſi modò res coget, vindicabis. Att.

Vereor ne illud quod tecum permutavi, verſura mihi ſolvendum ſit. [B. Ik vrees dat ik dat zal moeten betalen met geld 't geen ik van een ander opneem. *G. Je crains qu'il ne me faille païer en argent, ce que jé prends à interêt d'un autre.* A. I am afraid that I ſhall be forced to pay that with money taken upon intereſt.] At

Verſuram ſcribis eſſe faciendam menſium quinque.

VERSUS.

Latini vocant, quas multi hodie *lineas:* non enim latinè dicitur, *Prima linea orat.* libri, ſed *Verſus.*

Primus verſus epiſtolæ. [B. De eerſte regel des briefs. *G. La premiére ligne de la lettre.* A. The firſt line of the letter.] At.

Ut cum lex aliqua recitaretur, primum verſum attenderet. pro R. P.

Demoſthenes multos verſus uno ſpiritu pronunciabat. [B. Demoſthenes pronuncieerde veel regels in een aazem. *G. Demoſthene prononçoit beau coup de lignes d'une même haleine.* A. Demoſthenes pronounced many lines in one breath.] de Or.

VERTENS annus.

Latinis erat, quod noſtri recentiores & novi Lat. dicunt, *Totum aut Integrum, vel Perfectum annum.*

Cum autem ad idem, unde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint, eandemq; cœli deſcriptionem longis intervallis retulerunt, tum ille verè vertens annus appellari poteſt. [B. Dan kan dat jaar met waarheid en geheel of rond jaar genoemt worden. *G. On peut alors dans le fond apeler cette année une année entiêre, achevée,* A. Then that year may truely be called a round year.] de Somnio Scip.

Anno vertente ſine controverſia. pro Q.

Mercurii ſtella anno ferè vertente ſigniferum luſtrat orbem. [B. De ſtar Mercurius loopt by na in een rond jaar den Zodiak door. *G. La planete de Mercure parcourt le Zodiac preſque en une année entiêre.* A. The ſtarre Mercury runneth through the Zodiak almoſt in a round year.]

Amnia conficiens vertentia tempora curſu. in Ar.

VERTO. Vertere ſolum.

Latina locutio, quàm neque vulgares Latini intelligunt, neque noſtra vernacula lingua verbum ex verbo exprimimus. Quid enim ſit, vel ex hoc uno Ciceronis loco facilè intelligitur.

Nam qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere aut calamitatem, eò ſolum vertunt, *hoc eſt*, ſedem ac locum mutant. [B. Zy veranderen van woonplaats. *G. Ils changent de demeure.* A. They change their dwelling places, or abodes.] pro Cec.

Hanc amè amittere non potuiſſent, quàm hujus ſolum civitatis mutatione vertiſſent. pro Cornelio.

Quò vertendi hoc eſt mutandi ſoli cauſa venerant.

Vertere ſolum exſilii cauſa. pro Qu.

Verti aliquid cum aliqua re, aut alicubi. Pro *verſari*, pervulgatum non eſt.

In jure in quo illa cauſa vertebatur. [B. In 't regt, waar in die zaak beſtond. *G. Dans le droit, dans lequel cette affaire conſiſtoit.* A. In the right where in that Caſe conſiſted.] de Cl.

Omnia in unius poteſtate ac moderatione vertentur. [B. Alle dingen zullen afhangen van de magt en het bewind van eene. *G. Toutes choſes dépendront du pouvoir & du maniement d'un ſeul.* A. All things ſhall depend on the power and direction of one man.] I. V.

Non in ſupplicio crimen meum vertitur. in Ver.

Brunduſii autem omne certamen vertitur hujus primi temporis. I. V.

VIA.

Quoniam Latini ſignificarunt hoc nomine, quod Græci μέθοδον, quod noſtri pro latino utuntur, docere hic volui, μέθοδον Viam, Rationem, Artem, Doctrinam etiam latinè dici: ut latini latinè loqui diſcant.

Primum igitur, inquit, agam ſic, ut ipſi autori hujus diſciplinæ placet. conſtituam quid, & quale ſit id de quo quærimus, non quo ignorare vos arbitrer, ſed ut ratione & via procedat oratio. [B. Maar op dat onſe rede op een zekere wijs en methode mag voortgaan. *G. Mais afin que notre diſcours ſe faſſe d'une certaine maniére & méthode.* A. But to the end that our oration may proceed on a good way and methode.] de Fin.

Alii naturam eſſe cenſent vim quandam ſive rationem cientem motus in corporibus neceſſarios: alii autem

autem vim participem rationis atque ordinis via progredientem, &c. de N.

Ait Ariſtoteles artem & præcepta Siculos Coracem & Tiſiam conſcripſiſſe.

Aliud enim eſt poëtarum more verba fundere, aliud ea quæ dicas, ratione & arte diſtinguere. de Fin.

Cum ad inveniendum in dicendo hæc tria ſunt, acumen, deinde ratio (quam licet, ſi volumus appellemus artem) tertium diligentia. de Or.

Sed qui ejus rei rationẽ quandam conati ſunt, artemque tradere. [B. Maar die zekere weg of methode van die zaak hebben willen geven. *G. Mais ceux qui ont voulu montrer le chemin ou la methode de cette choſe.* A. But who endeaver'd to ſhew a certain way or method of that thing.] *ſic inſulſi extiterunt, ut nihil aliud eorum niſi inſulſitas ipſa videatur. Quare mihi quidem videtur nullo modo doctrina iſta res poſſe tradi.* de Or.

Volo igitur huic ſummo, omnem quæ ad dicendum trahi poſſet loquendi rationem eſſe notam: quę quidem res duplicem habuit docendi viam. Or.

VIDEO.

Vis verbi nota ſatis eſt, ſed uſum in omnibus vulgus non novit. quis enim, niſi doctus & verſatus multum in optimis autoribus, ſic loquitur? *Quàm id rectè faciam viderint ſapientes?* Nonne vulgò omnibus in ore eſt, pro *Videro, Curo, Mitto curare?* Quæ cum barbara ſint, ſic integra incorruptaque conſuetudine emendemus.

Quam id rectè faciam, viderint ſapientes. [B. Laten de wyſen zorgen, hoe wel ik dat doe. *G. Que les ſages ſe mettent en peine comment je m'acquite bien de cela.* A. Let wiſe men take care or notice of what I doe] de Am.

Sed de hoc tu videris. At.

Sed hoc fortuna viderit, quoniam conſilio uti non (licet. At.

Sed de illa ambulatione ſors viderit, aut ſi quis eſt qui curet Deus.

Quid mihi cum iſta ſumma ſanctimonia? viderint inquit iſta officia boni viri. pro Qu.

Quæ ars quàm ſit facilis, illi viderint: qui & deinde etiam tu videris. de Or.

Quàm ſit ſimile iſtud, tu videris. de N.

Quid concupiſcas tu videris, [B. Draagt gy zorg wat gy begeert. *G. C'eſt à vous à ſonger à ce que vous deſirés.* A. Take heed or care what you deſire.] *quod concupiveris certè habebis.* in A.

VIDEOR.

Dici vix poteſt, quam hæreant multi in uſu hujus verbi, primis & ſecundis perſonis nunquã ferè conjungunt: ſed contra Latinorum morem, tertia perſona cum Quòd ſemper proferunt. ſic enim loquuntur. *Videtur mihi quòd tu ſis doctus.* cum ſecunda perſona dicendum eſſet. *Videris mihi doctus.* Cum tertia perſona, aut aliis etiam ſi quando *Quòd* vernaculo ſermone adjungatur, Latinè Infinitivus jungitur.

Atq; etiam hoc mihi videor videre, eſſe quoſdam. [B. En my dunkt dat ik dat ook zie dat'er zommige zijn. *G. Et il me ſemble que je vois auſſi qu'il y en a quelques uns.* A. And I thinck I ſee that there are ſome.] de In.

Te verò Cecili quemadmodum ſit eluſurus, quàm omni ratione jactaturus, videre jam videor. in V.

Objurgavi Senatum, ut mihi viſus ſum, [B. Gelijk my dagt. *G. Comme il me ſembloit.* A. As I thought or fancied.] *ſumma cum autoritate.* Ut.

Videor mihi hanc urbem videre ſubitò uno incendio concidentem. in V.

In qua ego nactus (ut mihi videbar) locum reſecandæ libidinis, vehemens fui. At.

Ut ſpeciem aliquam viderer videre, quaſi reviviſcentis reipub. Ep.

Si quid eſt in me, quod jam ſperare, quoniam.

Nunc Catulo audiente videor debere non tam pugnare tecum, quàm quid ipſe ſentiam dicere.

Quia conſiliis ut videmur bonis uti. At.

Cujus ſocius videor eſſe debere.

Neq; id facio (ut fortaſſe quibuſdam videor) ſimu- (latione. Ep.

Videor mihi perſpicere.

Videor audiſſe de L. Craſſo. de N.

Videor jam te auſurus eſſe appellare. [B. My dunkt dat ik u zal durven noemen. *G. Il me ſemble que j'oſerai vous nommer.* A. I thinck or fancie that I ſhall have the courage to name you.] de Cl.

Si videris tibi me poſſe conſequi. Ep.

Puero de mancipiis, quæ tibi videbitur attribuas.

Tertio ſi id, quod ſpeciem haberet honeſti, pugnaret cum eo quod utile videretur. Off.

Hæc conſilia M. Bruto reprehendenda viſa ſunt.

Nunc autem mihi viſum, de ſenectute aliquid ad te ſcribere. de Sen.

VINDICO aliquem, aut aliquid ab aliquo. Pro *Tueor*, *Libero*, divulgatum ſatis non eſt.

Teque item ab eo vindico & libero [B. En u verloſſe en bevryde ik van hem. *G. Et moi je vous degage & délivre & de leci.* A. And I free and deliver you from him] Q. Fr.

Dubitabitis quin ab hoc ignotiſſimo Phryge nobiliſſimum civem vindicetis? pro Flac.

An ſervos ſuppliciorum metu, dominorum benignitas una vindicta liberat, nos à mortis terrore, neque res geſtæ, neque noſtri homines vindicabunt?

Illũ felicitas ipſius ab omnibus miſeriis morte vindicavit. [B. Hem heeft ſijn geluk van alle ellendẽ door de dood verloſt G *ſon bonheur l'a delivré de toutes les miſerés par la mort.* A. His fortune hath delivered him from all miſeries by death]

Magnitudo doloris, à qua me brevitas temporis vindicabit. Tuſc.

Sapientia quæ nos à libidinum impetu & formidinum terrore vindicet.

Laudem aliquorum jam propè seneſcentem ab oblivione hominum, atque à ſilentio vindicare. de Or.

Senectuté à ſolitudine vindicari juris civilis ſcietia.

Ut iſta ab ſolitudine domum meam vindicarem.

Pecunia quæ nos poſſet à tributis vindicare. in A.

Cn. Carbo morte voluntaria ſe à ſeveritate judicum vindicabit. de Cla.

Te innocentia tua, & miſericordia hominum vindicat hoc tempore à moleſtia. Q. Fr.

VIS. Verbis tribui hoc nomen, idemque valere quod, *Significationem & Poteſtatem vocabulorum* pervulgatum non eſt.

Poſtremò hæc vis eſt iſtius & juris & verbi, ut fundi populi beneficio noſtro, non ſuo jure fiant.

Quæ eſt quaſi alia vis, quæ ſententia Ceciliæ legis, niſi hæc, ne populo, &c. pro Dom.

Quæ vis inſit in paucis his verbis, ſi attendes, intelliges. [B. Wat kragt'er ſteekt in deze weynige woorden, zoje 'er op let, zult gy verſtaan. *G. Vous comprendrés ſi vous y faites attention la force qu'il y a dans ce peu de mots.* A. You ſhall underſtand what force there is in a few words if you take heed or notice.] Ep.

Æquitate intellecta nihil ad rem pertinet, quæ verborum vis ſit ac nominum. pro Cecin.

Sine re nulla vis verbi. [B Zonder zakelijkheid is'er geen kragt van een woord. *G. Sans ſolidité il n'y a point de mot qui ait de force.* A. Without matter or ſubſtance there is no force in a word.]

Sed mihi ad hujuſce verbi vim & interpretationem vehementer opus eſt veſtra prudentia. (cere. de Or.

Vim verbi in aliud atq; cæteri accipiant, poſſe du-

VISUS.

Apud Ciceronem non eſt, pro *ipſa oculorum vi & acie*, quam aciem aut videndi ſenſum vel aſpectum vocat. *Viſum, aut viſus, quæ videntur,* non ſenſum videndi eodem autore ſignificant.

Multa probabilia, quæ quanquam non percipiantur, tamen quia viſum habent quendam inſignem & illuſtrem, his ſapientis vita regitur. de N.

Viſum objectum imprimit, & quaſi ſignat in animo ſuam ſpeciem. [B Het geziene drukt het voorwerp in ons in en tekent als in de ziel af ſijn gedaante. *G. Ce qu'on a un imprime en nous l'objet, & marque quaſi dans l'ame ſa forme.* A. A ſeene thing makes an impreſſion, and ingraves as it were its ſhape in the ſoul.] de Fat.

Viſum eſt enim tale objectum dormienti. de Fa.

Viſa ſomniantium. [B De gezigte der dromende. *G. Les viſions des ſongeurs.* A. The viſions of dreaming people.] de D.

Si deus iſta viſa nobis providendi cauſa dat. &c.

Senſus junctos eſſe cenſuit è quadam quaſi impulſione extrinſecus, quam ille φαντασίαν, nos appellamus.

Deinde cum ſe collegiſſet, id viſum pro nihilo habendum eſſe duxit. de D.

VITIUM. Cum tribuitur ei cui contrarium eſt virtus, ad animumque refertur, ſermone omnium latinè loquentium ſatis tritũ eſt: ſed aliis rebus inanimis quoq; tribuitur ab illis qui purè & emendatè ſunt locuti. Quod cum noſtri ignorent, aut barbaris, aut quæ iis rebus minus conveniunt, utuntur. Itaque hoc modo vitioſam conſuetudinem corrigant.

Si nihil eſt in parietibus aut tecto vitii, cætera mihi probabuntur. Ep.

Si ædes exeſæ corruerunt, vitiumve fecerunt.

Venditorem ejus rei quam vendat, vitia narrare. [B. Dat de verkoper verhaalt de fouten van dat ding, dat hy verkoopt. *G. Que l'Acheteur raconte les defauts de la choſe qu'il vend.* A. That a ſeller ſhall tell the faults of a thing that he ſelleth.]

Id igitur obvenit vitium, quod tu jam futurum eſſe

eſſe prædixeras. I. A.

Barbari *defectum* appellant.

Qui fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſet. in Ant.

Malè conjecta falſa ſunt, non rerum vitio, ſed interpretum inſcitia. de D.

Comitiorum ſolum vitium eſt fulmen. [B. Den blixem is alleen de fout der volksvergaderingen. G. *L'eclair eſt le ſeul defaut des Aſſemblées du peuple.* A. The lightning onely is the marring of the Aſſemblies of the people.]

Ut P. Claudius, ejuſque collega L. Junius claſſes magnas perdiderunt, quod vitio navigaſſent.

Conſules vitio creatos eſſe. de N.

Qui valetudinis vitio furunt. [B. Die door mangel of defect van hare geſontheit dol ſijn. G. *Qui ſont en furie par un defaut de leur ſanté.* A. who are mad by reaſon of defect or want of health.]

Sic Vitioſus, a, um.

Collega, quem ipſe fecit ſua nunciatione vitioſum.

Vitioſus conſul) [B. Een onwettig Borgemeeſter. G. *Un Bourguemaitre illegitime.* A. An unlawfull Conſul.] (*Salvis auſpiciis creatus.*

Is metuens ne vitioſum colligeret, etiam verum ſanguinem depravabat. de Clar.

Vitioſum & corruptum) (*Purum & incorruptum.*

Itaque ſiniſtra dum non exquirimus, in dira & vitioſa inquirimus. de D.

VITUPERATIO. Vis nominis non adeò obſcura eſt, ut declaranda his verbis fuerit: ſed quia vulgus Vituperium trivit pro Vituperatione, aut opprobrio reprehenſione, monendi lectores fuerunt, ut à Vituperio abſtineant, ſi Vituperationem doctorum effugere velint, nam veteres & veri Latini eo nomine non ſunt uſi.

Quod ad vitandam vituperationem valet. de Pro.

Cadere in aliquam vituperationem. [B. Tot eenige veragting komen. G. *Tomber en mépris.* A. To fall under ſome diſgrace.] At.

Eaque res P. Africano vituperationi fuit. de Cla.

Effugere vituperationem. [B. De veragting ontgaan. G. *Eviter le mépris.* A. To avoide or eſhew diſgrace, or blame.] At.

Culpæ reprahenſionem, & ſtultitiæ vituperationem reprehendere. in Ant. (*ſto ſuo liberavit.* de Ar.

Meque nonnulla vituperatione tarditatis meæ fa-

VIVO. Vivere in diem, in horam. Latinorum proprii modi, quibus eos notabant qui, ut Barbari dicunt, ſoliciti non eſſent de craſtino, qui nihil curarent.

Cum latronibus non ſolum die, ſed etiam in diem vivere. in A.

At hi qui in horam vivunt, non modò de fortunis & de bonis civium, ſed ne quidem de utilitate ſua cogitaverunt. in A.

Nos in diem vivimus. [B. wy denken niet om den dag van morgen. G. *Nous ne ſongeons pas au lendemain.* A. We doe not thing on on the day of to morrow.] *quodcunque noſtros animos probabilitate percuſſit, id dicimus.* Tuſc.

VIX *dum*, pro *Vix adhuc*, notum & pervulgatum non eſt.

Vix dum epiſtolam tuam legeram, cum &c. [B. Ik had nauwelijks uw brief gelezen, wanneer &c. G. *A peine avois-je leu vôtre lettre, lorsque &c.* A. I had hardly read your letter.] At.

Hæc ego omnia vix dum jam cœtu noſtro dimiſſo comperi. in C.

Cum tu vix dum triginta dies in Syria fuiſſes.

ULCISCOR. Vis verbi nota, ſed uſus non item. Cum accuſativo perſonę pauci jungunt. ut, *Ulciſci aliquem*, vulgo enim tritum eſt pro eo, Ultionem ſumere de aliquo: quo modo neque Cicero neq; veteres ſunt locuti. recentiorum enim vocabulum eſt Ultio, veteres Latini Vindictam dixerunt, non Ultionem.

Me ulciſci parentem negant oportuiſſe. [B. Zy ontkennen dat ik had behoren wraak te nemen over mijn Vader. G. *Ils nient que j'aurois dû venger mon pére.* A. They denie that I ought to revenge my father.] ad Heren.

Odi hominem, & odero, utinam ulciſci poſſem, ſed illum ulciſcentur mores ſui. At.

Ut per alium teipſum ulciſcantur, laborant. I. V.

Quos equidē õnibus ſententiis ulciſcor, & perſequor.

Craſſus tum ita Brutum ultus eſt. pro Clu.

Quos ego non tam ulciſci ſtudeo, quàm ſanare.

Ulciſci malè meritos oportet. ad Her.

ULTIMUS. Quænam propria vis ſit hujus nominis, vulgus ignorat: idcirco utitur pro extremo, & id eo ſignificat, quod Germanicè exprimimus per [B. Laatſte. G. *Le dernier.* A. The laſt.] Sed intervallum & loci ſpacium, & ultrà

& ultrà quàm ordinem ſignificat, ut,

Luna quæ omnium ultima eſt. de N.

Cœlum ipſum, quod extremum & ultimum mundi eſt. [B. Den hemel zelfs, die de uyterſte en de laatſte des werelds is. *G. Le Ciel même qui eſt à l'extremité & le dernier du monde.* A. The heaven it ſelf which is the laſt and extremeſt part of the world.] de D.

Ab ultimis temporibus ſcribendi exordium capio.

Omnium quicunq; ab ultimo principio hujus præceptionis uſque ad hoc tempus expoſitis copiis. de In.

*Si non ab ultimo initio repetere volemus,*ad Her.

*Tempus proximum,medium, ultimum.*de ProAr.

Pueritiæ memoriam recordari ultimam. pro Ar.

Aliquid ex ultimis terris arceſſitum. de Ar.

Hæc mihi videntur Ciceroni ultima eſſe in malis.

Luna ultima cœlo, citima terris. (*hoc tempus.*

Ab ultimo principio hujus præceptionis uſque ad

ULTRO citroque.

Quid Latini his vocibus ſignificabant paucis notum eſt. Idem enim iis exprimebant, quod noſtra lingua redderetur per [B. Heen en weer. *G. Aller & venir.* A. To and frouw.] *Nam viciſſitudinem, qua eadem via eatur & redeatur, aut beneficiorum aut verborum, notat.*

Qui ultro citroque navigant. [B. Die heen en weer varen. *G. Qui navigent en allant & en venant.* A. Who ſaile to and fro. I. V.

Poſtea homines curſare ultro citroq; non deſtiterunt.

Ultro citroque verſari. Ac. (*tibus.*de N.

Elementis ſurſum deorſum, ultro citroq; commean-

Cum ita moveatur illa vis, quàm qualitatem eſſe diximus, & cum ſic ultro citroque verſetur. Ac.

Verba habere ultro citroque, latinè ſignificat, quod vulgari more dicitur, *Ex utraque parte verba habere aut loqui.*

Multis verbis ultro citroque habitis, ille nobis conſumptus eſt dies. [B. Veel woorden over en weer geſproken hebbende is die dag van ons doorgebragt. *G. Nous avons paſſé ce jour là en debitant beaucoup de paroles de part & d'autre.* A. That day was ſpend by us in mutuall diſcourſes.]

Implicari ultro citroque, Beneficia dare & accipere ultro citroque: *Barbari,* Inter ſe invicem, aut etiam, Inter ſe mutuò.

Nam implicati ultro & citro, vel uſu diuturno, vel etiam officiis repentè. de Am.

Beneficia ultro citroque data & accepta. [B. Dienſten over en weer gedaan en ontfangen. *G. Des ſervices donnés & reçus de part & d'autre.* A. Services done and received on both ſides.] Off.

UNDE, *aut* duo de viginti, quadraginta.

Dixerunt veteres, pro quibus nos potius *Octodecim, Novemdecim, Triginta octo, novem &c.*

Is undeviginti annos natus erat eo tempore. de Cl.

Solem amplius duodeviginti partib. majorem eſſe quàm terra. [B. Dat de zon meer als 18 maal groter als d'aarde is. *G. Que le Soleil eſt 18 fois plus grand que la terre.* A. That the ſunne is more than eighteen timnes bigger than the earth.]

Duodequadraginta annos. [B 38. jaren. *G.* 38. *Ans.* A. Eight and thirty years.] *tyrannus Syracuſanorum fuit Dionyſius.* Tuſc.

UNIVERSUS, *a*, *um.*

Significari hoc nomine id cui Singuli, æ, a opponitur, ignotum eſt in vulgus.

Quæ ſi ſingula nos fortè non movent, univerſa certè movere debent. [B. Welke dingen indien hoofd voor hoofd ons miſſchien niet aandoen, zo moeten zy alle ons zekerlijk aandoen. *G. Lesquelles choſes ſi elles ne nous émeuvent peut être pas, chacune ſeparêment toutes enſemble certainement nous peuvent émouvoir.* A. Which things if they ſingle doe not move us, ought certainely to move us jointly.] de N.

Nec verò univerſo generi hominum ſolum, ſed etiam ſingulis à diis immortalibus conſuli debet. ibid.

Dii ſeparatim ab univerſis ſingulos diligunt. Ib.

Sive in ſingulis, ſive in univerſo genere cernatur.

Singula) (Univerſa. Ep.

Sic Univerſè.

Nam quid ego de cęteris civium Rom: ſuppliciis ſigillatim potius, quàm generatim atq; univerſè loquar. ? [B. Want wat ſpreek ik liever in 't byzonder van d'overige ſtraffen der Roomſe borgers als in 't generaal en 't univerſeel. *G. Car que parlaije plutôt en particulier des autres ſuplices des Bourgeois Romains, qu'en général & univerſellement.* A. For why ſhould I rather ſpeake particularly of the reſt of the puniſhments of the Roman citiezens than in generall and univerſally.]

In Cumano cum eſſem, venit ad me noſter Hortenſius,

ſius, cui depoſcenti mea mandata, cætera univerſè mandavi, illud probè, ne pateretur. At.

Nec tam irruptio pertimeſcenda, quæ, &c. quàm univerſè interitus. At.

UNUS *aliquis*, modus loquendi illis veteribus magis quàm nobis notus.

Cur nunquam tam frequens ſenatus fuit, quòd unus aliquis tuam ſententiam ſecutus ſit. (*conſulit.*

Utilitati hominū pluſquam unius alicujus, aut ſuę

Unum aliquem nominare. pro Clu.

Unum aliquem credo eligent. [B. Ik geloof zy zullen een zeker man verkieſen. *G. Ie crois qu'elles choiſeront un certain homme.* A. I beleeve they will chuſe a certain man.] Acad.]

Nobis non unum propoſuimus exemplum. de In.

Uni alicui certò ſeſe addicere. Ibid.

Vitia, quæ ſint in aliquo judice uno vel pluribus.

Sive plura ſint, ſive aliquod unum. Or.

VOCO. Vocare aliquem in diſcrimen, invidiam, & ſimilia, conſuetudine vulgari trita non ſunt. vulgus potius dicit, *Facere alicui invidiam, periculum, aut ut invideatur, &c.*

Vocari in crimen & invidiam. in V.

Qui claros viros in invidiam aliquam vocaverunt. [B. De beroemde mannen in eenige haat gebragt hebben. *G. Qui ont mis en haine des gens renommés.* A. Who have brought famous men in ſome invie or hatred.] pro Seſt.

Detrahere de aliquo & in invidiam vocare.

Aucupia verborum in invidiam vocant pro Cec.

Vocari in ſuſpicionem conjurationis. [B. Verdagt worden van een 't zamenzwering. *G. Etre ſoupçonné d'une Conjuration.* A. To be brought or come in ſome ſuſpicion of a plott.] in V.

Vocari in periculum & diſcrimen. [B. In perykel en gevaar gebragt worden. *G. Eſtre mis en peril & en danger.* A. To be brought in perill and danger.] pro Clu. (*nibus.*

Vocari aliquem in odium aut invidiam falſis crimi-

Vocari in eandem conditionem. Ep.

VOLO. Velle alicujus cauſa, aut alicui, dicebant Latini, cum favorem & benevolentiam alicujus erga aliquem ſignificarent. Sed genus hoc loquendi adeo neglectum eſt nunc vulgo, ut ſublatum de lingua Latina videatur.

Velle alicujus cauſa.) (*Volo ipſorum cauſa.* in V.

Velle ōnia cauſa alicujus)(*Si vellent noſtra cauſa.*

Omnium cauſa velle debeo. Ep.

Illud perficies, quo minus tua cauſa velim.

Si quid noſtra cauſa vis. Ep.

Sed planè volo his magiſtratibus, quorum voluntatem in ſupplicatione ſum expertus. At.

Varro ejus cauſa vult omnia [B. Varro wil alles om ſijnent wil. *G. Varron veut tout pour l'amour de lui.* A. Varro will doe all for his ſake.] Ep.

Ipſius cauſa vehementer omnia velle. Ep.

Valde ejus cauſa volo. Ep.

Regis cauſa ſi qui ſunt, qui velint. Ep.

VOLUNTARIUS.

Latini hoc nomine ſignificant, quod alii barbaro & novo vocabulo *Spontaneus.*

Nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ.

Multi ad te eunt voluntarii. [B. Vele komen uit haar zelven by u. *G. Beaucoup ſe rendent d'eux mêmes pris de vous.* A. Many come voluntaryly to you] ad Brut.

Carbo morte voluntaria. [B. Door een eyge willige dood. *G. Par une mort volontaire.* A. By a voluntary death.] *ſe à judicum ſeveritate vindicavit.*

Illa oratio fuit neceſſaria, hæc erit voluntaria.

Ut ſine ulla ſpe ad interitum ruerem voluntarium.

Eſt etiam Aſinius quidam Senator voluntarius, lectus ipſe à ſe. Si ſunt voluntarii inimici.

Virtutes animi non voluntariæ) (*voluntariæ.*

Voluntarium facinus. [B. Een ſchelmſtuk dat men vrywillig begaat. *G. Une méchante action qu'on commêt volontairement.* A. A voluntary peece of roquery or villany.] de In.

VOLUTATUS.

Volutatum eſſe in ſcriptis, aut autoribus pro diligenter verſatum, pervulgatum non eſt.

Ad Platonem & Ariſtotelem redeo, in quibus te video volutatum. Qu. Fr

In veteribus ſcriptis multum volutatus. [B. Zeer geoeffent in d'oude ſchriften. *G. Fort verſé dans les anciens Auteurs.* A. Very well exerciſed or verſed in old writings.] At.

USQUE.

Variis modis uſi ſunt veteres hac voce in oratione: quorum vel maxima pars vulgo ignoratur. Et in primis *Uſque dum*, ſine eo quod nos ſemper conjungimus, pervulgatum ſatis non eſt.

Mihi

Mihi quidem uſque curæ erit quid agas, dum quicquid egeris ſciero. [B. Ik zal zo lang zorg dragen wat gy doet, tot dat ik zal geweten hebben wat gy zult gedaan hebben. *G. Ie me chargerai de ce que vous faites, jus qu'à ce que j'aye ſur ce que vous aurés fait.* A. I ſhall ſo long take care or notice what you doe, till I ſhall know what you ſhall have done] Ep.

Duces prædonum domi tuæ, uſque dum per me tibi licuit, tenuiſti. in Verr. (*uſque dum ad navem.*

Quo uſq; inquies? quo ad erit integrum, erit autem

Res tacuit uſque dum inveniretur. pro Qu.

Uſque mihi temperavi, dum, &c. Ep.

Uſque eò dum, in eadem ſignificatione.

Uſque eo premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent. de N.

Uſque eò perſequi dum, &c. [B. Tot zo lang te vervolgen, tot dat. *G. De pourſuivre ſi long-temps juſqu'à ce que, &c.* A. To perſue long till &c.]

Uſque eò quoad, idem.

Uſque eò ſe tenuit, quo ad, &c. [B. Tot zo lang heeft hy zig ingehouden, tot dat hy &c. *G. Il s'eſt retenu juſqu'à ce qu'il dit.* A. He hath kept himſelf ſo farre within bounds.] pro Deiot.

Multa facimus uſque eò: dum, &c. Ac.

Uſque eò, ut, quod vulgo dicitur *In tantum. ut,*

Quod Amerinis uſque eò viſum eſt indignum, ut fletus gemituſque tota urbe fieret. pro S. R.

Nævius uſque eò fervet avaritia, ut, [B. Nevius is zo gierig, dat hy &c. *G. Nævius eſt ſi avare, qu'il &c.* A. Nævius is ſo chafed with covetouſneſs &c.] pro Q.

Non uſque eò cuperet, ut, &c. pro Q.

Qui uſque eò cuperet, ut, &c. [B. Die tot zo ver begeerde, dat &c. *G. Qui deſiroit juſqu'à ce point &c.* A. Who deſired ſo farre or ſo much]

Uſque eò non fuit popularis, ut patrimonium ſolus

Totum Semproniũ uſq; eò perago, ut &c. (*comeſſet.*

Uſq; à *vel* ab, tempori præterito ſæpe attribuitur & initium loco unde aliquid ducitur notant.

Tantus ex omnibus ſpectaculis uſque à Capitolio plauſus excitatus eſt. pro Seſt.

Aliquem uſque à mari ſupero Romam proficiſci.

Uſque ab Diano, quod in Hiſpania eſt. I. V.

Quod augures omnes uſque à Romulo decreverunt. [B. 'T welk alle de waarzeggers tot van Romulus af beſloten hebben. *G. Ce que tous les Aſtrologues ont établi depuis Romulus.* A. Which all the ſoothſayers from or ſince the time of Romulus have decreed.] in Vat.

Bona paterna & avita, & uſque à nobis repetita.

Uſque ab principe atque inventore Tiſia. de Or.

Jam uſque ab heroicis temporibus. [B. Tot van de helden tijden. *G. Depuis le temps des Heros.* A. From the times of the ancient Heros.]

Uſque à Thalete enumeraſti ſententias philoſophorum. [B. Tot van Thales af hebt gy opgetelt de gevoelens der Philoſophen. *G. Vous avés fait une ſupputation des opinions des Philoſophes depuis Thales.* A. You have enumerated the opinions of the Philoſophers from the time of Thales]

Accuſatio Pompeji uſque à toga pura. At.

Vſque iſthinc, *aut* inde, tritum quoque non eſt.

Ut eos uſque iſthinc exauditos putem. At.

Inde uſque repetens. [B. Tot van daar af aan ophalende. *G. Repetant depuis là.* A. Repeating from that time.] *&c. id eſt, à pueritia.* pro Arch.

Vſque à noſtris hominibus rarius accuſativo locum ſignificanti præponitur, quam à veteribus Latinis. putant enim ſolum conſequi debere, nunquam verò antecedere.

Sacerdotes uſque Ennam profecti ſunt. in V.

Quintus uſque Puteolos venit. [B. Quintus is tot by Puteoli gekomen. *G. Quintus eſt venu juſqu'à Puteoli.* A. Quintus is come to Puteoli.]

Theatrum ita reſonans ut uſq; Romam referantur.

Appius profectus eſt Tarſum uſque Laodiceam.

A Brunduſio uſque Romam, vidi, &c. in P.

Vſquequaque. Vulgo notum non eſt, ſignificari hoc vocabulo id cui contrarium eſt Nuſquam: vel Vndique, Maxima ex parte.

Hoc non alienum eſt, quod ad multa pertineat, ne aut nuſquam, aut uſquequaq; dicatur, hic admonere.

Aut undique religionem tolle, aut uſquequaque conſerva. [B. Of neemt de godſdienſt geheel en al weg of behout hem geheel en al. *G. Ou ôtés entierément la Religion, ou le preſervis entierément.* A. Either take away religion wholly or maintain it fully] I. A.

Nolite uſquequaque quidem quærere. I. V.

Uſquequaque ſapere oportet. Ep.

Hic loquebatur, & opinor uſquequaque. At.

An hoc uſquequaque aliter in una, & non ex maxima parte de tota judicabis? de Fin.

VSVCAPIO. Juriſperitorum verbum eſt. in vulgus planè ignotum. ſignificabant verò eo Latini acquiſitionem (ut jam loquuntur jureconſulti) ſive adjectionem dominii per continuationẽ poſſeſſionis, temporis lege definiti, ut, puta triginta aut quadraginta annorũ, ſi res mobilis ſit. Recentiores primam illam Præſcriptionem vocant, hanc verò Vſucapionem.

Eſſe ea dico quę cerni tangive poſſunt, ut fundum, ædes, parietem, ſtillicidium, mancipium, pecudem, ſupellectilem, penus & cætera, quo ex genere quadam interdum nobis definienda ſunt. non eſſe rurſus ea dico, quæ tangi demonſtrarive non poſſunt, cerni tamen animo atque intelligi poſſunt, ut ſi uſucapionem, ſi tutelam, ſi gentem, ſi agnationem definias. quarum rerum nullum ſubeſt quaſi corpus, eſt tamen quædam conformatio inſignita & impreſſa in intelligentia.

Uſucapionum & tutelarum jura.

Uſu capionem XII. tabulæ inter quinq; pedes eſſe voluerunt.

Vſucapio fundi, hoc eſt finis ſollicitudinis. [B. Een eigendom van de hofſtede door lang bezit des zelfs dat is 't einde van bekommering. G. *L'acquiſition d'un fonds de terre par une l'ongue poſſeſſion, mêt fin à tout ſouci.* A. The propertie of a farme acquired by preſcription makes an end of care and ſcruple.] pro Cæc.

VSVRA. Non ſatis divulgatum eſt, idem valere *Uſuram*, quod *Uſum*.

Parvam exigui temporis uſuram bonæ de me opinionis poſtulo.

Uſuram longi temporis, qua caruimus intermiſſa noſtra conſuetudine, &c. ſartiam. Ep.

Natura dedit uſuram vitæ tanquam pecuniæ nulla pręſtituta die. [B. De natuer heeft het genot van 't leven als van 't geld gegeven geen dag bepaalt hebbende. G. *La nature a donné l'uſage de la vie comme de l'argent, n'aïant fixé aucun jour.* A. Nature hath given the uſe of life as of money without fixing or determining a day] Tuſc.

Stoici uſurã nobis largiuntur tanquã cornicibus, &c.

Vos obſecro huic optimo viro uſuram hujus lucis ne eripiatis. [B. Ik bid ulieden beneemt aan deze beſte man het genot van dit dagligt niet. G. *N'ôtes point je vous prie à ce fort bon homme-ci l'uſage de ce jour là.* A. I pray you doe not take the uſe of the light of this day from this moſt excellent man.] pro R. P.

Lucis ne hanc uſuram eripere vis? pro Syll.

Cur piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſtis?

VSVS meus, ſuus, *aut* alicujus.

Pro *Utilitate*, aut *Ut mihi uſui ſit*. tritum conſuetudine vulgari nunc non eſt.

Tironem propter modeſtiam malo ſalvum, quam propter uſum meum. At.

Conciliare ſibi animos hominum, & ad uſus ſuos conjungere. [B. De genegentheden van de menſchen winnen en aan zijn intereſten verbinden G. *Gagner l'affection des gens, & les obliger d'embraſſer vos interêts.* A. To winne the hearts of men and to oblige them to his intereſt.]

Vſum eſſe, *pro* Opus eſſe, Neceſſe eſſe, *pauci nunc uſurpant.*

De cæteris ſtudiis alio loco dicemus, ſi uſus fuerit. [B. Van d'andere oefeningen zullen wy op een andere plaats ſpreken, zo't nodig is. G. *Nous parlerons des autres exercices dans un autre endroit, s'il eſt nêceſſaire.* A. We ſhall ſpeake of the other ſtudies in another place if it be neceſſary.]

Et reip. impartientis ſi quando uſus eſſet. Off.

Vſum eſſe, *aut* intercedere cum aliquo, *pro* Familiarem eſſe, *vulgare non eſt.*

Eſt mihi cum eo domeſticus uſus & conſuetudo.

Nam & inter noſmetipsos vetus uſus intercedit. [B. Want ook wy hebben familiaar met malkander geweeſt. G. *Car nous avons été familiers enſemble.* A. For there was alſo an old familiaritie between us] *& Atticus noſter majorem etiam mihi cum Coſſinio conſuetudinem facit.* Ep.

Mihi cum eo vicinitas & magnus uſus eſt.

Cum illo ſummus mihi eſt uſus. Ep.

Conjunctus magno uſu familiaritatis. [B. Verknogt door een grote gemeenſame omgang. G. *Lié par une converſation familiaire & étroite.* A. Joyned or knitt together by great familiaritie]

Uſu venire, *pro* Accidere aliquid alicui, *à vulgari conſuetudine alienum.*

Nunc venit idem uſu mihi. [B. Nu gebeurt my het zelve. G. *La même choſe m'arrive preſentement.* A. Now the ſame thing happens me.] *quod tu tibi ſcribis.* At.

Quid quod uſu memoria patrum venit. [B. Dit

zelfs

zelfs ten tyden van onſe ouders gebeurt is. G. *Ce qui eſt même arrivé du temps de nos péres* A. Which is happened in the time or memoire of our Fathers.] de Or.

Quid poteſt miſerius aut acerbius uſu venire?

Dicet enim præmeditatum fuiſſe, quid ſibi eſſet uſu venturum. ad Her.

Cum præſertim mibi uſu venturum non arbitrarer &c. Ep.

UT. Varium vim habet in oratione hoc vocabulum. Sed capitibus ea tantum notabimus & diſtinguemus, quæ vulgari ſermone noſtrorū Lat: non uſurpantur. Accuratius enim ſingula in libro de Particulis perſequemur. Significarunt Lat: idem per *Ut*, quod per *Poſtquam* aut Cū: *quod minime nunc pervulgatū eſſe videtur, ut,*

Ut illos libros de repub: edidiſti, nihil à te ſanè poſtea accepimus. de Cla.

Ut ab urbe diceſſi, nullum intermiſi diem. [B. Na dat ik uit de ſtad gegaan ben heb ik geen dag overgeſlagen. G. *Depuis mon départ de la ville, je n'ai point paſſé de jour.* A. As ſoone as I went out of the Citie I omitted no day.] *quin &c.*

Ut primum in illud oppidum venit. in V.

Ut primum è provincia rediit. in V.

Ut primum à tuo digreſſu Romam veni. At.

Qui ſimul ut increpuit, philoſophum relinquunt.

Simul ut ortum eſt. de Fin.

Qui ſimul ut me viderunt, inquiunt. [B. Die, zo haaſt ſy my geſien hebben, zeggen. G. *Qui auſſitôt qu'ils m'ont vu, diſent.* A. Who as ſoone as they have ſeen me ſay.] in V.

Ille continuò ut vidit, non dubitant tollere. in Ver.

Is ut me ſalutavit, ſtatim Romam profectus eſt.

At ille ut ingreſſus eſt, confeſtim gladiū diſtrinxit.

Statim ut Romam rediit. pro Qu.

Ut ſemel conſecutus ſum, &c. non deſtiti. At.

Ut ſemel exeunt, omnes peragrant inſulas.

Ut primum, &c. ſtatim. Ep.

Deinde pro *Etſi*, *Quamvis*, *Tametſi* tritum fuit olim, nunc vix notū. nos potius vulgari more, *Poſito aut conceſſo aut dato eo:* Latini verò ſic:

In quo ut jam ſit in iis culpa, qui me non defenderunt, non minor eſt in iis, qui reliquerant. Ep.

Nam quid de me dicam? cui ut omnia contingant, quæ volo, levari non poſſum. [B. Aan wie ſchoon alle dingen gebeurden, die ik wil, ik niet kan verligt worden. G. *Près de qui je ne ſçaurois être ſoulagé, quand même il arriveroit tout ce que je ſouhaite.* A. To whome however all things may happen which I deſire, I can not be made eaſy.]

Qui ut ſumma haberem cætera, temporis quidem certè vix ſatis habui. pro Qu.

Qui ut rationem non redderet, tamen &c. de D.

Qui ut nihil aliud, hoc tamen pro ſecit, dedit illi dolorem. At.

Quod ſi jam ita eſſet, ut eſſe non poteſt, tamen &c.

Etenim ut ſint auſpicia, quæ nulla ſunt, hæc certè.

Ut nihil adjungatur emolumenti. de In.

Ut ſtatim de jure aliquis concurrerit. pro Q.

Ut reſpiciamus omnia, quæ populo grata ſunt, nihil tam populare quàm pacem reperiemus. contra Rul.

Ut excellas etiam pulchritudine & viribus. [B. Hoewel gy overtreft en in ſchoonheid en in kragten. G. *Quoique vous excelliés en beauté & en forces.* A. Although you excell in beauty and ſtrength.] Off.

In admirandi ſententiis ferè *Ut, Quàm*, aut *Quomodo* ſunt quoque uſi.

Ut ille tum humilis, ut demiſſus erat. [B. Hoe gering was hy toen, hoe kleynmodig. G. *Comment étoit il humilié, rampant.* A. How meane and baſe he was.] At.

Noſter autem teſtis, ut ſe ſuſtentat, ut omnia verba moderatur. pro Flacc.

Qua ſuperbia cœnum illud ampliſſimi ordinis lachrymas repudiavit, meipſum ut contempſit.

Cæſar quomodo exultat victoria. [B. Hoe zeer is Cęſar met zijn overwinning in zijn ſchik. G. *Comment Cæſar eſt rempli de ſa victoire.* A How over joyed is Cæſar at his victorie.] At.

Ut illi efferuntur lætitia cum vicerint, ut pudet victos, ut ſe accuſari nolunt, ut cupiunt laudari.

VI pro *Ne*, aut quemadmodum vulgus loquitur, *Ut non:* cum conſequitur verba Metuendi.

Vereor ut idem interitus ſit animorum & corporū.

Timebam ut poſſem. pro Dom.

Tamen ne verearis ut poſſis &c.

Quoniam tu abfuiſti, vereor ut ſatis diligenter actum ſit.

Quod vereor tibi ipſi ut probem. [B. 't Geen ik vrees dat ik u niet zal konnen bewyzen. G *Ce que je crains de ne vous pouvoir prouver.* A. Which I feare I can not prove it to you.] At.

Vereor

Vereor ut his ipſis ſis contentus. At.

Quid metuebat? ut oppugnaretur à perdito? an ne accuſaretur à condemnato? pro Clu.

Sed cum ita latè pateat ejus poteſtas, quam veremur, ut terrarum orbem complexa ſit &c. Cic: M. Marc.

Accepi à te literas, quibus vereri videris, ut epiſtolas illas acceperim.

Omnes labores te excipere video, timeo, ut ſuſtineas.

Vereor ut Dolabella ipſe vobis ſatis prodeſſe poſſit.

Tamen ne verearis ut poſſint hæc contra Hortenſium contendere. pro Quinc.

Veretur Hiempſal ut ſatis firmum ſit & ratum.

Ne verendum quidem eſt, ut tenere ſe poſſit, ut moderari. in Anton.

Ut in exemplis ſubjiciendis adhibetur, & id ſignificat, quod noſtro more potius per Exempli gratia exprimimus.

Nonnullæ valetudinis ſignificationes ut hoc ipſum pleni enective ſimus, &c. quodam genere ſomniorum intelligi poſſe dicuntur. de D.

Ut amicitia, bona exiſtimatio. [B. Gelijk by voorbeeld vriendſchap en een goede naam. G. *Comme par exemple l'amitié & de la reputation.* A. As by example friendſhip and a good name.]

Quod genus, ut in jus eas, cum voceris. ad Her.

Ut ne, Duobus his verbis Latini idem ſignificarunt, quod ſolo *Ne* exprimi poteſt. Sed conſuetudo, non ratio magiſtra in his eſt putanda: quam ut imitemur, ſic loqui à Cicerone dicendi optimo magiſtro diſcamus.

Petivi non ut decernatur aliquid novi quod ſolet eſſe difficilius, ſed ut ne quid novi decernatur.

Sed tamen ita velim, ut ne quid properes, eidem.

Opera datur, ut judicia ne fiant. pro Mil.

Impetrant ut ne jurent.

Non tam ut te impediret, quàm ut ne quis propter exercitus cupiditatem, in Alexandriam vellet ire.

Ut eum à magiſtris ne abducam. (*mans &c.*

Modò hoc ita faciat, ut ne ipſe de ſe benè exiſti-

Me obſecrare cœpit, ut ne ſeſe lege defenderem [B. Hy heeft my beginnen te bidden, dat ik hem niet zou voorſpreken na de wet. G. *Il a commencé de me prier que je me le deffendiſſe pas ſuivant les loix.* A. He hat begunn to deſire me that I ſhould not defend him according to the law.

UTIQUE. Latini hoc nomine quemadmodum uſi ſint, quidque eo ſignificarunt, vulgus ignorat. Quotuſquiſque eſt, qui pro *Igitur*, aut *omnino* nunc utitur? *Ciceronem tamen uſurpaſſe exempla declarabunt.*

Quo die venies, utique cum tuis apud me ſis. [B. Op wat dag gy zult komen, weeſt tog met de uwen by my. G. *Quelque jour que vous veniés, ſoiés toujours près de moi avec les vôtres.* A. What ever day you come be with me with your friends. At.

Quæ quidem ego utique vel verſura facta ſolvi volo. Att.

Minuſculam villam utique Quinto traditurus ſum. [B. De kleyne hofſtede zal ik zekerlijk aan Quintus geven. G. *Je donnerai certainement la petite maiſon de campagne à Quintus.* A. I ſhall certainely give the little country houſe to Quintus)

Utique ſive hinc abiero, ſive hic ero oppreſſus, ea manet opinio.

Id unis literis datis, quæ ad me utique perferantur, cognoſcere.

Hoc quidem utique perficies. At.

Illud utique ſcire cupio. [B. Dat begeer ik wel te weten. G. *Voila ce que je deſire de bien ſavoir.* A. That I deſire to know well. At.

Utique ad me tabellarios mittas. At.

Quid cenſeas mihi faciendum, utique ſcribito. Attic.

Ego ut conſtitui, adero, atque utinam tu eadem die, ſive (quid enim multa?) utique poſtridie. At.

Romam utique ſtatim veni. At.

UTOR. Unum hoc verbum ſupereſt, quod reconditi & alieni aliquid habet à communi conſuetudine. Tribuerunt enim id Latini non ſolum iis quæ in noſtra poteſtate ſunt, ſed fortunæ etiam bonis aut malis extra nos poſitis. ut, *Uti adverſis ventis.* Vulgò *Bonam tempeſtatem*, aut *bonum ventum habere.*

Brunduſium venimus uſi tua facilitate navigandi. At.

Cum adverſis ventis uſi eſſemus [B. Wanneer wy tegen wind gehad hadden. G. *Lorsque nous umes u le vent contraire.* A. When we had had contrary winds. Ep.

Cum in ea urbe ſummis honoribus imperiiſque uſus ſit. At.

Homines honore uſi. [B. Menſchen eer-ampten bedient hebbende G. *Des gens qui ont été dans les charges d'honneur.* A. Men who have ſerved in poſts or places of honour.

Utrum turpe pace nobis, an miſero bello eſſe utendum. [B. Wat van beyden is ſchandelijk of vrede of een ellendigen oorlog te hebben G. *Quel des deux eſt le plus honteux, ou la paix, ou d'avoir une guerre honteuſe.* A. Which of both is baſe to have peace or a miſerable warr. At.

Antonius Cæſari regnum detulit, Cæſar uti noluit. in A.

Uti aliquo, *pro* Familiarem eſſe alicui, Verſari cum aliquo, *aut quod Barbari dicunt*, Multum habere agere cum aliquo, *pervulgatum non eſt.*

Lucius multum utitur Bruto. At.

Luceio Titione familiariſſimè utor. Ep.

Trebatio multos annos utor valde familiariter. (B. Ik ben zeer familiaar nu veel jaren lang met Trebatius. G. *Je ſuis depuis longues années fort familier avec Trebatius.* A. I am or live, in great familiarity ſince many years.

Utor ad omnia Q. Selicio. Ep.

F I N I S.

HADRIANUS
TT. S. CHRYSOGONI, S. R. E. PRESB.
CARDINALIS

Batonien. De Sermone Latino, & modis Latine loquendi.

EJUSDEM VENATIO

ad Aſcanium Cardinalem.

Item Iter Julij. II. Pontificis Romanorum.

CUM INDICE.

HADRIANUS CARDINALIS
SANCTI CHRYSOGONI CAROLO PRINCIPI HISPANIARUM SALUTEM.

COnſideranti mihi in hoc meo ſeceſſu Princeps maxime, genus latine loquendi, quod circa magni Ciceronis tempora politum, nitidum, candidum, naturali quadam copia felicitateque provenit, nihil admirabilius videtur, quam eos autores, viros illos quidem omni bonarum literarum artiumq; genere eruditos, uno propemodum modo, unaque, nativa, germanaq; lingua locutos eſſe: priores, poſteroſq; ita longe ab illo candore abeſſe, ut non idem Latinus ſermo, ſed aut omnino diſſimilis, aliuſve, aut prorſus mutatus eſſe videatur, ut jure dicat Quintilianus: Dicendi mutavimus genus. & poſt pauca: Quid multa? totus prope mutatus eſt ſermo. Feſtus vero Pompeius, Latine, inquit, loqui, à Latio dictum eſt, quæ locutio adeo eſt verſa, ut vix ulla pars ejus maneat innoxia. Cum autem mihi tantum nunc ocii ſit, quantum antea negotii eſſe ſolebat, & quod deo acceptum refero, ab omni reip: cura vacem, quæ res maxime literis deditum animum jam inde à puero, variis officiis, aut potius laboribus, ęrumniſq; disjunxerat, Latini ſermonis non vulgares, aut circumforaneos locos, ſed intimo eorum, quos dixi, autorum ſacrario abditos, & vetuſtate obrutos, eruere, & in lucem proferre curavi, tibiq; inſcripſi, quem naturę vis, patrius avituſq; ſplendor, & ineuntis fervor adoleſcentiæ, ut aliis animi corporiſq; dotibus, ita literis quoq; ad ſpem ſummam, culmenq; & faſtigium maximarum rerum excitat & adducit. Erat in animo proſequi cœptũ jam pridem opus, ſacros veteris inſtrumenti libros ex Hebræo ad verbum in Latinum ſermonem vertendi. Sed cum me procella temporis in Tridentinas rupes, quo Iudæi ob Simonis cędem ne aſpirare quidem audent, detruſerit, atq; animus inquies nihil agere non poſſet, hęc ſum aggreſſus, quę ſi gravitate, aut magnitudine paria non fuerint, utilitate quidem, ut arbitror, & ſplendore tuo non minora reddentur. Sed ratio, & quædam operis ſimilitudo exigere viſa eſt, ut commentariolum alium, quem de ſermone Latino nuper edideram, in quæ poſtea de modis Latine loquendi collegi, quaſi cujuſdam præfaciunculæ loco præponerem. Is autem erat ejuſmodi.

CUM Bononiæ viri me aliquot eruditi, officii cauſa conveniſſent, commentaremurque inter nos, ut fit inter literarum ſtudioſos, de Latini ſermonis elegantia, audiremq; eorum pleroſq; Apuleii, Sidonii, Capellæ, Fulgentii, non tam verbis, quam fœtoribus ſcaturire, verbaq; de induſtria promere aliorum etiam autorum, quæ aut obſoleta nimis, aut nova, & omnino barbara viderentur, multaque ego libere (ut ſoleo) contra eorum ſermonis inſolentiam non ſine ſtomacho, protuliſſem: idque eo animoſius eſſem aggreſſus, quod viderem non tam paucorum ipſorum, qui mecũ ita eſſent congreſſi, quã cæterorum fere noſtri temporis hominum, unum atq; eundem eſſe errorem, foreque brevi, ut relicta vetere, veraq; Latinitate, in aliam omnino linguam, & quaſi barbariẽ commigremus: ea omnia longiuſculo tractata ſermone, & altiore repetita principio, perpetuaq; oratione, idcirco colligere, ac literis mandare volui, ut qui hæc legerint, malorum autorum immitatione omiſſa, perfectos illos Latini candoris parentes agnoſcant, ſtudeant, æmulentur. Sed jam quid cum illis egerimus, exponamus.

QUatuor propemodum poſt Romam conditam, videntur Latinorum doctorum fuiſſe tempora: antiquiſſimum, antiquum, perfectum, imperfectum.

ANtiquiſſimum reperimus ab urbe condita perveniſſe uſque ad Livium Andronicum: intervallumque illud quatuordecim & quingentorum annorum fuiſſe, Marcus Tullius in Bruto commemorat. Et Horatius, primum hunc ſcriptorum fuiſſe ſignificat, cum dicit: Habet hos numeratque poëtas Ad noſtrum tempus Livi ſcriptoris ab ævo. In quo quidem temporis intervallo fuiſſe permultos doctos ſuſpicari magis, ut inquit Cicero, quam intelligere poſſumus, cum nulla penitus eorum extent in literis monumenta: præter orationem Appii Cæci: & quaſdam mortuorum laudationes, ſicut in Originibus ſcriptum reliquit Cato.

ANtiquum vero tempus id dicemus, quod ab ipſo Livio uſque ad ætatem Ciceronis interfuit: quod quidem vix centum annos, ut ex ipſo Cicerone colligitur, exceſſit. In hoc autem temporis ſpacio, etſi quamplurimi doctiſſimi viri floruerunt, eos tamen horridioribus verbis uſos, & ſine cultu, & verborum delectu locutos fuiſſe, Ciceronis ſequens ætas notavit, ut verũ id eſſe appareat, quod dicitur: Nihil eſſe ſimul inventum & perfectum.

Repertores

Repertores enim fuerant, & quaſi architecti latinitatis, ut præclare dicit Horatius: Cum lingua Catonis & Enni Sermonem patrium ditaverit, & nova rerum Nomina protulerit. Nam Livium anno ipſo ante Ennium docuiſſe fabulam, & Catonem Ennii fuiſſe æqualem ſcribit Cicero in Bruto, qui Livium inepte ſcripſiſſe teſtatur, dicens eum docuiſſe fabulam non ſatis dignam quæ iterum legeretur. Et de Ennio Ovidius de Triſtibus: Ennius ingenio maximus, arte rudis. Teſtificatur hoc ipſum Suetonius in libello de claris grammaticis iis verbis, Grammatica Romæ ne in uſu quidem olim, nedum in honore fuit, nullo liberalibus diſciplinis vacante. Initium quoque ejus mediocre extitit, ſiquidem antiquiſſimi doctorum, quidam & poëtæ, & ſemigraci erant. Livium & Ennium dico, quos utraq; lingua domi foriſq; docuiſſe adnotatum eſt. Catonis vero orationes, ut illis temporibus, valde Cicero in Bruto laudat. Addit tamen ſignificare illas formam quandam ingenii, ſed admodum impolitam, & plane rudem. Et paulo poſt, Antiquior, inquit, eſt Catonis ſermo; & quædam horridiora verba: ita enim tunc loquebantur. Et eundem jam deſitum legi teſtatur, cum ait, Catonem vero quis noſtrorum oratorum, qui quidem nunc ſunt, legit? aut quis novit omnino? Et ſubdit, non ignorare ſe, nondum ſatis eſſe politum hunc, & quærendum eſſe aliquid perfectius. Quo tempore etiam fuit Cornelius Cetegus, quem Cicero primum fuiſſe eloquentem affirmat, Ennii teſtimonio, qui in Annalibus ſuis ſic de eo ſcripſit: Additur orator Cornelius ſuavi loquente Ore Cetegus. Paulo vero poſt fuerunt Nevius, Plautus, Cæcilius, Pacuvius, Actius, C. Lælius, P. Scipio, Gracchi fratres Scævola, L. Craſſus, M. Antonius, Philippus, C. Cotta, & innumeri alii, quos ætas Ciceronis modo priſcos, modo veteres, modo patres, interdũ antiquos, aliquando ſuperiores appellat. Quos quidem veteres nimis antique, & pleraque dure locutos notavit Horatius, cum dicit:

> *Si veteres ita miratur, laudatque poëtas,*
> *Ut nihil anteferat, nihil illis comparet, errat.*
> *Si quædam nimis antique, ſi pleraque dure*
> *Dicere credat eos, ignave multa fatetur,*
> *Et ſapit, & mecum facit, & Iove judicat æquo:*

Cicero quoq; veterum illum ſermonem ſe quoq; improbare oſtendit, cum in Bruto dicit. Illius autem ætatis qui ſermo fuerit, ex Nevianis ſcriptis colligi poteſt: & ſubdit, Cecilium & Pacuvium male locutos videmus. Hinc Quintilianus: Actio, inquit, & Pacuvio nitor, & ſumma in excolendis operibus manus, magis videri poteſt temporibus, quam ipſis defuiſſe. Idem etiam dixit Lucretium non facere phraſim, id eſt, corpus eloquentiæ. Martialis etiam de iis ait, Actius & quicquid Pacuviuſq; vomunt. Et Cicero in Bruto, Carbonis, & Gracchi habemus orationes, nondum ſatis ſplendidas verbis ſed acutas, & ſubdit. C Gracchum de ſuperioribus ſolum lego: manus tamen extrema non acceſſit operibus ejus, præclare inchoat multa, perfecta non plane. Et iterum, L. Cotta cum verbis, tum etiam ſono quaſi ſubruſtico perſequebatur, atq; imitabatur antiquitatem. Et in eodem: Curionis loci ſane inanes, veruntamen nondum tritis noſtrorum hominum auribus, nec erudita civitate, tolerabiles. Et Quintilianus pueros monet, ne veterum admiratores ſint, dum ſic præcipit: Ne quis pueros antiquitatis nimius admirator in Gracchorum, Catoniſq;, & aliorum ſimilium lectione dureſcere velit, fiunt enim horridi & jejuni. Tum autem quod quaſi per gradus eloquentia ad perfectionem aſcenderit, teſtatur Cicero in eodem Bruto, cum dicit: Quæ fuerit aſcenſio, & quam in omnibus rebus difficilis optimi perfectio, atq; abſolutio, ex eo quod dicam, æſtimari poteſt. Et paulo poſt, connumeratis aliquot oratoribus, qui ſeni jam Ennio ſucceſſerant, ſubjungit: Iam enim erat quædam unctior & ſplendidior conſuetudo loquendi. Et ſubdit: Sergius deinde Galba princeps ex latinis contulit orationi propria ornamenta. Videre licet alios deinde gradus, cum idem Cicero ſubdit: L Furius Pilus per bene loqui latine putabatur, literatiuſq; quam cæteri. L. Scævola paulo etiam copioſior. & addit: Erat etiam Philippus in primis, ut temporibus illis, Græcis literis inſtitutus. Et in eodem Bruto: ad Gracchorum ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit. Eloquentiæ autem veluti gradus, ut dixi, factos eſſe docet idem Cicero in Tuſculanis, dicens: At contra oratorem celeriter complexi ſumus, nec eum prius eruditũ, aptum tamen ad dicendum, poſt autem eruditum. Nam Galbam, Africanum, Lælium doctos fuiſſe memoriæ traditum eſt. Studioſum autem eum, qui iis anteibat Catonem, poſt vero Lepidum, Catonem, Gracchos, deinde ita magnos noſtram ad ætatem, ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. Et alibi, P. Scipio Latine

 loquendo

loquendo omnes ſuperabat. Et iterum, Quinti Catuli non antiquo illo more, ſed pene hoc noſtro. Et Cicero in eodem Bruto notat ætatê ętati ſuæ proximam, nondum perfecte locutam, dicens. Inferioris autem ætatis erat proximus L. Siſenna doctus vir, ſtudiis optimis deditus, bene Latine loquens. Hujus omnis facultas ex hiſtoria ipſius perſpici poteſt. Qui cum facile omnes vincat ſuperiores, indicat tamen quantum abſit à ſummo: nam uſus eſt aliquando veteribus verbis, & ab uſu perfecto & auribus eruditis remotis. Recte enim loqui putabat eſſe, inuſitate loqui. De iis gradibus Quintilianus ita meminit. Fuerunt quædam genera dicendi, conditione temporum horridiora, alioquin magnam vim ingenii præ ſe ferentia. Hinc ſunt Lælii, Africani, Catones, Gracchi, mediam illam formam tenet L. Craſſus, Q. Hortenſius: tum deinde effloreſcit non multum inter ſe diſtantium hujuſmodi oratorum ingens proventus. Sed Cornelius Tacitus de claris oratoribus, hanc diſtinctam imperfectionem notat iis verbis, Quod ad Ser. Galbam, & C. Lælium attinet, & ſi quos alios antiquorum agitare non deſiſtis, non exigit defenſionem, cum fatear quædam eloquentiæ eorum, ut naſcenti adhuc, nec ſatis adultæ defuiſſe. Sed hanc nimiam vetuſtatem Cicero omnino explodendam in Bruto monet. Sed nimia, inquit, vetuſtas nec habet eam, quam quærimus ſummitatem, nec eſt ſane tolerabilis.

HActenus de tempore antiquo, deinceps de perfecto dicemus. Cęſar, ut idem Cicero refert, rationem adhibens, conſuetudinē priſci ſermonis vitioſam, & corruptam, pura & incorrupta conſuetudine emendabat, ſplendidam quandam, minimeq; veteratoriam rationem dicendi tenens, ſcripſitq; ad Ciceronem de ratione latine loquendi, ac primo in libro dixit, Verborum delectum originem eſſe eloquentiæ, ejuſq; copiæ principem, inventoremq; Ciceronem eſſe. Quod affirmare videtur & ipſe Cicero, dum in Bruto ſic loquitur. Certe nos & boni aliquid attulimus juventuti, magnificentius quam fuerit illud genus dicendi, & ornatius, & nocuimus fortaſſe, quod veteres orationes poſt noſtras, non à me quidem, meis enim illas antepono, ſed à plæriſq; legi ſunt deſitæ. Et ſubdit. Cū autem ex Sicilia me recepiſſem, jam videbatur in me quicquid eſſet, eſſe perfectum, & habere maturitatem quandam ſuam. Fuiſſe autem eandem perfectionem in pleriſque Ciceronis æqualibus, teſtatur idem in eodem libro, ubi connumeratis compluribus ſui temporis oratoribus. Nec ulla, inquit, ætate uberior oratorum fœtus fuit. Et in eodē, triginta annis mihi Craſſus ætate præſtabat. Quod idcirco poſui, ut dicendi prima maturitas, in qua ætate extitiſſet, poſſet notari, & intelligeretur jam ad ſummum pene eſſe perductam, ut eo nihil ferme quiſquam addere poſſit. Et idem in Tuſculanis, non ſolum perfectionem ætatis ſuæ teſtatur, ſed interituram brevi eloquentiam prædicit: Oratorum, inquit, laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, ut jam quod natura fert in omnibus rebus, fere ſeneſcat, breviq; tempore ad nihilum ventura videatur. De cujus ætatis perfectione, Cicero in quadam epiſtola ad Atticum de Tulliola filia loquens, Ergo, inquit, iis temporibus tam eruditis quantum fieri poterit, illam conſecrabo omni genere monumentorum. Et Horatius:

Venimus ad ſummum fortunæ, pingimus atque Pſallimus, & luctamur, Achivis doctius unctis.

Et Solinus de Auguſto loquens: Quod tempus, inquit, ferme ſolum repertum eſt, quo plurimum & arma ceſſarunt, & ingenia floruerunt. Et Plinius de Naturali hiſtoria, de M. Varrone loquens: In illa, inquit, ingeniorum quæ tunc fuit multitudine. Et Horatius veterē ætatē carpens, & ſuā perfectam affirmans, de Lucilio ſic ſcribit:

Si foret hoc noſtrum fato delapſus in ævum, Detereret ſibi multa recideret omne quod ultra
Perfectum traheretur: & in verſu faciendo Sæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues.

Et Quintilianus poſtquam ut potuit, defendit Luciliū à nota Horatii, qui eum fluere lutulentum dixerat: perfectiorem eo Horatium fatetur, cum dicit: Multo eſt terſior, ac purus magis Horatius. Hanc perfectionem idem Quintilianus dat Tibullo, dicens: Terſus atq; elegans videtur eſſe Tibullus, ſunt qui Propertium malint. Et idem de Vergilio loquens: ut illi naturæ cęleſti, atq; immortali ceſſerimus: ita curæ & diligentiæ. Et ſubdit: Cęteri longe ſequentur. Et de Cicerone: Nec vero quod in quoq; optimum fuit, ſtudio conſecutus eſt tantum, ſed vel plurimas, aut potius omnes, ex ſeipſo virtutes extulit immortalis illa ingenii, & beatiſſima ubertas. & ſubdit: Ut non hominis nomen ſed eloquentiæ videatur. Et de Cæſare, quod perfecte loqueretur, Cicero in Bruto: Cæſar Latine loquebatur elegantiſſime, nec id ſolum domeſtica conſuetudine, tamen ut eſſe perfecta illa bene loquendi laus, multis literis, & iis quidem reconditis, & exquiſitis ſummo ſtudio & diligentia eſt conſecutus. Erat præterea Hortenſius, (ut inquit Cicero) verborum ſplendore elegans. Erant in L. Torquato plurimæ literæ, nō hæ vulga-

res, ſed interiores, & recondita, & ſumma verborum gravitas, & elegantia. L. Domitius nulla quidem arte, ſed Latine dicebat. Erat Piſoni verborum delectus elegans. In M. Claudio autem verbum nullum, aut durum, aut inſolens, aut humile, aut in longius ductum. Marcellus lectis verbis utebatur. Quid plures hujus ętatis coner pręterea conquirere? quorum nomina ut doctiſſimorum virorum multis in locis connumerata comperire poterimus: Scripta autem cum ſint vetuſtate deleta, nuſquam reperiemus: quin potius ejus temporis ea proferamus, quorum monumenta quotidie in manibus verſantur. Lege multorum epiſtolas, quę inter Ciceronis epiſtolas leguntur, ut Servii Sulpitii, M. Marcelli, Q. Metelli Celeris, Q. item Metelli nepotis, P. Vatinii, L. Luceii, M Bithinii Curionis, M. Cælii, Dolobellæ, Gn Planci, Galbę, C. Aſinii Pollionis, M. Lepidi, A. Cæcinnæ, Decii Bruti. M. item Bruti, C. Caſſii, C. Marii, P. Lentuli, Trebonii, M. Catonis, C. Cæſaris, Gn. Pompeii, Q. Ciceronis filii, Cornelii balbi, Oppii, Hircii. Quos & pene infinitos alios eruditiſſimos viros florentiſſima hæc Ciceronis ætas effudit. dices in hac ſola ineſſe ſuccum illum, & quaſi ſanguinem incorruptæ Latinitatis: ac non fucatum ſed naturalem quendam eloquentiæ nitere candorem, pari propemodum ingenii fœlicitate, & verborum elegantia: ut ſi titulos dempſeris, illas non facile à Ciceronis epiſtolis internoſcas: Quod præclare Cornelius Tacitus de claris oratoribus comprobat, cum dicit: Sicut apud nos Cicero quidem cæteros eorundem temporum diſertos anteceſſit, ſic Calvus & Aſinius, & Cæſar, & Brutus jure prioribus & ſequentibus anteponuntur. Nec refert quod inter ſe ſpecie differant, cum genere conſentiant, at aſtrictior Calvus, numeroſior Aſinius, ſplēdidior Cæſar, amarior Cælius, gravior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero: Omnes tamen eandem ſanctitatem eloquentiæ ferunt, ut ſi omnium pariter libros in manum ſumpſeris, fatearis quamvis in diverſis ingeniis eſſe quandam judicii ac voluminis ſimilitudinem, & cognationem.

SEd de jam imperfecto, & corrupto potius, ac vicioſo tempore, ut propoſuimus, aliquid afferamus. Secuta poſt ætatem Ciceronis alia doctorum ætas, ſatis vel eorum proprio teſtimonio indicavit, non ſolum quantum à cacumine & faſtigio præcedentis ętatis abfuerit: verumetiam mutato dicendi genere, & eloquentia omni prope in barbariem verſa, ad imum celerius quidem quam aſcenderat, properarit: Quod ut luce clarius videatur, pauca qua ex multis brevitatis cauſa collegi, labenti ſtilo veluti quodā inducto ſermone ſubnectā. Seneca in prologo primæ declamationis: Ut poſſitis, inquit, æſtimare quantum quotidie ingenia decreſcant: & neſcio qua iniquitate, & ad malum pronitate naturæ, eloquentia ſe retro tulerit. Quicquid habet Romana facundia, quod inſolenti Gręcię aut opponat, aut pręferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia quę lucem noſtris ſtudiis attulerunt, tunc nata ſunt. In deterius quotidie data res eſt, ut ad ſummum perducta rurſus ad infimum velocius quidem quam aſcenderat, relabatur. Quod etiam affirmat Statius in epiſtola Syluarum ſuarum, dicens. Manlius certe Vopiſcus vir eruditiſſimus, qui vindicat à ſitu literas jam pene fugientes. Et Quintilianus: Dicendi, inquit, mutavimus genus, & ultra nobis quam oportebat indulſimus. Et alibi Quid multa? totus prope mutatus eſt ſermo. Et Diomedes grammaticus hanc literarum bonarum quaſi ruinam teſtatur, cum dicit. Injecit poſtera ętas manum: & veluti diſciplinam priſtini ſęculi, ita ſermonem faſtidire cœpit, & nova veluti parturire verba. Et alibi quaſi ante oculos ponit non ſolum imperfectionem ſui ſeculi, ſed etiam noſtri, dum ait: Quid quod nihil jam proprium placet, dum parum creditur diſertum, quod alius dixerit? A corruptiſſimo quoque poëtarum figuras, ſeu tranſlationes mutuamur, tum demum ingenioſi, ſi ad intelligendos nos opus ſit ingenio. Et A. Gellius: Animadvertere eſt pleraque verborum Latinorum ex ea ſignificatione, in qua nata ſunt deceſſiſſe, vel in aliam longe, vel in proximam: eamq; deceſſionem factam eſſe conſuetudine, & inſcitia temere dicentium: quę cujuſmodi ſint, non didicerunt. Cornelius vero Tacitus in eo libello, quem de claris oratoribus ſcripſit, hęc omnia latius perſequitur, cum in dialogo Maternum querentem inducit: Exprime, inquit. Materne cauſas, cur tantum ab eloquentia eorum receſſerimus, cum pręſertim centum viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit. Et ſubdit. Quis enim ignorat eloquentiam, ac cęteras deſciviſſe ab iſta vetere gloria? non inopia hominum, ſed deſidia juventutis, & negligentia parentum: & inſcitia pręcipientium, & oblivione moris antiqui. Quę mala primum in urbe nata, mox per Italiam fuſa, jam in provincias manant. Quod adeo negligitur horum temporum diſertis, ut in actionibus eorum, in quoque verbo quotidiani ſermonis fœda ac pudenda vitia deprehendantur Et ſubdit: Ut in pauciſſimos ſenſus, & anguſtas

Scribendi recte ſapere eſt, & principium, & fons: & in bonis omnia quæ ſumma ſunt, jure laudantur: verborum bonorum delectus eſt in primis ſapienter habendus, idque facile aſſequemur, ſi delegerimus noſtratia, non peregrina: propria, non inepte tranſlata: uſitata, non nova: pura, non horrida: luminoſa, non tenebroſa. Quod contingere certe nulli poterit, niſi ei, qui oratores divinæ illius Ciceronis ætatis perlegerit. Sublimitas enim, & magnificentia, & nitor, & autoritas ex optimis illis ejus ſæculi autoribus tantummodo provenit: ii ſoli locutionem emendatam & Latinam originem, & quaſi ſolum ac fundamentum quoddam eloquentiæ poſuerunt. Inſequentium autem autorum lectio, doctrinam quidem diverſarum rerum conferre poterit, elegantiam autem & nitorem verborum non poterit: quin potius mixtura verborum, quibus illi uſi poſtea fuerunt, omnem prope florem incorrupti illius ſermonis, quem quis ex optimorum lectione collegerit, brevi quaſi de manibus excutiet, barbarumq; omnino reddet. Cum autem quicquid literis mandatur, id commendari omni eruditorum judicio deceat: ſitque decus hominis ingenium, ingenii vero eloquentia: nec tam præclarum ſcire latine, quam turpe neſcire: eniti, & toto (ut ajunt) pectore incumbere debemus, ut non vulgares literas, ſed interiores & perfectas, verborum gravitatem & elegantiam, nitorem & candorem, atque veram denique Romani ſermonis eloquentiam, de perfectorum illorum quos connumeravi, autorum fontibus hauriamus. Abjecta, obſoleta, priſca nimium & vetuſta priorum, novaque omnia ſequentium autorum fugiamus. Sed in hoc verborum delectu aurium quoque quoddam judicium adhibendum eſt: quod non arte aliqua perpenditur, ſed quodam quaſi naturali ſenſu, prudentiaque percipitur. Cum vero ex verbis omnis conficiatur oratio, atque idcirco illuſtria verba ex optimo quoque id ætatis autore legenda ſint, ut latina & elegans ſurgat oratio: Id quoque maxime obſervandum eſt, ne qua nimis elaborata concinnitas, lumen eloquentiæ potius extinguat, quam accendat. Removendus erit igitur (ut ait Cicero*) omnis inſignis ornatus, nec calamiſtri quidem adhibebuntur, fucati etiam medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: elegantia tantum & munditia quæratur: ſermo purus & Latinus remaneat, dilucidus, luculentus, politus, planus: quod deceat, circumſpicietur. Omnis enim pars orationis eſſe debet laudabilis, ſic ut verbum nullum niſi grave aut elegans excidat. Cunq; in omnibus rebus videndum ſit, quatenus, ne noſtra modum excedat oratio, una breviq; Cic: clauſula cōcludemus Sit, inquit, modo is, qui dicet, aut ſcribet, inſtitutus liberaliter, educatione, doctrinaq; puerili, & flagret ſtudio, & à natura adjuvetur: & univerſorum generum infinitis diſceptationibus exercitatus, ornatiſſimos ſcriptores, oratoreſq; ad imitandum cognorit: næ ille haud ſane, quemadmodum verba ſtruat & illuminet à magiſtris iſtis requiret, ita facile in rerū abundantia ad orationis ornamenta (duce natura ipſa, ſi modo eſt exercitata) labetur. Hæc ille. Exercitatione autem hæc omnia facile conſequemur. Stylus enim optimus ſcribendi artifex, ſtructurā non inopem, non minutam, non interpunctam, ſed locupletem, numeroſam, aptamq; conficiet. Omiſſis igitur & repudiatis novitiis iſtis, & ſemidoctis, qui ignobilia nimis, & ſordētia, novata, fictaq; verba de imperfectis autoribus eruere, & in uſum latinæ linguæ introducere, ac veluti civitate donare, & quaſi in latinam coloniam deducere geſtiunt literarum oſtentatione, inepti verius quam glorioſi, elaboremus veluti apes lectiſſimis floribus inſidere. Proſequi enim quod quiſq; unquam, vel contemptiſſimorū hominum dixerit, aut nimiæ miſeriæ eſt, aut certe inanis jactantiæ, & detinet atq; obruit ingenia, melius aliis vacatura. Eruditionem vernaculam, ac plebeiam, & verborum monſtra vitemus eorum hominum, qui inquinate, & parum compoſite, minuſq; eleganter ſcripſerunt, quorū ita eſt confuſa oratio, ita perturbata, tantaq; inſolentia ac perverſitate verborum interlita, ut oratio, quæ lumen rebus adhibere debet, obſcuritatem potius, & tenebras afferat. Dum enim exquiſitis, noviſq; verbis uti volunt, infantiſſimi reperiuntur: qui veluti Siſennæ Simioli, cum emendatores uſitati ſermonis eſſe velint, deterreri non poſſunt, quominus inuſitatis verbis utantur, nihil aliud recte & latine loqui putantes, niſi nove & inuſitate loqui. Verbiſq; impropriis gaudentes, redundantibus, obſcuris, ambiguis, novis, Græcanicis: quo magis eorum expurgandus eſt ſermo, fugiendaq; barbaria, ediſcendaq; de Cicerone, & Ciceronis æqualibus vera Latinitas: quæ nihil aliud eſt, niſi incorrupta loquendi obſervatio ſecundum Romanam linguam. Cujus (ut dixi) licet veteres illi, quos connumeravi, quaſi genitores extiterint: eam tamen ſæculum illud Ciceronis emendavit, excoluit, expolivit. Sed ſatis ſit hoc admonendi, non docendi cauſa dixiſſe, propter agreſtes quoſdā, & indomitos certatores Qui cum imitari neſciant autores bonos, malos cauſa novitatis extollunt.* Nec *id vitio mihi dari debet. An (ut ait Varro) reprehendendus ſit, qui orationem minus valentem propter malam conſuetudinem traducit in meliorem? An cum quis perperam conſueverit quid facere in civitate, non modo Patiemur, ſed etiam pœna afficiemus? Idem, ſi quis perperam conſueverit dicere verbum, non corrigemus, cum id fiet ſine pœna? Adde quod perfugio literarum nihil gratius, nihil jucundius, nihil homine libero dignius invenio. Agitatio enim mentis inſtitutæ ad agendum ſemper aliquid dignum viro, tantiſper acquieſcit, dum in literarum ſtudiis verſatur. Ea enim, vel diſcendo, vel ſcribendo alitur, in eoque ſcientiæ & cognitionis delectatione perfunditur. Fitque (ut ait M. Varro) ut dum iſta muſſitamus, pluribus horis vivamus: quanquam ea demum, ſolaque dicenda eſt vita, quæ ſine* CHRISTO *deo non vivitur. Vale.*

HA-

HADRIANUS CARDINALIS DE MODIS LATINE LOQUENDI.

MIROR admodum poſt aureum illud Ciceronis ſæculum, pleroſque doctiſſimos viros, quam ad noſtram uſque memoriam, multa eruditiſſime ſcripſerunt, ne odoratos quidem eſſe tam ſuaves dicendi floſculos, qui paſſim fragrant, & eniteſcunt in lectione perfectiſſimorum autorum, quos quaſi invictiſſimos Heroas immortalis illa, ac prope cæleſtis Ciceronis ætas, veluti equus ille Troianus effudit, è quibus ego (quod ſine arrogantia dixerim) accurate, diligenterque nonnullos collegi ac propemodum in faſciculos manipuloſque ſingillatim, ac ſuo quenque loco diſpoſui: quo & his literulis deſiderium urbis Romæ, à qua tot jam annos abſum, lenirem, & ſimul ut bonarum literarum ſtudioſis, ac poſteritati utcunque prodeſſem. Cum autem ſint nonnulli, qui non modo elegantiam verborum, ſed proprietatem ipſam, & verum ac nativum dicendi ſuccum nihili faciant, ad ſenſa vero ſola reſpiciant, in eaque hæreſi ita hæreant, atque albeſcant, ut ad ſuam opinionem etiam leges ei capillos attrahant repugnantes. Adducunt enim Ulpianum, qui de adimendis legatis, lege, Si quis, *Sed melius eſt,* inquit, *ſenſum, quam verba amplecti.* & eundem de præſcriptis verbis, lege, *Natura rerum inductum eſt, ut plura ſint negotia, quam vocabula,* & Celſum de legibus, *Scire leges, non hoc eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem habere.* & Paulum de fundo inſtructo, lege. Cum Declamationis: *Optimum ergo eſſe.* Pedius ait, *non propriam verborum ſignificationem ſcrutari, ſed in primis quid teſtator demonſtrare voluerit.* Idem non attendunt, id ſolum à juriſconſultis præſcribi, cum quid manifeſte colligitur, aliud quem ſenſiſſe, quam dixiſſe, aut ſcripſiſſe, quod præcipue in teſtamentis uſu venire ſolet. In cæteris vero veluti capite ſancitum eſſe, ut proprietas verborum, quibus ſingulis tota oratio conficitur, omnino obſervetur. Nam quis neſcit proprietate verborum neglecta, quibus totum orationis corpus, velut quibuſdam filis contexitur, orationem ipſam conturbari, incertamque, & ambiguam reddi? Quam opinionem à legibus profectam, leges ipſæ aperte poſtea infirmant, ut Martianus de legatis tertio, *Non aliter,* inquit, *à ſignificatione verborum recedi oportet, quam cum manifeſtum eſt aliud ſenſiſſe teſtatorem.* Et ſubdit, *Cum plerunque abuſive loquantur, nec propriis nominibus, ac vocabulis ſemper utantur.* Et Scævola de ſuppellectili legata, lege, Labeo, *Non enim,* inquit, *ex opinionibus ſingulorum, ſed ex communi uſu, nomina* (inquit *Servius*)

exaudiri debere. Et ſubdit. *Et quidem non arbitror quenquam dicere quod non ſentit, ubi maxime nomine uſus ſit, quo id appellare ſolet.* Et poſt paulo. *Non tamen à Servio diſſentio, non videri quenquam dixiſſe, cujus non ſuo nomine uſus ſit.* Et Paulus de rebus dubiis, lege. *In ambiguo ſermone non utrunque dicimus, ſed id duntaxat quod volumus. Itaque qui aliud dicit quam vult, neque id dicit, quod vox ſignificat, quia non vult, neque id quod vult, quia id non loquitur.* Similiter ſentire videtur Diodorus, cui Crono cognomentum fuit. *Nullum*, inquit, *verbum eſt ambiguum:* nec quiſquam ambiguum dicit aut ſentit, nec aliud dici videri debet, quam quod ſe dicere ſentit is qui dicit. At cum ego, inquit, aliud ſenſi, tu aliud accepiſti: obſcure magis dictum, quam ambigue videri poteſt. Quare (ut in Bruto ait Cicero) cum confluxerint in hanc urbem multi inquinate loquentes ex diverſis locis, eo magis expurgandus eſt ſermo, & adhibenda ratio, quæ mutari non poſſit: nec utendum praviſſima conſuetudinis regula. Nam cum eloquentia (ut ait Cicero de optimo genere oratorum) conſtet ex verbis & ſententiis: perficiendum eſt, ut pure, & emendate loquentes, quod eſt Latine, verborum & propriorum, & tranſlatorum elegantiam perſequamur, ſed jam quod inſtat agamus.

QUam abſtruſus, & quamdiu apud veteres veluti de induſtria latitans modus hic dicendi à multis non intellectus, à nullis fere recte obſervatus eſt?

Acceptum enim referre, & expenſum ferre nemo hactenus (quod ſciam) recte collegit. Quę verba cum frequenter apud bonos autores divinæ illius Ciceronis ætatis legiſſem, collatis locis, & diſcuſſis, id videtur mihi eſſe acceptum referre, quod perverſo loquendi modo dicunt ponere ad introitum. Expenſum autem ferre id eſſe, quod corrupto ſermone dicunt ponere ad exitum. Quod ut clarius cognoſcatur, loca ipſa, quæ collegi, ponere, & paulo altius repetere ſtatui. Duæ erant apud veteres tabulæ, ut etiam nunc fit. Una accepti, altera expenſi. Hæ poſtea mutato dicendi genere, ut in pleriſque aliis, à multis tabulæ dati & accepti dictæ ſunt. Sed nos optima quæque verba latina quærenda cenſemus, barbara & nova relinquenda. Quod autem accepti & expenſi tabulæ vocarentur, Cicero teſtatur pro Roſcio Comœdo, cum dicit: *Tabulas Fannius accepti & expenſi profert ſuas.* Et paulo poſt: *Utrum cætera nomina in codicem accepti & expenſi digeſta habes, an non?* & ibidem: *Non habere ſe hoc nomen in codice accepti, & expenſi.* & in eodem: *Quando ſextertium.* CCCLIII. *in codice accepti & expenſi non ſunt?* & ſubdit: *Tum in codice acceptum & expenſum eſſe debuit.* Plautus in Moſtellaria: *Bene igitur ratio accepti atque expenſi inter vos convenit.* Cicero in Verrem. *Nunc ad ſociorum tabulas accepti & expenſi revertamur.* Cum autem ſcribebant in tabula accepti, ſe pecuniam ab Tito accepiſſe, Titio dicebant pecuniam acceptam referre: Ubi vero in altera tabula notabant ſe pecuniam Titio dediſſe, Titio ſcribebant pecuniam expenſam ferre. Declarat hoc Aſconius Pedianus, cum dicit: *Quæſtores urbani ærarium curabant, ejuſque pecunias expenſas & acceptas in tabulas publicas referre conſueverant, ex quibus poſtea modus loquendi tranſlatus eſt, ut cum quid officii in nos ab aliquo conferatur, id nos illi acceptum referre: contra ſi quid ab eo adverſi accidat, improbitati illius expenſum ferre dicamus*, utrunque genus loquendi, quæ his ſubſcripſimus loca manifeſtius demonſtrabunt.

Cic. pro Aulo Cecinna: *Hac emptione facta, pecunia ſolvitur à Ceſemnia, cujus rei putat iſte rationem reddi non poſſe, quod ipſe tabulas everterit, ſe autem habere argentarii tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaque relata, quaſi id aliter fieri oportuerit, cum omnia ita facta eſſent, quemadmodum nos defendimus.*

Idem in Verrem: *Propter quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quam Verres illi expenſum tulit.*

In eundem: *Homo ſtultiſſime, atque amentiſſime, tabulas cum conficeres, & cum extraordinaria*

ordinaria pecunia crimen ſubterfugere velles, ſatis te elapſurum omni ſuſpitione arbitrabare, ſi quibus pecuniam credebas, iis expenſam non ferres, neque in tuas tabulas ullum nomen referres, cum tot tibi nominibus Curtii referrent, quid proderat tibi expenſum illi non tuliſſe?

In eundem. *Fœneratio erat ejuſmodi judices, ut etiam hic quæſtus huic cederet, nam quas pecunias ferebat iis expenſas, quibus cum contrahebat, aut ſcribæ iſtius, aut Timarchidi, aut etiam ipſi iſti referebat acceptas.*

In eundem. *Si mihi acceptum non retuliſſet, putabat ſe aliquid defenſionis habiturum.*

In eundem Verrem, *Sexcenta milia accepta pupillo Malleolo retulit.* Et ſubdit: *Quando Chryſogono expenſa lata ſunt?*

Ibidem, *Tamen ſextertia ſexcenta milia cum accepta retuliſſet, ſextertia quinque milia ſoluta non ſunt.*

Idem in Philippicâ II. *Ego amplius ſextertiorum ducenties acceptum hæreditatibus retuli.*

Idem pro Roſcio Comœdo, *Qui pecuniam expenſam tulerunt.* Et ſubdit: *Ille ſi non juſſu hujus expenſum tuliſſet, non ſcripſiſſet.* Et ut intelligatur acceptum referre, vel expenſum ferre, id eſſe quod dixi, ſcribere videlicet quem debere, vel creditorem eſſe, etiam ſi pecunia data non eſſet, declarat Cicero in eodem Roſcio, dicens: *Hæc pecunia neceſſe eſt, aut data, aut expenſa lata, aut ſtipulata ſit. Datam non eſſe, Fannius confitetur: expenſam latam non eſſe, codices Fannii confirmant: ſtipulatam non eſſe, taciturnitas teſtium concedit.* Idem Rufo: *Si mihi expenſa iſta ſextertia centum tuliſſes.*

Idem Attico: *Pro eo tibi præſentem pecuniam ſolvi imperavi, ne tu expenſum muneribus ferres.*

Eidem: *Videas enim unde nummi ſint, mihi feras expenſum.* Idem in Philippica: *Quis unquam in illo inventus eſt, qui Lucio Antonio mille nummum ferret expenſum?*

Horatius:

Gratus Alexandro regi magno fuit ille.
Chœrilus: incultis qui verſibus, & male natis,
Rettulit acceptos regale numiſma Philippos.

Julianus de jure dotium. l. Talis. Socer genero ſuo ſic legaverat. l. Titio filiæ meæ nomine. *C. hæres meus damnas eſto dare, hanc pecuniam generum petere debere, & exactam, acceptam legatis referri.*

Vulpianus ad Senatuſconſultum Trebellianum. l. *Dicendum eſt potius fructibus hoc expenſum ferendum, quam fidei commiſſo.*

Alphenus de manumiſſionibus. l. Servus: *Sed ſi interea dum eum manumitteret, acceptum ſervo retuliſſet, videri peculii fuiſſe.*

Floren. de pignoraticia actione. l. *Cum & ſortis nomine, & uſurarum aliquid debeatur, ab eo, qui ſub pignoribus pecuniam debet, quicquid ex venditione pignorum recipietur, primum uſuris, quas tunc deberi conſtat: deinde ſi quid ſupereſt, ſorti acceptum referendum eſt.*

Pomponius de peculio. l. Si mulier. *Item ſi mulier creditori viri fundum vendiderit, & tradiderit ea conditione ut emptor acceptam pecuniam viro referat.*

Papinianus: Qui potiores. l. Si prior. *Ut primam tantum pecuniam expenſam ferat.*

Titus Livius ab urbe condita: *Homines prope* CCCC. *produxiſſe dicitur, quibus ſine fœnore expenſas pecunias tuliſſet.*

Labeo de legatis. l. Qui concubinam. *Quod acceptum in tabulis ſuis ex ea hæreditate retuliſſet.*

Hircius in commen. *Pecuniæ locupletibus imperabantur, quas Longinus ſibi expenſas ferri non tantum patiebatur, ſed etiam cogebat.*

Ibidem: *Sanatis vulneribus accerſit omnes, qui ſibi pecunias expenſas tulerant, acceptaſque eas jubet referri, quibus parum videbatur impoſuiſſe oneris, ampliorem pecuniam imperat.*

Ibidem: *Sibi quod rapuerant, acceptum referebant: quod interciderat, aut erat interpolatum, Caſſio aſſignabant.*

Liquet ergo quod dixi, Acceptum referre, id eſſe, quod in rationibus, in tabula videlicet accepti deſcribebatur, vel ſolutum eſſe ab aliquo, vel pro ſolutione admiſſum: & id eſſe

ferre expenſum, quod in tabula expenſi notabatur quem debere ſtipulata pecunia, vel alia re contracta: & ut notis ſæculo noſtro verbis utar: Acceptum referre erat ad introitum quem facere creditorem: & expenſum ferre: erat ad exitum facere debitorem. Quod declarat etiam Aſconius Pedianus, cum dicit: *Expenſum ferre, eſt ſcribere te pecuniam dediſſe.*

Id quoque advertendum eſt: Non ſolum dici pecuniam acceptam referri, aut expenſam ferri, verum etiam & alia quoque opera, ut infra.

Cicero in Ver. *Rabonio opus inde acceptum retulit.*

Cælius Ciceroni: *Mentio facta eſt de legione ea, quam expenſam tulit C. Cæſari Pompeius.*

Marcel. ad legem Juliam repetundarum, lege, Lex Julia: *Illud quoque cavetur, ne expenſum feratur opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, præbendum, apprehendendum, ſarta tecta ruenda, antequam perfecta, probata, præſtita legerint.*

Jabolenus de ſupellectili legata. l. *Qui veſtem communem omnem, & res plurium generum ſupellectili expenſum ferre ſolitus erat.*

Plaut. *ſine accepto poſuit*, quod pauci hactenus (ut arbitror) intellexerunt: cum in Aſinaria dixit: *Itaque ob aſinos relatum precium Sauriæ numerari juſſit ſervo ſuo Leonidæ.* i. precium acceptum relatum Sauriæ, quod in ratione accepti Sauriæ adſcriptum erat ob aſinos, numerari Leonidæ ſervo juſſit.

Cicero etiam acceptum ſimiliter omiſit, cum in Verrem dixit: *Ut ſi hanc ex fœnore populo pecuniam non retuleris, reddas ſocietati.*

Hactenus de proprietate, vel de modo dicendi eorum verborum diximus: mox pauca de tranſlatione dicemus.

Cato Ciceroni: *Si tu, qua in re nihil fortuito, ſed ſumma tua ratione & continentia reipub. proviſum eſt, diis immortalibus gratulari nos, quam tibi referri acceptum mavis, gaudeo.*

Cicero Attico: *Te etiam atque etiam oro, ut me totum tuendum ſuſpicias: ut ſi hi ſalvi erunt, quibus curæ ſum, una cum his poſſim incolumis eſſe, ſalutemque meam benivolentiæ tuæ acceptam referre.*

Eidem: *Ut ita diceret, ſe quod eſſet ſenator, quod civis, quod liber, quod viveret, mihi acceptum referre.*

Idem pro Cluentio: *Voluit eum aliquid acceptum referre liberalitati ſuæ.*

Idem pro eodem: *Verum omnem tranquillitatem & quietem ſenectutis refert acceptam clementiæ tuæ.* Plancus Ciceroni: *Quod ſperant, quod audent, omne Cæſari acceptum referre poſſunt.* T. Livius ab urbe con. *Nec ſe natui, ſed familiæ Liciniæ acceptum referebant.*

Id quoque advertendum eſt, ut ſupra dixi, tranſlationem quoque fieri in verbo expenſum fero, dum aliquid male curatur, ut Scævola: Quæ in fraudem. l. Pupillus. *Creditores ſuæ negligentiæ expenſum ferre debent.*

ALIUS.

QUotienſcunque bonos autores legens, incurro in unum aliquod ex his, quæ jam dudum colligo, eleganter dictis: totiens mihi vehementer gaudeo, ac quaſi grandem aliquem nitidumque unionem invenerim, lætitia geſtio: mox varietatem eorum conſiderans eam voluptatem mente melius concipio, quam verbis exprimo, aut in publicum profero: mirarique non deſino, cum illorum perfectiſſimorum virorum divinitatem, tum multorum barbariem, ac quaſi oculis obductam caliginem, videre licet vel ex his clauſulis, quas infra ſcripſi: Aliud, aliter, contra, ſecus, juxta, ſtatim, proxime, par, æque, idem, ſimile, magis, pariter, quandoque etiam comparatio, & aliis hujuſmodi (non enim omnes collegiſſe me putem) quam eleganter poſt ſe particulas, ac, atque, ut, quam, & quanta varietate obtineant. Quare vix conſiderari poteſt, quam belle, & quam diverſe, quamve appoſite, & proprie iidem viri diſertiſſimi illis utantur. Igitur primum de Alio, cum particula ac, conjuncto: mox de reliquis aliqua ſubiiciamus.

Terentius in Phormione: *Aliud mihi reſpondes, ac rogo.*

Varro de Re Ruſtica: *Armentarius non aliquod, ac bubulcus.*

Cicero

Cicero in Verrem: *Ne alio menſe, ac fuerat, comitia haberentur.*

Idem Attico: *Quod quidem agere ſi liceret, alio modo ac nunc agendum eſſet.*

Idem de Oratore: *Poteſt enim non ſolum aliud mihi, ac tibi, ſed mihi ipſi aliud alias videri.*

Idem pro Marco Cælio: *Lux denique longe alia eſt Solis, ac lychnorum.*

Idem pro Cor. Calbo: *Quid ergo hi poſſunt aliud judicare, ac judicaverunt?*

Idem de arte Rhetorica: *Aut ſi alia ratione, aut aliam ob cauſam, ac dicet ſe reus feciſſe, demonſtrabitur eſſe factum.*

Cæſar in Commen. *Qui longe alia ratione, ac reliqui Galli bellum gerunt.*

Vatinius Ciceroni: *Longe alia coditione ego ſum, ac cæteri imperatores.*

T. Livius ab urbe con. *Aliam ſuam, ac transfugarum cauſam eſſe.*

DE ALIO, CUM PARTICula, atque, *conjuncto.*

Plautus in Pſeudulo: *Illi ſunt alio ingenio, atque tu.*

Teren. in And. *Alium nunc cenſes eſſe me atque olim cum dabam.*

Idem in Eunucho: *Vereor ne alierſum atque ego feci, acceperit.*

Varro de lingua Latina: *Poſt enim eſſe Saturnus hic alia de cauſa dictus, atque in Sabinis.*

Cice. pro Planco: *Nec erit hæc alia pro Planco, atque Laterenſi.* Idem Attico: *Mihi videris aliud tu honeſtum, meque dignum in hac cauſa judicare, atque ego exiſtimem.*

Idem pro Murena: *Si aliud atque exiſtimas.*

Idem Lentulo: *Non alius eſſem, atque nunc ſum*

Idem de Oratore: *Tantum & aliud eſſe atque hoc, & hoc ſine illo ſummum eſſe poſſe.*

Idem pro Cluentio: *Si ipſe A. Cluentius ſententiam de judiciis rogaret, aliam non diceret, atque ii dixerunt, quorum ſententiis Cluentium condemnatum eſſe dicitis.*

Idem in Academicis: *Cum aliud agnoſceret, atque ſentiret.*

Idem in Rhetorica: *Alio nomine illam rem de qua agitur, appellari oportet, atque adverſarii dicunt.*

Idem pro Aulo Cecinna: *Longe alia ratione recuperatores ad agendum hac actione venio, atque initio veneram.*

Idem Terentiæ: *Noſtra factum eſſe negligentia, ut longe alia in fortuna eſſent, atque ejus pietas ac dignitas poſtulabat.*

Cæſar in Com. *Docet longe alia ratione eſſe bellum gerendum, atque antea geſtum ſit.*

Idem ibidem: *Longe aliud ſibi capiendum conſilium, atque antea ſenſerat.*

Idem ibidem: *Ac longe aliam eſſe navigationem in concluſo mari, atque in apertiſſimo Oceano perſpiciebant.*

Saluſtius in Catilina: *Ad hæc quicunque aliarum partium, atque Senatus erant conturbari rempub. quam minus valere ipſi malebant.*

Cæſar in Commentariis: *Aliæ ſunt legati partes, atque imperatoris.*

Hircius in Commentariis: *Neque enim aliud jus eſſe Cappadociæ, atque Armeniæ,*

Ibidem: *Si alia eſſet littoris Ægyptii natura, atque omnium reliquorum.*

APPENDIX. C. *Cæſar in Anticatone priore Uno enim excepto, quem aliuſmodi, atque omnis natura finxit, ſuos quiſque habet charos* (a).

Cælius in primo: *Neque ipſi eos alii modi eſſe, atque Hamilcar dixit.* Ubi advertendum alii eſſe patrii caſus, quemadmodum & alius, quod non ſolum maſculino, verumetiam in feminino genere oſtenditur, Cælius in primo: *Antequam Braccha perierat, alii rei cauſa in Africam miſſus.*

DE PARTICULA *Similiter cum,* ac, atque, ut, *conjuncta.*

Cicero de natura deorum: *Tu autem quod quæris? ſi militer facis, ac ſi me roges.*

Idem in Philippica prima: *Neque vero illum, ſimiliter, atque ipſe eram, commotum eſſe vidi.*

Idem de Officiis: *Similiter eos facere, qui inter ſe contenderent, uter remp. potius adminiſtraret, ut ſi nautæ inter ſe certarent, quis eorum*

(a) Hæc non habentur in exemplari Romano.

rum potiſſimũ gubernaret. Paulus de libris &c. l. Filius familias: *Miles ſimiliter ut paganus nominatim à patre, aut hæres ſcribi, aut exhæredari debet.*

DE PARTICULA SIMILI, ac diſſimuli *cum* atque, *&* ac, *conjuncta.*

Plautus in Bacchidibus: *Haud conſimili ingenio, atque illic eſt.* Terentius in prologo Phormionis: *Ne ſimili utamur fortuna, atque uſi ſumus.*

Cicero pro G. Rabirio: *Et ſimilis viri tu ulciſceris patris mortem, atque ille perſequeretur fratris ſui?*

Idem de finibus bonorum & malorum: *Itaque & ſimilis erit finis boni, atque antea fuerat.*

Idem de lege Agraria: *Hic tamen excipit Pompeium ſimillime, ut mihi videtur, atque in illa lege.*

Idem Attico: *Aut quieſcendum quod non diſſimile, atque ire in Solonium, aut Antium.*

Cæſar in com. *Hortatur eos, ut ſimili ratione, atque ipſi fecerunt ſuas injurias perſequantur.*

T. Livius ab urbe condita: *Hæc ſunt Tribuni conſilia veſtra, haud hercule diſſimilia, ac ſi quis ægro qui curari ſe fortiter paſſus, extemplo convaleſcere poſſit.*

Ibidem: *Similem pavorem inde, fugamque fore, ac bello Gallico fuerat.*

Neratius de acquirendo rerum dominio. l. Quod in littore: *Nec diſſimilis eorum conditio eſt atque piſcium, & ferarum.*

Tripho eodem titulo. l. *Si is. Simile eſt atque in hæreditate.* & ſubdit: *Nunquid ſimile ſit, atque cum ſtipulatur?*

DE PARTICULA Item, *cum*, atque, *&* ut, *conjuncta.*

Varro de lingua Latina, *Analogia non item ea diffinienda, quæ dirigitur ad naturam verborum, atque illa, quæ ad uſum loquendi.*

Idem de re ruſtica, *Alii ad curſuram, alii ad prædam, non item ſunt ſpectandi, atque habendi.*

Ibidem; *Hoſce item ut equulos & educunt, & ſalunt.*

DE COMPARATIVO *cum* ac *&* atque, *conjuncto.*

Cicero Attico. *Mihi quidem videtur diutius abfuturus, ac vellem.*

Catul. *Illi non minus, ac tibi pectore uritur intimo.*

Flamma, ſed penite magis.

Horatius.

Inachia langues minus, ac me.

Idem.

His me conſolor victorum ſuavius, ac ſi

Quæſtor avus pater, atque meus, patruuſque fuiſſent Plautus in Mercatore, *Amicior mihi nullus vivit, atque is eſt.*

Terentius in Andria. *Non Apollinis magis hoc verum atque hoc eſt.*

Horatius.

Arctius atque hedera procera aſtringitur Ilex.

DE PARTICULA Secus, *cum* ac, atque, quam, *conjuncta.*

Plautus in captivis, *Ne me ſecus honore honeſtes, quam ego te.*

Cicero De oratore, *Me non multo ſecus facere, cum de oratore diſputem, ac facerem, ſi eſſet mihi de hiſtrione dicendum.*

Idem pro Lucio Murena. *Non ſecus ac ſi meus eſſet frater.*

Ibidem. *Non dixi ſecus ac ſentiebam.*

Idem Attico, *Velim domum ad tuos ſcribas, ut mihi tui libri pateant non ſecus, ac ſi ipſe adeſſes.*

Idem pro Planco, *Cujus ego ſalutem non ſecus, ac meam tueri debeo.*

Idem de oratore, *Sed paulo ſecus à me, atque illo diſtributa.*

Ibidem. *Sed aliquanto ſecus, atque in tradenda arte dici ſolet.*

Idem De natura deorum. *Quoniam cœpi ſecus agere, atque initio.*

Vergilius. *Haud ſecus, atque alto in luco.* Idem. *Haud ſecus, ac juſſi faciunt.*

Labeo de acquirendo rerum dominio. l. Si epiſtolam. *Non ſecus, atque in continenti agro.*

DE PAR-

DE PARTICULA
Aliter, cum ac, atque, ut, *conjuncta.*

Plautus in Truculento. *Sed longe aliter eſt amicus, atque amator.*

Terentius in Adelphis. *Nunquam te aliter atque es, in animum induxi meum.*

Idem in Heautont. *Aliter tuum amorem atque eſt accipis, nam & vita eſt eadem, animus erga te idem, ac fuit.*

Varro de lingua latina. *Aliter atque in reliquis dicitur.*

Idem de re ruſtica. *De emptione aliter dico, atque fiet.*

Ibidem. *Aliter quadrigarius, ac deſolutor.*

Ibidem. *Nec multo aliter tuendum hoc pecus in paſtu atque ovilum.*

Ibidem de lingua latina. *Hoc nunc aliter fit, atque olim.*

Ibidem. *Quædam aliter olim, ac nunc.*

Cicero de oratore. *Urbana etiam diſſimulatio eſt, cum alia dicuntur, ac ſentias.*

Ibidem. *Cum aliter ſentias, ac loquare.*

Idem pro P. Sylla. *Torquitus rurſus in me irruit, me accuſat; ait aliter ac dictum eſt in tabulas publicas retuliſſe.*

Idem in partitionibus oratoriis, *Caſu cum aliter cecidit, ac ſperatum & puratum ſit.*

Idem in Saluſtium. *Neque enim qui ita vivit ut tu, aliter ac tu loqui poteſt.*

Idem de oratore, *Aliter dicenda, ac intelligerentur.*

Idem de officiis. *Aliter de illis ac de nobis judicamus.*

Cæſar in commentariis. *Sed ratio ordoque agminis aliter ſe habebat, ac Belgæ ad Nervios detulerant.*

Ibidem, *Coactus eſt aliter, ac ſuperioribus annis exercitum in Hybernis collocare.*

Cicero pro ſexto Roſcio Amerino, *aliter cauſam agi, atque ille exiſtimaret.*

T. Livius ab urbe condita, *Longe aliter patres, ac plebem affecere.*

Cicero ad pontifices, *Proinde quaſi iſti ut de Cn. Pom. aliter atque ego exiſtimo ſentiant.*

Ibidem, *Dubitans, timens, hæſitans, omnia aliter, ac vos in monumentis habetis, & pronunciarit & fecerit.*

Idem de arte Rhetorica, *Aut aliter hoc in ſermone, atque in dicendo ſit utendum.*

Ibidem, *Cum aliter quid accidit, atque hi qui arguuntur, arbitrati eſſe dicuntur.*

Idem De oratore, *Movent illa etiam, quæ conjectura explanantur longe aliter atque ſunt.*

Idem pro Tito Annio Milone, *Quamobrem judices ut ad cauſam, crimenque aliquando veniamus, ſi neque omnes confeſſio facti eſt inuſitata, neque de cauſa quicquam noſtra aliter, ac nos vellemus à Senatu judicatum eſt.*

Idem in epiſtola ad Servium Sul. *Aliter cecidiſſe rem exiſtimas, atque opinatus ſit.*

Idem de finibus bonorum & malorum, *Hic loquebatur aliter, atque omnes ſentiebant.*

Idem Curioni, *Sed aliter atque oſtenderam facio.*

Idem pro domo ſua, *Hæc homines improbi ad quoſdam viros fortes longe aliter, atque à me dicta ſunt detulerunt.*

Idem in Verrem, *Quod iſte aliter, atque edixerat decreviſſet.*

Paulus de rei vend. l. Pompo. *Aliter atque ſi certis religionibus poſſideatis.*

Vulpianus de ſervitutibus. l. Quotiens. *Nihil agitur aliter, atque ſi concedas, mihi jus tibi non eſſe in fundo tuo.*

Idem quando dies &c. l. Quanquam. *Semel cedit dies aliter atque ſi cui in menſes ſingulos, vel in dies, vel in annos ſingulos quid legetur.*

Idem de hæredibus inſtit. l. Circa eos. Celſus lib. 25. ff. *probat aliter, atque probat in illa inſtitutione.*

DE PARTICULA Contra, *cum* ac, atque, quam, *conjuncta.*

Ci. pro Cornelio Balbo, *Si denique aliquid quod non contra ac liceret factum diceretur, ſed contra atque oporteret.*

Idem De oratore, *Ut contra ac dicat accipi & ſentiri velit.*

Idem in Verrem; *Si hæc contra ac dicoeſſent omnia.*

Idem

Idem De finibus bonorum & malorum, *Itaque contra eſt ac dicitis.*

Idem De Divinatione, *Vides tamen omnia fere contra ac dicta ſunt eveniſſe.*

Idem in Philippica duodecima, *Præſertim cum contra ac Deiotarus ſenſit victoria belli judicaverit.*

Saluſtius in Catilina, *Ubi videt Catalinam contra ac ratus erat contendere.*

Cic. pro P. Sylla. *Jam enim faciam criminibus omnibus pene diſſolutis contra atque in cæteris cauſis fieri ſolet.*

Idem in Catilinam. *Iidemque juſſerunt ſimulacrum Jovis facere majus, & in excelſum collocare, contra atque antea fuerat.*

Idem in ſomnio Scipionis, *Qui verſatur retro, contrario motu atque cælum.*

Cæſar in Comment. *Qui contra atque eſſet dictum prælium commiſiſſent.*

Cic. pro A. Cecinna. *Miror te hoc in hac re alieno tempore, & contra quam iſta cauſa poſtulaſſet, defendiſſe.*

Idem pro Cluentio. *Generi ſui contra quam fas erat, amore capta.*

Idem pro domo ſua. *Aut quid de veſtro jure, aut religione contra quam propoſueram diſputabo.*

Idem de arte rhetorica: *Summa imprudentia eſt, eum qui contra quam ſcriptum ſit, aliquid probare velit.*

Idem in Piſonem, *ſenatus contra quam ipſe cenſuiſſet, ad veſtitum rediret.*

Vulpianus de ſervitutibus, quod vi, aut clam. l. *Prætor ait.*

Si quis contra quam prohiberetur fecerit.

Idem, quod vi, aut clam. l. *Si alius. Ait Julianus, qui ante nuntiationis remiſſionem contra quam prohibitus fuerit, opus fecerit.*

DE PARTICULA Proxime, *cum* atque, *conjuncta.*

Cic. Dolobellæ. *Non poſſum ego non aut proxime atque ille, aut etiam æque laborare.*

DE PARTICULA Statim, & confeſtim, *cum* atque, quam, ut, *conjuncta.*

Marcellus de fideicommiſſariis libertatibus. l. *Cum fidei. Poteſt confeſtim ut fuerit alienatus petere.*

Vulpianus de ædilicio edicto. l. Ædiles. *Iudici eorum ſtatim atque judex factus eſt, omnium rerum officium incumbit.*

Martianus de officio proconſulis. l. *Omnes proconſules ſtatim quam urbem egreſſi fuerint, habent juriſdictionem.*

Paulus ad Senatuſconſultum Velleianum l. Debitrix. *Quamvis ſtatim atque interceſſerat mulier, competierat.*

DE PARTICULA Æque, & perinde, *cum* ac, atque ut, quam, *conjuncta.* Et primo de Æque ac.

Plautus in Stico. *Scis tute facta velle æquum ac tu velis.*

Terentius in Andria. *Quis miſer æque ac ego?*

Cic Curioni. *Cui charus æque ſis, ac jucundus, ac fuiſti patri.*

AEQUE ATQUE.

Plautus in Aulular. *Pumex non æque aridus, atque hic eſt ſenex.*

Cæſar in comment. *Æqua fere latitudine, atque ille congeſtus ex materia.*

Cic. pro Cluentio. *Æque poſt hac, atque illum dictatorium gladium pertimeſcamus.*

Idem pro ſexto Roſcio Amerino. *Aeque turpe atque illud, de quo ante dixi.*

T. Liv. ab urbe cond. *Quos territos æque atque hoſtes timebat.*

AEQUE QUAM.

Plautus in Stico, *Ridiculus æque nullus eſt, quam dum eſurit.*

Idem in Aulularia, *Nunquam æque patri nuncium lepidum attulit, quam ego nunc meæ heræ nunciabo.*

T. Liv. ab urbe condita, *An eſt qui dubitet Tribunos plebis ullis injuriis veſtris, æque quam munere patrum in plebem offenſos eſſe?*

AEQUE UT

Cic. Pro domo ſua, *Itaque libentiſſime præ-*

dicabo

dicabo Gn. Pompeium ſtudio & autoritate, a que, ut unumquemque veſtrum pro ſalute mea laboraviſſe.

Idem Attico, *Et ſimul quod æque ea quæ ſunt, ut ea quæ certe futura ſunt, videre non poſſum.*

Tibullus. *Nec tibi ſit mea lux æque tam fervida cura, Ut video paucos ante fuiſſe dies.*

ÆQUE ABSOLUTE.

Terent. in Ecyra. *Æque eadem ſtudeant, velintque omnia.*

PERINDE ATQUE.

T.Li.ab urbe condita, *Perinde atque capta urbe*

PERINDE UT.

Cic. pro Cluentio, *Nam perinde ut opinio eſt de cujuſcunque moribus.*

T. Li. ab urbe condita, *Nec perinde ut maluiſſet.*

Ibidem, *Perinde ut eveniret res.*

PERINDE QUASI.

Cicero pro Cluentio: *Nam perinde ut opinio eſt de cujuſcunque moribus,*

T. Livius ab urbe condita: *Nec perinde ut maluiſſet.*

Ibidem: *Perinde ut eveniret res.*

PERINDE QUASI.

Cice. pro P. Quinto: *Atque hæc perinde loquor, quaſi ipſo illo tempore, cum te prætor juſſiſſet ex edicto poſſidere.*

Idem pro T. Annio Milone: *Hoc enim ſæpe ab iſtis dicitur, perinde quaſi Appius ille cæcus via munierit.*

Idem pro Cluentio: *Perinde quaſi ego non ab initio hujus defenſionis dixerim.*

Idem pro eodem: *perinde quaſi exitus rerum, non hominum conſilia, legibus vindicentur.*

PAR, ac PARITER, *cum* ac, atque, ut, *conjuncta.* Plautus in Menechmis: *E caſtor pariter hoc atque alias res ſoles.*

Idem in Aulularia: *Pariter moratur ut pater, avuſque hujus fuit.*

Cæſar in commen. *Pari ſpacio tranſmiſſus atque in Gallia eſt in Brittanniam.*

Cicero de natura deorum: *Neque enim mibi par ratio cum Lucilio eſt ac tecum fuit.*

Titus Livius ab urbe condita: *Trucidant fœminas pariter ac viros.*

Idem Livius ibidem: *Nequaquam pari ad patienda ea robore ac Romani fuiſſent.*

Ibidem: *Amici pariter ac nunc ſubjecti, ac obnoxii vobis minus eſſemus.*

PRO EO, cum *atque*, conjuncta: quæ omittere nolui, tametſi à recentioribus dicta ſunt.

Vulpianus de teſtamentis. l. *Ad teſtium*: *Si quis ex teſtibus nomen ſuum non adſcripſerit, verumtamen ſignaverit, pro eo eſt, atque ſi adhibitus non eſſet.*

Idem de novi operis nunciatione. l. Prætor: *Pro eo habendum eſt, atque ſi nullo jure factum eſſet.*

IN PARTEM, cum *atque* conjuncta.

Ceſar in commen. *In partem juris, atque ipſi erant receperunt.*

IDEM, cum *ac*, *atque*, conjuncta.

Plautus in Moſtellaria: *Eundem animum oportet mihi eſſe gratum, ut impetravi, atque olim priuſquam id extuli, cum illi ſubblandiebar.*

Varro de lingua Latina. *Idem ac diceretur, aut hic lepus, & hic nemus.*

Cato de re ruſtica: *Pomarium ſeminarium ad eundem modum, atque oleaginum facito.*

Ibidem: *Denſas eedem modo componito, atque ſpiram:*

T. Livius de bello punico: *Ipſa re intellecturos nequaquam idem eſſe Siracuſas, ac Leontinos oppugnare.*

Vulpianus: Si cui pluſquam per legem &c. l. Niſi dolus. *Non eandem cauſam eſſe decem aureorum: quos annuos tibi teſtes Pompeiæ Criſpinæ patronæ tuæ relictos proponis, atque fuit alimentorum.*

Hircius in com. *Cum ſe inferiores ejuſdem generis ac ſaporis aqua dicerent uti, atque antea conſueverant.*

Ibidem: *Non oportere illum eodem uti veſtitu, atque ipſe uteretur.*

JUXTA, cum *ac*, *atque*, *mecum*, *tecumque* conjuncta, & quandoque *abſolute* poſita.

Varro libro ſecundo rerum ruſticarum: *Fœminas*

minas juxta, ac mares habere ſolebat.

Cicero oratione qua gratias agit poſt reditū: *Officiis juxta ac ſi meus frater eſſet ſuſtentavit.*

Saluſtius in Jugurtino: *Præterea tranſverſis itineribus, quotidie caſtra movere, juxta ac ſi hoſtes adeſſent,*

Plautus in Aſinaria: *Dixi tibi mater, juxta mecum rem tenes.*

Idem in Aulularia: *Dixi tibi nunc, juxta rem mecum tenes.*

Saluſtius in Catalina: *Nunc vero quo in loco res ſitæ ſunt, juxta mecum omnes intelligitis.*

Plautus in Perſa: *Juxta tecum, ſi tu neſcis, neſcio.*

Ibidem: *Juxta tecum æque ſcio.*

Saluſtius in Jugurtino: *Juxta boni malique ſtrenui & imbelles multi obtruncati ſunt.*

Ibidem: *Neque loco, neque mortali cuiquam, aut tempori ſatis credere: cives, hoſtes juxta metuere.*

Ibidem: *Hyemem, & æſtatem juxta pati.*

Ibidem: *Plebi, patribuſque poſtquam invidia deceſſerat, juxta charus.*

T. Livius ab urbe condita: *Abſentium bona juxta, atque interemptorum diviſa fuerunt.*

Ibidem: *Trucidant inermes juxta, atque armatos.*

Idem de bello Punico: *Navales ſocii juxta effuſi, ac ſi inſulas prædarentur.*

Idem ab urbe condita: *Juxta hyeme atque æſtate, bella gerere poſſe.*

Idem de bello Macedonico: *Humanum genus, veſtrum nomen imperiumque juxta ac deos immortales, jampridem intuetur.*

ALTER.

QUanta eſt in multis bonarum literarum inſcitia? quam inepte deus bone, & ineleganter nonnulli dum ſe Latine loqui putant, novitatibus gaudent? Quis non dicit *unum, & duo? Primum & ſecundum?* ecquis non dicit *vigeſimo primo die? ſemel & bis?* At videre licet, vel ex his, quæ ſubjeci, quantum ab illa vera, germanaque Latina lingua defecerint: & quantum loquendi, dicendique mutaverint genus. Nam perfectiſſimo illo ſæculo, non *unum & duo*, ſed *unum & alterum*: non ſemper *primum & ſecundum*, ſed frequentius *primum & alterum*: non *vigeſimoprimo die*, ſed *altero & vigeſimo die*: non *ſemel & bis*, ſed *ſemel & iterum* dicebant. Qui vero dixerunt *unum aut alterum* ſignificare, *unum aut duo*, vel *unum & alterum* ſignificare, *unum & duo*: vel *de duobus unum alterum ſemper* dici: in eadem erroris navi verſati ſunt. nam *unus & alter* modus erat proprius loquendi, *unus aut duo* non proprius: & *unus aut alter*, & *primus & alter* de duobus non ſemper, ſed aliquando dicitur. Quandoque vero *alter & alter* loco utriuſque dicebatur, ut infra melius videbitur.

Terentius: *Venit unus & item alter.*

Cic. Attico: *Quid enim eſt tantum in uno aut altero die?*

Idem pro Aulo Cluentio: *Unus & alter dies interceſſerat, cum res parum certa videbatur*, Et paulo poſt: *Qui cum unum jam & alterum diem deſideraretur.*

Ibidem: *Habetur una & altera concio vehemens & gravis.*

Idem in Verrem: *Rex primo nihil metuere, nihil ſuſpicari. dies unus & alter, plures: non refertur.*

Ibidem: *Unum & alterum menſem, prope annum, denique domi tuæ piratæ aliquo tempore capti ſunt.*

Ibidem: *Tum repente iſte teſtes citari jubet, dicit unus & alter breviter.*

Idem Appio Pulchro: *Si quem tibi item unum alterumve diem abſtulerit.*

Vergilius: *Jamque dies, alterque dies proceſſit.*

Ovidi. in Sappho: *Et ſub ea verſus unus & alter erit.*

Catullus: *Quam veniens una atque altera rurſus hyems.*

Horat in Sermonibus: *Ducendus comes unus & alter.*

Ibidem: *Ne ſi vafer unus & alter.*

Idem in Epiſt. *Si verſus paulo concinnior unus & alter.*

T. Livius ab urbe condita; *Uno aut altero abrepto.*

abrepto.

Ibidem: *Bellum in Sicilia jam alterum annum geritur.*

Ibidem: *Uno aut alteri militi.*

Idem de bello Punico: *Uno aut ad ſummum altero precio.*

Idem pro Gn. Planco: *Quorum alter exercitum perdidit, alter vendidit, e mptis provinciis, à Senatu. repu. à bonis omnibus defecerant.*

Idem pro Lucio Murena: *Neque in uno aut altero animadverſum eſt.*

Vulpianus de judiciis. l. Nonnunquam: *Poſt unum, vel alterum.*

Idem de ædilicio edicto. l. Quis ſit fugitivus. Idem ait, *nec eum qui ad fugam gradum unum, alterumve promovit, eſſe fugitivum.*

Idem de novi operis nunciatione. l. Stipulatio: *Non ſi unum vel alterum cementum fuerit poſitum.*

Alphænus de judiciis. l. Proponebatur. *Si unus aut alter.*

Quo loco multi poſt illud Ciceronis divinum ſæculum, depravato dicendi genere fere ſemper dicunt *primum & ſecundum.* Veteres illi (ut diximus) plerunque *primum & alterum* dicebant.

Cato de re ruſtica: *Prima eſt lænis, altera eſt criſpa.*

Cicero in Verrem: *Alterum, tertium, quartum: permulta erant ejuſmodi nomina.*

Ibidem: *Primo die teſtium tanto numero citato, alter dies amicis iſtius & defenſoribus, tertius dies, ſic hominem proſterneret.*

Idem pro A. Cluentio: *Unum, alterum, tertium annum Saxia quieſcebat.*

Idem in Tuſculanis: *Primam poſuit eam, de qua modo dixi, quæ orta eſſet ex præſenſione rerum futurarum: alteram quam cepimus ex magnitudine commodorum.*

Idem de natura deorum: *Unus is modus eſt, de quo ſatis dixi, qui eſt ſuſceptus ex præſenſione rerum futurarum, alter ex perturbationibus tempeſtatum, tertius ex commoditate rerum.*

Idem in ſecunda Philip. *Proximo, altero tertio denique reliquis conſecutis diebus.* Horatius: *Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro Tertia ſuccedant.*

Videre etiam licet quanta ſit venuſtas in iis dicendi modis, *Alterum tantum, tria tanta, ſexcenta tanta, bis tanta.*

Plautus in Epidico: *Imo etiam ſi alterum tantum perdundum eſt.*

Idem in Bacchidibus: *Alterum tantum auri non meream.*

Cicero de orato: *Ut neceſſe ſit partem pedis, aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tantum, aut ſexque eſſe majorem.*

Caliſtus de jure fiſci. l. Non intelligit: *Totum cum altero tanto cogitur ſolvere.*

Scævola de alimentis. l. Libertis: *Eo amplius alterum tantum quantum in ſingulis in numero præter cibaria, & veſtiaria, dari voluit.*

T. Livius ab urbe condita: *Alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur.*

Plautus in Trinummo: *Tribus tantis illi minus reddit quam obſerueris.*

Idem in Bacchidibus: *Sexcenta tanta reddam ſi vivo tibi.*

Idem in Pſeudolo: *Quaſi mihi non ſexcenta tanta ſoleant credier.*

Idem in Mercatore: *Imo bis tanto valeo quam valui prius.*

Idem de Amphitrione: *Bis tanto amici ſunt inter ſe quam prius.*

Varro lib. 3. rerum ruſt. *Ea pars reddiderit eo anno bis tantum, quam tuus fundus.*

Hircius in comme. *Accedebat prope alterum tantum.*

Ibidem: *Peditum ac levis armaturæ quater tantis.*

His ſubjiciam autoritates de modo dicendi, quem præpoſui DE ALTERO VIGESIMO, & his ſimilibus. quamvis deficiente jam priſco illo eloquentiæ candore, T. Livius & ejus æquales, ac illis ſuccedentes, unum & viginti quandoque etiam dixerunt. Sed primum meliora, deinde de fæce hauriemus, ut plane quod intereſt diſcrimen appareat.

Cicero pro Cornificio: *Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero & vigeſimo*

 dis ut

die (ut dicebat) reddidit.

Idem pro Milone: Ubi particulam alter, poſtponit, cum ſuperius eam præpoſuiſſet: *Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii, & opinor altera*

T. Livius ab urbe condita: *Anno trigeſimo altero, quam condita Roma erat*

Idem tandem mutato aliquantulum dicendi genere, ibidem dixit: *Una & viginti legionibus eo anno defenſum imperium Romanum eſt.*

Et ibidem: *Signa unum & triginta capta*. Paulo poſt: *Unum & triginta oppida ceperunt.*

Idem tervavere elegantiſſimi illi viri in ad verbiis, *ſemel, iterum, tertium*, ut ſupra diximus: quo loco ineptiſſime dicunt, *ſemel, bis, ter*: vel *ſemel, ſecundo, tertio.*

Cicero in Bruto. *Antiſtius Piſo ſæpe dicebat, minus ſæpe Pomponius, raro Carbo, ſemel aut iterum Philippus.*

Idem de divinatione. *Quod ſemel ille, iterum que neglexit.*

Ibidem: *A ſenatu ludos illos iterum inſtauratos memoriæ proditum eſt.*

Cicero de natura deorum: *Venereum jaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum, ac tertium.*

Vulpianus de receptis arbitris. l. Labeo: *Poſt cauſam ſemel atque iterum tractatam*

T. Livius ab urbe con. *Julium ter, Virginium iterum apud. Macrum Licinium invenio.*

Ibidem, *Iterum ac tertio veniſſe tradunt.*

Idem de bello Punico. *Ter perditæ patriæ ſubſtinendum crimen eſt, ſemel cum defectionem iniſti ab Romanis, iterum cum pacis cum Annibale fuiſti autor, tertium hodie cum reſtituendæ Romanis Capuæ mora atque impedimentum tu es.*

ILLE ALTER, frequenti in uſu apud antiquos reperitur, parum tamen hactenus obſervatum.

Cicero Attico, *De illo altero quem ſcribis tibi viſum eſſe non alienum.*

Eidem. *De illo altero ſcio equidem venire nunc nil poſſe.*

Idem de oratore, *Quid ille alter? quod petam præſidii?*

Ibidem, *Nam illud alterum genus quodquod eſt, temporibus, locis, reis definiunt.*

Saluſtius in Catalina. *Adherbalem, omneſque qui ſub imperio Micipſæ fuerant, metus invadit, in duas partes diſcedunt, Numidæ plures Adherbalem ſequuntur, ſed illum alterum bello meliores.*

Ibidem: *In diviſione, quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit, agro, viriſque opulentior. Iugurtæ traditur: illam alteram ſpecie, quam uſu potiorem, quæ portuoſior & ædificiis magis exornata erat, Adherbal poſſedit.*

Sed nota non ſemper dici, *unum & alterum*, vel *primum & alterum*, ſed quandoque dici, *alterum & alterum*, loco utriuſque, ut ſupra diximus.

Cic. de divinatione, *Cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent, & Megaram veniſſent, alterum ad cauponem divertiſſe, ad hoſpitem alterum.*

Idem de natura deorum, *Non vides Solem deum eſſe, Lunamque, quorum alterum Apollinem Græci, alteram Dianam putant.*

Ibidem, *Ioves tres numerant, in Arcadia alterum patre Aethere, alterum patre Cælo, tertium Cretenſem Saturni filium.*

Idem de Tuſculanis, *Nam duæ ſunt ex opinione boni, quarum altera Voluptas, altera Cupiditas.*

Idem pro Publio Quintio, *Quæ res in civitate duæ plurimum poſſunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, ſumma gratia, & eloquentia: quarum alteram C. Aquili vereor, alteram metuo.*

Hora. *Fraternis animis quicquid volet alter & alter.*

Cicero pro P. Sylva, *Ita charus utriuſque eſt, atque jucundus, ut non alteros demoviſſe, ſed utroſque conſtituiſſe videatur.*

Idem pro Q. Ligario, *Ergo hæc duo tempora carent crimine: unum cum eſt legatus profectus, alterum cum efflagitatus à provincia præpoſitus Africæ eſt. Tertium tempus eſt, quo poſt adventum Vari in Africa reſtitit.*

Idem pro Cluentio: *Ille iterum, ille tertio auctionibus factis pecuniam dedit.*

Ibidem: *Quamobrem alteram partem cauſæ ſic agemus, ut vos doceamus; alteram partem ſic, ut oremus.*

oremus.

Idem pro domo ſua, *Ejiciuntur duo, quos videre improbi non poterant, alter per honorem turpiſſimum, alter per honeſtiſſimam calamitatem.*

ADEO.

PRinceps ille Latinæ eloquentiæ Cicero, ac cæteri ejus ætatis autores, ut reliquis omnibus ita elegantiſſime particula *Adeo*, uſi ſunt, quam præ ceteris obſervationem præcipua dignam, colligendum duxi, Cui veteres illi conjunctionem *Atque* præponentes, ſignificare eam aliquando, *potius*, aliquando *etiam*, voluerunt: ut infra aperte oſtenditur.

Cic. Servio Sul. *Sed aliquid atque adeo multa afferunt de ſuo.*

Trebonius Ciceroni, *Nihil adoleſcente tuo, atque adeo noſtro amabilius.*

Cicero pro Planco: *Inſector, poſco, atque adeo flagito.*

Idem pro Cluen. *Clamore hominum de foro, atque adeo de civitate eſſe ſublatum.*

Idem pro Roſcio: *Hoc conſilio, atque adeo hac amentia impulſi.*

Idem in Verrem, *Atque antequam de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur de provinciæ dignitate, vetuſtate, utilitate dicenda.*

Idem in Catalinam, *Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus, eorum autem caſtrorum Imperatorem, ducemque hoſtium, intra mœnia atque adeo in ſenatu videmus.*

In eundem, *Qui de hujus urbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitant.*

Idem Attico, *Cum Philotimo loquere, atque adeo Terentiam habebis Idibus.*

Idem in Ver. *Domo ejus emigrat, atque adeo exit, nam jam antea emigrarat.*

Idem in eundem: *Ex Sicilia diſcedendum, atque adeo fugiendum eſſe arbitretur.*

Ibidem, *Quæ ſi magna, atque adeo maxima vobis videntur, quam varie & copioſe dicantur expectare nolite.*

Ibidem, *Cum magno detrimento, atque adeo exitio vectigalium.*

Ibidem, *At quam legem corrigit judices atque adeo totam tollit?*

Ibidem. *Cum hæc eſſent ita conſtituta, Verres tot annis atque adeo ſæculis inventus eſt, qui hæc non commutarit.*

Plautus in Caſina: *Eſurio, atque adeo nunc haud parum ſitio.*

Terentius: *Memini, atque adeo longum eſt expectare.*

Plautus in Amphi. *Imo præter me venio, atque adeo tu Blepharo judex fies.*

Idem in Caſina, *Dum mihi volui, huic dixi, atque adeo dum mihi cupio perperam jamdudum hercle fabulor.*

Titus Livius ab urbe condita, *Non petentem atque adeo abſentem etiam creatum credidere.*

ALLEGARE, *Legare*, *Ablegare.*

A*Llegare, legare, ablegare,* à multis improprie paſſim dicitur. Non enim verbi proprietatem attendunt, ſed vulgarem errorem perſequuntur. nam cum *autorem aliquem in rem ſuam adducere*, aut *citare* volunt, *allegare illum* dicunt, cum *allegare* ſit, quaſi *in legationem quem rogatum pro parvis, privatiſque cauſis mittere*, *Legare pro publicis*, magniſque rebus. *Ablegare vero eſt* fere *in exilium ejicere*, aut *à conſpectu removere*, ut infra patebit.

ALLEGARE.

Plau. in Epidico, *Si allegaſſem aliquem ad hoc negotium.*

Idem in Pſeudulo, *Pſeudolus tuus allegavit hunc.*

Idem in Caſina, *Pater allegavit villicum, qui poſceret ſibi iſtam uxorem.* & ſubdit: *Filius autem allegavit armigerum ſuum.*

Idem in prologo Caſinæ, *Conſervatam uxorem, conſervi duo expetunt: alium ſenex allegat, alium filius.*

Idem in Amphi. *Aliquem hominem allegent, qui mihi advenienti os occillet probe.*

Idem in Perſa, *Imo alium allegavero, qui vendat, qui eſſe ſe peregrinum prædicet.*

Terentius in Andria, *Te obſecro, ut non credas*

das à me eſſe allegatum hunc ſenem.

Cicero Catoni, *Extremum, inquit, Illud eſt. ut quaſi diffidens rogationi meæ philoſophiam ad te allegem.*

Idem M. Marcello, *Si mihi tecum minus eſſet, quam eſt, cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipue diligi.*

Idem pro ſexto Roſcio Amerino, *Nam ſtatim Cryſogonus & ipſe ad eos accedit, & homines nobiles allegat iis, qui peterent ne ad Syllam adirent.*

Idem in Philip. *Cretenſis judex, iſque nequiſſimus, quemadmodum ad hunc reus alleget?*

Q. Ci. de petitione Conſulatus ad M. Tullium, *Hi rogandi omnes ſunt diligenter, & ad eos allegandum eſt, perſuadendumque eſt iis, nos ſemper cum optimatibus de Repub. ſenſiſſe.*

Cicero in Verrem, *Cum ſibi omnes ad iſtum allegationes difficiles, omnes aditus arduos, ac potius interclusos viderent.*

Ibidem, *Primo neceſſarios iſtius ad eum allegatos eſſe dicebat.*

Ibidem, *Petit à me Rabirius, & amicos allegat, facile impetrat.*

LEGARE.

Saluſtius in Jugurtino. *Legantur tamen in Africam majores natu, nobiles amplis honoribus uſi.*

T. Livius de bello Macedonico, *Conſulem legari ad id bellum placuit.*

Plautus in Amphitrione, *Delegit viros primorum principes, eos legit Telebois.*

Cicero pro P. Sextio. *Ne iſti quidem, quos legatos non modo nullo ſenatuſconſulto, ſed etiam impugnante ſenatu, tute tibi legaſti.*

Idem ad Atticum, *Me legatum iri non arbitrabar.*

Idem ad eundem, *Meam ſtultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas.*

Idem in Verrem utrunque declarat cum dicit, *Odii immortales, quanta iſte cupiditate, quantis allegationibus illam ſibi legationem expugnavit?*

Idem Aulo Cecinnæ, *Caſſium ſibi legavit, Brutum Galliae praefecit.*

In Verrem, *Centurupini Andronem Centurupinum legarunt ad Apronium.*

ABLEGARE.

Plautus in Caſina: *Hinc adoleſcentem peregre ablegavit pater.*

Teren. in Ecyra, *Aliquo eſt mihi ablegandus, dum parit Philomena.*

Varro de re ruſt. *Pecus à prato ablegandum, & omne jumentum.*

Cicero Attico, *A fratris adventu me ablegat.*

T. Livius ab urbe con. *Sub tempus pueros venatum ablegavit.*

Idem de bello Pu. *Ablegandum eo, unde ad nos fama accedere non poſſit.*

Ibidem. *Deinde ubi ablegatum velut de induſtria M. Marcellum viderunt.*

Ibidem. *Niſi tota procul Sicilia ablegarentur.*

Ibidem. *Remotam imperpetuum, & ablegatam ab urbe, & ab Repub. juventutem.*

Ibidem, *Ablegatione juventutis ad veliternum bellum.*

Idem de bello Macedo. *Orare ut ſe extra Italiam aliquo ablegarent.*

AMPLIUS.

Amplius adverbium eſt, quandoque comparativum. Adverbium tritum eſt, ſed videre licet quam eleganter comparativo antiqui uſi ſint, in quo obſervandum eſt, eos quandoque ipſum comparativum non ſolum *ablativo*, ſed etiam *accuſativo*, quandoque & *nominativo ſine particula quam*, junxiſſe. Quæ & ejuſmodi, qui ſedulo obſervaverit, & ſcriptis ſuis intermiſcuerit, parvo negotio elegãs evadet.

Idem fecerunt de particulis, *Plus, minus, abhinc.*

AMPLIUS Nominativo conjuncta:

Cicero pro Roſcio comœdo, *Amplius ſunt ſex menſes.*

Idem in Ver. *Cum enim Siracuſis amplius centum cives Romani cognoſcerent.*

Cæſar in comment. *Inveniebat ex captivis Sabini flumen à caſtris ſuis non amplius decem milia paſſuum abeſſe.*

Hircius in comment. genitivo conjunxit cũ dixit, *Amplius duorum milium terga vertebant.*

T. Livius

T. Livius de bello Punico, *Amplius populi fuerunt centum viginti.*

Ibidem, *Amplius ſex milia hominum capta.*

AMPLIUS, Accuſativo conjuncta.

Cic. in Ver. *Qui cum amplius centum cives Ro. haberet ex conventu Siracuſarum.*

Idem ad Atticum, *Qui ager, ut dena jugera ſint, non amplius hominum quinque milia poteſt ſuſtinere.*

Idem pro Roſcio Comœdo, *Tu hoc nomen triennium amplius in adverſariis jacere pateris?*

Cæſar in comment. *Cum ipſi non amplius octingentos equos haberent.*

Ibidem, *Amplius horas quatuor fortiſſime pugnaverunt.*

Vergilius in Bucolicis:

Tres pateat cæli ſpacium non amplius ulnas.

Sal. in Catili. *Quod amplius annos XXX. Tribunus atque pręfectus, aut legatus fuerat.*

T. Livius ab urbe con. *Ceperunt amplius tria milia hominum.*

Pompeius Lucio Domitio: *Non amplius quatuordecim cohortes Luceriam coegi.*

AMPLIUS, & DIUTIUS, Ablativo conjuncta.

Terentius, *Sexaginta annos natus es, ut conjicio, & eo amplius.*

Cicero pro Roſcio Comœdo: *Hoc nomen triennio amplius in adverſariis relinquebas.*

Idem pro Lucio Flac. *Laodiceę viginti pondo paulo amplius.*

Idem pro Caio Quintio: *Annum, & eo diutius poſt mortem Caij Quintij.*

Cæſar in com. *Quę caſtra ut fumo atque ignibus ſignificabatur amplius paſſuum milibus octo in latitudinem patebant.*

Ibidem, *Milibus amplius quingentis in longum patet.*

Cælius Ciceroni, *Amplius quadraginta diebus manſit.*

T. Livius ab urbe con. *Pugnatum amplius duabus horis eſt.*

Idem de bello Punico, *Victi amplius ducenti cecidere.*

PLUS, Ablativo, accuſativo, & nominativo juncta, & primum de ablativo.

Teren. in Ecyra, *Dies triginta, aut plus eo in navi fui.*

Cicero pro Publio Quintio: *Ac tecum plus anno vixit in Gallia.*

Idem pro Planco: *Non poſſum dicere eum pręfuiſſe, neque poſſum negare eum abfuiſſe, ſed non plus duobus, aut tribus menſibus.*

Titus Livius de bello Punico: *Ab utraque parte ſexcentis plus peditibus, & dimidium ejus equitum cecidit.*

Ibidem: *Fama tenuit haud plus fuiſſe modio.*

Ibidem: *Non plus uno Romanorum amiſiſſe.*

PLUS, Juncta Accuſativo.

Cato in re ruſtica: *Ne plus quatuor digitos tranſverſos emineant.*

Cælius Ciceroni: *Hic multum ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium in his tricis moretur.*

Vitruvius, *Ita à pariete diſtent, ut ne plus pateat palmum.*

Idem, *Diſponantur inter ſe, ne plus ſpacium habentes pedes binos.*

Idem, *Dum ne plus inter duos modos alligationibus binos pedes diſtent.*

T. Livius de bello Macedo. *Aberat acies eorum paulo plus quingentos paſſus.*

PLUS, Juncta Nominativo.

T. Livius de bello Macedo. *Plus quinquaginta hominum ceciderunt.*

Ibidem: *Paulo plus trecenta vehicula miſſa.*

Idem de bello Punico: *Hominum eo die cęſa plus duo milia.*

Ibidem: *Plus tamen duo milia hoſtium eo die cęſa.*

Ibidem: *Plus decem milia capta.*

MINUS, Nominativo, accuſativo, & abl. conjuncta, & primum de nominat.

Cicero in Verrem, *Juſſit ut quę ſtatuę C. Verres ipſius & patris, & filii eſſent, eas quęſtores demoliendas locarent, dumque ea demolitio fieret, ſenatores triginta non minus adeſſent.*

T. Livius de bello Punico, *Minus duo milia hominum effugerunt.*

Ibidem.

Ibidem, *Haud multo minus, quam mille capta.*
Idem, *Hiſpani paulo minus mille homines pacti ranſit uerant ſigna.*

DE ACCUSATIVO.

Ibidem, *Nunquam nix minus quatuor pedes alta jacuit.*
Vitruvius, *Alvei autem latitudo inter parietem & pluteum non minus ſit pedes ſenos.*

DE ABLATIVO.

Cicero pro Lucio flacco: *Ante pedes prætoris in foro expenſum eſſe auri pondo centum paulo minus.*
Cæſar in com. *Minus horis tribus milium pedum. 15. in circuitum munitionem perfecerunt.*
Ibidem, *A milibus paſſuum minus duobus caſtra poſuerunt.*
Vitruvius, *Cum non minus tribus coriis fuerit deformatum.*

DE ABHINC.

Obſervatum item eſt in adverbio *abhinc*, quandoque *ablativo, quandoque accuſativo* jungi.

DE ACCUSATIVO.

Teren. in Andria, *Abhinc triennium ex Andria commigravit huic viciniæ.*
Cicero pro Cor. Balbo. *Etenim ſi Gn. Pompeius abhinc annos quingentos fuiſſet.*
Idem in Ver: *Horum pater abhinc duos & viginti annos mortuus eſt.*
Ibidem: *Quæſtor C. Papirio conſule fuiſti abhinc annos quatuordecim.*
Idem in Philipp: *Etenim ſi abhinc annos prope xx. hoc ipſo in templo negavi poſſe mortem immaturã eſſe conſulari, quanto verius nunc negabo ſeni?*
Idem de divin: *Demoſthenes quidem qui abhinc annos prope quadringentos fuit.* Horatius:
Scriptor abhinc annos centum qui decidit.

DE ABLATIVO.

Cicero pro Roſcio Comœdo: *Criminatio tua, quæ eſt Roſcium cum Flavio pro ſocietate decidiſſe, quo tempore? ab hinc annis quindecim.*
Idem Attico pro Cor: *Me ab hinc annis amplius xx v. ſpoſpondiſſe dicit.* *Flavius Alphænus de judiciis.* l. Proponebatur: *Qui abhinc centum annis fuiſſet.*

Hic quoque loquendi modus non eſt prætereundus, quo ætas illa aurea Ciceronis utebatur. Cum enim aliquis vulnerabatur, *accepiſſe eum vulnera.* Romano dicendi more dicebant. Notandi ſunt etiam & alii modi loquendi, ab hoc verbo *accipio* profecti: ut *accipere cladem, accipere injuriam, accipere detrimentum, accipere conditionem, accipere hoſpitio accipere plagam. Male acceptus, bene acceptus & hujuſmodi.*

ACCIPERE *Vulnera.*

Cic. in Philip. *Ipſeque Cajus Panſa conſul, Imp. cum inter media hoſtium tela verſaretur, vulnera acceperit.*
Idem pro Milone: *Primum illud vulnus accepit, quo teterrimam mortem obiret.*
Idem in Catilinam: *Ille tum grave vulnus accepit.*
Idem in Verrem: *Si illum locum aperuimus ſuſpicioni aut crimini, accipiendum eſſe ſtatim vulnus.*
Idem Bruto: *Panſa fugerat vulneribus acceptis, quæ ferro non potuit.*
Idem Servio Sulpitio: *Nunc autem accepto hoc tam gravi vulnere etiam illa quæ conſenuiſſe videbantur, recrudeſcunt.*
Idem Quinto fratri: *Cum Sextius multis in templo Caſtoris vulneribus acceptis, ſubſidio beſtiæ ſervatus eſſet.*
Cæſar in commen: *Cum circumventus multis vulneribus acceptis cecidiſſet.*
Ibidem: *Quorum alter accepto vulnere occupatus per ſuos, pro occiſo ſublatus eſt.*
Vergilius:
Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros Accepit patrios. Idem:
Sed neque vim plumis ullam, nec vulnera tergo:
Accipiunt. Ovid: de Faſtis.
Diffugiunt hoſtes, inhoneſtaque vulnera tergo:
Accipiunt.

Ser.

Ser. Sul. Ciceroni: *Nunciavit M. Marcellum collegam noſtrum poſt cœnæ tempus à Publio Magio Chilone familiari ejus pugione percuſſum eſſe, & duo vulnera accepiſſe: unum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem.*

Cic: pro Publio Sextio: *Tribunum plebis viginti vulneribus acceptis jacentem, moribundumque vidiſti.*

Idem: pro P. Sylla: *Accepit P. Sylla judices vulnus vehemens & mortiferum.*

Idem pro Gn. Planco: *Cum perſeverantiam ſententiæ ſuæ, non ſalutem Reip. retinuiſſet, tamen ob illam, qua illud voluntarium vulnus accepit, juſtiſſimos omnium Metellorum conſtantia, & clariſſimos triumphos gloriæ laude ſuperavit.*

T. Livius ab urbe cond: *Vulnere accepto ægre à circumſtantibus ereptus eſt.*

Ibidem: *Multa vulnera accepta.*

Idem: de bello Punico: *Sub caudis quamaxime mollis cutis vulnera accipiunt.*

Ibidem: *Cum multa Romani milites acciperent vulnera.*

Idem ab urbe condita: *Plures vulnera accipiunt.*

Ibidem: *Plura accipiunt quam inferunt vulnera.*

Ul. De ſenatuſcon. Syllaniano. l. Cum aliter: *Aut alia vulnera iſti acceperunt.*

ACCIPERE *plagam.*

Var. De re ruſt. *Si qua in tonſura plagam accepit, eum locum alligat pice liquida.*

Cicero Attico: *Atque ille locus inductus eſt à me divinitus, ne una plaga accepta P. C. conciderent.*

Idem Tironi: *Maximam plagam accepit quod is qui ſummam autoritatē in illius exercitu habebat, Titus Labienus ejus ſocius ſceleris eſſe noluit.*

Eidem: *Nihil video quod ſperandum putem jure, præſertim, cum ea plaga in Aſia ſit accepta.*

Idem de Fato: *Eam plagam potius accipiam, quam fato omnia fieri comprobem.*

Idem in Verrem: *Tu inquam tantam plagam tacitus accipere potuiſſes.*

ACCIPERE *cladem.*

T. Livius ab urbe cond: *Poſt acceptam proxime pugnæ cladem.*

Ibidem: *Ex inſidiis prope magna accepta clade.*

ACCIPERE injuriam.

Cicero in Verrem: *Nulla privatim accepta injuria.*

Idem Quinto fratri: *Qui accepta injuria illa ſpectacula quærebat.*

Cæſar in comment: *Ne quam noctu oppidani à militibus injuriam acciperent.*

ACCIPERE *hoſpitio &c.*

Plau in Mercat: *Ad cœnam vocat, venio, decumbo, acceptus hilare, atque ampliter.*

Idem in Ciſtellaria: *Ita lepide, nitidéque in prandio, accepiſti apud te, ut ſemper meminerim* Et ſubdit: *Ita hodie hic acceptę ſumus ſuavibus modis.*

Varro de lingua latina: *Ita in prandio nos lepide, nitideque accepiſti.*

Idem de re ruſtica: *Et me, abſente Patrono, hoſpitio accipiebat.*

Ibidem: *His omnibus ita acceptis, vel compoſitis, pręcipua cura domini requiritur.*

Cic. de oratore: *Ego vero atque hilare acceptus inquit.*

Plautus in Amphitrione: *Advenientem hic me hoſpitio pugnę accepturus eſt.*

Ibidem, *Familiaris accipere faxo haud familiariter.*

Vergilius: *Accipit hoſpitio.*

Cicero in ſomnio Scipionis: *Poſt autem regio apparatu accepti ſermonem in multam noctem produximus.*

ACCEPTUS *male.*

Cicero in Verrem: *Ephicrates homines multis verbis male acceptos demiſit.*

Ibidem: *Male accipit verbis Rabonium.*

Lentulus Ciceroni: *Excluſus enim Antiochia Dolobella, & in oppugnando male acceptus, nulla alia confiſus urbe, Laodiceam, quę eſt in Syria ad mare, ſe contulit.*

Hircius in comment: *Itaque adverſarii male accepti, tum demum pręſidia contulerunt.*

Brutus Ciceroni: *Recurri ad meas copiolas (ſic enim eas vere appellare poſſum) ſunt enim extenuatiſſimę, & inopia omnium rerum peſſime acceptę.*

ACCIPERE *conditionem.*

Cæſar in commentariis: *Reſpondit non eſſe*

conſuetudinem populo Romano, accipere ab hoſte armato conditionem.

ACCIPERE *detrimentum.*

Ibidem: *Quod detrimentum culpa & temeritate legati ſit acceptum.*

Cicero pro lege Manilia: *Nam in cęteris rebus cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur.*

Ibidem: *Neque eos quicquam aliud aſſequi claſſium nomine, niſi ut detrimentis accipiendis majore affici turpitudine videremur.*

ACCIPERE dolorem.

Cicero pro domo ſua: *Accepi Pontifices magnum, atque incredibilem dolorem.*

ACCIPERE beneficium.

Cicero de provinciis conſularibus: *Sed non is ſolum gratus eſſe debet, qui accepit beneficium: verum etiam is, cum poteſtas accipiendi fuit.*

ASSIGNARE, TRIBUERE, ATTRIBUERE, ADSCRIBERE.

PLerique poſt Ciceronem autores verbum *imputo* dixerunt novo, & commenticio verbo. Antiquiores vero doctiſſimi, & clariſſimi viri, quos nunquam ſatis laudare poſſumus, non *imputo*, ſed *aſſigno*, *adſcribo*, *tribuo*, *attribuo* dicebant: ut infra patebit.

ASSIGNARE.

Cicero Aulo Cecinnæ: *De quo quicquid detrahas, neceſſe eſt, aut infirmitati, aut invidię aſſignetur.*

Idem pro Tito Annio Milone: *Nec poſtulaturi, ut ſi mors P. Clodii ſalus veſtra fuerit: idcirco eam virtuti Milonis potius quam P. R. felicitati aſſignetis.*

Idem ad Quintum fratrem: *Improbitati, & ſceleri meo potius quam imprudentię, miſericordięque aſſignes.*

Idem Attico: *Si perturbatior eſt, tibi aſſignato.*

Eidem: *Quoquomodo vero ſe res habeat, nihil aſſignabis, nec patrię, nec patri.*

Idem in opere quod inſcribitur Brutus: *Hęc ſi minus apta videntur huic ſermoni Brute, Attico aſſigna.*

Idem pro Caio Rabirio Poſthumo: *Nec vero id hujuſmodi quiſquam, ſed tempori aſſignandum putavit.*

T. Livius de bello Macedo: *Flens petiit ne unius amentiam civitati aſſignaret.*

TRIBUERE.

Idem in Bruto: *Peto à te, ut id non modo negligentiæ meæ, ſed ne occupationi quidem tribuas.*

ATTRIBUERE, ADSCRIBERE.

Idem de oratore: *Hoc ſi tu cupidius factum exiſtimas Cæſari attribues.*

Idem de natura deorum: *At nonnunquam bonos exitus habent boni: eos quidem adſcribimus, attribuimus ſine ulla ratione diis immortalibus.*

Idem in Verrem: *Quis iſtuc Apronio attribuebat?*

Idem: *Omnes id Verri attribuebant.*

Ibidem: *Dicerem hoc totum mihi eſſe attribuendum judices, ſi illi unquam à me hoc poſtulaſſent.*

Ibidem: *Ut aliis cauſam calamitatis attribueret.*

Ibidem: *Dico aut omnes extra culpam fuiſſe: aut ſi uni attribuenda culpa ſit, in eo maximam fuiſſe.*

QUAM.

QUam elegans eſt, & plenus Romani candoris hic quoque dicendi modus, quem pauci obſervare ſtuduerunt. Nam quis eſt noſtrorum, qui non dicat: *Novem annis poſtquam huc veni, novem annis antequam Romam eſſem ingreſſus?* Qui modus loquendi, & ſi Latinus dici poteſt, elegans tamen, & eruditi illius ſæculi dici non poteſt, quo ſæculo ita dicebant: *Poſt novem annos quam huc veni: Ante novem annos quam Romam eſſem ingreſſus.* Et cum dicebant: *Novem annis ante, vel novem annis poſt*, raro ſubiungebant *quam*, ſed poſtponebant, ut infra colligetur.

Cato de re ruſtica: *Poſtridie, aut poſt diem tertium, quam lecta erit.*

Ibidem: *Poſt annum tertium quam ſeveris incendito.*

Cicero Attico: *Quatuordecim annis poſt, prętor eſt factus Tuditanus, quam conſul Mumius.*

Idem de oratore li. ii. *Poſtero igitur die, quam illa erant acta.*

Idem

Idem contra Rullum: *Cum multis annis poſt petiiſſent, quam pretores fuiſſent.*

Cicero filius Tironi: *Aliquando venerunt poſt diem quadrageſimum & ſextum, quam à nobis diſceſſerant*

Cæſar in comment. *Poſt diem quartum, quam eſt in Britanniam ventum:*

Catullus:

Smyrna mei Cinnæ nonum poſt denique meſſem,
Quam cœpta eſt, nonamque ædita poſt hyemem.

Hircius in comm: *Poſt diem tertium, quam Africam attigit.*

Aſconius Pedianus: *Poſt novem deinde annos, quam ſublata erant.*

Idem: *Poſt diem tertium, quam Cato eſt abſolutus.*

Idem: *Poſt diem autem quartum, quam poſtulatus erat Scaurus.*

Idem: *Poſt diem trigeſimum fere, quam erat Clodius occiſus.*

Idem: *Ante ſexdecim annos, quam hęc dicta ſunt.*

Idem: *Poſt pauculos ſtatim dies, quam inierat tribunatum.*

Idem: *Poſt ſeptimum annum, quam Carthaginenſibus bello ſecundo data eſt pax.*

Idem: *Hęc oratio dicta eſt L. Cęſare, & Figulo conſulibus, poſt annum, quam pro Cornelio dixerat.*

Idem: *Ante annum, quam hęc dicerentur, acta eſt.*

Paulus de Nautico fœnore: l. Fœnerator: *Si navis poſtea perierit, quam dies prefinitus periculo exactus fuerit.*

Ulpianus de manumiſſio. l. Qui duos: *Poſt annum quam moriar liber eſto:* & ſubdit: *Poſt annum, quam hoc teſtamentum factum fuerit.*

Papinianus de peculio caſtrenſi. l. Pater: *Quod ſi filius poſt annum, quam militare deſierit, jure communi teſtamento facto, vita deceſſerit.*

Martianus de muneribus. l. Reus: *Poſt annum, quam reus delatus eſt.*

Scævola de legatis in uxorem: *Poſt annos complures, quam facit teſtamentum.*

T. Livius vero, labente jam in deterius Latino illo candore, abſolute abſque aliqua particula *poſt*. utitur: ut ab urbe condita: *Septimo die, quam profectus erat in caſtra redit.*

Ibidem: *Lilibeum tertio die, quam profectus inde erat, rediit.*

Ibidem: *Tertio decimo die, quam profectus erat inde, Lilibeum revectus*

Idem de bello Punico: *Octavo menſe, quam cœptum oppugnari, captum Saguntum.*

Idem ab urbe cond: *Die XX. quam creatus erat, dictatura ſe abdicavit.*

Ibidem: *Quadringenteſimo anno, quam urbs Romana condita erat, quinto trigeſimo quam à Gallis recepta.*

Idem de bello Macedonico: *Altera die, quam a Brunduſio ſolvit.*

Ibidem: *Die tertio, quam petierant.*

Ibidem: *Anno trigeſimo altero, quam condita Roma erat.*

AMABO.

Amabo, quæ interjectio amantis eſt, Poetæ illius ſingularis ſæculi quandoque cum pronomine, interdum abſolute, quandoque non ad unum, ſed etiam ad plures: oratores vero, & qui ſolutam ſcripſerunt orationem, longe aliter uſi ſunt: ut *Ama me, amabo te*, frequenter dicerent.

Plautus in Menechmis: *Amabo mi Menechme.*

Idem in Perſa: *Dic amabo.*

Idem in Rudente: *Quo amabo ibimus?*

Ibidem: *Ite inquam domum amabo.*

Idem in Truculento: *Properate, afferte menſam amabo.*

Idem in Mercatore: *Amabo ecaſtor mi ſenex eloquere.*

Idem in Menechmis: *Pallam illam amabo, quam tibi dudum dedi, mihi eam redde.*

Idem in Sticho: *Qui amabo pater?*

Catullus: *Amabo mea dulcis Iſiphilla.*

Cicero Caſſio: *Et amabo te, cum dabis poſthac aliquid domum literarum, mei memineris.*

Idem Attico: *Noſtra autem negotia, quoniam Romæ commoraris, amabo te explica.*

Eidem: *Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me ſcribe.*

Eidem: *Ama me, non libenter vidi: ſed modo ſuccenſet, modo gratias agit.*

Eidem: *Expecta amabo te.*

Idem Quinto fratri: *Amabo te mi frater, niſi uno meo ſato & tu, & omnes mei corruiſtis.*

Idem Attico: *Sed amabo te, nihil incommodo valetunis feceris.*

Eidem: *Macte, ſed amabo te, perfice mihi totum negotium.*

Idem Curioni: *Sed amabo te, cura & cogita nihil novi: ſed illud idem, quod initio ſcripſi.*

Idem Quinto fratri: *Amabo te, advola, conſolabor te.*

Idem Attico: *Cura, amabo te, Ciceronem noſtrum.*

Cælius Ciceroni: *Amabo te, ſi quid quod opus fuerit Appio facies, ponito me in gratiam.*

Ibidem: *Amabo te, impera tibi, hoc curare ſoles libenter.*

ABDO.

NEmo eſt fere, qui ignoret *Abdere* quid ſignificet: modum tamen loquendi, quo eo verbo doctiſſimi illi Romana lingua uſi ſunt, quotus quiſque eſt, qui norit? Aliqua vero, quod ſparſa multis in locis apud eos fluunt, ſub oculos ſubjicere ſtudui, ut ſint legentibus præſto ad imitandum.

Terentius in Ecyra: *Rus abdidit ſeſe.*

Cicero Curio: *Abdo me in bibliothecam, itaque opera efficio tanta, quanta fortaſſe tu ſenties.*

Idem Planco: *Abdidit ſe in intimam Macedoniam, quo potuit longiſſime a caſtris.*

Idem in Piſonem: *Domum ſe abdidit, inde nocte intempeſta crepidatus, veſte ſervili navem conſcendit.*

Idem pro Milone: *Cum ſe ille fugiens, in ſcalarum tenebras abdidiſſet.*

Idem Attico: *In ægyptum nos abdemus.*

Ibidem: *Utar tuo conſilio, neque me Arpinum hoc tempore abdam.*

Dolabella Ciceroni: *Si ſe ille abdiderit in claſſem.*

Cæſar in comment: *Aut ſe in Menappios abderet.*

Ibidem: *Reliqui ſeſe fugæ mandarunt, atque in proximas ſylvas abdiderunt.*

Idem: *Finibus ſuis exceſſerant, ſuaque omnia exportaverant, ſeque in ſolitudinem, ac ſylvas abdiderant.*

Vergilius tamen, cum jam ætas illa aurea, quam ſuſpicere non deſino, prope obſoleſceret, ablativo uſus eſt, cum in Georgicis dixit:

Abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ.

Et æqualis ejus T. Livius ab urbe condita: *Se in ſuis, inquit, quiſque tectis abdiderunt.*

Ibidem: *Conſules in privato abditi.*

ASPIRARE.

QUam parum notum eſt, & in uſu poſitum occultiore ſignificato verbum *Aſpiro*? quam eleganter, quã apposite divini illi Latinitatis parentes eo uſi ſunt? quorum aliqua loca his ſubjeci, ex quibus liquido nihil aliud *aſpirare* eſſe intelligimus, quam *accedere, pervenire, aſſequi, attingere.*

Varro in libro rerum ruſticarum: *Ad quæ granaria nulla aura humida è propinquis locis aſpiret.*

Cic. Trebatio: *Subinvideo, inquit, tibi, ultro te eſſe accerſitum ab eo, ad quem cæteri non propter ejus ſuperbiam, ſed propter occupationem aſpirare non poſſunt.*

Idem in oratore: *Ad eam laudem, quam volumus, aſpirare non poſſunt*

In eodem: *Ex bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt.*

Idem Attico: *Vectium in roſtra produxit: eumque eo loco conſtituit, quo Bibulo conſuli aſpirare non liceret.*

Idem in Verrem: *Quo claſſes ſæpe conatæ nunquam aſpirare potuerunt.*

Idem in Tuſc: *Hæc etiam in equuleum conjiciuntur, quo vita non aſpirat beata.*

Ibidem: *Metrodorus occupavi, inquit, te fortuna, atque cepi, omneſque aditus tuos intercluſi, ut ad me aſpirare non poſſes.*

AFFEC-

AFFECTUS.

Affectus plerumque longe aliud ſignificat, quam quod paſſim invenitur: *Affectus injuria, affectus contumelia, affectus moleſtia.* Sed interiore, ac reconditiore ſignificato, id eſt, quod *vitiatum, infirmum, ægrotum.*

Cicero de oratore: *Affectus, inquit, ſenectute.*

Idem Attico: *Quem quidem Neapoli affectum graviter videram.*

Idem in Verrem: *Nemo Agrigenti, neque ætate tam affecta neque viribus tam infirmus fuit.*

Propertius:

Juppiter affectæ tandem miſerere puellæ.

Cornelius Celſus: *Ubi lien affectus eſt, intumeſcit.*

Ibidem: *At renes ubi affecti ſunt, diu male habent.*

Cæſar in commentariis: *Qui ſunt affecti gravioribus morbis.*

Ibidem: *Neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur.*

Ibidem: *In corpore affecto.*

T. Livius ab urbe cond: *Color imperatoris, quem affectum viſuros crediderant.*

Ibidem: *Corpora affecta tabo.*

Ibidem: *Vires corporis affectæ.*

Ibidem: *Affecti plerique principum.*

Ibidem: *Exercitum affectum prælio, ac via nocturna excepere.*

Ibidem: *Affectæ vehienti bello* Reip. remedio fuit.

Papinianus ad legem falcidiam. l. In ratione: *Qui moriente domino, ea valetudine affecti fuerant, ut eos non poſſe vivere certum eſſet.*

Sed & ejus verbi eſt alius quidam ſecretior ſenſus quo meo judicio *inchoare* ſignificet: ut.

Cicero de provinciis conſularibus: *Bellum affectum videmus, & (vere ut dicam) pene confectum: ſed ita, ut ſi idem extrema perſequitur, qui inchoavit, jam omnia perfecta videamus.*

Et in eodem; *Nam ipſe Cæſar quidem cur in provintia commorari velit: niſi ut ea, quæ per eum affecta ſunt, perfecta Reipublicæ tradat?*

ADVERSARIA.

Operæ precium eſt non ignorare *Adverſaria* quæ ſint, quo nomine antiqui illi multo aliter, ac vulgato ſenſu utebantur. Erant enim *adverſaria*, quantum colligere potui, *libelli ratiocinatorum*: in quibus primum rationes accepti, & expenſi, negligenter & ſine ordine ſcribebantur, mox in codicem diligentiſſime præſcriptæ referebantur. In qua re advertendus eſt hic quoque elegans dicendi modus: Nam *referre in codicem, & in tabulas,* dicebant, vel *nomina*, vel *pecunias*, aut *res alias*, *cum per ordinem*, ut dixi, *deſcribebant*. Secus cum *in adverſariis* aliqua notabant, *ſine ordine*, & in confuſo, & negligenter *id faciebant*.

Cic. in fragmento orationis pro Roſcio Comœdo: *Non habere ſe hoc nomen in codice accepti, & expenſi relatum confitetur: ſed in adverſariis patere contendit. Uſque eo ne te diligis, & magnifice circumſpicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, ſed adverſariis petas? Suum codicem teſtis loco recitare arrogantiæ eſt: ſuarum præſcriptionum, & literarum adverſaria proferre non amentiæ eſt? Quod ſi eandem vim, diligentiam, autoritatemque habent adverſaria, quam tabulæ, quid attinet codicem inſtituere, conſcribere, ordinem conſervare, memoriæ tradere literarum vetuſtatem? Sed ſi quod adverſariis nihil credimus, idcirco codicem ſcribere inſtituimus, quod etiam apud omnes leve & infirmum eſt, id apud judicem grave & ſanctum eſſe ducetur? Quid eſt ergo quid negligenter ſcribimus adverſaria? quid eſt quod diligenter conficimus tabulas? qua de cauſa? Quia hæc ſunt menſtrua, illæ ſunt æternæ: hæc delentur ſtatim, illæ ſervantur ſanctæ: hæc parvi temporis memoriam, illæ perpetuæ exiſtimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc dejecta, illæ ſunt in ordinem confectæ: Atque ita adverſaria in judicium protulit nemo, codicem protulit, tabulas recitavit. Tu C. Piſo tali fide, virtute,*

gravitate, autoritate ornatus, ex adverſariis pecuniam petere non auderes. Et ſubdit: *Quære quampridem hoc nomen Fannij in adverſaria retuliſti?* Et ſubdit: *Cur tam diu jacet hoc nomen in adverſariis?* Et ſubdit: *Tu hoc nomen triennium amplius in adverſariis jacere pateris?*

AMO.

A*Mo te multum*, *Valde te amo.* Modus hic loquendi magnam affert Latinitati gratiam: eſt enim candori illi Romano proprius, nec fuco aliquo inquinatus.

Cicero ad Atticum de municipiis: *Quod mihi polliceris valde te amo.*

Ad eundem: *Te multum amamus, quod ea abs te diligenter, parvoque curata ſunt.*

Ibidem: *Multum te amo, quod reſpondiſti M. Octavio.*

Terentius: *Ecquid nos amas de fidicina hac?*

Cicero Attico, *de Raduſcalo Numeriano Multum te amo.*

ACQUIESCERE.

ET illud notavi, quod ab iis, quos dixi, perfectiſſimis autoribus uſurpatum eſt. Non enim (ut vulgus putat) *Acquieſcere conſentire eſt*: ſed ſignificat cum quadam animi voluptate, *quieteque conſiſtere in re aliqua*, in qua prius in dubio, aut ſolicitudine animus fuiſſet: ſicut Cicero, & alii, quos ſubjeci, clare oſtendunt.

Cic. in epiſtola ad Sulpitium: *His vero temporibus habemus aliud nihil, in quo acquieſcamus.*

Et ſubdit: *Servius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, imprimiſque hac, in qua me ego ſcripſi acquieſcere, ita verſatur ut excellat.*

Ad eundem: *Ut ejus in bonis acquieſcam.*

Et iterum: *Literis tuis lectis aliquantulum acquievi.*

Idem Attico: *Acquieſco enim ſcribens ad te, & legens tua.*

Eidem: *Interim velim mihi ignoſcas, quod ad te ſcribo tam multa totiens: acquieſco enim, & tuas volo elicere literas.*

Eidem: *Sed intererat enim ubi acquieſcerem.*

Idem de amicitia: *Viciſſim autem ſenes in adoleſcentium charitate acquieſcimus.*

Idem de divinatione: *Qui jam ætate provecti, in noſtris libris acquieſcunt.*

Idem M. Varroni: *Artes noſtræ neſcio quomodo nunc uberiores fructus ferre videntur, quam olim ferebant: ſive quia nulla nunc in re alia acquieſcimus, ſive quia gravitas morbi facit, ut medicinæ egeamus.*

Idem pro rege Deiotaro: *In tuo ore vultuque acquieſco.*

ADESSE.

A*Deſſe* nihil aliud profecto eſt, quam *præſentem eſſe*, Architecti tamen illi Latinitatis nobiles, quandoque *coram*, vel *præſentem*, qaundoque *utrunque* ei verbo *addebant*, quo firmius opus exurgeret.

Plautus in Moſtellaria: *Adſum præſens præſenti tibi.*

Terentius: *Ac non quia ades præſens dico.*

Cic. pro domo ſua: *Adeſt præſens vir ſingulari virtute.*

Idem in Anton: *Coram aderit præſens tibi ipſe, & ille quem inſimulas pugio reſpondebit.*

Idem de officiis: *Ad id quod adeſt, quodque præſens eſt, paulatim ſe accommodat.*

Idem in Verrem: *Adſunt homines ex tota provintia nobiliſſimi, qui præſentes vos orant atque obſecrant judices.*

Idem Caſſio: *Fit enim neſcio quomodo, ut quaſi coram adeſſe videare cum ſcribo.*

Verg: *Coram quem quæritis adſum Trojus Æneas.*

APPOSITUM, APPOSITE.

NOmine *Appoſito*, & adverbio *Appoſite* uſi ſunt autorum probatiſſimi quique præſertim pater & eloquentiæ decus Cicero: quod perinde eſt, ac ſi dicamus: *aptum, accommodatum apte, accommodate.*

Varro de re ruſtica: *Galli appoſiti, ſed maxime ad jumenta.*

Ibidem: *Maxime ad id pecus appoſitum.*

Ibidem: *Eſt enim quod eum inquinat locum appoſitum ad agriculturam.*

Cicero Attico: *Sed jam extrudimur, non à Planco,*

Planco, nam is quidem retinet: verum ab ipſo loco minime appoſito ad tolerandum in tanto luctu calamitatem.

Idem in Verrem: *Menſes mihi tres cum eripuiſſetis ad agendum maxime appoſitos.*

Ibidem: *Qui ita natus eſt, ita educatus, ita factus, & animo, & corpore, ut multo appoſitior ad deferenda, quam ad auferenda ſigna eſſe videatur*

Ibidem: *Homo bene appoſitus ad iſtius avaritiam.*

Idem de arte Rhetorica: *Dicere appoſite ad perſuaſionem.*

ADhæreſcere, tritum ubique & verbum, & ſignificatum: ſed non omnibus ejus (ut dicunt) regimen notum, *Accuſativo* enim *præcedente præpoſitione* quam dativo frequentius *jungitur*: Quæ res eo mirabilior eſt, quo verbum id cum præpoſitione Ad, quæ accuſativum requirit, componitur. *Quod item fit perſæpe in verbis, aggredior, adjungo, adeo, applico, aſpicio, adrepo, & ſimilibus.*

ADHÆRESCERE.

Plautus in Penulo: *Ne ad fundas viſcus adhæreſceret.*

Cic. pro Publio Sextio: *Ad columnam adhæreſcere.*

Idem de finibus bonorum & malorum: *Ut homines ad eorum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerent.*

Idem in Academicis quæſtionibus: *Quaſi tempeſtate delati, ad eam tanquam ad ſaxum adhæreſcunt.*

Idem ad Pont: *Ne in hanc tantam materiam ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret.*

Idem de natura deorum: *Quot genera, quamque diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium, & innantium belluarum, partim ad ſaxa nativis teſtis adhærentium?*

Idem de oratore: *Et ad genus id, quod quiſque veſtrum in dicendo probarit, adhæreſcerent.*

Cæſar in Commentariis: *Hæc caſu ad turrim adhæſit.*

AGGREDI.

Cicero de natura deorum: *Tum Cotta quia ſic aggrediar, inquit, ad hanc diſputationem, quaſi nihil unquam audierim de diis immortalibus.*

Idem pro P. Sextio: *Tamen aggrediar ad dicendum.*

Ibidem: *Non aggrediar ad illa maxima atque ampliſſima.*

Idem de oratore: *Cum ad cauſam ſum aggreſſus.*

Idem pro Cornelio Balbo: *Priuſquam aggrediar ad jus, cauſamque Cornelii.*

Idem pro Lucio Flacco: *Aggrediar jam ad ſingulos civitates.*

Idem de legibus: *Prius quam aggrediamur ad leges ſingulas.*

ADJUNGERE, & Accedere.

Terentius in Andria: *Ut animum ad aliquod ſtudium adjungant.*

Idem in Eunucho: *Accede ad ignem hunc, jam caleſces plus ſatis.*

Cicero in Philippica ſexta: *Cæſar ſe ad neminem adjunxit.*

Idem de arte Rhet: *Ad eam cauſam, qua commotum peccaſſe dicet, poterit adjungere.*

Ibidem: *Poſtea ad id quod definieris factum ejus, qui accuſabitur, adjungere oportebit.*

Idem in Topicis: *Omnibus eſt jus parietem directum ad parietem communem adjungere, vel ſolidum, vel fornicatum.*

Idem in Philippica quinta: *Et Pompeius ad L. Syllæ maximum imperium, victoremque exercitum acceſſit, Cæſar ſe ad neminem adjunxit.*

Idem pro C. Rab: *Adjungemus ad hanc labem ignominiamque mortis etiam C. Marii nomen.*

ADIRE.

Plautus in Aſinaria: *Ad me adi viciſſim.*

Idem in Trinummo: *Tute ad eum adeas.*

Idem in Menechmis: *Adibo ad hominem.*

Terentius in Andria: *Quid tibi videtur, adeon ad eum?*

Cic. pro lege Manilia: *Qui omnium mentes eorum, quod ad Rempub. adeunt, maxime perſpiciunt.*

Idem pro Lucio Flacco: *Ad quem adit?*

Idem in Verrem: *Seſe a ſuis civibus hæc habere mandata, ut ad Verrem adirent.*

Ibidem: *Cæteri hæredes adeunt ad Verrem.*

Ibidem: *Ut ſi vobis videretur, adiremus ad eorum Senatum.*

Ibidem: *Cum ad prætorem in jus adiſſemus.*

Ibidem: *Patri exacta ætate, & adoleſcenti filio adeundi ad illum miſerum poteſtatem nunquam eſſe factam.*

Ibidem: *Aditum eſt ad libros Sibyllinos.*

Ibidem: *Homines tenues obſcuro loco nati, adeunt ad ea loca, quę nunquam antea viderunt.*

Idem pro Roſcio Comœdo: *Ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil, neque tantum, quantum poſtulavimus, conſequamur.*

Idem pro Sextio Roſcio Ame. *Poſtremo iſto hortatore ad Syllam legati non adierunt.*

Cæſar in Commentariis: *Univerſi ad Cęſarem adierunt.*

T. Livius de bello Punico: *Qui ad lacum Averni adiſſent.*

Idem de bello Macedonico: *Scriba ad Tribunos plebis adit.*

APPLICARE.

Terentius in Andria: *Hi ſe ad vos applicant.*

ADSPICERE.

Varro libro ſecundo rerum ruſticarum: *Simul aſpicit ad me.*

Ibidem: *Fundanius aſpicit ad ſcorfam.*

ACCEDERE.

Varro de re Ruſtica: *Docent ſylveſtria, ad quę ſator non acceſſit.*

Terentius in Phormione: *Voluntas veſtra ſi ad Poëtam acceſſerit.*

Ibidem: *Si ad matris mammam non accedet.*

Cic. pro C. Rabirio: *Deinde vos Quirites, quorum poteſtas proxime ad deorum immortalium accedit, oro, atque obſecro.*

Ibidem: *Ad quem cum acceſſiſſemus, Axius Appio ſubridens: Recipis nos, inquit, in tuum Ornithona, ubi ſedes inter aves.*

ADREPERE.

Varro de re ruſtica: *Ne mus, aut lacerta adrepere ad columbaria poſſit.*

ACCIPERE EODEM EXEMPLO LITERAS.

Hic quoque modus Latine loquendi elegantiſſimus eſt, ſignificatque quod corrupto, depravatoque dicendi genere, fere apud omnes dicitur *ejuſdem tenoris, vel duplicatas literas accipere*, quæ barbaries ita inolevit, ut proprium, verumque quem dixi, loquendi modum nemo jam, aut pauci agnoſcant.

Cicero Cornificio: *Hæc fere ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi.*

Idem Ser. Sul: *Licet eodem exemplo ſæpius tibi hujus generis literas mittam.*

Eidem: *Accipio excuſationem tuam, qua uſus es, cur ſæpius ad me literas uno exemplo dediſſes.*

Idem Trebatio: *Quis ſolet eodem exemplo plures dare, quanquam ſua manu ſcribit?*

Idem Planco: *Binas à te accepi literas eodem exemplo.*

Brutus Ciceroni: *Eodem exemplo literæ à te mihi redditæ ſunt.*

ARTERIA.

Licet aliqui Latinius *Arteriam*, quam *venam* dici putent: autoritates tamen, quas infra poſui, opinionem eorum contra ſtare videntur.

Cicero de Fato: *Si cui venæ ſic moventur, is habet febrem, & is febrem non habet.*

Ovidius de ponto:

Et jam deficiens ſic ad tua verba revixi:
Ut ſolet infuſo vena redire mero, Ibidem:
Sępe aliquem ſolers medicorum cura reliquit:
Nec ſpes huic vena deficiente cadit. Id. Met:
Saliunt tentatę pollice venę. Perſius:
Tange miſer venam, & pone in pectore dextram:
Nil calet hic.

Sabinus in epiſtola Paridis pro Helena:
Dumque ſuo tentat ſalientem pollice venam.

Vitruvius: *Uti medicis & muſicis, & de venarum rhythmo, & de pedum motu.*

Corne. C. *Si circa frontem intentę venę moventur.*

Ibidem: *Periculoſiſſimum tum eſt, ſi venę quoque ibi vehementer agitantur.*

Ibidem: *Ubi venarum exigui, imbecillique pulſus ſunt.*

Ibidem: *Tum requirunt etiam quare venæ noſtrę*

noſtræ modo ſubmittant ſe, modo attollant.

Ibidem: *Sed primo quidem die nullus humor dari debet, niſi ſubito ſic venæ conciderunt, ut cibus quoque dari debeat.*

Ibidem; *Venis enim maxime credimus fallacisſimæ rei.*

Ibidem: *Venas autem conſpectus medici movet.*

Ibidem: *Si venæ non æquis intervallis moventur.*

Ibidem: *Urina fallax, vena fallacior.*

A T, maar.

NOn caret magna elegantia hæc quoque particula *At*, qua vario modo uſos bonos illos autores reperimus. De qua & ſi aliqui non pauca dixerunt, ea nos vel declarare apertius, vel plura addere utile duximus.

Vergilius *in principio* libri 4. Æneid. capite verſuum, illam locavit.

At Regina gravi jam dudum ſaucia cura,
Vulnus alit venis,

Quandoque eſt *execrationi prævia.* Idem.

At tibi pro ſcelere exclamat, pro talibus auſis:
Di (ſi qua eſt cælo pietas, quæ talia curet)
Perſolvant grates dignas, & præmia reddant
Debita.

Terentius in And: *At tibi Di dignum factis exitium dent.*

Quandoque *optantis.*

Plautus in Perſa: *At tibi Di omnes benefaciant.*

Aliquando geminata *admirationem* oſtentat.

Plautus in Mercatore: *At at meus hic quidem pater eſt.*

Ter. in And: *At at hoc illud eſt, hinc illæ lachrymæ.*

Horatius aliquando *imprecando exclamat*, & *interogat.*

At o deorum quiſquis in cælo regis terras.
Et humanum genus, quid iſte fert tumultus?

Interdum cum *admiratione laudat*, vel *vituperat interrogans.*

Terentius in Eunucho: *Fucum factum mulieri. at quem deum?*

Cicero pro domo ſua: *At quæ dea eſt?*

Idem Peto 9, 20. *Habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem: at quem virum? non eum, quem tu ſolitus es promulſide conficere.*

Idem pro aulo Cluentio: *Una mater oppugnaret: at quæ mater? quam cæcam crudelitate, & ſcelere ferri videtis.*

Idem pro Tito Annio Milone: *Itaque antevertit, at quo die?*

Idem pro Publio Sylla: *At quos viros?*

Idem pro Lucio Flacco: *At quos teſtes?*

Idem in Bruto: Cn. *Pompeius Sexti filius, at quem numerum obtinebat?*

Idem Attico: *At quibus verbis? & prorſus geſtis ampliſſimis.*

Quandoque *orat.*

Cic. pro domo ſua: *At videte hominis intolerabilem audaciam.*

Idem in Verrem: *At videte hominis impudentiam, atque arrogantiam judices.*

Interdum *ſimpliciter interrogat.*

Cic. in Verrem: *At per deos immortales quid eſt quid de hoc dici poſſit?*

Nonnunquam *affirmat.*

Terentius in Eunucho 2. 1. *At diligenter, at mature.*

Quandoque *per ironiam* quandam inducitur.

Cicero in Verrem: *At mores commodi: quis contumacior? quis inhumanior? quis ſuperbior? Ad hæc ſine cujuſquam malo, quis acerbior? quis inſidioſior? quis crudelior unquam fuit?*

Quandoque *ſaltem* ſignificat.

Cato de re ruſtica: *Si non eodem die, at poſtridie.*

Cicero Curioni: *Noſtram ſuffragationem ſi minus potentem, at probatam tamen, & juſtam.*

Idem pro Lucio Flacco: *Si non propinquitatis, at ætatis ſuæ, ſi non hominis, at humanitatis rationem haberet.*

Quandoque idem, quod *ſed* ſignificat.

Cic. pro Tito Annio Milone: *Quid porro quærendum eſt? factum ne ſit? at conſtat: a quo? at patet.*

ABESSE BIDUI, twee dagen af zijn.

ABeſſe bidui, non biduo, aut per biduum dicitur, idque ſine alio verbo conjuncto, licet ſubintelligatur itinere, aut via: ſed talis erat loquendi modus.

Cicero Attico 5. 16. *Nos in ea caſtra prope rabamus, quę aberant bidui.*

Eidem 5. 17. *Hęc dictavi ſedens in rheda cum in caſtra proficiſcerer, à quibus aberam bidui.*

ABSIT VERBO INVIDIA &c. met permiſſie.

Eſt hic quoque modus loquendi apud veteres, ut cum quid erant dicturi, quod arrogans videri poſſet, quaſi excuſando dicerent: *Abſit verbo invidia*, id eſt, *odium:* nam quandoque eo nomine invidia nuncupatur.

T. Livius ab urbe condita: *Abſit verbo invidia, & civilia bella ſileant.*

Ibidem: *abſit invidia verbo.*

Idem de bello Macedonico: *Abſit verbo invidia.*

ABESSE &c. uytbreeken.

NOtæ ſignificationis eſt *Abeſſe*: modus autem dicendi, qui ex eo verbo procedit, non eſt prætereundus. Dicitur enim: *Quid abeſt huic homini?* Plerique autem mutato dicendi genere, dicunt: *Quid deficit huic homini?* vel: *Quid deeſt huic homini?*

Cicero pro Cornelio Balbo: *Quid abeſt huic homini, quod ſi adeſſet, jure hoc, & tribui, & concedi putaremus?*

Idem De oratore: *Quid huic abeſſe poterit de maxima rerum ſcientia?*

ASSIGNARE (toe-eygenen.)

ASſignare, præcipue agris convenit: cum ii vel militibus, vel emptoribus, aut aliis juſſu magiſtratuum, aut dominorum aſſignantur.

Cicero in Philippica ſecunda: *Duo millia jugerum campi Leontini Sexto Clodio rhetori aſſignaſti, & quidem injuria.*

Idem Attico: *Mihique ex agro tuo tantum aſſignes, quantum in eo corpore aſſignari poteſt.*

Horatius 2. Ep. 1. *Agros aſſignant, oppida condũt.*

T. Livius de bello Macedonico: *Agrum iis aſſignaret.*

AD VERBUM, van woort tot woort.
AD UNUM, tot een toe.

Ad verbum, Ad unum: id eſt, quod inepte dicunt, *de verbo ad verbum, & uſque ad unum.*

Cicero de finibus: *Fabellas Latinas ad verbum de Gręcis expreſſas, non inviti legunt.*

Idem de amicitia: *De amicitia vero omnes ad unum idem ſentiant.*

Virgilius Æneid: 5. v. 686.

Juppiter omnipotens ſi nondum exoſus ad unum
Troianos, ſi quid pietas antiqua labores
Reſpicit humanos, da flammam evadere claſſi
Nunc pater.

ARBITRATU *meo*, na mijn goeddunken.

Arbitratu meo frequentius dicebant, quam *arbitrio meo.* Nonnulli vero contra alia bona corrupere, ut frequentius arbitrio, quam arbitratu dicant.

Cicero de ſenectute: *Ejus diſputationis ſententias memorię mandavi: quas in hoc libro expoſui arbitratu meo.*

Idem de legibus: *Concedunt, ut eum arbitratu meo diligam.*

Idem Attico: *Arbitratu meo vivendi.*

ADJICERE *oculum*, de ogen op ymant ſlaen.

Adjicere oculum puellæ, eſt certo modo loquendi id, quod perverſe dicitur, *oculum in puellam dirigere.*

Cicero in verrem: *Partim plane videbant, adjectum eſſe oculum hæreditati.*

CAUSA, GRATIA, om.

ANimi cauſa, officii cauſa, verbi cauſa, verbi gratia, valitudinis cauſa, honoris cauſa, & honoris gratia, exempli cauſa,* modi ſunt loquendi, Romana elegantia referti.

Honoris CAUSA, GRATIA, van eers wegen.

Varro de re ruſtica: *Honoris cauſa menſę ſuæ die feſto dignetur adhibere.*

Cicero pro Sex. Roſcio Amerino: *Alterum in urbe ſecum honoris cauſa habere.*

Plau. in Amphi: 3. 1. *Nunc huc honoris veſtri venio gratia.*

T. Liv. de bello Macedonico: *Honoris cauſa legatos mittere.*

Animi

Animi CAUSA, om plaiſier.

Plautus in Aſinaria 1. 1. *Sine me amare hunc Argyrippum animi cauſa, quem volo.*

Idem in Curculione 2. 3. *Dico me illo adveniſſe animi cauſa.*

Idem in Mercatore 2. 3. *Miſer, mihi amicum paravi animi cauſa.*

Varro de re ruſtica: *Dic aliud genus Ornithonis, qui animi cauſa conſtitutus à te, ſub Caſino fertur.*

Officii CAUSA, van pligts wege.

T. Livius ab urbe condita: *Quæ officii cauſa ab domo profectæ fuerant.*

Ibidem: *Scipionem officii cauſa convenerant.*

Verbi CAUSA, *Verbi* GRATIA by exempel.

Cicero de arte rhetorica: *Verbi cauſa majeſtatem minuere, dicere adverſarium majeſtatem minuiſſe.*

Idem de fato: *Si quis, verbi cauſa, oriente canicula natus eſt, in mari non morietur.*

Idem de Academicis: *Verbi cauſa, tria pauca ſunt, anne?* & ſubdit: *Sin autem uſque ad novem verbi gratia.*

Idem de finibus: *Verbi gratia, propter voluptatem.*

Exempli CAUSA.

Cicero de officiis: *Exempli cauſa ponatur aliquid, quod pateat latius.*

AUTEM, wat ſeg ik.

PArticula *Autem*, interiore ſignificato, quæſo doctiſſimi quique attendite: permulcebit enim aures, & illis jucundiſſimo veluti cantu pruriet,

Cicero Attico 6. 2. *Quod ad te ſcriptum eſt à Cincio de Statii ſermone, in quo hoc moleſtiſſimum eſt, Statium dicere à me quoque id conſilium probari, probari autem? de iſto hactenus diximus.*

Eidem 6. 3. *Quid tandem iſti mali in tam tenera inſula non feciſſent? feciſſent autem? imo quid ante adventum meum non fecerint?*

Eidem: *Sed ferendus tibi in hoc meus error, ferendus autem? imo vero etiam adjuvandus.*

Eidem: *Etſi intelligis quam mecum ſit ſcire & curare quid in repub. fiat, fiat autem? imo vero etiam quid futurum ſit.*

A PRINCIPIO &c.

QUam elegantes dicendi modi *ad extremum, à principio, ab initio, à primo*: quandoque abſolute ſine præpoſitione, *principio, initio, primo*, ab illis veteribus introducti ſunt: quorum loco incuriæ poſtea multam barbariem ſupplevit.

A PRINCIPIO, van den beginne.

Cicero Attico: *Sed ego à principio cum divinare de belli diuturnitate poſſem.*

Eidem: *Sed hæc à principio tibi præcipiens quantum projecerim, non ignoro.*

Eidem 1. 10. *Noſmet ipſi, qui Lycurgei à principio fuiſſemus, quotidie demitigamur.*

Eidem: *Ac vellem à principio te audiſſe.*

AB INITIO, in den aenvang.

Eidem: *Quod tibi eſſe & antiquiſſimum, & ab initio fuiſſe, fuiſſe, ut primum Aſiam attigiſti, conſtante fama, atque omnium ſermone celebratum eſt.*

A PRIMO, ten eerſte.

Eidem 7. 11. *Nec vero ille urbem reliquit, qui eam tueri non poſſet: nec Italiam, quod ea pelleretur, ſed hoc à primo cogitavit, omnis terras, omnia maria movere.*

Ibidem: *Tuas nunc epiſtolas à primo lego, hæ me paulum recreant.*

Eidem: *Utinam à primo tibi eſſet viſum.*

Idem de finibus: *Nunc vero à primo quidem mirabiliter occulta natura eſt.*

PRINCIPIO, in't eerſte.

Idem de officiis: *Principio generi animantium omni eſt à natura tributum.*

Virg. 6 Æn:

Principio cælum, & terras, campoſque liquentes.

INITIO, in den beginne.

Cicero Attio: *Cum id mibi propoſitum initio non fuiſſet.*

Eidem: *Me adhuc hæc duo fefellerunt, initio ſpes compoſitionis.*

PRIMO, in den beginne.

Terentius in Hecyra: *Nec illi credebam primo.*

AD EXTREMUM, eyndelijk, ten laatſte.

Cicero Attico: *Illud te ad extremum &*

tro, & horto.

Eidem: *Aiebat illum primò ſane diu multa, ad extremum autem manus dediſſe.*

Eidem 2, 24. *Addidit ad extremum cum jam dimiſſa concione revocatus à Vatinio fuiſſet, ſe audiſſe à Curione his de rebus conſcium eſſe Piſonem generum meum.*

Eidem: *Cui conſuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit.*

Hor. 1. Ep 1.

Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

ALIENUS, vreemt.

A*Lienus eſt* idem quod *extraneus*: ſed incuriæ factum eſt, ut extraneo ſolo multi utantur, alienum vero pene ab omnibus præteritur.

Teren. in Hecyra: *Cum eam proſequitur alienus puer.*

Idem in Heauton 5, 3. *Ne iſtuc inducas in animum tuum, alienum eſſe te.*

Cicero Attico 2, 20. *Neque utar meo chirographo, neque ſigno, ſi modo erunt ejuſmodi literæ: quas in alienum incidere nolim.*

In ſignificato eſt, quod Plautus in Amphitrione eodem 1, 1. dicit: *Certe ædepol me alienabis nunquam, quin noſter ſiem.*

ACUTUM, ſpitſigh, ſcharp.

Non id eſt tantummodo *acutum*, quod vulgo putant, *cuſpide faſtigatum*, ut punctim cedat: Sed acutum etiam id eſt, *quod in aciem cæſim attenuatur.* Acuere enim ferrum, eſt ita concinnare, ut acie bene incidat: non ſolum cæſim, ſed etiam punctim.

Retuſum eſt, quod vel cuſpide, vel acie uſu nimio, vel alio caſu perſtricta *hebebatur.*

Plautus in Epidico 2, 2. *Acutum cultrum habeo.*

Cicero de divinat. *Aliæ agrorum partes quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retuſa.*

Idem in Tuſc. *At vocem citharœdi non audiunt, ne ſtridorem quidem ſerræ cum acuitur.*

Virg. *Ferrum acuunt portis.*

Id. Georg. *Carduus & ſpinis ſurgit paliurus acutis.*

AGERE *injuriam* Imandt een proces van ongelijk aen doen.

A*Gere injuriarum*, &c. hic elegans modus prope deſertus evocandus eſt. Id enim dicebatur cum quis pro acceptis injuriis aliquem poſtulabat, & coram judice injuriarum cauſam agebat.

Cicero in arte Rhetorica: *Agit is cui manus præciſa eſt, injuriarum.*

AGERE *ad præſcriptum*, doen als ymant bevolen is.

Agere ad præſcriptum modus eſt loquendi perelegans, quo id ſignificatur: *quod agere ſecundum imperium, aut datam legem.*

Cæſar in com. *Alter omnia agere ad præſcriptum: alter libere ad ſummam rerum conſulere debet.*

ANIMADVERTI, in acht genome worde.

ANimadvertere activum à multis obſervatum: paſſivum vero, quoniam omiſſum eſt, notandum duxi.

Cæſar in com. *Animadverſum eſt vitium munitionis.*

Ibidem: *Terrore hominum animadverſo.*

Ibidem: *Hac re animadverſa, Cæſar jubet ſigna converti.*

Ibidem: *Qua re animadverſa, Ambiorix pronunciari jubet, ut procul tela conjiciant.*

ATTRECTARE, aenroeren.

ATtrectare de ſacris præcipue dicitur.

Vergilius 2. Æn:

Tu genitor cape ſacra manu, patrioſque penates:
Me bello ex tanto digreſſum, & cæde recenti,
Attrectare nefas.

T. Livius ab urbe condita: *Quod ſignum more vetuſto, niſi certæ gentis ſacerdos attrectare non eſſet ſolitus.*

ANIMO PRÆSENTI, met bedaerde ſinnen.

A*Nimo præſenti* modus eſt loquendi, cum non ignave, ſed *accurate & ſedulo* quid agitur.

Terentius in Eunucho 4, 6. *Animo hæc præſenti ut dicas.*

Aſconius

Aſconius Pedianus : *Animadvertitur ſenſibus præſenti animo utentibus.*

ADSCRIBERE, onder aen den Brief by voegen.

ADſcribere non eſt (ut aliqui putant) *juxta ſcribere*. ſed *aliquid addere*, vel *ſubjungere ad id quod ſcriptum ſit.*

Cicero Attico : *Sed cum id ad me Tullia ſcribat orans, ut quid in Hiſpania geratur expectem. & ſemper adſcribat id videri tibi.*

Idem Ruffo : *Illud me non animadvertiſſe moleſte ferrem, ut adſcriberem te in Phano pecuniam juſſu meo depoſuiſſe* & paulo poſt : *Non adſcripſi id, quod tua nihil referebat, ego tamen adſcripſiſſe mallem id, quod te video deſiderare.*

Idem Attico 1. 4. *Terentia tua magnos Articulorum dolores habet, & te ſororemque tuam, & matrem maxime diligit, ſalutemque tibi plurimam adſcribit.*

BENE VERTAT, MALE VERTAT, God geve dat het u wel of qualijk gelucke.

MOdus eſt loquendi OPTANTIS, vel *imprecantis*, id eſt, orare, ut res bene, vel male cadat.

Plautus in Aulularia 2, 2. *Quæ res recte vertat, mihique tibique, tuæque filiæ.*

Idem in Capt: 2, 1. *Quæ res bene* VERTAT MIHI, *meoque filio.*

Ibidem : *Iſtud dii bene vertant.*

Verg. Ecl. 9.

Hoc illi (quod nec bene vertat) mittimus ædos.

BARBARUM, vreemt, uytlants.

CUm Græci *Barbaros*, Feſto autore, omnes præter ſeipſos dicant, loca, quæ infra notavi, aliter accipienda ſunt, atque ab plerisque interpretibus accipiuntur. *Barbarum* enim id ſignificat, quod alienum, peregrinum, extremum.

Plau. in Aſinaria : *Nomen huic Græce Onagos eſt fabulæ : Demophilus ſcripſit, Marcus vertit barbare*

Idem in Trinummo : *Nam nomen Græce huic eſt theſauro fabulæ, Philenio ſcripſit, Plautus vertit barbare.* Hor. in Ep. qd. 9.

Sonante mixtum tibiis carmen lyra.

Hac Dorium, illac Barbarum.

Idem: 1. Ep. 2. *Græcia Barbariæ lento colliſa duello.*

CADERE *bene*, *Male*, *Oportune*, *Commode*, wel, qualijk &c. gelukken.

BEne & *male cadere*, *oportune*, & *commode cadere*, & *cadere abſolute*, modus eſt loquendi: cujus loco à multis dicitur *Bene & male ſuccedere*, *ſive accidere.* Cicero: Attico *Cecidit belle.*

Ibidem 3. 7. *Quod ſi auderem Athenas peterem, ſane ita cadebat ut vellem. nunc noſtri hoſtes ibi ſunt, & te non habemus.*

Idem de oratore : *Sed hoc tamen cecidit oportune.*

Ibidem : *Hoc loco Sulpitius, inſperanti mihi, inquit, & Cottæ, ſed valde optanti utrique noſtrum, cecidit.*

Idem in Verrem: *Hoc adhuc percommode cadit.*

Cæſar in commentariis : *Ubi tantos ſuos labores & apparatus male cecidiſſe viderunt.*

AUDIRE, *Male bene*, een goede naam een quade naam hebben.

MAle audire non eſt, ut vulgus putat, *qui obtuſas aures habens*, male audit : nec è contrario *bene audire* eſt, *qui liberas habet* ad audiendum *aures*. Verum is qui de ſe male. vel bene, aut *rumorem de ſe malum, aut bonum ſpargi percipit.*

Teren. in Phormione Prob. *Bene dictis ſi certaſſet, audiſſet bene.*

Ibidem 2, 3. *Si herum inſimulabis avaritiæ male audies.*

Idem in Hecyra 4. 2. *Sine me hoc effugere obſecro vulgus, quod male audit, mulierum.*

Cicero Attico 6: *Nonnulli amici Appii ridicule interpretantur, qui me idcirco putant bene audire velle, ut ille male audiat.*

Idem in Oratore : *Non quo libenter male audiam : ſed quia ego cauſam non libenter relinquo nimium patiens, & lentus exiſtimor.*

Ibidem : *Cum Quintus Opimius conſularis, qui adoleſcentulus male audiſſet. feſtivo homini Egilio, qui videretur mollior: nec eſſet, dixiſſet: Quid tu Egilia mea quando ad me venis cum tua colu & lana? non pol, inquit, audeo, nam me ad famoſas vetuit mater accedere.*

Idem in Verrem: *Quæ Romæ magna eſt infamia, precio accepto edixeras, ea ſola te, ne gratis in provincia male audires, ex edicto Sicilienſi ſuſtuliſſe video.*

Idem de finibus: *Eſſe hominis ingenui, & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus.*

BELLE HABERE, wel zijn. BENE MULTI, ſeer vele. BONA PARS, een groot gedeelte. MULTO MANE, BENE MANE, ſeer vroeg.

OBſervare Latini omnes debent, & qui latinitatis ſtudioſi ſunt, vel minima quæque eorum, quæ Cicero & eruditiſſimi illi, Ciceronis æquales in operibus ſuis ſcripta reliquerunt, qualia ſunt: *Belle habere bene multi, bona pars, bono eſſe, multo mane, bene mane.*

Cicero pro Lucio Murena: *Poſthumus ob viam cum bene magna caterva ſua venit.*

Idem de oratore: *Habetis ſermonem bene longum.*

Idem Attico: *A Curione mihi literæ bene longæ.*

Caſſius Ciceroni: *Claſſis bene magna.*

Aſinius Pollio Ciceroni: *Habet inermes bene multos.*

Dolobella Cic. 9. 9. *Terentia minus belle habuit, ſed certum ſcio jam convaluiſſe eam.*

Cicero de Oratore: *Aiebat bonam partem ſermonis in hunc diem eſſe dilatam.*

Ovidius in Faſtis:

Pars bona montis erat.

Cic. Attico: *Ad eum ſeptimo Idus literas de Bi bene mane.*

Eidem: *Binas quidem tuas Beneventi accepi, quarum alteras Feſulanus multo mane mihi dedit.*

Hircius in comment: *Bene magna comparata manu provinciam vaſtare cœpit.*

Ibidem: *Bene magna multitudo.*

Ibidem: *Bene magnum tempus conſumpſerunt.*

Ibidem: *Bene multis vulneribus affecti.*

Ibidem: *Noſtri ex humili convalle bene longe ſunt digreſſi.*

BONI CONSULERE, voor lief nemen.

BOni conſule, modus loquendi veterum Romanorum, id ſignificat, quod Bonum judica. Profecti enim illi Latinitatis principes judicare, conſulere dicebant: ut ſi dicas: *Rogo boni conſulas*, id ſit, *quod rogo bonum judices.*

Ovidius de Ponto 1. v.

Ut tamen hoc ita ſit, munus tua grande voluntas:
Ad me pervenit, conſuliturque boni. Idem:
Quæ quanquam miſiſſe pudet quia parva videntur:
Tu tamen hæc quæſo conſule miſſa boni.

CAPUT, aanvank, oorſaak, 't voornaamſte.

INficiari nemo etiam mediocri ingenio audeat, eſſe modum quendam loquendi, qui linguam Latinam à Barbarie diſtinguat. Nam verba, ac vocabula quod per ſe, & ſingillatim ſignificent, permulti Grammatici copioſe diſſeruere. Sed quid iis conjunctis, compoſita oratione, uſitato more loquendi, modus in veteribus, ac perfectis autoribus obtinuerit, nemo hactenus, quod ſciam, plane conſideravit. *Caput* enim illud eſt, *caput cœnæ, caput & origo, caput malorum, caput factionis, & capiti tuo*, quod genus execrationis eſt, & hujuſmodi boni autores per tranſlationem mira cum jucunditate ſuis ſcriptis interſeruerunt.

Plautus in Pænul: *Capiti veſtro iſtud quidem.*

Vergilius 11. Æn:

Capiti cane talia demens
Dardanio, rebuſque tuis.

Idem 8. Æn: *Di capiti ipſius, generique reſervent.*

Cælius Ciceroni 8. 1. *Te ad Nonum Calendarum Junii Subroſtarii, quod illorum capiti ſit, diſſiparant periiſſe.*

Plautus in Mercatore 3. 4. *Ad capita rerum pervenias.*

Idem in Aſinaria 3. 3. *Ego caput huic here argento fui hodie reperiendo.*

Cicero M. Marcello: *Caput illud eſt, ſi iſta vita tibi commodum eſſe videatur.*

Idem Servio Sul: *Caput illud eſt, ut Lyſonem recipias in neceſſitudinem tuam.*

Idem Attico 12. 18. *Caput illud eſt, quod ſcis.*

Eidem

Eidem 12. 19. *Quarum literarum erat caput, Aquiliam novercam non eſſe laturum.*

Idem: *Quod caput eſt, ipſum non novi.*

Idem de divin: *Sed quod caput eſt, cur iſto modo jam oracula Delphis non eduntur?*

In Philippica ſecunda: *Caput autem literarum, ſibi cum illa Mima poſthac nihil futurum.*

Idem Bruto: *Caput autem eſt hoc, quod te diligentiſſime percipere, & meminiſſe velim.*

Idem de officiis: *Caput autem eſt in omni procuratione negotii, & muneris publici, ut avaritiæ pellatur etiam minima ſuſpicio.*

Idem in Verrem: *Et quod caput eſt rei frumentaria campus Leontinus.*

Idem in Tuſc. *Negavit ſe jure illo nigro: quod cenæ caput erat, delectatum.*

Cicero pro Tito Annio Milone: *Quid quod caput audaciæ eſt?*

Idem *qua ſenatui gratias agit poſt reditum ſuum. Cum præclarum caput recitaretur.*

T. Livius ab urbe condita: *Cum caput rerum omnium in omni hoſtium equitatu Maſiniſſam fuiſſe ſciret.*

CAPITE *aperto*, met het blote hooft.
CAPITE *obvoluto*, met Godeſche hoofde.

T. Livius de bello Punico: *Capite aperto eſt ductus.*

Ibidem: *Obvolutum caput eſt.*

Idem ab urbe condita: *Caput obvolvito, infœlici arbori reſte ſuſpendito.*

CUM, als, wanneer.

QUis erit, qui legens, quas infra ſcripſi autoritates de clauſula *Cum*, quemadmodum præcellentis ingenii Vates illa uſi fuerint, quando tempus ſignificare voluerunt: non ſupra modum oblectetur, mihique arrideat, quod eas primus, ut opinior, non notavi, & undique decerptas, quaſi in acervum congeſſi.

Plautus in Merc. 3. 1. *Jam biennium eſt cum mecum eſſe ille cœpit.*

Ibidem 3. 1. *Illi quidem haud diu eſt, cum dentes exciderunt.*

Idem in Perſa 1. 3. *Nondum ſex menſes Megaribus huc eſt cum commigravit.*

Idem in Moſtel: 2. 1. *Quia ſeptem menſes ſunt, cum in haſce ædes pedem nemo intro detulit.*

Idem in Menecchmis 3. 1. *Plus triginta annis natus ſum, cum ego interea loci non unquam quanquam facinus feci pejus, neque ſceleſtius.*

Idem in Bacchidibus: *Jam aderit tempus, cum ſeſe etiam ipſe oderit.*

Terentius in Heauton: *Si unquam ullum fuit tempus mater, cum ego voluptati tibi fuerim.*

Idem in Adelphis 3. 4 *Videre videor jam illum diem, cum hinc egens profugiet aliquo militatum.*

Idem in Hecyra 4. 4. *Hunc videre ſemper optavi diem, cum ex te eſſet aliquis, qui te appellaret patrem.*

Cic. pro L. Murena: *Qui locus eſt judices? quod tempus? quæ dies? quæ vox? cum ego nos ex iſtorum inſidiis, ac mucronibus, non ſolum meo, ſed multo etiam magis divino conſilio eripiam, atque evolem?*

Idem Caſſio: 15. 4. *M. Fabium, quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quæſtum. Multi enim anni ſunt, cum ille in ære meo eſt, & à me diligitur.*

Idem de Oratore: *Jam anni prope quadringenti ſunt, cum hoc probatur.*

Idem Attico: *Utinam illum diem videam, cum tibi gratias agam, quod me vivere coëgiſti.*

Eidem: *Eandem virtutem iſtam, veniet tempus, cum graviter gemes.*

Idem pro Tito Annio Milone: *Erit illud profecto tempus, & illuceſcet aliquando ille dies, cum tu ſalutaribus, ut ſpero, rebus tuis, ſed fortaſſe motu aliquo communium temporum, qui quam crebro accidat experti debemus ſcire, & amiciſſimi benivolentiam, amicitiam, & graviſſimi hominis fidem, & unius poſt homines natos fortiſſimi viri magnitudinem animi deſideres.*

Idem Attico: *Triginta dies erant ipſi, cum dabam has literas.*

Idem Cæſari: *Aliquot enim ſunt anni, cum vos duos elegi, quos præcipue colerem.*

Idem Attico: *Utinam eum diem videam, cum iſta oratio ita libere vagetur, ut etiam in*

Sicæ

Sicæ domum introeat.

Idem pro Milone: *Dies nondum decem intercesſerant, cum ille alter filius infans necatur.*

Ibidem: *Unus & alter dies intercesſerat, cum res parum certa videbatur.*

Ibidem: *Anni ſunt octo, cum iſte in iſta meditatione verſatur.*

Idem in Philippicis: *Vigeſimus annus eſt, cum omnes ſcelerati me unum petunt.*

Idem Attico: *Sed tu omnia conſilia differebas in id tempus cum ſciremus quæ Brunduſii acta eſſent.*

Eidem: *Ipſe diſcrucior veniſſe tempus, cum jam nec fortiter, nec prudenter quicquam facere poſſum.*

Eidem: *Biennium jam præteriit, cum ille Callipides aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſit.*

Idem in Verrem: *Una nox intercesſerat, cum iſte Dorotheum ſic diligebat: ut diceres omnia inter eos eſſe communia.*

Idem de Oratore: *Vix annus intercesſerat ab hoc ſermone cohortationis meæ, cum iſte accuſavit Caium Norbanum.*

Idem de officiis: *Nondum centum & decem anni ſunt, cum de pecuniis repetundis, à Lucio Piſone lata lex eſt.*

Idem de divinatione: *Quoniam multi anni ſunt, cum bella à proprætoribus, & proconſulibus adminiſtrantur.*

Vergilius in Georgicis l. 1.

Scilicet & tempus veniet, cum finibus illis:
Agricola incautus terram molitus aratro,
Exeſa inveniet ſcabra rubigine pila.

Idem Ecl. 8. *En erit inquam.*

Ille dies mihi cum liceat tua dicere facta.

Id: Æn: 9.

Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures: Pervenit. Idem: Æn: 10.

Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum,
Intactum Pallanta. Idem: Æn: 3.
Tertia jam Lunæ ſe cornua lumine complent,
Cum vitam in ſylvis inter deſerta ferarum
Luſtra domoſque traho. Idem:
Septima poſt Troiæ excidium jam vertitur æſtas:
Cum freta, cum terras omnes, tot inhoſpita ſaxa,
Syderaque emenſæ ferimur. Idem:
Vix hæc ediderat, cum effuſis himbribus atra:
Tempeſtas ſine fine furit. Ovid: Faſt.
Jam tria luſtra puer furto conceptus agebat:
Cum mater nato eſt obvia facta ſuo.

Titus Livius ab urbe condita: *Permulti jam anni erant, cum nulla certamina fuerunt.*

Idem de bello Punico: *Dies haud multi intercesſerant, cum legati venerunt.*

Idem ab urbe condita: *Trecenteſimus ſexageſimus quintus annus urbis Quirites agitur, cum non univerſa Hetruria vobis bello par eſt.*

CONTURBARE, Sijn goed doorbrengen.

Conturbavit me, fateor, cum intelligere ſatis nondum poſſem quid verbum *Conturbo* penitiore ſignificato ſibi vellet: cum evolutis tandem diverſorum autorum ſcriptis, id mihi viſus ſum percepiſſe. Eſt enim *Conturbare* id fere, quod *decoquere*: quod ut aliis poſt judicandum melius relinquam, loca ipſa ex quibus collegi, ſubijciam.

Cicero ad Atticum 4. 7. *Illi dii ſint irati hujuſmodi Græco, qui conturbare quidem putat ſibi licere, quod equitibus Romanis.*

Idem Q. Cic. fratri 2. 11. *Miſi ad Cæſarem eodem illo exemplo literas, locum autem illius de ſua egeſtate ne ſis aſpernatus: Ad quem ego reſcripſi, nihil eſſe quod poſt hac artis noſtræ fiducia conturbaret, luſique in eo genere & familiariter, & cum dignitate.*

Idem pro N. Planco 3. 68. *Nam quod ais Caſſi non plus me Planco debere, quam bonis omnibus, quod iis æque mea ſalus cara fuerit: ego me debere bonis omnibus fateor, ſed etiam ii, quibus ego debeo boni viri, & cives, Comitiis edilitiis aliquid ſe meo nomine debere Planco dicebant. Verum fac me multis debere, & in iis Planco. Utrum igitur me conturbare oportet? an cæteris cum cujuſque dies venerit, hoc nomen debitoris quo urgetur nunc competitor diſſolvere? quanquam diſſimilis eſt pecuniæ debitio, & gratiæ.*

Nam

Nam qui pecuniam diſſolvit, ſtatim non habet id quod reddidit. Qui autem debet, æs retinet alienum. Gratiam autem & qui refert habet, & qui habet in eo ipſo quod habet, refert.

Ulpian. de Inſtitoria actione: lege, Quicumque: Idem Labeo ait: *Si quis piſtor ſervum ſuum ſolitus fuerit in certum locum mittere ad panem vendendum, deinde pecunia accepta præſenti, ut per dies ſingulos ei panes præſtaret, conturbaverit, dubitari non oportet, quin ſi promiſit ei dari ſummas, teneri debeat.*

Alphænus de in rem verſo: lege, Quidam ſervus: *Boves vendiderat, alios redemerat, nummos venditori non ſolverat, poſtea conturbaverat, qui boves vendiderat, nummos à domino petebat actione de peculio, aut quod in rem domini verſum eſſet.*

CONSCENDERE, Scheep gaen.

Conſcendere proprie navigantium eſt, quod ab uſu prope communi receſſit. Ita tritum erat, ut quandoque abſolute à perfectiſſimis illis autoribus diceretur.

Cicero Attico: *Idibus Martiis Pompeium à Brunduſio conſcendiſſe.*

Cæſar in commentarijs: *Erat completis littoribus contentio, qui potiſſimum ex magno numero conſcenderent.*

Ibidem: *Tandem idoneam tempeſtatem nactus, milites, equiteſque conſcendere naves jubet.*

Idem de bello civ: *Non minori animo, ac fiducia, quam ante dimicaverant naves, conſcendunt.*

Ibidem: *Nominatim evocati atque obſecrati, naves conſcendunt.*

Ibidem: *Aequo ut animo mancipia, atque impedimenta in Italia relinquerent, ipſi expediti naves conſcenderent.*

Vergilius Æn. 1. *Bis denis Phrygium conſcendi navibus æquor.*

CORRUMPERE, verderven.

Corrumpere vulgata ſignificatione, id eſt corde, quod *inquinare*, *contaminare*, *vitiare*. Conſideranti nobis, & diverſa bonorum autorum loca rimantibus, interior quidam ſenſus occurrit, quo meo judicio id ſignificet, quod *deſtruo*, *rumpo*, *rodo*, *perdo*.

Plautus in Amphitrione 1, 1. *Tace ne corrumpe oculos.*

Idem in Mercatore 3. 1. *Nimium ſtulte facis, oculos corrumpis tales.*

Varro de re ruſtica: *Neque rubigo frumenta, atque arbores corrumpit.*

Idem 1. 2. *Capræ omnia novella ſata carpendo corrumpunt.*

Cicero pro Aulo Licinio: *Tabulas, quas idem dicis ſolere corrumpi deſiderare.*

Idem in Ver. *Ut tabulas publicas corrumpere auderes.*

Cæſar in commentariis: *Ut æquo animo ipſi ſua frumenta corrumperent.*

Saluſtius in Catil. c. 43. *Dubitando & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere.*

Idem in Iugurtino c. 76. *Præda omnis à perfugis corrupta.*

Ibidem: *Illaque & domum, & ſemet igni corrumpunt.*

Ibidem: *Nam cum fontis venæ paulo proceſſerant, igni, aut lapidibus corrumpebantur.*

Propert. 2, 3.

Et ſæpe immeritos corrumpas dentibus ungues.

Idem 2, 5.

Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos.

Idem 13, 14. *Corrumpit dura catena manus.*

Ov: de Arte:

Quid teneros lachrymis corrumpis ocellos?

Id: de Pont.

His ego ſi demens auſim corrumpere nomen.

Id: de Amor. 3, 6.

Quid fles, & madidos lachrymis corrumpis ocellos? Ulp. locati & conducti lege: Sed addes: *Sed prælum, & trapetum vitiatum dominum reficere debere, quod ſi culpa coloni quid eorum corruptum ſit, ex locato eum teneri.*

Idem eodem titulo, lege, Ex conducto: *Sed & ſi uredo fructum olivæ corruperit, aut ſolis fervore non aſſueto id acciderit, damnum domini futurum.*

Idem ad legem Aquiliam, lege, Si ſervus: *Si quis alteri*

quis alteri damnum fecerit, quid uſſerit, fregerit, ruperit injuria, quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum ex damno dare damnas eſto. & ſubdit: *Celſus ait: Lex ruperit, rupiſſe verbum fere omnes veteres ſic intellexerunt, corruperit.* & ſubdit: *Celſus non neget fractum & uſtum contineri corrupti appellatione.*

Labeo eodem titulo: *Si rivum, quem faciendum conduxeras, & feceras, antequam eum probares, Labes corrupit, tuum periculum eſſe Paulus reſpondit.*

Paulus de uſu fructu, l. g.: Titius: *Mevius villam vetuſtate corruptam, neceſſariam cogendis, & conſervandis fructibus ędificavit.*

Idem de liberali cauſa, lege, Liberalis: *Fieri enim poteſt, ut fiducia libertatis, & ſurripere quędam, & corrumpere, atque conſumere ex bonis eorum, quibus ſerviebat, auſus ſit.*

Cæſar in Commentariis: *Corruptis equis macie, conandum ſibi aliquid Pompeius de eruptione exiſtimavit.*

Ibidem: *Itaque quodcunque addebatur, ſubſidio id corruptum timore fugientium terrores, & periculum augebat.*

Hircius in com: *Frumento incenſo, uno, oleo, cæteriſque rebus, quæ ad victum parari ſolent corruptis.*

Ibidem: *Rebus ad victum pertinentibus corruptis.*

T. Livius ab urbe condita: *Cauſando corrumpi equos in inſula incluſos.*

Ibidem: *Cave ne tot meritorum gratiam majore culpa corrumpas.*

Ibidem: *Alia difiecerunt, alia igni corruperunt.*

Ibidem: *Ad frumenta, quæ jam in horreis erant corrumpenda.*

Idem de bello Punico: *Captum oppidum cum ingenti præda, quanquam pleraque à dominis de induſtria corrupta erant.*

Ibidem: *Tectis primis incenſis, ac frugibus corruptis.*

CONSEQUOR ET ASSEQUOR, Ik volg op de hielen.

Conſequor & aſſequor uno propemodum, eodemque modo dicendi, cenſeri poſſunt, ut ſi diceremus: *Non me es aſſecutus* ... idem ſignificet, quod non pe... me pervenire.

Terentius in Heaut: 2. 3 ... *oſtium, continuo huc ſe conj*... *conſequor*

Cicero Attico: *Quamobrem* ... *ut me ſtatim conſequare.*

Eidem: *Si enim es Romæ,* ... *potes, ſin es in via, cum eris m*... *agemus, quæ erunt agenda.*

Eidem: *Cum præſertim non* ... *ſi etiam tutum iter nobis fuiſſet,* ... *conſequi non poſſemus.*

Idem in Catilinam: *Aurelia* ... *ſi accelerare volent, ad verſperu*...

Cæſar in commentariis. ... *reliquas copias Elvetiorum ut con*... *poſſet, pontem in Arare faciendum curavit.*

T. Livius de bello Punico: ... *quia aſſequi terra non potui.*

Ibidem: *In Brutios raptim ne C*... *aſſequeretur conceſſit.*

Idem de bello Macedonico: ... *dies, dum ſe copiæ aſſequerentur.*

Idem ab urbe condita: *Nocte* ... *cum aſſequitur locis planis, ac patenti*...

CAVEOR, Ik word... ET GEMOR, Ik wo...

Caveor & gemor ſæpenumero ... reperi, ut opinor, à paucis ob...

Cicero Serv: Sulpitio: *Quæ* ... *in hoc peſtifero bello cavendo & pręcid*...

Idem Attico: *Atque hic* ... *una voce omnium gemitur.*

Eidem: *Cætera quę quidem* ... *poterunt cavebuntur.*

Eidem: *O hominem cavendum*...

Eidem: *Fidem vobis habendam* ... *me vero cavendum.*

COMMODUM, te regt... of nauwelijks.

Commodum diſceſſeram cum ... id eſt, *oportune, in tempore,* aliquando ... tum.

Modus

Modus hic loquendi elegans frequenti in uſu en apud bonos [illegible]tores.

Plautus in [illegible]catore 1, 2. *Si iſtac ibis commodum obviam [illegible] patri.*

Idem in Trinummo: *Namque hoc commodum orditur lo[illegible]*

Idem in M[illegible] *Hem te ipſum quæro commodum vir lep[illegible]*

Terentius [illegible] Eunucho 2, 3. *Commodum huc advenerat.*

Cicero Att[illegible] 19. *Commodum diſceſſerat Hilarius lib[illegible]*

Eidem 13 [illegible] *[illegible]mmodum ad te miſeram Demeam, cum h[illegible] ad me venit.*

Eidem [illegible] *[illegible]mmodum ad te dederam literas de pluribus [illegible]bus, cum ad me bene mane Dionyſius fuit.*

Eidem 1, 1[illegible] *[illegible]mmodum diſceſſeras heri cum Trebatius venit*

AMAT [illegible] CUM MAXIME, Hy bem[illegible] [illegible] ſterk als yemant.

AMat ut c[illegible] *[illegible]xime*, modus eſt loquendi Romano [illegible]e pertuſus. Id enim ſignificat, quod [illegible]ati dicunt, *Amat, ſicut unquam, vel [illegible]am magis.*

Cicero Q[illegible] fratri. *Domus celebratur ita ut cum maxime.*

Terenti[illegible] [illegible]ecyra: *Amabat ut cum maxime tum Pa[illegible]*

[illegible]DO, ſeght.

Cedo adve[illegible] quandoque ab veteribus etiam ad [illegible] referebatur.

Cicero [illegible] [illegible]ectute: *Cedo qui veſtram rempub. tantam [illegible], & tam cito?*

CONS[illegible]TIRE, over-een komen.

COnſentire [illegible] modo loquendi eſt, quod *convenire* [illegible]*ncordare*

Cicero in [illegible] queſt: *Sed mihi neutiquam cor [illegible] & ſub it: Apparet enim jam cor cum [illegible] conſentire.*

Idem A[illegible] *[illegible]oniam cum conſiliis tuis, mea & facta [illegible] conſilia conſentiunt.*

Idem de [illegible]: *Animorum conſentientium multitudine completum eſſe mundum.*

Idem de reditu ſuo: *Tanta conſenſione Italiæ.*

Idem de natura deorum: *Itaque illa mihi placebat oratio de convenientia, conſenſ: que naturæ.*

Ibidem: *Ita feruntur, moderanturque curſus, ut ad omnia conſervanda, & tuenda conſenſiſſe videantur.*

Idem Planco: *Quæ autem recitatæ ſunt literæ in ſenatu, nequaquam conſentire cum oratione Furnii viſæ ſunt.*

CONDICERE, toeſeggen by yemant te gast te ſullen komen.

COndicere, penitiore ſignificato erat, *Denunciare, conſtituere, decernere*, & in cænis eo verbo præſertim veteres utebantur.

Plautus in Sticho 3. 1. *Homines ſervulos potare, amare, atque ad cænam condicere.*

Cicero Lentulo 1, 9. *Nam cum mihi condixiſſet, cænavit apud me in mei generi Craſſipedis hortis.*

T. Livius ab urbe condita 1, 24. *Rex his ferme verbis patres conſulebat. Quarum rerum, litium, cauſarum, condixit paterpatratus populi Romani Quiritium patripatrato priſcorum Latinorum, hominibuſque priſcis Latinis.*

LOCI ET CÆLI GRAVITAS, ongeſonde lugt.

LOci & cæli gravitatem dicebant antiqui eo modo dicendi, quo multi perverſe, ut cætera, *malum aërem* dicunt.

Cicero Attico: *Et cum reliquis etiam loci gravitas hic miſerrime perferenda eſt.*

Eidem 11 25. *Jam enim corpore vix ſuſtineo gravitatem cæli hujus.*

Varro de Re ruſtica: *In Appuleia loca calidiora & graviora*

Ibidem: *In regionibus, quæ gravitate cæli, ſolique ſterilitate vaſtantur.*

CERTUS, een vertrouwt menſch, of een expreſſe.

VEteres verbum hoc *Certus*, ſermoni Latino occultiore & vario ſignificato quandoque inter-

interſerebant. Quod non ab re ſit obſervaſſe. Proderit enim non parum ſtudioſis, ſi ſedulo hos floſculos attenderint. Qui vero affirmant in plurali *certos* dici, non *certum*, erraſſe facile deprehenduntur.

Cicero in Verrem: *Confirmat ſe homines certos ejus rei cauſa in Siciliam, & terra, & mari miſſurum.*

Ibidem: *Tum iſte continuo mittit homines certos Melitam.*

Ibidem: *Certos homines in Quinqueremi miſiſſe.*

Idem in Catilinam: *Certos homines delectos, ac deſcriptos habebat.*

Cicero Attico 8, 1. *Hominem certum miſi de comitibus meis.*

Eidem: *Certos homines ad mulieres miſeram.*

Eidem: *Statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent.*

Idem Caſſio: *Qui cum eſſent miſſi, ut Antonio ex ſenatus ſententia certas res nunciarent, cum ille earum rerum nulli paruiſſet, ultro ab illo ad vos intolerabilia retulerunt.*

Cicero ad Pontifices: *Hanc jucundiſſimam vitæ atque officiorum omnium ſocietatem, certi homines, fictis ſermonibus, & falſis criminibus diremerunt.*

Ibidem: *Neque ille tot ſuſpicionibus certorum hominum, & ſcelere exulceratus.*

Idem pro Sex. Roſcio: *Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo naſcerere.*

Vergilius Æn. 1.

Equidem per littora certos
Dimittam.

Horatius 1. Sat: 6.

Nam ſi natura juberet,
A certis annis ævum remeare peractum.

T. Livius ab urbe condita: *Cum in diem certam ut ad lucum Ferentinæ conveniant edicit.*

CEDERE *vita*, ſterven. CEDERE *patria*, ſijn vaderlant verlaten.

VErbum *Cedo* vulgare prope eſt, & per ora etiam vulgarium in horas ſingulas venit. Unum tamen ejus verbi modum, quo veteres illius divini ſæculi utebantur, non ab re collegiſſe ſit, à paucis, ut arbitror, hactenus recte obſervatum. Nam *cedere vita, cedere patria, cedere foro*, rariſſime reperitur: Addita vero præpoſitione frequentius, utrunque dicendi genus, quod pene jam ab uſu receſſit, elegantiæ plenum eſt.

Cicero Attico 2. 15. *Salve*, inquit Arrius, *hoc eſt Roma decedere.*

Idem Bruto: *Vos fortaſſe ſapientius exceſſiſtis urbe ea, quam liberaveratis.*

Idem in ſecunda Philippica: *Qui cum multa vita excedens providit, tum quod te conſulem non vidit.*

Aſinius Pollio Ciceroni: *Finibus meæ provinciæ nuſquam exceſſi.*

Virg: Æn. 6.

Invitus Regina tuo de littore ceſſi.

Idem Æn. 21. *Poſſuntque ſolo decedere noſtro.*

Idem Æn: 4. *Tacituſque mea decedere terra.*

Cicero ad Octavium l. 3. ad f. *Cedam tibi in præſentia foro, curia, & ſanctiſſimis deorum immortalium templis, in quibus reviviſcente jam libertate, deinde rurſus oppreſſa, ſenatus nihil conſulitur: timet multa, aſſentior omnia. Cedam urbe, quam per me conſervatam ut eſſet libera, in ſervitute videre non potero. Cedam vita, quæ quanquam ſolicita eſt, tamen ſi profutura eſt Reipub. bona ſpe poſteritatis me conſolatur, qua ſublata, non dubitanter occidam, atque ita cædam; ut fortuna judicio meo non animus mihi defuiſſe videatur.*

T. Li. de bello Punico: *Cedere poſſeſſione magnæ fortunæ.*

CADERE, *cauſa*, het proces verlieſen.

C*Adere cauſa*, hoc eſt, quod vulgo dicunt, *perdere*, aut *ſuccumbere*.

Cic. de Oratore: *Ut ei quem defendebat cauſa cadere liceret.*

Idem pro Lucio Murena: *Et ſi turpe exiſtimas te, advocato illum ipſum, quem contraveneris cauſa cadere.*

Pau. de jure Fiſci: lege, In fraudem: *Ut ſi uſus is contra interdictum fuerit, cauſa cadat.*

CO-

COHORS, een vergadering, menigte.

NOn eſt cohors ſolum militum, quod pene vulgare eſt, ſed eſt etiam *familia primarii viri*. Quod ut inter omnes conſtet, loca quamplurima his ſubjeci.

Cicero in Verrem: *Quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meminiſtis.*

Ibidem: *Cohortem autem Metelli, quam vocat, quid erat quod corrumperes?*

Ibidem: *Recuperatores dicit ſe de cohorte ſua daturum.*

Ibidem: *Negas de conventu recuperatores daturum, cohortem tuam proponis.*

Ibidem: *Apronio permittis: ut quos velit, de cohorte ſua ſumat recuperatores.*

Horatius 1. Sat: 7.

Laudat Brutum, laudatque cohortem.

Id: 2. Ep. 8.

Ut juveni placeat, percontare, utque cohorti.

Catul. Epig. 28.

Piſonis comites cohors inanis.

CONFIRMARI, ſterker en geſonder worden.

COnfirmare cum de valetudine loquimur, ſignificat *melius habere*, & *vires recuperare*.

Cicero Tironi: *Satis enim te mature videro, cum plane confirmatum videro.*

Eidem: *Adhuc dum mihi nullo loco deeſſe vis, nunquam te confirmare potuiſti.*

Eidem: *Cum te bene confirmaris, ad nos venias,*

CREPARE *cum Accuſativo*, pocchen.

CRepare, cum accuſativum habet, id ſignificat, quod loquitur, prædicat.

Hor: 1. Ep. 7.

Sulcos & vineta crepat mera, præparat ulmos.

Id: 2. Sat. 3.

Si quid Stertinius veri crepat.

DE & EX, van.

PArticula, ſive præpoſitio *De*, quantam vetuſtatem, gratiam, elegantiam obtineat, quamve crebro operi intermixta reperiatur, tametſi aliqui obſervarunt: quo tamen bonarum literarum ſtudioſi hoc & alia ejuſmodi imitari facilius poſſint, quaſi in albo rhætoris huic folio ob oculos ſubſcripſi.

Plautus in captivis: *Emit hos de præda, ambos de Quæſtoribus.*

Idem in Rudente: *Nam de nocte multa, impigreque ſurrexi.*

In Moſtellaria 3, 2. *Non bonus eſt ſomnus homini de prandio.*

In Curculione: *De illo emi Virginem.*

In Truculento 2. 8. *Nam mihi de vento miſere condoluit caput.*

Terentius in Andria 3. 2. *Clamat de via.*

Idem in Adelphis: *Imo de nocte cenſeo hodie.*

Idem in Phormione 2. 3. *Ubi agrum de noſtro patre colendum habebat.*

Cato de re ruſtica: *De domino bono, colono, bonoque ædificatore melius emetur.*

Varro de re ruſtica: *De aſinis quenque ampliſſimum & formoſiſſimum quem poſſunt eligunt.*

Ibidem 3. 2. *Quas mihi appoſuiſti in villa Rheatina ad lacum Velini eunti de controverſiis.*

Cicero Lentulo: *Ego tua gratulatione commotus, quod ad me pridem ſcripſeras velle te bene evenire, quod de Craſſo domum emiſſem.*

Idem de Oratore: *Equidem ſæpe hoc audivi de patre & ſocero meo.*

Idem Att: *Poſtea Meſſala de Pompeio quæſivit*

Eidem: *de Antiocho ſcire poteris.*

Eidem: *Neque jacturus quicquam, niſi de meo conſilio*

Idem de Divinatione: *Et eum admiratum quæſiſſe de Deo, quod nam illud eſſet tale monſtrum? & Deum reſpondiſſe, Vaſtitatem eſſe Italiæ.*

Idem in Academicis quæſtionibus: *Niſi de via feſſus eſſet.*

Idem de divina: *Et redemptor, qui columnam illam de Cotta, & de Torquato conduxerat faciendam, non inertia, aut inopia tardior fuit.*

Idem in Verrem. *Cum concilio cauſam Mamertinorum cognoſcit, & de concilii ſententia Mamertinis ſe frumentum non imperare pronunciat.*

Ibidem: *At de conſilii ſententia præclarum recitari conſilium judices audiſtis.*

Idem pro Sexto Roſcio Amerino: *In dominos quæri de ſervis iniquum eſt.*

Idem pro L. Flacco: *Fundum Cirneum Romæ mercatus eſt de Pupillo Metulonio.*

Idem in Bruto: *Tum ego audivi equidem iſta inquam de majoribus natu.*

In partitionibus oratoriis: *Qui cum in dominos de ſervis quæri noluiſſent, tamen de inceſtu, & conjuratione: quæ facta me conſule eſt, quærendum putaverunt.*

Cicero pro L. Cornelio Balbo: *Audivi hoc de parente meo.*

Idem Caio Fabio Gallo: *Quæſivi de mea Tullia quid egiſſet.*

Idem Q. fratri 2, 14 *Efficiam, quod ſæpe viatoribus cum properant evenit, ut ſi ſerius quam voluerint forte ſurrexerint, properando etiam citius, quam ſi de nocte vigilaſſent, perveniant quo velint.*

Cæſar in commen: *Cum de tertia vigilia Petreius & Affranius caſtra moviſſent*

Idem Oppio, ac Cornelio Balbo: *Miſit ad me Gn. Magium de pace.*

Idem in commen: *De tertia vigilia cum legionibus tribus è caſtris profectus, ad eam partem pervenit.*

Ibidem: *Ad Cæſarem de pace miſerunt.*

Ibidem: *De media nocte miſſus equitatus.*

Hor. in Ep. l. 2.

Ut jugulent homines ſurgunt de nocte latrones.

Ovid: de Pon: 3. 8.

Terraque de fructu quam ſit amara docet.

Ibid:

Quæ proprium mixto de ſale pondus habet.

Id: ad Corin:

Hei mihi de monitis torqueor ipſe meis.

T. Livius ab urbe condita: *Quæro de te, arbitreris ne.*

Papinianus ad Senatuſcon. Trebel. lege, Hæredes: *Peto de te uxor chariſſima.*

EX, van.

Cicero Attico 1, 12 *Quæſivit ex eo, placeretne judices à Prætore legi?*

Ibidem: *Cum autem ex eo quæreret quid videret.*

Idem de Divin: C. *Marium cum faſcibus laureatis ex te quærere, quid triſtis eſſes?*

DICERE *teſtimonium, & teſtimonia* getuygeniſſe geven.

Quam pulchrum eſt, bone Deus, hoc quoque dicendi genus, quod ex uno, eodemque theſauro bonorum autorum nuper erui, à paucis, ut arbitror, conſideratum, cum optima quæque ſine attentione prætereuntur. *Dicere* enim *teſtimonium* viri illi clariſſimi proferre ſolebant eo modo loquendi, quo aut *teſtificari*, aut *probare* etiam dici ceptum eſt.

Cicero de oratore: *Nam igitur placet cum de eloquentia precipias, aliquid etiam de teſtimoniis dicendis, quaſi in arte tradere?*

Id ad Quintum fratrem 3, 4. *Cum teſtimonium ſecundum fidem & religionem graviſſime dixiſſem.*

Idem pro Syll: *Cur dixiſti teſtimonium in alios?*

Ibidem: *Qui in illum teſtimonia gravia dixerunt.*

In eadem oratione: *Qui teſtimonium de conjuratione dixi.*

In Verrem: *Qui priore actione ita teſtimonia graviter, vehementerque dixerunt, ut Artemonem Centurupinum legatum & publice teſtem, Quintus Hortenſius accuſatorem, non teſtem eſſe dixerit.*

In eundem: *Nunquam poſt populi Romani nomen ab Siculis auditum & cognitum Agyrimenſes contra quenquam infimum civem Romanum dixiſſe, aut feciſſe quippiam, qui tunc contra prætorem populi Romani magnis injuriis, & magno dolore publice teſtimonium dicere cogerentur.*

In eundem: *Num expectatis dum Lucius Metellus is qui multos in iſtum teſtes imperio, & poteſtate decernit, idem abſens, & de iſtius ſcelere, improbitate, audacia teſtimonium dicat?*

In eundem: *Sed ornatiores tuo judicio, ad teſtimonia dicenda venerunt.*

Idem pro Cluentio: *Non recito teſtimonia hominum honeſtiſſimorum, quæ in Staienum ſunt dicta.*

dicta.

Ibidem: *Falſumve teſtimonium dixerit.*

Idem pro Cluentio: *Neque cognitum commemoravi, neque teſtimonium dixi.*

Idem pro C. Plancio: *Multi etiam communes inimici rerum omnium, qui ita ſemper teſtimonium de ambitu dicunt.*

Idem pro L. Flacco: *Mortuus eſt aculeo jam dimiſſo, ac dicto teſtimonio.*

Ibidem: *Qui autem dicit teſtimonium ex noſtris hominibus, ut ſe ipſe ſuſtentat?*

Ibidem: *Ut qui ante dictum teſtimonium ſibi temperarit.*

In eundem: *Pueri autem Siſennæ, credo quod audiviſſent, quæ in iſtum teſtimonia eſſent dicta, oculos de iſto numquam ejicere, neque ab argento digitum diſcedere.*

In eundem: *Melitenſis Diodorus eſt, qui apud vos antea teſtimonium dixit.*

In eundem: *Tamen quoniam hæc à majoribus conſtituta accepiſſent, teſtimonium ne quod dicerent.*

Idem de natura deorum: *Diogenes quidem Cynicus dicere ſolebat, Harpalam, qui temporibus illis Prædo felix habebatur, contra deos teſtimonium dicere, quod in illa fortuna tam diu viveret.*

Scævola de teſtibus. *Inviti teſtimonium dicere non coguntur.*

Vulpianus de teſtamentis: lege, Quod teſtamento: *Mulier teſtimonium dicere in teſtamento non poterit.*

Gaius de teſtamentis. lege, Cum lege, *Et eo amplius ut putant quidam, neve ipſi dicatur teſtimonium.*

Archadius de teſtibus: lege, Teſtimoniorum: *Ex his quibus non interdicitur teſtimonium, nec ulla lege à dicendo teſtimonio excuſantur.*

Caliſtratus eodem tit. lege, Teſtium: *Lege Julia de vi cavetur, ne hac lege in reum teſtimonium dicere ei liceret.* & ſubdit: *Qui ob teſtimonium dicendum, vel non dicendum, pecuniam accepiſſe judicatur.*

Cicero in Vatinium teſtem: *Cum ante Lelius Nutricula ſeditioſorum omnium teſtimonium diceret.*

Idem pro Marco Cælio: *An gravis, ſapiens, moderatuſque vir religioſe teſtimonium dixiſſe videatur.*

Idem pro Sex. Roſcio Amerino: *Teſtimonium etiam in Sexto Roſcio dicturus eſt.*

Ibidem: *Ut in minimis rebus ampliſſimi homines teſtimonium de ſua re non dicerent.*

Ibidem: *Teſtimonium non diceret.*

Aſconius Pedianus: *Ultimæ teſtimonium dixerunt.*

Idem: *Dixerunt in eum infeſti teſtimonia principes civitatis.*

Idem: *Quod Siculi, qui antea publice teſtimonium dixerant.*

Idem: *Apud antiquos & de auditione teſtimonium dicebatur.*

Idem: *Si teſtimonium adverſus eum diceret.*

T. Livius ab urbe condita: *Quod falſum adverſus ſe teſtimonium dixiſſet.*

Idem pro L. Cornelio Balbo: *Et teſtimonium dixiſſet publice.*

DICERE *cauſam*, pleyten, Sig verantwoorden.

DIcere *cauſam, dicere diem, dicere jus, dicere ſententiam, dicere legem,* modi ſunt dicendi diverſi, diverſa ſignificantes. Eſt enim *dicere diem, certam diem reo conſtituere,* ut accuſetur. *Dicere cauſam* eſt, cum reus *accuſationibus reſpondere* cogitur. *Dicere jus* eſt, cum judex *juſtitiam* reddit vel *miniſtrat. Dicere ſententiam* eſt, cum quis, ut inepte dicunt, votum ſuum *dat*, vel *opinionem ſuam dicit. Dicere legem* eſt quod *præfigere, præſcribere* quod opus ſit facto.

Plautus in Menec. 4, 2. *Apud ædiles pro liis factis plurimis peſſimiſque dixi cauſam.*

Terentius in Adelphis 4, 5. *Adverſum ne illam cauſam dicerem, cui veneram advocatus?*

Cicero pro Sex. Roſcio Amerino: *Ea nos hoc tempore utimur, qui cauſam dicimus.*

Ibidem: *Cauſam dicit is, qui unus relictus ex illorum nefaria cæde reſtat.*

Idem in Verrem: *Fuit nundinatio aliqua, & iſti non nova, ne cauſam diceret;*

Ibidem

Ibidem: *Quis non pertimeſcat cauſam dicere dominos.*

Ibidem: *Cauſa dicta, damnati ſunt.*

Cæſar de B. I. 1, 6. *Orgentorigem ex vinculis cauſam dicere coëgerunt.* & ſubdit: *Die conſtituta cauſæ dictionis.*

Titus Livius ab urbe condita: *Virgo Veſtalis de inceſto cauſam dixit.*

Ibidem: *Semel cauſam dixit.*

Idem de bello Macedonico: *Scipio juſſus dicere cauſam orationem magnificam de rebus ab ſe geſtis exorſus eſt.*

INDICTA *cauſa*, ſonder verantwoordinge.

Cicero in Verrem: *Indicta cauſa in vincla conjecit ſervos*

DICERE *diem*, voor 't geregt ymandt roepen.

Plautus in Aſinaria 5, 1. *Quem videam æque eſſe mœſtum, ut quaſi dies ſi dicta ſit.*

Idem in captivis: *His diem dicam, irrogabo mulctam.*

Cicero pro Milone: *Diem mihi credo dixerat, mulctam irrogarat.*

Titus Liv: ab urbe condita. *Cæſoni capitis diem dicit.*

Ibidem: *Accuſatorem primum Virginium, & Appium reum deligunt, cum diem Appio Virginius dixiſſet. Appius ſtipatus patriciis invenibus in forum deſcendit.*

Ibidem: *Rei capitalis diem Poſthumio dixerunt.*

Ibidem: *Rei capitalis diem dicere.*

Idem de bello Maced. *P. Scipioni Africano duo Q. Petilii diem dixerunt.*

Cicero pro T. Annio Milone. *Diem mihi credo dixerat, mulctam irrogarat, actionem perduellionis intenderat.*

DICERE *Jus*, regtdag houden.

Cicero in Verrem: *Audiſtis ob jus dicendum Qu. Varium dicere procuratores ſuos iſti centum & triginta milia nummum dediſſe?*

Idem de provinciis Conſularibus: *Emiſſi grandi pecunia ut tibi de pecuniis creditis liceret jus in liberos populos.* & ſubdit: *Id emptum ita vendidiſti, ut aut jus non diceres, aut bonis cives Romanos everteres.* & ſubdit: *Perſeveravit jus publicano non dicere.*

Ibidem: *Non offendebantur homines in eo, neque moleſte ferebant abeſſe à foro magiſtratum, non jus dici, non judicia fieri.*

Ibidem: *Iſti pecuniam ob jus dicendum dediſſe.*

Plautus in Menechmis 4, 2. *Juris ubi dicitur dies, ſimul patronis dicitur.*

T. Liv. ab urbe cond. *Aut jus de pecunia credita diceret.*

Idem pro Lucio Flacco: *Qui anno ante Romę jus dixerat.*

DICERE *ſententiam*, advyſen geven.

Cicero in Verrem: *Mos eſt Syracuſis, ut ſi qua de re ad ſenatum referatur, dicat ſententiam qui velit, nominatim nemo rogatur.*

Ibidem: *Ut quiſque ætate, & honore antecedebat, ita ſententiam dixit ex ordine.* & ſubdit: *Cum ſurgeret nemo, neque ſententiam diceret.*

Idem in Atticum 2, 13. *Nocet interdum reipub. Cato, dicit enim tanquam in Platonis repub: non tanquam in Romuli fece ſententiam.*

Idem in Philippica quarta: *Et ſententiæ de ſumma reipub. libere dici poſſint.*

Ibidem: *Me conſule ſententiæ ſalutares dictæ ſunt, quibus ad hanc diem viximus.*

Idem in Philip. 14 *Qui hoc loco ſententias dicimus.*

Cælius Ciceroni: *Conſulem deſignatum primum ſententiam dicentem.*

DICERE *legem*, een wet voorſchrijven.

Horat. 2, Ep. 2.

Prudens emiſiſti vitioſum, dicta tibi lex eſt.

DUCERE *ſortem*, loten. *vitam, ſpiritum*; leven, ademen.

D*Ucere ſortem, vitam, ſpiritum.*

Cicero in Ver. *Sors ducitur. Quamobrem? Nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ,*

Vergilius Æn: 6.
Stat ductis ſortibus urna.

Cicero pro lege Manilia 15. *Cum veſtros portus, atque eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis, in Prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis.*

DARE *vitio*, *crimini*, VERTERE *vitio*, qualijk duyden, tot ſout rekenen.

DAre vitio, vertere vitio, dare crimini, id eſt, quod corruptiſſime dicitur *inculpare.*

Plautus in Epidico 1, 3. *Quis erit, qui id vertat vitio?*

Idem in Milite 4, 9. *Ne quis tibi hoc hodie vitio vertat.*

Terentius in Andria: *Nunc quam rem vitio dent, quæſo animadvertite.*

Cicero in Bruto: *Quin etiam memini cum in accuſatione ſua Q. Gallo crimini dediſſet, ſibi eum venenum paraviſſe.*

DARE *pignori*, verpanden.

DAre pignori, idem eſt, quod *oppignorare*: Sed hic etiam modus dicendi obſervandus eſt.

Plautus in Moſtellaria 4, 2. *Heri* xl. *etiam dedit hucuſque pignori.*

DICET ALIQUIS, Iemant ſal miſſchien ſeggen. ROGET ALIQUIS, Iemant mogt vragen.

DIcet aliquis, Roget aliquis, modus eſt dicendi, quo inepte dicunt, *Forte aliquis mihi dicat*, vel *Si quis me roget.*

Cicero in Paradoxis: *Quid eſt igitur, quæret aliquis, bonum?*

DEIJCERE *oculos*, de oogen neer ſlaan.

DEijcere oculos, celeritatem aliquando ſignificat, aliquando præ pudore ſubmittere.

Cicero 5. in Verrem: *Si tantulum oculos dejecerimus, præſto eſſe inſidias.*

DEPONENTIA PASSIVA.

NEc eſt prætermittendum, eſſe apud perfectos illos autores *Deponentia* nonnulla, quæ *in participiis* plærunque *paſſive* ponantur, quorum vel pauca collegi de multis, ut palam ſit nullam aliam eſſe Grammaticam, quam modum loquendi, quem aut obſervare, & imitari neceſſe ſit eum, qui Latinus dici cupit, aut ſi id neglexerit, in ſua barbarie contabeſcere.

Cic. Attico: *Sed ea omnia mihi ſunt patienda.*

Eidem: *Te etiam atque etiam oro, ut me totum tuendum ſuſcipias.*

Idem pro M. Cælio: *Magnum crimen, vel in legatis inſidiandis, vel in ſervis ad hoſpitem domi necandum ſollicitandis.*

Idem pro Cornelio Balbo: *Hujus virtus pręſens experta atque perfecta obtrectatorum voce lædetur.*

Ibidem: *Quiddam de communi conditione omnium noſtrum deprecandæ malivolentiæ cauſa breviter commemorandum videtur.*

Ibidem: *verumtamen vigiliis nocturnis, & concione hominum inſtitutum illud conceptum, atque meditatum eſt.*

In Antonium: *De laude ſilebo, quæ gratiſſima memoria omnium civium incluſa nondum autoritate publica teſtata eſt.*

Idem de ſenectute: *Agro bene culto, nihil poteſt eſſe uſu uberius, ſpecie ornatius, ad quem fruendum non modo non retardat, verumetiam invitat, atque allectat ſenectus.*

Idem in Paradoxis: *An quiſquam in potiundis voluptatibus gloria ſe, & prædicatione effert?*

Plautus in Bacchidibus 4. 3. *Conſolandus mihi hic eſt.*

Cicero Attico 1. 15. *Illud ineſt tamen commodi, quod & mihi, & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando teſtificata tua voluntas.*

Hor: 1. Ep: 11.
Oblituſque meorum, obliviſcendus & illis.

DUM *particula*, cum EXPECTO *conſtructa*, tot dat.

PArticula *Dum*, conjungitur ab perfectis illis autoribus cum verbo *expecto*, mira cum elegantia, & pari propemodum concordia,

dia, ut facile ſit conſiderantibus judicare unum illis, atque eundem fuiſſe dicendi modum.

Plautus in Pſeudolo: *Ne expectetis dum redeam.*

Idem in Caſina: *Ne expectetis dum illi ad eos exeant.*

Teren. in Andria: *Ergo ne expectatis dum exeat huc?*

Idem in Eunucho: *Concedam hinc intro, atque expectabo dum veniat.*

Cic. Lucio Luceio 5, 12. *Sed ad properationem meam quidem intereſt non te expectare dum ad locum venias.*

Idem Bruto: *Quod ſcribis te in Italia moraturum, dum tibi literæ meæ veniant, ſi per hoſtem licet.*

Eidem: *De ſororis autem tuæ filiis non expectavi Brute dum ſcriberes.*

Idem Gn. Pompeio: *Non expectavi dum mihi à te literæ redderentur.*

Idem Attico 10 3. *Ego in arcano operior dum iſta cognoſco.*

Ibidem: *Expecta amabo te dum Atticum conveniam.*

Ibidem 1. 1. *De Aufidio & Palicano non puto te expectare dum ſcribam*

Idem in Piſ: *An ego expectem dum de te quinque & lxx. tabellæ diripiantur.*

Idem in Verrem: *Quid expectas, an dum ab inferis ille Malleolus exurgat?*

In eundem: *Nolite expectare dum omnes ob eam oratione mea civitates.*

Idem in Philippicis: *Num expectas dum te ſtimulis fodiam?*

Virg: Æn. 4.

Quid moror, an mea Pygmalion dum mœnia frater Deſtruat?

Vatinius Ciceroni: *Si hoc expectandum ſit, dum totum bellum conficiatur.*

Cœlius eidem: *Saltem dum quod de Hiſpaniis ſcitur expecta.*

Plancus eidem: *Sciebam enim, & cautius erat conſilium, expectare me ad Iſaram, dum Brutus trajiceret exercitum.*

Brutus eidem: *Ego tibi ut antea ſcripſi, dum mihi à te literæ veniant in Italia morabor.*

Idem eidem: *Noli expectare dum tibi gratias agam.*

T. Livius ab urbe condita: *Expectare dum Conſul, aut Dictator fiat.*

Ibidem: *Nec expectent dum à Roma legati veniant.*

Ibidem: *Moratus dum milites ad prædam diſcurrerent.*

Ibidem: *Moratus dum imperatores conſuleret.*

Ibidem: *Expectantes dum ab hoſtibus clamor incipiet.*

Idem de bello Punico: *Paucos morati dies dum ſocii venirent.*

Idem ab urbe condita: *Nolite expectare dum fugiant.*

Ibidem: *Expectate dum vobis obviæ veniant.*

Idem de bello Maced: *Paucos moratus dies dum ſe copiæ aſſequerentur.*

DIMINUERE, breeken.

Diminuere caput, fores, poſtes, modo loquendi illorum veterum eſt *frangere*, qui modus memoriæ mandandus eſt ei, qui bonæ Latinitatis caput diminuere non vult.

Paulus in Menechmis: *Illi homini diminuam caput.*

Idem in Bacchidibus: *Niſi mavelis poſtes diminui ſecuribus.*

DIMINUTIO CAPITIS *apud Juriſconſultos*, Een verminderingh van yemands goedere, voorreghten &c.

Sed alia eſt *Capitis diminutio* apud Juriſconſultos. Eſt enim *prioris ſtatus immutatio*, ut teſtatur Caius eo titulo, lege prima. *Antiqui tamen oratores de capite diminuere, & de capite demere* dicebant.

Cicero in Verrem: *Unum hoc aliud Senatuſconſultum reprehenſum: ſecretumque eſt, ut quibus ille de capite dempſiſſet, ne pecunias in ærarium referrent.*

Ibidem: *Hoc nomine vidiſtis tritici modios de capite eſſe demptos:*

Ibidem

Ibidem: *Demit de capite medimna DC.*

Ibidem: *Coguntur Aſcrioni, id eſt, Pippæ dare tantum, quantum erat de capite demptum.*

Idem in Topicis: *Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt, non eſt ſatis.* & ſubdit: *Quorum majorum nemo ſervitutem ſervivit. Abeſt etiam nunc, qui capite non ſunt diminuti, hoc fortaſſe ſatis eſt.*

Cæſar in comment: *Illud quod deditione ducis, & capitis diminutione ſublatum eſt.*

T. Livius de bello Punico: *Sero nunc deſideratis diminuti capite, abalienati jure civium.*

DEDUCERE, geleyden of aftrecken.

Deducere, nota ſunt hujus verbi varia ſignificata, quæ à multis notata diligenter fuere: ſed locus Ciceronis admonet, ut nos quoque de eo aliquid dicamus, cum *deducere* inter cætera ſignificet ſponſam, vel *amicam domum perducere*, & item ſignificat *de ſumma demere*, vel detrahere. Cicero, qui facetiis ſcatebat, & dictis, cum mater M. Bruti Servilia Juniam Tertiam filiam, eandemque C. Caſſii uxorem ad Cæſarem, qui Mœchus calvus ob adulterium dicebatur, deduxiſſet, eademque Servilia paulopoſt ab Cæſare precioſum ære parvo fundum emiſſet, Cæſaris libidinem cavillatus circa verbum Deduco, dicto peracuto proſcidit. *Equidem*, inquit, *quo melius emptum ſciatis, comparavit ſervilia hunc fundum Tertia deducta.*

DEDUCO ſignificat interdum *comitari, ſive domum perducere.*

Terentius in Andria: *Hic nunc non dubitat, quin ſe deducturum neges.*

Ovid: de Ponto.

At cum Tarpejas eſſes deductus in arces

Horat: 1. ſat. 9.

Occurram in triviis, deducam, nil ſine magno,
Vita labore dedit mortalibus.

Tib: 4.

Tempus erit cum me Veneris præcepta ferentem:
Deducat Iuvenum ſedula turba ſenem.

T. Liv: de bello Punico. *Dictator ſe magiſtratu abdicavit privatuſque de roſtris deſcendit, turbæque ſe immiſcuit, ne deducendi ſui cauſa populum de foro abduceret.*

Ibidem: *Tamen frequentes deduxerunt domum.*

Deduco *interdum* ſignificat *de ratione vel ſumma aliquid demere*, ut diximus, *ſive detrahere.*

Cic. de officiis: *Hæc igitur talia circumſpicienda ſunt in omni officio, & conſuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus. & addendo, deducendoque videre, quæ reliqui ſumma fuit, ex quo quantum cuique debeatur intelligas.*

Africa. de Jure dotium: lege, Pater: *Deducta parte tertia, reliqua ſibi dos reddatur.*

Idem eodem ti. *Uno pluribuſve filiis ſuperſtitibus deducta parte.*

DEDUCERE quandoque ut diximus ſignificat ſponſam *ad maritum, vel amicam ad amantem perducere.*

Cic. in Ver. Actione IV. *Hic eſt decimus, ad quem iſte deduxerat Tertiam Iſidori Mimi filiam, vi abductam ab Rhodio tibicine hujus Tertiæ prius etiam quam Pippe, plus quam cæterarum ac prope dicam tantum apud ipſum in Sicilienſi prætura auctoritas valuit, quantum in urbana Chelidionis.*

Ovidius de Faſtis 3, 153.

Cum primum cupido Venus eſt deducta marito.

Terentius in Hecyra 1, 2. *Ut ad pauca redeam uxorem deducit domum.*

Tibullus 3, 4. *Ut juveni primum virgo deducta marito.*

Hoc quoque conſiderandum eſt, Tertia filia cum dicitur, nomen proprium, non numeri eſſe, nam id frequens reperitur.

Cicero in Verrem actione quinta: *Huc Tertia illa perducta per dolum atque inſidias a Rhodio Tibicine* & ſubdit: *Sic hanc Tertiam dilexit, ut eam ſecum ex provincia exportaret.*

Ibidem actione ſexta: *Sed eo ipſo tempore cum eſſet in littore Tertia illa tua, quam tecum deportabas, erat in omnium conſpectu.*

Aſco. Pedia. *Nam Tertiam Scævolæ filiam dimiſſam à Pompeio in matrimonium duxerat.*

Vulpianus de condit. lege: Hæc conditio: *In domum mariti deducta eſt.*

Scævola de donat. lege, *Seia Sempronio cum certa die nuptura eſſet, antequam domum deduceretur, tabulæque dotis ſignarentur, donavit tot aureos.*

Papinianus de Jure dotium: lege, Dotis: *Nam ſi minor annis duodecim, ut major deducta ſit, tunc primum petetur.*

DEDUCERE *item ſignificat, quod redigere*, brengen.

Catullus Epig. 75.

Huc eſt mens deducta tua, mea Leſbia cura.

DEDUCERE, omiſſis cæteris in alio ſignificato, ſignificat poſtremo *Avocare, & à propoſito removere.*

Cic. in Cat. *Si impendens patriæ periculum, me neceſſario de hac animi lenitate deduxerit.*

Idem Terentiæ: *Neque legis improbiſſimæ pœna deductus eſt, quo minus hoſpicii, & amicitiæ jus, officiumque præſtaret.*

DEFERRE, aangeven.

Deferre nomen, non eſt proprie accuſare, ſed *ante accuſationem apud judicem*, vel magiſtratum aliquem *de aliquo crimine denunciare*, unde *Delator* dictus eſt, ut clare infra oſtendetur.

Cicero in Verrem: *Servi cujuſdam nomen defertur, is accuſatur, ficti teſtes in eum dantur, rem cunctus ſenatus Catinenſium judicat.*

Terentius de bonis poſſeſſis: lege, Eum patronum: *Qui nomen detulit accuſaſſe intelligendus eſt, niſi abolitionem petat.*

Plautus in Aulularia 1, 2. *Ad tres viros ego deferam tuum nomen.*

Cicero pro Cluen. *Atque ut intelligatis Cluentium non accuſatorio animo, non oſtentatione aliqua, aut gloria adductum: ſed nefariis inſidiis propoſito ante oculos vitæ periculo, nomen Opianici detuliſſe, paulo longius exordium cauſa rei demonſtrandæ petam.*

Idem in Verrem: Ego *ſic intelligo judices, cum de pecuniis repetundis nomen cujuſpiam deferatur.*

Ibidem: *Nomen hominis audaciſſimi detuli.*

Idem pro M. Cælio: *Niſi iterum eadem de re ſuo familiari abſoluto nomen hic detuliſti.*

Idem pro Cluentio: *Et clariſſima voce ſe nomen Opianici, ſi interfectum Marcum Aurium comperiſſet, delaturum eſſe teſtatur.*

Ibidem: *Nam Cluentius judices primum nomen ejus detulit.*

Idem Quinto Fratri: *Paulus noſter cum teſtis productus eſſet in Sextium, confirmavit ſe nomen Vatinii delaturum.*

Idem in Verrem: *Ejuſdem rei nomen detulerunt.*

Ibidem: *Ait, ſi liceret, nomen abſentis deferre ſe velle.*

Ibidem: *Nuper cum in Publium Gabinium vir fortiſſimus, & innocentiſſimus, Lucius Piſo delationem nominis poſtularet.*

Cicero pro domo ſua: *Nomen Sexti Pompeii detulit.*

Idem pro Sex. Roſc. Amerino: *Qui Sex. Roſ. nomen deferendum curavit.*

Idem pro L. Muræna: *Dixi in ſenatu me nomen Conſularis candidati delaturum.*

DESCRIBERE, EXSCRIBERE, copieren.

Deſcribere quid ſignificet omnes norunt, neque enim nos manifeſta, ac in propatulo poſita vano labore tentamus, ſed latentia, & minus vulgaria, quæ pauci curavere, in lucem proferimus, ut hac noſtra induſtria non inanem oſtentationem, verum aliquam literariæ reipub. utilitatem quæſiſſe videamur. Eſt enim alio dicendi modo *deſcribere*, id quod ineptiſſime, ac barbare potius, vulgo *copiare* dicitur vel *tranſumere*, aut *tranſcribere*, novis & inuſitatis verbis, quæ qui imitantur, Latinitate omni penitus indigni ſunt.

Cicero Cornificio: *Dicam tuis, ut eum librum ſi velint deſcribant.*

Idem Attico 12, 17. *Quem librum ad te mittam, ſi deſcripſerint librarii.*

Eidem 2, 20. *Pœta ineptus, & tamen ſcit nihil,*

nihil, ſed eſt non inutilis, deſcribo, & remitto.

Eidem: *Dicta ejus, & conciones deſcribunt.*

Eidem: *Epiſtolam meam quod promulgatam ſcribis eſſe, non fero moleſte, quin etiam ipſe multis dedi deſcribendam*

Ad eundem: *Varroni quidem quæ ſcripſi te autore, ita propero mittere, ut jam Romam miſerim deſcribendam.* & ſubdit: *Scripſi enim ad librarios, ut fieret tuis ſi tu velles deſcribendi poteſtas.*

Idem in Verrem: *Quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet.*

Idem in Antonium: *Literas tibi ille mittat de ſua ſpe rerum ſecundarum ſuarum, tu eas lætus proferas, recites, deſcribendas etiam des improbis civibus.*

In Verrem: *Tabulas in foro ſumma hominum frequentia exſcribo, adhibentur in exſcribendo de conventu viri primarii.*

Idem 4. in Academicis quæſtionibus: *Qui ſe illa audiviſſe Romæ de Philone, & ab eo ipſo illos duos libros dicerent deſcripſiſſe.*

T. Liv. ab urbe con. *Juſſi inclytas Solonis leges deſcribere.*

Paulus: Quemadmodum teſtamenta &c. lege Omnibus. *Quicunque dederant tabulas teſtamenti inſpicere, vel etiam deſcribere, inſpiciendi, deſcribendique poteſtatem facturum ſe prætor pollicetur.*

Ulpianus eodem titulo: lege, Tabularum: *Diem autem, & conſulem Tabularum non patitur prætor deſcribi, vel inſpici, iccirco ne quid etiam fiat falſi.*

DISCEDERE, RECEDERE *à conditione*, De conditie veranderen.

D*Iſcedere, Recedere à conditione, à perſona, ſtatu,* eſt quod *immutare conditionem, perſonam, ſtatum.*

Cicero de officiis: *Hoſtis, quem nunc peregrinum dicimus, quanquam id nomen durius efficit jam vetuſtas, à peregrino enim jam receſſit.*

Modeſtinus de uſu fructu: lege, Titio: *Uſus fructus inutiliter legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo à perſona ſua diſcedere incipit.*

DARE *bibere*, te drincken geven.
MISCERE, Inſchenken.

NOn multi, ut reor, adverterunt, quonam modo proprie, atque uno verbo Latine dicatur *Dare bibere*, vel *dare potum*, quod Græcanico verbo aliquid improprie *Propinare* dicunt, cum *Propinare* proprie *præbibere ſit*, vel *prægustare*, & id verbum diverſis modis quandoque proferatur. Sed nos cum Latine loqui curamus, Latina potius adducimus. *Miſcere* igitur præter alia ſignificata uno verbo id eſt quod duobus verbis dicitur, *Dare bibere.* Utrumque tamen elegans.

Terentius in Andria 3, 2. *Poſt deinde quod juſſi, ei date bibere.*

Cato de re ruſtica c. 89. *Bis in die id faciet, meridie bibere dato.*

Cicero 2. de finibus bonorum & malorum: *Dico ergo in eadem voluptate eum qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens, & eum qui illud ſitiens bibat.*

Ovidius in Metamorphoſi l. 10. v. 160.
Arripit Iliaden, qui nunc quoque pocula miſcet,
Invitaque Iovi nectar Iunone miniſtrat.

DIFFERTUM, CONFERTUM, REFERTUM, dicht, vol.

D*Iffertum & confertum* inter ſe differunt: Nam *differtum*, id eſt quod *refertum*, utrunque enim plenum ſignificat. *Confertum* vero id eſt, quod *denſum.* Sed *confertum & refertum* à ſuis verbis *Refercio & Confercio* deſcendere comperi. *Differti* autem verbum non comperi.

Cicero pro P. Sextio: *Meminiſtis tum judices corporibus civium Tyberim repleri, cloacas referciri.*

Varro de re ruſtica: *Quo facto non modo non deſiſtunt pugna, sed etiam conferciunt ſe legentes.*

DIFFRETUS, A, UM, vol opgepropt.

Horatius in ſermonibus 1. ſat 5.

Inde forum Appi

Differtum nautis cauponibus atque malignis.

Idem in epiſtola lib. 6.

Differtum tranſire forum, populumque jubebat.

CONFERTUS, A, UM, Dight aen malkander.

Cæſar in comm: *Ut nunquam conferti, ſed rari, magniſque intervallis prœliarentur.*

Ibidem: *Neque à tanta multitudine conjecta tela conferti vitare poterant.*

T. Livius de bello Punico: *Alii ad exitus theatri conferti obſiſtunt.*

Idem ab urbe condita: *In confertos Vehientes euntem ferox viribus transfigit.*

Idem de bello Punico: *Cæteros confertos in media valle recepit.*

Ibidem: *Deinde rari in confertos illati.*

Idem de bello Macedonico: *Turba conferta iter clauſit.*

CONFERTISSIMUS, A, UM, ſeer vol het volſte.

Cæſar in com. *Qua parte hoſtium acies confertiſſima viſa eſt, erupit.*

T. Livius ab urbe condita: *In confertiſſima turba prope regium Tribunal conſtitit:*

Ibidem: *Eo ſe in turbam confertiſſimam recipit.*

Idem de bello Punico: *Per confertiſſima hoſtium turbam impetum facit.*

REFERTUS, A, UM, vervult.

T. Livius de bello Punico: *In agrum Picenum avertit iter refertum præda.*

CONFERTIM *adverbium*, by hoopen.

T. Livius ab urbe condita: *Cum confertim Romani, ut ſolent, denſatis excepiſſent ſcutis.*

Idem de bello Punico: *Quo acrius & confertim magis utrinque pugnabatur.*

Idem de bello Macedonico: *Confertim pugnant & cædunt.*

DARE NEGOTIUM, Bevelen.

DAre negotium, id eſt, quod multi inepte dicunt, *Committere*, modus eſt loquendi feliciſſimi illius temporis, memoriæ cum aliis mandandus.

Cicero in Ver: *Dat amico ſuo cuidam negotium, qui tum magiſter erat ejus ſocietatis, ut diligenter caveret.*

Saluſtius in Catilina c. 40. *Igitur P. Umbreno cuidam negotium dat, uti legatos Allobrogum requirat.*

Lentulus Ciceroni: *Permiſſum eſt iis, ut dum ipſi venirent, darent negotium qui Aſiam obtineant.*

Idem Rufo: *Non habui cui potius id negotii darem, quæ tibi.*

DARE POENAS, geſtraft werden.

DAre pœnas, id eſt, quod vulgo dicunt, *Fecit pœnitentiam*, ſed hic modus loquendi obſervandus eſt.

Vergilius Æneid: 4.

Dabis improbe pœnas.

Lentulus Cic: *Spero celeriter eum pœnas daturum.*

DARE AURIBUS, vleyen.

DAre auribus, hoc eſt, *aſſentari, blandiri.*

Trebonius Ciceroni 12. 16. *Noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare.*

DARE SE IN PEDES, vlughten. DARE SE IN VIAM. ſig op de weg begeven.

DAre ſe in pedes, dare ſe in viam, modus eſt loquendi illorum veterum, hoc eſt, pedibus *fugam agere*, & ad iter ſe parare. Poſteri hunc quoque modum, ut plæraque depravarunt.

Plautus in captivis 1. 2. *Mene vis dem ipſe in pedes?*

Terentius in Eunucho 5. 2. *Ego me in pedes, quantum queo, in Angiportum quendam deſertum inde.*

Cicero Terentiæ: *In viam quod te des hoc tempore, nihil eſt.*

DII FACIANT, God geve het.

Dii *faciant*, optantis eſt, & hic modus loquendi perquam elegans eſt, ſignificatque id, quod *utinam.*

Cicero in Verrem: *Dii faciant ut rei militaris, ut belli mentionem facere audeas.*

DII MELIORA, God betere het.

Dii *meliora*, modus optandi imperfecto ſermone, ſed modus loquendi ita obtinuit.

T. Liv: de bello Macedo. *Perturbata, dii meliora inquit.*

DE MELIORE NOTA COMMENDARE *aliquid*, yemant op het erntſtige recommanderen.

De *meliore nota commenda*, modus dicendi illius eruditiſſimi ſæculi.

M. Curius Ciceroni 7. 29. *Sulpitio ſucceſſori nos de meliore nota commenda.*

Catullus Epig. 69. *Quiſquis de meliora nota.*

DISSIMULARE, Doen of men het niet verſtont.

Diſſimulare, inter cætera eſt *fingere*, non intelligere *quæ dicuntur, vel aguntur.*

Cicero Attico: *Itaque mei ipſum commoverat ſic abſurde & aſpere verbis, vultuque reſponderat, diſſimulavi dolens.*

ÆDIFICARE NAVEM, Schip bouwen, toeruſten.

Ædificare navem fere abſurdum, aut novum multorum auribus videtur: eſt tamen dicendi modus apud veteres uſitatiſſimus.

Plautus in Mercatore 1, 1. *Aedificat navem mercurum & merces emit.*

Cicero 7. in Verrem: *Navem vero maximam triremis inſtar pulcherrimam, atque ornatiſſimam palam ædificatam ſumptu publico ſciente Sicilia per magiſtratum, ſenatumque Mamertinum tibi datam, donatamque eſſe dico.*

Ibidem: *Legati principes, & publice tibi navem ædificatam, & privatim ſeipſos abs te ſpoliatos, expilatoſque eſſe dixerunt.*

Ibidem: *Qui navis iſtius ædificandæ publice præfuit.*

Ibidem: *Navem denique maximam, quam onuſtam furtis in Italiam mitteret, apud iſtos faciendam, ædificandamque curavit.*

Eidem: *Aedificaverint ne navem onerariam.*

Eidem: *De tua pecunia conſtare ædificatam eſſe eam navem.*

Idem pro lege Man: c. 9. *Qui poſteaquam maximas ędificaſſet, ornaſſetque claſſes.*

Cæſar in comment: *Imperat quos legionibus prefecerat, uti quamplurimas poſſent naves ędificandas, vetereſque reficiendas curent.*

ES, zijt. ADES, komt.

Es, & *Ades*, indicativum & imperativum eſt, ſed imperandi modo ab antiquis voce es frequentius, quam ſis dicitur, quod jam in deſuetudinem per negligentiam venit.

Terentius in Andria: *Ades dum paucis te volo.*

Idem in Adelphis: *Modo bono animo es, duces uxorem hanc. Reſpondetur, bono animo es inquis?*

Cicero in ſomnio Scipionis: *Quem ut agnovi, corrui, ſed ille, ades, inquit, animo, & omitte timorem.*

Vergilius Ecl. 9.

Huc ades ô Galathea.

Horatius 1. Sat. 9.

Si me amas, inquit, paulum huc ades.

EXTRA JOCUM, met ernſt.

Extra jocum dicebatur à veteribus, cum quid ſerio, non joco dicere ſe velle dicebant, modus eſt dicendi pulcherrimus.

Cicero Trebatio: *Sed me hercle extra jocum, homo bellus eſt.*

Idem Caio Volumnio 7, 32. *Sed me hercle extra jocum valde mihi tuæ literę facetę, eleganteſque viſę ſunt.*

Idem

Idem Peto 9, 24. *Sed hercle mi Pete extra jocum moneo te.*

EXACTA, volkomen.

EXacta dicebantur *perfecta.*

Horat: 2. Ep. 1.

Sed emendata videri,
Pulchraque & exactis nimium diſtantia miror.

ESSE CURAE, aan gelegen zijn. ESSE VOLUPTATI, tot vermaek verſtrecken. ESSE SOLLICITUDINI, bekommerniſſe geven.

ESſe *curæ, eſſe voluptati, eſſe ſollicitudini, eſſe ſolatio, eſſe lætitiæ, eſſe impedimento, eſſe lucro, eſſe damno, eſſe ſumptui, eſſe ſaluti, eſſe uſui, eſſe honori,* & hujuſmodi loquendi modi, maximam orationi afferunt elegantiam.

Plautus in Ciſtellaria: *Multiſque damno, & mihi lucro ſine ſumptu eris.*

Ibidem: *Quæ neque illa illi quicquam uſui fuit.*

Varro de Re ruſt. 3, 3. *Ut domino ſint fructui, ac delectationi.*

Cicero in Bruto: *Iſtum ipſum quidem inquam Brute dico librum mihi ſaluti fuiſſe.*

Ibidem: *Quod tibi aut novum, aut tanto uſui poſſet eſſe?*

Idem Senatui, populoque Romano: *Quod mihi maxime lætitię fuit.*

Idem Catoni: *Mihi ut in hujuſmodi re tanto bello maximę curę eſt.*

Idem Tironi: *Magnę nobis eſt ſollicitudini valetudo tua.*

Eidem: *Cupiditas cęterorum hominum impedimento mihi fuit.*

Idem pro L. Cornelio Balbo: *Et magno uſui noſtrę Reipublicę fuiſſent.*

Virg: Æn: 11.

Non erit auxilio nobis Etholus & Apri.
At Meſſapus erit.

MITTERE SUBSIDIO, tot ſecours af ſchicken. VENIRE AUXILIO, te hulp komen. RELINQUERE PRÆSIDIO, tot beſetting laten.

MIttere *ſubſidio, venire auxilio, & relinquere pręſidio,* obſervandum maxime eſt, elegantia non parva inſigne.

Cæſar in commentariis: *Legiones, quos pręſidio noſtris miſerat.* & paulo poſt: *Quos tibi ſubſidio reliquerat.*

EXCLUDI TEMPORE, AUT TEMPORIS SPATIIS, geen tijd hebben.

EXcluſum *tempore, aut temporis ſpatiis,* id quod nos novum modum introducentes dicimus *impeditum,* veteres illi uno, eodemque modo dixere, quod pauci hactenus, ut arbitror, obſervaverunt.

Cic. 5. in Verrem: *Anguſtiis temporis excluduntur omnes.*

Idem Attico 9, 3. *Quę enim ſoluto animo familiariter ſcribi ſolent, temporibus his excluduntur.*

Idem in Verrem. *Hi poſtquam temporibus excluſi, per ſenatum agere quę voluerant, non potuerunt.*

Idem de Oratore: *Aut temporibus excluſi, aut voluntate ſua feriati.*

Idem in Vatinium teſtem: *Ut excluſis miſer puncto temporis ſpoliaretur beneficio, & ęquitate legis.*

Cæſar in commentariis: *Ne anni tempore navigatione excluderentur.*

Ibidem: *Tempore excluſus non venit.*

Ibidem: *Excluſus diei tempore in poſterum oppugnationem differet.*

Virg: Georg. 4.

Spatiis excluſus iniquis. al. diſcluſus.

Pomponius de edilitio edicto: lege, Si tamen: *Non nocebit emptori, ſi ſex menſium exceptione redhibitoria excluſus velit intra annum ęſtimatoria agere.*

Papinianus

Papinianus ad Senatuſcon. Turpilianum: lege, *Quærebatur an ii, qui ab accuſatione tempore excluſi eſſent, in Senatuſcon. Turpilianum inciderentur?* & ſubdit: *Qui præſcriptione temporis excluſi cauſam adulterii perferre non poterunt.*

Idem de Decurionibus: lege, Spurii: *Si præſcriptione temporis excluſus fuerit: non tenebitur.*

Paulus de inofficioſo teſtamento: lege, Si proponas: *Idemque erit ſi tempore excluſus ſit.*

Julianus de bonis libertorum: lege, Si libertus: *Si non petierit bonorum poſſeſſionem, tempore excluſus, vel repudiaverit.*

SENTENTIA, wil, begere.

QUid ſit *ex ſententia*, & *ex animi ſententia*, *ex animo:* trito fere dicendi modo in promptu eſt, idque ſignificat, quod *ex voluntate*, *ex deſiderio*, *ex judicio.* Sed aliqui nove & inepte, omiſſa ejuſmodi elegantia, ad votum dicunt. Præter ſententiam autem id eſt, quod contra voluntatem vel opinionem, vel deſiderium.

EX SENTENTIA, na wenſch.

Plautus in captivis: *Si reveniam huc ex ſententia.*

Idem in Mercatore: *Nocte hac quievi non ſatis ex ſententia.*

Terentius in Hecyra 5, 4. *Spero hanc rem eventuram nobis ex ſententia.*

Cic. Furvio: *Si non iſta ex ſententia eſſent confecta.*

Idem de officiis: *Non enim falſum jurare peierare eſt, ſed quod ex animi tui ſententia juraris.*

Saluſtius in Jugur: *Nam me quidem ex animi ſententia nulla oratio lædere poteſt.*

Idem in Academ: quæſt: *Conſcendens navem ſapiens, num comprehenſum animo habet, atque perceptum, ſe ex ſententia navigaturum?*

Idem de natura Deorum: *Multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus, multa ſomniis, multa portentis, quibus cognitis, multæ ſæpe res ex hominum ſententia, atque utilitate partæ, multa etiam pericula depulſa ſunt.*

DE SENTENTIA, na goeddunken.

Cicero Attico: *Quid ſentis igitur? Nihil niſi de ſententia tua.*

Eidem 11, 7. *Scribantque ad Cæſarem me quicquid fecerim de ſua ſententia feciſſe.*

Idem in Verrem: *De conſilii ſententia judicaras.*

Ibidem: *Eos ſine conſilii ſententia à ſupplicio liberavit.*

Ibidem: *Et de conſilii ſententia Mamertinos ſe frumentum non imperare pronunciat.*

Præter SENTENTIAM, & *adverſus animi* SENTENTIAM, tegens wille.

Plautus in Mercatore: *Omnia mihi eveniunt hodie præter ſententiam.*

Ibidem: *ut ne litiges adverſus animi ſententiam.*

EX ANIMO, van herte.

Cic. in Piſonem: *Equidem dicam ex animo quod ſentio.*

Idem Attico: *Te autem alienum hominem ament ex animo.*

Idem Cornificio: *Huic tu libro maxime velim ex animo, ſi minus gratiæ cauſa ſuffragari.*

Catullus Epigr. 108.

Atque id ſyncere dicat & ex animo.

Mea SENTENTIA, na mijn oordeel. *Manere in* SENTENTIA van deſelve meyning blyven.

M*EA SENTENTIA*, *manere in ſententia*, *de ſententia deducere*, *ſententia deſiſtere*, *in ſententia eſſe*, & hujuſmodi elegantiſſimi dicendi modi obſervandi præcipue ſunt.

Cicero in Bruto: *Quem vero extet, & de quo ſit memoriæ proditum eloquentem fuiſſe, & ita eſſe habitum: Primus eſt M. Cor. Cetegus, cujus eloquentiæ eſt autor: & idoneus quidem mea ſententia, Q. Ennius.*

Idem Attico: *Plane hoc mihi explices velim, in primis maneasne in ſententia, ut mittam ad eum quæ ſcripſi, an nihil neceſſe putes.*

Eidem: *Quid enim noſtri optimates, ſi qui reliqui ſunt, loquentur? an me aliquo præmio de ſententia eſſe deductum?*

 Idem

Idem in Academicis quæſt: *Cœpit hortari, ut ſententia deſiſterem.*

Idem Attico: *Me miſerum quam omnia eſſent in ſententia, ſi nobis animus, ſi conſilium, ſi fides eorum, quibus credidimus, non defuiſſet.*

ÆTAS Levens tyd.

QUot dicendi modi, quamve eleganter, & appoſite ab hoc nomine *Ætas*, quaſi candidiſſimi rivuli à quondam Latinitatis fonte deducuntur? quorum nonnullos hauſi, infraque deſcripſi, ut ad manum ſint imitatoribus.

ACTA ÆTAS, groote ouderdom.

Plautus in Trinummo: 2. 2. *Mihi quidem ætas acta eſt.*

Cicero de ſenectute c. 61. *Sed honeſte acta ſuperior ætas, fructus præbet autoritatis extremos.*

Exacta ÆTAS, Hoge ouderdom.

Terentius in Adelphis 5. 4. *Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab iis fero, odium.*

Cicero 2. de Oratore: *Ætate axacta indigem liberum laceraſti.*

Idem de ſenectute 66 *Cum eſſet jam exacta ætate in agris, easque coleret.*

Idem in Verrem: *Patri axacta ætate.*

Ibidem: *Hoc tantum acta ætate laboris, itinerisque ſuſcepit.*

T. Liv. ab urbe condita: *Venerabilis viri, & exactæ jam ætatis.*

Ibidem: *Ætatis jam exactæ Camillus erat.*

ADFECTA ÆTAS ten eynde lopende ouderdom.

Cicero de Oratore: *Q. Mutii janua & veſtibulum, quod in ejus infirmiſſima valetudine, affectaque jam ætate, maxima quotidie frequentia civium, ac ſummorum hominum ſplendore celebratur.*

SENECTA ÆTAS, hoge ouderdom.

Plautus in Trinummo 1, 2. *Hic ille eſt, ſenecta ætate qui factus eſt puer.*

Idem in Mercatore 5, 4. *Senecta ætate ſcortari ſenes.*

Idem in Aulularia 2. 2. *Quem ſenecta ætate ludos faciat haud merito meo.*

PROVECTA ÆTAS, Mannelijke ouderdom.

Cicero in 1. Tuſculanis: *Ex iis igitur hora octava, quæ mortua eſt, provecta ætate mortua eſt.*

PRÆCIPITATA ÆTAS, afnemende ouderdom.

Marius Ciceroni 11, 28. *An quod adoleſcens præſtiti cum etiam errare cum excuſatione poſſim, id nunc ætate precipitata commutem, ac me ipſe retexam?*

ADULTA ÆTAS, volwaſſen ouderdom.

Cicero in Verrem: *Adulta ætate filius.*

CONFECTUS ÆTATE, ſtok oud.

Vergilius Æn: 4. *Confectum ætate parentem.*

Cæſar in commentariis: *Non ętate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt.*

INGRAVESCENTE ÆTATE, de levens-tijd ten eynde loopende.

Cicero de amicitia: *Immutari etiam mores hominum ſępe dicebat, alios adverſis rebus: alios ętate ingraveſcente.*

INEUNTE, & AB INEUNTE ÆTATE, ET ADOLESCENTIA, van kints beene, van jongs op.

Cic. pro L. Cornelio Balbo: *Et ab ineunte ętate, relictis ſuis rebus omnibus, nullius periculi expertem fuiſſe.*

Idem pro Deiotaro: *Quibus ille ſtudiis ab ineunte ętate ſe imbuerat.*

Idem in Vatinium teſtem: *Atque illud tenebricoſiſſimum tempus ineuntis ętatis tuę patiar latere.*

Idem pro lege Manilia: *Ineunte adoleſcentia maximi ipſe exercitus imperator.*

INEUNTE VERE, ESTATE, HYEME. In den aenvang van de Lente, Somer of Winter.

Cicero de officiis; *Itaque ineunte Vere in iis,*

tis, quę relicta ſunt, &c.

Idem: *Ineunte ęſtate ſuſcepit, media ęſtate confecit.*

Idem in Antonium: *Cum ab ineunte ętate res maximas gerere cœpiſſet.*

Idem de Amici. *Atque earum rerum exemplum & ſimilitudinem capiebat ineuntis ętatis.*

Idem pro lege Man: c. 1. *Sed meę vitę rationes ab ineunte ętate ſuſceptę prohibuerunt.*

Cæſar de B. G. 2, 1. *Duas legiones in citeriorem Galliam novas conſcripſit, & ineunte ęſtate in interiorem Galliam qui deduceret Q. Pedum legatum miſit*

Idem pro rege Deiotaro: *Commendationemque ineuntis ętatis ab impietate & à ſcelere duxerit?*

VIVERE ÆTATEM, leven.

Plautus in Amphitruone 4, 2. *Eo modo, ut profecto vivas ętatem miſer.*

Cicero in Catone majore de Neſtore: *Tertiam enim ętatem hominum vivebat.*

DEGERE ÆTATEM, ET VITAM, leven.

Plautus in Ciſtellaria 1, 1. *Quia ego illum mihi unum exoptavi, quicum ętatem degerem.*

Cicero pro P. Sylla: *Ut cum Lentulo, & Catilina, & Cetego fœdiſſimam vitam, & miſerrimam, turpiſſima morte propoſita degeret.*

Idem pro Roſcio: *Per ſe liceat innocenti amicorum opibus vitam in egeſtate degere.*

Ibidem: *Inter feras ſatius eſt ætatem degere.*

AGERE ÆTATEM, leven.

Plautus in Trinummo 2. 1. *Utra in parte plus voluptatis ſit vitæ ad ætatem agendam.*

Ibidem 2, 4. *Cuncti qui aetatem egerunt caſte, conveniant.*

Idem in Milite 4, 8. *Ubi pulcherrimus egi aetatem, inde abeo.*

Idem in Bachidibus: *Hic noſtra agetur aetas.*

Milit. 4. 8. *Si non mecum aetatem egiſſet, hodie ſtulta viveret.*

Cicero Trebatio: *Qui domi, aut per inſidioſa loca iturus, aut aetate confectus, aetatem agerent.*

Cicero in Bruto de Theophraſto: *Cum percunctaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet, & reſpondiſſet illa, atque addidiſſet, hoſpes non potes minoris, tuliſſe eum moleſte, ſe non effugere hoſpitis ſpeciem, cum aetatem ageret Athenis.*

EXIGERE ÆTATEM, ſijn leven doorbrengen.

Plautus in Trinummo Prol: *Dedi meam gnatam, quacum aetatem exigat.*

Idem in Ciſtellaria 1, 1. *Unum amare, & aetatem cum illo exigere.*

Ibidem: *Tecum vivere vult, atque aetatem exigere.*

Idem in Milite: *Tecum ut aetatem exigere liceat.*

Sic etiam in paſſivo, DEGITUR VITA, & VIVITUR VITA *dicitur*, men leeft.

Cicero de finibus bonorum & malorum: *Ea vita, quae ex ſummo bono degitur.*

Ibidem: *Beatam autem vitam eam ſolam, quae cum virtute degatur.*

Idem de officiis: *Vivere arbitror, & eam quidem vitam, quae eſt ſola vita vocanda.*

Idem in Verrem: *Quo tutiorem vitam ſeſe meo praeſidio victuros eſſe arbitrarentur.*

EX USU ESSE, nuttig zijn.

EX uſu eſſe, hoc eſt *quod conducat, quod expediat, quod utile ſit.* Modus eſt elegans dicendi.

Terentius in Eunucho: *Ad omnia hęc, magis oportunus, nec magis ex uſu tuo nemo eſt.*

Idem in Heauton: *Nunc ait periculum ex aliis facito: tibi quod ex uſu fiet.*

Plautus in Mercatore: *Verum non ex uſu modo eſt.*

EDORMIRE CRAPULAM, EXHALARE CRAPULAM, de roes uytſlapen. INDORMIRE CAUSÆ, de ſaak verſuyme.

EDiſcendus & hic elegans dicendi modus. *Edormire cum accuſativo, Indormire cum*

 dativo

dativo: quos princeps bonarum literarum Cicero uno eodemque loco conclu'it.

Cicero in Philippicis: *Edormi crapulam inquam, & exhala: an faces admovendæ ſunt quę te excitent tantæ cauſæ indormientem?*

Plautus in Rudente 2, 7. *Ut edormiſcam hanc crapulam, quam potavi*:

Idem in Moſtellaria 5, 3. *Omnemque obdormivi crapulam.*

Idem in Amphitruone 2, 2. *Pauliſper mane dum edormiſcat unum ſomnum.*

Terentius in Adelphis 5, 2. *In angulum aliquo abeam, atque edormiſcam hoc villi.*

Cicero 3. in Verrem: *Quondam etiam Aproniani convivii crapulam exhalaſſent.*

EXTRAHERE DIEM, den dag doorbrengen of uytſtellen. JUDICIUM, de regtdag uytſtellen.

Extrahere diem, extrahere judicium, eo loquendi modo priſci illi veræ. Latinitatis proceres utebantur. cum *diem*, vel *judicium trahi in longum*, aut differri ſignificare volebant.

Cæſar in com. *Catonem vero acerrime repugnantem, & priſtina conſuetudine dicendi mora dies extrahentem, ut ſui ratio abſentis habetetur.*

Ibidem: *Sic triduum diſputationibus, excuſationibuſque extrahitur.*

T. Liv. ab urbe condita: *Cunctando extraxerant diem.*

Idem de bello Punico: *Extracta tamen autoritatibus ſeniorum per aliquot dies res eſt.*

Idem ab urbe condita: *Res in annum extrahitur.*

Ibidem: *Extractum in tertium annum bellum eſt.*

Ibidem: *Extracta utraque res in conſulum adventum eſt.*

Idem de bello Punico: *Extrahi rem in ſuum adventum juſſit.*

Idem ab urbe condita: *Quibus cum extrahi æſtatem poſſe crederent.*

Ibidem: *Extrahi tamen diutius certamen potuiſſet.*

Paulus ad Exhiben. lege: *Si optione intra certum tempus data judicium extractum eſt in id tempus, quo fruſtra exhiberetur.*

ECCE *cum* TIBI *conſtructum*, fiet daer.

Ecce, huic adverbio fere ſemper Cicero, & alii ejus ſæculi Latinitatis principes, *Tibi* addiderunt, *Ecce tibi*, quod adhuc Romani vulgo obſervant.

Cicero ad Atticum: *Epiſtolam cum à te timide expectarem ad veſperam, ut ſoleo, ecce tibi nuncius pueros veniſſe Romam.*

Ad eundem 2, 5. *Cum hæc maxime ſcriberem, ecce tibi Seboſus.*

Ad eundem 9, 17. *Miſeram ad te Nono Calen. exemplum epiſtolæ Balbi ad me, & Cæſaris ad eum, ecce tibi, eodem die Capuę literas accepi à Qu. Pedio.*

Eidem: *Ecce tibi, & Bruti, & tuę literę.*

Ovidius de arte: *Ecce tibi ſimilis.*

Cicero 3. de officiis: *Ecce tibi, qui rex populi Ro. dominuſque omnium gentium eſſe concupierit.*

Idem pro Cluentio: *Ecce tibi ejuſmodi ſortitio.*

ESSE MALO, ſchadelijk zijn. ESSE BONO, nuttig zijn.

Cicero pro Cluentio: *Poſtremo id, quod maximo malo illi cauſę fuit, hoc ipſo in loco, quaſi reus ipſe eſſet ſedebat.*

Ovidius de Nuce v. 109. *Pręda malo Polydore fuit tibi.*

Cicero pro Milione: *Itaque illud Caſſianum, cui bono fuerit, in his perſonis valebit.*

ESSE NUMERO, HABERI NUMERO, ergens gerekent worden.

Eſſe numero, & haberi numero.

Varro de re ruſtica: *Minus ſe putant deſpici, atque aliquo numero haberi à domino.*

Cice. in Philip. *Homo nullo numero, nihil illo contemptius.*

EX-

EXCEPTO.

E*Xcepto quod*, modo hoc loquendi utebantur antiqui in eadem ſignificatione, qua *praeterquam*.

Ovidius de Ponto 4. 14.

In quibus, excepto quod adhuc utcunque valemus,
Nil me praeterea quod juvet, invenies.

Horatius 1. Ep. 10.

Excepto quod non mecum eſſes caetera laetus.

ÆSTIMARE LITEM, de ſchade ende onkoſten oprekenen.

INcidi etiam ſæpenumero in eum modum loquendi, quo probatiſſimi quique autores uſi ſunt. *Æſtimare enim litem & litis aeſtimatio* frequenter apud eos dictum, quod cum diligenter rimatus eſſem, comperi Æſtimare litem eſſe videlicet, dum controverſa res inter aliquos erat, & judicis, vel alterius arbitrio reus condemnabatur, ut tantum ſolveret, *quanti ipſe legitime aeſtimaſſet*. Quandoque etiam capitis lis æſtimabatur, ut infra oſtenditur.

Cicero in Verrem: *De litibus aeſtimatis Gnei Dolabelle pecuniae redactae.*

Ibidem: *De litibus aeſtimatis Gnei Dolobellae.*

Ibidem 6. *Sextertiis decem & octo lis aeſtimata eſt.*

Ibidem: *Quod de pecuniis repetundis lis aeſtimata ſit.*

Cæſar in com: *Arbitros inter civitates dat, qui litem aeſtiment, pœnamque conſtituant.*

Paulus de ſolutionibus: lege, Stichum. *Si poſſeſſor corpus, aut litis aeſtimationem praeſtitit, ea res tibi proderit.*

Aſconius Pedianus: *Quid eſt reum fieri, niſi apud Praetorem legibus interrogari? Cum enim in jus ventum eſſet, dicebat Accuſator apud Praetorem reo, Aio te Siculos ſpoliaſſe. Si tacuiſſet, lis aeſtimabatur ut victo. Si negaſſet, petebat à magiſtratu dies inquirendorum ejus criminum, & inſtituebatur accuſatio.*

Idem: *Lis aeſtimata ſit, hoc eſt pecunia de qua lis fuit, & propter quam condemnatus eſt, in ſummam redacta, quae de ejus rebus exigeretur.*

Idem: *Ita ſe habet, ut ſi convictus reus ſit, atque damnatus, pecuniam reddat aeſtimata lite, hoc eſt, in precium redactis omnibus furtis, quam ſummam pecuniae proſcriptis ejus bonis ſectores curabant.*

Neratius depoſiti, l: *Si fidejuſſor pro te apud quem depoſitum eſt, in litis aeſtimatione damnatus ſit rem tuam fieri.*

Idem eod. titulo, l: *Litem à judice aeſtimari debere.*

Julianus de actione rerum amaturum, lege: *Si propter res amotas egero cum muliere, & lis aeſtimata ſit, an actio ei danda ſit?* & ſubdit. *Reſpondi, qui litis æſtimationem ſuffert, emptoris loco habendus eſt.*

Cicero pro Cluentio: *P Septimio Scaevolae litem eo nomine eſſe aeſtimatam.*

Ibidem: *Quibus damnatis de pecuniis repetundis lites eſſent aeſtimatae.*

AESTIMARE CAPITIS, voor een hals-faeck rekenen.

Cic. pro Cluent. *Pugnatum eſt, ut lis haec capitis aeſtimaretur.*

EVELLO, uyttrecken.

E*Vello*, in præterito apud bonos autores *evelli* facit, non *evulſi*, ut aliqui recentiores voluerunt.

Cicero pro P. Sextio: *Qui in concione palam dixerint, linguam ſe evelliſſe M. Catoni.*

Idem in Verrem: *Crucem, quae etiam nunc civis Romani ſanguine redundat, quae fixa eſt ad portum, urbemque veſtram, revelliſtis.*

Ibidem: *Gorgonis os pulcherrimum cinctum anguibus revellit atque abſtulit.*

Virg. Æn. 4.

Non patris Anchiſae cineres, Maneſve revelli.

Idem Æn: 12.

Telumque alta ab radice revellit.

Idem Æn: 4.

Et quos Sidonia vix urbe revelli,
Rurſus agam pelago.

Cicero in Verrem: *Tum illa ex patulis & turibulis, quae vellerat, ita ſorte in aureis poculis illigabat.*

 Plautus

Plautus in Amphitruone 1, 1. *Ne ego homo infelix fui, qui non alas intervelli.*

Cicero de Oratore: *Omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus evelliſſet vis orationis tuæ.*

Ovidius de Amoribus 3, 10.

Prima jugis tauros ſupponere colla coëgit
Et veterem curvo dente revellit humum.

EXTRA, ABSQUE, behalven.

ADverti *Extra*, & *Abſque* eleganter poſita eſſe loco *Præter*: quod jampridem ab omnibus paſſim præteritum eſt.

Plautus in Amphitrione: *Nemo extra unum te.*

Terentius in Phormione: *Neque cognatus extra unam amiculam quiſquam aderat.*

Idem in Hecyra 4, 2. *Quam fortunatus ſum cæteris in rebus, abſque una hac.*

Cicero in Catalinam: *Nemo eſt extra iſtam conjurationem proditorum hominum, qui te non metuat.*

Idem in Verrem: *De te Cecili jam me hercle hoc extra hanc contentionem, certamenque noſtrum familiariter tecum loquar.*

Idem Mario 7, 3. *Extra ducem, paucoſque pręterea, de principibus loquor, reliqui primum in ipſo bello rapaces.*

Varro de Re ruſtica: *Præterea extra familiam debuit dicere Villicum & Villicam.*

Cicero pro domo ſua: *Civis eſt nemo tanto in populo, extra contaminatam illam, & cruentam P. Clodii manum, qui rem ullam de meis bonis attigerit.*

Titus Livius ab urbe condita: *Ipſos, libroſque eorum, & conjuges vendendas, extra filias quæ nubſiſſent.*

Ibidem: *Calatinos, Sabinos, extra quam qui eorum, aut ipſi, aut parentes eorum apud hoſtes eſſent, liberos eſſe juſſerunt.*

Ibidem: *Extra hanc multitudinem Hiſpanorum obſides.*

Ibidem: *Extra prædam quatuor milia deditorum habiti.*

ECQUID, & ECQUÆ, welke.

ATtendant quæſo bonarum literarum ſtudioſi, vel ad minima quæque divini illius, eruditiſſimique ſæculi. Nuſquam enim tota magis elegantia verſatur, quam apud has parvulas clauſulas, quibus quaſi claviculis compacta Latinitas ſubſtinetur.

Ec particula, à nullis, ut reor, Grammaticis tractata, multa cum venuſtate interrogat. Eſt enim per modum quendam loquendi in Latinitatem inducta.

Plautus in Captivis 3 2. *Rogo Philocratem ex Aulide, ecquis omnium noverit?*

Idem in Rudente 2, 3. *Hujus ecquid in Villa eſt? ecquis recludit? ecquis prodit?*

Idem in Sticho 2, 3. *Dum percunctor portitores, ecquæ navis venerit ex Aſia?*

Idem in captivis: *Percunctabor ecquis adoleſcentem noverit?*

Idem in Mercatore 2, 3. *Ecquam advexiſti tuæ matri ancillam A Rhodo?*

Teren. in Eunucho 3, 2. *Ecquid nos amas de fidicina hac?*

Idem in Eunucho: *O populares, ecquis vivit me hodie fortunatior?*

Cicero in Verrem: *Negotium dat illis ſuis comitibus nequiſſimis, turpiſſimiſque hominibus, ut videant, & inveſtigent, ecquæ Virgo ſit, aut mulier digna, quamobrem iſte Lampſaci diutius commoraretur.*

Idem: *nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi poſſe, quo minus experirentur: ecquid apud eos querimoniæ valerent antiquiſſimorum, fideliſſimorumque ſociorum?*

Idem Attico: *Quod quæris, ecquæ ſpes pacificationis ſit, quantum ex Pompeji multo & accurato ſermone perſpexi, ne voluntas quidem eſt.*

Ibidem: *A Curione velim ſcire, ecquid ad te ſcriptum ſit de Tirone?*

Idem 2. in Academicis quæſt. *Ecquę poterit in agnoſcendo eſſe diſtinctio?*

Idem in Vatinium teſtem: *Deinde interrogares: ecquoſnam illos poſſet nominare?*

Cicero

Cicero Attico: *Queſo, ecquod tantum malum putas, quod in mea calamitate non ſit?*

Eidem: *Ecquis unquam tam ex amplo ſtatu, tam in bona cauſa, tantis facultatibus ingenii, conſilii, gratię, tantis pręſidiis bonorum omnium concidit?*

Virgilius Æn: 3.

Ecquid in antiquam virtutem, animoſque viriles:
Et pater Æneas, & avunculus excitat Hector?

Idem Æn: 3.

Ecquænam puero eſt amiſſæ cura parentis?

Catullus Epigr. 28.

Ecquid nam in tabulis patet Lucelli, expenſum?

T. Livius ab urbe condita: *Ecquid ſentitis vos Quirites?*

Idem de bello Punico: *Reſpendeat, ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos? deinde ecquis homo ex quinque & XXX. tribubus ad Annibalem transfugerit?*

Ibidem: *Ecquos legatos ad Annibalem Romani miſerint de pace? Ecquam denique mentionem Romæ factam eſſe?*

Idem ab urbe condita: *Ecquid pręſidii unquam habueris? ecquem in caſtris conſulem? equem exercitum juventutis?*

Ibidem: *Ecquis ſequeretur eorum.*

Idem de bello Macedonico: *Percontatus eſt, ecquam anum Ebutiam ex Avento noſſet?*

Cicero pro lege Manilia c. 67. *Ecquam putatis civitatem pacatam fuiſſe, quæ locuples ſit?*

Idem pro Cluentio: *Videamus ecquid aliud judicium, quod pro Cluentio ſit, proferre poſſimus.*

EXAUDIRE, hooren.

QUanta, bone Deus, confidentia multos, & eos non omnino in Latinitate ſpernendos cepit in compoſitione huius verbi *Exaudio?* Putant enim & pro comperto habent differentiam eſſe inter illud, & *Audio*: Nam *Audire ſimpliciter* dici, *Exaudiri autem quod auditur, admitti credunt*, ut ſi dicas, Oravi ut meas audiret preces, at ille non modo id libenter fecit, verumetiam eas exaudivit. Quam differentiam, etſi à multis fieri plerique intelligunt, non tamen, quod ſciam, vera eſt, quin potius idem omnino utroque verbo ſignificari, qui quas intra ſcripſi autoritates legerit, liquido deprehendet.

Cicero ad Senatum de reditu ſuo: *Ut qua voce te Romule poſt urbem conditam conſul uſus eſſet pro univerſa Rep. apud eos ſolum, qui ejus vocem exaudire poſſent.*

Virg. Æn. 6.

Hinc exaudiri gemitus, & ſæva ſonare
Verbera.

Idem Æn. 7.

Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum:
Vincla recuſantum, & ſera ſub nocte rudentum.

Idem Georg. 1.

Vox quoque per lucos vulgo exaudita ſilentes.

Idem Æn: 1.

Sive extrema pati, nec jam exaudire vocatos.

Idem Æn: 4.

Hinc exaudiri voces, & verba vocantis,
Viſa viri.

Ovidius in Metamorphoſi 4. v. 142.

Pyrame reſponde, tua te chariſſima Thiſbe
Nominat, exaudi, vultuſque attolle jacentes.

Idem lib. 9. v. 121.

Tibi Neſſe biformis,
Dicimus exaudi, nec res intercipe noſtras.

Ibidem.

Non exauditi rubuerunt ſanguine Vatis.

Ibidem:

At in ædibus ingens
Murmur erat, voceſque hominum exaudire videbar.

Horatius in arte, v. 50.

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis.

EDERE, uytgeven.

EDere, præter alia ſignificata, quæ nota ſunt, modos occultiores habet loquendi. Dicitur enim *Edere ſpiritum*, quod eſt *agere animam*: *Edere ſcelus*, *quod eſt perpetrare*: *Edere ſtragem*, quod eſt *facere*; *Edere nomen*, quod

quod eſt *dare*: *Edere ſonos*, id eſt *proferre*: *Edere librum*, hoc eſt *publicare*.

EDERE SPIRITUM, den geeſt geven.

Cicero in Ant: *Cujus in complexu libenter extremum vitae ſpiritum ediderim.*

EDERE SCELUS, een ſchelm-ſtuk begaen.

Ibidem: *Poſtea quod ſcelus, quod facinus parricida non edidit?*

Idem pro publio Sextio: *Tamen illi ſceleri, quod in me illorum immanitas edidit, haud ſcio an hoc recte proximum eſſe dicam.*

Titus Livius ab urbe condita: *Si quicquam ſceleris, quod homo in homines edere poteſt, non prætermiſit.*

EDERE STRAGEM, de nederlaeg toebrengen.

T. Livius ab urbe condita: *Tantoque majorem ſtragem edidere, quam inter hoſtes ediderant.*

Cicero ad Atticum: *Cum is meo nomine ad invidiam uteretur, Di immortales, quas ego pugnas, & quantas ſtrages edidi?*

EDERE NOMEN, noemen.

T. Livius ab urbe condita: *Ut redimendi poteſtas fieret, juſſi nomina edere: & cum CC. ferme ederent, Senatusconſultum factum eſt, ut legati eos Carthaginenſibus redderent.*

Idem de bello Macedonico: *Edit nomina eorum, quibus conventis opus eſſet.*

EDERE SONOS, geluyt maken.

Ovidius in Ibin: v. 223.

Sedit in adverſo nocturnus culmine Bubo:
Funereoque graves ededit ore ſonos.

Virg: Æn: 5.

Vix hæc ediderat, cum effuſis imbribus atra,
Tempeſtas ſine more furit.

EDERE LIBRUM, een Boek uytgeven.

Cicero de Divinatione: *Unum librum Diogenes edidit, eius auditor duos Antipater.*

Idem de Fato: *In iis libris, quos de divinatione edidi.*

Idem Attico: *Ut me roget, ut Annales ſuos emendem, & edam.*

Cicero pro P. Sylla: *Non occultavi, non continui domi, ſed deſcribi ab omnibus ſtatim Librariis, dividi paſſim, & pervulgari, atque edi P. Rom: imperavi.*

EDERE SCRIPTUM, geſchreeve geven.

Cicero in Verrem: *Ede mihi ſcriptum, quod Argenti in provincia Siciliæ pararis.* & ſubdit: *Nec ſcriptum habeo, nec poſſum edere.*

EDERE PRÆLIUM, ſlagleveren.

Titus Livius de bello Macedonico: *Regia ſtatio atrociſſimum prælium edebat.*

Idem ab urbe condita: *Memorabile illud edit prælium.*

EDERE CLAMOREM, ſchreeuwen, ET PUGNAM, ſtryden.

Ibidem: *Edidit clamorem, ut averteret etiam pugnantium animos.*

Ibidem: *Major quam pro numero hoſtium editur pugna.*

EDERE MUNUS GLADIATORIUM, een ſpel van kamp veghters aenſtellen.

Ibidem: *Ad munus gladiatorium edendum rediit.*

EDERE ORACULA, Godſpraek geven.

Cicero de Divina: *Sed quod caput eſt, cur iſto modo jam oracula Delphis eduntur?*

Ibidem: *Oracula edere putes:*

EDERE IGNEM, vuer maken.

T. Livius de bello Macedonico: *Editus ab Annibale ex compoſito ignis eſt.*

EDERE ANNOS, Jaren hebben.

Ovidius de arte amandi, l. 3. v. 61.

Dum licet & veros, etiam nunc editis annos.

EDERE CÆDEM, doot ſlaen.

T. Livius ab urbe condita: *Deinde multa jam edita cæde ſeneſcit pugna.*

EDERE SIGNUM, teken geven.

Ibidem: *Edito è ſpeculis ſigno.*

EDERE EXEMPLA, exempelen geven.

Cicero

Cicero Attico: *Ede exemplum ſeveritatis tuæ.*

T. Livius ab urbe condita: *Cum multa avaritiæ fœda exempla ederentur.*

EDERE RISUS, lacchen.

Cic. Attico: *Miros riſus edere, cum ille ignarus ſui comitatus repente aperuit lecticam, & pene ille timore, ego riſu corrui.*

EDERE FOETUS, Vrughten voort brengen.

Cic. de Oratore: *Subacto mihi ingenio opus eſt, ut agro non ſemel arato, ſed novato & iterato, quo meliores fœtus poſſit, & grandiores edere.*

EDITISSIMUM, ſeer hoog.

T. Livius ab urbe condita: *Editiſſimam urbis partem ſcandunt.*

EDERE JUDICIUM, te kennen geven.

Cic. pro P. Sylla: *Sed tamen abs te Torquate quæro, cum judicatus tuus inimicus eſſet, & eſſet ejus rei frequens ſenatus, & recens memoria teſtis, tibi meo familiari, & contubernali, prius etiam edituri judicium fuerint.*

EST QUOD het is nodig dat. NIHIL EST QUOD, 't is onnodig dat &c.

QUod multi, *eſt opus*, *non eſt opus*, *non oportet*, *non expedit*, *aut quid oportet?* bonis alioqui verbis, ac Latinis, ſed non ita aptis, aut appoſitis dicunt, perfecti illi Latini, *eſt quod*, *nihil eſt quod*, aut *non eſt quod*, aut *quid eſt quod*, dicebant.

Plautus in Aulularia 1, 2. *Jam ad te revertar, non eſt quod viſam domum.*

Terentius in Heaut. *Nam nihil eſt quod moremur diutius.*

Idem in Eunucho: *Nihil eſt quod dicas mihi, quærebam alium.*

Cicero Torquato: *Nihil eſt quod pro malis temporum moleſte feras.*

Idem Terentiæ: *De familia liberata nihil eſt quod te moveat.*

Idem Trebonio: *Epiſtolæ copioſæ, & ſuaviter ſcriptæ, nihil eſt quod multa reſpondeam.*

Idem pro Sylla: *Quare nihil eſt quod ex tanto comitatu virorum ampliſſimorum me unum abſtrahas.*

Idem Attico 7, 3.

De ſerperaſtris cohortis meæ nihil eſt quod doleas.

Eidem: *Si nondum profectæ ſunt, nihil eſt quod ſe moveant, quoad perſpiciamus quo loci ſit res.*

Idem Q. Frat. 3, 1.

De Britannicis rebus cognovi ex tuis literis nihil eſſe, nec quod metuamus, nec quod gaudeamus.

Idem in L. Piſonem: *Nihil eſt quod me invites.*

Idem Attico: *De Apuleio quid eſt quod labores?*

Ibidem 13, 22. *Tullium ſcribam nihil fuit quod appellares.*

Eidem: *Nihil eſt ſcilicet quod de Cotta cogitemus.*

Idem ad Lentulum: *Dignitatem quidem illam conſularem fortis & conſtantis nihil eſt quod cogitemus.*

Idem Q. fratri 2, 14. *Nihil eſt quod vereare, ego enim ne pilo quidem minus te amabo.*

Idem de natura deorum: *Tum Cotta, ſi, inquit, liber Antiochi noſtri, qui ab eo ad Balbum nuper miſſus eſt, vera loquitur, nihil eſt quod Piſonem familiarem tuum deſideres.*

Idem in Verrem: *Nihil erit quod me agente arbitretur judicium ſine magno multorum periculo poſſe corrumpi.*

Idem Terentiæ: *Excrutiat me valitudo Tulliæ noſtræ, de qua nihil eſt quod ad te plura ſcribam.*

Idem Q. fratri 3, 1. *De ejus eruditione quod labores nihil eſt.*

Idem Tironi: *Nihil eſt quod feſtines, nec quicquam cures, niſi ut valeas.*

Brutus & Caſſius Antonio: *Quando conſul arma minetur, quorum fiducia nihil eſt quod nos terreas.*

Vergilius in Bucolicis Ecl. 3.

Si ad vitulā ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes.

Idem Æn: 12.

Nihil eſt quod dicta retractent

Ignavi Æneadæ.

Papinianus de captivis, lege, Quod ſi ſecus: *Nihil eſt quod de ſecundis tabulis tractari poſſit.*

Cicero Q. Fratri: *Trebatium meum quod iſto admiſceas nihil eſt.*

Idem Terent: *In viam quod te des hoc tempore nihil eſt:*

Terentius: *Non eſt quod te deterream.*

Horatius: *Non eſt quod multa loquamur.*

Cicero in Verrem: *Cohortem autem Metelli, quam vocat, quid erat quod corrumperet?*

Pomponius de operis libertorum: lege, A *duobus: Nihil eſt quare non detur.*

EXCIPERE, buyten bedingen.

Excipere quid ſit, cum à vulgari, publicaque ſignificatione diſceſſeris, multis incognitum eſſe arbitror, quod mihi ſatis videor inveſtigaſſe, nec parvo, nec inutili labore. Eſt enim *Excipere*, quod *cavere*, aut *præſcribere*, ut inferius notata clarius oſtendent.

Varro de Re ruſtica 2. 1. *In emptionibus jure utimur eo quod lex præſcripſit, in ea re alii plura, alii pauciora excipiunt. Quidam enim pretio facto in ſingulas oves, ut agni chordi duo pro una ove annumerentur, & ſicui vetuſtate dentes abſunt, item binæ pro ſingulis, ut procedant.*

Ibidem 2, 3. *Aliter dico, atque fiet, quod Capras ſanas ſanus nemo promittit, nunquam enim ſine febre ſunt, itaque ſtipulantur exceptis verbis.*

Cic. ad Q. Fratrem: *Cunque nominatim lex exciperet, ut ad templum, monumentumque capere liceret.*

Idem de legibus: *Qua in lege cum eſſet, neve aurum addito, quam humane excipit?*

Idem pro Cluentio: *Quapropter in omnibus legibus, quibus exceptum eſt, de quibus cauſis, aut magiſtratum capere non liceat, aut judicem legi, aut alterum accuſare, hæc ignominiæ cauſa prætermiſſa eſt.*

Idem pro Cornelio Balbo: *Quorum in fœderibus exceptum eſt, ne quis eorum à nobis civis recipiatur: quod ſi exceptio facit ne liceat, ibi neceſſe eſt licere. Ubi eſt igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat civitate.* & ſubdit. *Exceptum eſt, inquit, fœdus ſiquidem ſacroſanctum eſt.*

Idem in partitionibus oratoriis: *Quærenda etiam ratio, ſi qua poterit inveniri, quare non ſit exceptum, aut iniqua lex.*

Idem de arte rhetorica: *Nam & prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones.*

Ibidem: *Poſtulat is, qui cum agitur, à prætore exceptionem, extra quam in reum capitis præjudicium fiat: hic is, qui agit judicium purum poſtulat, ille qui cum agitur, exceptionem addi ait oportere.*

Idem de lege Agraria: *Aut ita lex diligenter perſcripta demonſtrabitur, ita tantum unaquaque de re, ita quod oportuerit exceptum, ut minime conveniat quicquam in tam diligenti ſcriptura prætermiſſum arbitrari.*

Ibidem: *Atque hoc lex nuſquam excepit, non omnia ergo ſcriptis, ſed quædam quæ perſpicua ſint, tacitis exceptionibus caveri.*

Idem in Academicis: *Quibus poſtulant ut excipiantur hæc inexplicabilia. Tribunum aliquem cenſeo adeant, à me iſtam exceptionem nunquam impetrabunt.*

In Verrem: *Quod lege excipiuntur tabulæ publicanorum, quo minus Romam deportentur.*

Ibidem: *Quid ſi ejuſmodi eſſe hæc duo fœdera duorum populorum Judices doceo, ut Taurominitanis nominatim cautum & exceptum ſit fœdere, ne navem dare debeant, Mamertinis in ipſo fœdere ſanctum, atque præſcriptum eſt, uti navem dare neceſſe ſit.*

Idem de divinatione: *Si judices id quod Epaminondas ait legis ſcriptorem ſenſiſſe, adſcribat ad legem, & addat exceptionem hanc.*

Idem in Epiſt: 7, 26. *Nam dum volunt iſti lauti terra nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos & Heluelas ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius.*

Vitruvius 7, 5. *Et ideo quod precioſæ ſunt, legibus excipiuntur, ut à domino, non à redemptore repræſententur.*

Marcellus ad legem Juliam repetundarum, lege, Prima; *Cum excipit lex, à quibus licet*

licet accipere, à ſobrinis, propioreve gradu cognatis ſuis, uxoreve.

Victorinus hæc declarare videtur in Rhetorica Ciceronis: *Tranſlationem*, inquit, *intelligamus formam eſſe ſtatus ſcilicet legalis: Pręſcriptionem vero eandem appellari poſſe, & eandem exceptionem, ſed ab oratoribus, in jure autem præſcriptionem dici ipſum propoſitum jus. Exceptionem autem, cum jus ipſum propoſitum adverſus ſe actor alius excipit, interpoſita aliqua conditione.*

ETIAM *affirmantis*, ja.

ETiam, *affirmantis* adverbium: cujus loco fere omnes aliud adverbium, *Ita*, ponunt: veluti è teterrimo carcere aſſerendum eſt, & in uſum Latinitatis revocandum.

Cice. pro Roſcio Comœdo: *Si non, quo non Tabulas conficis? ſi etiam, quamobrem cum cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in adverſariis relinquebas?*

Idem 2. de Academicis quæſtionibus: *Quaſi aut etiam, aut non, non modo verum eſſe, ſed neceſſarium.*

Idem pro Planco: *Cui cum reſpondiſſem, me è provincia decedere, etiam me hercle, inquit, ut opinor, ex Africa.*

ATQUE *geminata & triplicata*, en, en.

EAdem fere calamitas, ut prope interiret, accidit geminatæ, & interdum triplicatæ particulæ. *Atque* quæ interdum maximam affert gratiam orationi inſerta.

Tibullus 2. 5.

Atque tubas, atque arma ferunt ſtrepitantia cęlo
Audita.

Horatius 1. Sat: 8.

Atque herbas, atque incantata lacertis
Vincula.

Catullus Carm. 69.

Ne veſtrum ſcabra tangat rubigine nomen
Hęc atque illa dies, atque alia, atque alia.

Vergilius Ecl: 5.

Atque deos, atque aſtra vocat crudelia mater.

Idem 3. Georg.

Atque hic atque illic humeros ad vulnera durat.

Idem 4. Georg.

Atque Getę, atque
Hebrus, atque Actias Orithyia.

AEQUI BONIQUE FACIO, ten goeden nemen.

AEqui, *bonique facio*, id eſt, *in bonam partem accipio*· certum modum eſſe loquendi non rationem nemo negare poteſt.

Terentius in Andria 4, 5. *Cęterum equidem iſtuc Chreme ęqui bonique facio.*

T. Livius ab urbe condita: *Ne ſerpat Latinis contagio ejus mali, nos ęqui bonique facimus.*

Cicero Attico: *Tranquilliſſimus autem animus meus, qui totum iſtud ęqui bonique facit.*

EXIMERE, uyt nemen.

EXimere, apud veteres illos autores præter alia ſignificata eſt, quod *extrahere, effodere, eruere.*

Cato de Re ruſtica 42. *Ficos & oleas altero modo inſerit. Quod genus aut ficum, aut oleam eſſe voles, inde librum ſcalpro eximito.*

Ibidem c. 120. *In amphoram muſtum indito, & corticem oppicato, demittito in piſcinam: poſt* XXX. *diem eximito, totum annum muſtum erit.*

Ibidem c. 156. *Ollam ſtatuito cum aqua, ubi occipiet fervere, pauliſper demitto unum manipulum, fervere deſiſtet. Poſtea occipiet fervere, pauliſper demitto, uſque admodum dum quinque numeres, tum eximito.*

Vitruv: 2, 7. *Sequitur ordo de Lapidicinis explicare: de quibus & quadrata ſaxa, & cementorum ad ędificia eximuntur copię, & comparantur.*

Ibidem: *Cum ędificandum fuerit ante biennium, ea ſaxa non hyeme, ſed ęſtate eximantur.*

Ibidem: *Sed hęc omnia, quę mollia ſunt, hanc habent utilitatem, quod ex iis ſaxa cum ſunt exempta, in opere facillime tractantur.*

Alfenus de Publi. lege, Cæſar: *Cum inſulę*

Cretæ Cotorias locaret, legem ita dixerat. Ne quis præter redemptorem poſt Idus Martias cotem ex inſula Creta fodito neve eximito, neve avellito. & ſubdit: *Conſulebatur num contra legem poſt Idus Martias ex inſula Creta cotes exemptæ viderentur.*

ÆS ALIENUM, TUUM, MEUM, PATRIS, FILII, ſchulden.

ÆS *alienum* id certe eſt, quod dicimus *debitum.* Sed modum dicendi antiquum notare debemus, quo dicebant *Æs alinum tuum, æs alienum meum, æs alienum patris, æs alienum filii.* Quæ ſi bene inſpexerimus, contraria eſſe verba ſignificato reperiemus, & tamen dicendi talem eſſe modum, non rationem ullam fateri cogemur. Nam ſi *æs alienum*, quomodo meum? Si meum, quomodo alienum?

Cicero Attico: *Si quid æri alieno meo ſuperabit?*

Idem in Philippicis: *Etenim quæ res egeſtati, & æri alieno tuo præter mortem Cæſaris ſubvenire potuiſſet.*

Paulus de jure dotium, lege, Profectitia: *Sed ſuum æs alienum ſuſceptum dum filius familias eſſet, paterfamilias factus exoneravit.*

Iabolenus de ſtatum liberis. lege, Stichum: *Stichus liber eſto. quando æs alienum meum ſolutum, creditoribusve meis ſatisfactum fuerit.*

Cicero Attico: *Æs alienum faciendum puto.*

Idem pro P. Sylla: *Publii Cincii prædiis venditis, æs alienum ejuſdem diſſolviſti.*

Ibidem: *Cujus æs alienum videmus judices, non libidine, ſed negotii gerendi ſtudio eſſe contractum.*

Idem in Philippicis: *Patri perſuaſit, ne æs alienum filii diſſolveret.*

Idem Mario: *Maximum autem æs alienum ampliſſimorum virorum.*

Paulus de in rem verſo, lege, Si filius familias: *Fœnus filii, æs alienum patris eſt.*

Pomponius de Peculio, lege, Peculium: *Si ære alieno domino, exhauriatur Peculium ſervi.*

Iabolenus de privilegiis Creditorum, lege Paterfamilias. *In omni ære alieno, quod aut patris, aut filii fuerit.*

Titus Livius ab urbe condita: *Cum Publius ob æs alienum paternum nexum dediſſet.*

FAC ESSE, geſtelt zijnde onderſtelt zijnde. FAC POTUISSE, geſtelt zijnde dat hy konde. FAC VELLE, geſtelt zijnde dat hy wil.

F*Ac eſſe, fac potuiſſe, fac velle, & facite,* ac ejuſmodi, modus eſt loquendi veterum illorum: idque ſignificat, quod illiterati dicunt, *Ponamus quod ita ſit. ponamus quod ita fieri potuerit, ponamus quod ita velis.* Aut ut aliqui ſe elegantius dicere putant, *Poſito quod ita ſit, aut dato quod ita ſit, vel ponamus ita eſſe.* quo quid eſt vulgarius, aut rudius? Hæc ergo barbaries omnino excludenda eſt, introducendaque vera Latinitas per hos veros, propriosque dicendi modos.

Cicero in 2. Philippicis: *Fac potuiſſe, quod eſt aliud beneficium latronum?*

Ibidem: *Hominem perditiſſimum, ſed fac ita non eſſe, num Latine ſcit?*

In ſecunda Philippica: *Eum tu occideres? fac potuiſſe.*

Idem in Philppica xiii: *Facite hoc meum conſilium legiones novas non improbare.*

Idem Attico 7. 21. *Me fac poſſe tuto, multi enim hortantur, num etiam honeſte?*

Eidem 14, 16. *Nam liberalibus quis potuit in ſenatum non venire? fac id potuiſſe aliquo modo, num etiam cum veniſſemus, libere potuimus ſententiam dicere?*

In Tuſculanis: *Fac totum dolere corpus.*

Ibidem: *Sed fac ut iſti volunt, animos non remanere poſt mortem.*

Ibidem: *Fac animum ſic interire ut corpus.*

De divinatione: *Fac dare deos, quod abſurdum eſt, quod refert, ſi accipere non poſſimus?*

In Verrem: *Fac ita eſſe, tamen hoc ferendum nullo modo eſt.*

De oratore: *Sed fac eſſe, nihil ſupereſt.*

Idem

Idem de natura deorum: *Fac eſſe diſtentum cælum.*

Cleantes in quibuſdam pulcherrimis carminibus, illo felici ſæculo in Latinum verſis apud Senecam Ep. 107. *Duc me parens, celſique dominator Poli, quocunque placuit, nulla parendi mora eſt. Adſum impiger, fac nolle, comitabor gemens, maluſque patiar quod licuit bono. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.*

FERRE AD CÆLUM, tot den hemel toe verheffen.

FErre ad caelum, modus eſt loquendi Romano more, ſcilicet tantum aliquid laudare, ut laudibus quaſi ad cælum feratur.

Cicero 4. in Verrem: *Juvant me haec praeclara nomina artificium, quae iſti ad caelum ferunt.*

Idem Furvio: *Propterea feſtinatio abducet à tantis laudibus, quibus te omnes in caelum jure, & vere ferunt.*

Idem de oratore: *Quae tu verbis ad caelum extuliſti.*

Idem Attico: *Scribis enim in caelum ferri.*

Idem ad equites Rom: *Quem virtutis gloria cum ſumma laude extulit ad caelum.*

Horatius 1. Ep: 10.

Quae vos ad caelum fertis, rumore ſecundo.

FERRE IN OCULIS, liefhebben. HABITARE IN OCULIS, ſteets voor ymants ogen zijn.

FErre, & eſſe in oculis, modus eſt loquendi, quo valde diligere, & diligi ſignificetur. *Habitare* autem *in oculis* per tranſlationem eſt ita freqentem & aſſiduum eſſe, ut quaſi in oculis habitetur.

Cic. ad Quintum fratrem: *Balbum in oculis fero.*

Idem de reſponſis Aruſpicum: *Ferebant in oculis hominem.*

Idem Trroni 16 17. *Nam iſti duo vix ſunt digni, quibus alteri Ceſenam, alteri Coſſutianarum tabernarum ſundamenta credas, te, ut dixi, fero in oculis.*

Idem in Antonium: *Nam Trebellium valde jam diligit, oderat cum ille tabulis novis adverſabatur, jam fert in oculis.*

Terentius verbum Fero dimiſit in Eunucho: *Rex te ergo in oculis?*

Cicero ad Atticum: *Itaque publicanis in oculis ſumus Gratis inquis viris. Senſimus.*

Cicero pro Planco: *Feci ut poſtea quotidie praeſentem me viderent, habituri in oculis.*

Idem Attico 4. 17. *Viſum eſt hoc mihi ad multa quadrare, praeſentem me viderent, habitavi in oculis.*

FRUGI, vroom, eerbaar.

FRugi à fruge dicitur, quod indeclinabile eſt: compoſitum tamen cum Bono antiqui quandoque ponebant, ut utrunque dicerent, & *ſervus frugi*, & *ſervus bonae frugi.*

Plautus in Pſeudolo 1, 5. *Cupis me eſſe nequam, tamen ero frugi bonae.*

Vulpianus ad legem Aquiliam, lege, Inde Neratius: *Sed ſi bonae frugi ſervus intra annum mutatis moribus occiſus ſit.*

Idem de quibus rebus ad eundem judicem eatur, lege. Si quis ſervum: *Intereſſe fructuarii videtur bonae frugi ſervum eſſe*

FACERE, doen, maken.

INfiniti pene dicendi modi à veteribus illis Latinitatis conditoribus à verbo *Facio* deducti ſunt. Quorum & ſi aliqui multa notaverint, nos longe plurima collegimus, quæ in uſum publicum facere judicavimus.

FACERE DELITIAS.

Plautus in Menechmis 2, 3. *Eia, delitias facias?*

FACERE DAMNUM, *pro eo quod dicimus* DAMNUM PATI, ſchaede leyden.

Plautus in Mercatore 4, 4. *Non miror ſi quid damni facis, aut flagitii.*

Cicero in Bruto: *Damnum enim illius immaturo interitu res Ro. Latinaeque literae fecerunt.*

Idem in Ver: *Quid ſi docebo judices eos, quod CCCC. milia mod. lucrifaciunt, damnum facturos fuiſſe?*

FACERE FACINUS, ET SCELUS, een ſchelmſtuck bedryven.

Plautus in Bacchidibus 4, 9. *Atridæ duo fratres dicuntur feciſſe facinus maximum.*

T. Livius ab urbe condita: *Qui alienis manibus peſſimum facinus facere.*

Cicero de Oratore: *Scelus eos nefarium facere dicunt.*

FACERE IRATUM, vertoornen.

Cic. de oratore: *Cum iratum adverſario Iudicem facere vellet.*

FACERE FLAGITIUM, onregt of ſchade lyden.

Plautus in Mercatore 2, 1. *Ait flagitium & damnum feciſſe.*

FACERE STIPENDIA, in den Oorlog dienen.

T. Livius ab urbe condita: *Centuriæ, quæ ſine armis ſtipendia facerent.*

Ibidem: *Qui ſtipendia pedibus propter paupertatem feciſſet.*

FACERE PRÆLIUM, ſlag leveren.

Cæſar in commentariis: *Parvulis equeſtribus præliis ad aquam factis.*

FACERE SACRIFICIUM, ET SACRA, offeren.

Cicero in Bruto: *Licet aliquid etiam de M. Popilii ingenio ſuſpicari, qui cum conſul eſſet, eodemque tempore ſacrificium publicum cum lena faceret.*

T. Livius ad urbe condita: *Quidnam tu hoſpes paras, inquit inceſtum ſacrificium, ut dicunt, facere?*

Ibidem: *Qui ſacra publica populo Romano faceret.*

Ibidem: *Caſtius eum ſacra privata facere.*

Ibidem: *Illi ſacra quædam in monte Albano, Lavinoque vobis facienda tradiderunt.*

Ibidem: *Dedicata eſt à T. Quintio duumviro ſacris faciendis.*

Idem de bello Punico: *Ne ſolenne ſacrum in monte faceret.*

FACERE ÆS ALIENUM, ſchulden maken.

Idem ab urbe condita: *Aes alienum feciſſe.*

FACERE TESTAMENTUM, een teſtament maken.

Cicero de Oratore: *Ac ſe tanquam in procinctu teſtamentum faceret ſine libra atque tabulis.*

FACERE FINEM, een eynd maken.

Plautus in Aſinaria: *Sermoni jam finem face tuo.*

Teren. in Phormione: *Jam finem faciam dicendi mihi: peccandi cum ipſe de ſe finem non facit.*

Cic. pro Gn. Plan: *Nam iſtius verbi quouſque poterat eſſe invidia? datus eſt tibi ille, condonatus ille, non facis finem, ferre non poſſumus.*

Idem in Verrem: *Difficile eſt enim finem facere precio, niſi libidini feceris.*

Idem in Rullum: *Finem feci offerendi mei.*

Cæſar in commentariis: *Finem properandi facit.*

Ibidem: *Neque prius finem ſequendi fecerunt, quam muro oppidi appropinquaverunt.*

T. Livius: *Finem tandem certaminum facerent.*

Hircius in commentariis: *Maxime vellem, inquit, homines ſuæ petulantiæ nimiæ, quam libertatis aliquando finem feciſſent.*

Ibidem: *Cum jam cæſar exiſtimaſſet hoſtes pulſos, deterritoſque finem laceſſendi facturos.*

FACERE FIDEM, verſeekering doen.

Cicero in Catilinam: *Fidem faceret oratio mea.*

Idem in L. Piſonem: *Non facies fidem ſcilicet cum hæc diſputabis.*

Idem de oratore: *Fidei faciendæ cauſa.*

Ibidem: *In locis, quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit.*

Idem de Hortenſio: *Meo autem judicio ita eſt*

eſt maxima in ſenſibus veritas, ſi & ſani ſunt, & valentes, & omnia removentur, quę obſtant, & impediunt. Itaque & lumen mutari nolumus: & ſitus earum rerum, quas intuemur, & intervalla, aut contrahimus, aut deducimus, multaque facimus uſque eo, dum aſpectus ipſe fidem faciat ſui judicii.

Idem Attico: *An mihi nutus tuus non faceret fidem?*

Eidem: *Quod niſi fidem mihi feciſſet.*

Idem pro T. Annio Milone: *Nudavit ſe in ſanctiſſimo templo: quoniam vita talis, & civis, & viri fidem non faciebat.*

Idem in Catilinam: *Ut quoniam auribus veſtris propter incredibilem magnitudinem ſceleris minorem fidem faceret oratio mea.*

Idem in Bruto: *Credit iis, quæ dicuntur, qui audit oratorem, vera putat, aſſentitur, probat, fidem facit oratio.*

FACERE LUDOS, ſchou-ſpeelen aen regten.

Cicero ad Quintum fratrem: *Quanta tandem pecunia penderetur, ſi omnium nomine quicunque Romę ludos facerent.*

Idem Attico: *Ludos facere abſens malebat.*

FACERE SCRIPTUM, ſchryven.

Titus Livius ab urbe condita: *Neque ejus accepi nomen, quod ſcriptum faceret, tabulam poſuiſſe, & juraſſe ſe ſcriptum non facturum, quam aliquando antea deſiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius.*

FACERE DOLOREM, ET LUCTUM, pijn of droefheyt veroorſaken.

Cicero Attico: *Nulla medicina tam facit dolorem, quam quę ſanat.*

Titus Livius de bello Macedonico: *Audita clades, ſimul pavorem, ſimul luctum ingentem fecit.*

FACERE CASTRA, het Leger ter neer ſlaen.

Cicero Catoni: *In Lycaonia caſtra apud Iconium faceret.*

Et ſubdit: *Apud oppidum caſtra fecit.*

Gneus Pompeius Lucio Domitio: *Neque caſtra propter anni tempus, & militum animos facere poſſum.*

Cæſar in commentariis: *Caſtra facere conſtituit.*

Hircius in commentariis: *Ad aquam fecit caſtra.*

Ibidem: *Loco excelſo fecit caſtra.*

Ibidem: *Ibi caſtra ducentarum legionum fecit.*

FACERE *periculum*, wagen, beſoeken.

Plautus in Caſtellaria 2, 1. *Face ſemel periculum.*

Terentius in Andria: *Qui ſcis ergo iſtud, niſi periculum feceris.*

Cæſar in com. *Ut in ęquum locum deſcenderent, legionumque pericula facerent.*

FACERE *convicium*, ſpijt yemandt aendoen.

Modus eſt loquendi, quo ſignificatur *contumeliis* quem *laceſſere*, Et quod inepte dicunt: *Dicere illi injuriam.*

Plau. in Moſtellaria: *Sic & pręſenti tibi fecit convicium.*

Idem in Bacchidibus 4 8. *Ut ne clamorem hic facias, nec convicium.*

Idem in Mercatore 2, 1. *Male mihi precatur, & facit convicium.*

Terentius in Adelphis 2, 1. *Non feciſſe erit melius hic convicium.*

Cicero pro Cluentio: *Convicium C. Junio judęi quęſtionis maximum fecit,*

Idem Attico 1, 1. *Cato advolat, convicium Piſoni conſuli mirificum fecit.*

Ovidius ad Corinnam:

Quid queror, & toti facio convicia cælo?

Sabinus in epiſtola pro Helena: *Nec faciam ſurdis convicia fluctibus ulla.*

Ulpianus de injuriis, & famoſis libellis, lege, Item apud: *Feciſſe convicium non tantum is videtur, qui vociferatus eſt: verum is quoque quę concitavit ad vociferationem.* & paulo ſupra: *Convicium autem dicitur, vel à concitatione, vel à conventu, hoc eſt, à collatione vocum.*

Caius eodem, lege: *Si plures ſervi aliquem ſimul ceciderint, aut convicium alicui fecerint,*

fecerint, ſingulorum proprium eſt maleficium.

FACERE NAUFRAGIUM, ſchipbreuk lyden.

Cicero Tironi: *Qui cupide profecti ſunt, multi naufragia fecerunt.*

FACERE PROMISSUM, beloven.

Cicero de officiis: *Ut reddere depoſitum: etiam ne furioſo ſit facere promiſſum.* & in eodem: *Promiſſum potius non faciendum, quam tam tetrum facinus admittendum fuit.* & ſubdit: *Ergo promiſſa non facienda nonnunquam.* & ſubdit: *Facere promiſſa, ſtare conventis, reddere depoſita, commutata utilitate fiunt, non honeſta.*

FACERE ITER, reyſen.

Cicero pro Cn. Planco: *At ego cum caſu diebus iis itineris faciendi cauſa decedens è provincia, Puteolos forte veniſſem.*

Idem Senatui populoque Romano: *Iter in Ciliciam non facere inſtitui.*

Idem de divinatione: *Cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent.*

Ibidem: *Eudemum Cyprium familiarem ſuum iter in Macedoniam facientem.*

Idem Catoni 15, 5. *Cum exercitu luſtrato iter in Ciliciam facere cœpiſſem.*

Idem in Verrem: *Iter per Siciliam facere voluerat.*

Cn. Pomp. Lucio Domitio: *Praeſidia Curionem, quæ in Umbria, & Tuſcia erant, contrahere, & ad Caeſarem iter facere.*

Cæſar in com: *Iter caute, diligenterque faciat, praeſcribit.*

FACERE TURBAS, geraes maken.

Plautus in Bacchidibus 4, 9. *Tantas turbellas facio.*

Cicero in Verrem: *Maximas in iſtius caſtris feciſſe turbas dicitur.*

FACERE VERBUM ET VERBA, ſpreeken.

Verbum, & verba facere, modus eſt loquendi, ſignificans id quod *loqui*: id enim eſt. *Non multa verba faciam*, & *non multa loquar*, ſed ita tunc loquebantur.

Quid autem inter ſe diſcrepent, ex inferioribus autoritatibus plane videri poteſt: nam *Facere verba*, *loqui & explicare* verbis rem ſignificat: *Facere verbum* eſt *vix loqui*, muſſare, vel pauca proferre.

Plautus in Aſinar 4, 1. *Neque ullum verbum faciet perplexabile.*

Ibidem: *Verbum hercle facere non poteſt.*

Ibidem: *Haud verbum faciam.*

Idem in Bacchidibus: *Verbum nullum fecit.*

Terentius in Andria: *Nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit.*

Cicero pro Sexto Roſcio Amerino: *Non me hercle verbum feciſſes.*

Ibidem: *Deque ea ſocietate neminem eſſe, qui verbum facere hoc tempore auderet.*

Idem in Bruto: *Cum eſſet relictus à caeteris, & verbum facere non poſſet.*

Idem in Piſonem: *Quacunque de re verbum facere cœperat is.*

Idem in Philip: *Ne verbum quidem auſus eſt facere.*

Idem Cn. Planco: *Verbum nemo facit.*

Idem pro Au. Cluentio: *Cum ille verbum omnino in hac ipſa cauſa facere nullum potuerit.*

Idem pro P. Quin: *Sed omnino verbum facere conari.*

Idem in Verrem: *Ipſi illi tui convivæ, conſiliarii, & conſcii verbum facere non audebant.* & ſubdit: *Nam antequam verbum facerem, de ſella ſurrexit.*

FACERE *verba*, het woord doen.

Plautus in Aulularia 2, 7. *Sic verba hic facio, quaſi negotii nihil fiet.*

Ibidem: *Nunc verba ne facias ſoror.*

Idem in Sticho 1, 2. *Multa ſcio facienda verba.*

Idem in Milite 4, 5. *Ut multa verba fecit?*

Idem in Perſa 4, 4. *Verba quidem haud indocte fecit.*

Idem in Rudente 4, 3. *Verba facimus, it dies.*

Cic. Attico: *At me exiſtimaris ad manendum eſſe*

eſſe propenſiorè quod plura in ea parte verba fecerim.

Idem pro P. Quintio: *Neque tamen jam multa verba faciam.*

Idem pro L. Man: *Et ex hoc ipſo loco permulta idem contra legem verba feciſti.*

Idem in Philippicis: *Quod Tribuni plebis verba fecerunt, ut ſenatus Calen. Januarii haberetur.*

Idem in Verrem: *Quod ego in ſenatu quanta verba feciſſem.*

Idem pro domo ſua: *Qui conventu bonorum virorum verba de ſalute mea fecerant.*

Horatius 2. Sat. 3.

Verba facit Leno,

Ti. Livius ab urbe condita: *Multa de Hieronymi fide verba fecerunt.*

Idem de bello Punico: *Pauca verba facienda ſunt.*

Ulpianus de petitione hæreditatis, lege. Item: *Conſules verba facere de his.*

FACERE JUSTA, Lijckſtatye vieren.

Plautus in Ciſtellaria 1, 3. *Poſtquam ille uxori juſta fecit.*

FACERE *copiam.*

Idem in Aſinaria 1, 1. *Uti ſibi amanti facerem argenti copiam.*

Ibidem: *Feci enim ei quod oravit, mei copiam.*

Idem in captivis: *Gratiam habeo tibi, cum copiam iſtam mihi, & poteſtatem facis.*

Idem in Perſa 4, 3. *Uti tibi recte conciliandi facerem copiam.*

FACERE MEDICINAM, geneſen.

Idem Ciſt: 1, 1. *Si medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam poteſt.*

Cic. pro P. Quintio: *Medicinæ faciendæ locus non erit.*

FACERE INDICIUM, te kennen geven. FACERE, AUTORITATEM, aenſien maken.

Plautus in Ciſtellaria 4, 2. *Mi ſpectatores facite judicium.*

Cicero pro lege Manilia 43. *De quo homines vos, id quod maxime facit autoritatem; tanta & tam præclara judicia feciſtis*

FACERE LUCRUM, winſt doen.

Plautus in Mercatore: *Lucrum ingens facio.*

Idem in Perſa: *Recte rem gero & facio lucrum.*

Ibidem 4, 3 *Unde tu prægrande lucrum facias.*

FACERE CONJECTURAM, giſſen.

Idem in Caſina 2, 1. Ego *hanc de me conjecturam domi facio.*

Cicero in Verrem: *Ex quibus conjecturam facere de omnibus poſſitis.*

Ibidem: *Vos rogarem, ut conjecturam faceretis.*

Ibidem: *Verum ut ex uno de cæteris conjecturam facere poſſitis.*

FACERE REM DIVINAM, offeren.

Plautus in Curculione 4, 4. *Poſtquam rem divinam feci venit in mentem mihi.*

Cato de re ruſtica: *Eam rem divinam, vel ſervus, vel liber licebit facito.*

Cicero in Verrem: *Res illum divinas apud eos deos in ſuo ſacrario prope quotidie facere vidiſti.*

T. Livius ab urbe condita: *Rem divinam facere.*

Idem de bello Macedonic: *Res divinas facere majoribus hoſtiis juſſerunt.*

Hircius in commen: *Poſtero die divina re facta.*

FACERE FURTUM, ſteelen.

Plautus in Rudente: *Furtum ego vidi, qui faciebat.*

FACERE REM, winſt doen.

Horatius: *Is ne tibi melius ſuadet, quam ut rem facies, rem ſi poſſis recte: ſi non, quocunque modo rem.*

QUANTI FACERE, hoe hoog ſchatten.

Horatius: *Septimius Claudi nimirum intelligit unus,*

Quanti me facias.

I FACERE

FACERE OFFICIUM, Egge dienſtig tooren.

Idem 1. Ep. 17. *Officium facio. Tu poſcis ſilia :*

FACERE MECUM, met mijn houden.

Mecum facere, ſecum facere, una facere, nobiſcum facere, modi ſunt loquendi, à paucis (ut reor) notati : ſignificant enim id quod *Mecum ſentire*, quo loco multi inſulſe ponunt, *pro me facere*,

Cicero pro P. Sylla: *L. Caſſium dixerunt commemoraſſe cum cæteris Antonium ſecum facere.* & ſubdit: *Quid tum? Caſſius ſi reſpondiſſet idem ſentire, & ſecum facere Syllam: tamen mihi non videretur in hunc id criminoſum eſſe debere.* & ſubdit: *Non reſpondit, tamen una facere Syllam.*

Idem in Partitionibus: *Defenſor autem ad ea, quæ propoſuit, æquitate nitatur, & ea cauſa ſecum facere fateatur.*

Idem pro Aulo Cecin: *Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat.*

Ibidem: *Nam verba ipſa ſponſionis facerent mecum, ſi vellem diligenter attendere.*

Ibidem: *Cum videatis autoritatem ſapientiſſimorum hominum facere nobiſcum.*

Horatius 2. Ep. 4.

Et ſapit, & mecum facit, & Iove judicat æquo.

Idem 2. Ep. 2. *Mecum facientia jura.*

FACERE VERSUS, veerſen maken.

Horatius 2. Ep. 2.

Paupertas impulit audax, Ut verſus facerem.

FACERE SUMPTUM, onkoſten doen.

Idem: *Pro queſtu ſumptum facit.*

Varro de re ruſtica: *Nemo enim ſanus mente debet velle impenſam ac ſumptum facere in cultura, ſi videt non poſſe refici.*

Cicero pro lege Manilia: *Non modo ut ſumptum faciat in militem, nemini vis affertur.*

FACERE VITIUM, bouwvallig werden.

Cicero in Topicis: *Si ædes ex ſe corruerunt, vitiumve fecerunt.*

Labeo locati & conducti, lege, *Quod ſi etiam hujus domus mercedem, quæ vitium feciſſet, deberi putat.*

Ulpianus de damno infecto, lege finita: *Si ſpatia inter vitioſam partem intercedant, & ea quæ vitium non fecit.* & ſubdit: *Si inſula adiacens domui vitium faciat.*

Vitruvius: *Si venti frigidi ſunt, ledunt: ſi calidi, vitiant: ſi humidi, nocent: iidem faciunt vitia pavimentis*

Hircius in commentariis: *Vigilia ſecunda propter multitudinem telorum, Turris lignea, quæ noſtra fuiſſet ab initio, vitium fecit, uſque ad Tabulatum ſecundum, & tertium.*

FACERE INJURIAM, onregt doen.

Plautus in Rudente 4, 4. *Facit nemo injuriam.*

Cicero in Verrem: *Quid dices? id quod dictus injuriam tibi feciſſe veram?* & ſubdit: *Cum maximam C. Verres injuriam fecerit.* & ſubdit: *At cum tibi C. Ver. fecit injuriam.*

Idem in L. Piſonem: *Facio injuriam fortiſſimo viro mortuo.*

Horat 2. Sat. 6.

Luctandum in turba, facienda injuria tardis.

FACERE IMPETUM, aenvallen.

Cicero Catino: *Armenium regem in Capadocia impetum eſſe facturum.*

Idem pro lege manilia, *Sed in exercitum veſtrum clarum atque victorem impetum fecit.*

Idem pro Publio Sextio: *Impetum faciunt in Fabritium.*

Idem pro Tito Annio Milone 9. *Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco ſuperiore impetum.*

FACERE CONTUMELIAM, ſmaet aendoen.

Ut videant omnes modum loquendi ab illis optimis eius ætatis autoribus diligentiſſime fuiſſe ſervatum, & ſi quid eſſet ab aliquo id ætatis viro docto interverſum, ſtatim eſſe

tim eſſe exploſum, legant Ciceronem, qui Philippica tertia reprehendit Antonium, qui contumelias facere dixerit. *Quid eſt porro,* inquit, *facere contumeliam? quis ſic loquitur?* & ſubdit: *Nonne ſatius eſt mutum eſſe, quam quod nemo intelligat dicere?* & paulo poſt: *Præter duos vos loquitur iſto modo nemo* Quis ſic loquitur? an: non, quis ſic eſt locutus? Nam veteres ante Ciceronem, Facere contumeliam, aliquando dixerunt.

Plau. in Aſinaria 2, 4. *Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?*

Cato: *In hac contumelia, quæ mihi per hujuſce domi petulantiam factum itur.*

Videtur ergo Cicero ætatem ſuam emendate loquentem notare, antiquiores alias carpere, & quaſi poſteris præſcribere, ut politiorem & abſterſam à veteribus quaſi rubigine mundiorem, ſuæ ætatis modum imitentur.

Ovid: Vorſt de Lat: falſo ſuſp. p. 114.

FACERE MODOS, de maat ſlaen.

Teren. in argumento Andriæ: *Flaccus Claudii filius modos fecit tibiis paribus, dextris & ſiniſtris.*

Cic. De oratore: *Neque id actores prius viderunt, quam ipſi Poëtæ, quam denique illi etiam, quod fecerunt modos.*

FACERE GRATUM, dienſt doen.

Idem Attico: *Feceris mihi gratum, ſi ante eo veneris.*

Ibidem: *Per mihi per inquam gratum feceris.*

FACERE POTESTATEM, magt geven.

Varro de re ruſtica: *Secundum cibum large ut bibant, faciunt poteſtatem.*

Ibidem: *Sæpe etiam quærendi poteſtatem facit de his.*

Cicero in Verrem: *Neque ſe aliis vivendi poteſtatem eſſe facturum.*

FACERE ARGENTARIAM, wiſſel dryver.

Ibidem: *Qui argentarii in Regii maximam fecerat.*

Ibidem: *Quam ille argentariam Lepti feciſſe dixit.*

FACERE MANUM, volk vergaderen.

Ibidem: *Illi nocte, facta manu armataque veniunt.*

FACERE PRÆLIUM, ſlagh leveren.

Ibidem: *Princeps enim omnium Panſa prælii faciendi, & cum Antonio confligendi fuit.*

FACERE VELLATURAM, een Schipper zijn.

Varro de re Ruſtica 1, 23. *Item dicuntur, qui vecturis vivunt, vellaturam facere.*

FACERE CÆDEM, een moort begaen.

Cic. pro Tito Annio Milone: *Obviam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus, ut ſolebat: ſine uxore, quod nunquam fere, cum hic inſidiator, qui iter illud ac cædem faciendam apparaſſet, cum uxore veheretur in rheda penulatus.*

Ibidem: *Potuit ne Fabritio viro optimo, cum de reditu meo legem ferret, pulſo crudeliſſima in foro cæde facta.*

Idem pro P. Sextio: *Cædem maximam facias.*

FACERE VOTA, wenſchen.

Cato de re ruſtica: *Marti Sylvano in ſylva interdiu in capita ſingula boum votum facio.*

Idem pro Milone: *Deinde ſubito vultu Milonis perterritus fugeret ad Tyberim, vos, & omnes boni vota faceretis, ut Miloni virtute ſua uti liberet.*

Ibidem: *Vota enim feceratis, ut in eos ſe potius mitteret, quam in veſtras poſſeſſiones.*

FACERE INSIDIAS, laagen leggen.

Cicero pro Tito Annio Milone: *Milo unus urgebat: hic Di immortales, ut ſupra dixi, mentem dederunt illi perdito, ac furioſo, ut huic faceret inſidias.*

FACERE FUNUS, Lijk-ſtatye vieren.

Cic. pro Cluentio: *Et ibi de integro funus jam ſepulto filio fecit.*

FACERE REUM, aanklagen.

Cicero pro Cluentio: *Tamen Habitum Oppianicum*

pianicum reum ſtatim non fecit.

Ibidem: *Reum ſtatim fecit.*

Ibidem: *Apud eoſdem Iudices reus eſt factus.*

FACERE MENTIONEM, gewag maken.

Cicero pro Cluentio: *Quo tandem igitur ore mentionem corrupti judicii facitis?*

FACERE JUDICATUM, het geoordeelde na komen.

Idem pro Lucio Flacco: *Cum judicatum non faceret.*

FACERE IMPERATA, doen 't geen bevolen was.

Cæſar in commentariis: *Juſſus arma abjicere, imperata facere.*

FACERE VINDEMIAM, wijn leeſen.

Varro de re ruſtica 1, 34. *Uvas autem legere, & vindemiam facere inter æquinoctium autumnale, & Vergiliarum occaſum.*

FACERE SEMENTEM, ſaeyen.

Cato de re ruſtica: *Sementem facito ita.*

FACERE HÆREDES, Erfgenamen aenſtellen.

Cicero in Verrem: *Viros bonos & honeſtos complures fecit hæredes.*

Ibidem: *Fecit hæredem M. Octavium Ligurem.*

FERRE INFERRE, PEDEM, ingaen.

FErre & inferre pedem, eſt *intrare. Referre pedem* eſt ejus *contrarium*: quod inepte multi dicunt, retrahere ſe. *Afferre pedem, venire. Conferre pedem*, ſimul *congredi. Efferre pedem*, eſt *exire.* Qui modi dicendi jam cum bonis aliis literis pene ad unum interierunt.

Virgilius Æn: 2.

Inde domum ſi forte pedem ſi forte tuliſſet,
Me refero.

Id: Georg: 1.

Ferte pedem, faunique ſimul, Dryadeſque puellæ.

Horatius 2. Od: 12.

Quam nec ferre pedem dedecuit choris.

Plautus in Menechmis 3, 3. *Propera Menechme fer pedem.*

Ibidem: *Huic intro retuliſti pedem.*

Titus Livius ab urbe condita, inclinante jam in deterius Latinitate, *præpoſitionem addidit, & inferre pedem*, pro *Ferre* dixit: *Audent ultro gradum inferre.*

Ibidem: *Paulo poſt ultro inferens pedem, ad unum omnes occidit.*

Ibidem: *Clamore renovato inferunt pedem.*

Horatius Ep. 16.

Neque impudica Colchis intulit pedem.

REFERRE PEDEM, te rugh gaen.

Plautus in Mercatore: *Hanc volo prius rem agi, quam meum intro refero pedem.*

Virg. Æn: 10.

Ille pedem referens, & inutilis, inquit; ligatus
Cedebat.

Ovidius de Ponto:

Cum profugum poſſis ipſe referre pedem.

Ibidem 2, 6.

Turpe referre pedem: nec paſſu ſtare tenaci.

Catullus Carm: 64.

Ad Idæ retuli nemora pedem.

Propertius 3, 14.

Neſcit veſtra ruens ira referre pedem.

Galba Ciceroni: *Duæ cohortes erant, & cohors prætoria pedem referre cœperat.*

T. Livius ab urbe condita: *Cum gradum retuliſſent.*

Ibidem: *Interfectum rati gradum retulerunt.*

Ibidem: *Niſi referentibus gradum conſul metum excuſſiſſet.*

Ibidem: *Ut pariter & ſocii rem inciperent, referrentque pedem.*

Ibidem: *Dum pedem referunt, ne à tergo vulnerarentur.*

Ibidem: *Primo reſiſtunt: deinde referunt pedem.*

Ibidem: *Dolo, non metu pedem retulit.*

Ibidem: *Tum primum referri pedem apparuit.*

Cæſar in commentariis: *Pedem referre, & loco excedere, non turpe putarent.*

Ibidem: *Vulneribus defeſſi pedem referre.*

Ibidem: *Paulatim modo pedem retulerunt.*

Ibidem: *Permoti Barbari conſtiterunt, ac paulum modo pedem retulerunt.*

A F-

AFFERRE PEDEM, aenkoomen.

Catullus Carm: 14.

Abite unde malum pedem attuliſtis.

CONFERRE PEDEM, te ſaame komen.

Cicero pro Planco: *Non poſſum magis conferre pedem, ut ajunt, aut propius accedere.*

EFFERRE PEDEM, uyt gaen.

Plautus in Captivis: *Servate iſtum ſultis intus ſervi, ne quoquam pedem efferat.*

Virg. Æn: 2.

Me ne efferre pedem genitor te poſſe relicto ſperaſti?

Cicero ad Atticum 7, 2. *Nunc illum, qui pedem porta quoad hoſtis cis Euphratem fuit, non extulerit, honore augeri? me in cujus exercitu ſpem illius exercitus habuit, idem non aſſequi decus eſt noſtrum.*

FACINORIS, ET SCELERIS CRIMEN, een aenklaging over een ſchelm-ſtuk.

OBſervandus & hic dicendi modus, quo Cicero aliquando uſus, poſteros ut identidem uterentur edocuit, cum *Facinoris crimen*, *crimen ſceleris*, *crimen delicti* quandoque poſuit. *Crimen* enim quandoque *pro quadam quaſi calumnia, ſive accuſatione*: quandoque *pro ipſo delicto*: interdum *pro genere peccati*: *Facinus* vero & *ſcelus pro quadam ſpecie*, vel forma definitur.

Cicero M. Marcello: *Primum ad ſe revocarent maximi facinoris crimen.*

Ibidem: *Cur non comprehenderint, cur non ipſius confeſſionem facinoris multorum oculis, denique voce, tanti ſceleris crimen expreſſerint.*

Idem pro Cornel o Bal. *Nam verius nihil eſt, quam quod heſterno die dixit ipſe, ita L. Cornelium de fortunis omnibus dimicare, ut nullius in delicti crimen vocaretur.*

Vergilius Æn: 2.

Et crimine ab uno
Diſce omnes.

Idem Æn. 7.

Sere crimina belli.

Idem Æn: 10.

Crimen amor veſtrum.

Cic. pro P. Sylla: *Cur in pari cauſa, non paria ſigna criminis reperiuntur?*

Idem: *Qui ab illis etiam in crimen vocantur.*

Ibidem: *Et ex ea crimen aliquod in P. Syllam quæris.*

Ibidem: *Neque enim iſtorum facinorum tantorum tam atrocium crimen judices P. Syllæ perſona ſuſcipit.*

Idem pro Q. Ligario: *Novum crimen C. Cæſar, & ante hunc diem inauditum.*

Ibidem: *Ergo hæc duo tempora carent crimine.*

Ibidem: *Sceleris vero crimine furoris parricidii immunes ſint.*

Idem pro L. Flacco: *Maledictum omne non modo crimen effugit.*

Idem pro domo ſua: *Cui ego crimini reſpondere ſine mea maxima laude non poſſum.*

FACTUS AD UNGUEM, pertinent, volmaekt. NON ITA FACTUS, onvolmaekt.

F*Actus ad unguem*, *factus ad libidines*, *non ita factus*, modi ſunt loquendi felicis illius ſæculi elegantiſſimi.

Horatius 1. Sat. 5.

Fonteius ad unguem
Factus homo.

Cicero in Verrem: *Rubrius quidam homo factus ad iſtius libidines.*

Idem in Bruto: *Sive quod natura non eſſet ita factus.*

AD EXEMPLUM, VEL AD EXEMPLAR, na een voorbeeld.

AD *exemplum* autem, vel *ad exemplar*, idem eſt quod *ad ſimilitudinem.*

Plautus in Mercatore 2, 1. *Verum ad hoc exemplum nunquam ut nunc inſanio.*

Horatius 2, Ep. 1.

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicarmi.

Alphænus de conditionibus, lege, in teſtamento: *Ut monumentum ad exemplum ejus, quod via ſalaria eſſet, fieret.*

 FRAUS,

FRAUS, ſchaede NE EA RES MIHI SIT FRAUDI, dat die ſaeck my geen ſchaede toe brenge.

NE *ea res mihi ſit fraudi*, hic modus loquendi apud veteres id ſignificat, quod, *Ne ea res mihi adſcribatur*, vel *ne noceat*, neve *vitio detur*, *unde pœna aliqua proveniat*. Antiqui enim *fraudem pœnam* vocabant.

Ulpianus de edilitio edicto, lege, Cum autem: *Veteres fraudem pro pœna ponere ſolebant.*

Cicero pro L. Murena: *Id erit ejus vitrico fraudi ac crimini.*

Idem Attico: *Fit gratia Bruti S. conſultum, ut neve ſalaminis neve qui eis dediſſet, fraudi eſſet.*

Idem in Verrem: *Statuunt illi, atque decernunt, ut hæ literæ, quibus exiſtimatio C. Verris læderetur, removerentur: operaque daretur, ne ea res C. Verri fraudi eſſe poſſet.*

Idem pro Sex. Roſc. Amerino: *Id erit ei maxime fraudi.*

Idem in Philippicis: *Cenſeo ut iis, qui in exercitu Antonii ſunt, ne ſit ea res fraudi, ſi ante Calen. Februarii ab eo diſceſſerint.*

Ibidem: *Duos Gn. Pompeji ſummi ac ſingularis viri fratres incolumes haberemus, quibus certe pietas fraudi eſſe non debet.*

Ibidem: *Eis fraudi ne ſit, quod cum M. Antonio fuerint.*

Idem pro Cluentio: *Quæ res nemini unquam fraudi fuit.*

Idem Lentulo 1, 5. *Si quid ex iis rebus, quas tibi fortuna largita eſt, nonnullorum hominum perfidia detraxerit: id majori illis fraudi, quam tibi futurum.*

Horatius in Odis 2, 19.

Tu ſeparatis uvidis in jugis,
Nodo coerces viperino
Biſtonidum ſine fraude crines.

Idem in Carm. Sec:

Cui per ardentem ſine fraude Troiam,
Caſtus Aeneas patriæ ſuperſtes,
Liberum munivit iter daturus Plura relictis.

Ulpianus: *Si quid in fraudem, lege, Si quid dolo. Cognoſcit Prætor, & operam dat, ne ea res fraudi ſit.*

Titus Livius ab urbe condita: *Alii metu, ne non veniſſe fraudi eſſet.*

Ibidem: *Ne cui fraudi eſſet conſciſſe milites.*

Ibidem: *Ne cui fraudi eſſet ſeceſſio militum, plebiſque.*

Ibidem: *Ut tranſitio ſibi, nec honori ſit.*

Ibidem: *Latum ad populum eſt, ne Servilio fraudi eſſet, quod patre vivo ædilis plebis fuiſſet.*

Ibidem: *Ut qui civis Campanus ante certum diem tranſiſſet, ſine fraude eſſet.*

Ibidem: *Sua omnia ſine fraude Pecii deportant.*

Idem de bello Punico: *Ut ſine fraude Punicum emitteretur præſidium.*

Idem ab urbe condita: *Militibus cavendum, ne fraudi ſeceſſio ſit.*

Ibidem: *Tulit ne cui fraudi ſeceſſio eſſet.*

Ibidem: *Judicibus ne fraudi ea res ſit curare.*

GERMANUS, Regte, eygene.

GE*rmanus* non ſolum frater, aut ex *Germania oriundus*, quod manifeſtum eſt: Sed quandoque etiam *germana patria*, *germana lingua*, *germanus Atticus*, & huiuſmodi dicitur. A germine tamen omnia derivantur, quaſi inde germinata ſit ea res, de qua dicitur.

Plautus in Captivis 2, 2. *Nam illi quidem Theodoromedes fuit germano nomine.*

Idem in Rudente 3, 4. *Atque heras tuas quidem hercle, atque ex germana Græcia.*

Cicero 2. de Oratore: *Hunc ego judicio formam ſubmiſſi oratoris, ſed magni tamen, & germani Attici.*

Ibidem: *Hos germanos huius artis magiſtros.*

Idem 2. in Rullum: *Illi veteres, germanique Campani.*

Idem 2. de legibus: *Quia ſi verum dicimus, hæc eſt mea, & huius fratris mei germana patria: hic enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus.*

Idem: *Hunc locum idem ego te accipio di-*

cere

re Arpinum germanam patriam eſſe veſtram.

Idem in Verrem: *Quantum inter hunc & lum Numidicum veram & germanum Metellum intereſſet.*

Idem de officiis 3. *Sed nos veri juris, germaneque juſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus.*

Idem 4. in Academicis: *Erat quippe ſi perpauca mutaviſſet, germaniſſimus Stoicus.*

GENERATIM, in't gemeen. SPECIATIM, in't byſonder.

GEneratim, & ſpeciatim, *antiqui* illi Latinitatis conditores ſæpe in operibus ſuis ſcriptum reliquerunt. Poſteri hæc ut optima quæque depravarunt, nam *generaliter & ſpecialiter* paſſim eorum loco poſuere. Videbunt ergo viri veræ Latinitatis ſtudioſi autoritates, quas pro re paucas notavi: & diſcrimen quod ſit inter priſcam Latinitatem, & introductam barbariem facile agnoſcent.

Cicero de Oratore: *Nulli fuerunt, qui illa artificioſe digeſta generatim componerent.*

Idem de reditu ſuo: *Legem ſpeciatim initio de ſalute mea promulgavit.*

Vergilius Georg: 2.

Generatim diſcite cultus.

Vitruvius: *Et iis mixtionibus naturali temperatura figurantur omnium animalium in modo generatim qualitates.*

Idem 4. *de parietibus, & apparitione generatim materiæ eorum, quibus ſint & virtutibus & vitiis, quemadmodum potui, expoſui.*

Cæſar in comm: *Multa præterea generatim ad avaritiam excogitabantur.*

GRAVATE, ongaern.

GRavate, adverbio veteres utebantur: id eſt quod *moleſte*: quo loco inepte dicunt, cum diſplicentia.

Plautus in Bacchidibus 3, 6. *Quam gravate pater dedit?*

Tullius de officiis: *Gravate ille primo.*

Titus Livius ab urbe condita: *Haud gravate minis ob eundo.*

Idem de bello Macedonico: *Id gravate conceſſum regi eſt.*

GAUDERE IN SINU, in ſijn vuyſt lachen.

GAudere in ſinu, modus loquendi hic apud illos veteres ſignificat aliquem *tacite re & fortuna ſua contentum vivere.*

Cicero in Tuſcul: *Ut in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant.*

Ovid:

Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu.

GRATULARI HANC REM, HAC RE, ET DE HAC RE, met yets geluk wenſchen.

GRatulor tibi hanc rem, & hac re, & de hac re, ab doctis ſæpenumero indiſcrete dictum.

Plautus in Captivis 3, 2. *Eunt obviam, gratulanturque mihi eam rem.*

Cælius Ciceroni 8, 13, *Gratulor tibi affinitate viri medius fidius optimi.*

In Verrem: *Appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur.*

Lentulo: *Quod mihi de noſtro ſtatu, de Milonis familiaritate, de levitate & imbecillitate Clodii gratularis, minime miramur.*

Ibidem 1, 7. *Quod mihi de filia, & de Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatem tuam.*

HABERE HONOREM, HABERE HONORES, Eeren,

QUam pauci obſervavere hunc dicendi modum: *Habere honorem, & habere honores:* quo antiqui, & prope divini illi vates utebantur. Eſt enim habere honorem, quod *honorare, honoribus afficere, & officiis proſequi.* Quandoque habere honores, per tranſlationem id ſignificat quod *honorare ad conſequendos magiſtratus.*

Plautus in Aulularia Prolog: *Cœpi obſervare ecquid maiorem filius mihi honorem haberet quam ejus habuiſſet pater.*

Idem in Stico: *Neque ille eos honores mihi quos habuit.*

habuit, perdidit.

Cicero pro L. Flacco: *Cui nullus honos in ſua civitate habitus eſt unquam.*

Idem pro domo ſua: *Quare ne tibi hunc honorem à me haberi forte mirere.*

Idem Attico: *Huic habiti à me honores nulli quidem Brute niſi debiti.*

Idem Tironi 16, 9. *Curio miſi, ut Medico honos haberetur.*

Idem in Verrem: *Tu ex illius honore in eos ipſos, qui honorem illi habuerant, ſupplicia quærebas.*

Idem in eundem: *Habuit honorem ut proditori, non ut amico fidem.*

Idem Rufo 5, 20. *Si honos is fuit, majorem tibi habere non potui: ſi fides, majorem tibi habui, quam pene ipſi mihi.*

Idem in Antonium: *Ex literis enim C. Panſæ, A. Hircii Conſulum, C. Cæſaris Proprætoris, de honore Diis immortalibus habendo ſententias diximus.*

Cato Cic. *Scis enim quam attente te audire ſoleam: te non tam res geſtas, quam mores, inſtituta, atque vitam imperatorum ſpectare ſolere in habendis aut non habendis honoribus.*

HABERE SERMONEM, ſpreken.

Habere ſermonem, id eſt, *facere verba, colloqui, commentari.*

Varro de re ruſtica: *Narraſti quidem eidem qui ſermones ſint habiti.*

Ibidem: *Referam ſermones eos, quos de agricultura habuimus nuper.*

Ibidem: *Ad te miſi hæc, recordatus de ea re ſermones, quos de villa perfecta habuiſſemus.*

Cicero Attico: *Multum is mecum ſermonem habuit, & perhumanum, de diſcordiis multorum.*

HABERE ITER, reyſen.

Habere iter, idem eſt quod *iter facere*: ſed modi ii diverſi, idem ſignificantes, memoriæ mandandi ſunt.

Cicero Attico: *Et ille in Sardiniam iter habebat.*

HABERE FIDEM, geloof geven.

Habere fidem verbis, idem dicendi modus eſt, quo multi inepte dicunt, *Dare fidem verbis.*

Cicero: *Conſulibus, Tribunis plebis, ſenatui, populoque Romano: Cum eſſent nonnulli, qui ei regi minorem fidem habendam putarent.*

Idem in Verrem, actione ſexta: *Fides huic defenſioni non haberetur.*

Idem pro Cluentio: *Non ſolum ſibi poteſtatem datam, verum etiam fidem habitam eſſe meminiſſe.*

HABERE SENATUM, Raedsvergadering houden.

Cicero pro domo ſua: *Cum in Capitolio Senatum duo conſules haberent.*

HOMO ROMANUS, een Romeyn. GRÆCUS, een Griek. ADOLESCENS, een jongh Menſch.

Homo Romanus, homo Græcus, homo adoleſcens, homo Italicus, homo novus, homo conſularis, homo alienigena, homo valens: modi ſunt loquendi, à divina illa vetuſtate celebrati, à ſupervenienti vere barbarie neglecti.

Varro de re ruſtica: *Duo in primis videntur ſpectaſſe Italici homines.*

Cicero in Vatinium teſtem: *Tertium ſcies ex illo obſeſſo, atque afflicto Tribunatu Conſularem autoritatem hominem eſſe adoleſcentem conſecutum.*

Idem pro M. Cœlio: *Aliquid adoleſcentem hominem habuiſſe rationis.*

Idem de Provinciis Conſularibus: *Conſtabat enim Græcum hominem, ac levem in ipſa provincia quaſi triumphaſſe*

Idem pro lege Man. c. 161. *Quid tam novum, quam homini peradoleſcenti, cui à Senatorio gradu ætas longe abeſſet, Imperium atque exercitum dari?*

Saluſtius in Catilina c. 52. *Deliquere homines adoleſcentuli per ambitionem.*

Cicero Attico 7. 3. *In quo magis reprehendendus ſum, quod homo Romanus Piræa ſcripſerim.*

Eidem 10, 7. *Regnum Romano homini, ſe-*

per ſ

tr ſe quidem aliquam tolerabile.

Idem in Philip: *Dicam quod dignum eſt Senatore & homine Romano.*

Idem in oratione ante exilium: *Conſularis omo non minimis facultatibus uſus.*

Alconius: *Mancipes ſunt publicanorum prin ipes, Romani homines, qui quæſtus ſui cauſa ecimas redimunt: qui paſtum, aut pecora pu lica, Portorii aut Pecuarii: quorum ratio ſcri tura dicitur.*

HOMO *novus*, Een Menſch van geringen afkomſt.

Homo novus eſt, qui nullis majorum ſuorum rebus præclare geſtis, ſed à ſua irtute clarere incipit.

Cic. in oratione ante exilium: *Non accuſatur quod Rempub. oppugnarit, ſed quod homo novus pernitioſum nobilium reſtinxerit furorem.*

Idem de officiis: *Quod præclare ædificaſſet n palatio, & plenam dignitatis domum, quæ um à vulgo viſeretur, ſuffragata domino novo omini ad Conſulatum putabatur.*

Saluſtius in jugurtino: *Etiam homines novi, qui antea per virtutem ſoliti erant nobilitatem antevenire.*

HOMO ALIENIGENA, een vreemdelingh.

Cicero pro Rege Deio. *Iiſdem rebus eſt perturbatus homo longinquus & alienigena.*

HOMO VALENS, een ſterck Menſch.

Quam prope vulgarem Romanum ſermonem & quam etiam nunc durat. Dicitur *Homo valens*, qui nihil aliud eſt, quam homo, *qui viribus magis*, quam induſtria aut virtute aliqua *valet*, præſtatve.

Cicero pro Aulo Cluentio: *Cum Albio quodam colono homine valente, qui ſimul eſſe ſolebat, familiariter uteretur.*

Idem in Verrem: *Sex lictores circumſiſtunt valentiſſimi & ad pulſandos verberandoſque homines exercitatiſſimi.*

HABERE RATIONEM, rekenen.

Habere rationem, is dicendi modus frequens, & notus eſt: id enim ſignificat quod illiterati *habere reſpectum* dicunt. & genitivo jungitur. *Habere autem rationem cum aliquo*, id eſt quod inepte *Computum facere*, aut computare dicunt. Ratio enim hoc loco pro calculo accipitur, ut Ratio accepti & expenſi.

Cicero de ſenectute: *Habent enim rationem cum terra, quæ nunquam incuſat imperium.*

Var: de re ruſt: *Et enim ubi ratio cum Horco habetur, ibi non modo fructus eſt incertus, ſed etiam colentium vita.*

Cicero Attico: *Nunc vero quoniam quæ putavi eſſe præclara, expertus ſum quam eſſent inania, cum omnibus Muſis rationem habere cogito.*

HABERE RATIONEM ABSENTIS, de ſaak van den afweſende in aght nemen.

Habere rationem abſentis, etſi ab eodem ſignificato dependet, ratio tamen ita planum, & in campo poſitum eſt. Cum enim ii aberant qui vel ſacerdotia, vel Magiſtratus petebant, aut ex illis decedebant alios honores petituri: eorum abſentium ratio ita interdum habebatur, *ut abſentes ſecundum præſentes tractarentur.* Quandoque factione aut odio aliquo intercedente, nulla abſentium ratio habebatur. Quod in Cæſaris cauſa factum eſt, qui cum perfecto decennio, Galliarum Imperio Conſulatum ſecundum peteret, ab Senatu obtineri non potuit, ut ejus abſentis ratio haberetur: Unde armis patriam adortus regnandi cauſa jus violavit. Sed quomodo haberetur ea ratio primum dicamus, deinde quomodo Cæſari negatum fuerit.

Cic. Bruto Ep: 5. *Ciceronem noſtrum in veſtrum collegium cooptari volo. Exiſtimo omnium abſentium rationem Sacerdotum Comitiis poſſe haberi, nam etiam factum eſt antea. C. enim Marius cum in Cappadocia eſſet, etiam lege Domitia factus*

eſt augur. nec quominus id poſtea liceret ulla lex ſanxit. Etiam in lege Julia quæ lex eſt de Sacerdotiis proxima his verbis : Qui petit, cujuſque ratio habebitur : aperte judicat poſſe rationem haberi etiam non præſentis, & ſubdit : *Sed quamvis liceat abſentis rationem haberi, tamen omnia ſunt præſentibus faciliora.*

Idem in Philippicis : *Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæſarem Pompeio ſuaſerim, ea velim reprehendas ſi potes : Unum ne quinquennii Imperium Cæſari prorogaretur : Alterum ne pateretur fieri, ut abſentis ejus ratio haberetur. quorum ſi utrumvis perſuaſiſſem, in has miſerias nunquam incidiſſemus.*

Idem Aulo Cecinæ : *Rationem haberi abſentis non tam pugnavi ut liceret, quam quando ipſo conſule pugnante populus juſſerat, haberetur.*

Idem Attico : *Cur tantopere pugnatum eſt, ut de ejus abſentis ratione habenda decem Tribuniplebis ferrent ?*

Ibidem : *Idem etiam tertio Conſulatu poſtquam eſſe defenſor Reip. cœpit, contendit, ut decem Tribuni plebis ferrent, ut abſentis ratio haberetur, quod idem ipſe ſanxit lege quadam ſua.*

Ibidem : *Aut cum, ut abſentis ratio haberetur, ferebamus.*

Idem Tyroni : *Ad Conſulatus petitionem ſe venturum, neque ſe jam velle abſente rationem haberi ſuam, ſe præſentem Trinundinum petiturum.*

HABEO DICTUM, HABEO DICERE, ick heb te ſeggen.

CONſine vulgari noſtro eſt : *Habeo dictum, habeo dicere : & habeo polliceri*, ſed elegantia plenum eſt.

Plautus in Perſa : *Satis jam habeo dictum.*

Cicero in Antonium : *De Cæſare ſatis dictum habeo.*

Idem pro Cornelio Balbo : *Quid habemus igitur dicere de Gaditano fœdere ?*

Idem de natura deorum : *hæc fere dicere habuit de natura deorum.*

Idem de divinatione : *De noſtris ſomniis quid habemus dicere ?*

HABEO POLLICERI, ik heb te beloven.

Idem Lentulo : *De Alexandrina, cauſaque Regia tantum habeo polliceri, me tibi abſenti, tuiſque præſentibus cumulate ſatisfacturum.*

HABEO NECESSE, het is noodwendig.

Idem Attico : *Eo minus habeo neceſſe ſcribere.*

Ulpianus : *Si ingenuus libertus eſſe dicatur, lege, Quotiens : Probare libertum ſuum neceſſe habet.*

JAM INDE A PRINCIPIO, van den beginne.

JAm inde à principio, Jam inde uſque à puero, Jam à puero, à pueris. uſque à pueris, & à puero, Jam inde ab adoleſcentia, Jam inde uſque à pueritia* : modi ſunt loquendi, nativo Latinitatis candore reſperſi, non interpretis, ſed ſtudioſi imitatoris egentes.

A PUERO, van kinds beenen af.

Plau: in Stico 2. 1. *Jam inde à Pauſillo puero ridiculus fui.*

Cicero in Tuſculanis : *Homini præſertim docto à puero, inſtitutis & artibus ingenuis erudito.*

Ti: Li: de bello Punico : *Jam inde à puero aſſuetus.*

JAM A PUERIS, ET A PUERIS, nu al van kindts beenen.

Terentius in Heauton 2, 1. *Qui nos putant jam à pueris illico naſci ſenes.*

Ti. Liv. de bello punico : *Ita ſe à pueris aſſuetos.*

USQUE A PUERIS, ET JAM INDE USQUE A PUERITIA, nu van de eerſte kindtsheyt af.

Terentius in Adelphis : *Uſque à pueris curavi ambos ſedulo.*

Idem in Heauton 1, 2. *Nam mihi magna cum eo jam inde uſque à pueritia ſemper fuit familiaritas.*

JAM INDE A CUNABULIS, ET INDE AB INCUNABULIS, nu van de wieg af aen.

Varro

Varro de re ruſtica: *Jam inde à cunabulis.*

Titus Livius ab urbe condita: *Inde ab incunabulis imbutus odio Tribunorum.*

JAM INDE AB INITIO, van het begin.

Titus Livius ab urbe condita: *Jam inde ab initio præparans animos.*

Ibidem: *Jam inde ab initio.*

Ibidem: *Jam inde ab initio Fauſtulo ſpes fuerat Regiam ſtirpem apud ſe educari.*

Ibidem: *Et inſtitutum jam inde ab initio erat.*

INDE A PRINCIPIO, ET JAM INDE A PRINCIPIO, ſelfs van den beginne.

Plautus in Bacchidibus 4 3. *Inde à principio jam impudens epiſtola eſt.*

Idem in Caſina Prol: *Ut vos mihi æquos jam inde à principio dicam.*

Cicero pro Cornelio Balbo: *O jura præclara, atque divinitus jam inde à principio Romani nominis à majoribus noſtris comparata.*

Ti. Livius de bello Punico: *Jam inde à principiis gentis majores ſuos bella geſſiſſe.*

JAM INDE AB ADOLESCENTIA, nu van de eerſte jeught af aen.

Plautus in Bacchidibus 5, 2. *Hi ſenes niſi fuiſſent nihili, jam inde ab adoleſcentia non hoc tantum flagitium facerent.*

Teren. in Adelphis 1. 1. *Is adeo diſſimili ſtudio eſt jam inde ab adoleſcentia.*

JAM INDE A CERTAMINIBUS, nu al van den beginne des ſtrijds.

T. Livius ab Urbe condita: *Jam inde à patriis certaminibus inviſus.*

JAM INDE A TENERIS, nu van de teere kindtsheyt af.

Vergilius in Georgicis 3. *Jam inde à teneris impende laborem.*

Cicero de oratore: *Eſt enim illorum exercitatio eligans jam inde ab Ariſtotele conſtituta.*

Titus Livius de bello Macedonico: *Tentare gentem averſam Romanis jam inde ab Racilli morte.*

ID TEMPORIS, doe ter tijd.

ID temporis, per id tempus, id ætatis, hoc ætatis, id horæ, eo loci, quo loci:* elegantiſſimo dicendi modo ſcriptum apud illos veteres comperitur, quod eſt obſervatione, & imitatione digniſſimum.

ID TEMPORIS. PER ID ORTIS TEMPORIS, doe ter tijd.

Varro de re ruſtica: *Itaque eorum fructus id temporis maxime conſiſtit.*

Ibidem: *Quod ibi ſæpe id temporis oriuntur nimbi.*

Cic. De oratore l. 1. *Et nos ipſi, quoniam id temporis eſt, valitudini demus operam.*

Ibidem: *Sed nunc quidem quoniam id temporis eſt, ſurgendum cenſeo.*

Idem de finibus bonorum & malorum: *Quod is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet*

Idem Attico 13 *Venit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus eſſet.*

Idem pro Milone: *Deinde profectus id temporis, cum jam Clodius ſiquidem eo die Romam venturus erat, redire potuiſſet.*

Idem in Catilinam: *Quos ego jam multis, ac ſummis viris ad me id temporis venturos eſſe prædixeram.*

Titus Livius ab urbe condita: *Ut purgaret ſe, quod id temporis veniſſet.*

Hircius in commentariis: *Id temporis conati ad murum accedere, ut oppidum caperent.*

Ibidem: *Incidit idem temporis.*

Ibidem: *Per idem temporis.*

Cic. in Bruto: *Et quidem duo fuerunt per idem tempus diſſimiles inter ſe.*

Hircius in commentariis: *Per id tempus fere Cæſari exercitui res accidit, incredibilis auditu.*

ID ÆTATIS, van die ouderdom.

Plautus in Aſinaria 1, 1. *Neque puduit eum id ætatis Sycophantias ſtruere.*

Cicero Toranio 6, 20. *Ita viximus. & id ætatis jam ſumus, ut omnia quæ noſtra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus.*

Idem in oratore l. 1. *Quoniam id nobis Antoni hominibus id ætatis oneris imponitur.*

Idem pro Aulo Cluentio: *Se in balneis cum id ætatis filio fuiſſe.*

Idem in arte Rhetorica: *Cum id ætatis, & privatus eſſem.*

Idem Attico 4, 15. *Credo Platonem vix putaſſe ſatis conſonum, ſi hominem id ætatis in tam longo ſermone diutius retinuiſſet.*

Idem pro Lucio Flacco: *Qui quoniam eſt id ætatis.*

Titus Livius ab urbe condita: *Quis, & cujas, & cur id ætatis in caſtris fuiſſet.*

Ibidem: *Qui ſe id ætatis ſolicitaſſent.*

HOC ÆTATIS, van die ouderdom. QUID SIS ÆTATIS, hoe oud gy zijt.

Plautus in Trinummo: *Quanquam hoc me ętatis ſycophantari pudet.*

Idem in Bacchidibus: *Cenſebam me effugiſſe à vita maritima, ne navigarem tandem hoc ętatis ſenex.*

Ibidem: *Pudet hoccine ętatis ludum iis factum eſſe indigne.*

Ibidem: *Hoc demum eſt quod percrucior, me hoc ętatis ludificari.*

Idem in Perſa: *Ego ſcio quid ſis ętatis.*

EO LOCI, in die ſtaat. QUO LOCI, in wat ſtaat.

Cic. Attico l. 10. *Res eodē eſt loci quo reliquiſti.*

Vulpianus de Judiciis, lege, Hæres: *Defendere ſe eo loci debebit.*

Idem eodem titulo, lege, Sed etſi: *Si ea res, quę per fideicommiſſum relicta eſt, eo loci ſit, dicendum eſt non debere pręſcribi.*

Idem de novi operis nunciatione, lege, De pupillo: *Qui eo loci operantur.*

Idem de Senatuſconſulto Sillaniano, lege, Cum aliter: *Quicunque eo loci fuerunt, unde vocem exaudire potuerant.*

Vitruvius: *Quo loci deſcribuntur lineę.*

JURARE CONCEPTIS VERBIS, Sweeren als het verſogt werd.

JUrare conceptis verbis, & perjurare, modus eſt loquendi apud veteres. Formula enim quædam juraturo proponebatur certis notatis verbis, in quam jurandum eſſet: quandoque abſolute conceptis jurare diceba-tur.

Plautus in Aſinaria 3, 2. *Ubi verbis conceptis ſciens libenter perjuraris.*

Idem in Ciſtellaria 1, 1. *At ille conceptis juravit apud matrem meam.*

Idem in Mercatore 4, 4. *Conceptis verbis jam jusjurandum dabo.*

Idem in Truculento 4, 2. *Quid ſi me jubeat intromittere? conceptis me non facturum verbis jurem?*

Idem in Bacchidibus 4, 9. *Ego jusjurandum conceptis verbis dedi.*

Cicero pro Aulo Cluentio: *Dixit ſe ſcire illum verbis conceptis pejeraſſe.* Vid: Briſſonium Form: p: 712.

JURARE IN VERBA, by yemants woorden ſweren.

Jurare in verba, id eſt quod juramento promittere, ſervare ea, quæ verbis conceptis eſſent promiſſa: modus eſt ita loquendi.

Horatius Epod. 15.

In verba jurabas mea.

Idem 1. Ep. 1.

Nullius addictus jurare in verba magiſtri.

IMPINGERE, toeſmijten.

NOn eſt *impingere* quod adſcribere, aut attribuere, ut nonnulli inſulſe volunt: ſed *in faciem, aut oculos jactare*, ut infra.

Cicero 2. Tuſcul:

Huic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat, aut aliquid ejuſmodi.

Idem ad Atticum: *Impegit formulam Scaptio.*

Vergilius Æn: 5.

Impingeret agmina muris.

INFANTIA, onbequaamheyd van ſpreken.

INfantia non pro ætate ſolum, ſed pro dicendi inſcitia ab veteribus illis ponebatur.

Cic.

Cic. Attico 4, 16. *Omnino accuſatoris incredibilis infantia.*

Idem pro Cluentio: *Si nihil dixiſſem, ne infantiſſimus: ſi multa in ejuſmodi cauſa dixiſſem, ne impudentiſſimus exiſtimarer.*

IMPRESSIO, aanval.

QUid ſit *impreſſio*, diu multumque meditans, cum apud nonnullos reperiſſem impreſſionem factam eſſe, adductus ſum ut id eſſe crederem quod *impetum*, quod quaſi per impreſſum terrorem fiat.

Varro lib. 1. rerum ruſticarum 10. 4. *Hoſtes ſe arbitrati occaſionem habere victoriæ, impreſſionem facere cœperunt in caſtra.*

Idem de lingua Latina l: 4. *Piſo in Annalibus ſcribit, Sabino bello, quod fuit Romulo & Tacio, virum fortiſſimum Metium Curtium Sabinum, cum Romulus cum ſuis ex ſuperiore parte impreſſionem feciſſet, Curtium in locum paluſtrem qui tum fuit in foro, antequam cloacæ ſint factæ, ſeceſſiſſe, atque ad ſuos in Capitolium recepiſſe, ab eo lacum inveniſſe nomen.*

Cic: pro Lucio Flacco: *Non igitur impreſſio, non occaſio, non vis, non tempus, non imperium, non ſecures ad injuriam faciendam Flacci animum impulerunt.*

Hircius in commentariis: *Ut omnium multitudine in fines Sueſſionum, qui Remis erant attributi, facerent impreſſionem.*

Ibidem: *Cæſar equitum turmas ſuorum jubet in hoſtium equitatum, qui ad oppidum in ſtatione erat, facere impreſſionem.*

Ibidem: *Quo facto, ſui ſublati univerſi in hoſtes impreſſione facta in fugam adverſarios dederunt.*

T. Livius ab urbe condita: *Poſtquam impreſſionem ſenſere ex adverſo factam, & ante oculos micare gladios.*

Ibidem: *Duo extra ordinem milia, quæ in finiſtrum cornu Romanorum in ipſo certamine impreſſionem facerent, tenuere.*

Ibidem: *Duo extra ordinem milia, quo in ſiniſtrum cornu Ro. in ipſo certamine impreſſionem facerent, tenuere.*

Ibidem: *Repetendo ſigno primam impreſſionem factam.*

Ibidem: *Reintegrato clamore ſecuti dant impreſſionem.*

Ibidem: *Dein valida impreſſione pulſi terga vertunt.*

Ibidem: *Non ferentes impreſſionem Latinorum, ſe ad principes retulere.*

INIRE *gratiam &c.*

INire gratiam, inire rationem, inire Magiſtratum, inire conſilium, inire pugnam: *modi ſunt loquendi Romano candore conditi, & memoriæ maxime mandandi.*

INIRE GRATIAM: *& cum præpoſitione* A, *vel* AB, dank behalen.

Plautus in Curculione 3, 1. *Inibis à me ſolidam, & grandem gratiam.*

Idem in Trinummo 2, 2. *Hoc pacto ab illo inibis ſummam gratiam.*

Idem in Aſinaria 1, 1. *Bene hercle facitis, & à me initis gratiam.*

Idem in Stico: *Nunc me gratiam abs te inire verbis nihil deſidero.*

Idem in Moſtellaria: *Eandem inis gratiam.*

Idem in Ciſtellaria 1, 1. *Hanc inibo gratiam ab illis.*

Ibidem: *Et eo à me magnam iniſtis gratiam.*

Ibidem: *Si eam demonſtret, ineat magnam gratiam.*

Idem in Epidico 3, 4. *Si iſthunc hominem, quem tu quæritas tibi commonſtraſſo, ecquam abs te inibo gratiam.*

Terentius in Adelphis 5, 7. *Ego lepidus ineo gratiam.*

Idem in Eunucho 3, 7. *Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo.*

Idem in Hecyra 5, 2. *Ut gratiam ineat ſine diſpendio ſuo.*

Cicero Servio Sul: *Gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabatur.*

Idem de officiis: *Sin erunt merita, ut non ineunda: ſed referenda ſit gratia, major quædam cura adhibenda eſt.*

Idem in Verrem: *Nemo erat voluntarius laudator*

laudator Præturæ tuæ, defenſor periculorum tuorum: præſertim cum inire à populo Romano gratiam poſſet nemo.

Iidem: *Ut idem Pompeius non ab homine ſolum, ſed etiam à provincia tota ſe hujus abſolutione inire gratiam arbitraretur.*

Cæſar in Commen: *Qui ſe ſummam à Cæſare gratiam inituros putarent.*

T. Livius de bello Macedonico: *Apud regem gratiam initam volebant.*

Idem de bello Punico: *Gratiam magnam apud Annibalem inituros.*

Idem de bello Macedonico: *Ut dum liceret gratiam inirent.*

INIRE RATIONEM, ſig beraden.

Cato de re ruſtica c. 2. *Ubi ea cognovit, rationem inire oportet operarum, dierum.*

Cic. in Verrem: *Mihimet ineunda ratio, & via reperienda eſt, qua ad Apronii, ſive adeo qua ad iſtius ingentem immanemque prædam poſſim pervenire.*

Idem Rufo: *A me inita ratio eſt, quam quidem omnes non ſolum probant, ſed etiam laudant.*

Idem Ser. Sul. *Adjuves, ineaſque rationem, quemadmodum illa mulier Romam perducatur.*

Idem contra Rullum: *Inietur ratio quæſtus de veſtra pecunia.*

Cæſar in com. *Ut quo primum curreretur, aut cui rei ferretur auxilium, vix ratio iniri poſſet.*

T. Livius ab urbe condita: *Ab eodem inita ratio eſt.*

Ibidem: *Inita tandem ratio eſt, ut quod viribus deerat, arte æquaretur.*

Ibidem: *Ne oppugnandi certa ratio iniretur.*

Ibidem: *Haud facile inibatur ratio jubendi.*

Ibidem: *Inita ratione minuendi ejus.*

Ibidem: *Vix ſe rationem inire poſſe, utrum à ſe audacius, an fugacius ab hoſtibus geratur bellum.*

Idem de bello Punico: *Rationem iniit, qua Senatum ſervaret.*

Ibidem: *Ne tantum bellum efficerent inibatur ratio.*

Ibidem: *Se aliquam rationem inituros, quomodo ab Hiſpanis ſumant.*

Idem de bello Macedonico: *Atque ego nonnullarum cupiditatum, nec cauſam quidem, aut rationem inire poſſum.*

INIRE CONSILIUM, raed ſlaen.

Cic. ad Brutum Ep. 15. *Conſilia inire cœpi Brutina plane.*

Titus Livius de bello Punico: *Inde conſilia inire cum genero cœpit.*

Idem ab urbe condita: *Qui regni recuperandi conſilia iniſſent.*

Cæſar in commentariis: *Una cum Ambiorige conſilium inierat.*

INIRE PUGNAM ET PRÆLIUM, een ſtrijd aengaen.

Plautus in Amphitrione: *Antequam cum Taphiis à te pugna ſit inita.*

Titus Livius de bello Punico: *Tentata verius pugna, quam inita eſt.*

Idem ab urbe condita: *Hoc ultimum utrinque initum finitumque eſt prælium.*

INIRE URBEM, ingehaalt worden.

T. Livius ab urbe condita: *Ut ovans ſine militibus urbem iniret.*

Ibidem: *Triumphantes victore cum exercitu urbem inierunt.*

INIRE CONSULATUM, het Borgemeeſters-Ampt aenvaerden.

T. Livius ab urbe cond: *Conſulatum ineunt.*

INIRE NUMERUM INTERFECTORUM, tellen.

Idem de bello Macedonico: *Numerus interfectorum haud facile iniri potuit.*

INIRE INTERREGNUM, het vacante Rijk beſtieren.

Idem ab urbe condita: *Tertio die quam interregnum inierat, conſules creat.*

INIRE EPULAS, op een groote Maeltijt gaen.

Cic in ſecundo de legibus: *Sequebantur epulę, quas inibant propinqui coronati.*

INIRE CONVIVIUM, te gaſt gaen.

Idem in Verrem actione ſexta: *Quo cum inire convivium nemo unquam, niſi turpis impuruſque voluiſſet.*

INTENTA-

INTENTARE MORTEM, ſoeken om te brengen. MANUS, dreygen aen yemandt de handen te ſlaen.

INtentare mortem, *intentare manus*, modo loquendi elegantiſſimo veteres illi frequenter uſi ſunt: id enim ſignificat quod *mortem comminari*, manus fere injicere.

Cicero pro Milone: *Intentavit vero ſervos? non arma? non vim?*

Idem in Tuſculanis: *Is ardentes faces intentat.*

Vergilius Æn: 1.

Præſentemque viris intentant omnia mortem.

Ovidius de Metamorphoſi.

Conatęque loqui, & magno clamore protervas.

Intentare manus.

Cic. pro Milone: *Itaque quando illius poſtea ſica illa, quam à Catilina acceperat conquievit: hæc intentata nobis eſt, huic ego nos objici pro me non ſum paſſus.*

Aſconius Pedianus: *Circumventi ſunt ante tribunal ejus accuſatores, à notis operarum ducibus: Ita ut mors intentaretur, ſi mox non deſiſterent.*

T. Li. ab urbe condit: *Prænestinis jam intentari arma.*

Ibidem: *Dictatorum fulmen in ſe intentatum.*

Ibidem: *Virgas & ſecures victoribus intentari.*

Ibidem: *Gladii etiam pleriſque intentati.*

Idem de bello Macedonico: *Cum intentâſſent magis quam iniſſent certamen.*

Hircius in commen: *Et ei manus intentare cœperunt.*

INSTAR, een Beeldt, een gelijck heyt.

INſtar abſolute, & ſine genitivo aliquando pro *exemplari* ponitur.

Vergilius: *Tantum inſtar in ipſo eſt. Al: Quantum.*

Ulpianus de novi operis nunciatione, lege, Stipulatio: *Si proponatur inſtar quoddam operis, quaſi facies quædam facti operis.*

JACERE AD PEDES, PROVOLVI, PROCUMBERE, AD PEDES, AD GENUA, yemant te voet vallen.

JAcere ad pedes, provolvi ad pedes, procumbere ad pedes, & ad genua, eleganter optimi illi auctores dixerunt.

Cicero in Verrem: *Mihi ad pedes miſera jacuit.*

INCIDIT MIHI, het ſchiet my in de ſin.

Teren. in Andria: *Nam qui tibi iſthæc incidit ſuſpitio.*

Cæſar in comm: *Tantus terror incidit ejus exercitui.*

JURE TUO, na uw' welgevallen. JURE MEO, na mijn welgevallen.

JUre tuo, jure meo; pro tuo jure, pro meo jure, id eſt quod multi inſulſe dicunt: *Tuo modo, meo modo, ad voluntatem tuam, ad beneplacitum*: & alia, quæ non tam audire, quam commemorare pudet.

Cicero in oratore: *Pro meo jure ſummo.*

Idem Cælio: *Ut ad te familiariter, & quaſi pro meo jure ſcriberem.*

Idem Attico 3, 2. *Itineris noſtri cauſa fuit, quod non habebam locum, ubi pro meo jure diutius eſſe poſſem, quam in fundum Sicæ.*

Idem de finibus bonorum & malorum: *Satis ne vobis videor pro meo jure in veſtris auribus commendatus?*

Idem pro P. Sextio: *Quare moneo vos adoleſcentiores, atque hoc meo jure præcipio.*

Idem in Verrem: *Meo jure enim contendam.*

Vul. de damno infecto, lege, Proculus: *Si juxta mea ædificia habeas ædificia, eaque jure tuo altius tollas.*

Cicero Servio Sulpitio: *Ut ſi quid tibi opus ſit, ne dubitent mihi jure ſuo denunciare.*

Idem Cælio: *Sed ſi eſſet aliqua diſſimilis iſtius, quæ ſe omnibus provulgaret, quæ haberet palam decretum ſemper aliquem, cujus in hortos, domum, Baias jure ſuo libidines omnium commearent.*

Idem in Ver: *Quem jure ſuo adire, aut appellare poſſet.*

Neratius de uſufructu: *Uſufructuarius novum tectorium*

tectorium parietibus, qui rudes fuiſſent, imponere non poteſt: quia tametſi meliorem excolendo ædificium cauſam facturus eſſet, non tamen id jure ſuo facere poteſt.

Cicero pro lege manilia 63. *Præſertim cum jam ſuo jure Pop. Ro. in hominem ſuam autoritatem, vel contra omnes qui diſſentiunt, poſſit defendere.*

Idem pro Aulo Licinio Archia Poëta c, 1. *Earum rerum omnium, vel in primis hic Aulus Licinius fructum à me repetere prope ſuo jure debet*

Ibidem c. 18 *Quare ſuo jure noſter ille Ennius ſanctos appellat Poëtas.*

Idem pro Sexto Roſcio Amerino: *Tametſi meo jure poſſum.*

Idem in Antonium: *Venio nunc ad reliquos conſulares, quorum eſt nemo (jure meo hoc dico) qui non mecum habeat aliquam conjunctionem gratiæ.*

INSTRUERE HORTOS, NAVEM, FUNDUM, DOMUM, van alle nodige dingen voorſien.

HUnc quoque loqendi modum antiqui ſuis ſcriptis venuſtiſſime interſeruerunt. Dicebant enim, *inſtruere hortos, inſtruere navem, fundum, domum, &* huiuſmodi: quo nihil aliud ſignificatur, quam *comparare in hortis neceſſaria, in navi, in fundo, domi*: ut nihil quod uſui, aut ornamento ſit, illis deſit.

Cicero de officiis: *Emit hortos: & emit inſtructos.*

Julianus ad legem Rhodiam, de jactu, lege, Navis adverſa: *Hic enim ſumptus inſtruendæ magis navis, quam ſervandarum mercium gratia factus eſt.*

Scævola de peculio, lege, Filio familias: *Cui ex hæredibus prædia prælegavit, ut inſtructa erant cum ſervis.*

Idem: Eo. titulo, lege, *Uni ex hæredibus prædia legavit ut inſtructa erant cum ſervis, & cæteris rebus. & quicquid ibi eſſet.*

Ulpianus locati & conducti, lege, Si addes: *Dolia utique colono eſſe præſtanda, & prælum, & trapeta inſtructa funibus, ſi minus dominum inſtruere ea debere.*

Idem de verborum ſignificatione, lege: *Inſtructam autem tabernam ſic accipimus, quæ & rebus, & hominibus ad negotiationem parata conſtat.*

Jabolenus de fundo inſtructo, lege, *Si cui fundum & inſtrumentum legare vis, nihil intereſt quomodo leges, fundum cum inſtrumento, an fundum & inſtrumentum, an fundum inſtructum.*

Scævola eo. titulo, lege: *Nepoti legaverat prædia, quæ regione certe habuerat, ut inſtructa ſunt cum vino, grano, calendario.*

Ulpia. eo. titulo, lege, Quæſitum: *Et Sabinus libris ſuis ad Vitellium ſcribit fatendum eſſe, plus eſſe, cum inſtructus fundus legatur, quam ſi cum inſtrumento.* Et ſubdit. *Proinde ſi fundus ſit inſtructus legatus, & ſupellex continebitur quæ illic fuit uſus ipſius gratia.* & ſubdit: *Idem reſpondit, inſtructis horreis legatis, etiam vina quæ ibi fuerunt, quo dominus eſſet inſtructior, contineri: Aliud eſſe ſi horrea ibi habuit, unde inſtruebatur, vel in urbe, vel in aliis prædiis.* Pompo. eodem titulo, lege, *Si ita teſtamento ſcripſit, quæ tabernarum exercendarum & inſtruendarum, piſtrini, cauponæ cauſa facta parataque ſunt, do, lego.*

Scævola eo. titulo, lege, Prædia: Fundum legavi in hæc verba: *Sempronio fratri meo hoc amplius fundos meos, ita ut inſtructi ſunt, Caſſianum Mevianum cum ſuis ſalictis & ſylvis.*

Idem eo titulo, lege, *L. Titius fundum uti erat inſtructus legaverat.*

ITEM, & ITA, van gelijken.

NIl vulgatius eſt particula *Item*, at interior latet ſenſus, quo dici non poteſt, quam eleganter uſi fuerint perfecti illi autores. ex infraſcriptis locis diſcrimen quod ſit eo in adverbio, late patebit. Meo tamen judicio id quandoque ſignificat quod *ita*, quandoque quod *autem*, quandoque quod *ſimiliter*.

Plau. in Aulularia 2, 2. *Venit hoc mihi in mentem Megadore, te eſſe hominem divitem, factioſum, me item eſſe hominem pauperum pauperrimum?*

Teren. in And. *Sed poſtquam amans acceſſit ad eam*

ad eam, precium pollicens, unus & item alter.

Cic. in oratore: *Nam omnium magnarum artium ſicut arborum altitudo nos delectat, radices ſtirpeſque non item.*

Ibidem: *Ita fit ut non item in oratione, ut in verſu numerus extet.*

Idem in arte Rhetorica: *inferius non item.*

Ibidem: *Quæ omnia item uti contraria rerum bonarum in rebus vitandis reperiuntur.*

Idem in Acad: *Non enim fortuito hunc artificem dicemus eſſe, illum negabimus. Sed cum alterum percepta & comprehenſa tenere videamus, alterum non item.*

Idem in Tuſcul: *Sed corporum offenſiones ſine culpa accidere poſſunt, animorum non item.*

Idem: *In libra ſervavit, in libro non item.*

Idem in Catilinam: *Deinde item accerſitur L. Statilius.*

Idem de divinatione: *Qui magis anguibus quam lacertis? quam muribus? quia ſunt hæc quotidiana: angues non item.*

Idem in Rullum: *Sed quæro à te, putes ne ſi populus juſſerit me tuum, aut item te meum ſervum eſſe, id juſſum ratum, aut firmum futurum?*

Vitruvius 1, 5. *Non enim ut Babylone abundantes liquido bitumine pro calce, & arena, & cocto latere, factum habent murum: ſic item poſſunt omnes regiones, ſeu locorum proprietates habere tantas ejuſdem generis utilitates.*

Cicero in Tuſculanis: *Sic illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocyus, hebetes non item.*

Idem in Verrem: *Faciebant hoc idem in cæteris civitatibus grandes natu matres, & item parvuli liberi miſerorum.*

IN REM ESSE, dienſtigh zijn. EX RE TUA, voor u profijtelijk. E DIGNITATE, dienſtig voor uwe waerdigheyt. E REPUBLICA, nuttigh voor het gemeene beſt.

Iterem mihi me in vita ſuavius his floſculis odorari, quos e diverſis lectionibus, quaſi è topiario quodam opere collegi. Nam inter cætera quanto candore renitet illud, *Ex re tua, è dignitate, è Republica*, interdum jucunda varietate intermixtum. *In rem tuam, in rem meam*, quod non tamen in Rempublicam item dicitur: quandoque ſine pronomine abſolute, *in rem*: ut palam fit certum quendam modum loquendi, eumque ſtatum ac fixum apud veteres illos eſſe, qui orationem veluti quoddam ſolis jubar illuminet.

Plau. in Pſeud. 2. 3. *Quaſi quid in rem ſit poſſimus noſcere.*

Idem in aulularia 2, 1. *Quod in rem eſſe utrique arbitremur.*

Ibidem: *In rem hoc tuam eſt.*

Ibidem: *Hæc tu eadem, ſi confiteri vis, in rem tuam feceris.*

Ibidem: *Iſtud in rem utrique eſt maxime.*

Idem in Amphitrione: *Quæ maxime in rem veſtram communem fient.*

Idem in Menechmis: *Alii ſunt ita, ut in rem eſſe ducunt ſuam.*

Saluſtius in Catilina: *In rem fore credens univerſos appellare.*

Terentius in Phormione: *Non hercle ex re iſtius me inſtigaſti.*

Idem in Hecyra: *Neque enim eſt in rem noſtram, ut quiſquam amator in nuptiis lætetur.*

Cicero Attico: *Summa erit hæc, ſtatues ut ex fide, fama, reque mea videbitur.*

Idem Bruto: *Facis ex tua dignitate, & ex republica.*

Eidem: *Si minus id commodo Reipub. facere poſſes, ſive non exiſtimares ex Repub. eſſe.*

Eidem: *Et tu ſi arbitrare utile fore, & ex Repub. eſſe, perſequere bello Dolobellam.*

Saluſtius in Catilina: *Certe ſcio quæ ſtudio dixerit, è Repub. dixiſſe.*

T. Livius ab urbe condita: *Ad comparanda ea, quæ in rem opus erant, tempus habuit.*

Ibidem: *Faceret quod è Repub. fideque ſua duceret.*

Idem de bello Macedonico: *Nec cogitaret modo, imperaretque quæ in rem eſſent, ſed pleraque ipſe tranſigeret.*

Ibidem : *Loquendo plura , quæ in rem non eſſent , die conſumpto.*

Ibidem : *Hortatur , imperat , quæ in rem ſunt.*

Idem de bello punico : *Ut ſi è Repub. cenſeret eſſe , veniret.*

Ibidem : *Utrumque inquit è Repub. fuit patres conſcripti.*

INFORMARE , fatſoeneren.

BOnam partem in Latinitate obtinet hoc quoque verbum *Informare* : præteritum quidem à multis , aut non obſervatum. Eſt enim *informare , rem aliquam inchoare* , nec omnino perficere , ſed principium operi quodammodo informe & impolitum dare : ut ſi aut figulus vaſculum fingere , aut faber ſtatuam dolare cœperit , ut infra clarius patebit.

Varro de lingua Latina : *Quæ videretur analogia in oratione , & quas haberet ſpecies , & quæ de eis ſequenda videretur , ut breviter potui , in formam.*

Cicero Attico. *Quod ſi iſta nobis cogitatio de triumpho injecta non eſſet , quam tu quoque approbas : næ tu haud multum requireres illum virum , qui in ſexto libro informatus eſt.*

Eidem : *Hæc eſt informata adhuc cogitatio.*

Eidem 11, 6. *Tanta erat in illis crudelitas , tanta cum barbaris gentibus conjunctio , ut non nominatim , ſed generatim proſcriptio eſſet informata.*

Idem de Oratore: *Referamus nos igitur ad eum, quem volumus inchoandum , & eadem eloquentia informandum.*

Ibidem : *At primum informandus eſt ille nobis, quem ſolum quidam vocant Atticum.*

Ibidem : *Valentiorum hæc laterum ſunt , nec ab hoc quem informamus , aut expectanda , aut poſtulanda.*

Ibidem : *Verum ego non ſolum arbitrabar his præſertim audientibus à me informari oportere , qualis eſſe poſſet is qui habitaret in ſubſelliis.*

Ibidem : *Unius verbi imagine totius ſententiæ informatio.*

Ibidem : *Atque ego in ſummo Oratore fingendo talem informabo , qualis fortaſſe nemo fuit.*

Idem pro P. Quintio : *Neque tamen jam verba multa faciam , propterea quod & ab illo , qui ante dixit , jam informata cauſa eſt.*

Idem pro P. Sylla : *Ut dicitis , informat ad hoc adumbratum judicium filii.*

Idem de finibus bonorum & malorum : *Dicitis informari non poſſe virtutem , ſi quicquam niſi quod honeſtum ſit numeretur.*

Ibidem : *Et ſummatim quidem hæc erant de corpore , animoque dicenda : quibus quaſi informatum eſt , quod hominis natura poſtulat.*

Idem 1. de natura Deorum : *Magnam turbam congreget ignotorum Deorum : atque ita ignotorum , ut eos ne conjectura quidem informare poſſimus : cum mens noſtra quidvis videatur cogitatione poſſe depingere.*

Ibidem : *Quæ enim nobis natura informationem Deorum ipſorum dedit , eadem inſculpſit in mentibus.*

Virgilius 8. Æneid:

His informatum manibus jam parte politæ
Fulmen erat.

Cicero pro Aulo Licinio : *Nam ut primum ex pueris exceſſit Archias : atque ab iis artibus , quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet , ſe ad ſcribendi ſtudium contulit.*

JUBEO TE BENE VALERE , hetgaeu wel. HABERE BONUM ANIMUM , zijt goeds moeds. SALVERE , Ik groete.

J*Ubeo te bene valere : jubeo te habere bonum animum : jubeo ſalvere :* modus eſt loquendi elegantiſſimus , & fere jam ubique , ac paſſim neglectus.

Plautus in Perſa 2, 5. *Jubeo habere animum bonum.*

Idem in Aſinaria 2, 4. *Salvere juſſi Libanum libertum.*

Cicero Attico 4, 13. *Dionyſium jubeo ſalvere.*

Ibidem : *Dionyſium velim ſalvere jubeas.*

Ibidem : *Quem ſalvere velim jubeas plurimum.*

Horatius 1. Ep. 10.

Rurſum

Ruſum Salvere jubemus.

INTEGER, geſont, fris.

NOn minimum (ut reor) intereſt literariæ reipublicæ agnoſcere & hoc nomen Integer, quid interiore ſenſu ſignificet: quod incuria & negligentia diu fuit ab omni prope uſu remotum. Eſt enim *integer* aliquando quod *validum, firmum, vegetum, ſobrium*: Cujus contrarium eſt feſſum, ſaucium, vitiatum, languidum, vinoſum: ut ex autoritatibus planum fiet.

Cicero pro Lucio Murena: *Integrorum, & fortunatorum promiſſis, ſaucios & miſeros credere non oportere.*

Idem Attico: *Eumque vidi plane integrum*

Idem de natura deorum: *Multo plura evenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo, & vino, perturbata & confuſa cernimus.*

Cæſar in commentariis: *Cum crebro integri defeſſis ſuccederent.*

Ibidem: *Ut integri defeſſis ſuccedant.*

Ibidem: *Non facile recentes, atque integros ſuſtinebant.*

Ibidem: *Integros defatigatis ſubmittens.*

Cornelius Celſus: *Neque enim hæc ſolum conſideranda ſunt, ſed etiam morbi genus quod ſit, utrum ſuperans, an deficiens materia læſerit? corruptum corpus ſit, an integrum?*

T. Livius ab urbe condita: *Romanus integer, ſatiatuſque ſomno, productus in aciem, feſſum ſtando & vigiliis Volſcum primo impetu perculit.*

Horatius 2. Sat. 2.

Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia naſus
Illis nullus erat: ſed credo hac mente, quod hoſpes
Tardius adveniens, vitiatum commodius, quam
Integrum edax dominus conſumeret.

INTEGER ANIMI, eerlijck.
VITÆ, onberiſpt van leven.
MENTIS, verſtandigh.

Inde per tranſlationem dici cœptum eſt, *Integer vitæ, Integer animi, Integer mentis.*

Cicero in arte Rhetorica: *Integer animi fuiſſe demonſtratur.*

Horat. 2. Sat. 3.

Integer eſt animi.

Idem 2, 3.

Integer eſt mentis Damaſippus.

Idem 1. Od. 22.

Integer vitæ, ſceleriſque purus.

SANGUIS INTEGER, geſont bloedt.

Plautus in Mercatore 3, 2. *Adoleſcens cum ſis, tum cum eſt ſanguis integer.*

Virgilius Æn: 2.

Vos ô quibus integer ævi
Sanguis, ait.

Cornelius Celſus 2, 10. *Si ſanguis craſſus, & niger eſt, vitioſus eſt: ſi rubet, & pellucet, integer.*

IN LOCO, te rechter tijd.

In loco, Modo hoc dicendi comprehendimus id eſſe, quod *opportune*, & *captato*, ut ajunt, *tempore.*

Terentius in Heauton: 3, 2. *Eho laudas qui heros fallunt?* Reſpondetur. *In loco ego vero.*

Horat: 4. Od. 12.

Dulce eſt deſipere in loco.

IN MANUM CONVENIRE, met yemant in den eghten ſtaet treden.

E Penetralibus divi Ciceronis effodi nuper, meo judicio, à paucis obſervatum, quid ſit *in manum convenire.* A quo dicendi modo tantum poſteri abfuerunt, ut nulla ejuſmodi, quod legerim, extet memoria.

Cicero in Topicis: *Si ita Fabiæ pecunia legata eſt à viro, ſi ei viro materfamilias eſſet, ſi ea in manum non convenerat, nihil debetur. Genus eſt enim uxor, ejus duæ formæ ſunt, una matrumfamilias, hæ ſunt quæ in manum convenerunt. Altera earum, quæ tantummodo uxores habentur: qua in parte cum fuerit Fabia, legatum ei non videtur.*

Ibidem ab effectis rebus hoc modo: *Cum mulier viro in manum convenit, omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine.*

Idem pro L. Flacco: *In manum, inquit, convenerat, nunc audio, ſed quæro, uſu an coemptione?*

tione? uſu non potuit: nihil enim poteſt de tutela legitima ſine omnium tutorum autoritate diminui, coemptione omnibus autoribus.

Papinianus de verborum obligatione, lege: *Ex ea parte: Mulier ab eo in cujus manum conveniebat, ſtipulata fuerit ducenta.* Quamvis mendum ſit in plærisque codicibus, qui in matrimonio, non in manum conveniebat, habent.

Boetius ſuper Topicis Ciceronis p. 586. *Nunc de propoſito videamus exemplo. Uxoris ſpecies ſunt duæ: una matrum familias: altera uſu, ſed communi generis nomine uxores vocantur. Fit vero id ſæpe, ut ſpecies eiſdem nominibus nuncupentur, quibus & genera. Materfamilias vero eſſe non poterat, niſi quæ conveniſſet in manum: hæc autem certa erat ſpecies nuptiarum. Tribus enim modis uxor habebatur, uſu, farre, coemptione. Sed confarratio ſolis pontificibus conveniebat. Quæ autem in manum per coemptionem convenerant, hæ matresfamilias vocabantur: Quæ vero uſu vel farre, minime. Coemptio vero certis ſolennitatibus peragebatur, & ſeſe in coemendo invicem interrogabant. Vir ita, an ſibi mulier materfamilias eſſe vellet? illa reſpondebat, velle. Item mulier interrogabat, an vir ſibi pater familias eſſe vellet? Ille reſpondebat, velle. Itaque mulier viri conveniebat in manum, & vocabantur hę nuptię per coemptionem, & erat mulier materfamilias viro loco filię. Quam ſolennitatem in ſuis inſtitutis Vulpia. exponit. Quidam igitur extremo judicio omne Fabię uxori legavit argentum: ſiquidem Fabia ei non uxor tantum, verumetiam certa ſpecies uxoris, id eſt materfamilias eſſet. Quęritur an uxori Fabię legatum ſit argentum? Uxor Fabia ſubjectum eſt legatum argentum prędicatum. Quęro igitur quodnam ex iis argumentum ſumere poſſim, quę in quęſtione ſunt poſita. ac video uxori duas ineſſe formas: quarum una tantum uxor eſt: altera materfamilias quę in manum conventione perficitur: quod ſi Fabia in manum non convenit, nec materfamilias fuit, id eſt non fuit ea ſpecies uxoris, cui argentum omne fuit legatum. Quocirca quoniam id quod de alia ſpecie dicitur, in aliam dici non convenit. Cumque Fabia pręter eam ſpeciem ſit, quę in manum convenerit, id eſt quę materfamilias ſit: & vir matrifamilias legaverit argentum: non videtur Fabię eſſe legatum. Quo modo igitur, ut dictum eſt, an uxori Fabię omne argentum legatum ſit? Subjectum uxor Fabia: Prędicatum vero legatum argentum. Argumentum ab eo quod eſt in ipſo de quo quęritur: id eſt, ab eo quod eſt in uxore, de qua quęritur, ſpecies uxoris, ea ſcilicet, quę in manum non convenit, quę ad eam affecta eſt. Omnis enim ſpecies ad ſuum genus refertur: id eſt omnis forma. Factum eſt igitur argumentum ab eo quod eſt in ipſo, ab affectis à forma generis. Maxima propoſitio eſt, quod de una ſpecie dicitur, idem in alteram non convenire.*

IMPORTUNUS, verfoeielijck.

IMportunus, præter manifeſtum ſenſum id obſervavi à bonis illis autoribus ſignificare, quod *deteſtandum aut execrandum.*

Terentius in Andria 1. 4 *Importunitatem ſpectate aniculę obſecro: quia compotrix ejus eſt.*

Horatius 3. Od. 16:

Importuna tamen pauperies abeſt.

Cicero pro Cluentio: *Repente eſt exorta mulieris importunę nefaria libido.*

Idem: *Furere crudelis, atque importuna mulier ſibi nequaquam ut ſperaſſet ea quę cogitaſſet.*

Ibidem: *Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo audire, nemo alloqui, nemo reſpicere vellet.*

Idem de provin. conſul: *Propter illud inſigne ſcelus eorum, & importunam in me crudelitatem.*

Idem pro P. Sextio: *Duo importuna prodigia, quos egeſtas, quos æris alieni magnitudo, quos levitas, quos improbitas Tribuni plebis conſtrictos addixerat.*

Ibidem: *Sed putavi tamen conjuratorum copias veteres & effuſam illam, ac ſuperatam Catilinę manum importunam, novo duce renovatam.*

Idem in Piſonem: *Facio injuriam fortiſſimo viro mortuo qui illum cujus paucos pares hęc civitas tulit, cum hac importuna bellua conferam.*

Idem pro Cluentio: *Hujus importunitatem matris à filii capite depellite.*

Idem

Idem de amicitia: *Quanquam miror pro illa ſuperbia, & importunitate, ſi quempiam amicum habere potuit.*

Idem in Catilinam: *Egredere cum importuna ſceleratorum manu.*

Idem: *Quis denique ita aſpexit, ut perditum civem, ac non potius importuniſſimum hoſtem?*

Ibidem: *Mihi quidem importunus, ac ferreus, qui non dolorem cruciatu leniret.*

Idem 3. in Verrem: *Iſtius immanis, atque importuna natura.*

Ibidem: *Furor enim quidam ſceleris, & audaciæ comes, iſtius effrenatum animum, importunamque naturam tanta oppreſſit amentia.*

Idem: *Nunc autem ne poſt abitum quidem hujus importuniſſimæ peſtis quiſquam reperietur, qui ſua voluntate araret.*

In Anton: *Tu illarum ædium diis penatibus os importuniſſimum oſtendere auſus es.*

Ibidem: *Non poſſum æquo animo videre tam importunos tam ſceleratos hoſtes.*

Ibidem: *Quin nulla ſocietas cum illa importuniſſima bellua eſſe poſſet.*

Idem pro Rabirio perduellionis reo: *Te ex illa crudeli, importuna, non Tribunitia actione, ſed Regia, meo conſilio, virtute, autoritate eſſe depulſum.*

Idem contra Rullum: *Ut intelligatis ad certorum hominum importunam avaritiam, hoc populare legis Agrariæ nomen eſſe quæſitum.*

T. Liv. ab urbe condit.: *Quæ crudeliſſimi, & importuniſſimi tyranni ſcelera in oppreſſos cives edunt.*

Ibidem: *Importunos decem viros injunxiſſe, ut perennem militiam facerent.*

Virgilius Æn. 11.

Bellum importunum cives cum gente Deorum,
Invictiſque viris gerimus.

Ovidius:

Scilicet omne ſacrum mors importuna prophanat.

Cicero de natura deorum: *Varius homo importuniſſimus periit ſic: quia Druſum ferro, Metellum veneno ſuſtulerat.*

Idem pro P. Sylla: *Itaque P. Sylla hoc importuniſſimo tum honoris, tum calamitatis ſocio atque comite, & ſecundas fortunas amittere coactus eſt.*

Ibidem: *Repente iſta tanta importunitas inauditi ſceleris exarſit.*

Idem pro rege Deiotaro: *Cujus tantæ importunitatis omnium gentium, atque omnis memoriæ clariſſimum lumen extinguere.*

Idem, qua ſenatu gratias agit poſt reditum ſuum: *Si modo vultum importunum in forum detuliſſet.*

Idem ad Pontifices: *Queritur etiam importuna peſtis ex ore impuriſſimo.*

Idem pro Lucio Murena: *Illa peſtis immanis, importuna Catilinæ prorumpet, qua poterit.*

Idem de reſponſis Aruſpicum: *Videbam illud ſcelus tam importunum.*

IN HUNC DIEM, voor vandaeg. IN *hunc annum*, voor dit jaer. IN *hanc horam*, voor dit uer.

QUod aliquod, *pro hoc die, pro hoc anno, pro hac hora* inepte dicunt: Antiqui illi in hunc diem, in hunc annum, in hanc horam dicebant. Similiter quod dicunt, *Pro die craſtino, pro perendino, pro uno anno*: Illi, *in craſtinum, in perendinum, in annum dicebant.* Modi dicendi ſunt veterum illorum elegantiſſimi.

Plau. in Sticho 3, 2. *Alium convivam quærito in hunc diem tibi*

Ibidem 4, 2. *Nunquam ædepol vivum quiſquam in craſtinum proſpiciet diem.*

Ibidem 4, 1. *Nam illiberime vocaverant in hunc diem.*

Idem in Trinummo 5, 2. *Licet tu in perendinum paratus ſis.*

Cato de re ruſt: *Si quid deſit in annum ut comparetur.*

Cicero in Verrem: *Et locus ille, atque bono in illum annum ita deberi putabatur.*

Titus Livius ab urbe condita: *Deſignati conſules in eum annum jurarant.*

Ibidem: *Ut ludi in ſtatutum diem novarentur.*

Ibidem: *Utrum in unum annum creati ſint?*

Ibidem: *Exercitus in annum decreti.*

Ibidem: *In unum annum vovebant.*

Ibidem: *Qui prætor in eum annum creatus erat.*

Ibidem: *Magiſtratibus in annum creatis.*

Ibidem: *Decemur in annum creatus.*

Ibidem: *Stipendium exercitui ab hoſte in eum annum penſum.*

Ibidem: *Induciæ in annos* XL. *petentibus datæ.*

Ibidem: *Inducias in* XXX. *annos impetrarunt.*

IN DIEM, van dag tot dag.

Quod autem inepte dicunt, *De die in diem*, vel *de hora in horam, de anno in annum*: veteres *in diem, in horam, in annum dicebant.*

Cic. in Oratore: *Si barbarorum eſt in diem vivere, noſtra conſilia ſempiternum tempus ſpectare debent.*

Idem in Philip. *Jam jam minime miror te ocium perturbare, non modo orbem odiſſe, ſed etiam lucem, cum perditiſſimis latronibus non ſolum de die, ſed etiam in diem vivere.*

Idem: *Cum ſervitute premeremur, & in diem malum creſceret.*

Idem in Tuſculanis: *Nos in diem vivimus.*

Horatius Od. 3, 29.

Ille potens ſui, Lætuſque deget, cui licet in diem,
Dixiſſe vixi.

T. Livius de bello Punico: *In diem rapto vivit.*

Ibidem: *Nihil ex raptis in diem commeatibus ſuperabat.*

Ibidem: *Qui ſeneſcit in dies.*

Hircius in com: *Ut omnes in dies, horaſque parati eſſent.*

Cicero in Philippicis: *Qui in horam viverent.*

Horatius 1, Ep. 17.

Si te grata quies, & primam ſomnus in horam
Delectat.

Idem 1. Ep. 18.

Et proviſæ frugis in annum
Copia.

Ulpianus locati & conducti, lege, Sed addes. *Si quis eum in annum habitationem conduxiſſet, penſionem totius anni dederit.*

Paulus de Uſu fructu, & habitatione, lege, Fundi: *Uſu legato licebit uſuario ex fæno, quod in annum duntaxat ſufficiat, capere.*

IN SINGULOS DIES, dagelijks.

Quod dicunt, *ſingulis diebus*, aut *per ſingulos dies, ſingulis annis*, aut *per ſingulos annos*, perverſo dicendi modo: illi veteres, *in ſingulos dies, in ſingulos annos* dicebant.

Varro libro ſecundo rerum ruſticarum: *Decem ſibi in dies ſingulos denarios dare audiviſſet,* & ſubdit: *Si capturum de prædio in dies ſingulos denarium mille.*

Cicero Torquato 6, 11. *Illa in dies ſingulos magis, magiſque opinio hominum confirmatur.*

Idem Attico: *Sed cura, ut excuſet morbi cauſa in dies ſingulos.*

Idem 2, in Catalinam: *Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus.*

Lepidus ad Pontifices Max: *Jam in dies ſingulos ejus copiæ minuuntur.*

Ulpianus quando dies, lege, Quanquam: *Sicut in menſes, vel in dies, vel in annos ſingulos quid legetur.*

Jabolenus locati & conducti, lege, *Quod ſi locavi opus faciendum, ita ut pro opere redemptori certam mercedem in dies ſingulos darem.*

Titus Livius ab urbe condita: *Ludi in ſingulos dies inſtaurati.*

Varro de lingua latina: *Ducere debet Dictator & conſul in ſingulos annos.*

Cic. in Verrem: *Syracuſis lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Jovis ſacerdotem ſortito capi jubeat.*

Ulpianus de uſu fructu, lege, Julianus: *Si forte uſus fructus in annos ſingulos fuerit legatus.*

Marcellus de mortis cauſa donat: l: *Mortis cauſa donatio conſtitui poteſt, ut quis ſtipuletur in annos ſingulos quoad viveret.*

Idem eodem titulo, lege, Senatus: *Si quis mortis cauſa in annos ſingulos pecuniam ſtipulatus eſt.*

Titus Livius ab urbe condita: *Quæ bina milia æris in annos ſingulos penderent.*

Hircius in commen. xxx. *centenis millibus ponderibus*

ponderibus olei in annos ſingulos mulctat.

Titus Livius ab urbe condita: *Ut in ſingulas horas capite dimices tuo.*

Plancus Ciceroni: *Facere non poſſum, quin in ſingulas res, meritaque tua tibi gratias agam.*

IN PAUCOS DIES, voor weynigh dagen. IN DUOS MENSES, voor twee maenden. IN QUINTUM ANNUM, voor het vijfde jaer.

Quod dicunt, *pro paucis diebus, pro duobus menſibus, pro quinto anno*: Illi, *in paucos dies, in duos menſes, in quintum annum* dicebant.

T. Livius ab urbe condita: *Obſidio in loco nudo, atque inopi, vix in paucos dies tolerabilis erat.*

Ibidem: *In duos menſes induciæ factæ.*

Idem de bello Punico: *Dictatorem in ſex menſes dixit.*

Idem de bello Macedonico: *Naves in diem tertium expediri jubet.*

Ibidem: *Conventum in diem tertium edicit.*

Idem ab urbe condita: *Ludos, quos Torquatus dictator in quintum annum voviſſet.*

IN PRIMAM DIEM, tot den eerſten dag toe. IN PRIMAM HORAM, tot de eerſte uer toe.

Quod *uſque ad eam diem, uſque ad primam horam, ad unum annum, vel pro uno anno* dicunt: veteres, *ad eam diem, in primam horam, in annum dicebant.*

Titus Livius ab urbe condita: *Quorum legibus ad eam diem viverent*

Ibidem: *Victoriam quantam nemo ad eam diem pepererat.*

Idem de bello Punico: *Ad eam diem, ut terra, marique rem gereret.*

Ibidem: *Quæ bella geſta ad eam diem eſſent.*

AD DIEM, op den beſtemden dag. AD ANNUM, op het beſtemde Jaer.

Quod *ad præfixam diem, præordinatam* barbare dicunt, veteres ſimpliciter *Ad diem* dicebant.

Cicero Caninio: *Quin ad diem decedam.*

Idem de finibus bonorum & malorum: *An id exploratum cuiquam poteſt eſſe, quomodo ſeſe habiturum ſit corpus, non dico ad annum, ſed ad veſperam.*

Idem in Verrem: *Quando ille frumentum quod deberet, non ad diem dedit?*

T. Livius de bello Punico: *Neque frumentum ad diem dari.*

IN MILITEM, voor ider Soldaet.
IN CAPITA, voor yder kop.
IN NAVES, voor yder Schip.

Quod dicunt, *pro quolibet milite, pro quolibet jugero, pro ſingulis civitatibus, pro ſingulis capitibus, pro ſingulis navibus, pro ſingulis peditibus, vel per ſingulos pedites*: Illi veteres, *in militem, in jugerum, in civitates, in capita, in naves, & hujuſmodi dicebant.*

Cicero in Verrem: *Deſcribebat cenſores binos in ſingulas civitates boum.*

Varro de re ruſtica: *In centum ſues, decem verres ſatis eſſe putant.*

Ibidem: *Villatico gregi in fundum ſatis eſſe duos canes.*

Ibidem: *Illud fere omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in centenas oves ſingulos homines.*

Ti. Livius ab urbe condita: *Mulcta quingenum æris in ſingulas civitates impoſita.*

Ibidem: *Frumentum Melianum aſſibus in modios æſtimatum plebi dimiſit.*

Cicero in Verrem: *Pro frumento in modios ſingulos duodenos ſextertios exegiſſe.*

Ibidem: *Si oſtendam minus tribus Medimnis in jugerum neminem dediſſe decumæ, concedes opinor, ut cum decumanus fructus arationis perceptus ſit, neminem minus tribus decumis dediſſe.*

Cæſar in com: *In capita ſingula ſervorum, ac liberorum tributum imponebatur.*

Ti. Livius ab urbe condita: *Legatis in ſingulos dona, ne minus quinum milium æris redderentur.*

Ibidem: *Congii olei in viros ſingulos dati.*

Ibidem: *Æris ſignati quina milia in ſingulos patresfamiliæ relinquamus.*

Ibidem

Ibidem: *Singulis in militem tunicis imperatis*.

Titus Livius de bello Macedonico: *Quod precium in capita ſtatuiſſet.*

Idem ab urbe condita: *Prorogatum in annum imperium eſt.*

Ovidius in Corinnam:

Sic mihi durat amor, longoſque adoleſcit in annos.

Virgilius Æn: 11.

Felix ſorte tua, neque in hunc ſervata dolorem.

Idem Æn: 5.

Bina boum vobis Troia generatus Aceſtes,
Dat numero capita in naves.

QUOTANNIS, jaerlijkx, van jaer tot jaer. ET IN SINGULOS, op ſekere Jaeren.

Obſervanda quoque differentia eſt inter *quotannis*, *& in ſingulos annos*, *quotidie*, *& in dies ſingulos*: quem modum dicendi divini illi veteres non ſine evidenti ratione diſtinxerunt. *Quotidie enim & quotannis* tempus & *ſpacium continuatum* ſignificat. *In dies vero ſingulos*, & *in ſingulos annos* non continuatum ſpacium, aut perpetuum, ſed *per intervalla dierum & annorum ſecretum tempus* cognoſcetur ab iis, qui intra ſcriptas autoritates diligenter attenderint.

Cic: Attico: *Quotidie, vel potius in dies ſingulos breviores literas ad te mitto.*

Ulpia. de tritico, vino &c. lege: Exeo. *Hæres meus amphoras decem quotannis in annos ſingulos dato.*

Jabolenus de fundo inſtructo lege, Legatum: *Vini falerni, quod domi naſcetur quotannis in annos ſingulos binos culleos heres meus Titio dato.*

IRE IN SENTENTIAM, het advijs van een ander toeſtemmen. IRE IN ALIA OMNIA, geheel anders geſint zijn.

IRe in ſententiam, ire in alia omnia, hoc ſignificat quod plerique dicunt *conſentire in ſententiam*, *& in alia omnia.* Qui dicendi modus tranſlatus eſt a diſceſſione, vel pedum itione. Cum enim ſuffragia rogabantur, & res erat, quæ omnibus placebat, pedibus ibant in ſententiam, vel diſceſſione, quod idem erat.

Cicero Lentulo: *Perſpiciebant enim in Hortenſii ſententiam multis partibus plures ituros, quam aperte Volcatio aſſentirentur.*

Ibidem: *Frequentes ierunt in alia omnia.*

Idem Planco: *Frequens eum ſenatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit.*

Titus Livius ab urbe condita: *Omnes in eam ſententiam ierunt.*

INSOLENS, ongewoon.

INſolens, non ſolum id eſt, quod claro ſignificatu temerarium demonſtrat, & audacem: ſed *inſuetum*, qui id de quo dicitur facere non ſoleat.

Cicero ad Atticum: *Quid tu Athenas inſolens?*

Idem 1. de arte Rhet: *Deinde natura ejus evenire vulgo ſoleat, an inſolenter, & raro.*

Idem pro rege Deiotaro: *Moveor etiam loci ipſius inſolentia.*

LAPIDE QUADRATO ÆDIFICARE, net nae de konſt bouwen.

LApide quadrato ædificare quid ſit, planum eſt eo ipſo verbo: Sed ſenſum habet reconditum, alium atque in ſuperficie oſtendit. Eſt enim lapide quadrato ædificare, *non vere quadratis lapidibus, ſed ſectis, & expolitis*, etiam ſi non ſint vere quadrati: modus eſt loquendi illorum veterum.

LAPIDE STRUCTILI, aut CÆMENTITIO, VEL STRUCTURA, aut RUDERATIONE ÆDIFICARE, van ſlegte en ſtukkende Steen iets opmetſelen.

Lapide autem ſtructili, aut cæmentitio, vel ſtructura aut ruderatione ædificare, paulo etiam eſt remo-

eſt remotius ab aperta intelligentia. Eſt enim lapidibus ædificare non quadratis, vel ſectis, aut ad lineam, vel propendiculum collocatis: ſed *minutis, conciſiſque fruſtulis, quæ cæmenta dicuntur.* Ea ædificia, vel pro vulgaribus tenuique populo fiebant, vel in magnis potentiorum ædificiis lapides illi ſtructiles ſive cæmentitii in mediis parietibus, veluti pro farcimine aut medulla ponebatur: ſuper inducebaturque poſtmodum incruſtatio, vel marmoris, vel alterius lapidis ſpecioſi. Quod autem cæmenta non ſint, ut multi putant, omnia quæ ad murum conficiendum faciunt, ſed tantum ſint lapidum ut dixi fragmenta, ſubiiciam de hoc autorum bonorum loca aliqua manifeſta.

Vitruvius 2, 8. *Incerta vero cæmenta alia ſuper alia ſedentia, inter ſeque imbricata, non ſpecioſam, ſed firmiorem, quam reticulata præſtant ſtructuram*

Idem 7, 6 *Quibus autem locis hæ copiæ non ſunt, cæmenta marmorea, ſive aſſulæ dicuntur, quæ marmorarii ex operibus dejiciunt, & pilis ferreis contunduntur.*

Idem: *Tunc ſtructura ex cæmentis, calce, & arena compleatur.* Et ſubdit: *Deinde tunc quadrato ſaxo murus dicitur juncturis quam longiſſimis, uti maximi medii lapides coagmentis contineantur: tunc qui locus erit inter murum, ruderatione ſive ſtructura compleatur.*

Idem 2, 7. *Sequitur ordo de lapidicinis explicare: De quibus & quadrata ſaxa ut cæmentorum ad ædificia eximuntur copiæ, & comparantur.*

Idem 1, 5. *Sed ubi ſunt ſaxa quadrata, ſive ſilex, ſive cæmentum, aut coctus later, ſive crudus, iis erit utendum.*

Idem: *Non modo cæmentitio, aut quadrato ſaxo, ſed etiam marmoreo.*

Idem 2 7. *Nec ſolum ea in quadratis lapidibus ſunt obſervanda, ſed etiam in cæmentitiis ſtructuris.*

Vlpianus de novi operis nunciatione, le... Prouſatio: *Opus autem novum factum ſic accipimus, non ſi unum vel alterum cæmentum fuerit poſitum, ſed ſi proponatur inſtar quoddam operis quaſi facies quædam facti operis.*

Idem de rivis, lege, Servius: *Si rivum qui ab initio terrenus fuerit, qui aquam non continebat, cæmentitium velit facere, audiendum eſſe: ſed & ſi eum rivum, qui ſtructilis fuit, poſtea terrenum quis faciat.*

Idem: *Si ſervitus vindicetur, lege: Et ſi forte lapide quadrato, vel lapide ſtructili.*

Idem proxima lege: *Porticum ambulatoriam facere, ſuperque eum parietem columnas ſtructiles imponere.*

Cato de re ruſtica: *Fundamenta pedum duorum facito, primum ſeſtucato: poſtea cæmentis minutis, & calce arenato ſemipedem unumquodque corium ſtruito.*

Cicero pro Milone repente: *Lintribus in eam inſulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma convexit.*

Titus Livius ab urbe condita: *Saxo quadrato conſtructum.*

Varro de re ruſtica 16. *Alvos, ubi ſint, alii faciunt ex viminibus rotundas, alii e ligno, ac corticibus: alii ex arbore cava: alii fictiles: alii etiam ex ferulis quadratas. longas pedes circiter tres, latas pedem.*

Hic aperte vides Quadratum dici non quod ſit quadrum, ſed *quod quadret*, id *eſt conveniat.* Nam quod dicit Varro Alvos fieri ferulis quadratis longis pedes tres, latis pedem, clare oſtendit quadrum eſſe non poſſe. Hic per tranſlationem *quadrare* dicimus, hoc eſt *bene convenire.*

Cicero Attico 4, 17. *Viſum eſt hoc mihi ad multa quadrare.*

Idem in Oratore: *Et tamen etiam conjunctionem ſicuti verſuum numeroſe ſedere & quadrare, & perficere volumus.*

Idem in Verrem: *Quomodo de eodem modo quadrarint?*

Idem in Bruto c. 32. *Quare quoniam ita tibi quadrat omnia fuiſſe in Themiſtocle paria, & Coriolano, pateram a me quoque ſumas licet.*

Virgilius in Georgicis l. 2.

Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.

Horatius 1, Ep. 6.
Et quę pars quadret acervum.

LONGE, ver.

Longe adverbium, quandoque *cum ſuperlativo*, interdum *cum poſitivo*, utrobique elegantiſſime poſitum obſervavi interdum ſimpliciter poſitum.

Cicero in Tuſculanis: *Cujus ego judicium, pace tua dixerim, longe antepono tuo.*

Idem Bruto 2, 14. *Lucius Caſtronius Petus longe princeps municipii Lucenſis eſt honeſtus, plenus officio, bonus plane vir.*

Idem Qu. Fratri: *Longe optimum Racilium habemus.*

Idem in Ver: *Longe primus civitatis eſt Epicatres.*

Idem Planco: *Longe plurimum valuit Plancus.*

Plautus in Moſtellaria: *Longe omnium longiſſima.*

Cic. 3. de Oratore: *Sed ego neque illis aſſentiebar, neque harum diſputationum inventori & principi longe omnium in dicendo graviſſimo, & eloquentiſſimo Platoni.*

Ibidem: *Quantum judicare poſſum, longe eruditiſſimus.*

Ibidem: *In illa pro Cteſiphonte oratione longe optima.*

Ibidem: *Illud eſt longe maximum videre, quo nam modo.*

Idem de legibus: *Ille quidem ſapientiſſimus vir Græciæ longeque doctiſſimus, valde hanc labem veretur.*

Idem pro C. Rabirio. *In hac civitate longe maxima conſilia, atque ingenia fuerunt.*

Idem in Verrem: *Teque Ceres & Libera, quarum ſacra, ſicut opiniones hominum ac religiones ferunt, longe maximis, atque occultiſſimis ceremoniis continentur.*

Cæſar de bel. german. 1, 2. *Hic dies noſtris longe graviſſimus fuit.*

Ibidem: *Apud Helvetios longe nobiliſſimus fuit Orgentorix.*

Ibidem 4. 1. *Suevorum eſt gens longe maxima, ac bellicoſiſſima Germanorum omnium.*

Idem de B. G. 2. 19. *Carmonenſes, quæ eſt longe firmiſſima totius provinciæ civitas.*

Idem: *Hæc civitas longe plurimum totius Galliæ æquitatu valet.*

Idem: *Eo tum ſtatu res erat, ut longe principes haberentur Hedui.*

Ibidem: *Hujus eſt ampliſſimæ civitatis longe autoritas omnis ora maritimæ.*

Idem: *Cujus rei ſunt longe peritiſſimi Aquitani.*

Saluſtius in Jugurtino c. 9. *Jugurtæ tui in bello Numantino longe maxima virtus fuit.*

Horatius 1. Sat. 5.
Sed panis longe pulcherrimus.

Ti. Li. ab urbe condita: *Longe antiquiſſimum ratus.*

Ibidem: *Longe is tum princeps Voſci nominis erat.*

Ibidem: *Apud Fabium longe antiquiſſimum autorem.*

Ibidem: *Longe maximum triumphi ſpectaculum fuit.*

Ibidem: *Longe primi civitatis erant.*

Idem de bello Punico: *Equitum, peditumque idem longe primus erat.*

Idem ab urbe condita: *Longe plurimo captivos ante currum duxit.*

Ibidem: *Exercitum longe validiſſimum duxere.*

Ibidem: *Patre longe prudentiſſimo natum.*

MULTO, ſeer.

Significat idem Multo, quod longe, eodemque modo loquendi gaudet: ſed ſuperlativo tantum conjunctam obſervavi in bonis illis, ac perfectis autoribus, præterquam cum comparativo jungitur: ut multo minor numerus frumenti quam vini, & ita longe minor & ce. Sed id quoque utili fuerit obſervaſſe, quod præcipua venuſtate præſta cum hoc adverbium *Multo, ſuperlativo*, *cum nomine Pars jungitur*: quæ res nulla ratione, ſed ſolo dicendi modo introducta e

Terentius in Heauton: *Multo omnium*

ni

nunc fortunatiſſimum factum puto.

Idem in Hecyra: *Atque ea res multo maxime disjunxit illum ab illa.*

Cicero pro lege Manilia: *Conſpectus veſter multo jucundiſſimus.*

Ibidem: *Magna; ac multo maxima parte non modo utilitatis, ſed dignitatis, atque imperii caruit.*

Idem in Catilinam: *Multo vero maxima pars eorum, qui in tabernis ſunt.*

Idem in Verrem: *Nam cum omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenii, atque eloquentiæ multo moleſtiſſima.*

Ibidem: *Qui agri Acunenſis multo maximam partem poſſident.*

Ibidem: *In civitate totius Siciliæ multo maxima.*

Ibidem: *Cui quemadmodum reſiſtam, multo mihi ante eſt judices providendum.*

Idem de Orat: *Quæ pars ſine dubio multo maxima eſt.*

Idem de arte Rhet. *Quarum tamen rerum multo maxima pars ad commodum corporis revertitur.*

Ibidem: *Et eorum multo maxima pars, quam Prætores edicere conſueverint.*

Saluſtius in Catilinario: *Si ita res eſſet, Rempublicam multo pulcherrimam haberemus.*

Horatius in ſermonibus 2, Sat. 3.

Danda eſt Ellebori multo pars maxima avaris.

Id: 1, Sat. 5.

Poſtera lux oritur multo gratiſſima.

Ti. Livius ab urbe condita: *Noviſſimum bellum ab Sabinis ortum, multoque id maximum fuit.*

LICET, het is geoorloft.

QUanta colligitur elegantia in hoc verbo, Licet ab illo qui non curem tantum ſpectat, ſed qui ſedulo introſpicere & meditari curet. Nam *ſi licet mihi per te*, hoc unum ſignificatur: id eſt, *ſi permiſeris:* vel ſi potero à te non impeditus: alterum abſolute, ut ſi in hortum meam intraveris, *olera licebit legas.* hoc eſt *legere poteris*: ſed hoc ex iis locis quæ ſubjeci melius multo cognoſcetur.

Plautus in Aſinaria Prolog: Aſinariam vult *eſſe ſi per vos licet.*

Terentius in prologo Heauton: *Date mihi poteſtatem ſtatariam agere ut liceat per ſilentium.*

Idem in Hecyra: *Per me exquirere licet.*

Idem in Adelph: *Sinatis hunc facere dum per ætatem licet.*

Cicero Octavio: *Si per tuas legiones licitum fuiſſet, quæ nomini meo, Reipublicæque ſunt inimiciſſimæ, venire in ſenatum.*

Idem Famil. l. 14. *Expectaſſem Brunduſii, ſi eſſet licitum per nautas.*

Idem de Oratore: *Per me appellet Oratorem licet.*

Ibidem: *Sed hoc genere, ſi modo per Rempub. licebit, non accuſabimur.*

Ibidem: *Itaque Aemathiam cum primum per ipſam liceat eram remiſſurus.*

Idem in Philippica: *Petis ut tibi per me liceat quendam de exilio reducere.*

Idem contra Rullum: *Aliquanto ſerius, quam per ætatem ac per leges liceret.*

Idem pro T. Annio Milone: *Quod ſi per furioſum illum Tribunum ſenatui quod ſentiebat, perficere licuiſſet, novam quæſtionem nunc nullam haberemus.*

Idem ad Lentulum: *Quod profecto faciam, ſi mihi per ejus amicitiam licebit.*

Idem in Verrem: *Sunt homines Siculi non contemnendi, ſi per noſtros magiſtratus liceat.*

Ibidem: *Si per L. Metellum licitum eſſet.*

Idem Bruto: *Quod ſcribis in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ veniant, ſi per hoſtem licet, non erras.*

Idem Catoni: *Mitto quod invidiam, quod pericula, quod omnes meas tempeſtates & ſubieris, & multo etiam magis ſi per me licuiſſet, ſubire paratiſſimus fueris.*

Paulus de mortis cauſa, lege Senatus: *Quibus per legem capere non liceret.*

Ulpianus de manumiſſionibus. lege, Libertas: *Cum per leges licebit, liber eſto.*

Cic pro lege manilia c. 1. *Nam cum antea per ætatem nondum hujus autoritatem loci contingere*

tingere auderem.

Idem: *An in Clodio, qui ita judicia, pœnamque contempſerat, ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas eſſet, aut per leges liceret.*

Idem pro Cn. Rabirio: *Quod ſi tu audiſſes, aut per ætatem ſcire potuiſſes.*

LICET ABSOLUTE, men magh.

Cato in re ruſtica: *Et ſi voles inſuper vinum Coum mixtum bibere, licebit bibas.*

Cicero in arte Rhetorica: *Hanc ſi quis partem putat eſſe orationis, ſequatur Hermagoram licebit.*

Idem Caio Memmio: *Totam hominis vitam, rationemque quam ſequitur in philoſophia, derideamus licet.*

Idem Attico 1, 14. *Clodium fregi in ſenatu tum altercatione ejuſmodi, ex qua licet pauca deguſtes, nam cętera non poſſunt habere eandem, neque vim, neque venuſtatem.*

Eidem: *Quid quęris? vel ipſi hoc dicas licet, humanitatem ei meo judicio illo die defuiſſe.*

Eidem 2, 1. *Noli inquam de uno pede ſororis queri, liceat alterum etiam tollas.*

Idem pro domo ſua: *Quare iſtam orationem, quæ eſt uſus, omittas licet.*

Ibidem: *Quare diſrumpatur licet iſta furia.*

Idem de oratore: *Fremant omnes licet, dicam quod ſentio.*

Idem in Philippica: *Pręcipias licet gaudia.*

Idem de officiis: *Licet ora ipſa cernere iratorum.*

Ibidem: *Videre licet etiam pleroſque non tam natura liberales, quam quadam gloria ductos.*

Idem in Tuſculanis: *Quare ut ad quietem me licet venias.*

Idem in Verrem: *Dicat licet Hortenſius, ſi volet, magno Verrem vendidiſſe.*

Ovidius de Ponto:

Tota licet quęras, hoc me non fingere dicet:
Officii teſtis Pontica terra mei.

Horatius Ep. 15.

Si pecore, & multa dives tellure licebit.

Sabinus in epiſtola pro Helena:

Quamlibet accuſes, & ſis irata licebit.

PER ÆTATEM, om de ouderdom.

Per ętatem non potui, idem eſt, *ac per ętatem non licuit*, quod ſupra diximus, quo loquendi modo novitas, aut perverſitas potius loquendi introducta deprehenditur.

Cicero Cornificio: *Nullam partem per ętatem ſanę, & ſalvę Reipub. guſtare potuiſti.*

Idem Planco: *Ut primum per ętatem judicium facere potueritis.*

Idem C. Mario: *Cum per valetudinem poſſes, venire tamen noluiſti.*

T. Livius ab urbe condita: *Qui per ętatem ac valetudinem poterant.*

Ibidem: *Omnes, qui per ętatem arma ferre poſſent.*

Hircius in comm: *Qui modo per ętatem arma ferre poterant.*

Ibidem: *Neque per anni tempus in mari claſſes ſine periculo vagari poterant.*

LABES, tempeeſt.

L*Abes*, pene omnium ore, id eſt, quod *immundicies aut macula*: ſed occultiore ac Latiniore ſignificato id certe eſſe videtur, quod violenta quædam, vel *aquę illuvies*, vel *tempeſtatis*, *grandiniſve ruina*, aut cum terra in altiſſimum hiatum, vel baratrum aperitur.

Plau. in Captivis 4, 3. *Quanta peſtis Pernis veniret, quanta labes Larido?*

Cic. 1. de divinatione: *Delata etiam ad ſenatum labes agri Privernatis, cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet.*

Ibidem: *Ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terręque deſederint.*

Vulpianus locati & conducti, lege: Ex conducto: *Sed etſi labes facta ſit, omnemque fructum tulerit, damnum coloni non eſſe.*

Labeo eodem titulo: *Si rivum quem faciendum conduxeras, & feceras, antequam eum probares, labes corrupit, tuum periculum eſſe Paulus reſpondit.*

Cicero pro Lucio Flacco; *An innocentię labem*

dem aliquam aut ruinam fore putatis?

Idem ad Pontifices pro domo ſua: *Nam illa labes ac flamma Reipublicę ſuum illum peſtiferum, & funeſtum tribunatum humana ęquitate tueri non poteſt, divina religione defenderit.*

LINGUA NUNCUPARE, duydelijk ſeggen.

Lingua nuncupare, modo dicendi apud Veteres, idem ſignificatur, quod *lingua exprimere* & declarare. Cum enim quod vendebatur, vitia rei venalis lingua nuncupari oportebat, & ultra nuncupata vitia venditor non tenebatur. Leges poſtea addidere, ut etiam ea quæ non eſſent nuncupata, venditor præſtaret.

Cic. 1, de Oratore: *Totum illud uti lingua nuncupaſſet, non in xij. tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, ſed in magiſtri carmine ſcriptum videretur.*

Idem de Officiis: *Nam cum ex. xij. tabulis ſatis eſſet ea pręſtare, quę eſſent lingua nuncupata: quę qui inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret: a juriſconſultis etiam reticentię pœna eſt conſtituta. Quicquid enim eſt in prędio vitii, id ſtatuerant ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, pręſtari oportere.*

LEVA ET SINISTRA, een dief.

Leva vel *Siniſtra*, certo modo loquendi, qui ſolus orationem priſcorum continet, *furem aliquem eſſe notat.*

Plautus in Perſa 2, 2. *Ubi illa altera furtifica leva?*

Catullus carm: 12. *Marucine aſina manu ſiniſtra non belle uteris in joco, atque vino.*

Idem: *Porci, & Socration duę ſiniſtrę Piſonis.*

Aſconius Pedianus tractum id dicit ab Aſpendio citharitta, qui ſiniſtra perperam utebatur, carminaque occultabat, Græco inde nato proverbio.

LIMEN SUPERUM, INFERUM, de boven en onderdrempel.

Limen ſuperum, *Limen inferum*, rari poſt felix illud ſæculum non ſolum non dixerunt, ſed ne intellexerunt quidem: Cum nonnulli pro limine ſupero, ſuperliminare ineptiſſime dicant.

Plautus: *Limen ſuperum, inferumque ſalve.*

Varro de re ruſtica: *In haris oſtium eſſe oportet, limen inferum altum.*

LATINE LOQUI, duydelijk ſpreeken.

Qui latine ſcit, novit eo adverbio *Latine*, id quoque oſtendi, quod *aperte*, *clare*, *plane*: quæ res notanda, & memoriæ mandanda eſt.

Cic. in Verrem: *Latine me ſcitote, non accuſatorie loqui.*

Idem in Philippicis: *Antonium, quem gladiatorem non ita appellavit, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet, ſed ut appellant ii, qui plane, & Latine loquuntur.*

Vergilius, vel alius in obſcœnis carminibus, Carm: 2.

Simplicius multo eſt, da, Latine dicere.

Seneca Ovidio tribuit l. 1. controv. 2.

IN MANIBUS, INTER MANUS &c. onder handen.

Verſari inter manus, *conſerere manus, afferre manus, inferre manus, in manu, in manum, in manus, in manibus, de manibus, ad manum, ad manus, ſub manu, ſub manus, per manus, prae manibus, prae manu, dare manus, tendere manus, tollere manus, inter manus, injicere manus, admovere manus, manu aſſerere, abſtinere manus, continere manus*, quo loco modo loquendi præſtantiſſimi illi autores uſi ſunt, frequentiſſime poſitum repperi: id etiam obſervatione, & imitatione, maxime dignum.

IN MANIBUS EST, *hoc eſt*, PARATUM, ET IN PROMPTU EST, voor handen.

Cicero Attico 6. *Non quo aliquid me juvene*

poſſes, quippe res eſt in manibus: tu autem abes longe gentium.

Ibidem l. 4. de libris Oratoriis: *Factum eſt a me diligentiſſime. Diu multumque in manibus fuerunt.*

Ibidem: *Ex iis libris, quos in manibus habeo.*

Ibidem: *Sic enim commutatus eſt totus ſcriptus meus, quae in manibus habemus.*

Idem Lentulo l. 9. *Clodium ſic amplexabantur, ſic in manibus habebant, ſic me praeſente oſculabantur, non illi quidem, ut mihi ſtomachum facerent, quem ego funditus perdidi, ſed certe ut facere ſe arbitrarentur.*

Idem de amicitia: *Sedo Scævola & Fanni affuiſtis, & in manibus eſt oratio.*

Idem in Bruto: *Sed ecce in manibus vir, & præſtantiſſimo ingenio, & flagrante ſtudio, & doctus a puero C. Gracchus.*

Titus Livius ab urbe condita: *Cum tantum belli in manibus eſſet.*

Ibidem: *Id quod in manibus erat, coegerunt bellum.*

Idem de bello Macedonico: *Omiſſa de manibus res eſt*

Horat. 2, Ep. 1.

Nevius in manibus non eſt, & mentibus hæret.

Plautus in Rudente: *Mancipia habeo pro meis, ne manu aſſerantur, quod eſt vendicare, & in libertatem producere.*

IN MANU EST, hoc eſt, IN POTESTATE EST, het is in mijn maght.

Plautus in Amphitrione: *In illis fides eſt, quibus eſt ea res in manu.*

Idem in Rudente: *In manu mihi eſt mea.*

Idem in Mercatore 2, 3. *Quia illi ſuam rem eſſe æquum eſt in manu.*

Ibidem 3, 4. *Quia tibi in manu eſt quod credas: at ego quod dicam, id mihi mea in manu eſt.*

Terentius in Hecyra 3, 5. *Tibi in manu eſt ne fiat.*

Saluſtius in Jugurtino c. 4. *Sed quoniam parum tua per ſe probitas eſt, neque in manu mihi fuit Jugurta qualis nunc foret.*

Ibidem: *Verum id fruſtra an ob rem faciam, in manu veſtra eſt Quirites.*

T. Livius ab urbe condit: *Ut ſua cuique Reſpublica in manu eſſet.*

Idem de bello Punico: *Cum in eorum manu res Siracuſana eſſet.*

Idem ab urbe condita: *Sit an non ſit, in veſtra manu poſuerunt.*

Idem de bello Maced: *Et tuos in manu, & tutela, non in ſervitio debito eos habere.*

Idem ab urbe condita: *Laceratam Rempub. per magiſtratus, quorum in manu ſit.*

Cælius Ciceroni: *Quam velis eum obligare in tua manu eſt.*

IN MANUS, in handen.

In manus *dare, incidere, venire,* notæ ſignificationis eſt, ſed ii modi loquendi obſervandi ſunt.

Plautus in Trinummo 1, 2. *Quid intereſt? dare te in manus argentum amanti homini adoleſcenti animi impoti?*

Cicero in Bruto: *Nunquam enim libri illi in manus inciderunt.*

Saluſtius in Jugurtino c 89. *Exiſtimans Jugurtam ob ſuos tutandos in manus venire.*

Plautus in Trinummo 1, 2. *Dedi minas quadraginta adoleſcenti ipſi in manum.*

INTER MANUS, in de handen.

Inter manus, eſt collatis ſimul manibus *aliquem ſublimem ferre.* Aliquando per tranſlationem Inter manus id ſignificat quod *eſſe in poteſtate. Verſari vero inter manus eſt in uſu eſſe.* Modi ſunt dicendi elegantiſſimi.

Plautus in Moſtellaria 2, 1. *Abripite hunc intro actutum inter manus.*

Cicero in Verrem: *Itaque erant exitus ejuſmodi, ut alius inter manus è convivio tanquam è prælio auferretur, alius tanquam occiſus relinqueretur.*

T. Liv. ab urbe condita: *Inter manus domum allatus.*

Virg. Æn: 2.

Ante oculos interque manus ſunt omnia veſtras.

Idem Æn: 8.

Miraturque interque manus & brachia verſat

Cælio

Cælius Cicero: *Gener tamen quod ad jus pertineat, didaſcolam quandam, ut verſetur inter manus habeat.*

Pompon: de origine juris, lege, Neceſſarium: *Denique nec verſantur omnino ſcripta eorum inter manus hominum.* & ſubdit: *Reliquit. xl. volumina, ex quibus plurima inter manus verſantur.*

AD MANUM ESSE, by der hand zijn.

Ad manum eſſe, eſt aliquid in promptu eſſe, ut quaſi manu teneatur:

VENIRE VERO AD MANUS *eſt ad imitandum, vel ad arma venire.*

Cic. de oratore: *Quem ſervum ſibi ille habuit ad manum.*

Vitruvius: *Alia enim ad manum ſpecies eſſe videtur. alia in excelſo.*

Idem: *Si enim ita fuiſſet, non ſolum laudes, aut vitia animorum ad manum aſpicerentur. ſed etiam diſciplinarum ſcientiæ.*

T. Li. ab urbe condita: *Adde quod Romanis ad manum domi ſupplementum eſſet.*

Ibidem: *Quod cocti ad manum fuit cibi, ferre militi licuit.*

Idem de bello Macedonico: *Quod cuique trepidanti ad manum veniſſet.*

Ibidem: *Ut æqui magna vis ad manum eſſet.*

Cic. de oratore: *Nonnunquam etiam ea res ad manus, atque ad pugnam veniebat.*

Ulpianus de pignoratitia actione, lege, *Petenti mutuum, pecuniam creditori cum ad manum debitor non haberet, ſpecies auri dedit.*

Africanus ad Senatuſc. Velleianum, lege, Tutor: *Deinde ego quia ad manum nummos non habebam, ſtipulanti tibi promiſi.*

SUB MANUM, gereet by der hand.

Sub manu, id eſt quod fere *eſſe ad latus expeditum promptum in uſum. Succedere autem ſub manus* eſt *aliquid bene, & ad optatum contingere.*

Plancus Ciceroni: *Adjunxit hæc, in loco eligendo flumen oppoſitum, ut haberem in quo mora tranſitus eſſet. Voconii ſub manu ut eſſent, per quorum loca mihi fideliter pateret iter.*

Plautus in Milite 3, 2. *Lepide hoc ſuccedit ſub manus negocium.*

Idem in Perſa 4, 1. *Si quam rem accures ſobrie, aut frugaliter, ſolet illa recte ſub manus ſuccedere.*

PER MANUS, van de eene hand in den andere.

Per manus eſt quod inepte dicitur, *De manu in manum, vel de manu unius in manum alterius.*

Cæſar in comm: *Per manus tractus ſervatur.*

Ibidem: *Nonnullæ de muris per manus demiſſæ, ſeſe militibus tradebant.*

Ibidem: *Per manus cevi, ac piceis traditas glebas in ignem projiciebat.*

T. Li. ab urbe condita: *Si nobiſcum urbe ſimul poſitæ, traditæque per manus religiones nullæ eſſent.*

Ibidem: *Diſciplina militaris tradita per manus jam inde ab initiis urbis.*

PRÆ MANIBUS, in handen.

Præ manibus hoc eſt quod inſulſe dicunt, quod *habebam in manibus.*

Plautus in Bacchidibus: *Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus.*

Præ manu dare eſt quod vulgo dicunt, Ante omnia, vel Ante manum dare.

Terentius in Adelphis 5, 9. *Atque huic paullulum aliquid præ manu dederis unde utatur.*

AFFERRE MANUS, handen ſlaen. Afferre manus vero eſt *injicere manus, pulſare, vulnerare, interficere*: in quo notandum eſt dativum poſt ſe requirere.

Cicero Attico: *Sed non faciam, ut aut tuum animum angam querelis, aut meis vulneribus ſæpius manus afferam.*

Idem Cluentio: *Omnes tui amici, neceſſariique cognorunt Ancario & Pacero paſtoribus hujus Villicum vim, & manus attuliſſe.*

Ibidem: *Aulum Brivium quendam cauponem de via Latina queſtum eſſe dixiſſi; ſubornatis qui ſibi à Cluentio, ſerviſque ejus in taberna ſua manus allatas eſſe dicant.*

Idem Octavio: Ego *ipſe ſenatum ſibi afferre* manus

manus coegi.

Idem in Vat. teſtem: *Teneas ne memoria, tibi in conventu Puteolis manus eſſe allatas.*

Idem in Ver: *His ne rebus manus afferre non dubitaſti?*

Idem de Officiis: *Cum enim dando egere cœperint, alienis bonis manus afferre coguntur.*

Plancus Ciceroni: *Qui quidem cum in fraudem ſe adductum videret, manus quas juſtius in Lepide perniciem armaſſet, ſibi afferre conatus eſt.*

Ulp. de iis qui notantur infamia, lege, Liberorum: *Non ſolent autem lugeri, ut Neratius ait, hoſtes, vel perduellionis damnati, neque ſuſpendioſi, neque qui manus ſibi attulerunt.*

Varro de re ruſtica 2, 9. eodem ſenſu *afferre dentes dixit*: *Canes proverbium attollant antiquum, vel etiam ut pulos aperiant de Acthæone, atque in dominum afferant dentes.*

CONFERRE MANUS, vechten.

Conferre manus, eſt *congredi*, & manum conferere. *Inferre vero manus* eſt *iniicere manus*: & quandoque idem ſignificat quod *afferre manus.*

Cicero pro Fonteio: *Partim qui cum ipſo M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt.*

Idem in Catilinam: *Senatus vim ac manus intuliſſet.*

Vulpia. de Senatuſcon. Sillaniano, lege, Cum aliter: *Si ſibi manus quis intulit.*

Idem: *Si quis non metu criminis imminentis, ſed tædiis vitæ, vel impatientia doloris ſibi manus intulit.*

Hircius in com: *M. Catonem Uticæ ſibi manus intuliſſe.*

Cicero pro P. Quintio: *Domino à familia ſua manus illatas eſſe ante ſuos lares.*

DARE MANUS, het gewonnen geven.

Dare manus autem eſt *dedere ſe, & victum fateri.*

Plautus in Perſa 5, 2. *Do manus.*

Cicero ad Atticum: *Aiebat illum primum ſcite dixiſſe multa contra, ad extremum autem manus dediſſe, & affirmaſſe nihil ſe contra ejus voluntatem eſſe facturum.*

Eidem: *Sapienter igitur quod manus dediſti, quodque etiam ultro gratias egiſti.*

Idem de amicitia: *Callidus ille, & occultus, ut ſe inſinuet ſtudioſe cavendum eſt, neque enim facillime cognoſcitur: quippe qui etiam adverſando ſæpe aſſentiatur, & litigare ſe ſimulans blandiatur, atque ad extremum det manus, vincique patiatur.*

Horatius Epod 17.

Jamjam efficaci do manus ſcientiæ
Supplex.

Cæſar in commentariis: *Tandem dat Cotta manus, per motus ſuperiore ſententia.*

TOLLERE MANUS ET OCULOS, de handen en oogen van blydſchap ten Hemel ſlaen.

Tollere manus, & oculos modi loquendi ſignum *lætitiæ* ſignificantes.

Cicero Cæſari: *Suſtulimus manus, & ego, & Balbus, tanta fuit oportunitas.*

Idem Tironi: *Literulæ meæ, ſive noſtræ, tui deſiderio oblanguerunt: hoc tamen epiſtola, quam Acaſtus attulit, oculos paulum ſuſtulerunt.*

Ti. Livius ab urbe condita: *Dicitur manus ad cælum tollens precatus.*

PLENA MANU, *hoc eſt abunde, & affluenter*, overvloedigh.

Cicero Attico 2, 25. *At hercle alter tuus familiaris, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit?*

INIICERE MANUS, de handen aen ſlaen.

Plautus in Truc: *Poſt id ego in te manum injiciam.*

Cicero pro Roſcio Comœdo. *Ipſa mibi veritas manum iniecit, & pauliſper conſiſtere, & commorari coegit.*

Horatius 106, 17. v.

Incontinentes iniiciat manus.

T. Li. ab urbe condita: *Accurrit, & manum iniecit.*

ABSTINERE ET CONTINERE MANUS, ſijn driften bedwingen.

Abſtinere

ABSTINERE ET CONTINERE MANUS, ſijn driften bedwingen. *idem prope ſignificant quod continere impetum animi.*

Plautus in Trinum 2, 1. *Quod manu non queunt tangere, tantum fas habent, quo manus abſtineant.*

In Amphitr. 1, 1. *Qui paſſim videri huic fortis, ut à me abſtineant manum.*

Idem in Truculento 5, 1. *Abſtine hoc mulier manum.*

In Caſina, *Abi, atque abſtine manum.*

In Perſa 1, 1. Manum *abſtinere haud tamen quia mihi imperet.*

Cicero in Vatinium teſtem: *Ut manus à te homines vix abſtinere poſſint.*

Cato de re ruſt. c. 5. *Alieno manum abſtinere.*

Terent. in Adelph. 5, 2. *Non manus abſtines Maſtigia?*

Cic. in Tuſc. *Ut Alexandrum Regem videmus, qui cum interemiſſet Clytum familiarem ſuum, vix a ſe manus abſtinuit.*

Idem in Verrem: *Manus à ſodalis filio abſtinere non potuiſti.*

Ibidem: *Abſtineam in hoc judicio manus, animoſque ab hoc ſcelere nefario.*

Ibidem: *Qui Capitolio manus abſtinere potuerit.*

Ibidem: *Nihil ægrius factum eſt multo labore meo, quam ut manus ab illo appellatore abſtinerentur.*

Tibullus El. 3.

Abſtineas avidas mors violenta manus.

Cicero in Catilinam: *Quorum ego vix abs te jamdiu manus, ac tela contineo.*

Idem in Anton: *Nunquam profecto à me ſacrilegas, atque impias manus abſtinebit.*

Ti. Livius ab urbe condita: *Nocte audita ex delubro vox eſt, abſtinerent manus.*

Ibidem: *Ut vix ab iis abſtineret manus.*

TENDERE MANUS, met opgeheven handen bidden.

Cæſar in com: *Omnes majores natu ex oppido egreſſi, manus ad Cæſarem tendere, & voce ſignificare cœperunt, ſeſe in ejus fœdera, ac poteſtatem venire.*

Idem Ibidem: *Hedui manus tendere, deditionem ſignificare.*

Verg. Æn: 6.

Tendebantque manus ripæ ulterioris amore.

Ovidius de Faſtis 5, 571.

Ille manus tendens aſtanti milite juſto,
In conjuratos talia verba dedit.

Titus Livius ab urbe condita: *Alii manus ad cælum tendere, Deos incuſantes.*

Ibidem: *Supinas manus ad cælum, ac deos tendentes.*

Ibidem: *Reas ad Capitolium manus tendimus.*

Ibidem: *Omnes manus ad conſulem tendentes pleni lachrymarum.*

Cic. in Catilinam: *Supplex manus tendit patria communis.*

ADMOVERE MANUS, handen aenleggen.

Ti. Li. ab urbe con: *Primo religioſe admoventes manus.*

MEO, REIPUB. NOMINE, van mijnen't wegen van 's Lands wegen.

MEo, *tuo ſuo, Reipub. nomine*, & hujuſmodi, elegantiſſime à veteribus poſita animadverti. quæ quandoque id ſignificant quod *mea, tua, ſua Reip. cauſa*: quandoque longe alia, & ab hac diverſa ſignificatione antiqui illis uſi videntur: quod diſcrimen facile eſt ex ſubjectis autoritatibus agnoſcere.

Cic. Terentiæ: *Nam ego eo nomine ſum Dirachii hoc tempore, ut quam celerrime quid agas audiam,*

Idem in Verrem: *Id mihi C. Verres eripuiſti, atque abſtuliſti, quo nomine abs te ſextertium milies ex lege repeto.*

Ibidem: *Decem fiſcos ad ſenatorem illum relictos eſſe Comitiorum nomine.*

Ibidem: *Hoc palam jam dictitant, ſe iſtum quem ſciant eſſe hominem improbiſſimum, hoc uno nomine abſolui velle, ut ab Senatu judicia per ignominiam, turpitudinemque auferantur.*

Cæſar in commen: *Odiſſe etiam ſuo nomine Cæſarem, & Romanos.*

Paulus, Si certum putatur, lege, Lecta eſt: *Si die ſupra ſcripta ſumma P. Mevio: eique ad quem ea res pertinebit data, ſoluta, ſatiſve eo nomine factum non erit: tunc eo amplius quo poſt ſolvam pœne nomine in dies XXV. denarios centenos.* & ſubdit: *Quod competit uſurarum nomine, ex die interpoſitæ ſtipulationis præſtetur.*

Ulpianus de Jureiurando, lege, Ait Prætor: *Quaſi calumniæ cauſa ventris nomine fuerit in poſſeſſione.*

Idem de inſtitoria actione, lege, Quicunque: *Si inſtitoria cum oleum vendidiſſet, annulum arræ nomine acceperit.*

Cic. ad Atti. *Cum enim ille ad conciones confugiſſet, in iiſque meo nomine ad invidiam uteretur: Dii immortales quas ego pugnas, & quantas ſtrages ædidi?*

Catullus Carm. 30.

Eo ne nomine imperator unice.
Fuiſti, in ultima Occidentis inſula.

Brutus Ciceroni: *Quia in re Cicero vir optime; ac fortiſſime, mihique & meo nomine, & Reipub. chariſſime, nimis credere videris ſpei tuæ.*

Cicero in oratione pro domo ſua: *Dico eſſe odio civitati, non tam tuo, quam Reipub. nomine.*

Idem de finibus bonorum & malorum: *Quibus rebus intelligitur, nec timiditatem, ignaviamque vituperari, nec fortitudinem, patientiamque laudari ſuo nomine.*

Idem in Catilinam: *Bellum Po. Ro. ſuo nomine indixit.*

Idem pro Cn. Planco: *Ego me debere bonis omnibus fateor, ſed etiam ii, quibus ego debeo boni viri, & cives comitiis ædilitiis aliquid ſe meo nomine debere Planco dicebant.*

Idem pro Cluentio: *Res ſuo nomine in judicium nunquam eſt vocata.*

Idem P. Septimio: *Scævolæ litem eo nomine eſſe æſtimatam.*

Idem in Vatinium teſtem: *Non tam tuo, quam Reipub. nomine.*

DE DIE, des daegs. DE NOCTE, des naghts. ET MULTA NOCTE, laet in de naght.

MUlta *nocte, ad multam noctem, de nocte, noctu, de die,* frequenti eſt in uſu hic dicendi modus apud bonos autores.

Terent. in Adelphis 5, 9. *Apparare de die convivium.*

Catullus carm. 48. *Vos convivia lauta, ſumptuoſa de die facitis.*

Horatius 2 Sat. 8.

De medio potare die.

Cicero ad Atticum:

Cum ſe ille. 7. die veniſſe à freto, & noctu ſe introiſſe dixiſſet.

Terentius in Adelphis: *Imo de nocte cenſeo.*

Sed & *multus*, plurimum candoris adferre poteſt orationi: unde Cice: de Oratore lib. 2. *Nam qui inconcinnus aut multus eſt, is ineptus eſſe dicitur.*

Cicero Quinto fratri 1, 14. *Celerius quam ſi de nocte vigilaſſent, perveniunt.*

Idem Attico: *In Comitium Milo de nocte venit.*

Eidem: *Cum cœnanti mihi nunciaſſet Sextius ſe de nocte proficiſci.*

Cæſar in commen: *De media nocte miſſus equitatus.*

Ibidem: *Reliquas de media nocte proficiſci jubet.*

Horat. 1. Ep. 2.

Ut jugulent homines ſurgunt de nocte latrones.

Idem 1. Sat. 3.

Unde uxor media currit de nocte vocata.

Cicero Quinto fratri 2, 8. *Multa nocte cum Vibulio veni ad Pompeium.*

Idem Attico: *Multa de nocte profectum eſſe ad Cæſarem.*

Idem pro P. Sextio, *Cum forum, comitium, curiam, multa de nocte armatis hominibus, ac ſervis pleriſque occupaviſſent.*

MIHI AQUA HÆRET, Ick kan niet voortkomen.

MIhi *aqua hæret*, modus loquendi, vel proverbium potius, *difficultatem ſignificat contra*

contra morem in re facili adhiberi. Cum enim aqua fluere, & labi ſoleat, hærere contra ſuam naturam dicitur, id eſt rem difficilem fieri, quæ facilis potius eſſet.

Cicero ad Atticum: *Mihi aqua hæret.*

Idem Quinto fratri: *In hac cauſa mihi aqua hæret.*

Idem de Officiis: *Dicit ille quidem multa multis locis, ſed aqua hæret, ut ajunt.*

EXECRANDI MODUS, MALAM PESTEM ILLI dat het hem qualijck gae.

Modus execrandi aut imprecandi antiquus, non eſt prætermittendus.

Cic. in Antonium: *Igitur eſt patronus L. Antonius, malam quidem illi peſtem, clamori enim veſtro aſſentior.*

MERITO TE AMO, MERITO TUO, nae verdienſte.

M*Erito te amo, immerito* me odiſti, *merito tuo* hoc tibi dono, *immerito tuo* tibi iraſcor, & quandoque etiam *merito tuo* te odi, & *nullo merito*, modus eſt frequentiſſime à bonis illis uſurpatus.

Plautus in Aſinaria 2, 4. *Nemo me accuſavit merito meo.*

Idem in Aulularia 2, 2. *Quem ſenecta ætate ludos facias haud merito meo.*

Cic. pro P. Sextio: *C. Cæſar, qui a me nullo merito alienus eſſe debebat, inimiciſſimus eſſe meæ ſaluti ab eodem quotidianis concionibus dicebatur.*

Ti. Livius de bello Macedonico: *Frater me accuſat, nullo meo in ſe merito.*

Plautus in Aſinaria: *Aedepol pater merito tuo facere poſſum.*

Ibidem 1, 3. *Cur tu, obſecro, immerito meo me morti dedere optas*

Idem in Caſina 5, 2. *Immerito meo mihi hoc facis.*

Titus Livius de bello Macedonico: *Indigne ſibi, nec ullo ſuo merito inſultatum ab omnibus eſſe.*

Plautus in Ciſtellaria 1, 1. *Merito veſtro amo vos.*

Idem in Aſinaria 3, 3. *Jube advenire quæſo, meritiſſimo ejus, quæ volet faciemus.*

MITTERE SANGUINEM, ader laeten.

M*Ittere ſanguinem, id* eſt quod jam paſſim vulgo omnes fere, *extrahere ſanguinem* dicunt, vel Græcanico verbo Flebotomare.

Cicero Attico 1, 14. *Miſſus eſt ſanguis invidiæ ſine dolore.*

Eidem: *Sic Appius provinciam curaverit, ſanguinem miſerit: quicquid potuit detraxerit.*

Cornelius Celſus l. 2. c 10. *Sanguinem inciſa vena mitti novum non eſt, ſed nullum morbum eſſe, in quo non mittatur, novum eſt.*

Idem: *Mitti junioribus, & fœminis uterum non gerentibus vetus eſt.*

Ibidem: *Sed ut aliquando primo die ſanguinem mittere neceſſe eſt.*

Ibidem: *Mitti vero is debet, ſi totius corporis cauſa fit ex brachio.*

Ibidem l. 2. c 10. *Mittere autem ſanguinem cum ſit expeditiſſimum uſum habenti, tamen ignaro difficillimum eſt.*

POST HOMINUM MEMORIAM, by menſchen gedencken. POST HOMINES NATOS, van den aenbeginne der werelt. NOSTRA MEMORIA, by onſen tyd. PATRUM MEMORIA, by de tyd onſer vaderen.

QUod plerique omiſſo antiquo loquendi modo, *Ab hominum recordatione, Noſtro tempore, patrum tempore dicunt*: Veteres illi, *poſt hominum memoriam, poſt homines natos, noſtra memoria, patrum memoria* dicebant.

Cicero in Piſonem: *Inſtant poſt hominum memoriam paratiſſimi magnificentiſſimique ludi.*

Idem in Verrem: *Quod nemo unquam poſt hominum memoriam fecit.*

Ibidem: *Nemo unquam poſt hominum memoriam paratior, vigilantior, copioſior.*

Ibidem: *Ut ego hunc unum ejuſmodi reum*

poſt hominum memoriam fuiſſe arbitrer, cui damnari expediret

Idem qua Senatui gratias agit poſt reditum ſuum: *Qui me duo ſceleratiſſimi poſt hominum memoriam non Conſules, ſed latrones, non modo deſeruerunt in cauſa præſertim publica, & conſulari, ſed prodiderunt.*

Idem ad Pontifices pro domo ſua: *Quid homini poſt homines natos turpiſſimo?*

Ibidem: *Sed erat res poſt homines natos pulcherrima.*

Ibidem: *Grave crimen eſt hoc, & vehemens & poſt hominum memoriam, judiciaque de pecuniis repetundis conſtituta graviſſima.*

Idem Planco: *Nihil poſt hominum memoriam glorioſius.*

Idem pro eodem: *Conſules poſt hominum memoriam teterrimi, atque turpiſſimi.*

Idem in Catilinam: *In hoc autem uno poſt hominum memoriam maximo crudeliſſimoque bello.*

Idem de optimo genere oratorum: *Optimis longe poſt homines natos.*

Idem in Antonium: *Duo teterrima, & ſpurciſſima capita poſt homines natos, Dolabella, & Antonius.*

Idem pro Milone: *Unius poſt homines natos fortiſſimi viri.*

Idem in Bruto: *Longe autem poſt natos homines improbiſſimus Caius Servilius Glaucia.*

Idem in Vatinium teſtem: *In omni memoria inauditum.*

Idem pro P. Sextio: *Ne huic tantæ multitudini, quanta mea memoria nunquam ullo in judicio fuerit, deero.*

Varro de re ruſtica: *Sed ipſe noſtra memoria.*

Cicero de divinatione: *Memoria noſtra templum Junonis ſoſpitæ*

Idem in Vatinium teſtem: *Magnificentiſſime poſt hominum memoriam conſulem factum.*

Idem de Oratore: *De ſenatu juſſit educi, quod eum civem negaret eſſe, quia memoriæ ſic proditum eſſet, quem pater ſuus, aut populus vendidiſſet, aut pater patratus dedidiſſet, ei nullum eſſe poſtliminium.*

Salluſtius in Catilina c. 53. *Sed mea memoria, ingenti virtute, diverſis moribus fuere viri duo, M. Cato, & C. Cæſar.*

Cicero pro Cor. Balbo: *Multi etiam ſuperiori memoria cives Romani ſua voluntate indemnati & incolumes, ii rebus relictis, alias ſe in civitates contulerunt.*

Idem pro Rabirio Perduellione: *Poſt hominum memoriam rem nullam majorem.*

Idem pro lege Manilia c. 62. *Quæ in omnibus hominibus nova poſt hominum memoriam conſtituta ſunt.*

Idem in Catilinam: *Bellum inteſtinum ac domeſticum poſt hominum memoriam crudeliſſimum & maximum.*

MEIS VERBIS, uyt mijne naem, van mijnent wegen.

Dicito illi ſalutem *meis verbis*, modus eſt dicendi, quo etiam nunc dicitur, *Ex parte mea* illum ſalutabis. Itidem voca illum meis verbis & pro parte mea.

Plautus in Amphitruone 3, 3. *Voca meis verbis.*

In Mercatore 4. 4. *Rogato meum patrem meis verbis.*

Terent: in Hecyra 4, 4. *Hunc evoca meis verbis.*

Cicero pro M. Marcello: *Gratum mihi feceris, ſi uxori tuæ Juniæ, graviſſimæ atque optimæ fœminæ meis verbis eris gratulatus.*

Idem Vatinio: *Locutus ſum, ut ei meis verbis diceret.*

Plautus in Amphitruone 4, 3. *Hunc tuis verbis voco.*

In Bacchidibus 4, 4. *Scribe ſalutem tuo patri verbis meis.*

Cic: Treb: *Salutem mihi tuis verbis nunciaverat*

Plautus in Milite 4, 4. *Matris verbis Philocomaſium accerſito.*

Curius Cic: *Tironem meum ſaluta noſtris verbis.*

Cicero Attico: *Epiſtolam meam juſſerunt dari Dolabellæ: Veſtorius ad me ſcripſit, ut juberem mancipio dari ſervo ſuo pro mea parte.*

T: L: ab urbe condita: *Qui quererent Senatus verbis*

Ibidem: *Qui juberent Conſulum verbis in proximos montes fugere.* Ibid: *Nunciarent Senatus verbis.*

Ibid: *Denunciaverunt Senatus verbis.*

Idem de bello Macedonico: *Abi, nuncia meis verbis, bello abſiſtat.*

MO-

MODUS AGRI, een ſtuck Lants.

Modus agri, ut in optimis libris reperti, *certa definitio, ſeu menſura agri*, qua quot jugerum eſſet, intelligi poſſet.

Plautus in Aulular. prolog. *Agri reliquit illi non magnum modum.*

Cic: Attico: *Etſi nihil ſcripſit, niſi de modo agri*

Horatius in Sermonibus, 2 Sat. 6.

Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus.

Paulus de contrahenda emtione, lege. Qui fundum: *Cùm ipſe emtori ſuo admetiretur, multò minorem modum agri, quàm putaverat, invenit.*

Ibidem: *Et domino renunciaret, quanto modus agri minor ſit.*

Ibidem: *Et idcò modo agri renunciet, & ſi in diebus triginta renunciaſſet minorem modum agri eſſe, quamvis multis poſt annis poſſe eum, qui minoris modus agri fuiſſet, repetere.*

Titus Livius ab urbe condita: *Ne cui major quàm quinquaginta jugerum agri modus eſſet.*

MAGNUS, NUMERUS, een groote menigte of overvloedt.

Magnum numerum frumenti, vini, olei, veteres illi dicebant: quem modum loquendi multi invertentes, *magnam quantitatem vel copiam paſſim dicunt.*

Cicero pro Flanco: *Frumenti in ſumma caritate maximum numerum miſeram.*

Idem in Ver: *Dico magnum numerum frumenti.*

Ibidem: *Cujus judicii metu magnus à multis frumenti numerus ablatus.*

Ibid: *Frumenti tantus numerus imperio tuo datur, & cogitur.*

Ibid: *Atque ego nunc cum frumenti numerum, & eas publicè pecunias Decumanis ab Herbitenſibus datas eſſe dico.*

Ibidem: *Intellexiſtis innumerabilem frumenti numerum per triennium averſum à Republica eſſe.*

Idem de Officiis: *Si exempli gratia, vir bonus ab Alexandria profectus, Rhodum magnum frumenti numerum adduxerit.*

Idem pro Fonteio: *Maximum frumenti numerum ad Hiſpanienſe bellum tolerandum imperavit.*

Cæſar in Comment. *Frumenti magnum numerum coegit*

Hircius in Commentariis: *Non poterant magnum numerum frumenti comparare.*

Ibidem: *Scipio magnum frumenti numerum habuerat.*

Ibidem: *Certo numero frumenti mulctat.*

Ibid. *Magno numero frumenti onuſtos recipit in caſtra.*

Ibid. *Magno inventi numero hordei, olei, vini, fici, pauco tritici.*

NUMERUS VINI, een menigte wijns.

Cicero in Antonium: *Maximus vini numerus fuit, per magnum optimi pondus argenti.*

Ulpianus de tritico, vino, & oleo, l. Si quis vinum: *Si modò vini numero à teſtatore non ſunt habita.*

Et ſubdit: *Cætera, quæ pro hominum adjectione atque uſu, numero vini habebuntur.*

Et ſubdit: *Quod vini numero paterfamilias habuit.*

MISSUM FACERE, vry of los laten, laten varen.

Miſſum facere, eſt deponere, ac etiam à noſtro conſortio, familiaritate, poteſtate, arbitrio, dimittere. Multi *barbarè* dicunt, *dare licentiam, vel licentiare.*

Cæſar Oppio. *Cn Magnum Pompeii præfectum deprehendi, ſed & meo inſtituto uſus ſum, & eum ſtatim miſſum feci.*

Cicero in Ver. *Deinde alii quæſtus inſtituuntur ex uno genere navali judices, quàm multi accipere à civitatibus pecunias, ne nautas darent, pretio certo miſſos facere nautas, miſſorum omne ſtipendium lucrari.*

Et ſubdit: *Certo precio ſexcentos nummos nautarum miſſione conſtituere.*

Ibid. *Ut illud miſſum faciam.*

Terentius in Hecyr. 5, 2. *Miſſam iram faciet.*

Varro de re Ruſt. 3, 7. *Columbas redire ſolere ad locum licet animadvertere, quod multi in theatro è ſinu miſſas faciunt.*

MODICE, Middelmatigh.

Modicè adverbium, non ſemper à pauco (ut vulgò credunt) ſed à modo quandoque deducitur, ut *modeſtiam deſignet*, quæ inter parum & nimium verſatur, non paucitatem.

Varro de re ruſt. *Furfures objiciuntur modicè, ne parum aut nimium ſaturentur.*

Ibidem: *Cùm aër eſt modicè temperatus.*

Ibidem: *Modica centuria ea ducentorum jugerum.*

Plautus in Perſa 3, 1. *Modicè & modeſtè eſt melius vitam vivere.*

Cicero pro P. Sylla: *Quanquam à me timidè modiceque dicetur.*

Idem contra Rullum: *Quare dignus veſtro ſummo honore, ſingularique judicio ſim, ipſe modicè dicam.*

Idem ad Atticum: *Modicè & infrà modum.*

Idem Tironi: *Nos agemus omnia modicè.*

Titus Livius de bello Punico: *De ſe pauca ac modicè locutus eſt.*

Ibidem: *Libertatem nec ſpernere modicè, nec habere ſciunt.*

Idem de bello Macedonico: *Libertate modicè utantur, temperatam eam ſalubrem eſſe.*

Ibidem: *Immodicè immodeſteque.*

Ibidem: *Hac poteſtate immodicè, ac ſuperbè Achai uſi ſunt.*

MODICUM, weynigh.

Aliquando tamen dicitur à bonis illis auctoribus, & *modicum*, & *modicè*, pro parū & pro *pauco*

Plautus in Milite: *Modicè ſapis.*

Cicero Attico 2, 19. *Minæ Clodii, contentioneſque quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt.*

Eidem: *Sed ut modicè cæteris utile eſt, tibi neceſſe eſt.*

Eidem: *Sed ea res modicè me tangit.*

Titus Livius de bello Macedon. *Comparaverat & Tyrannus modicam claſſem.*

Ib. *Ut modico edito prælio in fugam inclinarent.*

Ibidem: *Refecti cibo ſumto & modica quiete.*

MOVET ME, Ik ſtoorder my aen. NON ME IMPEDIT, Ick ſtoorder my niet aen.

Movet me, non me movet, non me impedit, elegāti modo loquēdi ponitur ab antiquis Cicero pro lege Manilia c. 58. *Neque impediet cujuſque Quirites inimicum edictum.*

Papinianus de condictione furtiva, l. Parvi refert: *Nec me movet, præſens homo fuerit necne.*

Cajus de damno infecto, l. ſi ædibus: *Sed movet me, quòd ipſe meas ædes reficere poſſim.*

MORE MAJORUM, gelyk onſe voor ouders. IN MOREM, gelyk.

More belluæ, more majorum, & in morem, dicebant addito quandoque genitivo: aliqui ineptè, *modo* & *in modum* dicunt.

Virgilius Georg. 1.

Perque duas in morem fluminis arctos.

Ovidius in arte M. v. 62.

Eunt anni more fluentis aquæ.

NEMO, niemandt.

Cum, ut ſæpè jam dixi, nihil aliud ſit perfecta Latinitas, quàm perfectorum illorum virorum autoritas, qua certo dicendi modo tanquam ſuo jure & pro arbitrio uſi ſunt: conſiderare atque obſervare maximè decet, quid, & quo modo dixerint: Nemo quiſquam, nemo homo, non nemo, nemo unus, nemo unus vir, quiſquam unus, quivis unus, quiſquam omnium, alter quiſquam, unus aliquis. Quod rari poſt eos curaverunt: quare eorum vel ſcripta, vel dicta merito laude carent.

NEMO QUISQUAM, niemant, NEMO HOMO, NEC HOMO QUISQUAM, niet een menſch.

Terentius in Eunucho: *O populares, ecquis vivit me hodie fortunatior? nemo hercle quiſquam.*

Idem in Hecyra: *Nemo quiſquam illorum ad te venit, quin ita paret ſeſe.*

Idem in Eunucho 3, 4. *Nemo homo eſt jam.*

Titus Livius ab urbe condita: *Victoria cui nec Deus, nec homo quiſquam invideat.*

NON NEMO, ymant.

Varro de re ruſtica 2, 11. *Tonſas recentes eodem die perungunt vino & oleo, non nemo admixta cera alba, & adipe ſuillo.*

Cicero

Cicero pro L. Murena: *Non nemo etiam in illo ſacrario Reipublicæ, in ipſa inquam curia non nemo hoſtis eſt.*

Idem pro Publio Sextio: *Vel ut non nemo putaret.*

Idem pro lege Manilia c. 61. *Cùm eſſet non nemo in Senatu qui diceret non oportere.*

Idem pro L. Cornelio Balbo: *Ut non nemo putaret.*

Idem in Verrem: *Nam quòd fortaſſe non nemo veſtrû audierit iſtum à Syracuſanis publicè laudari.*

Hircius in commentariis: *Non nemo culpæ ejus, imprudentiæque adſignabat.*

NEMO UNUS, geen een eenige. NEMO UNUS VIR, geen een eenigh man.

Cæſar in Comment. *Ad neminem unum ſumma imperii.*

Titus Livius ab urbe condita: *Quia nemo unus ſatis dignus regno viſus eſt.*

Ibidem: *Neminem unum eſſe, cujus opera puret Rempublicam reſtitutam.*

Ibidem: *Ut nemo unus inde præcipuum quid quam gloriæ domum referret.*

Ibidem: *Haud dubiè illa ætate, qua nulla vir tutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo magis innixa res Romana ſtaret.*

QUIVIS UNUS, een yder. QUISQUAM UNUS, ymant. QUISQUAM OMNIUM, ymand van alle.

Cicero in Bruto: *Quantum non quivis unus è populo, ſed æſtimator doctus & intelligens poſſet.*

Titus Livius ab urbe condita: *Ne quiſquam unus malis artibus poſtea tam popularis eſſet.*

Ibidem: *Quia nondum in quenquam unum ſæviebatur.*

Ibidem: *Cùm multi magis fremerent, quàm quiſquam unus recuſare auderet.*

Ibidem: *Solertiùs quàm quivis unus ex iis, quos nominavi, caſtris locum caperet.*

Idem de bello Macedonico: *Non modò quenquam unum elicuit ad ſuadendum, ſed ne fremitum quidem movit.*

Ibidem: *Ne quem unum relinquerent.*

Cicero in Verr. *An hoc dubitavit quiſquam omnium, quin is venalem in Sicilia juriſdictionem habuerit?*

ALTER QUISQUAM, een ander, wie hy zy.

Plautus in Aſinaria 2, 4. *Neque me Athenis eſt alter hodie quiſquam, cui credi rectè æque putant.*

UNUS ALIQUIS, een ſekere.

Unus aliquis, vulgari propemodum ſermone Romæ etiam nunc dicitur, qui modus loquendi magis apud vulgum, quàm apud eruditos remanſit.

Cicero in Antonium: *Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, quod unus aliquis tum ſententiam ſecutus ſit?*

Idem 2. de finibus bonorum & malorum: *Utilitati hominum plus quàm unius alicujus aut ſuæ conſulit.*

Idem pro Cluentio: *Unum aliquem nominare.*

Idem de provinciis Conſularibus: *Tanquam unum aliquem portum tutum & clauſum teneri.*

Cajus: Si quis omiſſa, l. Cùm hæreditas: *Cùm ab eo quoque peti poſſet, qui unam aliquam rem hæreditario nomine poſſideat.*

NEGATIO, METUO NE NON, Ik vrees of ſorg dat niet.

Frequenter etiam veteres illi autores duas negativas clauſulas ſimul ponunt, & plerumque cum verbis Vereor, aut Timeo, aut Metuo conjungunt. Quem dicendi modum nulli poſt minores conſideraverunt, aut (quod certè liquidò conſtat) in ſuis ſcriptis rarò uſurpaverunt.

Plautus in Perſa 4, 6. *Ne non ſat eſſes leno, id metuebas miſer.*

Idem in Caſina 3. 3. *Metuo ne non ſit ſurda.*

Terentius in Adelphis 2, 2. *Metuiſti hominum homo ſtultiſſime, ne non tibi iſtuc fœneraret.*

Idem in Phormione 5, 8. *An verebamini, ne non id facerim, quod recepiſſem ſemel?*

Cicero Attico: *Vereor ne non liceat.*

Eidem: *Timeo, ne non impetrem.*

Eidem: *Vereor ne exeundi poteſtas non ſit.*

Eidem; *Veretur enim, ne non liceat tenere hæredi-*

hæreditatem.

Idem pro Sexto Roſcio Amerino: *Vereor ne non ille ſolus (id quod ad me nihil attinet) ſed alii quoque plures læſos ſe eſſe putent.*

Idem in Tuſculanis: *Vereor, ne non tam virtutis fiducia utendum nobis ad ſpem beatè vivendi, quam vota faciendi videantur.*

Idem in Philippicis: *Sed unam rem vereor ne non probes.*

Ibidem: *An verebare, ne non putaremus naturâ te potuiſſe tam improbum evadere, niſi acceſſiſſet etiam diſciplina?*

Idem pro lege Agraria: *Pertimeſcam credo, ne mihi non liceat contra vos in concione conſiſtere?*

Idem Curioni: *Non enim vereor, ne non ſcribendo te expleam.*

Ibidem: *Non quo verear, ne virtus tua opinioni hominum non reſpondeat.*

Idem pro T. Annio Milone: *Quanquam præſidiis ſalutarib. & neceſſariis ſepti ſumus, tamen ne non timeri ſine aliquo timore poſſimus.*

Ibidem: *Cur igitur hos manumiſit? metuebat ſcilicet ne judicaretur, ne dolorem perferre non poſſet.*

Idem pro M. Cælio: *An timebant, ne tot unum valentes imbecillum, alacres perterritum ſuperare non poſſent?*

Idem in Verrem: *Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio judici non probem.*

Idem in Catilin. *Si te jam Catilina comprehendi, ſi interfici juſſero, credo verendum erit mihi, ne non potiùs hic omnes boni ſeriùs à me, quàm quiſquam crudeliùs factum eſſe dicant.*

Horatius 1, Ep. 17.

Sedit qui timuit, ne non ſuccederet.

Ovidius in Ponto 1, 6.

An verear, ne non approbet illa Getes?

Titus Livius bello Macedonico: *Metues ne dilationem res non paterentur.*

Ulpianus de jure dotium, l. Si ergo: *Vereor ne non poſſint domini ejus effici.*

Marcianus eodem titulo, l. Si mulier. *Vereor, ne non ſit obligata.*

Idem de re militari, l. Officium. *Vereor tamen ſi quidquam promiſero, quod in uſum meum aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur.*

Paulus de adquirendo rerum dominio, l. Bonæ fidei: *Verendum, ne non ſit bonæ fidei poſſeſſor.*

NE NON, Simpliciter poſita, ſine verbo Metuo, Vereor, Timeo, dat niet.

Cicero Attico 8, 19. *Sed diligentiùs eſt nobis videndum, ne diſtracti pares eſſe adverſario non poſſimus.*

Idem pro Cn. Plancio: *Hæc mihi ſunt tractanda judices & modicè, ne quid ipſe offendam cœtum: denique cùm reſpondero criminibus, ne non tam innocentia reus ſua quam recordatione meorum temporum defenſus eſſe videatur.*

Idem de Oratore: *Neque eſſe periculum, qui leonem, aut taurum pungas egregrie, ne idem in multis aliis quadrupedibus facere non poſſit.*

Idem de Fato: *Vide ne non eadem ſit illorum cauſſa & Stoicorum.*

Idem M. Marcello: *Si iſta vita tibi commodior eſſe videatur, cogitandum tamen, ne tutior non ſit.*

Ovidius de Arte 3, v. 610.

Ne tanti noctes non putet eſſe tuas.

Idem de Ponto, 1, 1. 65.

Mors faciet certè ne ſim, cum venerit exul:
Ne non peccarim, mors quoque non faciet.

Idem in Epiſtol. 8, v. 5.

Quod potui renui, ne non invita tenerer.

Ulpianus de receptis arbitris, l. idem: *Videndum eſt, ne non ſit compromiſſum.*

Paulus de ſtatu liberis lege, Cùm hæres: *Rectè putant liberum fore, ne multi ad libertatem pervenire non poſſint*

NULLO NEGOTIO, ſonder moeyte.

Nullo negocio, hoc modo dicendi id ſignificatur, ac ſi diceremus, *ſine difficultate.*

Cicero Attico 10, 17. *Cato Siciliam tenere nullo negotio potuit*

Eidem: *Cùm id nullo negocio facere poſſis.*

Idem pro Roſcio: *Quare hoc tu propter multitudinem ſicariorum nullo negotio facere potuiſti?*

NON

NON IRES, pro IRE NON DEBERES, gy ſoud niet mogen gaen.

Notandus & hic dicendi modus, *Non ires, non redderes*, pro quo ineptè dicitur, *ire non deberes, reddere non deberes.*

Plautus in Trinummo 1, 1. *Non ego illi argentum redderem, reſpondetur: neque de illo quidquam neque emeres, neque venderes.*

NE PLURA, NE MULTIS, NE LONGA FACIAM, op dat ick het niet te lang en maken.

Ne plura, ne multis, ne longum faciam, quid multis; modus loquendi, ac ſi dicas: *Ne dicam plura, ne multis te teneam, quid multis opus eſt?* ſed elegantius illa, & brevius.

Cicero pro Cluentio: *Ne multa. perquiritur à coactoribus: ea invenitur ſerrula ad Stratonem perveniſſe.*

Idem Caio Memmio: *Si peccat, magis ineptiis quam improbitate peccat, ſed ne plura.*

Idem pro Cluent. *Ne multis: Diogenes emitur.*

Idem Attico: *Ne multa, nihil me in illo itinere præter conſcientiam meam delectavit.*

Idem in Verrem: *Ne multa, locuturum ſe eſſe confirmat.*

ibid. *Ne multa, Seſtertia decem me, inquit, dixi daturum.*

Ibidem: *Undique reclamatur, ne multa iterum, iſte aliquanto poſt ad illos venit.*

Ibid. *Ne multa, judices, libertate, quam vos ſociis dediſtis, hac ille in acerbiſſimo ſupplicio miſerrimæ ſervitutis abuſus eſt.*

Ibid. *Ne multa ipſum dicere adoleſcentem audiſtis.*

Ibid. 5. *Ne multa, judices, iis contumeliis ſcitote Quintum Lollium ad Apronii leges conditio nemque veniſſe.*

Idem pro Cluentio: *Et ne longum ſit, omnium vicinorum ſummam eſſe in hunc benevolentiam confirmamus.*

Horatius 1. Sat. 3.

Ne longum faciam.

NIHIL AD PERSIUM, niet te vergelijken met Perſius.

Nihil ad Perſium, modus hic dicendi multis in locis reperitur illo profecto ſeculo uſitatus: Id enim eſt, ac ſi dicamus: Nihil ad comparationem Perſii, aut, *non eſt id cum Perſio comparandum:*

Terentius in Eunucho 2, 3. *At nihil ad noſtram.*

Cicero de Oratore: *Quem cognovimus virum bonum, & non illiteratum; ſed nihil ad Perſium.*

NUNQUID ROMAM VELIS? &c. of gy na Romen wilde.

Nunquid Romam velis? Nunquid me vis? modus eſt loquendi apud veteres, quem modum ſequentia ſecula omnino prætermiſerunt. Nos autem, apud quos ferè Latinus ſermo revixit, nondum ad hos floſculos manus admovimus. At ſpero fore brevi, ut ad priſcum candòrem quàm proximè accedatur.

Plautus in Aulularia 2, 2. *Ibo igitur, parabo, nunquid vis?*

Idem in Trinummo 1, 2. *Nunquid vis? Reſpondetur: Cures tuam fidem*

Terentius in Eunucho: *Rogo nunquid velit: Rectè inquit.*

Idem in Adelphis: *Nunquid vis, quin abeam?*

Cicero Q. Ciceroni fratri: *Me adhuc nemo rogavit, nunquid in Sardiniam vellem: te puto ſæpè habere qui, nunquid Romam velis, quærant.*

Idem Attico 3. *Me expellens ſua villa nunquid vellem rogavit.*

Eidem: *Is me nec proficiſcentem Apameam proſecutus eſt, nec cùm poſteà in caſtra veniſſet, atque inde diſcederet, nunquid vellem, rogavit.*

T. Liv. ab urbe condit. *Frequentia proſequentium, rogantiumque nunquid vellet.*

NOCTU, des s'nachts. INTERDIU, des daegs.

Noctu, interdiu, quod ferè omiſſum eſt, & omnes dicunt, bonis alioqui verbis, *de nocte, in meridie.*

Cæſar in Comment. *Pompeius clam & noctu, Cæſar palam atque interdiu.*

Cato de re ruſtic. c. 83. *Marti Sylvano in*

 ſylva

ſylva interdiu in capita ſingula boum votum facito.

NEC CAPUT, NEC PEDES HABET, het heeft hooft nog ſtart.

NEc caput nec pedes habet, modo hoc loquendi vulgaris etiam nunc ſermo Romanus frequenter utitur, *cum res intricata & impedita eſt*, ut quò te vertas, neſcias.

Cicero Curioni 7, 31. *Propter res tuas ita contractas, ut quemadmodum ſcribis, nec caput, nec pedes, equidem vellem, uti pedes haberent, ut aliquando redires.*

NIHIL MIHI LONGIUS, niets is my moeyelijker. NIHIL PROPRIUS, niets was my nader, ick was by-nae &c. NIHIL POTIUS, ik heb niets meer verlangt.

NIhil mihi longius, nec quidquam mihi longius, nihil fuit propius, nihil fuit potius, modi ſunt loquendi maximè ediſcendi.

Plaut. in Milite: *Nihil fuit propius quàm ut perirem.*

Cicero pro Rabirio Poſthumo: *Nec mihi longius quidquam eſt, judices, quàm videre hominum vultus.*

Idem in Somnio Scipionis: *Nihil mihi fuit potius, quàm ut Maſiniſſam convenirem.*

NON IDEM TIBI ET MIHI, het is niet een en 't ſelfde voor u en my.

Notandum eſt & hoc non vulgare dicendi genus: Non idem tibi & mihi, quod multi multò aliter proferunt. Nemo enim non dicit: *Non idem tibi ſicut mihi, vel non idem tibi, quòd mihi.*

Varro de Lingua Latina: *Et de iis non eadem oratores & poetæ.*

Cicero de Fato: *Vide, ne non eadem ſit illorum cauſa & Stoicorum.*

Saluſtius in Catil. c. 58. *Non eadem nobis & illis neceſſitudo impendet.*

NON HABEO QUOD TE ACCUSEM, ick heb u niet te beſchuldigen.

Non habeo quo accuſem ſenectutem: Non habeo quòd te accuſem: nihil habeo quod defendam: certo modo loquendi illius temporis elegantiſſimè dicebatur. Minores hæc ut alia corruperunt.

Cic. de Sen. *Non habeo quod accuſem ſenectutem*

Idem in epiſtola ad Cælium: *Neque tamen adhuc habeo quod te accuſem.*

Idem pro T. Annio Milone: *Nihil ſane id proſit Miloni, qui hoc fato natus eſt, ut ne ſe quidem ſervare potuit, quin una Remp. vosque ſervaret: ſi id jure non poſſet, nihil habeo quod defendam.*

NEVE HOC, NEVE ILLUD, noch dit noch dat.

Neve hoc, neve illud, genus eſt dicendi perelegans: & ut eſt longo intervallo omiſſum, ita eſt veluti poſtliminio repetendum.

Cicero Lentul. 1, 9. *Peto à te, ut id à me, neve in hoc reo, neve in aliis requiras.*

Idem de Oratore: *Ut neve aſper eorum concurſus, neve hiulcus ſit.*

Ibidem: *Ut neve aſpere concurrant, neve vaſtius deducantur.*

NE VIVAM, &c. ik moet ſterven.

Ne vivam, ne valeam, ne ſim ſalvus, peream, diſperеam, moriar, malè mihi ſit: modi ſunt dicendi, cum quid adſeverare, & veluti quibuſdam precibus devovere, aut *ſacramento aliquo obteſtari contendimus.*

Cicero Attico 16, 13. *Ne ſim ſalvus, ſi aliter ſcribo, ac ſentio.*

Eidem 4. *Quid poteris, inquit, pro iis dicere, ne vivam ſi ſcio.*

Idem Caio F. Gallo: *Sed ne vivam, ſi tibi concedo, ut ejus rei tu cupidior ſis quàm ego ſim.*

Eidem: *Moriar, ſi quiſquam me tenet præter te.*

Eidem: *Malè mihi ſit, ſi unquam quidquam tam enitar.*

Idem Tironi: *Solicitat, ita vivam, me tua, mi Tiro, valetudo.*

Propertius 2, Eleg 20.

Diſpe-

Diſperéam, ſi quidquam aliud quam gloria de te

Quæritur. - - - -

NUNC ERAT.

Nunc erat, antiqui illi ſimul ponebant præſens cum præterito.

Ovidius in Epiſtola ad Ulyſſem:

Nunc erat auxiliis illa tuenda patri.

Horatius 1, od. 37. *Nunc Saliaribus ornare pulvinar deorum Tempus erat dapibus ſodales.*

Cicer. Attico 1. *Nunc reus erat apud Craſſum divitem Vectius de vi.*

Eidem 16, 3. *Brutus erat in Neſide etiam nunc.*

NOMEN FACERE, ſchulden maken.

Obſervavi item, quid ſit exigere, & facere nomen, & nomina defecta, non idonea. Viſumque eſt mihi nomen & nomina *quandoque pro debitoribus, quandoque pro ipſo debito, accipi:* Facere autem nomina, id eſſe quod debitores comparare, quod diverſis modis fiebat, pactis uſuris, vel promiſſis menſtruis, aut annuis fructibus. Pecunia enim, aut numerata ſervabatur in arca, aut emtis agris vel mercibus in nominibus collocabatur: ut infrà poſitæ autoritates melius declarabunt.

Cicero de Natura deorum: *Aut tu illum fructu fallas, aut per literas avertas aliquod nomen, aut per ſervulum percitias pavidum.*

Idem Attico: *Salaminios autem, hos enim poteram coercere, adduxi, ut totum nomen vellent Scaptio ſolvere.*

Idem pro L. Flacco: *Hermippoque percontanti de nomine Faſiano:*

Paulus de Pignoratitia actione, l. *Si convenitur: Ut nomen debitoris mei pignori tibi ſit, tuenda eſt à prætore hæc conventio: ut & te in exigenda pecunia, & debitor adverſus me ſi cum eo experiar, tueatur: ergo ſi id nomen pecuniarium fuerit, exactam pecuniam tecum compenſabis.*

Ulpianus de doli mali exceptione, l. Apud Celſum: *Quod ſi is, cui pecunia debebatur cum debitore decidit, & nomen ejus vendidit Sejo, cui debitor mandaverat, ut nomen emeret.*

Scævola de Legatis 3. l. *Nomen debitoris in hæc verba legavit: Titio hoc ampliùs dari volo centum aureos, quos mihi hæredes C. Seii debent, adverſus quos ei actionem mandari volo, eique eorundem pignora tradi. Quæro, utrum hæredes tantum decem dare debeant, an omne debitum, hoc eſt an uſuras, debeant mandare? Reſpondi, videri univerſam ejus nominis obligationem legatam.*

Hermogenianus de Emtionibus, l. Si plus. *Qui nomen quale fuit, vendidit, duntaxat, ut ſit, non ut exigi aliquid poſſit, & dolum præſtare cogitur.*

Cinna Furius Bibaculus de Catone: *Miraati ſumus unicum magiſtrum, ſummum Gramaticum, optimum Poetam, omnes ſolvere poſſe quæſtiones, unum difficilè expedire nomen.* V. Gonſal. Petr. p. 308.

FACERE NOMINA, ſchulden maken.

Cicero 3. de Officiis: *Hortos emit inſtructos, nomina facit, negotium conficit.*

Idem Fabio Gallo: *Tantum ex Arpinati veneram, cum mihi à te literæ redditæ ſunt, ab eodemque accepi Aniani literas, in quibus hoc inerat, liberaliſſimum nomina ſe facturum, cum veniſſet, qua ego vellem, die.*

Paulus de Peculio, l. Ex facto: *Planè ſi ex re pupilli nomina fecit, vel pecuniam in arca depoſuit, datur ei vindicatio nummorum.*

Pomponius de peculio, lege peculium: *Si verò domina ita fecerit dominus, ut quaſi debitorem ſe ſervo faceret, cùm debitor non eſſet, contrà puto.*

Scævola de Fideicommiſſariis libertatibus, lege, Thais: *Stichus Arcarius probante domino, nomina fecit, & rationes à domino ſcriptas exhibet, nec poſteà nomen ullum fecit.*

Idem de legatis, lege, Nomen debitoris: *Multos novos debitores amplaſſi pecuniarum fecit.*

Et ſubdit: *Quæſitum eſt, an huic filia, eorum nominum quæ ipſe fecit, perceptio permittenda eſſet.*

Papinianus de uſu & uſufructu, lege, Uxori: *Non idem ſervabitur in nominibus ab hærede factis.*

EXIGERE NOMINA, ſchulden inmanen.

Cicero in Verrem: *Ut reperiretur pecunias ſumſiſſe mutuas, nomina ſe exegiſſe.*

Paulus de uſuris, lege, Cajus: *Exigi ſolent etiamſi omnia nomina idonea ſint.*

NOMINA SIMPLICITER, ſchulden.

Cicero in Verrem: *Ille clamare, cùm caperetur, nihil ſe miſerum feciſſe, pecuniam ſibi eſſe in nominibus, numeratam in præſentia non habere*

Idem in Topicis: *Non ſi uxori vir legavit argentum omne quod ſuum eſſet, ideircò quæ in nominibus, fuere, legata ſunt. Multum enim differt, in arcâne poſitum ſit argentum, an in tabulis debeatur.*

Idem Attico: *Nomina mea per deos expedi.*

Horatius 1, Sat. 2. in ſermonibus: *Nomina ſectatur.*

Idem in Epiſtolis 2, ep. 1.

Cautos nominibus certis expendere nummos.

Ulpianus de rebus eorum, qui ſub tutela, l. Magis puto: *Quærere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus: quæ conveniri poſſint, vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum ſpe, atque obventionum.*

Papinianus de adminiſtratione & periculo, l. Tutor: *Sive curator nomina quæ juſtè putat non eſſe idonea.*

Idem eodem titulo, l. Tutores: *Nominum paternorum periculum, quæ poſt pubertatem adoleſcentis idonea fuerant, præſtare cogendi non erunt.*

Scævola de adminiſtratione & periculo, l. Qui negociationem: *Duo millia potuerint à ſubſtantia hæreditatis ſeparare, & in nomina collocare neglexerint.*

Idem de fundo inſtructo, l. Liberto: *Ex nominibus debitorum elegit idonea nomina.*

Africanus ad Senatuſconſultum Velleianum, l. Tutor: *Quod parum idonea nomina debitorum viderentur.*

Modeſtinus, Si certum petatur. *Periculum ad ejus, cujus culpa factum probari poteſt, pertinet.*

Scævola de ſtatu liberis, l. Sticho: *Argentarius coactor cùm penè totam fortunam in nominibus haberet.*

Idem de donationibus, l. Ad eum: *Peculium tuum omne quidquid habes, tam in nominibus, quam in rebus moventibus, ſive in numerato, me tibi concedere hac epiſtola mea manu ſcripta, notum tibi facio.*

Papinianus de adminiſtratione rerum, l. Imperatores: *Item reſcripſerunt, nominum, quæ deteriora facta ſunt tempore curatoris, periculum ad ipſum pertinere.*

OPERAM LUDERE, vergeefſe moeyten doen.

QUis neget eſſe modum loquendi, quo Latinitas tota contineatur? Nam quis eſſet, qui operam ludere, dicere auderet, niſi prius patres illi Latinæ eloquentiæ ſic dixiſſent? *Cum enim fruſtra aliquid fieri putabant*, operam ludimus, dicebant: quod imitatione maximè dignum eſt.

Plautus in Pſeudol. 1, 3. *In pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.*

Terentius in Phormione 2, 2. *In illis fructus eſt, in illis opera luditur.*

Plautus in Caſina 2, 7. *Si me nunc ſuſpendam, operam luſerim, & præter operam reſtim ſumtifecerim.*

OS, onbeſchaemtheyt, reuckeloosheyt, aengeſight.

OS, certo modo loquendi ab illis antiquis *pro audacia, & temeritate, quandoque pro conſpectu ponitur.*

Cicero in Orat. *Quod tamen os eſt illius patroni, qui ad eas cauſas, ſine ulla ſententia juris audet accedere?*

Idem 4. in Verrem: *Os hominis, inſignemque impudentiam cognoſcite.*

In Philipp. quinta: *Sed illud os, illam impuritatem.*

In Philippica undecima: *Audiſſet furentis introitum Dolabellæ, vocem impuram, atque illud os infame.*

Idem pro C. Rabirio poſthumo: *Quod habent os? quàm audaciam?*

Saluſtius in Jugurthino: *Incedunt per ora veſtra*

ſtra magnificè.

Cicero pro Cn. Planco: *Quæ cùm ita ſint, jam ſuccumbam Laterenſi iſti tuo ori nimio, in eo, in quo nihil poteſt eſſe nimium: quoniam ita tu vis, nimium me gratum eſſe concedam.*

OPERÆ, wercklüyden.

OPeræ in plurali, quod nuſquam ab aliis obſervatum reperiri, id eſſe videntur, quod ſectatores, adſeclæ, clientes. Quæ res quò judicari faciliùs queat, ut conſuevi, infrà, quæ collegi, locavi.

Cicero Quinto Fratri l. 2. ep. 3. *Cùm omnia maledicta, verſus etiam obſcœniſſimi in Clodium & Clodiam dicerentur: ille furens & exanguis interrogabat ſuos in clamore ipſo: quis eſſet qui plebem fame necaret? Reſpondebant operæ. Pompejus.*

Et ſubdit: *Factus eſt à noſtris impetus, fuga operarum.*

Et ſubdit: *Itaque ſe comparat, homines ex agris accerſit, operas autem ſuas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur.*

Eidem, l. 2. ep. 3. *Operæ Clodianæ clamorem ſuſtulerunt.*

Idem Attico: *Operæ comparantur.*

Eidem: *Operę Clodianę pontes occupârant.*

Eidem: *Qui erant mecum, facilè operas aditu prohibuerunt.*

Idem pro P. Sextio: *Erat enim mihi contentio, non cum victore exercitu, ſed cum operis conductis, & ad rapiendam urbem concitatis.*

Idem pro P. Sylla: *Contra patrem tuum operas & manum comparaſſe.*

Idem, qua Senatui gratias agit poſt reditum ſuum: *Cum iiſdem operis ſuffragium ferentibus.*

OBTINERE PROVINCIAM, Gouverneur van ſeeckere Provincie worden.

OBtinere Provinciam, modus dicendi, quo ſignificatur *habere provinciam ad tempus ad regendum*, ut Proconſul, aut Prætor, vel, ut Quæſtor, aut pro alio magiſtratu.

Cicero in Verrem: *Jam antea in ſella ſedens Prętor cum provinciam Siciliam obtineret.*

In eundem: *Sic obtinui Quęſturam in provincia, ut omnium oculos in me unum conjectos arbitrarer.*

Idem pro L. Flacco: *Cùm Aſiam provinciam conſulari imperio obtineres.*

Idem pro Q. Ligario: *Interim P. Actius Varus; qui Prętor Aſiam obtinuerat, Uticam venit.*

Idem in Vatinium teſtem: *Cum Quęſtor Macedoniam obtinebat.*

Idem pro M. Cælio: *Africam tum Prętor ille obtinebat.*

Lentulus Ciceroni: *Et mihi dent negocium, ut Aſiam obtineam.*

Titus Livius ab urbe condita: *Galliam provinciam obtinere.*

Obtingere autem provinciam eſt, cùm ſortitò provincia regenda alicui committebatur.

Cicero in Verrem: *Quęſtor ex Senatuſconſulto provinciam ſortitus es, obtigit tibi conſularis.*

Idem Attic. *Aſiam Quinto ſuaviſſimo fratri obtigiſſe audiſti.*

OB, voor.

EVelli ex intimis latebris, modò conjunctionis, modò præpoſitionis particulæ Ob, candidiſſimum ſenſum; non enim vulgatum illum, aut palàm poſitum, quod propter ſignificat, verùm id, quod *circum*, vel *ante*, aut *contra* oſtendat, atque ita ante, ut ſermoni interponatur velut obex quidam, & interjaceat: ut obſidere urbem, id eſt, circumſedere.

Plautus in Milit. 2, 4. *Nunc demum experior ob oculos caliginem priùs mihi obtigiſſe.*

Ibidem 5, 1. *Nam ille, qui lanam ob oculum habebat, nauta non erat.*

Idem in Merc. 5, 2. *Irata eſt, quia ſcortum ob oculos adduxerat.*

Cicero pro P. Sextio: *Aut ego illas res tantas, in tanta improborum multitudine cum gerebam, non mihi mors, non exilium ob oculos verſabantur?*

Idem de Finibus bonorum & malorum: *Cujus incola Sophocles ob oculos verſabatur.*

Titus Livius ab urbe condita: *Fœda mors ob oculos erat.*

Ibid. *Ut mors ob oculos omnium eſſet.*

Virgilius Æneid. 1.

Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.

Plautus in Aulularia 2, 4.

Dum it dormitum, follem obſtringit ob gulam.

PROVINCIAM OBIRE, een Provincie om gaen. OBIRE FUNDOS, de Hoff ſtede om gaen. OBIRE SACRA, op het Feeſt verſchijnen.

Cicero in Verrem: *Ego Siciliam totam quinquaginta diebus ſic obii.*

Idem de Orat. *Judicia privata magnarum rerum obire.*

Ibidem: *Cui noſtrum non licet fundos noſtros obire?*

Virgilius Æn: 8.

Dicunt exortem Æneæ, quem fulva leonis
Pellis obit totum.

Cic. in Ver. *Nam æſtate ſumma, quo tempore cæteri Prætores provinciam obire & concurſare conſueverunt.*

Ibidem: *Cùm verò æſtas ſumma eſſe jam cœperat, quod tempus omnes jam ſemper Siciliæ Prætores in itineribus conſumere conſueverunt, propterea quòd tum putant obeundam eſſe maximè provinciam, cum in area frumenta ſunt.*

Idem pro lege Manil. c. 53. *Cùm ita clauſa erant nobis omnia maria, ut neque privatam rem maritimam neque publicam jam obire poſſemus.*

Tit. Livius ab urbe condita: *Quanquam ipſe plurima ſacra obibat.*

Ibidem: *Munus vigiliarum obibant.*

Ibidem: *Quia duo Conſules obire tot ſimul bella nequirent.*

Ibidem: *Ne ad omnia ſimul adire & obire unus non poſſit.*

Ibidem: *Haut gravatè munia obeundo.*

Cicero de Amicitia: *Qui diligentiſſimè ſemper illum diem illudque munus ſolitus es obire.*

Pro lege Agraria: *Qui rerum privatarum cauſa legationes liberas obeunt.*

Ibidem: *Hereditatum obeundarum cauſa.*

Virgilius Æn. 6.

. . . . Magnas obeuntia terras
Tot maria intravi.

Cæſar in Comment. *Omnia per ſe obire, & quid quoquo loco faciendum eſſet, providere non poſſet.*

De particula OB pro CONTRA, tegen.

Plautus in Sticho 2, 2. *Tranquillam viam concinna. Si rex obſtabit, regem pervertito ipſum.*

Ibidem 4, 1. *Si tibi nulla ægritudo eſt animo obviam.*

OFFENDERE, aenſtoten, tegens ſtoten.

Offendere, interdum idem eſt, quod *incurrere:* Unde offenſiones pedum, quas Auguſtus Cæſar, ut dirum & mali ominis, abhorrebat.

Plautus in Curcul 2, 3. *Ne quem in curſu capite, aut cubito, aut pectore offendam aut genu.*

Cicero Marco Varroni 9, 2. *Quis eſt tam Lynceus, qui tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat?*

Idem Lentulo: *Si cecidiſſet, ut volumus, & optamus, omnes te ſapienter, & fortiter: ſin aliquid eſſet offenſum, eoſdem illos & cupidè, & temerè feciſſe dicturos.*

Idem in Ver. *Si tantulum offenſum, titubatumque ſit.*

Ovidius in Epiſtolis.

Cùm foribus velles ad Trojam exire paternis,
Pes tuus offenſus limine ſigna dedit.

Idem de Faſtis:

Creditur offenſo procubuiſſe pede.

Tibullus 1, 7.

Te canit agricola è magna cùm veneris urbe,
Servus inoffenſum retuleritque pedem.

Idem Tibullus, 1, 3.

Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem.

Vitruvius: *Si ad aſciam offenderint calculi,*

non

... ut calx temperata.

Plautus in Pænul. 2, 1. *Quemquam viſco offenderant.*

T. Livius ab urbe cond. *Miles offenſo ſcuto præbuit ſonitum.*

Cic. pro Cluentio: *Qui bis apud eos judices offendiſſet.*

OPES, Macht.

OPes à bonis illis autoribus poſitas non ſolum pro divitiis, verùm etiam pro *potentia, quæ conſtat ex amicis, clientelis, propinquis, populari favore*, infrà planè colliges.

Cic. de Offic. *Exiſtuntque in Republ' plerumque largitores & factioſi, ut opes quam maximas conſequantur, ut ſint potiùs ſuperiores vi, quam juſtitia pares.*

Idem de Amic. *Divitiæ ut utâre, opes ut colâre, honores ut laudâre.*

Ibid. *Sic multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles.*

Idem pro Cluent. *Sylla maximis opibus, cognatis, adfinibus.*

Idem Attico: *Tamen firma munitur quædam nobis ad retinendas opes noſtras tuta (ut ſpero) via.*

Idem pro P. Quint. *Ut P. Quintius, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ ſunt, cum adverſario gratioſiſſimo contendat.*

Idem ad equites Romanos: *Et ſingulorum opes ſæpè ſunt tenues.*

Idem pro L. Muræna: *Ut ejus opes, atque ingenium præſidio, multis etiam alieniſſimis, vix iniquam inimicus eſſe deberet.*

OPTIMUS MAXIMUS, vry ondienſtbaer.

OPtimus maximus, non ſolum de Deo dicitur, ſed *de fundo, agro, domo*, & aliis.

Celſus de contrahenda emtione: *Cum venderes fundum, non dixiſti, ut optimus maximuſque eſt.*

Venulejus de Emtionibus, l. Quod ad ſervitutes: *Niſi ut optimus maximuſque eſſet, traditus fuerit fundus.*

Paulus de Legatis, lege, Si mihi: *Ut optimi maximique ſunt.*

Idem de Fundo inſtructo, l. Fundo legato: *Ut optimus maximuſque eſt.* Confer. Sweertii Epitaph. p. 36.

PERPETUUS, gantſch, geheel, geduerigh.

QUàm multi in nomine perpetuum, & verbo perpetuo erraverunt, proprietatem, quæ in dicendo bonorum autorum modo conſiſtit, ignorantes? Eſt enim perpetuum inter cætera, quod *ſolidum*, non conciſum in fruſtra, ſed *continuatum*, non interruptum, aut temporis ſpacio intermiſſum. Et eodem ſenſu perpetuare dicitur, id eſt, ſine intermiſſione continuare, ut infrà latè oſtendetur.

Plautus in Rudente 2, 3. *Jactatæ exemplis plurimis miſeræ perpetuam noctem.*

Idem in Mercat. 2. 3. *Siquidem iſti dicto ſolida & perpetua eſt fides.*

Terentius in Hecyra 1. 2. *Cum milite Corinthum hinc ſum profecta inhumaniſſimo: biennium ibi perpetuum miſera illum pertuli.*

Ibid. *O fortuna, ut nunquam es perpetuò bona.*

Cicero in Verrem: *Una lata via perpetua.*

Idem ad Atticum, 1. 14. *Clodium præſentem fregi in Senatu cùm oratione perpetua, pleniſſima gravitatis, tum altercatione.*

Cato in re Ruſtica: *Ultroque citroque ſulcos perpetuos ducito.*

Cæſar in Comm. *Erant perpetuæ paludes.*

Ibid. *Trabes perpetuæ collocantur.*

Ibidem: *Palus perpetua intercedebat.*

Ibid. *Perpetuæ foſſæ quinos altæ pedes ducebantur.*

Ibid. *Pro vetere, ac perpetua in me fide.*

Cicero pro lege Manilia c. 48. *Quod ut illi proprium ac perpetuum ſit.*

Idem pro Cn. Plancio: *Ego verò ſi eum illorum impiorum ferro, & manu concidiſſem, in perpetuum reſpub. civile præſidium ſalutis ſuæ perdidiſſet.*

Idem in Catil. *Ignem Veſtæ perpetuum ac ſempiternum.*

Virgilius Æn. 8.

Veſcitur perpetui tergo bovis;

Idem

Idem Æn. 7.

Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis.

Idem Æn. 4.

Solàne perpetua mœrens carpêre juventa.

Ovidius in Ibid.

Dii tibi dent nudoſque lares, inopemque ſenectam,
Et longas hyemes, perpetuamque ſitim.

Idem de Ponto, 1, 2.

Sic mea perpetuis liqueſiunt pectora curis.

Catullus, carm. 108.

Jucundum, mea vita, mihi proponis amorem,
Hunc noſtrum inter nos, perpetuumque fore.

Vitruvius: *Dum in craſſitudine perpetuæ taleæ oleaginæ uſtulatæ quàm creberrimè inſtruantur.*

Idem: *Quæratur ſolùm, ſi ſit perpetuo ſolidum.*

Idem: *Sin autem valles erunt perpetuæ, in declinato loco curſus dirigentur.*

T. Livius ab urbe condita: *Saltus perpetuis montibus inter ſe juncti.*

Ibid. Modò *ſit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor.*

Idem de bello Macedonico: *Perpetuis orationibus die adſumto.*

Paulus de ſervitutib. ruſt. prædiorum, l. Si via: *Si lacus perpetuus in tuo fundo eſt: navigandi quoque ſervitus, ut perveniatur ad fundum vicinum, imponi poteſt.*

Idem: Quod cujuſque univerſitatis nomine, l. item eorum: *Niſi lex municipii, vel perpetua conſuetudo prohibeat.*

Ulpian. Soluto matrimonio, l. Si cùm dotem: *Et ſi quidem intervallum furor habeat, vel perpetuus quidem morbus eſt*

PERPETUARE, continueren.

Plautus in Pſeudolo 1. 3. *Non eſt juſtus amator, niſi qui perpetuat data.*

Cic. de Oratore: *Ut ſi cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus.*

Idem pro P. Sylla: *Semper Cæcilius in calamitate fratris ſui judicum poteſtatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putavit.*

PRÆSTARE CULPAM, DOLUM, ET HUJUSMODI, voor de ſchade inſtaen.

CUm legiſſent variis in locis in Cicerone, apud Juriſconſultos, & autores alios, penes quos videtur quoddammodo Latinæ linguæ proprietas reſediſſe, præſtare culpam, dolum, vim, caſum, vitium, & alia hujuſmodi: & quaſi cæcutientibus oculis, quid eo modo dicendi ſignificaretur, hallucinarer: contuliſſemque ſimul plura loca ex iis, quò id meliùs internoſcerem: viſum eſt mihi id eſſe præſtare culpam, vitium & cætera id genus, quod ad culpam teneri. Et ut ſignificantius dicam, id mihi videtur culpam præſtare, quod *ſtare pro culpa:* uti clarius ex iis, quas ſubjeci, autoritatibus demonſtratur.

Cicero in epiſt. C. Torquato 6, 1. *Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas præſcribit: ut nihil in vita nobis præſtandum præter culpam putemus.*

Idem de Oratore: *Perge verò Craſſe, inquit Mutius, iſtam enim culpam, quam vereris, ego præſtabo.*

Ibidem: *Defendebamus, quidquid fuiſſet incommodi in mancipio, id ſi venditor ſciſſet, neque declaraſſet, præſtare debere.*

Ibidem: *Demonſtrare graviſſimis verbis, multos ſæpè impetus populi non injuſtos eſſe, quos præſtare nemo poſſit.*

Idem Papirio Peto 9, 16. *Sic video philoſophis placuiſſe iis, qui vulgò ſoli videntur vim virtutis tenere, nihil eſſe ſapientis præſtare, niſi culpam, qua mihi videor dupliciter carere.*

Idem in Topicis: *Omnibus eſt jus parietem directum ad parietem communem adjungere ſolidum vel fornicatum. At ſi quis in pariete communi damni infecti promiſerit, non debebit præſtare, quod fornix vitii fecerit.*

Idem pro Publio Sextio: *Ea conditione geſſeram, ut meum factum ſemper omnes præſtare, tuerique deberent.*

Idem ad Quintum Fratrem 1, 1. *Quos verò aut ex domeſticis victoribus, aut ex neceſſariis apparitoribus tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte Prætoris appellari ſolent, horum non modo facta,*

facta, ſed etiam dicta omnia præſtanda nobis ſunt.

Idem de Officiis: *Si autem dictum non omne præſtandum eſt, quod dictum non eſt, id præſtandum putas?*

Cæſar in Commentariis: *Neque periculum præſtare eorum, ſed totam rem ad Pompejum rejicere.*

Cicero de Officiis: *Nam cum ex XII. Tabulis ſatis eſſet ea præſtare, quæ eſſent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret: à Juriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta: Quidquid enim eſt in prædio vitii, id ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, præſtari oportere.*

Et ſubdit: *Cum in vendendo rem eam ſciſſet, & non pronunciaſſet emtori, damnum præſtari oportere.*

Papinianus de rei vendicatione, l. ſi navis. *Periculum navis poſſeſſor petitori præſtare non debet.*

Idem de adminiſtratione & periculo, l. tutores. *Nominum paternorum periculum præſtare cogendi non erunt.*

Idem eod. tit. & ead. l. *Victus præteriti temporis periculum præſtabit.*

Ulpian. Nautæ, caupones, &c. l. ſi quis. *Factum non ſolum nautarum præſtare debere, ſed & vectorum.*

Idem de tutelis, l. ſi filius familiâs: *Æquum eſt, ut eum duntaxat dolum pater præſtet, qui commiſſus eſt ante emancipationem filii.*

Idem de Magiſtratib. l. in ordinem: *Non enim debent Magiſtratus futuros caſus, & fortunam præſtare pupillo.*

Idem de legatis primo l. quid ergo: *Sed ſi animal legatum occiderit, puto teneri, non ut carnem præſtet, vel cætera, ſed ut præſtet precium.*

Pompejus de negotiis geſtis, l. *Si negotium abſentis, & ignorantis geras, & culpam & dolum præſtare debes. Sed Proculus ait interdum & caſum præſtare debet.*

Pomponius, Soluto matrimonio, l. *Si mora per mulierem fuerit, quo minus dotem recipiat, dolum malum duntaxat in ea re, non etiam culpam maritus præſtare debet.*

Idem in eodem titul. l. in partem. *Dolum & culpam in eo peculio vel acquirendo, vel conſervando maritus præſtare debet.*

Idem in eodem titulo, l. Etiam: *Licet in dotalibus rebus non ſolum dolum, ſed & culpam maritus præſtet, cùm tamen quæritur in judicio de dote, an facere poſſit, dolus duntaxat comprehenditur.*

Paulus eodem titulo, l. ſi filiofamiliâs: *Si poſt divortium res dotales deteriores factæ ſint, & vir in reddenda dote moram fecerit, omni modo detrimentum ipſe præſtabit.*

Idem de fidejuſſoribus, l. Hæres: *Ejus qui non jure tutor, vel curator datus adminiſtrationi ſe non immiſcuit, dolum & culpam præſtare non debet.*

Jabolenus ſoluto matrimonio, l. *In iis rebus, quas præter numeratam pecuniam vir doti habet, dolum malum & culpam præſtare eum oportere Servius ait.*

Ulpianus locati & conducti, l. ex conducto: *Servius omnem vim, cui reſiſti non poteſt, dominum colono præſtare debere ait, ut putà fluminum, graculorum, ſturnorum, & ſi quid ſimile acciderit.*

PRÆ, in vergelijkingh.

PRæpoſitio *Præ*, elegantiſſimè à bonis illis autoribus ponitur, cùm comparationem quandam inducit: ut, *Præ nobis beatus videris*, id eſt, plus nobis beatus. Aliquando tamen ad comparationem, ut aliqui & jam dixerunt. Plautus & Terentius præpoſitionem hanc *Præ*, componunt cum *quam*, quandoque cum *ut*, ut clariùs infrà videbitur.

Plautus in Aulular. 3, 5. *Sed hoc etiam pulchrum eſt, præ quàm ubi ſumtus petunt.*

Idem in Moſtellaria 1, 3. *Video te nihili pendere omnes homines præ Philolachete.*

Idem in Sticho 1, 3 *Juniores omnes relictas habeo, præ quod tu velis.*

Idem in Milite 4, 4. *Qui non ſum dignus præ te, qui figam palam in parietem.*

Ibid. *Præ illius forma quaſi ſpernas tuam.*

Ib. 1, 1. *Nihil herclè hoc quidem præut alia dicã.*

P Id.

Idem in Menæchmis 5, 5. *Modeſtior nunc quidem eſt verbis præut dudum fuit.*

Idem in Mercatore 2, 4. *Pentheum diripuiſſe ajunt Bacchas, nugas maximè fuiſſe credo præut quo pacto ego diverſus diſtrahor.*

Ibid. *Sanus ſi ſim, præte medicum mihi expetam.*

Terentius in Eunucho: *Hic ego illum contemſi præ me.*

Ibid. 2, 3. *Qui ſi occeperit amare, ludum jocumque fuiſſe alterum dicit illum, præut hujus rabies quæ dabit.*

Idem in Adelphis: *Omnia poſtponenda putavit præ meo commodo.*

Ibidem 5, 9. *Atque huic aliquid paululum præ manu dederis.*

Cicero in Servio Sulpitio: *Non quidem vacuus moleſtiis, ſed præ nobis beatus.*

Id. 4. in Verrem: *Omnium minas, atque omnia pericula præ ſalute ſua levia duxerunt.*

Ibidem: *Ut ipſe conſul in hac cauſa præ me minus, etiam quàm privatus eſſe videatur.*

Ibidem: *Atque ut intelligatis ab iſto præ lucro prædaque præſenti vectigalium, nec poſteritatis habitum eſſe rationem.*

Idem in Rullum: *Quaſi in illo minima fuiſſent, tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur.*

Idem in Bruto: *Iſque ſe ita putat Atticum, ut veros illos præ ſe agreſtes putet.*

Cæſar de B. G. 2, 30. *Quod omnibus Gallis præ magnitudine corporum ſuorum brevitas noſtra contemtui eſt.*

Horatius 1, ep 11.

Cuctane præ campo & Tyberino flumine ſordent?

Titus Livius ab urbe condita: *Qui omnia præ divitiis humana ſpernunt.*

Idem de bello Macedonico: *Sed quid iſta præ iſtis, quæ à te tuiſque quotidie alia ſuper alia facinora eduntur?*

PRÆJUDICARE, Imandt na een Sententie te voren gevelt veroordeelen.

PRæjudicare, apud eos, qui novum, non antiquum dicendi modum inſcitè ſectantur, eſt id, quod damnum aut jacturam dare: veluti ſi dicant, ut ſolent: In hac re mihi valde præjudicatur, aut hoc non ſine meo præjudicio fieri poteſt. Qui modus dicendi quàm procul abſit ab aurea elegantique Latinitate, infrà perſpicietur. Nam præjudicare eſt *aliquem exemplo alieni judicii damnare.* Hoc enim judicium à præjudicio differt. Judicium eſt, quod ex cauſa ipſa fit: *Præjudicium autem, quod judicibus exemplum poſtea præbet ad judicandum in eadem cauſſa*, vel paribus cauſſis, uti clarè in oratione Ciceronis pro Cluentio colligitur: qui duobus præjudiciis, uno in Scamandrum, altero in Fabritium eadem veneficii cauſſa factis, Oppianicum damnatum eſſe demonſtrat.

Cicero pro Cluentio: *Cùm Oppianicum jam perditum, & duobus jugulatum præjudiciis videret.*

Ibidem: *Tum denique cum duobus proximis pręjudiciis condemnatus eſſet.*

Ibidem: *Niſi quę pręjudicia de eo facta eſſe conſtarent.*

Ibidem: *Deinde ea de eo pręjudicia eſſe facta ab ipſis judicibus, à quibus condemnatus eſt, ut non modò ab eiſdem, ſed ne ab aliis quidem ullis abſolvi ullo modo poſſet.*

Ibidem: *Cognoſcite nunc ita reum citatum eſſe eum, ut re ſemel atque iterum pręjudicata, condemnatus in judicium venerit.*

Ibidem: *Et qui cęteros nullo pręjudicio facto, tamen ex ipſa cauſſa condemnaſſent.*

Ibidem: *Patefactum eſt illo judicio reum condemnari, pręſertim ab iiſdem judicibus, qui duo pręjudicia feciſſent.*

Idem pro L. Muræn. *Si exiſtimabit judicium accuſatoris in reum pro aliquo præjudicio valere oportere.*

Idem de arte Rhetorica: *Satiſne cauſę ſit, quare cùm de ea judicatur, de aliquo majore maleficio, de quo judicium comparatum ſit, pręjudicetur.*

Idem in Verrem: *De quo non præjudicium, ſed planè judicium jam factum putatur.*

Ibid. *Hoc miror, qui de hoc homine præjudicium*

rium voluerit fieri, per recuperatores de hoc ipſo non modò prejudicarit, verùm graviſſimè & vehementiſſimè judicârit.

M. Brutus Ciceroni: *Quod enim nondum Senatus cenſuit, nec pop. Rom. juſſit, id arrogantér non prejudico, neque revoco ad arbitrium meum.*

Titus Livius ab urbe condita: *Prejudicium jam de reis; & à Senatu, & à populo Romano, & ab ipſorum collegis factum eſſe.*

PROXIMUS, de naeſte. VICINUS, de naeſte of yemandt die na is.

NUlli dubium eſt, quin inter proximum & vicinum differentia ſit, licet prima facie videantur idem. Nam qui vicinus eſt, proximus certè videri poteſt: & contrà, qui proximus, eſſe idem qui vicinus. Eſt tamen *proximus* is, quem nemo antecedit, & *quo nemo vicinior eſt. Vicinus* autem *proximus*, & idem *non proximus eſſe poteſt.* Sed ea duo nomina conjuncta antiquo modo dicendi, quod diſcrimen internoſceretur, elegantiſſimè reperiuntur.

Ulpianus de ſuis & legitimis hæredibus, l. *Is eſt proximus, quem nemo antecedit: & is ultimus, quem nemo ſequitur.*

Plautus in Mercatore 2, 4. *Tuus amicus & ſodalis ſimul vicinus proximus.*

Terentius in Hecyra 1, 2. *Deſpondet ei gnatam hujus vicini proximi.*

Cicero Attico 2, 14. C. *Arrius proximus eſt vicinus, imò ille quidem jam contubernalis.*

Eidem 13. 31. C *Albanus proximus eſt vicinus.*

Idem de Officiis: *Querit ex primo vicino, num feriæ quedam piſcatorum eſſent, quòd eos nullos videret. Nullę, quod ſciam, ille inquit.*

Jibolenus, locati & conducti: *Qui domum habebat, aream junctam ei domui vicino proximo locaverat.*

Paulus de novi operis nunciatione l. *Non ſolum proximo vicino, ſed ſuperioribus.*

PERTINERE, Reyken, uytſtrekken.

PErtinere non ſemper imperſonale eſt, nec eodem ſignificatu. Nam pertineo reperitur apud illos veteres, ſignificans id, quod *pertingo, pervenio, contingo.*

Cicero de natura Deorum: *Paulò ſuprà quàm ad linguam ſtomachus annectitur, eaque ad pulmones uſque pertinent.*

Ibidem: *Ad eaſdem partes jecoris confluunt, ad quas omnes ejus viæ pertinent.*

Ibidem: *A corde autem in totum corpus diſtribuitur per venas admodum multas, in omnes partes corporis pertinentes.*

Idem pro Muræna: *Latiùs patet illius ſceleris contagio, quàm quiſquam putat, & ad plures pertinet.*

Idem de Offic. *Quòd eorum adminiſtratio latiſſimè pateat, ad plurimoſque pertineat.*

Cæſar in Commentar. *A finibus Trevirorum ad Nervios pertinet.*

Ibid. *Equites barbaris omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur.*

Idem: *Belgę ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni.*

Idem de B. G. 1. 1. *Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenęos montes & eam partem Oceani, quę ad Hiſpaniam vergit, pertinet.*

Idem: *Ne noſtri longius, quàm quę ad finem porrecta, ac aperta loca pertinebant, cedentes inſequi auderent.*

Idem de B. G. 3. 1. *Per agroſque miſit, qui à finibus Allobrogum, & lacu Lemanno, & flumine Rhodano ad ſummas Alpes pertinent.*

Idem de B. G 6, 10. *Sylvam eſſe ibi infinitæ magnitudine, quę appellatur Bacenis, longè introrſus pertinere.*

Hirtius in Comment. *Atque id jugum quod trans paludem penè ad hoſtium caſtra pertineret, mediocri valle à caſtris eorum interciſum animadverteret, pontibus palude conſtrata legiones traducit.*

Titus Liv. de bello Punico: *Hi mores, eaque charitas patrię per omnes ordines velut tenore uno pertinebat.*

Idem de bello Macedonico: *Agros ad mare*

 perti-

pertinentes devaſtat.

Ulpianus de fonte deducendo, l. Prætor: *Quod ait Prætor, pertinet, hoc ſignificat, quod ex ædibus ejus in tuas ædes pertinet, hoc eſt, dirigitur, extenditur, pervenit.*

Hirtius in Comment. *Alexandria eſt ferè tota ſuffoſſa, ſpecuſque habet ad Nilum pertinentes.*

Cæſar in Comment. *Omnia flumina, atque omnes rivos, qui ad mare pertinebant, Cæſar averterat.*

Ibid. *Ad earum partem munitiorem ducit, quæ pertinebant ad mare.*

Ibid. *Quam pertinere à caſtris ad flumen ſuprà demonſtravimus.*

Ibid. *Hæc ſylvam quandam contingebant.*

PRÆCIPITARE, nederdalen, ondergaen.

VErbo præcipito, veteres illi laudatiſſimi utebantur, *praecipue cùm de ſideribus, vel temporibus mentio incidebat*, quod cùm nonnulli minus obſervaſſent, præcipitare activum pro verbo paſſivo poſitum eſſe ſuſpicati ſunt. Modus enim loquendi eos latuit, qui pro Grammatica & ratione apud eos autores, & in eo verbo, & aliis frequenter uſurpatur.

Cic. in Oratore: *His autem de rebus Sol me ille admonuit, ut brevior eſſem. qui ipſe jam praecipitans, me quoque haec praecipitem penè evolvere coëgit.*

Cæſar in Comment. *Multi jam menſes tranſierant, & hyems jam praecipitaverat.*

Virgilius Æn. 2. *Et jam nox humida cœlo Praecipitat.*

PRÆVERTERE, PRÆVERTI, ANTEVERTERE, voorkomen.

PRævertere, præverti, antevertere, non id ſignificant, quod præcedere (ut aliqui volunt) ſed id quod præponere, *praevenire*: ſed non ſuo, imò potiùs *praepoſtero*, ac perverſo *ordine*, id eſt, ut quod erat in animo, ut poſtea fieret, fiat anteà; & contrà, quod antè erat faciendum, poſteà fiat. Sed id quoque præcipuè notandum eſt, dativum poſt ſe plerunque trahere, ac deponens idem verbum etiam fieri.

Plautus in Milite 4. 2. *Jam nos iſti rei praevertemur.*

Ibid. *Igitur id, quod agitur, nunc hoc primum praeverti decet.*

Idem in Mercatore 2, 3. *Mandatis rebus praeverti volo.*

Ibidem 1, 2. *Abige abs te laſſitudinem, cave pigritiae praeverteris.*

Idem in Captivis 5. 4. *Certum eſt hoc principium praevertier.*

Ibidem 4, 2. *Pol mœrores mihi antevertunt gaudiis.*

Ibidem 2, 3. *Ei rei primum praeverti volo.*

Idem in Pſeudol. 1, 3. *Sed cum pietatem video amori tuo praevertere, omnes tibi patres ſunt.*

Ibidem 2, 2. *Hoc praevertar principio: illa omnia miſſa habeo, quae antea agere occepi.*

Idem in Perſa 5, 2. *Stultitia eſt, ſi cui benè eſſe licet, eum praeverti litibus: poſteriùs iſta haec te magis agere par eſt.*

Idem in Ciſtellar. 5, 1. *Praeverti hoc certum eſt rebus aliis omnibus.*

Idem in Mercatore 3, 1. *Saepe ex te audivi pater, mandatae rei, omnes ſapientes primum praeverti decet.*

Idem in Bacchidibus 3, 5. *Rebus aliis antevertat Bacchis, quae mandas mihi.*

Idem in Caſina 2, 3. *Omnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus nitidis antevenire.*

Cicero 1. de divinat. *Si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic ſermoni praevertendum putes.*

Ibidem: *Atque id ipſum cùm tecum agere conarer, Fannius antevertit.*

Horatius cùm vellet notare, vitia amicarum corrumpere amatores dixit: Illuc prævertamur, ac ſi dixiſſet, priùs erat notandum, amatores decipere amicas, ſed præpoſterè dicam de vitiis amicarum. Ait enim 1. Sat 3. *Illuc praevertamur, amatorem quòd amicae Turpia decipiunt cœcum vitia, aut etiam ipſa haec Delectant.*

Titus

Titus Livius ab urbe condita: *Nec poſſe, cum hoſtes propè ad portas eſſent, bello praeverti ſſe quidquam.*

Ibidem: *Ægrè impetratum à Tribunis, ut ellum praeverti ſinerent.*

Ibidem: *Nec rem aliam praeverti cenſere.*

Idem de bello Punico: *Aut morte voluntaria, aut fuga praeverterent metum ſuppliciorum.*

Idem ab urbe condita: *Conati novi Conſules omnibus eam rem praeverti.*

Ibid. *Si Punicum Romano praevertiſſe bellum.*

Idem de bello Macedonico: *Aliud in praeſentia, quod magis inſtaret, praevertendum ſibi ſſe duxit.*

Idem: *Praevertendos animos à ſuſpicione talium conſiliorum ratus.*

PONERE IN LUCRO, ET IN LUCRIS, voor winſt rekenen.

POnere in lucro, modus hic loquendi tum dicebatur, cùm aliquid boni præter ſpem eveniebat.

Cicero pro L. Flacco: *Quieſcant igitur, & me in hoc lucro ponere, atque aliud agere patiantur.*

PARVO NEGOTIO, NULLO NEGOTIO, ſonder moeyte.

PArvo negotio, nullo negotio, modus loquendi illorum felicium temporum id ſignificat, quod imperiti, *parvo labore, nullo labore*, dicunt.

Cicero Attico 10, 17. *Cato qui Siciliam tenere nullo negotio potuit.*

PRO TEMPORE, na de gelegentheyt des tijds. PRO RE, na de geſchapenheydt des ſaeks PRO LOCO, na de gelegentheydt des plaets.

PRo tempore, pro re, pro loco ſignificat, quod ineptè dicunt, pro qualitate temporis, rei, loci. Modi ſunt loquendi doctiſſimi illius ſeculi.

Cæſar in Commentariis: *Conſilium pro tempore, & pro re caperet.*

Virgilius Ecl. 7.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus.

Saluſtius in Jugurth. c. 11. *Pro tempore benignè reſpondit.*

Ibidem: *Deinde ipſe pro re ac loco paulatim procedere.*

Cicero Attico: *Nam pro malis rectè habebat.*

Saluſtius in Catilin. *Quod ſinguli pro opibus quiſque quàm plurimas uxores, denas alii, alii plures habeant.*

DEPRECANDI MODUS PER FORTUNAS, ſoo lief als gy u goed hebt. PER CAPUT, PER FIDEM, ſo lief als gy u leven en uwe vrouwe hebt. PER DEOS, om Gods wille.

PEr fortunas, per fidem, per deos, per homines, modus eſt deprecandi elegantiſſimus, à literatis celebratus, ab aliis neglectus.

Plautus in Menæchmis: *Per ego vobis deos atque homines dico.*

Ibid *Per ego te haec genua obteſtor.*

Terentius And. 5, 1. *Per ego te deos oro, ne illi animum inducas.*

Cicero Attico 5, 13. *Per fortunas, quoniam Romae manes, primum illud praefulci.*

Eidem: *Subveni igitur per deos, idque quam primùm*

Eidem: *Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades, quidquid provideri poteſt, provide.*

Eidem: *Sed propera per deos, ſcis, quantum ſit in temporibus, quantum in celeritate.*

Eidem 7, 1. *Per fortunas omnem tuum amorem, quo me es complexus, omnemque tuam prudentiam, quam mehercle in omni genere judico ſingularem, conferto ad eam curam, ut de omni ſtatu meo cogites.*

Eidem 3, 10. *Ad quae recuperanda, per fortunas, incumbe ut facis.*

Idem Terentiæ: *Per fortunas etiam atque etiam*

etiam vide, ne puerum perditum perdamus.

Titus Livius de bello Punico: *Per te o te (inquit) fili, quaecunque jura liberos jungunt parentibus, precor, quaeſoque.*

PARS, PRO VIRILI PARTE, PRO VIRILI, na vermogen.

PRo mea parte, pro ſua parte, pro rata parte, pro portione, hic eſt idem dicendi modus qui pro virili parte, quandoque abſolutè: pro virili: quod meo judicio, à viritim deſcendit, ut ſit pro virili parte, id eſt, quod viritim diviſum aliquem contigerit.

Cicero Metello Celeri. *Atque etiam ut ita fieret, pro mea parte adjuvi.*

Idem in Verrem: *Praecipuè quòd in iis artib. pro mea parte verſor, quarum ille Princeps fuit.*

Idem 13. in Philip. *Tum me ejus beneficio pluſquam pro virili parte obligatum puto.*

Idem de Legib. *Ac poſt de ejus haeredib. aliquis exegiſſet pro ſua parte.*

Idem in Verrem: *Eſt aliqua mea pars virilis, quòd ejus civitatis ſum.*

Ovidius de Ponto 2, 1.

Gaudia Caeſareae mentis pro parte virili.
Sunt mea. - - - -

Cicero in ſomnio Scipionis: *Hic eſt inquit ille, qui intervallis conjunctis imparibus, ſed tamen pro rata parte ratione disjunctis, impulſu & motu ipſorum orbium conficitur.*

Idem 1. in Tuſculan. *Omnia iſta perinde ut cuique data ſunt, pro rata parte à vita, longa aut brevia ducuntur.*

Cæſar 1. in Comment. *Agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur quadraginta in ſingulis jugera, & pro rata parte Centurionibus, evocatiſque.*

Varro de re Ruſtica: *Ut & lac pingue habeant, & multum proportione.*

Ibidem 3 9. *Remittendum in datione pro portione.*

Ibid. *Et bubulci pro portione addendi.*

Cato de re Ruſtica c. 106. *Pro portione omnia ea facito.*

Cicero 2. de Oratore: *Sed oportet, ut aedibus ac templis veſtibula & aditus: ſic cauſis principia pro portione rerum proponere.*

Titus Livius ab urbe condita: *Nec impenſa gravis eſt, cùm pluſquam pro virili parte ſibi quenque capere principium viderint.*

Ibid. *Illius gloriae pars virilis, apud omnes milites ſit, ſuae victoriae neminem ſocium eſſe.*

Ibid. *Plus ſibi quàm pro virili parte adnitendum eſſe.*

Vitruvius 5, 3. *Praecinctiones ad altitudines theatrorum pro rata parte faciendę videntur.*

PARS etiam pro Officio, plurimum candoris habere ſolet.

Cicero de Orat lib. 2. *Sed tamen hoc cecidit mihi peropportunè, quòd tranſactis jam meis partibus, ad Antonium audiendum veniſtis.*

PROXIME, het naeſte. PROPIUS, nader.

PRoximè, cùm præpoſitio eſt, accuſativo juncta, quandoque reperitur: quæ & ipſa ſermoni Latino non parvam adfert elegantiam. Idem fit de comparativo Propius.

Varro de re Ruſtica 1, 13. *Villici proximè januam cellam eſſe oportet.*

Cicero Metello Celeri 5, 2. *Tu ipſe velim judices, ſatiſne videatur iis omnibus rebus tuus adventus, cùm proximè Romam veniſti, mutuò reſpondiſſe.*

Idem Attico: *Officium meum eſſe putavi quàm proxime hoſtem eſſe.*

Idem in Anton. 10, 26. *Operam det, ut cum ſuis copiis quàm proximè Italiam ſit.*

Caſſius Ciceroni 12, 13 *Sunt tibi M. Tulli liberi propinquique digni quidem te, & meritò tibi chariſſimi eſſe etiam debent in Repub. proximè hos chari, qui ſtudiorum tuorum ſunt aemuli.*

Vitruvius: *Quod non proximè calcem mali, quod eſt loco centri, ſed in ſummo longius, & ab eo progreſſa recipiunt in ſe vela ventum.*

Cæſar in Comment. *Quòd propriùs Romanos acceſſiſſet.*

Hirtius in Comment: *Cùm propriùs hoſtem acceſſiſſet.*

Titus Livius ab urbe condita: *Ut propriùs* [u]*rbem Romam exercitum admoveret.*

Ibid. *Caſtra propiùs hoſtem movit.*

[P]ERVADERE, doordringen, doorgaen.

Pari cadere, & prope dulcedine quadam hic loquendi modus confectus videtur: cùm [p]ervadere incendium per ſata, pervadere tem[p]eſtas per vineta, pervadere furor irati aut [c]rudelis alicujus per populos, ab illis Lati[n]itatis conditoribus ſcriptum reperitur.

Cicero 3. in Verrem: *Quacunque iter fecit,* [ej]*uſmodi fuit, non ut Legatus populi Romani,* [ſe]*d ut quaedam calamitas pervadere videretur.*

Ibidem 5. *Quantum incendium non ſolùm per* [a]*gros, ſed etiam per reliquas fortunas aratorum* [i]*ſto Praetore pervaſerit.*

Ibidem: *Te tanquam aliquam calamitoſam* [te]*mpeſtatem peſtemque pervaſiſſe demonſtro.*

Ibidem 5. *Locus intra Oceanum jam nullus* [e]*ſt neque tam longinquus, neque tam reconditus,* [q]*uò non per haec tempora noſtrorum hominum li*[b]*ido pervaſerit.*

Ibidem 7. *Nec cùm in Sicilia quidem fuit, eodem* [i]*ntervallo pars ejus belli in Italiam ulla pervaſit.*

Idem 2. de natura deorum: *Contractiores ha*[b]*ent introitus, ne quid in eos, quod noceat, poſ*[ſ]*it pervadere.*

Cicero pro lege Manilia: *Erat etiam alia* [g]*ravis atque vehemens opinio, quae per animos* [g]*entium barbararum pervaſerat.*

Ibidem: *Quò non illius dici fama pervaſerit?*

Titus Livius ab urbe condita: *Paſſim totam* [u]*rbem pervadit.*

Ibidem: *Murmur à tribunali totam concio*[n]*em pervaſit.*

Ibidem de bello Punico: *Cùm pavor & tre*[p]*idatio totam urbem pervaſiſſet.*

Idem ab urbe condita: *Ut clamor urbem* [p]*ervaderet gratulantium ſalvos rediiſſe.*

Ibidem: *Cùm ea fama forum atque urbem per*[v]*aſiſſet.*

Idem de bello Macedonico: *Terror omnem* [o]*ram maritimam pervaſit.*

Cic. pro Pub. Sylla: *Quas oras maximè qua*[ſ]*i morbus quidam illius furoris pervaſerat.*

PRÆTEREA, daer en boven.

Hæc quoque clauſula, Præterea, obſervatione præcipuè digna videtur: Nam certo modo loquendi non poſt multa ſolùm connumerata, à perfectis illis autoribus ponitur, verùm etiam poſt ſingularum aliquam, vel perſonam, vel rem.

Cicero Servio Sulpitio l. 4, 3. *A me verò ita diligitur, ut tibi uni concedam, praetereà nemini.*

Idem in philippica prima: *Nihil tum, niſi quod erat notum omnibus, in C. Caeſaris Commentariis reperiebatur, num qui exules reſtitui? unum ajebat, praetereà neminem.*

Ovidius in Ponto, 4, 14.

In quibus excepto, quòd adhuc utcunq; valemus,
Nil te praetereà quod juvet invenies.

Cicero pro Milon *Eundem hunc unum ab hoſtibus metui, praetereà neminem.*

PRÆSCRIBO, ERE, bevelen, voorſchrijven.

Præſcribere, quod verbum Juriſperiti nonnulli pro certo temporis ſpacio capiunt, quod ubi præteriit, res, de qua controverſia ſit, ulrà agi non poteſt. Id tamen ſignificatum etſi celebre apud eos eſt, Latinum tamen non eſſe conſtat. Præſcribere enim (ut infrà patebit) id eſt, quod *ſtatuere, conſtituere, praecipere.*

Terentius in Andria 1, 1. *Tute iis rebus finem praeſcripſti pater.*

Cicero Torquato: *Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas praeſcribit.*

Idem Attico: *Sed nihil praeſcribo, accuratè velim perſcribas tuam ad me ſententiam.*

Eidem 9, 21. *Veni igitur, & age de pace: Meone inquam arbitratu? an tibi, inquit, ego praeſcribam?*

Idem pro Flacco: *Plura etiam effundet quàm tu ei reſpondebis, ante praeſcripſeris.*

Idem in Vatinium teſtem: *At tibi jam inde praeſcribo, ne tuas ſordes cum clariſſimorum virorum ſplendore permiſceas.*

Id. de

Id. de finibus bonorum & malorum: *Omnis autem in quęrendo, quę via quadam, & ratione habetur, oratio, pręſcribere primum debet, ut quibuſdam in formulis ea res agatur.*

Idem pro Tito Annio Milone: *Sin hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, feris natura ipſa pręſcripſit.*

Idem pro Aulo Cecin. *Veſtra autoritate hoc conſtituetur, hoc pręſcribetur.*

Idem Tuſcul. *Et ſi iniquum eſt pręſcribere mihi te, quemadmodum à me diſputari velis.*

Idem pro lege Manil. *Facilè intellexi Quirites, & quid de me judicaretis, & quid aliis pręſcriberetis.*

Idem de Officiis: *Si hoc natura pręſcribit.*

Cæſar in Commentariis: *Non ad alienum pręſcriptum, ſed ad ſuum arbitrium imperare.*

Ibidem: *Si ipſe populo Romano non pręſcriberet, quemadmodum jure ſuo uteretur.*

Horatius in Sermonibus 2. Sat. 1.
Quid faciam pręſcribe.

Aſconius Pedianus: *Non dixit à ſua voluntate, ne pręſcribat judicibus ſequendos eſſe Siculos.*

Cicero pro Cn. Planco: *L. verò Apulejus hunc tanti facit, ut morem illum majorum, qui pręſcribit, in parentum loco quęſtoribus Prętores eſſe oportere.*

Idem pro Lucio Flacco: *Cui ſi patrem conſervabitis, qualis ipſe debeat eſſe civis, pręſcribetis.*

Idem pro Publio Sextio: *Sed etiam memoria digna uti R. P. capeſſendę autoritatem diſciplinamque pręſcribere.*

Idem in Catilinam: *Et à L. Caſſio eſſe pręſcriptum.*

PRÆIRE VERBA, PRÆIRE VERBIS, VEL VOCE, voorſeggen, eerſt ſeggen.

Præire verba, dicebant illi veræ Latinitatis principes, *cùm carmen* aliquod canendum, antequam vel fœdus feriretur, aut execratio piaculi gratia per Pontificem, vel ſacrificulum, aut alium magiſtratum fieret, *magiſtratus primò pronunciabat.* Unde præire verba, hoc eſt inire verba, vel prævenire dicebatur.

Præire verbis, & præire voce, ſimpliciter erat verbis aut voce præfari, ut clarius ex inferioribus patebit.

Titus Livius ab urbe condita: *Pontificem præire juſſit verba, quibus ſe, legioneſque hoſtium devoveret.*

Ibidem: *Coactus Pontifex maximus verba præire.*

Ibid. *Agedum Pontifex præi verba, quibus me pro legionibus devoveam.*

Ibidem: *Obſecratio itaque à populo Duumviris præeuntibus facta.*

Ibidem: *Dictator præeunte Aulo Cornelio Pontifice maximo ludos magnos tumultus cauſſa vovit.*

Ibidem: *Sunt qui M. Fabio Pontifice maximo præfante carmen, devoviſſe eos ſe pro patria, Quiritibuſque Romanis tradant.*

Idem de bello Macedon. *Præeuntibus execrabile carmen ſacerdotibus.*

Ibidem: *Id votum in hęc verba pręeunte P. Licinio Pontifice maximo: Conſul nuncupavit.*

Plautus in Rudent. 5, 2. *Pręi verbis quòd vis.*

Cicero pro Tito Annio Mil. *Qui heſterna etiam concione incitati ſunt, ut nobis voce pręirent.*

PRODERE MEMORIÆ, Ter eeuwiger gedachteniſſe nalaten.

Prodere memoriæ, modus eſt loquendi, ſignificans quod vulgò manifeſtare pro memoria ſervanda, & aliis ineptis modis dicitur.

Cicero pro lege Manilia c. 41. *Quod jam nationibus exteris incredibile, ac falsò memorię proditum videbatur.*

Idem pro Milone: *Itaque hoc judices non ſine cauſa fictis fabulis doctiſſimi homines memorię prodiderunt.*

PLANUM FACERE, uytleggen, verklaren.

Planum facere, modus hic loquendi planus per ſe ſatis eſt, id ſignificat quod *declarare*, & rem difficilem, aut dubiam ſolvere, & ante oculos verbis explanare, & patefacere. Tranſlatio enim à loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit.

Cic. in arte Rhet: *Si [illegible] cùm Oreſtem accuſat, planum faciat, ab eo [illegible] eſſe occiſam.*

Ibid.

Ibid. *Illud docuimus, hoc planum fecimus.*

Ibid. *Quidnam ampliùs Judices deſideratis, cùm vobis hoc & hoc planum factum ſit?*

Idem in Ver. *Hoc planum factum eſt.*

Ibid. *Tabulis vobis, & teſtibus Judices planum faciam.*

Ibid. *Cùm præſertim planum facere multis teſtibus poſſim.*

Ibid. *Vobis planum faciemus.*

Ibid. *Cùm planum fieret Decumis contra inſtituta legis conſuetudinemque omnium.*

Idem pro Rabirio Poſthumo: *In illo primo judicio planum factum ſit.*

Idem pro Roſcio Amerino: *Quid ſi tandem planum facio?*

Ibidem: *Tamen cùm planum judicibus eſſet factum.*

Ibidem: *Quòd ei planum facere poſſum.*

Ibid. *Hic niſi planum facit, ſeſtertia quinquaginta tria ad libellam ſibi deberi, cauſam perdit.*

Ibidem: *Quod planum facere non modò non poſſis, verùm ne coneris quidem.*

Cicero pro Cluentio: *Multorum teſtimoniis planum factum eſt.*

Ibidem: *Quòd planum fecerint, illum ob rem judicandam pecuniam accepiſſe.*

Ibidem: *Quorum teſtimoniis planum factum eſt.*

Idem pro Publio Quinto: *Ut hoc tibi planum ſit faciendum.*

Ib. *Id teſtibus pollicitus ſum planum me facturum*

Idem pro Aulo Cecinna: *Si planum facit.*

PRIMORIBUS LABRIS, PRIMORIBUS DIGITIS ATTINGERE, Even aenraecken, een weynig van yets verſtaan.

PRimoribus labris, primoribus digitis attingere, ſumere: hoc modo loquendi id ſignificatur, quod *parùm attingere, parùm eam rem*, de qua dicitur, *intelligere.* Nam tranſlatio eſt à prægustantibus cibum aliquem vel potum.

Cicero in Oratore: *Quæ iſti Rhetores ne primoribus quidem labris attigiſſent.*

Plautus in Trinummo 4, 2. *Atque etiam modò verſabatur mihi in labris primoribus.*

Idem in Bacchidibus 4. 4. *Si hoc tu digitulis duobus ſumebas primoribus.*

PRO SE QUISQUE, UTERQUE, Elck voor ſijn ſelve, alle beyde.

COnſiderandus & hic perelegans dicendi modus, Pro ſe quiſque, dum quandoque pluribus, quandoque ſingulis attribuitur: ut, Pro ſe quiſque diligenter curant, & pro ſe quiſque diligenter curat, hoc eſt, quiſque pro virili curam gerit. Idem fit de uterque.

Titus Livius ab urbe condita: *Uterque transfixus, duabus hærentes haſtis moribundi ex equis lapſi ſunt.*

Horatius 1. Sat. 5. *Miſſi magnis de rebus uterque*

Cicero in Verrem: *Tum pro ſe quiſque quantum dicendo adſequi poterat, docere me cœpit.*

Titus Livius ab urbe cond. *Pro ſe quiſque ſcelus regum ac vim queruntur.*

Ibidem: *Pro ſe quiſque minaciter fremunt.*

Ibid. *Pro ſe quiſque in urbem ex agris demigrant*

Ibid. *Suas quiſque abirent domos.*

Ibidem: *Ad ſe quiſque omnia trahant.*

Ibidem: *In ſuas quiſq; proficiſcuntur provincias.*

Ibidem: *Ex gravitate loci in ſuas quiſque propinquas urbes dilapſi ſunt.*

Ibidem: *Pro ſe quiſque nomina dabant.*

Ibid. *Pro ſe quiſque jam nec conſilium ſibi ſuppetere diceret.*

Idem de bello Macedonico: *Pro ſe quiſque armis abjectis diffugiunt.*

PEDIBUS IRE, te voet gaan. PEDIBUS CONSEQUI, gemakkelijk yets krygen. AD PEDES DESILIRE, van het Paard klimmen.

PEdibus ire, pedibus conſequi. Primo modo ſignificatur id, quod ineruditi *pedeſter* dicunt: ſecundus facilitatem agendi quandam demonſtrat, cùm vel pedibus rem tranſigere quis oſtenditur. Ad pedes deſilire hoc eſt, quod de equo deſcendere: modus dicendi ferè vulgari ſermoni proximus.

Q Plautus

Plautus in Sticho 2, 2. *Quadrigas qui vehar, nam pedibus ire non queo.*

Cicero Fabio Gallo: *Sed tu pedibus es conſecutus.*

Idem in Vatinium teſtem: *Cùm illud iter Hiſpanienſe pedibus ferè confici ſoleat, aut ſi quis navigare velit, certa ſit ratio navigandi.*

Cæſar in Comment. *Uno omninò loco flumen pedibus, atque ægrè tranſiri poteſt.*

Ibidem: *Tarracone diſcedit, pedibuſque Narbonem, atque inde Maſſiliam pervenit.*

Ibidem: *Conſuetudine ſua ad pedes deſilierunt, ſuffoſiſque equis, compluribuſque noſtris victis, reliquos in fugam conjecerunt.*

Titus Liv. ab urbe condita: *Qui tum ſtipendia pedibus propter paupertatem feciſſet.*

Idem de bello Punico: *Per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam trajecit.*

Ibid. *Conſultum, ut ii omnes pedibus mererent.*

Idem de bello Macedonico: *Qui proximus littori vadis inducti mare pedibus ingrediuntur.*

Ibid. *Cùm vident illas vehi per urbem, ſe pedibus ſequi.*

PARTICIPIA NOMINA EFFECTA.

Eſt hic quoque dicendi modus apud diſertos illos viros maximo in precio, quo nomina participia genitivo jungebant.

Terentius in Phormione 4, 3. *Herus liberalis, fugitans litium.*

Idem in Hecyra 1, 2. *Nemo ad te venit, niſi cupiens tui.*

Cicero pro P. Quintio: *Eques Roman. locuples, ſui negocii benè gerens.*

Idem Attico 2, 21. *Timeo, tam vehemens vir, tamque acer in foro, & tam inſuetus contumeliæ, ne omni animi impetu, dolori & invidiæ pareat.*

Ibidem: *Itaque ille noſter amicus inſolens infantiæ, ſemper in laude verſatus.*

Idem in oratione poſt reditum, qua gratias agit: *Conſules modeſti, legum metuentes.*

Cæſar in Commentar. *Nemo erat adeò timidus, aut fugiens laboris.*

Ibid. *A multitudine oppreſſus, ac ſui deſperans.*

Virgilius Æn. 2.

Servantiſſimus æqui.

Idem in Bucolicis Ecl. 2.

Lactis abundans.

Idem in Georgicis l. 2.

Illam experiere colendo,
Et facilem pecori, & patientem vomeris unci.

Horatius in Sermonibus, 2, 2.

Contentus parvo, metuenſque futuri.

Saluſtius in Catilinario c. 3. *Animus inſolens malarum artium.*

Idem c. 5. *Alieni appetens, ſui profuſus.*

Idem in Jugurthino c. 7. *Manu promtus, appetens gloriæ.*

Ibidem c. 97. *Quòd locorum ſcientes erant.*

Ibidem: *Et ob ea ſcientes belli.*

Idem in Catilinario c. 7. *Laboris ac belli patiens*

PEJUS ODISSE, erger haaten. PEJUS TIMERE, meer vreſen

Pejùs odiſſe, pejùs timere, & ſimilia, modi loquendi illius temporis elegantiſſimi.

Plautus in Milite 2, 1. *Neque quenquam pejùs odiſſe, quàm iſtum militem.*

Cicero C. Mario 7, 2. *Oderam multò pejùs hunc, quàm illum ipſum Clodium.*

Idem in Antonium: *Cùm hoc veteranus Capho, quo neminem veterani pejùs oderunt.*

Brutus Ciceroni: *Neque unquam exul eſſe poſſum, dum ſervire & pati contumelias pejùs odero malis omnibus aliis.*

Horatius in Epiſtolis 1, 17.

Canè pejùs & angue Vitabit chlamydem.

Idem, 4. od. 9.

Pejuſque leto flagitium timet.

Plautus in Moſtellaria 1, 3. *Pulchrum ornatum turpes mores pejùs cœno collinunt.* Pœn. 1, 2.

Ovidius de Arte, 3. v. 504.

Lumina Gorgoneo ſæviùs angue micant.

PAGANUS, een die dienſt ſoekt. MILES, een Soldaat.

Paganus ille erat, qui militiæ cupiens erat, & illi cingi, ſeu adſcribi volebat. Eo enim intervallo, quo id quærebat, & ad militiam adſpirare

ſpirare tentabat Paganus: mox militiam adeptus, Miles dicebatur. Unde Perſius in prolog. volens oſtendere ſe nondum Poëtam eſſe, dixit:

Nec fonte labra prolui Caballino.
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo
Memini, repentè ut ſic poëta prodirem.

Sed arrogantiam vitans, ſubdit per translationem:

Ad ſacra vatum carmen adfero noſtrum.

Sed autoritates, quod diximus meliùs oſtendent. Marcellus de pœnis, l. *Quædam delicta pagano, aut nullam, aut leviorem pœnam irrogant: militi verò graviorem vel leviorem.*

Tryphoninus de peculio Caſtrenſi, l. Hæreditate: *Filiusfamiliâs paganus de Caſtren. peculio fecit teſtamentum.*

Martianus de Militari teſtamento, l. tractatur: *Tractabant an tale aliquid & in paganorum teſtamentis indulgendum eſſet? & placet, non ſine diſtinctione id fieri.*

Ulpianus de Militari teſtamento, l. Idemque: *Ut eſt reſcriptum à divo Pio, in eo qui cùm eſſet Paganus fecit teſtamentum, mox militare cœpit.*

Paulus de liberis & poſthumis l. Filiusfamiliâs: *Miles ſimiliter ut paganus nominatim à parente, aut hæres ſcribi, aut exhæredari debet.*

Scævola ad legem Falcid. l. *Miles ſi dum paganus erat, fecerit teſtamentum, militiæ tempore codicillos, lex Falcidia in codicillis locum non habet, in teſtamento locum habebit.*

PUNCTUM, MOMENTUM
Een oogenblik des tijds.

Punctum temporis, punctum horæ, Momentum horæ, momentum temporis, & ſimpliciter momentum pro exiguo ſpacio ponitur. Dicendi modi à ſitu revocandi ſunt.

Varro de lingua Latin. *Quòd animus ita eſt, puncto temporis pervolet quò vult.*

Cicero de natura Deorum: *Vel innumerabiles mundos in omni puncto temporis alios naſci, alios interire.*

Ibid. *Conſules ſummum imperium ſtatim deponere, quàm id tenere punctum temporis.*

Idem in Verrem 3. *Cùm iſte punctum temporis nullum vacuum peccato præterire paſſus ſit.*

Idem pro domo ſua: *Habitare latè & magnificè voluit, duaſque magnas ac nobiles domos conjungere eodem puncto temporis.*

Idem in Philippica 2. *Hunc unum inquam hodiernum diem, hoc punctum temporis quo loquor, defende ſi potes.*

Idem in Vatinium teſtem: *Excluſus miſer, puncto temporis.*

Idem pro Cluentio: *Neque poſteà Larini punctum eſt temporis commoratus.*

Idem 1. in Tuſculanis: *Totumque leve eſt, quodcunque eſt, fit enim ad punctum temporis.*

Idem 2. de Legibus: *Quæ uno verſiculo Senatus puncto temporis ſublatæ ſunt.*

Idem in Catilinam: *Puncto temporis frui vita, & communi ſpiritu non putat oportere.*

Hirtius in Comment. *Ita multorum menſium labor hoſtium perfidia, & vi tempeſtatis puncto temporis interit.*

Horatius 2. Ep. 2.

- - - - *Tanquàm*
Sit propriū quidquam puncto, quod mobilis horæ,
Nunc prece, nunc precio, nunc vi, nunc morte ſuprema
Permutet dominos, & cedat in altera jura.

Idem 1. Sat. 1.

Quid enim concurritur horæ Momento?

Hircius in Comment. *Ita puncto temporis omnibus Legionariis ab hoſtium equitatu circumventis.*

Ibidem: *Atque uno puncto temporis hoſtibus nullo negotio campo pulſis.*

Titus Livius ab urbe condita: *Puncto ſæpè temporis maximarum rerum momenta verti.*

Ibidem: *Momento temporis in adverſam incurſando aciem.*

Ibid. *Momento fuſi.*

Ibidem: *Ut ſignum momento temporis acciperent.*

Ibidem: *Momento arx occupata eſt.*

Ibidem: *Momento horæ arſura omnia.*

Ibid. *Illo momento horæ.*

Ibid. *Momento temporis.*

Ibid. *Momento unius horæ.*

Idem de bello Macedonico: *Verſa momento temporis fortuna pugnæ eſt.*

Ibid. *Momento enim ad inanem locum pervenerunt.*

Sed videre licet momentum in alio ſignificato, juxta modum, quo multi dicunt, res parvi momenti, magni momenti.

Titus Livius ab urbe condita: *Rege ſuperato, nullum momentum ſolis per ſe Gallorum copiis fore.*

PRIMÆ, den Voorrangh. PRIMAS DEFERRE, de Voorrang geven. FERRE, TENERE, den Voorrang hebben.

PRimas ferre, primas deferre, primas tenere, veteres dicebant: ſubintelliguntur tamen partes. Sed is loquendi modus erat, qui poſteà non ſolùm omiſſus, verumetiam unà cum aliis bonis propè ignoratus eſt.

Cicero in Bruto: *Cotta & Sulpitius cum veſtro judicio, tum omnium facilè primas tulerunt.*

Idem in Oratore: *Cui primæ ſine controverſia deferebantur.*

Idem Attico 1, 15. *Amoris verò erga me, cùm à fraterno amore, domeſticoque diſceſſi, tibi primas defero.*

Idem de natura Deorum: *Ad quem tum Epicurei primas ex veſtris hominibus deferebant.*

Idem in Bruto: *Etſi utrique primas, priores tamen deferunt Lælio.*

Idem in Oratore: *Nam quis unquam dubitavit, quin in Republica noſtra primas eloquentia tenuerit ſemper, urbanis placitiſque rebus ſecundas juris ſcientia?*

Sed hoc quoque obſervandum eſt, ut cùm primas deferre dicebant, ſignificabant primas partes alicui concedere: cùm verò ferre primas ponebant, id ſignificabatur, quod illum primas ſecum portare. Horatius eodem modo loquendi, eodemque ſignificato, quoad verbum Fero dixit, in Arte v. 343.

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.

PROFITERI, Aangeven.

PRofiteri, occultiore dicendi modo apud antiquos id ſignificat, quod vulgò dicunt, *adſignare* quantum *numerum vini*, olei, frumenti, jugerum, pecuniæ, vel aliarum rerum quilibet habeat.

Cicero pro lege Agraria 2. *In poſterum verò lex hæc Imperatoribus noſtris conſtituatur, ut quicunque de provincia diſceſſerit, apud eoſdem Decemviros quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarii, profiteatur.*

Idem in Verrem 5. *Edixerat ut aratores jugera ſationum ſuarum profiterentur.*

Ibidem: *Non quò jugerum numerum verè profiteri eſſet difficile, aut ampliùs etiam profiteri, ſed quòd ex edicto profeſſus non eſſet.*

Ibidem 3. *Fecit ut Decumanus Nymphonem vocaret ex edicto illo præclaro, quod nullam ad aliam rem niſi ad hujuſmodi quæſtus pertinebat, numerum jugerûm profeſſum non eſſe.*

Et ſubdit: *Verres in Xenonem judicium dabat illud ſuum damnatorium de jugerûm profeſſione.*

Idem Tironi 16, 23. *Tu verè confice profeſſionem, ſi potes: & ſi hæc pecunia ex eo genere eſt, ut profeſſione non egeat.*

Idem in Verrem: *Si pateret jugera ejuſmodi fundi eſſe plura, quam colonus eſſet profeſſus.*

Saluſt. in Catilinam c. 18. *Pòſt paulò Catilina pecuniarum repetundarum reus prohibitus erat Conſulatum petere, quia intra legitimos dies profiteri nequiverat.*

Ulpianus de Cenſibus, lege, Forma: *Si verò quis agrum in alia civitate habet, in ea civitate profiteri debet, in qua ager eſt.*

Idem Ubi pupillus, lege, Jus alimentorum: *Priùs tamen exigere debet, ut profiteatur autor, quæ ſit penes ſe ſumma, & comminari graviores ſe ei uſuras infligi ejus, quod ſupra profeſſionem apud eum fuerit comprehenſum.*

T. Livius ab urbe cond. *Profiteri cogendo frumentum, & vendere quod uſu menſtruo ſuper eſſet.*

Ibidem: *Primò expectaverant, ut qui ſe dignos tanto*

tanto imperio crederent, nomina profiterentur.

Idem de bello Macedonico: *Ut qui ſocii civibus Romanis credidiſſent, pecunias profiterentur.*

Ibidem: *Poſtquam profeſſionibus detecta eſt magnitudo æris alieni.*

PERSCRIBERE, aanſchriiven. PERSCRIPTIONES, Aanſchrijvinge. PERSCRIPTOR, Een boekhouwer.

PErſcribere, reconditum habet ſenſum, certo modo loquendi, qui à paucis obſervatus eſt in bonis autoribus elegantiſſimè poſitus, id ſignificat, quod in rationibus aut *in tabulis accepti, & expenſi ſcripto aliquid notare*: unde *quæ ita notabantur, perſcriptiones* dictæ ſunt: *qui verò ea notabat, Perſcriptor.*

Cicero pro Roſcio Comœdo: *Egone hanc manum plenam perfidiæ, & hos digitos meos impellere potui, ut falſum perſcriberent nomen?*

Ibid. *Atque enim tabulæ condemnantur ejus, qui verum non retulit, & ejus qui falſum perſcripſit.*

Ibid. *Suum codicem teſtis loco recitare arrogantiæ eſt: ſuarum perſcriptionum & literarum adverſaria proferre, non amentiæ eſt?*

Idem in Philip. 5. *Illa verò diſſipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo eſt, per quam ſepties millies falſis perſcriptionibus, donationibuſque vertit.*

Idem 5. in Verr. *Scribam tuum dicit Verres hujus perſcriptorem fœnerationis fuiſſe.*

QUID ILLI FIET, &c. Hoe ſal het met hem gaen?

QUid illi fiet? quid illi faciam? quid illi factum eſt? Modi ſunt loquendi elegantiſſimi, & à paucis obſervati. Id enim ſignificant, quod nonnulli aliquid admirantes vel *accepta aliqua calamitate*, aut jactura ineptè dicunt: *Quid de illo fiet? quid de illo faciam?* quid de illo factum eſt?

Plaut. in Mercator. 2, 3. *Sed quid nunc illi fiet?*

Idem in Moſtellaria 3, 2. *Quid mihi fiet tertiò, qui ſolus facio facinora immortalia?*

Idem in Bacchidibus 2, 3 *Quid mihi fiet poſtea?*

Cic. Trebat. *Quid porrò fiet populo Ulubrano?*

Idem Terentiæ: *Et ſi nos premet eadem fortuna, quid puero miſero fiet?*

Idem Attico: *Sed quid iis fiet, ſi huc Paulus venerit?*

Eidem: *Quid illi fiet, quem reliquero?*

Idem in Rullum: *Quæro ſi qui volunt vendere, non fuerint, quid pecuniæ fiet?*

Idem in Verrem: *Occurrebat illi ratio, quid Cleomeni fiet?*

Idem in Academicis quæſtionibus: *Si comprehenſio præceptioque nulla ſit, quid fiet artibus?*

Tibullus, 2, 7.

Caſtra Macer ſequitur, tenero quid fiet amori?

Ovidius de Arte amandi l. v. 537.

Perfidus ille abſens, quid mihi fiet, ait.
Quid mihi fiet ait, ſonuerunt cymbala toto
Littore.

Plautus in Bacchidibus 2, 3. *Neſcit quid faciat auro?*

Terent. in Hecyr. *Sed quid faciemus puero?*

Cicero in Academicis quæſtionibus: *Quid enim faceret huic concluſioni? Si lucet, lucet igitur, lucet autem.*

Ibid. *Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audivi?*

Idem de natura Deorum: *Quid Jovi facies? quid Vulcano?*

Ibid. *Species arcus Thaumante dicitur nata, cujus ſi divina natura eſt, quid facies nubibus?*

Cato de re Ruſtica ſine interrogatione poſuit, ſed ferè idem eſt modus loquendi: Si *antè*, inquit, *non potaverit dominus, vino quod volet faciet.*

Plautus in Caſin. 5, 4. *Tuo quid factum ſit pallio.* V. Manut. in Orat. Cic. p. 127.

QUID FACERET ALIUD, Wat kan hy anders doen.

Quid faceret aliud? Modus eſt dicendi quo ineptè dicunt, *quid poterat aliud facere?*

Cicero de Oratore: *Valerius quotidie cantabat, erat enim Scenicus, quid faceret aliud?*

QUOTUS, de hoe veelſte.

Licet ſuper relativo Quotus, multi varia cenſeant: quo tamen apertius vis verbi intelligatur, volui pro more quam plurimas autoritates congerere: Videtur enim mihi Quotus quandoque ſimpliciter interrogare, & numerum petere: ut, quota hora eſt? Dic quotus eſſe velis: Quotus erit iſte denarius? Et quandoque ſine interrogatione, ut, quota pars ex eo deducetur, ea pars tibi ſit profutura. Quandoque quota pars ſignificat minimam partem: ut, Pars quota laudis erat, quota portio fecis Achivæ. Quandoque Quotus jungitur cum quiſque, & tum etiam interrogat: ut *Quotusquiſque bonus eſt?* Quotuſquiſque eſt qui teneat artem numerorum? quaſi dicat, nullus aut rarus. Infra ſcriptæ autoritates planè omnia demonſtrabunt.

Cicero in Verrem 5. *Quotus erit iſte denarius, qui non ſit deferendus?*

Horatius 2. ſat. 6. *Hora quota eſt?*

Idem Epiſt. 5. *Tu quotus eſſe velis, reſcribe.*

Idem 2. Ep. 1. *Scire velim, chartis precium quotus arroget annus.*

Cajus de interrogat. actionibus l. *Qui interrogatur an hæres ſit? vel quota ex parte ſit?*

Idem de eodem titulo, l. *Si defenſor in judicio interrogatus, an is quem defendit hæres, vel quota ex parte ſit?*

Paulus ad legem Falcidiam, l. Plautius: *Rationem legis Falcidiæ habendam, & quota pars ex eo decideret, eam partem in fundo legato inutilem futuram.*

Ovidius de Ponto, 4, 10.

Qui quota terroris pars ſolet eſſe mei.

Idem ad Corinnam:

Et tot in Atridis pars quota laudis erat.

QUOTUSQUISQUE, Hoe weynig ſijnder, die &c.

Varro de lingua Latina: *Quotuſquiſque jam ſervos habet priſcis nominibus, quæ mulier ſuum inſtrumentum veſtis atque auri veteribus vocabulis appellat non inductis?*

Cicero de Finibus l. 6. *Quis eſt enim, aut quotuſquiſque, cui mors cùm appropinquet, non refugiat timido ſanguis, atque exalbeſcat metu?*

Idem in Tuſculanis 2. *Quotus enim quiſque philoſophorum invenitur, qui ſit ita moratus?*

Idem de divinatione l. 2. *Quota enim quæque res evenit prædicta ab iſtis?*

Id. 3. de Oratore: *Quotus enim quiſque eſt, qui teneat artem numerorum atque modorum?*

Idem pro L. Flacco: *Quotus enim quiſque eſt, qui hanc in Republica ſectam ſequatur?*

Idem pro M. Cœlio: *Quotuſquiſque iſtam effugere poteſt?*

Idem pro P. Sextio: *Quotuſque invenietur tanta virtute vir?*

QUATENUS, hoe verre, ſo verre.

Quatenus particula, licet nonnulli diſcrimen faciant cùm per e, & cùm per i ſcribitur, ita tamen ſcriptione confuſa eſt, ut internoſci non facile ſit. Ejus tamen ſignificatum, & dicendi modum, quo celebrata reperitur, ſubdere non omittam. Eſt enim meo judicio, quod *uſque ad finem, vel terminum.* Interdum ſignificat quantum.

Cicero in Oratore: *Itaque ſoli ii, qui ſciunt quid, & quatenus, & quomodo dicturi ſunt.*

Ibidem: *Sed quærimus idem, quod in cæteris rebus maximè quærendum eſt, quatenus.*

Ibidem: *In omni re videndum eſt, quatenus. Etſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium, quam parum.*

Idem in Oratore libro 2. *Quatenus hæc ſunt ridicula tractanda Oratori, perquàm diligenter videndum eſt.*

Idem in Tuſcul. l. 1. *Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit, quatenus eſſet quodque curandum.*

Idem in Antonium: *Quibus auſpiciis iſtos faſces augur acciperem? quatenus haberem? cui traderem?*

Idem in Academic. *Rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ulla in re ſtatuere poſſimus, quatenus.*

Idem de Officiis: *Animadvertendum eſt etiam, quatenus ſermo delectationem habeat, & ut*

ut incipiendi ratio fuerit, ita ſit deſinendi modus.

Ibid. l. 3. *Vulgus quid abſit à perfecto, ferè non ex toto intelligit: quatenus autem intelligit, nihil putat prætermiſſum.*

Ibid. *Sed aliter leges, aliter Philoſophi tollunt aſtutias: leges quatenus manu tenere res poſſint: Philoſophi quatenus ratione & intelligentia.*

Id. de Amicitia: *Quamobrem id primum videamus, ſi placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat.*

Ibid *Eſt enim quatenus amicitiæ dari venia poſſit*

Idem P. Lentulo: *Poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia divideretur, quatenus de religione dicebat.*

Horatius 1. S. 1. *Jubeas miſerum eſſe libenter, Quatenus id facit.*

Ulpianus de Magiſtratibus, l. in ordinem: *Videamus an & quatenus teneatur.*

Et ſubdit: *An & quatenus in patrem ejus actio danda ſit quæritur.*

Vitruvius 6, 2. *In navibus remi cùm ſint in aqua directi, tamen oculis infracti videntur: & quatenus eorum partes tangunt ſummam planiciem liquoris, apparent uti ſunt, directi.*

T. Livius ab urbe cond. *Italiæ niſi quatenus vallum caſtrorum cingit, nihil relinqueretis Pœno.*

Ibid. *Ut quatenus tutò poſſent, Italiam ſpectatum irent.*

HACTENUS, tot hier toe.

Hactenus particula *poſt ſe, ut*, plerunque apud bonos autores trahit.

Cic. lib. 1. de Divinatione: *Et ſi video eò tum Stoicum eſſe cognatum, qui hactenus aliquid legit, ut earum rationem rerum explicaret, quæ mari, cœlòve fierent. Illa verò cur evenerint, quis probabiliter dixerit?*

Celſus de Uſufructu, l. *Hactenus tamen ut ſarta tecta habeat, ſi qua tamen vetuſtate corruerint, neutrum cogi reficere.*

EATENUS, tot ſo verre, ſo lang.

Eatenus quandoque *poſt ſe, ut*, quandoque *quò ad*, quandoque *hactenus* trahit: ſignificat enim *quamdiu, vel uſque ad id.*

Cicero de optimo genere Oratorum: *Verba perſequens eatenus, ut non abhorrerent à more noſtro.*

Idem ad Quintum fratrem 1, 1. *Quorum ſi quis fortè eſſet ſordidior, ferres eatenus, quoad per ſe negligeret eas leges, quibus eſt adſtrictus, non ut ea poteſtate, quam tu ad dignitatem permiſiſſes, ad quæſtum abuteretur.*

Idem in Academicis: *Sed hoc civile quod vocant, eatenus quoad populo præſtare voluerunt.*

Quandoque eatenus quatenus, & hactenus quatenus dicitur. Cajus de inſtitoria actione: *Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior factus eſt.*

Ulpianus de in rem verſo, l. Si pro patre: *Si domini debitor, ſi ſervus, & ab alio mutuatus ei ſolverit, hactenus non vertit, quatenus domino debet.*

QUOD SINE MOLESTIA TUA FIAT, dat het buyten uw ongemak geſchiede. QUOD SINE INCOMMODO TUO FIAT, dat het buyten uw ſchaede geſchieden. QUOD SCIAM, voor ſoo veel ick wete? QUOD PACE TUA FIAT, Dat dit met uw permiſſie geſchiede. QUOD INTER NOS LICEAT DICERE, dit ſy tuſſchen ons geſegt.

Quod ſine moleſtia tua fiat, quod ſine incommodo tuo fiat, quod ſciam, quod pace tua fiat, quod inter nos liceat dicere, & hujuſmodi loquendi modi orationem Latinam, candidam & luculentam efficiunt: quos modos qui obſervare & in ſcriptis uſurpare neglexerunt, non injuria illiterati ac propè infantes judicantur.

Plautus in Menæchmis 3, 2. *Non ædepol ego te (quod ſciam) unquam ante hanc diem vidi.*

Ibidem 5, 5. *Dic mihi, an unquam inteſtina tibi crepant, quod ſentias?*

Terentius in Eunucho 3, 2. *Pace quod fiat tua.*

Idem in Adelphis: *Non equidem inſtas, quod ſciam.*

Cicero Servio Sulpitio 13, 23. *Quare pergratum*

gratum mihi feceris, ſi eum in amicitiam tuam receperis, atque eum, (quod abſque moleſtia fiat) ſi qua in re opus ei fuerit, juveris.

Eidem: *Quare velim, quidquid habent negocii, des operam (quod commodo tuo fiat) ut te obtinente Achajam, conficiant.*

Idem Terentiæ: *Tu velim (quod cum commodo valetudinis tuæ fiat) quàm longiſſimè poteris, obvian nobis properes.*

Idem Attic. *Et velim cures epiſtolam, quam ad eum miſi, reddendam, & ipſe (quod commodo tuo fiat) colloquere.*

Eidem 2, 4. *Serapionis librum ad me miſiſti, ex quo quidem ego (quod inter vos liceat dicere) milleſimam partem vix intelligo.*

Idem Lentulo: *Decernit ut regem deducas, quod commodè facere poſſis.*

Varro de re Ruſtica: *Neque explicata tota ſeparatim (quod ſciam) ab ullo.*

QUAMPRIDEM, QUAMDUDUM, Hoe langh?

NEmo (niſi fallor) nemo inquam, modum eum plenè, aut rectè obſervat, quod admirandi illi veteres utebantur, rogandi ſcilicet: Quàm pridem, quàm dudum venit ille? Quem loquendi modum latiniſſimum plerique ignorantes, Quamdiu eſt quod venit, aut *Quàm diu eſt ex quo venit*, vel Quantum tempus eſt, ineptiſſimè dicunt.

Plautus Sticho 1, 2. *Quàm pridem non ediſti?*

Terentius in Eunucho 3, 3. *Quærit quàm pridem pater mihi & mater mortui eſſent? dico, jamdiu.*

Cicero pro Rabirio perduellione: *Quæſo quam pridem hoc nomen, Fanni, in adverſaria retuliſti?*

QUAM DUDUM, Hoe langh is 't, dat?

Plautus in Sticho 4, 1. *Quam dudum in portum huc venit? Reſpondetur longiſſimè.*

Idem in Trinummo 3, 1. *Quam dudum iſtuc, aut ubi actum eſt?*

Idem in Aſinaria 3, 4. *Quam dudum tu adveniſti?*

Idem in Mercatore 4, 4. *Quam dudum dixeras te odiſſe æquè atque angues?*

Terentius in Eunucho: *Venit quàm dudum? Reſpondetur, modò.*

QUAM MOX, Hoe ras?

Plautus in Sticho 4, 1. *Quam mox cocta eſt cœna? impranſus ego ſum.*

Idem in Moſtellaria 3, 2. *Quid nunc? quàm mox?* & hic interrogantis.

Idem in Aſinaria 2, 4. *Quàm mox mihi operam das?*

Quandoque cùm non interrogat, ſignificat id quod quàm cito aut ſtatim: ut, Quàm mox erit cocta cœna.

Idem in Bacchidibus, 4, 6. *Quàm mox navigo in Epheſum, ut aurum repetam à Theotimo domum, taces?*

Ibidem: *Quàm mox dico dabo.*

Terent. in Adelphis 5, 6. *Hera ego hinc ad has proviſam quàm mox virginem accerſant.*

Cicero pro Roſcio Comœdo: *Expecto, quam mox Chærea hac oratione utatur.*

Hoc loco multi ineptè dicunt: expecto quanto tempore, vel quam diu hac oratione utatur.

Titus Livius ab urbe condita: *Intenti quàm mox ſignum daretur.*

QUID, QUOD, Wat ſal ik meer ſeggen?

QUid quod, cum ſimul junguntur, mirificam Latinitati venuſtatem pariunt: Modus enim dicendi, cùm quis interrogatur, verbi gratia: Quid quod me etiam occidere vult? Multi ineptè dicunt, *quid tibi videtur? vel quid dicis*, etiam me occidere vult? Sed ſubjectæ autoritates id melius oſtendent.

Cicero in Academicis quæſtionibus 4. *Quid quod eadem illa ars quaſi Penelope tela texens, tolli ad extremum ſuperiora?*

Idem de Officiis: *Quid quod Theſeus exegi promiſſum à Neptuno?*

Idem de Senectut. *Quid quod ſapientiſſimu quis animo æquiſſimo moritur?*

Idem ad Pontifices: *Quid quod in m*

rdit

reditu ſpes ocii & concordiæ ſita videbatur?

Idem 1. de natura Deorum: *Quid quod earum rerum, quæ nunquam omninò fuerunt, neque eſſe potuerunt, ut Scyllæ, ut Chimæræ. Quid quod hominum, locorum, urbium earum, quas nunquam vidimus? Quid quod ſimul ac mihi collibitum eſt, præſto eſt imago? Quid quod etiam ad dormientem veniunt invocatæ?*

Idem Attico: *Quid quod Senatus voluit præeſſe provinciis?*

Ibidem: *Quid quod tecum nunquam eſſem ſine cura?*

Idem pro lege Manilia c. 12. *Quid quod ſalus ſociorum ſummum in periculum ac diſcrimen adducitur?*

Idem pro Cluent. *Quid quod Stalenus eſt condemnatus?*

Idem de divinatione: *Quid quæ à Phyſicis & Dialecticis tractantur?*

Idem in Catilinam: *Quid quod ab adventu ſuo iſta ſubſellia vacua facta ſunt?*

Idem in Antonium: *Quid cum collega tulit, quem ipſe fecit ſua nunciatione vitioſum?*

Idem Q. Fratri. *Quid quod eodem tempore deſidero filiam?*

Idem de Oratore: *Quid quod dixiſti, inquit, Craſſe, ſi hic hodie apud te maneremus, te morem nobis eſſe geſturum?*

Horatius Epod. 8.

Quid quòd libelli Stoici inter ſericos jacere pulvillos
Amant?

Ovidius de Ponto 1, 7.

Quid quod ut emeritis referenda eſt gratia ſemper?

Idem in Epiſtol. 8.

Quid quod avus nobis idem Pelopejus Atreus?

MALUM, God betere het.

SEd quis ſine piaculo prætereat enatum hunc quoque in ipſa urbe Latinitatis parente & altrice, tam bellum dicendi modum? Cùm enim quem arguere aut caſtigare volebant, ſic ponebant: Quæ malum iſta tua dicacitas eſt? Qui malum iſti Athenienſes? Sed clarius infra, & propriè magis videbitur.

Plautus in Menech. 5, 2. *Quæ malum hæc impudentia eſt?*

Ibid. 2, 3. *Egone te juſſi coquere? Reſpondetur: certò tibi paraſito tuo. Reſpondetur: Cui malùm paraſito?*

Id. in Aul. 3, 2. *Quid tu hic malum curas, utrum crudum an ego coctum edam?*

Id. in Mercat. 1, 2. *Qui malum ego nugor, ſi tibi, quod me rogas, reſpondeo?*

Idem in Bacchidib. 4, 4. *Qui malùm facilè?*

Terentius in Eunucho 4, 7. *Qui malum alii?*

Cic. 3. in Ver. *Quæ (malum) eſt iſta tua audacia atque amentia?*

Ibid. 4. *Quæ malùm iſta fuit amentia?*

Idem Attic. 5, 20. *Qui malùm iſti Pindentiſſe?*

Idem in Philipp. *Quæ malum iſta voluntaria ſervitus eſt?*

Ibid. *Quæ malum eſt iſta ratio, ſemper optimis cauſis veteranorum nomen opponere?*

Titus Livius ab urbe condita: *Quæ malum ratio expertis alia experiri?*

QUAMOBREM, CUR, QUAPROPTER, QUARE, Waarom.

QUamobrem, cur, quapropter, quare, iis adverbiis quanta ineſt dicendi gratia, quanta venuſtas? eo modo loquendi, quo perfecti illi veteres uſi ſunt, poſt quos nemo ferè elegantiam illam & purum dicendi modum ſervavit. Nam quis eſt, qui non ita poſt illos loquatur? Aliquam cauſam quæris, propter quam, aut ob quam me domo extrudas. Antiqui verò illi: *Aliquam cauſam quæris, quamobrem* me domo extrudas? aut *cur* me domo extrudas? dicebant. Et ubi dicitur à pleriſque ineptiſſimè, quid eſt, quod me videre non potes? Antiqui dicebant: *Quid eſt, quamobrem* me videre non potes? aut quid eſt, *cur* me videre non potes? vel, quid eſt *quare* me videre non potes? Quod obſervandum maximè cenſeo. Quare pro more exempla aliqua ſubjecimus.

Terentius in Eunucho: *Aliquam cauſam quærebat ſenex, quamobrem inſigne aliquid faceret.*

Idem in eodem: *Multæ ſunt cauſſæ quamobrem cupio.*

Idem in Adelphis: *Nil reperio, quamobrem laudet tantopere Hegio meum officium.*

Cicero Appio Pulchro: *Multa mihi veniebant in mentem, quamobrem iſtum laborem tibi etiam honori putarem fore.*

Idem pro Aulo Cæcinna: *Deinde nihil rationis adfers, quamobrem ſi libertas adimi nullo modo poſſit, civitas poſſit.*

Idem pro Cælio: *Quæ fuit enim cauſa, quamobrem venenum iſti mulieri vellet dare Cælius?*

Idem pro Sexto Roſcio Amerino: *Si vel minima pars reperietur, quamobrem videantur illi non nihil tamen in deferendo nomine ſecuti.*

Idem pro Sylla: *Quid enim eſt, quamobrem abs te Quinte Hortenſi factum clariſſimi, atque ornatiſſimi viri non reprehendatur, reprehendatur meum?*

Idem Pro Cornelio Balbo: *Quid eſt quamobrem civi Gaditano in hanc civitatem venire non liceat?*

Idem pro Cluent. *Nihil excogitem, quamobrem Oppianico damnari neceſſe ſit?*

Ibidem: *Quid eſt quamobrem quiſque noſtrûm cenſorias ſubſcriptiones omnes fixas & in perpetuum ratas putet eſſe oportere?*

Idem in Verrem: *Quæ mulier digna quamobrem iſte diutiùs Lampſaci commoraretur?*

Ibid. *Nulla res eſt, quamobrem ego iſtum nolim ex paternis probris, ac vitiis emergere.*

Ibidem: *Neque adhuc cauſſam illam excogitare potui, quamobrem commiſerit.*

Ibidem: *Quid eſt, quamobrem putes te tuam culpam non modò derivare in aliquem, ſed communicare cum aliquo poſſe?*

Ibidem: *Quid tandem habuit argumenti, aut rationis res, quamobrem in eo potiſſimum Stenianum præmium poneretur.*

Ibidem: *Multa ſigna dederat, quamobrem quibus reſponſurus non videtur, mentio de lege nulla fiebat.*

Ibid. *Quod ſi Apollonio aliquid commiſſum eſſet, quamobrem jure in eum animadverteretur.*

Idem de finibus bonorum & malorum: *Satis argumenti eſſe videtur, quamobrem illa, quæ natura prima ſunt adſcita, natura prima diligamus.*

Alphenus, Locati & conducti, l. Habitatores: *Ea conditione habitatorem eſſe, ut ſi quid adverſarium incidiſſet, quamobrem dominum aliquid demoliri oporteret, aliquam partem parvulam incommodi ſuſtineret.*

CUR, waerom.

Cicero pro M. Cælio: *An vobis aliam cauſam eſſe ullam putatis, cur in tantis præmiis eloquentiæ, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gratia, tanto honore, tam ſint pauci, ſemperque fuerint, qui in hoc labore verſentur?*

Idem pro Cluent. *Quid eſt Q. Naſo, cur tu in hoc loco ſedeas?*

Ibidem: *Quæ cauſa Habito fuerit cur interficere Oppianicum vellet?*

Idem pro Sexto Roſcio Amerino: *Quod ſi tibi nulla cauſa eſt, cur hunc miſerum tanta calamitate adfici velis?*

Idem Attico: *Sed erant cauſæ, cur hoc tempore iſthic eſſe nollem.*

Idem pro Roſcio Comœdo: *Non fuit cauſa, cur tantum laborem caperes, & ad me venires.*

Alphenus, Locati & conducti, l. Habitatores: *Si juſta cauſa fuiſſet, cur periculum timeret?*

Catullus Carm. 17.

Nam quid feci ego, quidve ſum locutus,
Cur me tot malè perderes poëtis?

QUAPROPTER, Weshalven.

Plautus in Bacchidibus 5, 2. *Sed quid eſt quapropter nobis vos malum minitemini.*

QUA CAUSA, Om wat oorſaak.

Plaut. in Menæchmis 3, 2. *Quid de te merui, qua me cauſa perderes?*

Cic. pro lege Man. *Satis mihi multa verba feciſſe videor, quare hoc bellum eſſet genere ipſo neceſſarium.*

Aſconius Pedianus, qui tametſi ſub Auguſto Cæſare

Cæſare floruit, bonaque multa, atque elegantia ſcripſit, ſicuti libello, ſive potius fragmento, quod ante hos annos repertum eſt, colligi poteſt, multa fluit ac ſcatet barbarie. Quam tamen barbariem, non ab illo certè, qui bono etiam tunc tempore eruditus eſt, provenire puto: ſed potiùs ab aliquo infulſo, atque ineleganti Grammatico, qui interpretis vice functus, inepta multa conſeruit, quæ poſteà unà cum bonis autoris verbis deſcripta ſunt. Is inquam Aſconius: *Magnoperè*, inquit, *me hæſitare confiteor, quid ſit, quare Cicero Placentiam municipium eſſe dicat.* Quid ſit quare, dixit: quod eleganter poſuit, & modo iſtorum veterum uſus eſt. Cn. Pompejus L. Domitio: *Miror, quid cauſæ fuerit, quare conſilium mutaris.*

SIDERE, SUBSIDERE, DESIDERE, Sinken, invallen.

MAximè abſtruſum hactenus (ut arbitror) quid ſignificet reſidere, ſubſidere, deſidere. Quod cum ex multa variaque lectione deprehendiſſem, nihil aliud eſſe terram deſidere, niſi cum terra magnis imbribus, vel ignota alia cauſa hiatum faceret: ita ut terra deorſum deſcenderet, vel ſubtraheretur. Quæ res melius ex ſubjectis autoritatibus colligetur.

Cicer. 3. de Offic. *Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui cum terra deſediſſet, magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit.*

Idem de divinatione: *Delata etiam ad Senatum labes agri Privernatis, cùm ad infinitam altitudinem terra deſediſſet.*

Ibidem: *Ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terræque deſederint.*

Titus verò Livius idem dixit de bello Macedon. *Terra* (inquit) *Velitris trium jugerum ſpacio caverna ingenti deſederat.* Non tamen dicendi modum ſervavit, mutato ferè & obſoleſcente jam bono dicendi modo: cùm dixit ab urbe condita: *Arpini terra campeſtri in agro in ingentem ſinum conſedit.*

Ibid. *In Veliterno agro terra ingentibus cavernis conſedit, arboreſque in profundum hauſtæ.* Conſedit igitur dixit pro deſedit, cum conſidere ſit ſimul ſedere.

Virgilius, Ecl. 3.

Dicite, quandoquidem in molli conſedimus herba.

Varro de re Ruſtica: *Quod inane natat, plenum deſidet.*

Ibid 1, 50. *Ubi ſtramentum deſedit in aperto loco palam, à quo nominata poteſt eſſe palea. Alii leg. diſcedit.*

RESIDERE, eſt paulatim, deorſum inclinare, Sig nederſetten, verminderen.

Plautus in Captiv. 3, 1. *Itaque venter, gutturque reſident.*

Horatius 3. od. 3.

Noſtriſque ductum ſeditionibus
Bellum reſedit protinus.

Idem, 2. od. 20.

Jám jam reſidunt cruribus aſperæ pelles.

Ex epiſtola Sabini pro Helena.

Flamma recens parva ſparſa reſedit aqua.

SUBSIDERE eſt ferè idem quod reſidere: ſed conſiderantibus aliquod diſcrimen omninò occurrit, quod melius videatur, quam demonſtretur, ſig nederſetten.

Virgilius Æneidos 5.

Subſidunt undæ, tumidumque ſub axe tonanti
Sternitur æquor aquis.

Ovidius de Faſtis, 1, 567.

Quod ſimul evulſum eſt, fragor æthera terruit ipſum,
Jactaque ſubſedit pondere molis humus.

Idem:

Jam levis obliqua ſubſedit Aquarius urna.

Idem:

Pondere terra ſuo ſubſedit & æquora traxit.

Idem in Metamorphoſi, l. 1. v. 43.

Juſſit & extendi campos, ſubſidere valles.

Ibidem:

Flumina ſubſidunt, colleſque exire videntur.

Ibidem:

Paulum ſubſedit. Et infra: *Quàm ſolet eſſe fuit.*

Idem in Ibin. v. 316.

Sic tua ſubſidens devoret oſſa canis.

Idem ad Corinnam:

At vos, quà veniet, tumidi ſubſidite montes.

Paulus de damno infecto l. Athenienſis: *Si vitio loci pars aliqua loci ſubſedit.*

Titus Livius ab urbe condita: *Subſidunt Hiſpani adverſus emiſſa tela ab hoſte, inde ad emittenda ipſi conſurgunt.*

Hircius in Comment. *Aqua quæ paulatim ſpacio temporis liqueſcit ac ſubſidet.*

QUISQUAM, Iſſer yemant.

QUiſquam, quantum diſtet ab aliquo, à quoquam, à quocunque, à quolibet, à quopiam, ex iis quæ infra adduxi, melius cognoſcetur. *Interrogat enim ferè ſemper, & cum indignatione requirit.*

Cic. pro Cluentio: *Eſt quiſpiam, qui cùm hoc cognoverit, ſuſpicari poſſit Oppianicum judicio oppreſſum, & circumventum eſſe innocentem?*

Idem in Verrem: *In ejuſmodi re quiſpiam tam impudens reperietur, qui ad alienam cauſam invitis iis, quorum negotium eſt, accedere aut aſpirare audeat?*

Ibid. *Num aut in utilitate nummum arator quiſquam dedit? aut in charitate de æſtimatione frumenti queſtus eſt?*

Ibid. *Quid enim quiſquam ad meam pecuniam me invito adſpiret?*

Idem pro lege Manilia c. 45. *Et quiſquam dubitabit, quid virtute profecturus, qui tantùm autoritate profecerit?*

Ibid. c. 42. *Et quiſquam dubitabit, quin huic tantum bellum tranſmittendum ſit?*

Idem pro domo ſua: *Hanc deam quiſquam violare audeat?*

Idem 10. in Philippic. *Ab hoc igitur quiſquam bellum timet?*

Virgilius 1. Æn.

Et quiſquam numen Junonis adoret?

QUA ITINERIS, Voor ſo veel de reys belangt. QUA DE BRUTO, voor ſoo veel Brutus belangt.

QUà itineris, quà de Bruto, modus eſt dicendi, quo ineptè dicunt: *Ea parte qua itineris, vel de Bruto mentio fit.*

Cicero Attico 9, 14. *At quàm honeſta, quàm expedita tua conſilia, quàm evigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà navigationis, quà congreſſus, ſermoniſque cum Cæſare.*

Eidem, l. 15, 18. *Cùm video te diſtentiſſimum eſſe, qua de Butrotis, qua de Bruto.*

QUAM PLURIMUS, PRO, QUANTO MAGIS, &c. hoe veel te meer.

EDiſcendus & hic loquendi modus, quo Cato & alii veteres uſi ſunt.

Idem enim de re Ruſtica: *Quam plurimam braſſicam ederit, tam citiſſimum ſanus fiet.*

Illiterati verò hunc quoque dicendi morem non curantes dicunt: *Quantò plus, aut quantò magis ederit ex braſſica, tantò citiùs ſanus fiet.*

QUAM CITISSIME, TAM MAXIME, Hoe veel te raſſer, ſoo veel te meer.

ET hic modus alter, non inelegantior ſuperiore, non eſt prætereundus.

Idem Cato: *Quàm citiſſimè conficies, tam maximè expediet.*

Ibid. *Quàm acerbiſſima olea erit, tam oleum optimum erit.*

QUOD TE ORO, Daarom ik uw wil gebeden hebben.

MOdus eſt etiam Romani candoris plenus in particula Quod. Cùm enim aliquid timentes narrabant, ac deinde, ne quid tale eveniret, obſecrabant, Quod te oro, dicebant: quod perinde eſt quaſi, Quare te oro.

Terentius in Hecyra 3, 2. *Malè metuò, ne Philumenæ magis morbus aggraveſcat: quod te Æſculapi, & te Salus, ne quid hujus ſit, oro.*

Hora-

Horatius in Epiſtolis, 1, 7.

- - - Pol me miſerum patrone vocares.
Si velles, inquit, verum mihi dicere nomen:
Quod te per genium, dextramque deoſque penates
Obſecro, & obteſtor, vitæ me redde priori.

RENUNCIARE, Rapport van yets doen.

QUàm diverſum eſt, quod in bonis autoribus legimus in verbo Renuncio, ab eo ſenſu, qui paſſim vulgò celebratur? Eſt enim renunciare legationem, idem quod referre, quid in legatione geſtum ſit.

Cicero in Philippic. 6, 16. *Cùm enim legati renunciarint, quod certè renunciabunt, non in veſtra poteſtate, non in Senatus eſſe Antonium.*

Ibidem: *Nec verò dubito, quin ſi ille vir renunciare legationem potuiſſet, & reditus ejus vobis gratus fuerit, & Reipublicæ ſalutaris futurus.*

Varro de re ruſt. 3, 18. *Latis tabulis ſortitio fit tribuum, ac cœpti ſunt à præcone renunciari, quem quæque tribus fecerint Ædilem.*

T. Livius ab urbe cond. *Hæc cum legatio renunciaretur.*

Ibid. *Qui juſſi erant, legationem renunciaverunt.*

RENUNCIATUR PRÆTEREA CONSUL, TRIBUNUS, ALIUSVE MAGISTRATUS, id eſt, DECLARATUR FACTUS CONSUL, TRIBVNVS, &c. Hy word Borgermeeſter &c. gemaakt.

Cicero pro lege Manilia c. 2. *Nam cum propter dilationem Comitiorum ter prætor primis centuriis cunctis renunciatus ſum.*

Titus Livius ab urbe cond. *Nec me contra Senatuſconſultum Conſulem renunciari patiar.*

Afininus Pollio Ciceroni: *Comitia biennii biduo habuit, hoc eſt, renunciavit, quos ei viſum eſt.* V. Agell. 12, 8.

REDIRE IN GRATIAM, Met yemand verſoent worden.

REdire in gratiam, modus eſt dicendi, quo ſignificatur, aliquem ex diſcordia *reconciliatum, in priſtinam amicitiam redire.*

Cicero de Senectute: *In gratiam cum voluptate redeamus.*

Idem Q. Fratri: *Pompejus à me valde contendit de reditu in gratiam, ſed adhuc nihil profecit.*

Idem de provinciis Conſularibus: *Juravitque in concione ſe in gratiam non rediiſſe.*

Ibid. *Abſens mecum ſummo ſuo beneficio rediit in gratiam.*

Idem ad Atticum 1, 12. *Cùm Lucejo in gratiam redi.*

RESPONDERE AD ROGATVM, Op het gevraegde antwoorden.

REſpondere ad rogatum, id eſt (quod ſatis per ſe noſcitur) cùm quis rogat, quærit petitve, & alter ad ea, quæ rogatur, reſpondet. Quod multi perverſo dicendi modo, *reſpondere ad propoſitum* dicunt.

Cicero pro L. Flacco: *Nunquam nobis ad rogatum reſpondent, ſemper accuſatori plus, quàm ad rogatum.*

ROGET QVIS, Ymand ſoude moge vragen. DICAT QVIS, Ymand ſoude moge ſeggen. PETAT QVIS, Ymand ſoude moge verſoeken.

ROget quis, modus eſt loquendi politus, id eſt, quod multi ineptè dicunt, *ſi aliquis me interrogaret, peteret, diceret.*

Terentius in Eunucho: *Roget quis, quid tibi cum illa?*

RESPECTVS, Aanſchouwing.

REſpectus, mutato dicendi genere dici cœptus eſt, hoc modo: Feci amicitiæ reſpectu, Feci reſpectu juſtitiæ: quo loco Latinius diceretur: Feci amicitiæ cauſa vel ratione. Feci ratione juſtitiæ. *Reſpectus* autem nomen eſt *à Reſpicio* veniens, ut *conſpectus à Conſpicio.* Alio dicendi modo à Ci-

 cerone

cerone eloquentiæ principe uſitato, qui 1. de divinatione: *Remigem*, inquit, *quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madefactum iri minus triginta diebus Græciam ſanguine, rapinas Dyrrachii, & conſcenſione in naves cum fuga, fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore.*

Idem in Philippica 5. *Itaque cùm reſpectum ad Senatum & ad bonos non haberet, eam ſibi viam ipſe ſibi patefecit, ad opes ſuas amplificandas, quàm virtus liberi populi ferre non poſſet.* Reſpectum dixit non haberet, hoc eſt, non reſpiceret. Vid. Schott. l. 1. Nod. Cic. c. 15.

RESECARE AD VIVUM, Een ſaak uytpluyſen.

Reſecare ad vivum, eſt per tranſlationem dictum ab iis, qui vel ungues uſque ad vivum, vel arbores uſque ad radices reſecant. Id poſteà dictum & ad eos transfertur, cùm quid nimium ad regulam revocamus.

Cicero de Amicitia: *Neque id ad vivum reſeco, ut ii, qui hoc ſubtiliùs diſſerunt.*

SCRIBERE MEA, TUA, SUA MANU, Met mijn eygen hand, met uw eygen hand, met ſijn eygen hand Schryven.

Scribere mea manu, ſua manu, *non propria manu*, quæ nuſquam non apud bonos autores reperitur.

Cicero Attico: *Antequàm aliquo loco conſedero, neque longas à me, neque ſemper mea manu literas expectabis.*

Eidem: *Obſignaram jam epiſtolam meam, quam puto te modò perlegiſſe, ſcriptam mea manu.*

Eidem 7, 3. *Ipſe in Tuſculano me referre in commentarium mea manu voluit, quod idem in Aſia mihi ſua manu ſcriptum dedit.*

Eidem: *Nunquam antè arbitror te epiſtolam meam legiſſe, niſi mea manu ſcriptam.*

Eidem: *Hęc mea manu.*

Eidem: *Noli putare pigritia facere me, quod non mea manu ſcribam.*

Eidem: *Alteram tibi eodem die epiſtolam dictavi, & pridie dederam mea manu longiorem.*

Ibid. *Accepi aliam alia jucundiorem, quæ quidem erant tua manu.*

Idem Q. Fratri: *Cùm ſcripſiſſem hæc infima, quæ ſunt mea manu.*

Ibidem: *Hæc inter cœnam dictavi Tironi, ne mirêre alia manu.*

Idem in Catilin. *Legimus literas & ſcriptum ipſius manu.*

Idem Appio Pulchro 3, 6. *Ad te ſtatim manu mea ſcriptas literas miſi.*

Brutus Cic. *Superioribus literis mea manu ſcripſi.*

Scævola de Donat. l. Ad eum: *Hac epiſtola mea manu ſcripta notum tibi facio.*

Idem de legatis, l. Cùm quis: *Teſtamento facto manu ſua ita cavit.*

Paulus de Publicanis & vectigalibus, l. Si publicanus: *Significentur ipſi libello manu ſua ſubſcripto.*

Calliſtratus: Ad legem Corneliam, de falſis, l. Divus Claudius: *Si modo poſt eam ſcripturam manu ſua teſtator teſtamento Codicilliſve ſubſcripſerit.*

Marcellus: Si quis aliquem teſtari prohibuerit, l. Divus Severus: *Sua manu ſignatos Codicillos valere velit.*

Papinianus de teſtamentaria tutela, l. ex ſententia: *Patris voluntas hoc ipſum manu ſua declarantis.*

Vitruvius: *Quod etiam ipſe ſua manu dicitur feciſſe.*

Titus Livius de bello Punico: *Fœdera Amilcaris ſcripta manu.*

Idem de bello Macedon. *Poliſenidas ſua manu ſcripſit.*

Ibidem: *Judicia manu ſua teſtata daret.*

Ibid. *Auſa dicere ſe omnes ſua manu potiùs interfecturam.*

Ovidius in Epiſtola Didonis 7.

Ipſa ſua Dido concidit uſa manu.

STUDEO ILLAM REM, Ik leg my op die ſaak.

Studere illi rei, vulgare eſt: Studere autem illam rem, minus obſervatum, non caret

caret gratia & venuſtate.

Plautus in Milite 5, 1. *Magis metuant, minùs has res ſtudeant.*

Cicero in Antonium: *Utrum ſentitis omnes, unum ſtudetis.*

Idem de Reditu ſuo: *Cùm verò literas ſtudere incipit, & belluo immanis cum Græculis philoſophari, tamen eſt Epicureus.*

Idem de finibus bonorum & malorum: *Vel illud quod ſtudet, facere poſſit ornatiùs.*

Idem in Tuſculanis: *Hæc cùm diſputant, hæc ſtudent.*

Horatius 1. Ep. 1.

- - - - Hoc ſtudet unum.

SUBSCRIBERE, Een beſchuldinge tegens yemand onderteyckenen.

Subſcribere cauſæ, & ſubſcribere cauſam apud bonos illos autores frequenter reperitur. Differentiam autem quæ interſit, pauci (ut arbitror) conſideraverunt. Ego verò, quid de hac re ex multa lectione collegerim, paucis perſtringam. Subſcribere cauſæ certo modo loquendi id erat, cum nomen alicujus deferebatur, accuſatores apud judices ſe reorum accuſationibus ſubſcribebant, ut qui ſic ſubſcriberent, ad talionis pœnam tenerentur, ſi inique accuſaſſent, & niſi intra ſpacium triginta dierum cauſam proſecuti fuiſſent. Judices verò ſcribebant cauſam, propter quam rei accuſabantur. Quæ omnia infrà ſcriptæ autoritates apertiùs demonſtrabunt.

Cicero de arte Rhetorica: *Cùm venefici cujuſdam nomen eſſet delatum, & quia parricidii cauſa ſubſcripta eſſet, extra ordinem eſſet acceptum.* Et infrà: *Id autem ſi damnaretur, fieri neceſſe eſſet, quoniam & id cauſæ ſubſcriptum, & re nomen extra ordinem ſit acceptum.*

Ovidius de Triſtibus:

Neve precor magnæ ſubſcribite Cæſaris iræ.

Paulus de Accuſatoribus, l. Libellorum: *em ſubſcribere debet is, qui dat libellum, vel alius pro eo, ſi literas neſciat.* Et ſubdit: *Sed intrà quod tempus, videbimus: & utique XXX. dies utiles obſervandi ſunt.*

Ulpianus de Accuſationibus & inſcriptionibus: *Si cui crimen objiciatur, præcedere debet in crimine ſubſcriptio, quæ res ad id inventa eſt, ne facilè quis proſiliat ad accuſationem, cùm ſciat inultam ſibi accuſationem non futuram.*

Aſconius Pedianus: *Subſcripſerunt Triario in Scaurum Quintus Marius L. Filius, & Q. Pacuvii fratres, cognomine Claudii, qui inquiſitionem in Sardiniam, itemque in Corſicam inſulas dies tricenos acceperunt.*

Idem: *Deinde poſt paucos dies apud Cenſidium Quæſtorem lege Plautia de vi, ſubſcriptione ea quod loca occupaſſet, & cum telo fuiſſet, anteſignanos operarum Milonis accuſaverunt, Cajus Fidius, Cneus Apronius, Cnei filius, Marcus Sejus.*

SUBSCRIBERE CAUSAM, Beſchuldigen, aanklagen, de beſchuldinge tegens yemand onderteykenen.

Plautus in Pænulo 3, 6. *Cras ſubſcribam homini dicam.*

Idem tamen dimiſit præpoſitionem Sub, cùm dixit in Aulular. 4. 10. *Ad Prætorem hodie te rapiam, & tibi ſcribam dicam.*

Cicero pro Cluent. *Video igitur judices animadvertiſſe Cenſores in judices quoſdam illius conſilii Juniani, cùm iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent.*

Id. in 1. Divinatione: *Appius Cenſor Cajum Ætheum notavit, quod ementitum auſpicia ſubſcripſerit, ergo fuerit hoc cenſoris, ſi judicabat ementitum.*

Idem pro Aulo Cluent. *Nam hæc quidem, quæ de judicio corrupto ſubſcripſerunt.*

Ibid. *Leve eſt quod Cenſores de cæteris ſubſcripſerunt.*

Ulpianus de Privatis delictis, l. ſi quis: *Tunc ſubſcribere eum crimen oportebit.*

Aſconius Pedian. *Hunc Antonium Gellius & Lentulus Cenſores ſexennio quo hæc dicerentur, Senatu moverunt, cauſaſque ſubſcripſerunt, quòd ſocios diripuerit, quò judicium recuſaverit, quòd propter æris alieni magnitudinem prædia man-

mancipârit, bonaque ſua in poteſtate non haberet.

SUBSCRIPTORES, Mede aan klaagers.

Cicero in Divinatione in Verrem: *At venit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis & diſertis: eſt tamen hoc aliquid, tametſi non eſt ſatis. Omnibus enim rebus is qui princeps eſt, in agendo ornatiſſimus & paratiſſimus eſſe debet. Verumtamen L. Apulejum eſſe video proximum ſubſcriptorem, hominem non ætate, ſed uſu forenſi, atque exercitatione tirorem.*

Ibid. *Ex illo grege oratorum, qui ſubſcriptionem ſibi poſtularunt.* Et ſubdit: *Ut mihi non ex iis, quos mecum adduxerunt, ſed de populo ſubſcriptor addatur.*

Ibid. *Accuſabat M. Aquilium ſubſcriptore C. Rutilio Ruffo.*

Idem ad Quintum fratrem 3,1. *Gabinium tres adhuc factiones poſtulant, Lucius Lentulus Flaminis filius, qui jam de majeſtate poſtulavit, Titus Nero cum bonis ſubſcriptoribus. C. Memmius Tribunus plebis.*

Ad eundem 3, 4. *Gabinius abſolutus eſt, omninò nihil accuſatore Lentulo, ſubſcriptoribuſque ejus infantius: nihil illo conſilio ſordidius.*

Idem pro Murena: *Succeſſionem ſubſcriptorum animadvertebant.*

Sed quid ſint ſubſcriptores, apertius declarat Aſconius Pedianus: *Subſcriptores*, inquit, *dicuntur, qui adjuvare accuſatorem cauſidici ſolent, quos oportet ſubmiſſius agere, quàm dicit ille, quem ſequuntur.*

SICCUS, Nughteren.

Siccus, per tranſlationem non eſt id, quod exhauſtus aut exercitus, ut nonnulli volunt, ſed eſt jejunus, ſobrius.

Plautus in Aſinar. 5, 2. *Ego præter alios meum virum fui rata ſiccum, frugi, continentem.*

Cicero 4. in Academicis quæſtionibus: *Dormientium & vinolentorum, & furioſorum viſa imbecilliora eſſe dicebas, quàm vigilantium, ſiccorum, ſanorum.*

Idem pro lege Agraria: *Hæc per deos immortales utrum eſſe voles conſilia ſiccorum, aut vinolentorum ſomnia, & utrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur?*

Horatius 1. Ep. 19.

---- *Forum, putealque Libonis*
Mandabo ſiccis ----

Idem 1. Ep. 17.

---- *Accedes ſiccus ad unctum.*

Idem 1. Od. 18.

Siccis omnia nam dura Deus propoſuit.

Idem 2. Sat. 3.

Libertinus erat, qui circum compita ſiccis
Lautis manè ſenex manibus currebat.

STOMACHARI, Quaad ſijn, gram ſijn, toornig zijn. STOMACHARI OMNIA, in alles een weerſin hebben.

Stomachari notum verbum, eſt enim indignari, & quaſi ex aliquo facto dictove offendi, ita ut ſtomachus inde moveatur. Hinc eſt alius ortus dicendi modus cùm dicitur: Non ſine ſtomacho illum vidi. Sed in verbo Stomachor præcipuè obſervandum eſt, accuſativo id quandoque jungi, quandoque abſolutè, quandoque cum præpoſitione poni.

Terentius in Eunucho 2, 3. *Id adveniens mecum ſtomachabar.*

Cicero Attico 14, 13. *Stomachor omnia.*

Eidem 6, 3. *In quo tamen ille mihi riſum magis, quàm ſtomachum movere ſolet.*

Eidem 9, 22. *Ille verò: ſed ſtomachari deſinamus.*

SEXCENTI, Ontallijke veel.

Sexcentis locis, ſexcentos habes tabellarios, & alia hujuſmodi: hoc numero utebantur literati viri felicis ſeculi illius, cùm infinitum, aut prægrandem numerum explicare volebant.

Plautus in Aulularia, 2, 4. *Sexcenta ſunt quæ memorem, ſi ſit ocium.*

Idem in Bacchidibus 4, 9. *Sexcenta tanta reddam ſi vivam.*

Idem

Idem in Trinummo 3, 3. *Sexcentæ ad eam rem cauſæ poſſunt colligi.*

Id. in Menechmis 5, 4. *Quin ſuſpirabo plus quàm ſexcentum dies.*

Terentius in Phormio. 4, 3. *Sexcentas proinde potiùs ſcribito, jam mihi dicas.*

Cæſar in Comment. *Cùm ſexcentis devotis.*

Cicero Attico: *Sexcentos habes tabellarios.*

Eidem, 2, 17. *Ne Sampſiceramı noſtri merita in patriam ad annos ſexcentos majora viderentur, quàm noſtra.*

Eidem: *Pòſt à Pompeji procuratoribus ſexcentis premi cœptus eſt.*

Idem: *Multa moleſta, diſceſſus noſter, belli periculum, militum improbitas, ſexcentæ præterea.*

Ibid. *Venio ad epiſtolas tuas, quas ego ſexcentas accepi.*

Ibid. *Sexcenta alia ſcelera moliri.*

Eidem 14, 12. *Dignus quidem ille omni regno, ſed non per Fulviam, ſexcenta ſimilia.*

Idem in Verrem: *Sexcentos præterea cives.*

Ibid. *Poſſum ſexcenta decreta proferre.*

SUPPETERE, Overig zijn.

Suppetere, & ſupereſſe vita dicitur, pro quo multi, Sufficere vita, & barbaris aliis modis dicunt.

Cicero de ſomnio Scipionis: *Scribentur fortaſſe plura, ſi vita ſuppetet.*

Virgilius 3. Georg.

Primus ego in patriam mecum, modò vita ſuperſit.

SUPRA CAPUT, Over 't hooft, op de neck.

Supra caput, modus eſt loquendi, *rem quæ valde urgeat* & immineat, ſignificans.

Cicero Q. Fratri, ep. 2. *Ecce ſupra caput homo levis, ac ſordidus, ſed tamen equeſtri Cenſu, Catienus.*

Saluſt. in Catilin. c. 52. *Dux hoſtium cum exercitu ſupra caput eſt.*

Virgilius 3. Æn.

Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber.

T. Livius ab urbe cond. *Cùm hoſtes ſupra caput ſint.*

Ibid. *Clamor ſupra caput hoſtilis captam urbem oſtendit.*

STAT PER ME, Het hangt aan mijn.

Stare per me, per te, per illum, modus eſt loquendi perlegans, & multis in locis, apud bonos autores celebratus.

Cæſar in Comment. *Ubi cognovit per Afranium ſtare, quò minùs prælio dimicaretur.*

Titus Livius ab urbe condita: *Per duces, non per milites ſtetiſſe, ne vincerent.*

SUPERSEDERE, Naarlaten.

Superſedere cum ablativo jungitur, certo modo dicendi id ſignificat, quod *intermittere.*

Plautus Epid. 1, 1. *Superſede in rebus jam.*

Cicero Servio Sulpitio: *Superſedeas hoc labore itineris.*

Idem de Arte Rhetorica: *Exemplorum multitudine ſuperſedendum eſt.*

Cato de re Ruſtic. *Litibus familia ſuperſedeat.*

Titus Livius ab urbe condita: *Rebus divinis ſuperſederi juſſum.*

Ibidem: *Tributo, ac delectu ſuperſeſſum.*

STULTUS, Bol, plomp, onervaren. INSANUS, Onſinnig.

Non pauci ſunt, qui in verbo Stultus, ſtulti non fiant, non intelligentes, imò omninò confundentes verbi proprietatem. Stultum enim id plerique jam putant quod inſanum, cùm inter utrunque non leve ſit diſcrimen. Eſt igitur ſtultus ferè quod *imperitus, ingenio hebes, aut tardus, vel inconſtans.* Inſanus autem, qui non ſanæ, ſed alienatæ mentis eſt.

Plautus in Perſa 4, 4. *Nimis hodie ſtultus es pueriliter.*

Idem in Moſtellaria 2, 2. *Interdum ineptè ſtultus es.*

Terentius in Eunucho 2, 2. *Dii boni, homo homini quid præſtat? Stulto ſapiens quid intereſt?*

Ibidem: *Hic homo è ſtultis inſanos facit.*

Idem in Andria: *Quandoquidem tam iners tam nullius conſilii ſum: Servone fortunas meas me commiſiſſe futili? ergò precium ob ſtultitiam fero.*

Cicero de Oratore: *Oratoris peccatum ſi quod eſt animadverſum, ſtultitiæ peccatum videtur. Stultitia autem excuſationem non habet.*

Ibidem: *Quo quidem in genere familiaris noſter M. Bucculejus homo neque meo judicio ſtultus, & ſuo valde ſapiens.*

Ibidem: *Neque vult ita ſapiens inter ſtultos videri.*

Idem pro T. Annio Milone: *Negant intueri lucem fas ei, qui à ſe hominem occiſum fateatur. In qua tandem urbe hoc homines ſtultiſſimi diſputant?*

Idem pro Dejotar. *Et ab homine minimè ſtulto eſſe cogitatum confingitis?*

Idem pro Cluent. *Minùs enim ſtultus eſt is, cui nihil in mentem venit, quàm ille, qui quod ſtultè alteri venit in mentem, comprobat.*

Ibidem: *Adeòne erat ſtultus, ut ille quantum ille vivebat, vitam eſſe arbitraretur?*

Idem pro Aulo Cecin. *Tertio ut cum tam ſtulto haberet.*

Idem definit, quid ſit ſtultitia in Tuſculan. Stultitiam enim cenſuerunt inconſtantiam, id eſt, ſanitate vacantem, poſſe tamen tueri mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum, atque uſitatum. De quo planè loquitur Ovid. 2. Faſtorum: *Lux quoque cur eadem ſtultorum feſta vocetur, Accipe.* Et ſubdit: *Stultaque pars populi, quæ ſit ſua curia, neſcit.* Feſtus *Quirinalia ſtultorum feriæ dicebantur, quòd eo die ſacrificabant ii, qui ſolenni die aut non poterant rem divinam facere, aut ignorabant.*

Venulejus: Quod vi, aut clàm, l. Servius: *Ne melioris conditionis ſint ſtulti, quàm periti.*

Horatius in Sermonibus, 1. Sat. 6.

Stultus & inſanus, quid ſi quis non ſit avarus?

Et pauló poſt:

Stultum me fateor, liceat concedere veris,
Atque etiam inſanum.

Idem 2. Sat. 3.

Quem mala ſtultitia, & quæcunque inſcitia veri,
Cæcum agit inſanum Chryſippi porticus, & grex
Autumat.

Idem 2. Sat. 3.

Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes.

Idem, Ibid.

Qua me ſtultitia, quoniam non eſt genus unum,
Inſanire putas?

SPERO, Ik hope. ET SPEROR, Ik worde gehoopt. DESPERO, ik wanhope. ET DESPEROR, men wanhoopt van my.

Spero quandoque activum ſimplex, & ſic ſuum format paſſivum: quandoque neutrum abſolutum.

Plautus in Menechmis 5, 9. *Dii immortales ſpem inſperatam date mihi.*

Idem in Mercatore 3, 4. & 5, 2. *Spem ſperatam cùm obtuliſti?*

Cicero ad Quintum Fratrem ep. 3. *Sive reſtituimur, ſive deſperamur.*

Idem Attico 7, 19. *Breviloquentem jam me tempus ipſum facit, pacem enim deſperavi.*

Eidem: *Si hæc jam noſtra ſalus cum hac lege deſperata erit.*

Idem in Catilinam: *Eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen eſſent ferendi.*

Idem de Finibus bonorum & malorum: *Aut omnia ſemper deſperantes.*

Titus Livius de bello Macedonico: *Hos deſperata ſalus ad rabiem magis, quàm ad audaciam, accendebat.*

SECUNDUM, Na, voor.

Omiſſis vulgaribus ſenſibus de Præpoſitione Secundùm, ab aliis ſedulò notatis, id proferamus, quod latuiſſe haſtenus videtur. Secundùm abſentem, ſecundùm præſentem judicare: ferre ſententiam ſecundùm teſtamentum, ſecundùm te ille mihi ita eſt, ut ſit penè par. Hæc notanda mihi viſa ſunt, quæ non ab aliqua ratione, ſed ſola dicendi conſuetudine variantur. *Judicare abſentem ſecundùm præſentem*, id eſt, quod diceremus, *judicavit pro abſente, ac ſi præſens eſſet.* Ferre ſententiam, ſecundùm teſtamentum, hoc eſt, quod diceremus, pro teſtamento, vel vulgatiùs in favorem teſtamenti. Secundùm te ille mihi

ita

ita eſt, ut ſit penè par, id eſt, ſecundo loco, aut proximè.

Cicero ad Quintum Fratrem, 3, 1. *Ille mihi ſecundùm te, ac liberos noſtros ita eſt, ut ſit penè par.*

Idem de Officiis: *Proximè autem, & ſecundùm deos, homines hominibus maximè utiles eſſe poſſunt.*

Idem Attico: *Secundùm te nihil eſt mihi amicius ſolitudine.*

Eidem: *Nunciavit jam populo pontifices ſecundùm ſe decreviſſe.*

Idem de Oratore: *Quare in hac noſtra actione ſecundùm vocem vultus valet.*

Idem in Verrem: *Utatur conſilio ſuo, nec cogat ante horam decimam, de abſente, ſecundùm præſentem judicare.*

Varro de re ruſt. 3, 9. *Inſula Gallinaria, quæ eſt in mari Thuſco ſecundùm Italiam.*

Ulpianus de judiciis, l. *Et poſt edictum ſecundùm præſentem judicabitur.*

Marcell. de inofficioſo teſtamento: *Si pars judicantium de inofficioſo teſtamento contra teſtamentum, pars ſecundùm id ſententiam dederit.*

Titus Livius de bello Punico: *Secundùm has preces tuba ſignum dedit proficiſcendi.*

Ibid. *Nec erat gens alia, cujus ſecundùm Gallicos tumultus arma terribiliora eſſent.*

Idem: *Nos autem qui ſecundùm deos violati ſumus.*

Ibid. *Secundum plebem in litem judicare dare.*

Ibid. *Prætores Syracuſani Marcello ſecundùm ſalutem (ut aſſolet) ſcriptum erat, rectè eum atque ordine feciſſe.*

Idem de bello Macedonico: *Romani qui ſecundùm deos plurimùm poſſunt.*

Ibid. *Secundùm orationem prætoris murmur ortum.*

Ibid. *Secundùm hæc ſilentium fuit.*

Ibidem: *Cùm omne humanum genus ſecundùm deos nomen Romanum veneretur.*

Varro de re Ruſt. 1, 38. *Caſſius ſecundùm columbinum ſtercus ſcribit eſſe hominis. Tertiò caprinum, & ovium, & aſininum.*

Ibid. *Ut in Umbria, ubi falce ſecundùm terram ſuccidunt ſtramentum.*

Ibidem: *Hieme cùm hybernant ſecundùm mare.*

PRÆSUMERE, Voor af nemen.

Quod ineptiſſime ac multa cum barbarie dicitur Præſumere, antiqui ſumere, & adſumere, quandoque & arrogare dicebant. Nam præſumere aliud eſt, ſignificat enim *antè capere*, ut in bonis autoribus.

Virg. Æn. 11.
- - - *Et ſpe præſumite bellum.*
Horat. 2. Sat. 2.
- - - *Tibi quidnam accedet ad iſtam,*
Quam puer & validus præſumis, molliciem?

Sed jam de SUMO & ADSUMO aliquid referamus.

SUMO, Ick beelde my in, Ick neem op my.

Cicero in Catilinam: *Quibus ego ſi me reſtitiſſe dicam, nimium mihi ſumam, & non ſim ferendus.*

Idem in Antonium: *Tantumve ſibi ſumſit, quia Mylaſſis Mirmillonem trucem jugulavit.*

Idem Torquato 6, 4. *Sed hoc tamen non ſumo, ut te conſoler de communibus miſeriis.*

Idem pro Cluentio: *Ut tantùm mihi ſumam, quantum ſine hujus periculo præterire non poſſum.*

Idem pro Aulo Cæcin. *Non mihi ſumo, ut plus ipſe perſpiciam, quàm re videre, & intelligere mihi perſuaſerim.*

Idem Cæſari: *Vide quid mihi ſumſerim: cœpi velle ea Trebatium expectare à te, quæ expectaſſet à me.*

Idem Ariſto vel Cælio: *Sumſi hoc mihi pro tua in me obſervantia, quam penitus perſpexi, quamdiu Brunduſii fuimus, ut ad te familiariter, & quaſi pro meo jure ſcriberem.*

Idem pro L. Flacco: *Denique etiam ſi qua ſibi alia ſumunt, non repugno.*

Idem pro Sylla: *Quid ergò hoc tibi ſumis? dicet fortaſſe quiſpiam.*

Idem pro Planco: *Quanquam mihi non ſumo tantùm judices, neque arrogo, ut Cn. Planco ſuis*

erga me meritis impunitatem conſecutúrum putem.

ADSUMO, ERE, Aanmatigen.

Cicero 3. de Offic. *Si id mihi adſumo, videor id meo jure quodammodo vindicare.*

Idem pro Syll. *Ego verò judices non modò mihi nihil adſumo, in quo quiſpiam repugnet, ſed etiam ſi quid ab omnibus conceditur, id reddo, ac remitto.*

SCIENTER, Konſtig.

SCienter Adverbium à ſcio, non id ſemper ſignificat, quod vulgò ab omnibus putatur, cùm dicunt: Scienter fecit, ſcienter dixit, & addunt etiam aliud inſolens adverbium Appenſatè. Sed id eſt latinè *ſcienter, quòd ſcitè, diſertè, peritè, à* ſcientia ductum.

Cicero de Bruto: *Quàm omninò multa de jure civili, quæ quidem omnia cùm peritè & ſcienter, tum breviter & expreſſè, & ſatis ornatè, & pereleganter diceret.*

Ibidem: *Ut enim ex nervorum ſono in fidibus quàm ſcienter ii pulſi ſunt, intelligi ſolet, ſic ex animorum motu cernitur, quid tractandis iis perficiat Orator.*

Hircius in Commentar. *Scaphis, navibuſque longis quinque mobiliter & ſcienter anguſtias loci tuebantur.*

Titus Livius ab urbe condita, inſcienter etiam poſuit, cùm dixit: *Tuba inſcienter à Græco inflata.*

SCRIPTURA, Tolrekening.

Scriptura (ut arbitror) ea erat præter alia ſignificata, quam exercebant, qui agris, paſcuis, aut pecoribus præerant, & tam ii, quàm qui portus, aut portoria curabant, vectigalia deſcribentes, aut colligentes, Magiſtri ſcripturæ & portus dicebantur.

Plautus in Truculent. 1, 2. *Ob meam ſcripturam pecudem accipit, æraque; deinde reſpondet Aſtaphium ancilla: Plerique idem quod tu facis, faciunt, rem malè gerentes, ubi non eſt, ſcripturam unde dent, incuſant publicanos.*

Cicero Attico: *Magiſter ſcripturæ, & portus quidam L. Carpinatius.*

Eidem 11, 10. *Terentius meus neceſſarius operas in portu, & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit.*

Idem pro L. Flacco: *Mirandum verò eſt homines eos, quibus odio ſunt noſtræ ſecures, nomen acerbitati, ſcripturæ decumæ, portorium morti, libenter arripere facultatem lædendi.*

Idem in Verrem: *In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt.*

Ibidem: *Portum autem & ſcripturas eadem ſocietas habebat.*

Idem pro Lege Manilia c. 15. *Nam cùm hoſtium copiæ non longè abſint, & ſi irruptio nulla facta ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum navigatio conquieſcit. Ita neque ex portu, neque ex decimis, neque ex ſcriptura vectigal conſervari poteſt.*

Aſcon. *Mancipes ſunt publicanorum principes Romani homines, qui quæſtus ſui cauſa decimas redimunt, qui paſtum aut pecora publica portorii aut pecuarii, quorum ratio ſcriptura dicitur.*

Pro ſcriptura puto ſcriptum accipi à Tito Livio Patavino, labente (ut ſæpè dixi) in barbariem eloquentia Romana, dum ab urbe condita dicit. *Neque ejus accepi nomen, quod ſcriptum faceret, tabulam poſuiſſe, & juraſſe ſe ſcriptum non facturum, quam aliquando antea deſiiſſe ſcriptum facere, arguit Macer Licinius.*

SALVERE, Gegroet zijn.

Hoc quoque notare viſum eſt, quod Cicero Attico ſcripſit: *Salvebis*, inquit, *à meo Cicerone.*

SPECIES, Een ſoort. GENUS, Een gans geſlagt.

QUòd Cicero & ejus æquales priſcam Latinitatem per minima quæque verba examinarent, polirent, ac quaſi deterſa rubigine, ſituque purgarent, vel ex hoc, quod de ſpecie ſubjeci, facilè cognoſci poteſt. Quod verbum cùm Ciceroni eloquentiæ ac elegantiæ magiſtro non omninò placeret, tametſi & ipſe eo nomine quandoque uſus eſt,

eſt, formamque aut partem pro eo introducere mallet. Quæ verba de ea re, & quoties fecerit, infrà poſui.

Cicero in Topicis: *Species appellant non peſſimè id quidem, ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo. Nolim enim (niſi latinè quidem dici poſſit) ſpecierum & ſpeciebus dicere. Et ſæpè in caſibus utendum eſt, at formis ac formarum velim. Cùm autem utroque verbo idem ſignificetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. Genus & formam definiunt hoc modo: Genus, eſt notio ad plures differentias pertinens. Forma eſt notio, cujus differentia ad caput generis, & quaſi fontem referri poteſt.*

Idem de arte Rhetorica: *Genus eſt, quod plures partes amplectitur, ut animal. Pars eſt, quæ ſubeſt generi, ut equus. Sed eadem res ſæpè alii genus, alii pars eſſe poteſt: Nam homo pars animalis eſt: Thebani aut Trojani genus.*

Idem in Topicis: *Forma enim à genere, quò ad ſuum nomen retinet, nunquàm ſejungitur.* Et ſubdit: *A forma generis, quam interdum (quò pleniùs accipiatur) partem licet nominare.*

Ibidem: *Formæ igitur ſunt hæ, in quas genus ſine illius prætermiſſione, dividitur: ut ſi quis jus in legem, morem, æquitatem dividat. Formas qui putat eſſe quòd partes, confundit artem: & ſimilitudine quadam conturbat, & non ſatis acutè quę ſunt ſecernenda, diſtinguit.*

Idem de arte Rhetorica: *Genus eſt, quod partes aliquas amplectitur, ut cupiditas pars eſt, quæ ſubeſt generi, ut amor, avaritia.*

Idem de Oratore: *Aut traductia ex parte ad genus notatio.*

Ibidem: *Tum (ut ſis) explicato genere cujuſque rei, videndum eſt, quæ ſint ejus generis, ſive formæ, ſive partes.*

Idem in Philippica 5. *Num latinè ſcit? Num ex judicum genere & forma? Num leges noſtras, moreſve novit?*

Horatius, 1. Ep. 6.

Et genus & formam regina pecunia donat.

SECTARI, Jagen, najagen.

Sectari clarè patet quid ſit: Sed ſectari apros, vel ſimiam, aut alias belluas, recondito (ut arbitror) modo loquendi, per translationem, id eſt, quod *inveſtigare, perquirere, ſequi.*

Plautus in Milite 2, 2. *Reſpondit ſe ſectari ſimiam.*

Terentius in Phormione prolog. *Adoleſcentulum cervam videre, fugere, & ſectari canes.*

Virgilius in Bucolicis, Ecl. 3.

Si dum tu ſectaris apros, ego retia ſervo.

SUB, Tegens, onder.

Præpoſitio hæc ſub, elegantia non caret, cùm vulgarem tranſgreſſa modum, in alium tranſit ſenſum.

Plautus in Perſa 4, 1. *Sed illa rectè ſub manus ſuccedere.*

Cæſar in Comment. *Sub veſperum Cęſar intra hanc foſſam legiones deducit.*

Idem: *Tantam noſtri eorum multitudinem interfecerunt, quantum fuit diei ſpacium, ſub occaſumque ſolis deſtiterunt.*

Idem: *Sub veſperum Cęſar portas claudi, militeſque ex oppido exire juſſit.*

Cicero Planco: *Sub eas ſtatim recitatę ſunt tuę.*

Idem ad Quintum Fratrem 2, 1. *Menſe Decembri ſub dies feſtos.*

Idem de Oratore: *Ea quę ſub oculos ipſa non cadunt.*

Virgilius 1. Æn.

Et ſub noctem cura recurſat.

Horatius 1. Ep. 16.

Dictitet occultam febrem ſub tempus edendi.

Idem 2. Ep. 2.

Fortè ſub hoc tempus caſtellum evertere prętor.

Idem 1. Sat. 1.

Sub galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat.

Idem, 2. Sat. 7.

An hic peccat ſub noctem, qui puer unam
Furtiva mutat ſtrigili?

Hircius in Comment. *E proximis caſtellis in frumentarios ſub ipſam lucem impetum fecit.*

Notandum etiam eſt, præpoſitionem hanc, quam plerique vel ablativo, vel accuſativo ſolis jungi aſſeverant, etiam dativo,

cum componitur, conjungi: ut ſubſcribit cauſæ, ſub eſſe imperio, ſubvenire egeno vel calamitoſo, & hujuſmodi.

SERVIRE AURIBUS, DARE AURIBUS, Vleyen.

SErvire auribus, dare auribus, frequenter apud bonos autores reperitur: qui modus loquendi nihil aliud certè ſignificat, quàm *adſentiri, & ablandiri.*

Cæſar in Comment. *Auribus Varri ſerviunt.*

Trebonius Ciceroni 12,16. *Noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare.*

SI DIIS PLACET, By de toelatinge der Goden: VEL UT MULTI, By der gratie.

ADmirantes antiqui alicujus indignitatem, temeritatem, aut indignantes, certo modo loquendi dicebant; Si Diis placet.

Cicero in Oratore: *Etiam Latini, ſi Diis placet, hoc biennio magiſtri dicendi extiterunt.*

Id. in Tuſc. *Qua gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, ſi diis placet, videtur ſemper ſapiens beatus.*

Titus Livius ab urbe condita: *Perpetuos, ſi Diis placet, Tribunos.*

Ibidem: *Quin etiam, ſi diis placet, nefas ajunt Conſulem plebejum fieri.*

Idem de bello Macedonico: *Nos, ſi diis placet, jam Rempublicam etiam capeſſere eos patimur.*

Ibidem: *Non ſocietatem modò, ſed ſi diis placet, adfinitatem etiam pepigiſti.*

Ibidem: *Qui nunc nos, ſi diis placet, accuſatis.*

SATIN SALVÆ, is't nog alles wel?

MOdus loquendi apud veteres, cùm quid turbati interrogabant: An ſatis ſalvæ res eſſent.

Terent. in Eunucho 5,6. *Hem quid eſt? quid trepidas? ſatin' ſalvæ?*

T. Livius ab urbe cond. *Quærentique viro, ſatine ſalvæ? minimè inquit.*

Ibid. *Satine ſalvæ, inquit Luci Volumni? ut ſeſe in Samnio res habent?*

Ibidem: *Percontatus ſatine ſalvæ?*

Idem de bello Macedonico: *Cum pater ſatine ſalvæ res interrogaret.*

SARTA TECTA QUID SINT, Dak en venſter digt. & quid ſit ea exigere.

SArta tecta, ſine copula plerunque poſita comperi à ſarcio & tego certo modo dicendi deducta, ut infrà oſtenditur. Cùm enim ædificia publica, ædes ſacræ & alia loca, & opera publica redemtoribus locabantur, præcipua inter cætera conditio apponebatur, curarent ut ſarta tectaque eſſent, id eſt, *benè proviſa, aut reparata:* Quod verò redemtores ex locato debebant, cùm exigebatur, ſarta tecta exigi dicebantur. Quandoque per tranſlationem ea verba ſarta tecta uſurpantur.

Plautus in Trinummo 2,2. *Sarta tecta tua præcepta uſque habui mea modeſtia.*

Cicero Marco Cælio 13,50. *Hoc mihi da, atque largire, ut Marcum Curium ſartum & tectum (ut ajunt) ab omni incommodo, detrimento, moleſtia, ſyncerum, integrumque conſerves.*

Idem in Oratione ante exilium: *Qui numini deorum conſecratum ſartum tectum ab omni periculo conſervavi.*

SARTA TECTA SIMPLICITER, Wel gerepareert, wel doorbout.

Plautus in Moſtellaria 1,2. *Nec videor mihi ſarcire poſſe ædes meas, quin totæ perpetuò ruant.*

Cicero Bruto 13,11. *Quorum quidem omnia commoda, omneſque facultates, quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta ædium ſacrarum, locorumque communium tueri poſſit, conſiſtunt in iis vectigalibus.*

Idem in Verrem: *Cùm Conſules ædes ſacras locaviſſent, neque potuiſſent omnia ſarta tecta exigere.*

Ibid. *Eundemque te memini. Cenſorias quoque leges in ſartis tectis exigendis tollere.*

Ibid. *Verùm etiam in iis ſartis tectis damnata eſt.*

Ul-

Ulpianus de Officio Proconſulis, l. *Si in alicujus ædes ſacras, & opera publica circumire inſpiciendi gratia, an ſarta tectaque ſint, vel an aliqua refectione indigeant.*

Celſus de Uſufructu: *Hactenus tamen, ut ſarta tecta habeant; ſi qua tamen venuſtate corruiſſent, neutrum cogi reficere.* Et ſubdit: *Unde Celſus de modo ſarta tecta habendi quærit.*

TEMPUS, De tijd.

ANte tempus, poſt tempus, ad tempus, per tempus, in tempus, in tempore, primo quoque die, pro tempore, pro re, pro loco, uno tempore. Hos & alios dicendi modos, mira elegantique varietate perfecta illa Latinitas condidit. Si quis ea, quæ infrà poſui, diligenter legerit, ſine alio interprete per ſe ſatis intelliget.

AD TEMPUS, Een tijd lang.

Terentius: *Commodiorem hominis adventum ad tempus non vidi.*

Cicero de finibus bonorum & malorum: *Itaque ad tempus ad Piſonem omnes.*

Idem Blanco: *Is autem, qui verè appellari poteſt honor, non invitamentum ad tempus, ſed perpetuæ virtutis eſt præmium.*

Idem Attico: *Satis erat dierum, ut Puteolos excurrere poſſem, & ad tempus redire.*

Eidem: *Aderis autem ad tempus.*

Idem in Verrem: *Si quæ caſtiores erant, ad tempus veniebant.*

Plancus Ciceroni: *Si autem in itinere meo ſe oppoſuerint, ad tempus conſilium capiam.*

Aſconius Pedianus: *Cur fraudi ſit Ciceroni, cùm ad tempus Oratorum dicta proferantur.*

Idem: *Non intelligunt hæc ad tempus commodè adjungi.*

Paulus de Danno infecto, l. ad curatoris: *Si dominus ad tempus pecuniam impenſam cum uſuris reſtituere voluerit.*

PER TEMPUS, Te reghter tijd.

Plautus: *Mihi per tempus inceptum eſt iter.*

Idem in Bacchidibus 4, 8. *Per tempus hic venit miles.*

Idem in Truculent. *Per tempus ſubveniſtis mihi.*

Idem in Menech. 1, 2. *Non potuiſti per tempus magis advenire, quàm advenis.*

Terent. in Hecyr. *Sed video Philippum per tempus egredi.*

Varro de re Ruſtica c. 5. *Frondem populneam, ulmeam, querceam cædito & per tempus eam condito.*

Ibidem: *Et per tempus radices quàm plurimas cum terra ſerere.*

Ibid. *Vimina matura, ſalices per tempus ligantur.*

POST TEMPUS, Te laat.

Plautus in Captivis 4, 2. *Serò poſt tempus venis.*

Cicero pro P. Quinto: *Ego pro te hoc conſulo, poſt tempus, & in aliena re, quoniam tu in tua re, cùm tempus erat, conſulere oblitus es.*

Varro de re Ruſtica: *Quæ poſt tempus naſcuntur, ferè vitioſa atque inutilia exiſtunt.*

IN TEMPVS, Op deſe tijd.

Cicero Attico: *Nam & ejuſmodi ſunt ii verſus, ut ab initio Pompeji, in tempus ſcripti eſſe videantur.*

Horat. A. P. 44.

--- Et præſens in tempus omittas.

UNO TEMPORE, Te gelijck.

Cicero Attico: *Multas uno tempore accepi epiſtolas tuas.*

SUO TEMPORE, Te ſijner tijd.

Idem in Verrem: *Scandilius rem ſe totam relicturum dicit, & ſuo tempore eſſe rediturum.*

PRIMO QUOQUE TEMPORE, Met den eerſte.

Titus Livius ab urbe condita: *Ut primo quoque tempore in Italiam tranſgreſſus jungeret ſe Hannibali.*

Ibid. *Primo tempore redire in Hiſpaniam juſſit.*

Ibid.

Ibid. *Decreverunt, ut primo quoque tempore, de ea re, ad populum ferretur.*

PRIMO QUOQUE DIE, Den eerſte dag den beſte.

Ibidem: *Decreverunt, ut primo quoque die ad populum ferrent.*

Cn. Pompeius L. Domitio: *Ut primo quoque die Luceriam advenires.*

TEMPESTIVUM CONVIVIUM, Een groot, een formeel Gaſtmaal.

Magiſteria à majoribus inſtituta, ſermo qui more majorum, à ſummo magiſtro adhibetur in poculo.

NOndum cuiquam ſatis arbitror exploratum, quid ſit tempeſtivum convivium. Hoc ergò liquet, non eſſe id quod ſimpliciter verba oſtendunt, ut ſit convivium tempeſtivum, quod convivium in tempore paratum. Nam ut patet ex iis, quas infrà poſui, autoritatibus, *aliquid præcipuè in eo erat convivio, quod non erat in aliis*, ut Magiſteria à majoribus inſtituta, ut ſermo quidam, qui more majorum à magiſtro adhibebatur in poculo, et cujuſmodi eſſent, nemo (quod ſciam) prodidit.

Cicero Attico 9, 1. *Audio à bonis viris, qui & nunc, & ſæpe antea magno præſidio Reipublicæ fuerunt, hanc cunctationem noſtram non probari, multaque mihi ſeverè in conviviis tempeſtivis diſputari.*

Idem pro Pub. Sylla: *Quantum alii tribuunt tempeſtivis conviviis, quantum aleæ.*

Idem pro L. Murenna 13. *Nemo ferè ſaltat ſobrius, niſi fortè inſaniat, neque in ſolitudine, neque in convivio moderato atque honeſto. Tempeſtivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio.*

Idem in Verrem: *Statuitur Lollius in illo tempeſtivo gladiatorum convivio.*

Idem de ſenectute, Catonem loquentem facit 46. *Ego verò propter ſermonis delectationem tempeſtivis quoque conviviis delector.* Et ſubdit: *Me verò & magiſteria delectant, à majoribus inſtituta, & is ſermo, qui more majorum à ſummo magiſtro adhibetur in poculo.*

Idem Attic. 9, 15. *Quas enim cœnas & facere, & obire ſcripſit ad me Sextius? quàm lautas? quam tempeſtivas?*

Horatius in Odis, 4, 1.

Tempeſtivius in domo
Pauli purpureis ales oloribus
Commeſſabere Maximi.

TEMPESTAS IDONEA, Bequaam weer. TEMPESTAS MALA, Quaad weer.

NOn eſt ſemper tempeſtas mala, ſed quandoque bona, *ut conſtet verbum medium eſſe.*

Cicero Quint. Fratri, 2, 2. *Tu ſi ita expedit, velim quam primum bona & certa tempeſtate conſcendas, ad meque venias.*

Ibid. 2, 5. *Primam navigationem (dummodo idonea tempeſtas ſit) ne omiſeris.*

Cato de re ruſt. *Dicit Villicus ſedulò ſe feciſſe, ſervos non valuiſſe, tempeſtates malas fuiſſe.*

TABESCERE, Verſmelten, verteeren.

Tabeſcere non eſt languere, aut deficere, aut putreſcere, ut nonnulli putant, ſed interiore ſenſu eſt propriè *liqueſcere, conſumi.*

Plautus in Mercatore 1, 2. *Cur ædepol miſerum quod guttatim contabeſcit, & quaſi in aquam tu indideris ſalem.*

Cato de re Ruſt. *Fiſcellam cum ſale populari ſuſpendito, & quaſſato, ſuppletoque identidem, id aliquoties in die facito, uſque adeò donec ſal deſierit tabeſcere biduum.*

Ibid. c. 24. *Salis puri modium, & eum in fiſcellam ſuſpendito, ſinitoque cum muſto diſtabeſcat.*

Horatius 1. Sat. 1.

Quodque aliena capella gerat diſtentius uber,
Tabeſcit

Ovidius in Metamorph. 8. v. 227.

Tabuerant ceræ, quatit illa lacertos
Nudos

Ibidem.

Ibidem.

Non tulit ulteriùs, ſed ut intabeſcere flavæ
Igne levi ceræ, matutinæque pruinæ
Sole tepente ſolent, ſic attenuatus amore
Liquitur.

TANTUM ABEST, Het ſcheelt ſoo veel. PARUM ABEST, Het ſcheelt weynig. NIHIL ABEST, Het ſcheelt niets.

Tantùm abeſt, parùm abeſt, nihil abeſt, dicendi elegantiſſimi modi, non ſunt à ſtudioſis literarum prætereundi.

Cicero in Tuſculanis: *Sed tamen tantùm abeſt, ut ſcribi contra nos nolimus, ut id etiam maximè optemus.*

Idem pro lege Manil. *Tantumque abeſt, ut aliquam bonam gratiam mihi quæſiſſe videar, ut m illas etiam ſimultates partim obſcuras, partim apertas intelligatis, mihi non neceſſarias, vobis non inutiles ſuſcepiſſe.*

TANDEM ALIQUANDO, Eyndelijk en ten laatſte. QUOUSQUE TANDEM, Hoe lang dog.

Tandem aliquando, quòuſque tandem, hæc conjuncta adverbia, in oratione, veluti duæ ſtellæ coruſcant, eamque magnoperè exornant.

Cicero Tironi: *Tandem aliquando mihi à te expectatiſſimas literas reddidit.*

Idem in Catil. *Quouſque tandem abutére patientia noſtra?*

T. Livius ab urbe cond. *Quouſque tandem ignorabimus vires noſtras?*

TENTARE, ATTENTARE, Treffen, aangrypen, ondertaſſe.

Tentare pauló occultiore ſignificato, id eſt, quod *adficere*, & occupare. Attentare autem, quaſi *inſidioſè perveſtigare.*

Cicero Attico: *Scripſeras, te quodam valetudinis genere tentari.*

Eidem: *Valetudinem tuam jam confirmatam eſſe, & à vetere morbo, & ab omnibus tentationibus gaudeo.*

Idem 4 in Tuſcul. *Quod animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt.*

Idem de Oratore: *Cum eſt auditor, qui non vereatur, ne compoſitæ orationis inſidiis ſua fides attentetur.*

Virgilius in Georgicis l. 3.

Turpis oves tentat ſcabies.

Horatius 1. ep. 6.

Si latus, aut renes morbo tentantur acuto.

Idem 1. Sat. 1.

At ſi condoluit tentatum frigore corpus.

TANTISPER DUM, So lang, tot dat.

Tantiſper plerunque particulam, dum, pòſt ſe trahit, apud eos autores, quos nunquam ſatis laudare, ſatis admirari, & ſuſcipere poſſumus:

Plaut. in Menechmis 1, 3. *Meretrix tantiſper blanditur, dum illud quod rapiat videt.*

Terentius in Heaut. *Ego te meum eſſe dici tantiſper volo, dum quod te dignum eſt facis.*

Ibid. *Decrevi tantiſper me minùs injuriæ Chremes meo gnato facere dum fiam miſer.*

Idem in Adelphis: *Malo coactus qui ſuum officium facit, dum id reſcitum iri credit tantiſper cavet.*

Cicero Marc. Varron. 9, 2. *Habes rationem conſilii mei, tibi igitur cenſeo latendum tantiſper ibidem, dum defervescat hæc gratulatio, & ſimul dum audiam, quemadmodum negocium confectum ſit.*

Idem in arte Rhetorica: *Ut ibi eſſet tantiſper, dum culeus, in quem conjectus, in profluentem deveheretur, compararetur.*

TRANSVERSUM UNGUEM NON DISCEDERE, vel DIGITUM, aut PEDEM LATUM, vel DIGITUM LATUM, Niet eene ſtroobreet wijken.

Tranſverſum unguem, vel digitum, aut pedem latum, vel digitum latum non diſcedere: Modum etiam hunc dicendi formarunt Latini illi, *cùm parvulum intervallum oſtendere volebant.*

Plautus in Aulularia 1, 1. *Si ex iſto loco tuo digitum tranſverſum, vel unguem latum exceſſeris.*

Id. in Bacchidibus 3, 3. *Nego tibi annis viginti fuiſſe primis copiæ digitum longè à pædagogo, pedem ut efferres ex ædibus, ante ſolem exorientem.*

Idem in Moſtellaria 2, 2. *Si poſthac me pedem latum modò ſcies impoſuiſſe in undam, haud cauſa eſt illicò, quod nunc voluiſti facere, quin facias mihi.*

Cicero in Academicis 2. *Ab hac mihi non licet tranſverſum (ut ajunt) digitum diſcedere.*

Idem in Verrem: *Pueri Siſennæ credo qui audiviſſent, quæ in iſtum teſtimonia eſſent dicta, oculos de iſto nuſquam dejicere, neque ab argento digitum diſcedere.*

Idem Cic. Fabio Gallo 7, 25. *Urgeo igitur, tranſverſum unguem (quod ajunt) à ſtylo, is enim eſt dicendi opifex.*

TOLLERE PEDES, Een Meisje beſlaepen.

TUrpem & obſcœnam ſignificationem habet is loquendi modus, qui apud eos, quos ſæpè memoro, bonos autores, frequens eſt. Dicebant enim tollere pedes ea modeſtia, ut, quæ obſcœnitas rebus ineſſet, honeſtis utcumque verbis tegeretur.

Cic. Attic. 2, 1. *Sed ſoror quæ tantum habeat conſularis loci, unum mihi ſolum pedem dat. Noli inquam de uno pede ſororis queri, licèt etiam alterum tollas. Non conſulare inquies dictum, fateor.*

TOLLERE MANUS, De handen om hoog ſlaan.

Tollere manus, Modum hunc loquendi in lætitia, vel admiratione rei gratæ antiqui adhibebant.

Cicero Cæſari: *Suſtulimus manus & ego & Balbus, tanta fuit oportunitas.*

Idem in Academ. *Hortenſius autem vehementer admirans, quòd quidem perpetuò Lucilio loquente fecerit, ut etiam manus ſæpe tolleret.*

TENDERE ITER, Reyſen.

Tendere iter, id eſt, quod iter facere, uterque loquendi modus venuſtiſſimus.

Virgilius, 6. Æn.

Tendere iter pennis.

Titus Livius de bello Punico: *Cùm ab occaſu ſolis ad exortus tenderent iter.*

UT, Dat niet.

EXprimi vix poteſt, quantam partem Latini ſermonis particula Ut contineat, quàmve vario dicendi modo per orationem ſerpat, ac veluti laſciva luxuriet.

De UT, quo loco multi, ne, ineptè ponunt, & ſignificat dubitationem, & conjungitur cum metuo, vereor, timeo.

Terent. *Metuò ut ſubſtet hoſpes.*

Idem in Andria: *Dies mihi ut ſit ſatis vereor ad agendum.*

Idem in Hecyr. *Sed firmæ vereor hæ ut ſint nuptiæ.*

Cæſar in Commentariis: *Ut ſatis commodè ſupportari poſſet, timere dicebant.*

Cicero M. Marcello: *Sed cùm ita latè pateat ejus poteſtas, quam veremur, ut terrarum orbem complexa ſit: nònne mavis ſine periculo domi tuæ eſſe, quàm cum periculo alienæ?*

Idem Attico: *Et tamen vereor ut iis ipſis contentus ſit:*

Eidem: *Quod enim tu abfuiſti, vereor ut ſatis diligenter actum in Senatu ſit de literis meis.*

Idem pro Milone: *Accepi à te litteras, quibus vereri videris, ut epiſtolas illas acceperim:*

Idem Terentiæ: *Omnes labores te accipere video, timeo ut ſuſtineas.*

Eidem: *Si homo amens diripiendam urbem daturus eſt, vereor ut Dolabella ipſe nobis ſatis prodeſſe poſſit.*

Idem pro P. Quintio: *Tamen ne vereris ut poſſit hæc contra Hortenſium contendere.*

Idem contra Rullum: *Vereor Hiempſal ut ſatis firmum ſit & ratum.*

Idem in Antonium: *Ne verendum quidem eſt, tenere ſe poſſit, at moderari.*

Horatius 2. Sat. 1.

O puer, ut ſis vitalis metuo.

De

De UT pro QUEMADMODUM, Hoe.

Cic. ad Atticum 1, 14. *Me verò teſte producto credo te ex acclamatione Clodii advocatorum audiſſe, quæ conſurrectio judicum facta ſit, ut me circumſteterint, ut apertè jugula ſua pro meo capite Pub. Clodio oſtentarint.*

Idem in Rullum: *Sed omitto ut ſit factus uterque noſtrum.*

Virgilius in Bucolicis Ecl. 5.

- - - Aſpice ut antrum
Sylveſtris raris ſparſit labruſa racemis.

Ovidius de morte Tibulli, l. 3. eleg. 9.

Aſpice demiſſis ut eat miſerabilis alis.

Virg. Æn. 6.

Vidén ut geminæ ſtent vertice criſtæ?

Horatius 1. od. 9.

Vidén ut alta ſtet nive candidum Soracte?

De UT, pro quomodo, & interrogantis, Hoe?

Plautus in Perſa 1, 1. *Ut vales? Reſpondetur, ut queo.*

Ibidem 4, 4. *Ut munitum tibi viſum eſt oppidum?*

Idem in Trinummo 1, 2. *Quid agit tua uxor? ut valet?*

Idem: *Ut videtur mulier? Reſpondet, non edepol mala.*

Horatius 1. Ep. 3.

Ut valet? ut meminit noſtri?

Ovidius de Ponto, 1, 5.

Cernis ut exiguum (al. *ignavum*) *corrumpant ocia corpus.*

De UT, pro quomodo, ſed cum quadam admiratione interrogat, Hoe!

Plautus in Captivis 1, 2. *Ut ſæpè ſumma ingenia in occulto latent?*

Idem in Rudente 1, 2. *Ut afflictantur miſerè?*

Ibidem 1, 2. *Vidèsne alteram illam ut fluctus ejecit foras?*

Ibidem: *Ut præ timore in genua in undas concidit?*

Ibid. 1, 2. *Ut te amplector libens.*

Ibid. 2, 3. *Ut ego amo te mea Ampeliſca? ut dulcis es?*

Idem in Mercator. 5, 6. *Ut diſſimulat malus?*

Idem in Sticho 3, 2. *Ut ego te nunc conſpicio libens? ut præ lætitia lachrymæ proſiliunt mihi?*

Cicero pro Milone: *Ut contemſit? ut pro nihilo putavit?*

Idem Attico 7, 20. *Cneus autem noſter, ó rem miſeram & incredibilem, ut totus jácet?*

Virgilius Æn. 8.

- - - Ut te fortiſſime Teucrum,
Accipio, cognoſcoque libens? ut verba parentis?

Idem Æneidos 2.

- - - Ut te poſt multa tuorum
Funera poſt varios hominumque urbiſque labores,
Defeſſi aſpicimus.

Horatius, Epod. 2.

Ut juvat paſtas oves videre properantes domum?

Idem, 2. Sat. 8.

Ut ſemper gaudes illudere rebus Humanis?

Idem in Odis, Epod. 2.

Ut gaudet inſitiva decerpens pira?

UT pro licet, vel poſito, vel dato ut nunc loquimur, Schoon, alhoewel.

Cæſar in Comment. *Ac jam ut omnia contra opinionem acciderent, tamen multò ſe plurimum navibus poſſe perſpiciebant.*

Cicero Attico: *Quis autem locus erit tutus, ut placatis utamur fluctibus?*

Idem Bruto: *Nos te tuumque exercitum expectamus, ſine quo ut reliqua ex ſententia ſuccedant, vix ſatis liberi videmur fore.*

Idem de Oratore: *Ut enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellant, non reperies.*

Idem pro Publio Quintio: *Ad me ventum eſt, qui ut ſumma haberem cætera, temporis quidem certè vix ſatis habui, ut rem tantam, tot controverſiis implicatam, poſſem cognoſcere.*

Idem pro lege Agrar. *Etenim ut circumſpiciamus omnia, quæ populo grata, atque jucunda ſunt, nil tam populare quàm pacem, quàm concordiam, quam ocium reperiemus.*

Idem in Anton. *Quod ſi pacis, id eſt, ti-*

moris noſtri nomen audiverit, ut non referat pedem, inſiſtet certè.

Idem in Philip. *Legem illam appellare fas non eſt, & ut ſit lex, non debemus illam Hircii legem putare:*

Cato de re Ruſtica: *Non eſt in noſtra poteſtate, ſed in naturæ, ut tamen multum ſit in nobis.*

Ovidius de Ponto 1, 1.

Ut mihi dii faveant, quibus eſt manifeſtior ipſe,
Pœna poteſt demi, culpa perennis erit.

Ibidem:

Luce minùs decima dominam venietis in urbem,
Ut feſtinatum non faciatis iter.

Idem:

Ut multum demas noſtro de corpore curæ,
Non minùs exhauſto quo ſuperabit erit.

Idem in Epiſtolis:

Ut terram invenias quis eam tibi tradet habendam?

In Eiſdem:

Ut pelago ſuadente etiam retinacula ſolvas,
Multa tamen latus triſtia pontus habet.

Horatius in Epiſtolis 2, 2.

Multæ ſunt plateæ, nihil ut meditantibus obſtet.

Titus Livius ab urbe cond. *Ex Brutio agro qui ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat.*

Idem de bello Macedonico: *Ut trium numero ſcriptorum parum fidei ſit, magnam tamen victoriam fuiſſe apparet.*

UT, pro SICUT, Gelijck.

Cæſar in Comment. *Horum autoritate finitimi adducti, ut ſunt Gallorum ſubita & repentina conſilia, eadem de cauſa Trebejum Terraſidiumque retinent.*

Cicero ad Brutum: *Habes ut breviſſimè potui genus judicii.*

Idem de Senectute: *Multæ etiam ut in homine Romano literæ erant.*

Idem de Finibus: *Pueri, in quibus ut in ſpeculis natura cernitur.*

Idem in Bruto: *Fuit ut in temporibus illis Luculentus, juris valdè peritus.*

Ibid. *Erat cùm literis Latinis, tum etiam Græcis (ut temporibus illis) ſatis eruditus.*

Titus Livius ab urbe cond. *Sacra publica, ut à Numa erant inſtituta, facere.*

Ibidem: *Ut in tali tumultu portas invadit.*

UT, pro Utinam, execrando, vel optando, Dat hem &c.

Plautus in Perſa: *Ut iſtum dii, deæque perdant.*

Idem in Moſtellar. 1, 3. *Ut dii, deæque omnes me peſſimis exemplis interficiant, niſi ego illam interfecero ſiti fameque atque algu.*

Terentius in Heauton. 4, 6. *Ut te omnes quidem dii, deæque quantum eſt, Syre, cum tuo iſto invento, cumque incepto perduint.*

Idem in Adelph. *Ut Syre te cum tua monſtratione magnus perdat Jupiter.*

Idem in Eunucho 2, 3. *Ut illum dii, deæque omnes ſenem perdant.*

UT, pro POSTQUAM, Nae dat.

Plautus in Stich. 1, 1. *Nam viri noſtri domo ut abierunt, hic tertius annus eſt.*

Cicero in Anton. *Eſt enim annus, ut repulſam tulit.*

Idem Bruto: *Nam ut illos de Repub. libros edidiſti, nihil à te ſanè poſtea accepimus.*

Eidem: *Ut veni in Arpinum, cùm ad me frater veniſſet, in primis nobis ſermo, iſque multus de te fuit.*

Eidem: *Ut primùm judices conſederunt, valdè diffidere boni cœperunt.*

Eidem: *Ut ab urbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, quin aliquid ad te literarum darem.*

Idem Attic. 5, 10. *Ut Athenas ad XV. Calend. Quintiles veneram, expectabam quartum diem Pontinum.*

Ovidius de Ponto, 1, 9.

Nec quicquam ad noſtras pervenit acerbius aures:
Ut ſumus in Ponto, perveniatque precor.

VE, Of.

PArticula Ve, dici vix poteſt, quanta cum venuſtate & gratia ponatur ab antiquis. Legendo

Legendo tamen, & meditando melius conſideratur. Disjunctiva enim conjunctio eſt, ut id ſignificet quod aut.

Cicero Attico: *Appius enim ad me ex itinere bis terve literas miſerat.*

Eidem: *Amici regis duo tresve perdivites ſunt.*

Idem in Anton. *Cenſeo uti Cajus Panſa, Aulus Hircius, Conſules alter ambòve defendant.*

In eundem: *Poſt hanc habitam concionem duabus tribùsve horis hæ literæ venerunt.*

In eundem: *Uti Cajus Panſa, Aulus Hircius, conſules alter ambòve rationem agri habeant.*

In eundem: *Quid cum decreviſtis, ut conſules alter ambòve ad bellum proficiſcerentur?*

Sed eleganter geminata poſtponitur negativæ, Nog.

Cic. Lentulo 1, 9. *Peto à te, ut id à me néve in hoc re néve in aliis quaras.*

Idem in Oratore: *Componere, & ſtruere verba ſua, ut néve aſper eorum concurſus, nève hiulcus ſit, ſed quodammodo coagmentatus & lenis.*

Ibid. *Id adſequimini, ſi verba extrema cum conſequentibus primis ita jungetis, ut néve aſperè concurrant, néve vaſtius diducantur.*

Virgilius in Georgicis, l. 2.

Néve tibi ad ſolem vergant vineta cadentem,
Néve inter vites corylum ſere: néve flagella
Summa pete.

USU VENIRE, Gebeuren.

USu venire, vel evenire, id eſt, quod accidere, contingere. Sed aliquid contingere, aut accidere ſemel, aut rarò poteſt, quod non ſit conſuetum, vel in uſu. Uſu autem venire id eſt, quod frequentiùs accidere. Modus eſt loquendi Latino candore inſignis.

Terent. Phormione 3, 2. *Nec enim hujuſmodi tibi unquam uſus venit, ut conflictares malo.*

Cicero Appio Pulchro 3, 8. *Quod ſi quis me aſtutiorem fingit, quid poteſt eſſe callidius quàm cum te abſentem ſemper defenderim, cùm præſertim mihi uſu venturum non arbitrarer, ut ego quoque à te abſens defendendus eſſem: nunc committerem, ut tu jure optimo me abſentem deſerere poſſes?*

Idem Caſſio: *Videor enim cum poteſtate loqui & jocari, nec tamen hoc uſu venit.*

Idem in Oratore: *Quid quod uſu memoria patrum venit?*

Ibidem: *Quod idem mihi ſpero uſu eſſe venturum in hac diſputatione, quod in dicendo ſolet, ut nulla expectetur ornata oratio.*

Idem in arte Rhetor. *Idem in demonſtratione ſolet uſu venire.*

Et in eadem: *Aut ſi quod in quibuſdam rebus hominibus accidit, id dicitur uſu venire.*

Idem: *Duodecimus locus eſt, per quem indignamur, quòd nobis hoc primum acciderit, nec alicui unquam uſu evenerit.*

Idem pro Cluentio: *Hoc cuivis uſu venire poſſe quærebat.*

Idem Attic. 14, 12. *Nunc venit idem uſu mihi, quod tu tibi ſcribis.*

Eidem 9, 21. *Credo igitur hunc me non amare, at ego me amabam, quòd mihi pridem uſu non venit.*

Idem de finibus bonorum & malorum: *Sed eò credo quibuſdam venire uſu, ut abhorreant à Latinis.*

Idem in Tuſculanis: *Quod iis ſæpè uſu venit, qui cum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, adſpectum omninò amitterent.*

Idem pro Roſcio Comœd. *Quod item nuper in Erote Comœdo uſu venit.*

Idem pro P. Quintio: *Nam quid homini poteſt turpius, quid viro miſerius aut acerbius uſu venire? quod tantum evenire dedecus?*

Idem pro Sexto Roſcio Amerino: *Idem uſu mihi venit in cauſa optima.*

Idem in Verrem: *Hoc enim ſolet uſu venire iis, qui in agris redemerunt.*

Varro lib. ſecundo rerum Ruſticarum 2, 3. *Id quod uſu venit Gaberio equiti Romano.*

Ibidem: *Quod uſu venit memoriæ mandandum.* Aſconius Pedianus hoc ſuo jure declarat, cum dicit: uſu veniſſe, id eſt contigiſſe. Vitruvius: *Quod in multis civitatibus ſolet uſu evenire.*

Titus Livius ab urbe condita: *Quod ad eam diem nunquam uſu veniſſet.*

VALETUDO INFIRMA, INFIRMITAS VALETUDINIS, Swakheyd des Lighaams.

Valetudo infirma, & infirmitas valetudinis, certo dicendi modo à doctis illius perfecti ſeculi dicitur, quod uno verbo illiterati non morbum, ſed infirmitatem vocant.

Cicero Tironi: *Valetudinem iſtam infirmam (ſi me amas) noli vexare.*

Eidem: *Vix in ipſis tectis & oppidis frigus infirma valetudine vitatur, nedum in mari.*

Idem M. Mario: *Si te dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quò minùs ad ludos venires, fortunæ magis tribuo, quàm ſapientiæ tuæ.*

Idem pro Aulo Cluent. *Cecidiſſe ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendiſſe vehementer.*

Idem pro eodem: *Erat illo tempore infirma valetudine habitus.*

Idem de Oratore: *In ejus infirmiſſima valetudine, affectaque jam ætate.*

Idem in Brut. *Niſi ſemper infirma, atque etiam ęgra valetudine fuiſſet.*

Idem de Legibus: *Qui cùm eſſet infirma valetudine, hic ętatem egit in literis.*

Idem de Officiis: *Propter infirmitatem valetudinis non potuit ſimilis eſſe patri.*

Paulus Ict. de Mortis cauſa donationibus: *Mortis cauſa donare licet, non tantùm infirmę valetudinis cauſa. ſed periculi etiam propinquę mortis.*

FIRMUS, Stark geſond. ET INFIRMUS, Swak.

Cicero Tironi: *Te penitùs rogo, ne tam longę navigationi & vię per hyemem niſi benè firmum committas.*

Eidem: *Ibi te ut firmum offendam me* Tiro *effice.*

Idem L. Fratri 2, 9. *Sed hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc invitare nolui.*

Eidem: *Sed confido, ſi diligentiam, quam inſtituiſti, adhibueris, cito te firmum fore.*

Nota ut firmum, non ita infirmum dici, ſed infirma valetudine, & infirmus homo. Firmus autem homo nunquam dicitur, ſed abſolutè firmus. Firmus enim integrum, validum, robuſtum ſignificat. Infirmus verò non ægrotum (ut illiterati dicunt) ſed imbecillem, debilem.

Cicero in Academicis quæſtionibus: *Adſidamus inquam, ſi videtur, ſanè iſtud eſt, inquit, ſum enim admodum infirmus.*

UT NE, Dat niet.

Elegantiſſimæ particulæ hæ binæ: Ut ne, idem ſignant, quod Ne particula ſola. Sed dicendi modus, quo literatiſſimi illius felicis ſeculi utebantur, pro ratione eſt.

Plautus: *Niſi ut ne exurerem.*

Idem in Aulular. *Ut ne abſtuliſſe intelligam.*

Idem in Mercatore 5, 3. *At ego expurgationem habebo, ut ne ſuccenſeat.*

Idem in Aſinar. 3, 3. *Licet laudem fortunam, tamen ut ne ſalutem culpem.*

Terent. in Hecyr 1, 2. *Nempe ea cauſa, ut ne id fiat palam.*

Idem in Eunucho 4, 5. *Ulciſcar, ut ne impunè in nos illuſeris.*

Ibidem: *Itaque ut ne id videam, miſera huc effugi foras.*

Idem in Andria: *Ut ne pater per me ſtetiſſe credat.*

Cicero Curioni: *Petivi non ut decernatur aliquid novi, quod ſolet eſſe difficilius, ſed ut ne quid novi decernatur.*

Eidem: *Sed tamen ita velim, ut ne quid properes.*

Idem pro Milone: *Opera datur, ut judicia ne fiant.*

Ibidem: *Si hic illi, ut ne ſit impunè.*

Idem pro P. Sextio: *Ut lex Ælia & Fuſia ne valeret.*

Idem 4. in Verrem: *Quid arbitramini, Rheginos, qui jam cives Romani ſunt, merere velle, ut ab iis marmorea Venus illane auferatur? Quid Tarentinos, ut ne Europam in Tauro ſedentem amittant?*

Ibi-

Ibidem: *Impetrant ut ne jurent.*

Idem Lentulo: *Non tam ut te impediret, quam ut ne quis propter exercitus cupiditatem, in Alexandriam vellet ire.*

Idem pro Ligar. *Nam quid agis aliud, niſi ut occidatur? ut Romæ ne ſit? ut domo careat?*

Ibid. *Ut ne ſine Staleno in concilium irent.*

Idem pro Cluent. *Statuit tamen nihil ſibi in tantis injuriis, ac tanto ſcelere matris gravius faciendum, quàm ut illa matre ne uteretur.*

Idem pro Tit. Annio Milon. *Nunquid igitur aliud in judicium venit, niſi uter utri inſidias fecerit? projectò nihil ſi hic illi, ut ne ſit impunè, ſi ille huic, tum nos ſcelere ſolvamur.*

Idem Thermo: *Operam des quoad fides tua patietur, ut ſocrus adoleſcentis rea ne fiat.*

Idem ad Brut. *Quare omni ſtudio à te mi Brute contendo, ut Ciceronem meum ne demittas.*

Eidem: *Ut eum à magiſtris ne abducam.*

Idem Attico: *Tantum igitur noſtrum illud ſolenne ſervemus, ut ne quem iſtuc euntem ſine literis dimittamus.*

Idem de Officiis: *Modò hoc ita faciat, ut ne ipſe de ſe bene exiſtimans, ſeſeque diligens, hanc cauſam habeat ad injuriam.*

Idem de arte Rhetoric. *Ut ne alterius defendendi cauſa hunc accuſare, ſed hunc accuſandi cauſa defendere alium videatur.*

Idem pro Cluentio: *Me obſecrare cœpit, ut ne ſeſe lege defenderem.*

Idem pro P. Quint. *Ita poſſideto, ut Quintio jus ne auferatur.*

Idem qua populo gratias agit de reditu ſuo: *At de me ut ne valerent, ſemper Senatus flagitavit.*

Idem pro domo ſua: *Ut Marcus Tullius in civitate ne ſit.*

Ibidem: *Primùm ut ne pœna capitis cum pecunia conjungatur.*

Idem pro Sexto Roſcio Amerino: *Ut ne planè illudamur ab accuſatoribus.*

Idem pro Rabirio Poſthumo: *Vos obſecro judices, ut huic optimo viro, quo nemo melior unquam fuit, nomen equitis Romani, & uſuram hujus lucis, & veſtrum conſpectum ne eripiatis.*

Idem pro L. Murena: *Obſecro Judices, ut ne hominis miſeri, & cum corporis morbo, tum animi dolore confecti, L. Murenæ recentem gratulationem nova lamentatione obruatis.*

Idem pro Cneo Rabirio: *Ut ne plura de pudicitia dicerem.*

Idem pro Aulo Cecinna: *Secundò, ut ne cum tam improbo homine: Tertiò, ut cum tam ſtulto haberet.*

Varro in libro rerum Ruſticarum 3, 16. *Ut ne plus quarta pars eximatur mellis.*

Vitruvius: *Ut ne plus pateant palmum.*

Idem: *Ut ab aquæ vi ne diſſolvantur.*

Titus Livius de bello Macedon. *Id ut ne fiat uno modo, cavendum arbitror.*

Modeſtinus de Confirmando Tutore, l. *Ut ne de Confirmandis querentibus tutoribus relinquamus.*

VENIRE IN MENTEM ILLIUS TEMPORIS, in den ſin komen, gedenken.

NEgligendus non eſt hic quoque dicendi modus, apud optimos autores celebratus. Dicebant enim, cùm mihi in mentem venit illius temporis. Quem multi imitari neſcientes immutant, ut rudi ac vulgato modo dicant: Cùm mihi illud tempus venit in mentem.

Cic. Mario: *Solet venire in mentem illius temporis, quo proximè fuiſſemus unà.*

Idem in Verrem: *Cùm illius temporis mihi venit in mentem.*

Idem: *Non dubito, quin in tanto tuo periculo tuorum tibi ſcelerum veniat in mentem.*

Ibid. *Facite ut vobis triennii totius veniat in mentem.*

Ibid. *Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentem.*

Idem pro Pub. Sylla: *Sed cùm mihi patriæ imaginis, cùm veſtrorum periculorum, cùm hujus urbis, cùm illorum delubrorum, atque templorum, cùm puerorum, infantium, cùm matronarum, ac Virginum veniebat in mentem.*

Idem

Idem pro Sexto Roſcio Amerino: *Venit enim mihi in mentem oris tui.*

VEL, Ja ſelfs, wat dunkt uw?

QUanta gratia, & venuſtate ſplendet hæc particula, Vel, modo illo dicendi in libris perfecti illius ſeculi ita abſtruſa, ut data opera ab divinis illis viris occultata videatur, quo rimantibus majori (cum reperiretur) voluptati eſſet. Non enim conjungit aliquid, disjungit, aut diſcernit, aut copulat, aut affirmat, ut aliqui dicunt: Sed id proprie ſignificare videtur, quod interrogantes dicimus: Quid tibi de hoc videtur? aut quid nunc dices? Sed meliùs iſta ex ſubjectis conſiderabuntur.

Plautus in Mil. 1, 1. *Vel heræ illæ, quæ pallio me comprendere, obſecraverunt, ut te hodie quaſi pompam illac præterducerem.*

Idem Men. *Dii veſtram fidem, vel hic, qui nunc inſanit, quàm valuit paulò priùs.*

Idem in Rudente 2, 4. *Vel papillæ cujuſmodi?*

Terentius in Andria: *Vel hoc quis non credat, qui te norit, abs te eſſe ortum?*

Idem in Eunucho 3, 1. *Vel rex ſemper maximas mihi gratias agebat, quidquid feceram, aliis non itidem.*

Idem in Heavton. 4, 6. *Vel me hæc de ambulatio, quàm non laborioſa ad languorem dedit?*

Idem in Hecyra 1, 1. *Vel hic Pamphilus quoties jurabat Bacchidi, quam ſanctè, ut quivis facile poſſit credere, nunquam iſta viva uxorem ducturum?*

Virgilius, Æneid. 11.

Vel cùm ſe pavidum contra mea jurgia fingit?

Horatius, Epod. 12.

Vel mea cùm ſævis agitat faſtidia verbis?

Clarus eſt ejus particulæ alius ſenſus, quo ſignificatur ETIAM, Ook.

Cicero ad Atticum: *Ut vel perire maluerit, quàm perdere omnia.*

Ad eundem: *Occupationem mearum vel hoc ſignum erit, quod epiſtola librarii manu eſt.*

USQUE DUM, Soo langh, tot dat.

USque dum, hæ duæ particulæ compoſitæ idem ſignificant quod uſque quo, vel quoad. Abierunt tamen per incuriam à communi ſermone fere in deſuetudinem.

Cic. 3. in Ver. *Fateatur id, quod negari non poteſt, ſe privatum hominem, prædonum duces vivos atque incolumes domi ſuæ, poſtea quam Romam redierit, uſque dum per me licuerit tenuiſſe.*

Catulius Carm. 45. *Hic me gravedo frigida, & frequens tuſſis quaſſavit, uſque dum in tuum ſinum fugi.*

VILLA RUDIS, TERRA RUDIS, Onbeploegt.

Villa rudis, terra rudis, quid eſſet, pauci (ut opinor) adverterunt. Eſt enim quæ prius proſciſſa non fuit, ſed intacta, & (ut vulgo dicunt) nova.

Cicero Q. Fratri: *In villam apertam, ac ne rudem quidem ducere nolui.*

Varro de re ruſt. *Terram rudem proſcindere oportet.*

Ibid. *Illud quoque multum intereſt in rudi terra, an in ea ſeras, quæ quotannis ſit obſita, quæ vocatur reſtibilis.*

Ovidius in Metamorph. 1. v. 8. *Rudis indigeſtaque moles.*

Catullus carm. 65.

Illa rudem curſu prima imbuit Amphitritem,
Quæ ſimul ac roſtro ventoſum proſcidit æquor.

UBIVIS GENTIUM, Overal. QUISQUAM GENTIUM, Yemand. UBI GENTIUM, Waar? UBI TERRARUM, Waar ter Werelt? QUID RERUM, Wat?

UNdequaque patet, Latinitatem nil aliud eſſe, quàm certum modum loquendi. Ubivis gentium, quiſquàm gentium, ubi terrarum, aliquo terrarum, quoquo gentium, vel loci, quid rerum, quo locorum, & hujuſ-

hujuſmodi, præcipua ſunt obſervatione digniſſima.

Plaut. in Mercatore 2, 3. *Ubi nam eſt is homo gentium?*

Ibid. *Minimè gentium.*

Ibid. *Nuſquàm gentium.*

Ibidem 5, 2. *Illam quærere, quoquò hinc abducta eſt gentium.*

Idem in Pſeudolo 1, 1. *Neque Libellæ ulla ſpes ſit uſquàm gentium.*

Idem in Aſinar. 1, 1. *Unde gentium?*

Idem in Aulular. 3, 1. *Neque ligna ego uſquàm gentium præberi vidi pulcriùs.*

Idem in Milite 4, 9. *Conveniam illum ubi erit gentium.*

Idem in Bacchidibus: *Sequere hac me. Reſpondetur, Quò gentium?*

Idem in Aſinar. 2, 2. *Perii ego oppidò, niſi Litanum invenio jam, ubiubi eſt gentium?*

Terent. in Hecyr. 3, 1. *Cui quantò fuerat præſtabilius, ubivis gentium ætatem agere?*

Ibid. 3, 1. *An quiſquam gentium eſt æquè miſer?*

Cic. in Catilinam: *O dii immortales, ubinam gentium ſumus?*

Plautus in Amphitruone 1, 1. *Non ædepol nunc ubi terrarum ſim ſcio.*

Idem in Mercatore 5, 6. *Ubi loci res ſumma noſtra publica?*

Terentius in Phorm. *Quoquo hinc aſportabor terrarum, certum eſt proſequi, aut perire.*

Cicero Attico 5, 97. *Et ſi mihi nihil erat propoſitum ad ſcribendum, quia quid ageres, ubi terrarum eſſes, ne ſuſpicabar quidem.*

Ibid. *Neque adeſt iſtic, neque ubi terrarum ſit, ſcio.*

Decius Brutus Bruto & Caſſio: *Fortunæ cedendum, ex Italia migrandum Rhodum, aut aliquò terrarum arbitror.*

Cicero in Philipp. *Qui ubi terrarum ſit, quid agat, vivat denique, an mortuus ſit, quis aut ſcit, aut curat?*

Ibid. l. 2. *Ubicunque terrarum ſunt, ibi eſt omne Reipubl. præſidium.*

Idem pro Rabirio Poſthumo: *Nunc verò quid agimus? ubi terrarum ſumus?*

Horatius 1. od. 38.

Mitte ſectari roſa quò locorum
Sera moretur.

Titus Livius ab urbe condita, *Quo terrarum velint trajiciant.*

Idem de bello Punico: *Percontatur ubi terrarum eſſet.*

Idem de bello Macedon. *Se tacitos abire, quo terrarum poſſent in animo habuiſſe.*

Plaut. in Rudente: *Sed & Grypus noſter quid rerum gerit?*

Catullus Carm. 28. *Quid rerum geritis?*

Plaut. in Aulular. *Sed quid hoc clamoris oritur hic ex proximo?*

Horatius Epod. 3. *Quid hoc veneni ſævit in præcordiis?*

USQUE, Tot.

PRæpoſitio Uſque obſervatione digniſſima eſt. Conjungitur enim plerunque à perfectis illis cum aliis præpoſitionibus A, ab, ad, antè, è, ex. Interdum etiam cùm adverbio, pridie, poſtridie, dum, iſtinc, magna cum venuſtate. Quem dicendi modum qui non tenent, errorem, aut malæ Latinitatis eſſe, aut ſcripturæ perverſitatem putant.

USQUE AD, Tot op, tot ſo verre.

Cicero Attico: *Ibi eſſe volo uſque ad pridie Calendas Majas.*

Ibid. *Nos in Formiano eſſe volumus uſque ad pridie Nonas Majas.*

Eidem de Quint. Fratre. *Nuncii nobis triſtes, nec varii venerunt, ex ante diem Nonarum Junii, uſque ad pridie Calendas Septembris.*

Titus Livius ab urbe cond. *Uſque ante diem quintum Calendas Majas.*

Ovidius in Metamorph.

- - - - Ad uſque
Decolor extremo quà cingitur India Gange.

USQUE A, USQUE AB, Van.

Plautus in Rudente 4. 3. *Longe uſque à campis ultimis.*

Idem in Trinummo 1, 2. *Uſque ab ſtirpe.*

Idem in Perſa 4, 1. *Quas tu attuliſti mihi ab hero meo uſque è Perſia.*

Idem in Sticho: 5, 5. *Ubi perpruriſcamus uſque ex unguiculis.*

Terentius: *Ex Æthiopia eſt uſque hæc.*

Cic. pro Aulo Cluentio: *Comperi mulierem quandam Larino, atque illam uſque à mari ſupero Romam proficiſci cum magno comitatu.*

Idem 3. in Verrem: *Hoc illi navigio ad omnes populi Romani hoſtes uſque ab Dianio, quod in Hiſpania eſt, ad Sinopem quæ in Ponto eſt, navigaverunt.*

Idem in Vatinium teſtem: *Quod augures omnes uſque à Romulo decreverunt.*

Virgilius:

--- Uſque à proavis vetus ordinis ætas.

Idem, Æn. 7.

--- Siculo proſpexit ab uſque Pachyno.

USQUE DUM, id eſt, DONEC, Soo lang, tot dat.

Plautus in Menechmis 5, 1. *Uſque dum regnum obtinebit Juppiter.*

Cicero pro P. Quint. *Jacet res in controverſiis iſto calumniante biennium, uſque dum inveniretur.*

Catullus, carm. 62.

Quæ tibi ſine fine
Serviat, uſque dum tremulum movens
Cana tempus anilitas,
Omni omnibus annuit.

USQUE EO, id eſt, TAMDIU, Soo lang.

Cicero 2. de natura Deorum: *Uſque eò premere eorum capita mordicus, dum illæ captum amitterent.*

Idem pro Sexto Roſcio Amerino: *Sed uſque eò quid arguas non habes.*

VSQVE ISTHINC, Daar van daan.

Cicero Attic. *Noſti ſonitus noſtros, tanti fuerunt, ut ego brevior ſim, quod eos uſque iſthinc exauditos putem.*

VACVVS A CVLPA, A PERICVLO, A DOLORE, Ledig, vry.

Obſervandus eſt hic quoque dicendi modus, quo rari poſt felix illud doctorum ſeculum uſi ſunt: Poſt quæ tempora mira paucitas bonarum literarum, & apud paucos reſedit. Nam quotus quiſque eſt, qui poſtea non vacuum culpa, vacuum periculo, & vacuum dolore dicat? Antiqui autem illi vacuum à culpa, vacuum à periculo, & vacuum à dolore, & hujuſmodi addita præpoſitione dicebant.

Cicero in Ver. *Nam ipſa Meſſana, quæ ſitu, mœnibus portuque ornata ſit, ab iis rebus, quibus iſte delectatur, ſanè vacua ac nuda eſt.*

Id. Q. Fratri, 1, 3. *Sin eris ab iſto periculo vacuus.*

Id. de Officiis: *Adhibenda eſt vacuitas ab angoribus.*

Idem de finibus bonorum & malorum: *Quod is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet.*

Idem Quint. Fratri Ep. 3. *Sin eris ab iſto periculo vacuus, aget ſcilicet, ſi quid agi poſſe de nobis putabis.*

Idem de Arte Rhetorica: *Si animus à talibus factis vacuus & integer eſſe dicetur.*

Idem pro lege Manilia c. 2. *Ita neque hic locus vacuus unquam ab iis, qui veſtram cauſam defenderent: & meus labor in privatorum periculis caſtè integreque verſatus ex veſtro judicio fructum ampliſſimum eſt conſecutus.*

Idem de Provinciis conſularibus: *Nam quis hoc tempore non ſentit omnia alia eſſe vobis vacua ab omni periculo, atque etiam ab omni ſuſpicione belli?*

Idem pro Dejotaro: *Sed tamen quidquid à bellis pop. Rom. vacabat, cum hominibus noſtris conſuetudines, amicitias, res, rationeſque jungebat.*

Idem ad equites Romanos: *Profectò iſtis hora nulla ejecto M. Tullio vacua à periculo.*

Saluſtius in Catilina: *Quod ſi quis etiam à culpa vacuus in amicitiam ejus liber inciderat, quotidiano*

diano uſu atque illecebris facilè par, ſimiliſque cæteris, efficiebatur.

Titus Livius ab urbe condita: *Ne quando à metu, ac periculis vacarent.*

VENIT HÆREDITAS, Hy wort erfgenaam.

VEnire hæreditas Latinè dicitur id, quod multi dicunt, in hæreditatem ſuccedere.

Cicero in Verrem: *Cujus filiæ cùm à propinquo hæreditas per magna veniſſet.*

Ibidem: *Præſertim cùm tibi illo ipſo anno è Chelidone veniſſet hæreditas.*

Ibid. 4. *Hic Verres hæreditatem ſibi veniſſe arbitratus eſt, quod in ejus regnum ac manus venerat iſte.*

Ibid. *Quam pridem ſibi hæreditas veniſſet, docet.*

Ibid. *Omnibus iis, quibus hæreditas venerit, cohæredem prætorem eſſe oportere.*

Ibid. *Quid hæc hæreditas, quo prætore Dionis filio venerat?*

In eundem: *Audivit Dioni cuidam Siculo per magnam veniſſe hæreditatem,* Et pauló poſt: *Huic hæreditas facilè ad ſextertium tricies venit, teſtamento propinqui ſui Heraclii.*

Ibidem 2. *Se de hæreditate velle cognoſcere, quę ejus filio à propinquo homine Apollodoro Laphirone veniſſet.*

Idem in Philippicis: *Hæreditatem mihi negaſti venire.*

Idem de arte Rhetorica: *De hæreditate quæ venit pupillo.*

Idem pro Lucio Flacco: *Tu Tite Vecti ſi qua tibi in Africa venerit hæreditas, uſu amittas.*

Ibidem: *Quid ab ingenuis mulieribus hæreditates lege non veniunt?*

Idem pro Aulo Cecinna: *Mihi credite, major hæreditas venit unicuique noſtrum in iiſdem bonis à jure, & à legibus, quàm ab iis, à quibus illa ipſa bona relicta ſunt.*

Idem pro L. Flacco: *Maximas audio tibi L. Luculle, qui de L. Flacco ſententiam laturus es, pro tua eximia liberalitate, maximiſque beneficiis in tuas veniſſe hæreditates.*

VICARIVS, Die yemants plaats waarneemt.

VIcarium eum eſſe, qui alicujus vices gerat, planiſſimum eſt: at quas iis ſubdam autoritatibus, palam fiet, quod multis abſconditum in eo vocabulo fuerat. Eſt enim alio ſenſu vicarius ſervus, qui ſervi vices gerit. Ab eo ut arbitror, poſtea in alios quoque vis vocabuli transfuſa eſt.

Plautus in Aſinaria 2, 4. *Ex perſona Leonidæ ſervi, mihi ſcio vicarium eſſe, neque eſſe ſervum in hæredibus, qui ſit pluris quàm ille fiet.*

Cicero in Verrem: *Peculia omnium, vicariique retinentur.*

Horatius 2. Sat. 7.

Sive vicarius qui ſervo paret, ut eſt mos
- - - - Veſter, ait, ſeu conſervus.

Paulus de Noxalibus actionib. l. Si in re: *Si ſervus tuus navem exercuerit, ejuſque vicarius, ſervus, & idem nauta in eadem navi damnum dederit.*

Idem de Manumiſſis, l. *Si peculium prælegatum eſt, & vicarius liber eſſe juſſus ſit.*

Vlpianus de Inſtitoria actione, l. Sed & ſi: *Si à ſervo tuo operas vicarii ejus conduxero.*

VERSVM vel VERSVS, Naa toe.

QVæ cum verſùm vel verſùs, compoſita ſunt, mirificam in latinitate elegantiam obtinent, ſuntque vel præcipua obſervatione digniſſima.

QVOQVO VERSVM, adverbium ad locum, id eſt, Verſus quemcunque locum, Over al na toe.

Cæſar in Commentariis: *Ejus imperio claſſem quoquò verſùm dimittunt.*

Ibid. *Quoquò verſùm quò pabulandi mihi audire poſſe videantur.*

Ibid. *Rates duplices quoquò verſùm pedibus XXX. è regione portus collocabat.*

Cato de re Ruſtica: *Pedes denos quoquò verſùm habeat.*

QUAQUA VERSUM, id eſt, per quemcunque locum, Door alderleye plaatſen.

Cæſar in Comment. *Legatos quaquà verſùm dimittere.*

ALIQUO VERSUM, id eſt, verſus aliquem locum, Ergens naa toe.

Plautus in Caſina 2, 4. *Ego pol iſtam jam aliquò verſùm tragulam decidero.*

ALIO VERSUM, id eſt, verſus alium locum, Naa een andere plaats. Vel per tranſlationem, ob aliam cauſam, Met een andere meyning.

Plautus in Aulularia 2, 4. *Atqui ego iſthuc Anthrax aliò verſùm dixeram.*

UTROQUE VERSUM, id eſt, verſus utrunque, Naa by de kanten.

Plautus in Captivis 2, 3. *Utroque verſùm rectum eſt ingenium meum ad te atque ad illum.*

DEORSUM VERSUM, id eſt, Verſus inferiorem locum, Naa beneden.

Varro de lingua Latina: *Deorſum verſum ad ſingularia perveniunt.*

SURSUM VERSUM, id eſt, verſus ſuperiorem locum, Naa boven.

Cicero de Partitionibus oratoriis: *Et idem quaſi ſurſum verſùm utroque dicatur.*

Idem de Oratore: *Cùm gradatim ſurſum verſùm redditur.*

Cato de re Ruſtica c. 32. *Vites, propages, ſulcos ſursùm verſùm, quoad ejus facere poteris, vites facito uti ducas.*

Ibid. c. 33. *Surſumverſùm ſemper adducito.*

Varr. l. 1. c. 31. *Vicia dicta à vinciendo, quod item capreolos habet ut vitis, quibus ſurſum verſùm ſerpit.*

Paulus de gradibus adfinit. l. Juriſconſultus: *Surſum verſùm, vel deorſum verſùm tendens.* Et ſubdit: *Primo gradu cognationis ſunt ſurſum verſùm duo, pater, & mater: deorſum verſùm duo, filius & filia.*

DEORSUM VERSUM, Naa beneden, afwaarts.

Terentius in Adelphis 4, 2. *Clivus deorſum verſùm: hàc te præcipitato.*

Varro libro 2. rerum Ruſticarum c. 7. *Lumbis deorſum verſùm preſſis.*

USPIAM, Ergens.

Uſpiam quaſi ſcintilla quædam in oratione refulget, cùm à rectè conſiderantibus obſervatur. Nec quicquam meo judicio magis ſermonem illuſtrat, quam parvulæ hæ clauſulæ, quæ à pleriſque quoniam ſunt omiſſæ, illaudata eorum ac ſordida ſurgit oratio. Loco hujus particulæ uſpiam, multi ineptè, in aliquo loco, dicunt.

Cicero Attico 1, 15. *Sed tamen hoc me ipſo conſolabar, quòd non dubitabam, quin te ille aut Dyrrachii; aut in iſtis locis uſpiam viſurus eſſet.*

Eidem l. 7. *Inde utrum conſiſtere uſpiam velit, an mare tranſire, neſcitur?*

Idem in Academicis: *Sive eſt illa ſcripta uſpiam, ſive nuſquam.*

UTI FRUI, DARE LEGARE, DARE PRÆSTARE, DARE FIERI, ESSE HABERE, IRE AGERE, &c.

Duo verba, eorumque infinita, nulla copula conjuncta, ſæpenumerò apud antiquos reperiuntur, nulla ratione, ſed ſolo modo loquendi, uti frui, dare legare, dare præſtare, dare fieri, eſſe habere, ire agere.

UTI FRUI, Gebruyken genieten.

Cajus de Adquirendo rerum dominio, l. adquiritur: *Habet jus utendi, fruendi.*

DARE

DARE LEGARE, Geven, vermaaken.

Jabolenus de Statu liberis, l. Stichum: *Titio do lego.*

Paulus ad legem Falcid. l. 1. *Eaſque res quibuſque dare legare volet.*

DARE PRÆSTARE, Geven, toe teilen.

Scævola de ſtatu liberis, l. Sticho: *Jubeo det præſtet filio, & uxori meæ.*

DARE FIERI, Geven en geſchieden.

Idem de inofficioſo teſtamento, l. Titia: *Quę ſuprà dare fieri juſſi, & dare fieri volo.*

ESSE BIBERE, Eten en drinken.

Ulpianus de Actionibus emti & venditi, l. Ex emto: *Qui jumenta vendit ſolet ita promittere, eſſe bibere, ut oportet.*

IRE, AGERE, Gaan en doen.

Celſus de Servitutibus, l. Si cui: *Ire agere licebit.*

Ibidem eodem titulo, l. *Per fundum, Qui plurium eſt jus mihi eſſe eundi agendi poteſt.*

Paulus eodem titulo, l. Servitutes: *Per aream tuam in domum meam ire agere ceſſiſti.*

Idem eodem titulo, l. *Si prius jus eſſet mihi ire agere.*

Idem de Aqua pluvia arcenda, l. Suprà iter: *Sed pontem quo poſſit ire agere, jure extruet.*

Fecerunt negocia cùm forenſia, tum domeſtica, quibus poſteaquàm Romam redii, valdè diſtineor, ut non ſingula (ut par erat) accuratè ſeduloque reguſtaverim, & ſuo quanque rem loco diſpoſuerim. Quare legentes quæſo, vitio mihi ne dent, ſi quid præter ordinem, aut perperam notatum repererint.

CONTENDO, ERE, Spannen. ET REMITTO, ERE, Los laten.

NOn abs re, neque ſupervacaneum putavi aliquid etiam ſcribere de modis dicendi, quibus proferuntur verba intendo five contendo, & remitto, quæ contraria ſunt: & adſtringo ſive denſo, ac relaxo, quæ item diverſa ſunt: & contraho, ac dilato ſimiliter contraria. Quæ à diverſis diverſo quidem ſenſu accipiuntur. Quare qui tot in unum congeſtas autoritates legerint, dubitare deinceps, & variare deſiſtent.

Primo de INTENDO, Ik ſpanne. ET REMITTO, Ik laate los.

Cicero in Tuſculanis: *Ut onera contentis corporibus faciliùs feruntur, remiſſis opprimunt: ſimillimè animus intentione ſua preſſum depellit omnem ponderum, remiſſione autem ſic urgetur, ut ſe nequeat extollere.*

Idem de Oratore: *Oculi ſunt, quorum intentione, tum remiſſione, tum conjectu, tum hilaritate, motus animorum ſignificamus.*

Titus Livius ab urbe condita: *Remiſſo fune quo ſuſpenſa erat, catarracta magno ſonitu cecidit.*

De ADSTRINGERE, Te ſaame trekken. ET RELAXARE, Los laaten.

Cicero de natura deorum: *Eaque tum adſtringitur, tum relaxatur.*

Ibid. *Quemadmodum autem reliquiæ cibi propellantur, tum aſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxantibus, haud ſanè difficilè dictu eſt.*

Idem Attico 9, 10. *Vellem ſuſcepiſſes juvenem regendum, pater enim nimium indulgens quicquid ego adſtrinxi, relaxat.*

Idem in Antonium: *Neque tamen vos urget mandatis pluribus, remittit aliquantum, & relaxat.*

Virgilius Georg. 1.

Denſat, erant quæ rara modò, & quæ denſa, relaxat.

De CONTRAHERE, Te ſaame trekken. ET DILATARE, Wyder maaken.

Cicero de natura deorum: *Partes, quæ*

V 3 *ſunt*

ſunt infrà, quàm id devoratur, dilatantur, quę autem ſuprà, contrahuntur.

Ibid. *Palmones tum ſe contrahunt adſpirantes, tum ſpiritu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis.*

Per translationem autem dicitur remittere & relaxare animum, hoc eſt, non ſemper curis intentum eſſe.

Cicero in Philip. 2. *Tamen ſi modò homines ſunt, interdum animis relaxantur.*

Idem Bruto: *Tantam ſpem attulerat explorata tua victoria, ut omnium animi relaxati ſint.*

Idem de Legibus: *Et cùm remittit animos, tum contrahit.*

ETIAM, Ook.

QVod multi inſcitè quidem, & minùs latinè dicunt uſque nunc, uſque tunc, uſque ad id tempus, perfecti illi Romani ſermonis parentes, etiam nunc, etiam tunc, vel etiamnum, etiam tum, dicebant. Quod quandoque præter ſuprà dicta, adhuc, ſignificat. Poſteri (ut alia multa) interverterunt.

ETIAM NVNC, Ook nu.

Plautus in Aulularia 1, 1. *Abſcede etiam nunc, etiam nunc, etiam, ohe.*

Idem in Milite 4, 8. *Etiam nunc vale.*

Idem in Aſinar. 2, 4. *Etiam nunc dico: Periphanes Rhodius mercator dives, abſente hero ſolus mihi talentum argenti ſoli adnumeravit.*

Cæſar in Comment. *Atque hortabatur incerto nunc etiam exitu victorię.*

Cicero pro Lucio Murena: *Homines tam ingenioſos per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, utrum diem tertium dici oporteret.*

Idem pro Sexto Roſcio Amerino: *Salvi etiam nunc eſſe poſſumus.*

Ibidem: *Queritur etiam nunc, quis eum nuncium miſerit.*

Idem de Oratore: *De materia loquor orationis etiam nunc, non de genere ipſo dicendi.*

Idem Attico: *Vide queſo etiam nunc de teſtamento.*

Eidem: *Brutus erat in Neſide etiam nunc.*

Eidem: *Et jam nunc ſi dubitas, fac ut ſciamus*

Idem pro lege Agraria: *In quibus ille etiam nunc bellum gerat.*

Idem de Divinatione: *Ut mihi permirum videatur quenquem extare, qui etiam nunc credat iis.*

Idem in Verrem: *Etiam nunc mihi expectare videmini judices, quid deinde factum ſit.*

Idem de arte Rhetorica: *De altera patris etiam nunc mortui voluntas plurimum valebat.*

Id. pro Cluentio: *Quo de homine nihil etiam nunc dicere nobis eſt neceſſe.*

Idem pro Tito Annio Milone: *Cur tamen ſi metuitur etiam nunc Milo, non tam hęc quotidianum crimen timemus?*

Varro de lingua Latina l. 5. *Quòd crepuſculum dies etiam nunc ſit, an jam nox, multis dubium.*

Idem lib. tertio rerum Ruſticarum 2. *Cujus aves hoſpitales etiam nunc ructor.*

Ibid. 1, 2. *Ruſtici etiam nunc quoque viam Vеham appellabant.*

Publius Lentulus Conſulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, Senatui, Plebique Romanæ: *ut patientiam Senatus, & optimi cujuſque manere etiam nunc conſiderent.*

Ovidius de Arte amandi l. 3. v. 16.
Dum licet & veros etiam nunc editis annos.

Idem in Metamorphoſi, l. 18. v. 231.
Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quidquam
Audeat. (al.) *Auſit.*

Titus Livius de bello Punico: *Quid eſt Hanno, inquit, etiam nunc pœnitet belli ſuſcepti adverſus Romanos?*

ETIAMNVM, Ook nog.

Plautus in Menechmis: *Ibo etiamnum.*

Varro de re Ruſtica 1, 37. *Cùm etiamnum platanus novella eſſet.*

ETIAM TVM, Ook doe.

Terentius in Hecyra: *Me educit foras, narratque ut virgo ab ſe integra etiam tum fiet.*

Cicero de Oratore: *Omnes etiam tum retinebant illum Periclis ſuccum.*

Ibidem: *Cùm etiam tum in lecto Craſſus eſſet.*

Varro

Varro de re Ruſtica 1, 32. *Vineas veteres iterum occare, & novellas etiam tertiò, ſi ſint etiam tum glebę.*

JAM TVM, Doe al.

Jam tum, jam nunc, aliud certè eſt, ſignificatque id quod ex tunc, ex nunc ineptè dicunt.

Cicero pro Aulo Licinio Archia: *Ita ſe jam tum geſſiſſe pro cive iis temporibus, quę tu criminaris.*

Idem in Verrem: *Jam tum cùm bello fugitivorum tota Italia arderet.*

Idem pro Cluentio: *Qui omnes in judiciis publicis jam tum floruerunt.*

Virgilius Æn. 8.

Jam tum religio pavidos terrebat agreſtes.

JAM NVNC, Naa nog.

Cicero de divinatione: *Jam nunc mente & cogitatione perſpicio, quę tum ſtudia hominum, qui concurſus futuri ſint.*

Ibid. *Quę cùm cogito, jam nunc timeo.*

Virgilius in Georgicis, l. 1.

Et votis jam nunc adſueſce vocari.

Propertius 2, 19.

--- Jam nunc me ſacra Dianę
Suſcipere, & Veneri ponere vota juvat.

PRVDENS, Wijs ervaaren. IMPRVDENS LEGVM, Onervaren.

OBſervandus eſt & hic dicendi modus, Prudens, imprudens legum, & in legibus juris &c.

Cicero de arte Rhetorica: *Imprudentes legis cùm exiſſent, vitulum immolaverunt.*

Idem de Amicitia: *Quia prudens eſt in jure civili putabatur.*

HABERE QVÆSTVI, Winſt mede doen. HABERE HONORI, Voor Eer houden. HABERE PRÆDÆ, Voor Buyt rekenen. HABERE VOLVPTATI, Voor Playſier rekenen.

HAbere quæſtui, habere honori, habere prædæ, habere voluptati, modi dicendi elegantiſſimi non ſolùm intermiſſi, verùm etiam veluti de induſtria omiſſi.

Cicero de Officiis: *Habere enim quæſtui Remp. non modò turpe eſt, ſed ſceleratum etiam & nefarium.*

Saluſtius in Jugurthino c. 31. *Sed incedunt per ora veſtra magnifici, ſacerdotia & conſulatus; pars triumphos ſuos oſtentantes, perinde quaſi ea honori, non prædæ habeant.*

Idem in eodem: *Et alia, quę cęteri miſerias vocant, voluptati habuiſſet.*

CERTVM HABERE, PRO CERTO HABERE, Voor gewis houden.

CErtum habere, pro certo habere, Certum ſcire: Certò ſcire: modi ſunt loquendi candidiſſimi.

Cicero ad Atticum: *Neque id ipſum tamen certum habeo.*

Idem ad Eundem: *Quod quęris quàm diu hic paucos dies, ſed certum non habeo.*

Idem Bruto: *Neque nunciabatur quidquam, quod pro certo haberemus.*

CERTUM SCIRE, CERTO SCIRE, Seker weten.

Cicero Bruto: *Cùm certum ſciero, ſcribam ad te.*

Idem eidem: *Noſtrę res meliore loco videbantur, ſcripta enim ad te certò ſcio, quę geſta ſint.*

AD REM PERTINET, Het behoort tot de ſaak. AD REM FACIT, Het doet tot de ſaak.

HOc ad rem pertinet, non pertinet: Hoc ad rem facit, non facit, quod eſt, non convenit. Modus eſt idem dicendi, quo jam parum aliqui utuntur, ſed pro eo inſcitè dicunt: Hoc ad propoſitum facit, vel pertinet, aut ad propoſitum non facit, vel non pertinet.

Cicero in Epiſtolis: *Et ſi quid ad rem pertinet, etiam locupletem.*

Ovidius

Ovidius in Epiſtola Paridis, v. 190.
Ad talem formam non facit iſte locus.
Idem in Epiſt. Sapph. v. 8.
Non facit ad lacrimas Barbitos ulla meas.

Julianus de verborum obligationib. l. *Eum: qui nec ad rem pertinet.*

Papinianus de Conditionibus l. Pater: *Nec ad rem pertinere, ſi portionem filiorum ſive ſubſtitutionis quæſiſſet.*

SUMMUM, Ten meeſte, ten laughſte. MINIMUM, Ten minſte.

SUmmum, Minimum: Modo hoc loquendi ſignificatur, quod illiterati dicunt, ad majus, ad minus.

Cicero Attico: *Scias igitur fortaſſe cras, ſummum perendie.*

Varro de re Ruſtica: *Ita fiunt omnium partes minimum octuaginta una.*

Ibidem: *Harum genera minimum in binas ſpecies dividi poſſunt.*

Titus Livius de bello Macedonico: *Cum tribus ſummum militibus.*

MAXIME OMNIUM, Het aldermeeſte. MINIME OMNIUM, Ten alderminſte.

QUod inſcitè dicunt, plus quam omnes, minùs quàm omnes: Maximè omnium, minimè omnium antiqui dicebant.

Cicero in Bruto: *Qui maximè omnium nobilium Græcis literis ſtuduit.*

Idem de Oratore: *Quod quidem tu minimè omnium ignoras.*

HOC ME MOVET, Dat beweeght my.

DIcebant antiqui: Hoc me non movet, vel hoc me movet, quando res aliqua non illi cordi erat, vel contrà cùm maximè urgebat, aut premebat.

Cæſar Curioni: *Neque illud me movet, quòd ii, qui à me dimiſſi ſunt, diſceſſiſſe dicant.*

Cicero Attico: *Unus Pompejus me movet beneficio, non autoritate.*

Paulus de uſu, & uſufructu, l. Sempronius: *Movet me, quòd dies legati hujus, ſive fidei commiſſi ceſſerit.*

VERBA QVÆDAM, MODO NEVTRA ABSOLVTA, MODO ACTIVA SIMPLICIA.

OBſervavi verba nonnulla modò neutra abſoluta, modò activa ſimplicia in ſcriptis aliorum perfectorum autorum verſari, quæ non ab re putavi, (ut uſui lectoribus eſſent) literis mandare.

Horatius 1. Sat. 10.
Comis garrire libellos.

Idem 1. Sat. 5. *Huc appelle trecentos inſeris ohe.*

Idem 2. ep. 2. *Nec mea ſævus Jurgares.*

Idem 2. ep. 19. *Fidis enim manare Poëtica mella Te ſolùm.*

Idem 1. ep. 7. *Sylvas & vineta crepat mera.*

Idem 2. Sat. 3. *Si quid Stertinius veri crepat.*

Idem 1. ep. 7. *Et quæ pars quadret acervum.*

Idem 1. ep. 6. *Libenter hoc & omne militabitur bellum in tuæ ſpem gratiæ.*

Idem 2. Sat. 3. *Præterea ne vos titillet gloria jure Jurando obſtringam.*

Cicero de Officiis: *Hæc eſt gravium hominum, atque magnorum: illa quaſi aſſentatorum populi multitudinis levitatem, & voluptatem quaſi titillantium.*

Idem de Finibus bonorum & malorum: *Si ea voluptas eſſet, qua quaſi titillaret ſenſus.*

EXPERIENS VIR, Ervaaren.

EXperiens vir, Arator experiens, corrupto modo dicendi, id eſt, quod dicunt, Vir expertus, Arator expertus.

Cicero pro Cluentio: *Aulus Aurius, vir fortis & experiens.*

Idem in Verrem: *Aliquis experiens arator.*

Horatius 1. Ep. 17.
Et decus, & precium rectè petit experiens vir.

TAN-

TANGERE DE COELO, Met den Donder ſlaan.

TAngere de cœlo, negare nemo audeat certo dicendi modo in Latinitatem introductum eſſe. Id enim ſignificat quod perversè dicunt, fulminare.

Cato de re Ruſtica: *Si de cœlo, villa tacta ſiet, de ea herba divina uti fiant procuret.*

Virgilius Ecl. 1.

De cœlo tactas memini prædicere quercus.

DARE PROMISSA, Beloo-ven.

DAre promiſſa: Eſt & hic alius perelegans dicendi modus, diſtinctus ab eo, quem antea notavi, Facere promiſſa. Nam hoc pro alio ſpondere, illud per ſe polliceri ſignificat.

Catullus carm. 65.

At non hæc quondam blanda promiſſa dediſti?

Virgilius, Æn. 11.

Non hæc Evandro de te promiſſa parenti
Diſcedens dederam.

IN APERTUM PROFERRE, Aan den dagh brengen. In 't light geven.

IN apertum proferre, nil eſt aliud, quàm (ut dicunt) in publicum vulgare. Sed modus antiquus dicendi obſervandus eſt.

Cicero in Paradoxis: *Hoc tamen opus ut in apertum proferas, nihil poſtulo.*

Horatius 1. ep. 6.

In apertum proferet ætas (aliter *apricum.*)

HADRIANI CARDINALIS S. CHRYSOGONI,

Ad

ASCANIUM CARDINALEM SANCTI VITI, VICECANCELLARIUM,

VENATIO.

Eia ſurgite, nunquid excitavit
Dudum rauciſono Diana cornu?
Actutùm properate, jam parata eſt,
Et ſecum Aſcanius ſuus paratur.
Venatoribus hac die eſt eundum,
Quà Salaria proſpicit lacunas
Claras ſulfure Tyburis ſuperbi.
His dictis juvenum ruunt manipli
De conclavibus omnibus frequentes,
Hic venabula, cuſpides ahenas,
Æratas? validaſque fert bipennes,
Ille haſtilia, ferreas ſecures,
Cruda ſpicula Martis univerſi.
Deducunt alii canum phalanges,
Latrantes abeunt ſimul moloſſi
Mox indaginis unicæ ſagaces,
Tollunt retia rara Muliones.
Procedit Dea proſequente magna
Caterva, chlamydem recincta pictam
Ventilantibus aureis capillis,
Suras purpurei tegunt cothurni,
Aurata ex humero ſonat pharetra.
Jungit Aſcanius ſuas cohortes
Solertiſſimus unus inter omnes.
Sublimes Lybicis equis vehuntur.
Aurora interea thorum relinquens,
Quadrigis roſeis diem vehebat.
Ventum eſt ad juga, devioſque ſaltus,
Convallis quibus obſidetur ingens.
Præterlabitur hanc, ſecatque rivus
Rauco murmure, levibus ſalebris,
Limo ſordidus, hinc & inde ripas
Multa tectus arundine, & paluſtri
Junco, nec procul albicat ſalictum
Dextrà, qua videt Herculis popellum,
Clivi ſylva latus tenet ſiniſtri.
Floret perpetuò viretque juxta
Vaſta planicies feracis agri.
Ut ſignum Aſcanius dedit, repentè
Sortiti juvenes vices laborum,
Servat quiſque ſui locum negoci.
Hi vallant aditus, nemuſque cogunt.
Hi per invia luſtra muſſitantes
Veſtigare feras docent catellos.
Extendunt alii plagas doloſas.
Diſponunt alii feros moloſſos,
Hic ſub ilice, & ille ſub vetuſta
Quercu ſternitur: hanc tegit ſupinum
Gravis juniperi virentis umbra.
Denſa ſub Platano, & comis opaca,
Quæ de colle levi tumore ſurgit.
Diva & Aſcanius ſimul recumbunt.
Omnes ſolliciti videre, quænam
Ex tanto veniat labore præda.
Ecce protinus horridus, feroxque
Aper ſpumeus ore, dente frendens,
Voluens trux oculos modò huc, modò illuc,
Dorſo horrentibus hiſpidiſque ſetis,

Calloſa

Calloſa cute, caute duriore,
Excitus canibus per antra fertur
Præceps vulnificis utrinque roſtris,
Stipatus grege mordicus petentum
Aures & latus omne lancinantum.
Accurrit Dea, nec globus ſinebat
Quicquam præter apri videre rictum,
Depromſit pharetra ilicò ſagittam,
Lunavitque genu potenter arcum
Et jecit. Volat illa quà videri
Rictus vix poterat; ſecanſque hiatus
Per præcordia labitur. Quis unquam
Vati crederet? ultimos receſſus
Caudæ transabiit, ſolumque fixit.
Procumbit quadrupes humi volutus,
Tendens ilia, calcibuſque fruſtrà
Alternis vacuas laceſſit auras.
Flumen ſanguinis undat ex barathro
Vaſti gutturis, biſpidaque cauda.
Dum ſpectant ſtupidi, feræque magnos
Artus, grandia & aſpera extimeſcunt
Oſſa & ingluviem capacis alui.
Umbroſi nemoris fugatus antro
Cervus, caſſibus expeditus ingens
Celſis corribus ardûus ruebat.
Septus pulverea canum corona
Saltu tranſilit unico paludem,
Ripaque ulteriore adhuc veretur
Vertens arboream ſubinde frontem,
Dum certant properi canes natare
Summis naribus & reſtant biantes.
Volans Aſcanius levi veredo,
Precatus Triviæ perenne numen,
Invadit jaculo, diuque librans
Jecit eminùs, hæſit impeditum
Ferrum cornibus, ac ſolo reflexa
Ne quicquam ante oculos pependit haſta.
Fremens Aſcanius rapit, rotatque
Enſem fulmineum, abſciditque ab armis
Cum cervice caput: micat per herbam.
Hic corpus, caput hic, rubet cruore
Interfuſa palus: ruunt repentè
Venantes querula procacitate,
Strataque obſtupuere mole cervi.
Ridens Delia quid ſtupetis inquit?
Noſter Aſcanius minora neſcit.
Clamor interea tumultuantum
Circùm retia vertit ora turbæ,
Captam terribilem Hiſtricem fremebant,
Quæ roſtrum atque pedes plagis ligata
Spinis miſſilibus canes, viroſque
Arcebat procul, & fugabat omnes,
Venator ſibi quiſque conſulebat.
Multi ſub clypeo arborum latebant,
Multos obice texerat crepido,
Poſt carecta canes inane latrant,
Denſant ſpicula mutua, & viciſſim
Bellantum furit incruentus ardor.
Nam ſpinæ nequeunt ferire tectos,
Et tecti nequeunt feram ferire.
Tanta duritie cutis rigebat
Crebris miſſilibus petita, nullis
Interpuncta notis. Erat Sicamber
Fortè in tam celebri ſodalitate,
Audax prælia tanta qui cieret,
Libs cognomine, machinæ repertor
Mirandæ, horrificæ, minacis, atræ,
Qualem nec Steropes, nec ipſe fertur
Pater Lemnius inferis cavernis
Informaſſe Jovi, nec ulla in orbe
Per tot ſecula cogitavit ætas.
Nam truncum teretem, æneum, cavumque
Nitro, ſulfure, pulvere, & ſaligni
Carbonis replet uſque ad umbilicum
Includitque pilam ex liquente plumbo,
Supernè, tenue oppido foramen
Spirat: hinc jacit igneam favillam,
Hiſtrix continuò forata fumat.
Non ſic fulminis impetus triſulci,
Nec falarica ſic rotata fertur,
Sed nec ſic Scythico ſagitta nervo,
Nec fundis Balearibus lapillus.
Mox tanto intonuit fragore cœlum,
Et tanto ingemuit tremore tellus,
Ut quidquid caveis latebat uſquam,
Ferarum omne genus, feri leones,
Auriti lepores, lupi voraces,
Et damæ timidi volatileſque
Cervi & Capreoli leves fugaceſque
Apri ſetigeri, doliſque vulpes

Inſignes, ruerent metu per agros,
Vaſta ut planicie nihil videres
Uſquam præterea: latent ſub illis
Arbuſta omnia, & omnis herba prorſus.
Canes interea modò has, modò illas
Paſſim cædere, nec locus cadenti eſt.
Denſo in agmine ſtant, feruntque morſus
Immotæ, ſuperambulant moloſſi
Strage incredibili uſque ſævientes.
Sævitum nimis eſt, Diana clamat,
Quo tandem ruitis? redite in orbem
Palantes, neque enim expedit ferarum
Omne funditùs interire nomen.
Sat noſtro Aſcanio datum, nec ultra
Modeſſimus omnium rogaret.
Cornu perſonat aureo reducens
Triumphalia caſtra, mox recenſent
Plenum ſanguinis agmen interemtum.
Nec tot millia computare poſſunt.
Implent eſſeda, convehunt quadrigis.
Pars geſtant humeris, ſolove raptant.
Hi ſub ponderibus gemunt iniquis.
Fervet Mulio corbuloque fervet.
Rus eſt non procul hinc penes ſacellum
Deſertæ Cereris loco remoto,
Huc armenta, greges, canum labores,
Et vaſtas nemorum ferunt ruinas.
Hanc cuncti properant tenere metam.
Hàc tandem reduces ſimul quieſcunt.
Ruri ſubditus hortulus virebat,
Qualis Corycium ſenem bearet,
Et qualem Heſperides velint ſorores.
Hic inter violas Thymum, Liguſtrum,
Narciſſos, Hyacinthinoſque flores
Fons ſcatens vitreis aquis ſuſurrat.
Hunc pomaria tam beata cingunt,
Ver ut perpetuum colant, & uſque
Argutis avibus canora vernent.
Regis Alcinoi fuiſſe credas.
Patens area propter ima fontis
Labra tenditur, hanc tegunt corymbis
Pallentes hederæ & acanthi.
Flexo vimine textiles obumbrant,
Lente lilia ſubligant geniſtæ.
Sub his floribus apparata menſa eſt,
Inſtratuſque thorus tapete picto,
Et Semiramia manu figuris
Diſtincto variis, ſuper tapetum
Albet mappula delicatioris
Villi, Barbaricis notata punctis.
De menſis abacus nitens acernis
Pandit vaſcula Mentoris vetuſta,
Priſcorum toreumata aulicorum.
Ætate, & facie pares miniſtri,
Nympharum Triviæ chorum æmulantes,
Expectant thalamo beatiore
Divam, & Aſcanium labore feſſos,
Pars ſacris adolet focis penates.
Et jam ſol medium ſecabat axem
Flammis omnipotentibus coruſcans.
Tandem numine prodeunt ſecundo.
Felici omine, quicquid eſt ferrarum
Magno Pontifici dicant Julo.
Crines ſubtilibus roſis coronant
Unguentis Megalenſibus madentes,
Cuſtodit ſoleas puer relictas.
Sponda ſe mediam locat Diana
Gemmis ſplendidulis decora virgo:
Pòſt multò Aſcanius coruſcus oſtro
Flexo poplite, cernuus miniſter
Dat ſummis digitis aquas odoras.
Mox mantilia Nympha ſubminiſtrat.
Apponunt alii novas figuras
Extructæ Cereris, Dryas catillum
Fragrantem Ambroſia gerit Dianæ.
Poſt hanc ſyderei ferunt ephebi
Lances ordine, Phaſiana prima eſt.
Stat Junonis avis ſuperba cauda.
Phœnicopterus eminente lingua,
Ut criſta Meleagrides rubenti,
Et pluma nivei patent olores.
Hinc albi jecur anſeris tumebat.
Hinc capo Cybelæ deæ dicatus.
Perdices ſtrue maxima ferebant,
Et pulpæ melioris Attagenes.
At ſturnos inopes, graves, palumbes.
Cunctas cortis aves cocis relinquunt.
Subvectant alii ſalariorum,
Quidquid ars potuit novare lauti.
At farcimina dant vetuſtiora.

Turget

Turget lactea ſuminis papilla,
Campano petaſone gloriantur,
Veſtinoque caſeo intumeſcunt,
Non lucanica, non tomacla deſunt
Fracto ventre ſuis ſolo ex phaliſco,
Non deeſt oxygarum offulæ, minutal,
Liba adorea, candidæque pultes.
Conchis, Glandia, Spondyli, Botelli,
Nec muſtacea lixulæ Sabinæ
Cerebella avium, ſalaxque bulbus,
Nec jecuſcula juſculis odora.
Nec deſunt Patinæ omnium nepotum.
Exquiruntur & omnibus popinis
Pulmentaria veſca, quæ palatum
Irritare ſaporibus putentur,
Vincunt fercula cogitationem.
Nec ſtylus meus explicet, nec uſquàm
Majore in precio fuit culina.
Nuſquam prandia ſumtuoſiora.
Triumphalia erant minora multò.
Nemo Pontificum dapes reponat,
Aut cœnis ſaliaribus laboret.
Ponunt mox alii maris rapinas,
Mullos Adriaci ſalis colonos,
Murænas Siculis aquis natantes.
Latum ampliſſima fert patella rhombum.
Bajana oſtrea murices; lupoſque
Auratas, Acipenſeres, Scaroſque,
Structoris manus erudita raptim
Cultello dirimit, ſecatque parvo.
Dum cœnat, citharis comatulorum,
Et cantu vario, novoque plauſu
Valles undique concavæ reſultant.
Et jam prima epulas quies tenebat,
Cùm cellariis eligit miniſtros
Bacchi munera læta qui propinent.
Hæc eſt amphora nectaris beati,
Qua Latonia ſola proluatur.
Thrullam hanc Aſcanio dedêre Galli
Spumantem Bromio Pariſiorum.
Miſce his tu cyathis Dryas falernum.
Tu cape hos pateras puer Caleni
Inger tu hos calices Opimiani.
Vos Setina date his ſcyphis vetuſta,
At vos Cæcuba fundite hoc Triente.
Nomentum dedit hæc heri Lagenam.
At Surrentum hodie cadum hunc picatum.
Cupa hac conditur Hadrianus humor.
Privernatia congio hoc Sagunti,
Chium hoc urceolo ſapit rotundo.
Bio hæc ſeriola optimo redundat.
Plena hæc aurea defruto metreta eſt.
Mulſum hæc cirna dulcius recondit.
Tum bellaria largiora ponunt
Menſæ delitias deûm ſecundæ,
Electiſſima poma porriguntur.
Inter quæ melimela principatum
Malorum facilè omnium obtinebant,
Poſt petitia parva, Manliana,
Tum Spadonia, Græcula, Appiana
Lanata, orbiculata Septiana.
Dat pannucia ſerica & gemella.
Adhæc cruſtumiis pyris abundant,
Succi plena tument falerna ciſta,
Et longo pede Dolabelliana,
Pompejana placent favore magni,
Et teſtacea de colore teſtæ.
Dant Voconia Laurea, & Volema
Ampullacea prominente collo.
Nardina, & decumana grandiora.
Hæc tum nomina repperit vetuſtas,
Nunc ſeclum inſipiens novis ineptit.
Adduntur Carioti des mariſcis.
Et Cydonia coctanis recincta.
Et tuber Libycis madens pruinis,
Nux, amygdala, pinea, atque juglans,
Laxant caſtaneæ ſuos echinos,
Picænas quoque porrigunt olivas.
Ollares etiam dabantur uvæ.
Ponunt frigore gratiora rapa.
Plura his & meliora, quæ ſilenter
Redundantibus ingerit caniſtris
Miris munditiis ſecunda menſa.
Exemta procul eſuritione,
Et menſis procul omnibus remotis,
Sic eſt poſt epulum locuta virgo.
Aſcani ducis optimi propago
Ingens Purpurei decus ſenatus,
Vides ut jaceant in orbe cuncta;
Quæ mortalibus eſſe jam ſolebant

Vitæ præſidium laborioſæ,
Et quibus tenebris operta virtus
Paſſim calcibus improbis teratur.
Quid primùm querar? ordiarve primum?
Cùm ſuperſtitio deos putaret,
Id quod quenque ſuus movebat ardor,
Mundus artibus optimis ſcatebat.
Poſtquàm de Solymis Deus peruſtis
Veræ relligionis imperator
Noſtra numina vana diſſipavit,
Et totum pedibus ſubegit orbem,
Apportans pereuntibus ſalutem,
Jus, fas, veridicas tulitque leges,
Et mores docuit bonos, ſuoque
Culpas ſanguine omnium expiavit,
Ut clauſum ad ſuperos iter pateret;
Fit mutatio numinum repentè.
Certatim properant, volantque cuncti,
Et cultus avidi novos adorant.
Falſi unum coluêre. Sed quod ille
Ferre omnes voluit, tulêre pauci.
Nec omnes capiunt, quod omnibus dat.
Ut perverſa hominum, malignaque eſt mens,
Verſa in ſegnitiem fides, & omnis
In quæſtum pietas. Simul ſecuta
Miris illecebris placens voluptas.
Nunquàm delitiæ ſupiniores,
Nunquàm avaritiæ altior Charybdis.
Quando ita ambitio negotiata eſt?
Quando nequius, inquinatiuſve
Peccatum? Patet Ilias malorum
Grandis, fons ſcelerum ſcaturientum.
Vel gentes penitiſſimas reviſit,
Quæ veſtro ſine numine inſoleſcunt,
Bacchanturque magis monente nullo.
Tu verò genus inclytum ſenator,
Flamen æthereæ Dialis aulæ,
Quo Reſpublica tota gloriatur,
Cujus cardine ſuſtinetur orbis,
Ne mentis propriæ inquilinus erres,
Ab omni popularitate debes
Divinos animi avocare motus,
Ne plebecula quid miſella latret:
Sed quam ſit fragilis, caduca, fluxa,
Et quam lubrica vita, cogitare,
Cauſas diſcere & æſtimare rerum,
Quidnam gigneris, undè, quo feraris,
Spem longam reſeces, vides in orbe
Nihil perpetuo tenore verti.
Si fortuna facit pecunioſum,
Nil remordeat eſſe liberalem.
Scis quantum deceat potentiorem,
Ut comi domus hoſpitalitate:
Januis bipatentibus fatiſcat.
Laus non ultima, diſplicêre nulli,
Præſtare ingenuum, facillimumque,
Verbis parcere contumelioſis,
Servorum meminiſſe, qui fideles
Adverſis fuerint, maliſque rebus.
Novit Aſcanius, quid ipſa dicam,
Nec caſus memorabimus peractos.
Quis fratrem ſine quæſtibus revellat?
Ducem Inſubria quem tremebat audax?
Quis ſiccis poterit nepotem ocellis
Regem Parthenopejum referre?
Ærumnas tibi quis peculiares
Monendo renovet? Satis ſuperque
Deploravimus iſta, dum ruebant.
Et nunc ſcis quibus erutus ruinis.
Et qui ſis modò redditus momento.
Nec tam perdita, quàm reperta cures
Perfer qualiacunque, non pigebit
Tot pericula ferre, tot tuliſſe.
Poſſem pluribus admonere, & ultrà
Quæ pœnæ maneant malos, docere.
Et quæ pręmia debeantur illis,
Qui non corporeo obliti ſepulchro
Perſtringunt animi igneum vigorem,
Nec terrę infodiunt datum talentum.
Ni tibi iſta domi elegantiora
Naſcerentur, & unicus deorum
Veſtris vatibus omnia explicaſſet.
Adhęc Aſcanius refert, Diana
Sylvarum & nemorum patrona virgo,
Seu Proſerpina noctibus relucens,
Seu Lucina, Hecate, vel alma Juno,
Dictynna, aut Trivia expetis vocari,
Te quęcunque meum levas laborem
Semper pectore conditam tenebo.
Veſper interea exiens Olympo
Nocturnis comitantibus tenebris,

Mer-

Mergenſque Oceano caput ruebat.
Jamque in faucibus atrii miniſtri
Pęana ad litui ſonum canentes
Expectant in equis heros ituros.
Lucum Delia fertur in propinquum,
Denſę Oreades hinc & hinc ſequuntur.
Stipant Aſcanium ſuę cohortes,
Ardentes animis redire in urbem.

ITER JULII II. PONTIFICIS ROMANI,

Per

HADRIANUM CARDINALEM S. CHRYSOGONI.

AUguſti memoranda dies viceſima ſexta,
Pontificem magna Roma dimiſit Julum,
Penè omni Patrum, & procerum comitante Senatu.
Formello pius excepit Jordanus, & uxor
Moribus, ingenio, formaque & nomine felix.
Poſtera lux Nepete antiquum, tum proxima Vejos
Oſtendit, mox per Cimini montemque lacumque
Tendimus inſignem, per balnea multa Viterbum.
Diſcordes bonus hic cives pacavit Julus.
Prębuit hinc celeber mons dulcia vina Faliſcus,
Detenuitque diem. Veterem poſt vidimus urbem,
Excelſę rupi impoſitam ſine mœnibus ullis.
Hic templum genitrici ingens, cui ſculpta vetuſto
Marmore ſtat facies, ſpirantque in marmore vultus.
Cranajola procul pons hinc ſex millia diſtans,
Cyaneas tranſmittit aquas ſparſaſque paludes,
Per ſata, per ſylvas: ah quantum abſumitur agri,
Plebis ad indomitę caſtrum pervenimus, inde
Impoſitę apparent Peruſinis collibus arces:
Caſtellona lacus Traſymenus mœnia cingit,
Hunc ratibus lęti tranavimus, Inſula lętos
Accipit hoſpitio, Paſianum allabimur, unde
Proſpicimus campos Romanis oſſibus albos,
Servat adhuc nomen locus: & de ſanguine fuſo
Sanguineos campos Peruſini nomine dicunt.
Hic ubi comiſſo fallax certamine Pœnus,
Flaminiumque ducem, Mavortiaque arma ſubegit.
Per colles, ripamque lacus Conclava ſubimus
Mœnia, oliviferis tumulis lętiſſima rura:
Vicina placuit Patribus recubare ſub ulmo.
Hic ſimul occurrunt equitum, peditumque catervę
Urbinate duce, illo nec melior fuit alter,
Nec pietate prior, ſed nec pręſtantior armis:
Tot dotes juveni invidit lapidoſa podagra.
His circumſepti legionibus: ordine longo
Ingredimur Peruſinam urbem, civilibus actam
Euerſamque odiis, hanc tu pater optime Juli,
In placida tandem compoſtam pace relinquis.
Non procul oppidulum eſt, Fractă cognomine dicunt.
Amnis obit muros cœno & grave olentibus undis.
Huc ubi delati montes Eugubia tecta,
Hærentemque jugis urbem ſuperavimus, inde
Perpetuos colles Catiani villula findit:
Villula munifico non aſpernanda popello.
Hos prętervectis tumulos plebecula callem
Quæ colit anguſtum, Cagli cognomine dicunt:
Occurrit facie obducta, nam tabida fertur
Infeciſſe lues: celeri pede fugimus omnes.
Hinc ad aquas Lanias perreximus, unde Metaurus,
Confuſus Gauno Foruli ſpectacula præbet.
Eſt operæ precium verſu deſcribere mirum
Naturæ ludentis opus, ſtant vertice ad auras
Hinc atque hinc montes prærupti, flumine ſubter
Secretis labente viis, ut fumus ab imis
Surgat aquis, lateque fluant aſpergine cautes.
Rupis ad extremum lava venientis ab urbe
Porrigitur molis dorſum, qua ſemita nulla,
Nulli aditus quondam, nec erat via pervia cuiquam.
Cæſar inacceſſam patefecit Titus, & illam
Quantum acie poſſunt oculi ſervare cavavit,
Inſcripſitque fores, & adhuc veſtigia utrunque
Limen habet, ſcabro & fragili vix cognita topho.
Sunt ſoliti hac camera multi latitare latrones,
Exceptoſque viatores demergere in amnem.
Repſimus è crypta, atque anguſta fauce viritim
In campos Ubalde tuos, hinc imus in urbem,
Urbinum dixêre patres tua regia tecta.
Ardua, quæ ſaxo colitur macerata vetuſto,
Hinc petitur, vicoque brevi ſuccedimus, inde
Scandimus excelſas nimboſa cacumina pennas

Dive

Dive Marine tuas, tumidi hic ſubſidere montes
Incipiunt, ſuperoque mari conſternere littus
Planiciem ingentem terris, opibuſque ſuperbam,
Gallia quæ fluvio Rubicone comata pateſcit.
Italiæ hic finis quondam, nunc omnia miſcet
Effera Barbaries, antiquaque nomina vertit.
Savignana vocant pinguiſſima rura coloni.
Huc madidi multoque luto, feſſique venimus.
Progreſſi meliore via, cœlo graviore
Cæſenam intramus culices avertere ſomnos
Omnibus, & variis vultus maculare figuris,
Pompili, Livique forum divertere cogunt:
Terra ferax populuſque ferox ac cæde frequenti
Terribilis, ſemperque furens civilibus armis.
Ut ter quinque dies abierunt, Livia tecta
Linquimus, atque iterum montes jubet ire per altos
Julius, & Caſtri ad lævam juga viſere Cari.
Imus præcipites per mille pericula rerum,
Turrigeraſque arces, rupes, & inhoſpita ſaxa
Appenninicolæ accurrunt, viſoque Senatu
Reptantes genibus per humum nova numina adorant:
Mudiana jacet vaſto depreſſa barathro
Accola torrenti, truncis, ſalebriſque fragoſo:
Hanc terram pedibus celſo de monte ruentes
Prendimus, & placido curamus corpora ſomno.
Poſtera lux alios ſcopulos, cœloque propinquas
Nubigenaſque Alpes aperit, Marradia vulgus
Saxa vocat, ſummum excipiunt Magalia Julum.
Inde Palatiolum ſtatio opportuna labori
Hoſpitio laſſos refovet, tum fluminis arcta
Provehimur ripa tenui diſcrimine euntes.
Eſt locus extremis in montibus aſper Hetruſcis,
Hunc dictum perhibent à tuſſi Tuſſinianum:
Huc voque delati montes devovimus omnes.
Orta dies latos campos, & amœna vireta
Cornelique forum, feliciaque arva reducit.
Hic meus ortus habet ſedes Papienſis avitas
Nobilis, & clarum genus alto à ſanguine ducit.
Conſtitit hic paſtor, dum proſpicit omnia Julus
Et belli, paciſque ſimul dum pondera librat,
Conſilioque Patrum rerum moderatur habenas.
Appulit intereà Gallorum exercitus ingens.
Conſeruitque manum, & muros circumſtitit armis
Felſina docta tuos: volat impiger actus ab urbe
Nuncius & Serram exactam pulſumque Tyrannum,
Excuſſumque jugum patriæ cervicibus adfert:
Pontificem implorat feſſis ſuccurrere rebus:
Hoc Oratores certatim ex urbe frequentes
Expoſcunt, patriæque patrem properare precantur.
Thura adolet Julus templis, ſacriſque peractis
Tendit iter greſſum celerans, urbique propinquat.
Urbs antiqua, ingens, Hetruſcis regia quondam
Felſina: tum Bois fato irrumpentibus impar,
Accepiſſe novum fertur Bojonia nomen:
Verùm ubi ſunt Boi Romano milite pulſi,
Barbariem excuſſit, cœpitque Bononia dici:
Subditur ad Boream radicibus Appennini,
Planicie acclivi, procumbens ſolis ad ortus.
Inter aquas Sapinæ, & Rheni, quarum utraq; in urbem
Ducta vehit, revehitque rates, piſtrinaque verſat:
Æmiliæ Decus, & belli, paciſque patrona:
Dives opum variarum, & nullius indiga cultus,
Muſarum domus, atque omnis nutricula juris.
Jamque dies aderat, mediumque vehebat ad axem
Omnia conſpiciens Phœbeæ lampadis aſtrum:
Obſedere Patres majoris limina portæ,
Qua modò Felſinea paſtor requieverat æde:
Porticibuſque amplis expectant numen Juli.
Tandem de thalamo ſella ſublimis eburna,
Geſtatuſque hominum ſcapulis, longo agmine prodit,
Cui trabea ex auro, gemmis, oſtroque coruſcat:
Tempora conchili fulgent redimita tiara.
Progreditur procerum legio tua Felſina proles:
Ærataeque ruunt acies, clypeataque circum
Agmina funduntur: placidos dat Curia greſſus
Æquati ſpaciis omnes, & veſtibus omnes.
Purpureiſque Patres tecti capita alta galeris:
Obvia quæque oculis perſtringunt numinis inſtar,
Viſendi ſtudio effuſi juveneſque ſeneſque,
Et matres, puerique ſimul tecta omnia complent,
Culminibuſque aſtant, portiſque & turribus hærent.
Ut verò ad divi venit penetralia Petri,
Julius aſperſit Patres in limine primo
Rore levi: geminis manibus veneratus ad aras
Effigies ſacras, Grates quas poſſumus, inquit,
Accipe Chriſte Deus: nam quæ ſat digna queamus
Munera? quas laudes humana voce referre?
Tu nos incolumes per tot diſcrimina vectos
Urbe hac Felſinea ſine cæde & ſanguine donas.
Da pater omnipotens, rerumque æterna poteſtas,
Sic ſuperos penetrare aditus, veroſque triumphos,
Terreno involucro exutos vitiiſque ſubactis.
Hæc ubi ſupplicibus votis oravit Julus,
Quiſque domum properat, factoque hic fine quieſcit.

F I N I S.

VIRI ILLUSTRIS,

GASPARIS SCHOPPII,

Civis Romani, S. Petri Equitis, Conſiliarii Ferdinandi Archiducis, &c.

OBSERVATIONES

LINGUÆ LATINÆ.

Auctor in Epiſtola,

De Compendioſa Linguæ Latinæ exactius cognoſcendæ ratione

ad

HENRICUM BOCKIUM, JC.

COmparabit etiam *Antonii Schori* Phraſes Linguæ Latinæ, ſæpiùs in Germania recuſas, in iiſque ediſcendis plurimum ſtudii operæque ponet, phraſeſque ex ſolò Cicerone in librum illum, non niſi laudatiſſimo labore, collatas cottidiano exercitio imitabitur. Quam ad rem utiliſſimum foret, ſi quis typographorum librum illum, ut à me recognitus, & ad omnem brevitatem redactus fuit evolgaret.

I D E M.

Suſpect. Lect. Lib. 1. Epiſt. 2.

ad

DUCEM BRUNSUICENSEM ET LUNEBURGENSEM.

N*Vllus enim in Comicorum morem pro* non *dixit*, *ut in meis illis ad vos miſſis Obſervationibus videre potuiſti.*

OBSERVATIONES LINGUÆ LATINÆ.

A, AB.

Ab aliquo eſſe; Met yemand ſtemmen. *Id eſt, alicui adſentiri, & ſententiam ejus confirmare.* Vide, ne hoc totum à me ſit.

Ab aliquo ſolvere, repræſentare, dare, numerare, *id eſt, alicui ſolvere per alium,* [yemand door een ander betalen]. Tibi quod debet ab Ignatio ſolvit.

Ab, *id eſt, quantum ad illud attinet,* [voor ſoo veel betreft]. ut, ab equitatu firmus, ab exercitu inſtructus. Flagitiosè imparatus cùm à militibus, tùm à pecunia. Inops ab amicis. Impunitas à judicio.

ABDICARE, Sig vry maken, afmaken van.

Abdicare ſe magiſtratu, tutela.

ABDERE, Verbergen.

Abdo me in Bibliothecam. Fugiens in ſcenarum tenebras ſe abdidit. Literis ita ſe abdiderunt. Domum ſe abdere.

ABDUCERE, Sig ontſlaan.

Abduco, *pro averto & amoveo.* Animum à cogitatione, à ſoliçitudine abducere. Abducere ſe ab angoribus & moleſtiis.

ABIRE, Overgaan, ophouden, agterblyven.

Abeo, *pro deſino, ceſſo.* Nauſea planè abiit. De loco abiit peſtilentia. Verba illa ô hominem facilem, ô hoſpitem non gravem, abierunt.

Abeo, *pro adſentior, in ſententiam diſcedo,* [Overgaan tot]. Abire ad volgi opinionem. Quid ad iſtas ineptias abis, inquies.

Abire longe, *id eſt, remotiora exempla petere,* [verder ontleende voorbeelden by brengen]. Audi, ne longè abeam, quid dicat Epicurus.

Abire ſic, [ſoo heen gaan, ſoo afloopen]. *Terent. Andria.* Mirabar hoc ſi ſic abiret. *Cicer.* Non hoc tibi ſic abibit.

Abire, pro *omittere; nec amplius de illo loqui,* [van een ſaak ſtil ſwygen]. Sed ab hoc parumper abeamus, quandoquidem de genere, non de homine quærimus.

Abire magiſtratu, conſulatu, [Afgaan].

Abire ab emptione, *id eſt, ratam non habere,* [den koop niet houden].

Abi, *imprecantis.* Abi in malam crucem, [Loopt aan de Galg. Loopt voor ſint Felten]. Quin tu abis in malam peſtem, malumque cruciatum.

AB HINC; Al voor. al over.

Ab hinc, *cum Accuſativo.* Si Pompejus abhinc annos quingentos fuiſſet. Abhinc duos & viginti annos mortuus eſt. Abhinc triennium. *Cum ablativo.* Comitiis abhinc triginta diebus habitis.

ABJICERE, Geen luſt meer tot yets hebben.

Abjicio, *de contemtu vel deſperatione.* Famam ingenii abjicere, *id eſt, non curare.* Abjicere voluntatem diſcendi, conſilium profectionis. Abjicere cogitationes in rem tam humilem.

Abjectus, [Die niets geagt word] *contemptus, volgaris, humilis.* Cauſa contempta & abjecta, *id eſt, levis.* Ipſi inter nos abjecti neglectique ſumus.

Abjectus metu, [Die van vrees neerſlagtig is.

is, verzaagt]. Sum animo perculſo & abjecto. Animus abjectior, & ſpes amplificandæ fortunæ fractior.

ABJUDICARE, afwyſen, afkeuren. afdeylen.

Abjudicare. Nulla res cujuſquam tàm patria atque avita fuit, quæ non ab eo imperio abjudicaretur. Alexandriam à Populo Romano abjudicabit.

ABJURARE, Sweren dat men 't niet heeft, hieten liegen.

Abjurare. *Cic. pro jurare, quod non debeas. Plaut. Perjurio negare quod debes. Cicero ad Attic.* Mihi abjurare certius eſt quam dependere. *Plaut.* Abjurare creditum. Pecuniam in jure abjurare.

ABROGARE, Ontnemen. afnemen.

Abrogare alicui Magiſtratum, [Yemand van ſijn Overheyds-Ampt affetten]. Collegæ ſuo imperium abrogavit. Legi vel legem abrogare. Poteſtatem intercedendi collegæ abrogavit.

Abrogare fidem, [Geen geloof ergens aan ſlaan. 't geloof ontnemen.] Quibus abroges fidem jurisjurandi. Hæc res fidem abrogat orationi. Fidem famæ abrogare.

ABSTINERE, Sig onthouden van.

Abſtinere *animum ab uxore, opibus alterius, oculos ab alienis abſtinere.* Si quicquam cœlati in convivio adſpexerat. manum abſtinere non poterat. Nullo dedecore ſe abſtinent.

Abſtinere manus ab aliquo, [Sijn handen van yemand afhouden]. *pro non percutere, & occidere aliquem,* Vix homines manus à te abſtinere poſſunt. Quod me ad vitam vocas unum efficis, ut à me manus abſtineam.

Abſtinentia, [Onthoudinge]. *cui opponitur rapacitas,* ut: Prætoris abſtinentia in provincia. Poſſum multa dicere de Provinciali ejus in eo magiſtratu abſtinentia.

ABESSE, Ergens niet verre afzijn.

Abeſſe propius, *id eſt, propinquiorem.* Antiquitas propius aberat ab ortu. Propius à morte abeſſe. In his locis, quæ à Brunduſio abſunt propius, quàm tu.

Abeſſe, [Ontbreken]. *pro deeſſe, deſiderari & requiri.* Duæ res maximæ altera alteri abfuit. Quod ex æde Minervæ hoc & illud abeſſet. Petiverunt ut ſibi ignoſceretur, quod hæ res abeſſent.

Abeſſe alicui, [ymand verlaten.] *opp. adeſſe & defendere.* Si cum iiſdem in hac cauſa vides adeſſe, cum quibus in cæteris intelligis abfuiſſe. Me qui Antonio abfuerim, Syllam defendere.

Abeſſe, [Ten ſcheelt niet veel]. Abeſſe non poteſt, quin ejuſdem hominis ſit probos improbare. Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus.

Abeſſe à Sole, [Wat uyt de Son gaan]. *De Diogene & Alexandro Magno, qui Diogeni apricanti officiebat.*

ABUTI, Regt gebruyken.

Abuti, *in laude poſitum pro uti.* Quæ igitur ſtudia magnorum hominum ſententia vacationem habent etiam publici muneris, iis concedere poteſt cur non abutamur?

ACCEDERE, yets toeſtaan.

Accedere, *pro in aliquid conſentire.* Ad utram potius legem accedere oporteat. Condemnari malebant, quam ad ejus conditiones pactioneſque accedere.

Accedere ad aliquid, [na by komen. wel gelijken]. *ad ſimilitudinem.* Alexidis manus tam propè accedit ad ſimilitudinem literæ tuæ. Utrius oratio ad veritatem propius accederet.

Et alicui, [yemand gelijken.] *pro ſimilem eſſe.* Craſſo proximus accedebat: ſed longo intervallo tamen proximus. Huic tuæ virtuti proximè accedet.

Acceſſionem adjungere ædibus, [aan timmeren. aanbouwen]. *id eſt, partem aliquam ædificare ad ædes. Cicer.*

ACCIDERE, Sijn.

Accidere, pro eſſe. Tibi novum accidiſſet, tanquam mihi; [dat is my playſierig voorgekomen]. Hoc mihi accidit jucundiſſimum. Illud mihi permirum accidit.

ACCIPERE, Gants qualijck ontfangen worden.

Accipi. Verberibus ad necem accipi. In oppugnanda urbe malè acceptus. *Totis voluminibus concidere*, malè accipere. *Figere maledictis aliquem*, malè accipere verbis. Vehementer aliquem accipere.

Accipi hoſpitio, vel convivio, [wel onthaalt worden]. Magnificentiſſimè ab illo hoſpitio acceptus. *Agreſti* hoſpitio acceptus. Regio apparatu accipere. Honorificè accipere. Hilaris & benè acceptus.

Accipere, [verſtaan]. *pro intelligere, interpretari.* Ut contra ac dicat, accipi velit. Ea, quæ parum acceperis, quærere. Non tam intereſt quo animo aliquid ſcribatur, quàm quo accipiatur. Ut ſciam, quomodo hæc accipiat. Quæ quidem in eam partem accepta ſunt. Durius accipit hoc, quàm velim, & quàm homines belli ſolent. Beneficium in contumeliam accipere.

Accipere, [vernemen, hooren]. *pro audire.* Ut, de Socrate accepimus. *Accepit* fama & auditione eſſe quoddam Numen.

ACCOMMODARE, Leenen, toelaten, overlaten.

Accommodare. Ædes amico cuidam ad nuptias accommodare. Peto Evandro de habitatione tua accommodes. Si quid iſte ſuorum ædilibus accommodavit.

ACQUIESCO, Dat gevalt my, daar ben ik mede te vreden.

Acquieſco, pro delector, probo, contentus ſum. Nulla eſt Reſpublica quæ delectet, in qua acquieſcam. *Pro Deiotaro:* In tuo ore vultuque acquieſco.

ADÆQUARE, Gelijk ſijn. gelijken. evenaren.

Adæquare, abſolutè, pro parem eſſe. Quæ à me, ipſo effecta, Deorum vitam poſſiat adæquare.

ADDERE, By doen, by voegen, by leggen.

Addere in aliquid, pro alicui. In illam orationem addidi quædam. Eas epiſtolas in eundem faſciculum velim addas.

ADDUCERE, aanhalen, na ſig halen.

Adducere, dicitur de iis, quæ contenduntur, cui opponitur remittere. *Ambulanti* ramulum adductum, ut remiſſus eſſet in oculum ſuum recidiſſe. Balliſtæ eo graviores emiſſiones habent, quo ſunt contentæ atque adductæ vehementius.

ADIRE, Voor 't Geregt komen.

Adire in jus. Cum ad prætorem in jus adiiſſemus. De ſuis controverſiis in jus adire.

ADHÆRESCERE, aankleven, blyven hangen aan,

Adhæreſcere *in loco.* Ad quamcunque ſunt diſciplinam, quaſi tempeſtate delati, ad eam tanquam ad ſaxum adhæreſcunt. *Idem de Sirenibus:* Ut homines ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerent. Fac venias, ſi in his locis adhæreſcere potes.

ADHIBERE, Gebruyken, ſig bedienen van.

Adhibere *in convivium, in conſilium*, [Ymants raad gebruyken. Adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes.

Adhibere *in aliquem crudelitatem*, [Yemand wreedelijk of ſtraf handelen.

Adhibere, [geweld ontrent ymand aanwenden]. *cum Dativo.* Adhibitam vim ingenuis. Adhibenda vis eſt veritati. Cum audiviſſet adoleſcens negotium adhiberi patri. Medicinam vel remedium ægro vulneri adhibere.

ADIGERE, Nemen.

Adigere arbitrum, *id eſt, capere.* Si in urbe de finibus controverſia eſt, quia fines magis agrorum eſſe videntur, quàm urbis, finibus regendis adigere arbitrum non poſſis.

ADJICERE, Sig laten geluſten. ſijn oogen ſlaan op.

Adjicere oculos alicui rei, *hac phraſi ſignificabant cupiditatem alicujus rei.* Quin ad omnia veſtra pauci homines cupiditatis oculos adjeciſſent. Planè videbant adjectum eſſe oculum hæreditati.

ADJUDICARE; Toeleggen, toewyſen.

Adjudicare, *opponitur τῷ, abjudicare, de quo ſupra.* Neceſſe eſt, ut is qui nobis cauſam adjudicaturus eſt, inclinatione voluntatis propendeat in nos. Domum, agrum alicui adjudicare. Ipſam Veneri in ſervitutem adjudicat.

ADJUNGERE, Sigh ten Vrind maken.

Adjungere *de amicitia & conjunctione.* Adjungere ſibi aliquem. Novas neceſſitudines adjungere. Hominis amicitiam ſibi adjungere. Homines adjungere atque invitare ad amicitiam; vel ad neceſſitudinem aliquem adjungere.

ADMISCERE, Daar by nemen. Daar onder betrecken.

Admiſcere ad aliquid, *id eſt, connumerare aliquem in numero aliquo.* In hac ego legatione ſim, aut ad id conſilium admiſcear, in quo, &c. Trebatium verò meum quod admiſceas, nihil eſt.

ADMITTERE, Begaan, aanregten.

Admittere aliquid, & in ſe aliquid, *pro committere & delinquere.* Maleficia admittere & committere. Quodnam concepi tantum ſcelus? aut quod in me tantum facinus admiſi? Deos intueri qualiſquiſque ſit, quid agat, quid in ſe admittat.

ADMONERE, Schuld in manen.

Admonere debitorem, *pro debitum flagitare.* Admonitus hujus æris alieni, nolui deeſſe, ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. Cum tibi quotidie poteſtas hominis fuiſſet admonendi, verbum nullum facis: biennio jam confecto ferè appellas. Dolabellæ procuratores fac ut admoneantur: appellabis etiam Papiam.

ADOPTARE, Yemandt tot ſijn Schuts-heer aannemen.

Adoptare *patronum & defenſorem.* Me unum patronum adoptavit. Ego autem quem potius adoptem, aut invocem, quàm illum, quo defendente vincere didici. Adoptare ſibi aliquem defenſorem ſui juris, & ultorem, injuriarum & actorem totius cauſæ.

ADORNARE, Toebereyden, aanregten, klaar maken.

Adornare, *pro ornare.* Duo maria maximis claſſibus ac præſidiis adornavit. Forum Comitiumque adornatum magnifico ornatu. Petitionem conſulatus diligenter adornet, atque inſtruat. Omnis teſtium copia à matre initiô eſt adornata, à matre nunc inſtruitur, ac omnibus ejus copiis ac opibus comparatur.

ADESSE, Ymand byſtaan.

Adeſſe, *id eſt, ab aliquo eſſe.* Adeſſe alicui contra aliquem. Ego tuis rebus adero ut difficillimus. Adeſſe propius ad mortem.

ADVERSUS, Ergens tegen over, van voren.

Adverſus, a, um, [Dat ergens tegen over is]. Adverſam aſcendit ripam. Antipodes adverſis veſtigiis ſtant contra noſtra veſtigia, Solem adverſum intueri.

Adverſum vulnus, [Een wond, die men

van

van vooren heeft gekregen]. *ſeu* cicatrix, *quam anteriore parte reſiſtendo, non fugiendo accipimus.* Acceptis à forti adverſario vulneribus adverſis. Judicibus cicatrices adverſas oſtendere.

Adverſus & averſus, [Voor en agter]. Adverſus & averſus impudicus es.

ADVOCARE, Ymand byſtaan.

Advocatum venire alicui, *id eſt, defendere.* Si conſtitueris te cuipiam advocatum in rem præſentem eſſe venturum. Ajunt ſe Ebutio cum armatis ſervis veniſſe advocatum.

ÆQUARI, Vergeleken worden.

Æquari, *pro comparari, conferri inter ſe.* Inter quos poſſet excellere cum iis ſe pati æquari. Omnium ſcelera, ſi in unum locum conferantur, vix cum hujus parva parte æquari conferrique poſſe.

AFFERRE, Yets vertellen.

Afferre, *pro nunciare aliquid.* Novi aliquid adferre. Odioſa de illo ad nos adferuntur. Literis aliquid de aliqua re adferre. Adferre in patriam ſi quid acciderit. Nondum ſatis allatum eſſe, quomodo, &c.

Adferre, *pro allegare & citare*, [Bybrengen, geven]. Rationem adferre. Facti rationem adferre. Cauſam adferre.

Adferre, *pro opponere in contrariam partem*, [Daar tegen ſetten. Tegen in brengen]. Legi legem contrariam ferre. Sed adfers cor non fuiſſe. Exemplo adferre aliquid factum eſſe.

Adferre *vim, manus, necem, pro inferre.* Confeſſus eſt ſe Pompejo ſuis manibus necem adferre voluiſſe. Vim & manus alicui adferre. Vim matribus familiaribus adferre. Alienis bonis manus adferre.

ADFICERE, Wel of qualijk geſtelt zijn.

Adfectus *pro diſpoſitus, de animi aut corporis ſtatu.* Oculus conturbatus, nec probè adfectus ad ſuum munus fungendum. Gravi morbo adfectus. Ita adfectus ſum, ut ſi ad gravem valetudinem labor acceſſerit, mihi diffidam. Deſperatione adfectus. Variè ſum adfectus tuis literis.

Adfectus, *id eſt, animatus*, [geſind, gehumeurt]. Nemo eſt liber, niſi qui ita adfectus eſt. Eodem modo ſapiens erit adfectus. Erga eum eſt ita adfectus, ut nemo unici filii mortem magis doluerit, quàm ille mœret patris. Reſpublica malè adfecta, id eſt, diſpoſita.

Adfectus *ætate, ſenectute*, [Out]. Nemo ætate tam adfecta, neque viribus tam infirmis fuit, &c. In ejus infirmiſſima valetudine adfectaque cum ætate, &c. Metellus ſenectute adfectus.

Adfectus, *id eſt, nondum ad finem perductus*, [Onvolvoert, nog niet geëyndigt]. Bellum adfectum videmus, & verè ut dicam, penè confectum. Adfecta jam propè æſtate uvas à ſolo miteſcere tempus eſt.

AFFIGERE, Vaſt ingedrukt zijn.

Affigi animo. In ſenſu meo penitus adfixum & inſitum eſt. Ea maximè ais adfigi noſtris, quæ eſſent à ſenſu tradita atque impreſſa.

Affixus alicui, [Gants aan yemand verbonden, of verknogt]. Jubes illum mihi eſſe adfixum, tanquam magiſtro. Habere aliquem ſibi adfixum.

AFFLIGERE, Ter neder werpen, onder de voet werpen.

Affligere *eſt demoliri & humi proſternere.* Statuam illius deturbant, affligunt, comminuunt. Domum alicujus adfligere. Adoleſcentiam plenam ſpei maximæ perculiſſe, atque adflixiſſe videamini.

AFFLUERE, Overvloed hebben van.

Affluere aliqua re; *id eſt, abundare.* Homo divitiis adfluens. Omnium rerum adfluentibus copiis ditari. Domus omni ſcelere adfluens. Ocio nimio & ingeniis uberrimis adfluentes.

AGI-

AGITARE, Overdenken, overwegen, overleggen.

Agitare, *pro inquirere & verſare in omnes partes.* Mens agitandis inquirendiſque rationibus alitur. Sententia in Senatu agitata.

Agitare, *pro vexare, & inſectari*, [Vervolgen, najagen]. Excitare & agitare feras. Furiis agitari, & perterreri. Alias aves inſectatur & agitat aquila.

Agitatio *pro motu*, [Bewegings]. Agitationibus & motibus linguæ cibus depellitur.

Agitatio *pro cogitatione*, [Overdenkinge, overlegginge]. Ad quod adhibenda eſt quædam actio, non ſolum mentis agitatio. Actio mentis & agitatio in Deo. Nunquam animus agitatione & motu vacuus eſſe poteſt.

AGERE, Doen, handelen, verrigten.

Agere, *cum adverbiis qualitatis*, ut: Præclarè, benè, male agere. Cum illo actum optimè eſt: mecum autem incommodius. Præclarè cum illis egimus, quos paucos eſſe patimur. Optimè cum eo actum, qui quàm leviſſima pœna ab hac re pene diſceſſerit.

Agere, [betreffen] *pro in diſcrimen & periculum vocare.* Agitur ſalus ſociorum. Agebantur hæc in conventu. Agitur magna res. De capite & fama agitur.

Agere, [Vieren]. *diem feſtum, natalem.* Agere diem ſuum natalem quotannis.

Agere aliquid, [Ergens op toe leggen]. *pro conari, quærere.* Neque nunc id agimus ut explicemus. Cum maximè fallunt, id agunt, ut viri boni videantur. Ego id ſemper egi, ut bellis intereſſem.

Agere aliud, vel alias res, [Ergens geen agt op ſlaan, niet op letten]. *non attendere.* Oppius aliud agens, & nihil ejuſmodi cogitans. Vides cum alias res agamus, quam te inviti audiamus.

Agere cum aliquo, [Met ymand ſpreken]. *dicebant, quod volgo, loqui cum aliquo.*

Agere, [Volgens de reghten handelen]. *Verbum Judiciorum.* Cùm miles domum revenisset, egiſſetque lege in hæreditatem paternam. Quod agas mecum ex jure civili & prætorio, non habes. Agere cum aliquo ex ſyngrapha, ex ſponſo. Agere furti cum aliquo.

ALIENUM, Vremt van, ondienſtig tot.

Alienum, *cum Ablativo ſine Præpoſitione.* Non putavi eſſe alienum inſtitutis meis, amore noſtro. Non ſum arbitratus alienum hæc ad te ſcribere. Alienum mihi videtur dignitate imperii.

ALUMNARE, Onderhouden, opvoeden.

Alumnus, [Onderhouder, opbrenger, Voedſter-heer]. *de eo, qui alit.* Eloquentia benè conſtitutæ civitatis, quaſi alumna quædam. Pacis alumnus.

AMBIGERE, Over hoop leggen met.

Ambigere, *pro eo, quod volgo controvertere ſeu diſceptare.* Ambigunt adgnati cum eo, qui eſt ſecundus heres. De hereditate, de fundo ambigitur.

Ambitum verborum, [Een volkomene reden]. *vocat Cicero: Græci Periodum.*

AMBULARE, Reyſen, voorreyſen.

Ambulare, *id eſt, proficiſci aliquo.* Triduo ſeptuaginta millia paſſuum ambulare. Si rectè ambulavit is, qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit.

AMARE, aangenaam ſijn, lief ſijn.

Amo te multum, [dat is my lief, *id eſt gratum mihi eſt.* Te multum amamus, quod ea abs te diligenter curata ſunt. Multum te amo, quod reſpondiſti.

AM

AMPLECTI, Begrijpen.

Amplecti, *pro complecti, comprehendere.* Quod ego pluribus verbis amplecterer ſi non, &c. Non ita amplecteris artem, ut alii ſolent.

Amplecti, *pro benè velle alicui, diligere,* [toegenege ſijn]. Me amiciſſimè cotidiè magis amplectitur. Nimis amplecti plebem putabatur. Jus civile tam vehementer amplexus.

AMPLIARE, Een Vonnis opſchorten, uyt ſtellen.

Ampliare, *pro differre judicium vel ſententiam.*

AMPLIUS, Over de, meer als.

Amplius *cum Nominativo & Accuſativo.* Amplius ſunt ſex menſes. Amplius centum cives Romani. Non amplius quatuordecim cohortes Luceriam coëgi.

ANNIVERSARIUS, Jaarlijks.

Anniverſarius, *quod unoquoque anno ſemel fit.* Syracuſani feſtos dies anniverſarios agunt. Sacra anniverſaria.

ANTIQUIOR, veel aengenamer, liever.

Antiquior, *id eſt, carior.* Antiquiorem ei fuiſſe laudem & gloriam, quam regnum & poſſeſſiones ſuas.

APPELLARE, aanſpreken, bejegenen, manen.

Appellare, *id eſt, alloqui.* Comiter, ſuperbius, aſperius aliquem appellare. Blando ſermone milites appellare. Nomen alicujus appellare. Aliquem nomine appellare.

Appellare debitorem, *id eſt, exigere ſolutionem.* Appellatus es de pecunia, quod pro ſectione debebas. A me petere, quod debeo, me ipſum appellare debetis.

Appellare, [appelleren, de ſaak voor een anderen Regter trecken]. *verbum Judiciorum.* A prætore, ad tribunos appellare. Appellaſti tribunos, ne cauſam diceres.

APPELLERE, By yemand komen. na yemand toegaan.

Appellere, *pro venire ad aliquem.* Viſuſque eſt in ſomnis paſtor ad me appellere.

APPLICARE, Sig ergens toe begeven.

Applicare ſe, *pro conferre ſe aliquò, de animo & corpore dicitur.* Alii ad Philoſophiam, alii ſe ad jus civile applicant. Ad ſcribendam hiſtoriam ſe applicare. Ad alicujus familiaritatem ſe applicare. Applicare ſe & adjungere ad virtutem. At ſe diligendum omne animal applicatum eſt. In itinere ſe tam familiariter ad me applicavit.

APPONERE, Ymand op ſijn ſijde halen. opmaken.

Apponere *accuſatorem, calumniatorem, prævaricatorem, id eſt, corrumpere adverſarium, ut colludat, licitatorem; Cicero pro ſubornare, qui falsò accuſet.*

Appoſitus, [bequaam]. *id eſt, aptus, idoneus, oportunus,* Menſes tres ad dicendum maximè appoſitos mihi eripuiſtis. Locus minimè appoſitus ad tolerandam calamitatem.

APTUS, Wel gevoegt, bequaam.

Aptus *de iis, quæ ordine certo juncta ſunt, & cohærent quaſi catena aliqua, id eſt, non diſſolutus.* Orbes vincti inter ſe & nodis cœleſtibus apti. Sic inter ſe pleraque ſunt apta & connexa. Eſt apud illos ordo rerum conſervatus, & omnia inter ſe apta & connexa. Is beatiſſimus eſt, qui eſt totus aptus ex ſe, qui in ſe uno ſua ponit omnia.

ARCESSERE, Weder op halen. herhalen.

Arceſſere à capite, *id eſt, à principio repetere.* A capite quid velimus arceſſere, & unde omnia manant videre.

ARGUERE, Beſchuldigen.

Arguere *ſceleris, ſcelere, & de ſcelere.* Nunc

non modo de hoc crimine non arguo, ſed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. De eo crimine agi, de quo arguatur.

Argutus, [duydelijk, ſchrander]. *quod ſua facultate, quaſi rem ipſam manifeſtis argumentis ac ſenſibus ſubjiciat.* Sunt qui vel argutiſſima hæc exta eſſe dicant. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo adfecti ſimus, loquuntur. Ex ambiguo dicta vel argutiſſima putantur. De rebus difficillimis argutiſſimè diſputare.

ADSCISCERE, By ſig nemen, aannemen, erlangen.

Adſciſcere, *pro adjungere.* Nihil unquam dixi de me ſublatiùs adſciſcendæ laudis cauſa.

ADSCRIBERE, Nemen tot, aannemen by.

Adſcribere, *quibus caſibus jungatur exempla docent.* Socium me adſcribit tuis laudibus. Adſcribo ad judicium tuum meam quoque ſententiam. Hunc ad tuum numerum adſcribe. Tu adſcribe me talem in numerum. Petivit ut ſe in amicitiam tertium adſcriberent. Adſcribi civitati, & in civitatem.

Adſpectus, [Geſigt]. *ſenſus ille, quem viſum vocant.* Sub adſpectum, quem volunt, facilè contorquent. Res quæ ſub adſpectum veniunt.

ADSPERGERE, Bevlecken, beſproeyen.

Adſpergere, *variis caſibus adjungitur.* Aram ſanguine adſpergere: Miloni nonnullam laudatione tua labeculam adſpergis. Hunc vitæ ſplendorem maculis adſpergis iſtis. Mihi epiſtola hoc adſperſit moleſtiæ. Senatus-Conſulta quaſi fuligine adſperſa.

ADSPIRARE, Komen, belanden.

Adſpiro, *non idem eſt, quod contendo, ſed quod, accedo aut pervenio ad aliquid.* Omnes aditus tuos interclusi, ut ad me adſpirare non poſſes. Nemo ad alienam cauſam invitis iis, quorum negotium eſt, accedere aut adſpirare debet. Magno ſe prædicat auxilio fuiſſe, quia paululum in rebus difficillimis adſpiravit. Menſe Februario adſpiravit in curiam. Ex bellica laude adſpirare ad Africanum nemo poteſt. Sed hæc ad eam laudem, quam quærimus, adſpirare non poſſunt.

ADSIGNARE, De Schuld geven, wijten, toeſchrijven.

Adſignare, *id eſt, imputare, cauſam alicui adſcribere.* Hoc noſtris occupationibus adſignare debebis. Nec verò id homini tum quiſquam ſed tempori adſignandum putavit. Hæc ſi minus apta videntur huic ſermoni, Attico adſigna.

ADSUEFACERE, Gewennen.

Adſuefacio, adſueſco, & aſuefio, *nunquam cum Dativo, nec Accuſativo, ſed cum Ablativo* Homines labore adſiduo & cotidiano adſueti Vicinitas non adſuefacta mendaciis. Adſiduitate cotidiana & conſuetudine oculorum adſueſcunt animi.

ADSUMERE, Toe-eygenen. aanmatigen.

Adſumo, *id eſt, mihi arrogo & tribuo.* Si id mihi adſumo, videor id meo jure quodammodo vindicare. Quod alteri detrahat, ſibi adſumat.

ADSTRINGERE, Gehouden worden, verknogt ſijn aan.

Adſtringo, *cum Ablativo venuſtè.* Quis non pari ſcelere adſtrictos arbitretur? Nulla ejuſmodi adſtrictus neceſſitate.

ATQUE, Ja ook.

Atque vel atque adeò, *pro imo etiam.* Ego princeps in adjutoribus atque adeò ſecundus fui. Inſector, poſco, atque adeò flagito crimen. Hoc conſilio, atque adeò amentia impulſi.

ATTENDERE, Letten op, agt geven op.

Attendere *alicui & ad aliquid.* Attendere aliquem, & rem aliquam. Quoniam metam diligenter attenditis. Sed ſtuporem hominis attendite. Cum lex aliqua recitaretur, primum verſum attendere. Aures judex animumque attendit. Sed attendite animos, ad ea quæ ſequuntur.

ATTENTARE, Een verſoeck doen. een aanſlag doen op.

Attento, attentare urbem, *id eſt, tentare, ſi urbem capere poſſit.*

Attentare hominem, *id eſt, tentare ſi effici poſſit, quod quis velit.* Omnium inimicos diligenter cognoſcere, colloqui, attentare. Compoſitæ orationis inſidiis fidem auditoris attentare.

ATTINET, 't Is van nooden.

Attinet, *pro opus eſt.* De quo quid ſentiam, nihil attinet dicere. Urbem relinquimus, quàm ſapienter, nihil attinet diſputare.

ATTINGERE, Raken, aangaan, betreffen.

Attingere, *pro pertinere ad aliquid.* Sed nimirum me alia quoque cauſa delectat, quæ te non attingit. Hæc res non ſolum eſt ex domeſtica ratione; attingit enim & bellicam.

Attingere, [vermaagdſchapt ſijn, bevrind ſijn]. *cognatione vel neceſſitudine.* Is me cognatione maximè attingit.

ATTRIBUERE Toe eygenen. geven.

Attribuo, *pro adſigno, aut do.* Antonius mihi pecuniam attribuit. Videbis ut tantum attribuatur, quantum debetur.

AUCTIONARI, in 't openbaar verkoopen.

Auctionari, *eſt bona ſua publicè vendere.* Deiotarus auctionatus eſt, ſeque exſpoliare maluit, quàm tibi pecuniam non ſubminiſtrare.

AUDIRE, Een naam of gerught hebben.

Audire *bene ab aliquo.* Eſt hominis ingenui, velle benè audire ab omnibus.

AVERSUS, Van agteren.

Averſus, *id eſt, à tergo: oppoſitum adverſus.* Averſus hoſtes adgredi.

AUFERRE, Erlangen, krijgen, bekomen.

Auferre, *pro obtinere & impetrare aliquid.* Verba fecimus pro Butrotiis, liberaliſſimum decretum abſtulimus, quod obſignatum eſt ab ampliſſimis viris. Quintius à Scopulis paucos dies aufert.

AUCTOREM ESSE, Raden, aanraden.

Auctorem eſſe, *pro ſuadere alicui.* Hircius mihi, ut abſim, vehementer auctor eſt.

Auctoritas, [Schrift'lijk Bewijs]. *tabulæ, quibus confirmatur illorum voluntas, quorum nomine quid agitur.* Legatorum auctoritas eſt plenaria commiſſio & poteſtas. Legationes cum publicis auctoritatibus ac teſtimoniis conveniſſe. Poſteaquam certis literis, teſtibus, auctoritatibuſque convincitur.

*A*uctoritates, [Gerigts-boeken. Protocollen]. *id eſt, protocolla, in quo acta referuntur.* Et eundem (id quod in auctoritatibus præſcriptum exſtat) ſcribendo adfuiſſe.

B.

BONO ESSE, Ten goede ſtrecken, nuttig ſijn.

BOno eſſe alicui, *id eſt, utile eſſe, prodeſſe.* Quibus occidi Roſcium bono fuit. Hoc aliis quoque bono fuit.

BREVE DICERE, Kort maken, haaſt eyndigen.

Breve dicere, vel facere, *id eſt, non longum eſſe in oratione, paucis dicere.* Longum eſt dicere, ſed hoc breve dicam. Jam dabo operam, quàm maximè potero, ut brevè id faciam.

Brevi, & in brevi, [In korten tijd] *id eſt, brevi tempore.* O miſeram, & in brevi tàm celerem, & tàm variam reipublicæ commutationem.

Brevi, [Met weynig woorden] *pro breviter, paucis lib. 4. ad Attic. epiſt.* 1. Nunc etſi omnia aut ſcripta à tuis arbitror, aut etiam nunciis ac rumore perlata, tamen ea ſcribam brevi, quæ te puto potiſſimum velle, ex literis meis, cognoſcere.

C.

CADERE, Twijfelmoedig worden, den moed laten ſacken.

CAdere *pro deficere, deſperare.* Non debemus ita animis cadere, quaſi, &c.

Cadere cauſa, [Het pleyt verlieſen]. *litem in judicio perdere, non obtinere cauſam.*

Cadere in aliquem, [Vallen in, paſſen op]. *pro quadrare.* In eum cadit hoc verbum maximè. Nullum eſt ſcelus quod in ejuſmodi hominem non cadere videatur.

Cadere, [Uytvallen]. *pro accidere, evenire.* Aliter res cecidit, ac putabam. Verebar quorſum id caſurum eſſet. Hæc res quemadmodum ceciderit, ſcire velim. Nihil mihi optatius cadere potuit. Præopportunè hoc mihi cecidit.

Cadere, [Komen. raken in, of onder]. *ſub oculos, poteſtatem alicujus.* Sub populi Romani ditionem cecidére. Quæ ſub oculos non cadunt.

Cadere, [Eyndigen]. *pro deſinere.* Periodus in trochæum cadens.

CANERE, Singen, ſpelen.

Canere *voce, fidibus, lituo.* Canit ſymphonia, *id eſt, canunt partibus, vel quatuor vocibus.*

Canorus, *pro ſonore,* [ſchelklinkende. helder] Vox nec languens, nec canora.

CAPTUS, Berooft van, miſſende.

Captus, *pro privatus, carens.* Captus mente, *pro inſano.* Captus oculis, *pro cæco.* Mancus & omnibus membris captus. Oculis & auribus captus.

CAPTARE, Yets ſorgvuldelijk begeren, na tragten.

Captare, *ſollicitè aliquid cupere.* Captare occaſionem. Captare riſus, *eſt jocis aliorum riſus concitare,* [aan 't lacchen maken]. Adventum meum non mediocriter captavit.

CAPUT REI, 't Voornaamſte in de ſaak.

Caput rei, *quod principale eſt in re.* Ad conſilium de Republica dandum, caput eſt noſſe Rempublicam. Caput literarum erat, ſibi cum illo nihil poſthac futurum.

Caput, *pro auctore alicujus rei,* [den aanvanger, belhamel. hooft]. Si quid ſine capite manabit, & ejus auctor non exiſtet.

Caput, [het leven]. *pro vita.* Capitis hominem innocentem damnare. Pactum pro capite pretium prædonibus adferre.

CASTIGARE, Beſtraffen.

Caſtigare, *pro reprehendere, verberare.* Verbis & Verberibus caſtigare. Caſtigemus hominum illorum ſegnitiem.

CAVERE, Verſekering hebben van yemand.

Cavere alicui ab aliquo, *& per aliquem, pro ſatis accipere, ſecurari ab aliquo.* Tibi non ſolvam niſi prius à te cavero. Caviſti tibi per Brutum.

Cautio eſt, vel Cautio mea eſt, [Ik moet ſorg dragen dat]. *id eſt, mihi cavendum eſt, & opera danda.* Ne hoc reſciſcat cautio eſt; *Terent.*

CEDERE, Wijken. Gaan uyt. Inruymen.

Cedere *loco, de loco, à loco, & cedere alicui loco.*

loco. Cenſeo cedendum de oppidis illis. Athenis ceſſit. Cedere Italia & ex Italia. Cedam tibi foro & curia. Cedam tibi poſſeſſionem hortorum.

CELEBRARE, De mond ergens van vol hebben.

Celebro, *frequenter in ore habeo.* Hoc ita eſſe conſtanti fama & omnium ſermone celebratum eſt. Hoc vocibus maledictiſque populi celebratum eſt. Nuncii literæque celebrarunt hoc factum eſſe.

Certum habere, [verſekert ſijn]. *id eſt, pro certo habere.* Certum non habeo, ubi ſis. Nunciatum eſt, & pro certo habetur, eum eſſe mortuum.

Pro certo, [voor gewis]. *putare, dicere, polliceri.* Pro certo polliceor, & confirmo tibi.

Certum eſt mihi, ['k heb dat vaſt voor genomen, dat ſtaat vaſt by my]. *id eſt, firmiter propoſui.* Mihi certum eſt hinc abire.

CESSARE, Ledig ſijn.

Ceſſare, *pro otiari, feriari.* Pueri etiam cùm ceſſant, exercitatione aliqua delectantur.

CIRCUMSPICERE, Omſien na, agtſlaan op.

Circumſpicere aliquid, *id eſt, conſiderare.* Nunquamne te circumſpicies? nunquamne quid facias conſiderabis? Omnia circumſpicio, quæ illi grata ſunt.

CIVIS, Lands-luyden.

Civis alicujus, *id eſt, popularis, vel gentilis.* Meos cives à me conſervatos, [mijn Lands-luyden].

CLAUSTRA, Sleutel. Rijks-ſleutel.

Clauſtra, *Imperii Clavis*, [Rijks ſleutel]. Vienna clauſtrum Germaniæ.

CLAUSULA, 't Slot.

Clauſula, [Beſluyt]. *libri, epiſtolæ, &c. pro epilogo vel fine & concluſione.*

COERCERE, Omvatten, beheſſen.

Mundus omnia complexu ſuo coërcet, & continet.

COGITARE, Heen willen na, reyſen willen na.

Cogitare, *pro velle aliquo proficiſci.* Lepidus, cum quo diem conterere ſolebam, cras cogitabat, *ſcilicet proficiſci.* Tu de itinere tuo, quid & quando cogites, velim me certiorem facias.

COGNITOR, Voorſtander, handhaver. Verſorger.

Cognitor, *idem quod procurator.* Neminem invenire potuit, qui pro ſe cognitor fieret. Nemo Romanus unquam Siculo cognitor factus eſt.

COGNOSCERE, Yets onderſtaan, berigt nemen wegens.

Cognoſcere *magiſtratuum eſt.* Conſules cognoſcant, qui ager colonus ſit. Se de hereditate velle cognoſcere.

COGERE, Verſamelen. by een brengen.

Cogere, *eſt congregare, in unum colligere.* Jus civile diſſipatum & diffuſum in certa genera cogere. Copias in unum locum cogere. Senatum cogere.

Cogere, *pro probare ſyllogiſmo*, [Halen, trecken, drijven, vorderen]. Ex quibus, id quod volumus, cogitur & efficitur. Aliud quam cogebatur illatum eſt. Hoc cogere volebat, falſas eſſe literas.

COHÆRERE, Aan een hangen, geſchakeld ſijn.

Cohærens oratio, [Een wel aan een geſchakelde reden]. Tota oratione tecum ipſe pugnabat, ut non modò non cohærentia inter ſe diceres, ſed maximè disjuncta atque contraria.

COLLIGERE, Sig wat verluſtigen.

Colligere ſe, *vel animum, id eſt, recreare.*

Quaſi colligendi ſui cauſa ſe *Auguſtam* contulit. *Animus* ſe collegit & recreavit. Colligas te, virumque præbeas.

Colligere, [ſien te krijgen]. *benevolentiam, gratiam, famam, exiſtimationem, id eſt, captare.* Benevolentiam hominum adſentationibus colligere Ex hoc labore magnam gratiam dignitatemque colliges. Omnium undique laudem colligere. Conſervare famam ante collectam.

COLLINEARE, Doelen of micken op.

Collineare, *id eſt, deſtinare aliquo ſagittam, & ſcopum, ſive nigrum tangere.* Totum diem jaculans aliquando collineet. Sagittam aliquo collineare.

COLLOCARE, Uythouw'lijken.

Collocare alicui filiam, & collocare in matrimonium *filiam dicimus.*

Collocare alicui & apud aliquem *beneficium, id eſt, afficere aliquem beneficio,* [yemand een Weldaad doen]. *Malè aut benè collocare.*

COMMENTARIUS, Een Regiſter. Lijſt.

Commentarius, *vel*; um, memoriale, [Regiſter]. Referre manu ſua aliquid in commentarium.

COMMEARE, Gaan Reyſen, komen.

Commeare, *ire, proficiſci.* Crebrò illius litteræ ad nos commeant. Omnes Delum cum mercibus commeabant.

COMMITTERE, Maken dat.

Non committam, *id eſt, non faciam.* Non committam, ut me de negligentia accuſare poſſis. Non committam ut tibi inſanire videar. [Ik ſal wel ſorg dragen, dat gy my voor geen Gek aanſiet].

Commiſſum *eſſe alicui aliquid*, [Vervallen ſijn op yemand]. Hæreditas paleſtræ commiſſa.

COMMODE, Gevoeglijk, bequaamlijk.

Commodè, *pro benè.* Commodius feciſſes. Nemo te pro dignitate ſatis commodè laudare poteſt. Feceris commodè mihique gratum, ſi me de his certiorem feceris.

Commodus vir, [Een man, daar men heel wel mede over weg kan, een rek'lijk man]. Multò tu es commodior & mitior.

Commodare alicui, *id eſt, juvare aliquem,* [ymand behulpſaam ſijn]. Cupio ei, quibuſcunque rebus potero, commodare. Peto abs te, ut omnibus rebus, quod ſine moleſtia tua facere poſſis, ei commodes.

Commodùm, *pro vix*, [Even, juyſt, van paſſen]. Commodùm diſceſſeras heri, cùm Trebatius venit.

COMMUNICARE, Gemeen hebben met.

Communicare aliquid cum aliquo, [yets met ymand gemeen hebben]. *Cicer. ſemper dicit: Cæſar tamen etiam* communicare alicui. *Sed id rarum eſt.*

COMMUTARE, Verruylen, verpaſſen.

Commutare *aliquid, aliqua re, & cum aliqua re.* Fidem pecuniâ commutavit.

COMPARATE, Vergelijkelijk, by gelijkenis.

Comparatè, *pro relativè, reſpectivè,* [By gelijkenis]. Simpliciter quæritur, aut comparatè.

COMPARERE, Schijnen, lijken, te ſien ſijn.

Comparere, *non eſt ſe ſiſtere, ſed idem quod apparere, videri.* Conſpiratio ita reſtincta, ut nulla ſcintilla compareat incendii. Pompejus non comparuit, nec Romæ omninò fuit.

COM-

COMPARARE, Sigh toeruſten, vervaardigen, klaar maken.

Comparare ſe, *pro parare.* Dum uxor ſe comparat, commoratus eſt. Moneo ut te antè compares, & cotidiè meditere. Se ad reſpondendum comparare.

Comparare, [ordineren, ſtellen]. *pro ordinare, inſtituere.* Benè majores hoc noſtri comparaverunt, ut neminem vita privarent. Præclarè legibus comparatum eſt. Ita ratio eſt comparata, vitæ naturæque noſtræ.

COMPELLARE, Noemen.

Compellare aliquem, *id eſt, nomine proprio nominare*, [ymand by ſijn regte naam noemen]. Nominatim alii compellabantur. Compellavit me his verbis.

COMPENSARE, Vergelden, verbeteren, weder goed maken.

Compenſare *aliquid, aliqua re, & cum aliqua re.* Certis officiis, quod peccavi, compenſabo. Labores gloriæ compenſati mitigantur. Cum laboribus compenſabo eam, quam ex diſcendo capimus, voluptatem.

COMPLECTI, Overdenken, nadenken.

Complecti *animo, cogitatione.* Cum complector animo, quatuor cauſas reperio. Complexus ſum cogitatione te abſentem. Rei magnitudinem animo complecti.

Complecti aliquem, [Lieſhebben, vrindſchap bewijſen]. *pro amare; & complecti aliquem beneficio, benevolentia.* Complecti aliquem ſua humanitate.

COMPRIMERE, agterhouden. te rug houden, niet uyt geven.

Comprimere frumentum, *id eſt, apud ſe tenere*, ['t Koren onder ſig houden]. Cives, qui frumenti compreſſerunt magnum numerum, pollicentur. Clauſum & compreſſum frumentum poſſidere.

CONCILIARE, Bevredigen, vereenigen.

Conciliare *aliquid alicui & inter ſe, non conciliare aliquem cum aliquo.* Oratio conciliat inter ſe homines. Veſtram mihi benevolentiam ad audiendum concilio. Gratiam alicujus ſibi conciliare.

CONCIO, Een verſameling. vergadering.

Concio, [By een komſt van Menſche]. Libri ejus in concione combuſti. Advocare concionem.

CONCIPERE, Inbeelden, voornemen. begrijpen.

Concipere *de animo.* Voluptas animo concepta & comprehenſa. Neceſſe fuit aut hæc flagitia animo concipere.

Concipere vel concipere verbis, [Vervatten]. *eſt in certa verba præſcribere, in quæ quis jurat, vel aliquid promittit.*

Concretum, *phyſicè opponitur ſimplici: vulgo compoſitum ex elementis*, [Te ſamen geſet. t'ſaam gevoegt. vermengt met]. Nil eſt in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum eſſe videatur. Corpus concretum ex elementis.

CONCURSARE, Hier en daar loopen. Wijd en ſijd loopen.

Concurſare *abſolutè, & cum caſu.* Armati noctes dieſque concurſabant. Domos ferè omnium concurſare. *Barbari dicunt diſcurſare.*

CONDICERE, Toeſeggen, afſpreken. belooven.

Condicere alicui, *id eſt, denunciare.* Craſſus cum mihi condixiſſet, cœnavit apud me in horto.

CONDITIO, Ampt.

Conditio, [Ampt]. *pro officio & munere.*

Barbarum

Barbarum eſt, Habet bonam conditionem. *Latini*, Locum aut munus habet.

CONDERE, Bewaren, onder ſig houden.

Condere *frumentum, fructus, pecuniam.*

CONDOLERE, Bekommeren. droevig ſijn.

Condoleo, *nihil aliud eſt quam doleo, vulgo pro* [Medelijden hebben]. *Male: Latini dicunt, commoveri dolore, adfici alicujus caſu, vicem alicujus dolere.* Condolent mihi dentes.

CONFERRE, Leggen op.

Conferre *in aliquem*, [yets op yemand leggen]. Culpam, cauſam, crimen in aliquem conferre.

Conferre ſe aliquo, *id eſt, iter aliquo verſus conferre*, [Ergens heen trecken].

Conferre, *pro impendere*, [Aanwenden, beſteden, te koſte leggen]. Omne tempus ad literas conferre. In valetudinem ſuam diligentiam conferre. Omne ſtudium ad gloriam tuam celebrandam contuli.

Conferre, [ſlaan, ſlaags ſijn]. *verbum militare.* Ferrum ac manus cum illo contulerunt. Conferre ſigna cum hoſtibus. Caſtra caſtris conferre.

Conferre *capita*, [De hoofden by malkander ſteken]. Conferunt capita inter ſe, & de me loquuntur.

CONFICERE, Maken.

Conficere, *pro facere.* Veſtem, pallium conficere. Conficere *pro abſolvere*, [Voleynden. voltoyen]. Bellum conficere. Mandata exſequi & conficere. Longam viam confeci. Facinus aliquod per alium conficere.

Conficere, [Beſluyten, een beſluyt maken]. *pro ſyllogiſmo concludere.* Ex quo conficitur, ut ſi, &c.

Conficere, [Te weeg brenge]. Conficere pecuniam, [Geld opbrengen]. Exercitum, Bibliothecam conficere. Plurimum ſtudii ad conficiendum reditum meum contuliſti.

Conficere *cum aliquo, id eſt, tranſigere de negotio*, [Met yemand ergens over accorderen]. Quod mandâret confici. Tu cum illo confice de libris.

Conficere, *de tempore, id eſt, explere*, [ten eynde brengen]. Propè centum annos confecit. Omnem vitæ curſum in labore conficere.

Conficere, *pro conſumere*, [Bederven. vernielen]. Vetuſtas omnia conficit & conſumit. Mœror cottidianus me lacerat & conficit. *Senio confectus. Curis confici.* Fame & frigore confici, [By na van honger en koude ſterven].

Conficere, *pro devorare, occidere*, [Om hals brengen]. *&c.* Plures pavones confeci, quàm tu pullos columbinos. Rem ſuam confecit, *id eſt, opes ſuas.* Hæc ſi à me pœnè confecit. Vulneribus confectus.

CONFIDERE, Vertrouwen.

Confidere aliquo, [hem vertrouwen, op yemand ofte yets moed dragen, roemen]. Illum, quo antea confidebant, metuebant. Urbe aliqua confidere. Nimis confidere.

CONFIRMARE, Voor gewis ofte ſeeker toeſeggen.

Confirmare, *pro adfirmare, certò aliquid dicere.* Hoc mihi non modo confirmavit, ſed etiam perſuaſit. De me tibi ſic promitto, atque confirmo me, &c.

CONFLARE, Te weeg brengen, verwecken.

Conflare, *concitare, fingere, excitare.* Conflare alicui invidiam, negocium, ſuſpicionem. Bellum, ſeditionem conflare. Unde hoc ductum & conflatum mendacium?

Conflatum, *idem quod compoſitum ex multis ſimplicibus*, [Uyt veelen te ſamen gevoegt]. Ex duabus naturis hoc conflatum videtur. Ex perditis conflata improborum turba.

CONJICERE, Verbergen.

Conjicere ſe, *pro abſcondere.* Sub ſcales ſe conjecit. In latebram aliquam ſe conjicere.

Conjicere

Conjicere *maledicta in aliquem*, [Yemand laſteren]. Orationem improbè in viros clariſſimos conjectam eſſe. Hæc crimina in nimiam tuam diligentiam conjecta ſunt.

Conjicere, [Schriftelijk overdragen, vervatten, begrijpen]. *aliquid, in aliquid, id eſt, referre.* Libellus in epiſtolam conjectus. Omnia in eum librum conjeci. Conjicere aliquid in locos communes.

CONJUNGERE, Te ſamen voegen.

Conjungere, *pro contrahere, conciliare*, [Maken]. Amicitiam cum aliquo conjungere, neceſſitudinem, hoſpitium, &c.

CONNECTERE, Te ſamen knopen.

Connexum, *idem eſt, quod Syllogiſmus hypotheticus*, [Een ſluitreden, die te ſamen geknoopt ofte gevoegt is met het beding woord, Soo, ofte Indien]. Ipſa ratio connexi, cùm conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere.

CONQUERI, Klagen.

Conqueri *cum aliquo, non alicui*. Nihil tecum de fratris tui injuria conqueror.

CONQUIESCERE, Geruſt ofte wel vergenoegt ſijn.

Conquieſco, *pro delector*. Senectus noſtra in amore & adoleſcentia tua conquieſcit. In amici mutua benevolentia conquieſcere.

CONSCENDERE, Te Scheep gaen.

Quamprimum conſcendas, ad meque venias.

CONSCIUS, Bewuſt.

Conſcius *alicui rei*. Ille mihi in omnibus rebus meis conſcius eſt. Huic facinori tua mens conſcia eſſe non debuit.

CONSCISCERE, Ombrengen.

Conſciſcere ſibi mortem, *id eſt, ſeipſum interficere*, [ſig ſelve Ombrengen].

CONSECTARI, Op het nauſte naſpeuren, navolgen, bejagen.

Conſectari, *pro diligenter perſequi, cupere, adſectare aliquid.* Ne omnia conſecter, comprehendam brevi. Vitioſa conſectari imitando. Bonus vir opes aut potentiam non conſectabitur.

Conſectari debita, [de Schulden invorderen].

Conſectari, *pro inſectari maledictis*, [Schelden] Lingua petulantiſſima aliquem conſectari. Clamoribus, convitiis, &c. conſectari.

CONSENTIRE, Overeen ſtemmen.

Conſentire. Hæc illis quæ ſcripſeras, valdè non conſentiunt. Litteræ illius cum tua oratione non videntur conſentire.

CONSIGNARE, Verſegelen, beſchrijven.

Conſignare. *Barbarè ſubſignare vel ſigillare.* Quæ publicis literis monumentiſque conſignata ſunt.

CONSILIUM, Raed.

Conſilium, *ſæpiſſimè Cicer. pro Senatorum cœtu vel judicum conſeſſu*, [Raedts vergadering].

CONSPUTARE, Beſpuigen, in 't aengeſigt ſpuygen.

Conſputare aliquem. *Barbarè in faciem alicui ſpuere.*

CONSTITUERE, Beſtemmen, beramen.

Conſtituere, *de tempore*. Cum ſervis conſtitutum eſt, ut venirent ad balnea. Conſtituta eſt cum illo dies. At conſtitutam diem venit.

Conſtituere, *pro ordinare*, [Verordineren]. Supplicium in aliquem, alicui malefico conſtituere, Leges, jura conſtituere. Regem ali-

quem conſtituere. Provinciam alicui conſtituere.

Conſtitutus, benè conſtitutus. Firma corporis conſtitutio. *Barbari benè complexionatus.*

CONSTARE, bekend ſijn.

Conſtare, *pro notum eſſe.* Perſpicuum eſt, conſtatque inter omnes, eſſe Deos.

Conſtare in aliquem, *id eſt*, *conſtantem & perpetuò manere*, [beſtendig blijven, ſtand houden]. Merita illius in illum conſtant. Mea in te ſumma officia conſtabunt.

Conſtare ſibi, *id eſt*, *in una ſententia permanere, nec facilè mutari*, [ſtandvaſtig by ſijn gevoelen ofte voornemen blijven]. Parum ſibi conſtat. Si humanitati tuæ conſtare velles, amares illum. Oratio ſibi conſtat, & ſecum conſentit.

CONSTRUERE, Op hoopen.

Conſtruere, *eſt in cumulum colligere.* Pecunia conſtructa & coacervata.

CONSULERE, Met raad en daad helpen.

Conſulere alicui, *non eſt ſuadere, auctorem eſſe alicui, ſed conſilio & opera ſua alterius rebus adeſſe & juvare.*

CONTENDERE, Inſpannen.

Contendit omnes nervos, *ut mihi perſuadeat.* Magnum onus, ſed dignum, in quo omnes nervos, induſtriam contenderem.

Contendere aliquid ab aliquo, *id eſt*, *valdè petere*, [Ernſtelijk en yverig verſoeken].

Contendere, *id eſt*, *velle proficiſci*, [Reyſen]. Contendo Noribergam, &, iter contendo Noribergam.

CONTENTUS, Kragtig, geweldig.

Contentus, *quaſi magna vi.* Ad tribunatum, contento ſtudio curſuque veniamus. Contento curſu Italiam petebat. Contentius ambulare. Aliàs contentius, aliàs ſubmiſſiùs dicere.

CONTESTARI, Tot getuygenemen.

Conteſtari, *propriè idem quod atteſtari. Deos hominesque conteſtari*, [God en Menſchen tot getuygen roepen].

CONTINERE, Aen vaſt houden.

Continere, *pro conjunctum eſſe*, & continens *pro conjuncto.* Inſula mari disjuncta, ponte rurſus adjungitur, & continetur. Huic fundo continentia quædam prædia & adjuncta mercatur.

Continens, continenter, *de his dicuntur, quæ cohærent nullo interpoſito*, [Aen malkanderen vaſt ſijn].

Continenti ſpiritu aliquid dicere, *id eſt*, *uno*, [Met eenen Adem]. Non interpellabo: continentem orationem audiri malo. Continenter uno ſpiritu multa dicere.

CONTRA AC, CONTRA QUAM, Anders, als.

Contra ac, contra quam. Si hæc, contra ac dico eſſent omnia. Contra facit quàm pollicetur. Clamare contra quàm decet.

CONTRAVENIRE, Teghen ſijn.

Contravenire, *id eſt*, *eſſe adverſarium*, [Yemands tegenparty ſijn]. Si is, quem contraveneris, cauſa cadat. Venire contra aliquem pro amico ſuo.

CONVENIRE, Voegen, paſſen.

Convenire in aliquem, *pro quadrare in aliquem, competere.* Quod dixi, in illum non convenit. Hæc ſuſpicio convenit in illum.

Convenire cum aliquo, vel inter aliquos, [Over een komen, accordeeren]. Mihi cum illo convenit. Hoc mihi tecum convenit. Non convenit inter nos, quid hoc ſit.

Convenit, *id eſt*, *decet*, [Het betaemt]. Te

his

his malis mederi convenit. In hac re exerceri convenit.

CONVICIUM, Schelding.

Convicium facere, ſuſtinere. Cum ei magnum convicium fieret à cunƈto Senatu. Suſtinere cotidianum alicujus convicium.

CREDO.

Credo, *fere pro fortaſſe ponitur, vel ornatus gratia inſeritur*, [Miſſchien, wel ligt]. Languidiore credo ſtudio in cauſa fuiſtis. Immoderati credo hominis, & turbulenti.

CUM, Dat.

Cum *ſæpe cum tempore jungitur*. Aliquot ſunt anni, cum te vidi. Duo anni ſunt, cum hoc accidit. Dies nondum interceſſerat, cum illud nunciatur. Jam biennium eſt, cum te non vidi.

Cùm, *pro quòd*. Sæpe ex te audivi, cùm illum laudares. Benè facis, cùm venis.

CUPERE, Gunſtig ſijn.

Cupere alicui, vel alicujus cauſa, *id eſt, amare*. Omnia illius cauſa cupio Tibi maximè cupio. Cæſari honeſtiſſimè cupio.

CURARE, cureren, geneſen.

Curatio *medici, pro cura & medicamento*. Curationes periculoſas adhibere. Curationes illius non probo.

Curare *medicorum*, [Heelen]. Corpora curari poſſunt, animorum nulla eſt medicina. Violentis medicaminibus curare.

D.

De.

DE, *pro Ex*, [Uyt, van]. Unus de illis. Quidam de collegis noſtris. Nemo de noſtris fuit.

De, [Na, volgens]. *conſilio, ſententia alicujus*. Nihil faciam niſi de ſententia tua, niſi de conſilio tuo. De amicorum ſententia Romam venit.

De, *idem quod propter, ob*, [Om, van wegens]. Qua de cauſa non licet. De captivis mutandis Romam miſſus eſt.

DECANTARE, Van een ſaak ſingen, ofte ſeggen, dikwils verhalen.

Decantare, *eſt res notas & vulgatas, uſque ad ſatietatem, inculcare*. Græcus doƈtor, qui alicui pervulgata præcepta decantet. Decantata hæc erat fabula.

DECEDERE, Sterven.

Decedere, *abſolutè*, & decedere de vita, *pro mori*. Pater nobis deceſſit. Qui jam de vita deceſſerunt.

DECIDERE, Afmaken, vergelijken, gelijk maken.

Decidere, *pro tranſigere cum aliquo*. Decidere de omnibus rebus rationibuſque ſocietatis. Cum ſuis propinquis decidit, ne reos faceret.

DEDICARE, Inwijden, toeheyligen.

Dedicare, *pro Deo aliquid conſecrare*. Simulacrum Jovis dedicavit. Delubrum Veneris dedicavit. Aram dedicarunt, [Sy hebbenſe ingewijt.

DEDITA OPERA, Met opſet.

Dedita opera facere, *id eſt, ſtudio, non fortuito, Germ.* [Met ſeeker voornemen]. Dedita opera literas ad te miſi.

DEDUCERE, Soo ver brengen.

Deducere. Huc rem deduxi, ut palam pugnare poſſimus. Quem in locum res deduƈta ſit, vides.

Deducere, *pro perſuadere*, [Bewegen, afbrengen]. Auditorem ad fletum & miſericordiam deducere. De ſententia deducere. Pecuniâ illum non potuit ab ſumma integritate deducere.

Deducere, deduƈtio, *verba ratiocinatorum*, [af-

[aftrecken, afnemen]. Centum nummi deducantur.

DEFERRE, Aenbieden.

Deferre alicui, & ad aliquem. *Barbari dicunt, præſentare alicui, polliceri.* Univerſum ſtudium meum & benevolentiam ad te defero. Illi voluntatem tuam per litteras detuli. Quicquid poſſum ad hanc rem conficiendam tibi polliceor & defero. Omnem ei ſuam auctoritatem ad hoc negocium conficiendum detulit.

Deferre, [Geven, opdragen], *pro tribuere.* Palmam in poëticis Virgilio defero. Plerique primas ad illum, in juris ſcientia, deferunt.

DEFICERE, Ontbreken, mankeren.

Defecit me, [Het mankeert my aan &c.] *non* mihi, *id eſt, deeſt mihi.* Vires me deficiunt. Tempus me deficit.

DEFINIRE, Setten, ſtellen, bepalen.

Definire *cum ablativo, id eſt, metiri, exiſtimare.* Beatitudo non divitiis, ſed virtute definienda.

DEFLAGRARE, Afbranden.

Deflagrare, *id eſt, comburi.* Domus hæc deflagravit.

DEFORMARE, Lelijk, hatelijk maken.

Hæc res non ornat te, ſed potius deformat. Mortuus, deformatus, tumore præditus.

DEFUNGI, Verloſt worden, bevrijt worden.

Defungi, *pro liberari, explicari.* Defunctos periculis ſe putabant.

DEGERE, Leven.

Degere vitam, ætatem, *id eſt, vivere.* Degere vitam in egeſtate. Cum virtute vitam degere. Ætatem inter feras degere.

DEGUSTARE, Beſoeken, proberen.

Deguſtare, *pro experiri, metaphoricè.* Tu velim Fabium odorere, & iſtum convivam tuum deguſtes. Deguſta genus hoc exercitationum mearum, quibus uti conſuevi.

DEJICERE, Niet krijgen, buyten boort raken.

Dejicere. Tubero præturâ dejectus eſt, *id eſt, petiit præturam, ſed non eſt conſecutus.*

Dejicere, [afwenden], *pro depellere.* Nunquam ad rempublicam oculos dejecit. De gradu aliquem dejicere; [yemand uyt de Zaal werpen].

DELABI, Vallen, komen, hellen, ſig ergens na toe wenden.

Delabi, *pro convertere ſe aliquo, inclinare, incidere.* A majoribus ad minora oratio noſtra delabitur. Cottidiè ad æquitatem delabitur. Delabi in morbum, in vitium aliquod.

DELIBERARE, Overwegen, beſluyten.

Deliberatum eſt, ['t Is beſloten]. Certè ſtatuerat & deliberaverat non adeſſe. Certum eſt deliberatumque hoc facere. Mihi deliberatum & conſtitutum eſt. Habeo ſtatutum cum animo, ac deliberatum.

DELICIÆ, Vermaak. Lief, waerd, aangenaam.

Deliciæ, *pro re cariſſima.* Petrus deliciæ tuæ, *id eſt, jucundiſſimus tuus.* Eſſe alicui tuæ, in deliciis, *id eſt, carum.* Habere aliquem in deliciis, *id eſt, valde amare.*

DELITESCERE, Verſtoken en verborgen ſijn.

Diliteſcere. *Abſcondere ſe.* In cubilibus deliteſcunt.

DEMIGRARE, Verhuyſen.

Demigrandum potiùs aliò, quàm habitandum in hac urbe. In locum aliquem ad aliquem demigrare.

DEMISSUS, Moedeloos.

Demiſſus, *pro humili, triſti, fracto.* Sylla mœrens,

mœrens, demiſſus, adflictus. Erigere animum demiſſum. Suppliciter & demiſſe gratias egit.

Demittere animum, [Wanhopen]. *id eſt, deſperare.* Si vincunt, efferunt ſe lætitia: victi, animos demittunt.

DEMORTUUS, Verſtorvene.

Demortuus, *idem, quod mortuus.* In demortui locum ſuffectus.

DENUNCIARE, Aenſeggen, proteſteeren.

Denunciare, *pro nunciare, vulgò proteſtari.* At ille denunciat fundum ſuum eſſe. Alfenus denunciat ſe procuratorem eſſe.

Denunciare *bellum*, [den oorlog aanſeggen]. *contentiones, &c.* Mortem illi denunciavit. Senatus illi bellum denunciavit. Inimicitias alicui denunciare.

DEPACISCI, een verdrag of verbond maken.

Depaciſci, *id eſt, tranſigere cum aliquo certis conditionibus.* Cum aliquo partem ſuam depaciſci. Cum illo tria prædia ſibi depactus eſt.

DEPASCERE, Afweyden.

Depaſcit, ['t Vee in een anders Acker jagen]. Qui à pecore ejus depaſci agros publicos dicebant.

DEPENDERE, Betalen.

Dependere, *tertiæ conjugationis.* Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. Pœnas alicui dependere.

DEPLORARE, Beweenen, beſchreyen.

Deplorare, *de aliqua re.* De injuriis deplorare ac conqueri. De aliqua re dolentèr deplorare.

DEPONERE, Vergeten, niet meer gedachtig zijn, laten varen.

Deponere, *pro obliviſci, non amplius meminiſſe.* Obliviſcor injurias, depono memoriam doloris. Deponere ſimultatem, inimicitias. Si audierit te ædificationem depoſuiſſe. Deponere aliquid de manu.

Deponere *officium aliquod*, [Opgeven]. Provinciam depoſuit. Imperium, exercitum deponere.

DEPORTARE, Ergens van daan brengen.

Deportare, *quaſi lucrari aliquid*, [yets ergens van daan brengen]. Flagitium & dedecus ex Aſia deportavit. Nihil ex provincia potes jucundius deportare. Deportare triumphum ex provincia.

Deportare, *pro conferre ſe aliquo*, [Sig ergens na toe begeven] Mihi placebat, ſi firmior eſſes, ut te Leucadem deportares.

DEPRECARI, Voorbidden, voorſpreken.

Deprecari *pro aliquo*, [Voor ymand ſpreken, bidden]. *Barbari intercedere.*

Deprecator, [Voorbidder]. *Barbarè, interceſſor.* Deprecator ſalutis meæ. Deprecatorem me pro illius periculo præbeo.

Deprecari, *precando effugere*, [Een dingh afbidden]. Nullum periculum pro libertate refugio, aut deprecor. Nullum ſupplicium, deprecatus eſt, neque recuſavit. Injuriam ab aliquo deprecari.

DERIVARE, [Leyden, afleyden, brengen.

Derivare: *ſicut rivum ducimus, quo volumus.* Ne tota cauſa mutata, in aliam cauſam derivetur. Quæſtionem alicujus in alium ſermonem derivare. Crimen ſeu culpam in alium derivare, *id eſt, rejicere*, [Leggen].

DEROGARE, Ontnemen.

Derogare, *non tribuere.* Fidem alicui derogare, &, de alicujus fide derogare. De lege aliquid derogare, &, legi derogare aliquid.

DESCENDERE, Sig begeven, ergens toe komen.

Deſcendere, *generaliter pro pervenire.* Deſcendere ad accuſandum. Ad alterutram conditionem deſcendere vult, ut aut, &c. In certamen deſcendere.

DESCRIBERE, Uytſchrijven.

Deſcribere ab aliquo, *id eſt, ex alicujus exemplari,* [Van yemand uytſchrijven]. Quintum librum à te deſcripſit.

Deſcribere, *pro diſtribuere, partiri,* [Verdeilen, toe eygenen]. Vectigal æqualiter omnibus deſcripſit. Civitatibus pro numero militum pecunias deſcribere. Suum cuique munus deſcribere, *id eſt, adſignare.*

Deſcribere aliquem, *oratione depingere,* [yemant beſchrijven, afmalen, afſchilderen]. Si qua ſit mulier ejuſmodi, qualem paulò antè deſcripſi.

DESPERARE, Wanhopen.

Deſperare *aliquid & de aliquo,* [aan yets Wanhopen]. Servi deſperantes vitam domini. Eruditionem nemo diligens deſperare debet.

Deſperare *cum Dativo.* Quoniam hic ipſi deſperat. Bonos viros lugere malui meas fortunas, quam ſuis deſperare.

DESTINARE, Beſtemmen, vaſt ſtellen, beſluyten.

Deſtino, *pro conſtituo, decerno, attribuo.* Diem necis alicui deſtinare. Locum alicui deſtinare. Non eſt animus hic tibi deſtinatus.

DETURBARE, Omverwerpen, afwerpen.

Deturbo, *pro dejicio.* Statuam alicujus deturbare. Spe & poſſeſſione deturbari.

DEVINCIRE, Sig verbinden.

Devincire, devinctus, [Verplichten, verbinden. Verplicht, verbonden]. Summo hoc beneficio in perpetuum me tibi tuiſque devinxeris. Ejus officiis me eſſe devinctum confiteor. Donis beneficiiſque plurimis ab aliquo devinciri.

DIFFIDERE, Wanhopen, mistrooſtig zijn.

Diffidere, *eſt deſperare, non verò fidem non adhibere,* ſeu [Mistrouwen, wantrouwen]. Graviter æger fui, ut omnes medici diffiderent. Diffidens & deſperans rebus ſuis. Eloquentiam ſe adſequi poſſe diffidit.

DIFFUSUS, Uytgebreyd.

Diffuſus, *tralatè.* Error tàm longè latèque diffuſus. Ejus longè latèque diffuſa laus.

DILABI, Te grond gaan, vervallen.

Dilabi, *pro interire, effugere, concidere.* Præclariſſimè conſtituta Reſpublica dilapſa eſt. Malè parta, male dilabuntur. Sunt alii plures, ſed mea memoria dilabuntur, [uyt de gedachten raken].

DISCEDERE, Scheyden, van den andere gaan.

Diſcedere, *pro dividi.* Cœlum diſceſſiſſe viſum eſt. Cum terra diſceſſiſſet.

Diſcedere à ſe, à mente, [Beſwijken, van ſig ſelve vallen]. Magnitudine timoris à mente, atque à ſe ipſo, diſceſſit.

Diſcedere à ſe, *pro immutari, ſui diſſimilem fieri,* [Veranderen]. Cœlius diſceſſu meo diſceſſit à ſeſe.

DISCEPTARE, Over een ſaak ſitten, een ſaak byleggen, afmaken.

Diſceptare, *non eſt judicio contendere, ſed cauſam dijudicare, & dirimere,* [een ſaak byleggen, afmaken]. Juſte ſapienterque quæſtionem diſceptare. Controverſias aliorum diſceptare. Rei ſunt, quorum de re diſceptatur.

Diſceptator, *non eſt litigator, ſed judex apud Cic.* [Een Rechter].

DIS-

DISCUTERE, Ontdecken, ophelderen.

Diſcutere, *pro detegere, illuſtrare.* Diſcutere captiones alicujus. Diſcuſſa eſt illa caligo quam dixi; diluxit, patet, videmus omnia.

Diſcutere, *pro pellere*, [Verdrijven]. Periculum hoc diſcutiam & comprimam. Eorum advocationem manibus, ferro, lapidibus diſcuſſiſti.

DISJUNGERE, Onderſcheyden affonderen.

Disiunctum eſſe ab aliquo, *id eſt, differre, eſſe differentiam inter, &c.* Mores ejus à tanti ſceleris atrocitate ſunt disjuncti. Nihil eſt disjunctius ab ea cogitatione, &c. Galli longè ſunt à Germanorum gravitate disjuncti.

Disjuncta loca, *id eſt, longè diſtantia*, [plaatſen van den andere gelegen]. Ætolia procul à barbaris disjuncta. Gentibus disjunctiſſimæ terræ.

DISPERTIRE, Verdeelen.

Diſpertire *in partes diſtribuere.* Tempora voluptatis laboriſque diſpertire. Diſpertire orationem in membra.

DISPICERE, Sien, ter degen beſeffen.

Diſpicere, *in re difficili, & varia, aliquid perſpicere.* Imbecillus animus verum diſpicere non poteſt. Ego quid ſperem non diſpicio. Acie mentis diſpicere.

DISRUMPI, Barſten.

Disrumpi, [Barſten]. Disrumpatur licet iſta furia, bis urbem ſervavi.

DISSENTIRE, Verſchillen.

Diſſentire cum aliquo; *id eſt, ab aliquo.* Cum collega ſuo diſſentit. Tecum diſſentit.

DISSIPARE, Verſtroyen.

Diſſipare hoſtes. Diſſipare rumorem. Genus hominum in ſylvis diſſipatum.

DISSOLVERE, Afleggen, betalen.

Æs alienum filii diſſolvit pater. Pecuniam tenet, nec quidquam ulli diſſolvit.

Diſſolutus, *id eſt, negligens, & ignavus*, [Los]. Diſſolutus in re familiari & negligens.

DISTINERI, Beſigh gehouden worden.

Diſtineri, *id eſt, occupatum eſſe.* Tot tantiſque negotiis diſtentus, ut reſpirare non poſſit. Maximis occupationibus diſtineri.

DISTRINGI, Beſet ſijn, beſig gehouden worden.

Diſtrictus, *id eſt, occupatus*, [beſig gehouden worden]. Nunquam à cauſis & judiciis diſtrictior fui.

DISTURBARE, Over hoop werpen, onder den andere werpen.

Domum diſturbare, diripere. Vi & armis diſturbare Judicia.

DITIO, Gebied & macht.

Ditio, *pro poteſtate & imperio.* In ditionem ſuam redigere. Sub Imperium populi Romani ditionemque Græcos ſubjunxit. Tenere aliquem in ſua ditione.

DIVOLGARE, Ruchtbaar maken, verbreyden.

Divolgare, [Onder de Menſchen brengen]. Sermonibus hanc rem divolgare voluerunt. Librum divolgare.

DO, DARE, Sig begeven.

Do, dare ſe, [Sig ergens toe begeven, ſig op een ding leggen]. Da te huic quoque generi literarum. Dare ſe ad jus, reſpondendum. Dare ſe in alicujus familiaritatem. Da te homini. *Idem: eſto amicus ejus.*

DO-

DOMINATIO, Een tyranniſche heerſchappy, dwinglandy.

Dominatio, *idem quòd tyrannis.* Crudelis & ſuperba dominatio.
Dominatus, [Regering]. *pro Imperio.*

DUBITANTER, Twijffelachtigh.

Dubitanter, *cui contrarium*; Fidenter, Dubitanter unumquodque dicemus. Verecundè dubitanterque facere.
Dubium, [Twijffel], *variè jungitur.* De hoc homine non eſt dubium. Vocare aliquid in dubium. Habere aliquid in dubium.

DUCERE, Beginnen.

Ducere, *de origine & initio rei.* Ab eodem verbo ducere ſæpè orationem. Qui commendationem ineuntis ætatis à ſcelere duxerit. Huc Pomponii ductus eſt ſermo.
Ducere rationem alicujus, [Yets in acht nemen]; *pro habere.* Officii atque exiſtimationis rationem duci convenit. Officii ratio, non commodi, ducenda eſt.
Duci aliqua re, [Door een ſaake vermaakt worden, ſig ergens in verluſtigen], *pro delectari.* Literis alicujus duci. Statuarum honore & gloria duci. Eloquentiæ laude duci.
Ducere *animam*, *vitam*, *ſpiritum*, [Leven]. Eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis.

E.

EA re, [Deſwegen, daarom, *pro ideo*, *ea de cauſa.* Id ea re, quia turpe eſt, non eſt faciendum. Is metuit, & ea re fugit.

EDICERE, Gebieden, ordoneeren, bevélen.

Edicere *dicitur*, *Magiſtratus edicta publicè adfigens.* Conſul edicit, ut ſenatus conſulto ne obtemperet.

EDISCERE, Van buyten leeren.
Ediſcere, *barbarè memoriter diſcere.*

EDERE, Uytgeven, in't light geven.

Edere, *pro divulgare.* Tabellæ recitatæ nobiſque editæ ſunt. Edere alicui rationem alicujus rei. Apollo oraculo edidit. Qui naſcitur, in lucem edi dicitur. Partum edere, riſus, clamores, edere.

EFFERRE, Voort brengen.

Efferre fructus, [Vrucht voort brengen], *vulgò proferre.* Ager, qui diu quievit, uberiores efferre fruges ſolet.
Efferre, *abſolutè*, vel efferre funere, [Laten begraven], *id eſt*, *ad ſepulturam ferre mortuum.* Lucullus matrem efferebat. Si Cæſar funere elatus eſſet.
Efferre, [Sig verheffen, groots ſijn], *vulgò ſuperbire.* Efferre animos. Seſe gloria & prædicatione efferre.
Efferre, [Prijſen], *pro laudare.* Contemſiſti meum genus, extuliſti tuum. Verbis efferre. Laudibus in cœlum efferre.
Efferre, [Voortbrengen, ſeggen, uytſpreken], *pro nuntiare*, *vulgò proferre.* Res alio atque alio elata verbo. Efferre ſententiam gravem inconditis verbis.
Efferri, [Bewogen worden], *pro commoveri*, *adfici.* Dolore, lætitia, gaudio efferri, vel ſe efferre. Læſi dolent, irati efferuntur.

EFFLORESCERE, Spruyten, aangroeyen.

Ex rerum cognitione effloreſcit & redundat oratio. Utilitas effloreſcit ex amicitia, etiamſi tu eam minus ſecutus ſis.

EFFLUERE, Voorby gaan, paſſeeren.

Effluere, *pro præterire*, *intercidere.* Tempus effluxit. Occaſio effluxit. Ex animo alicujus effluere.

EF-

EFFRENATUS, Tomeloos.

Homines ſecundis rebus effrenati, ſibique præſidentes. Libido effrenata & indomita. Projecta & effrenata cupiditas.

EFFUNDERE, Uytlappen, uytſlaan.

Effudi vobis omnia quæ habebam. Effudit, quæ voluit omnia.

Effundere, [Beſteden]. Omne ſuum patrimonium effundere ac diſſipare.

Effundere ſe, [Sig ergens na toe begeven]. *id eſt, conferre ſe aliquo, fugere.* Timore perculſa civitas ſe, cum conjugibus & liberis ad te effundebat. Conſules fugiſſe, cunctum ſenatum, totam Italiam effuſam.

Effusè, [Overvloedig]. *id eſt, pro valdè, copiosè.* Largè effuſeque donare alicui. Id nemo tam effuſe petulans conatus eſt.

ELABORARE, Sijn uyterſte beſt doen.

Elaborare, *vadè laborare, operam dare.* Deſudare & elaborare in aliqua re. Contende quæſo atque elabora, vel potius eblandire, ut, &c.

ELUCERE, uytblinken.

Elucere, *pro apparere, clarum eſſe.* Amicitia magis elucet inter æquales. Magnitudo animi in deſpiciendis periculis elucet.

EMANARE, Aen den dag komen, openbaar worden.

Emanare, *pro divulgari*, [Openbaar worden, onder de Menſchen komen]. Quam ego rem ita compreſſi ut nunquam emanaturam putarem. Omnis hic ſermo ab his emanavit auctoribus. Per me hoc non emanabit.

EMENTIRI, Verdigten, verſieren.

Ementiri, *pro falſo fingere, & excogitare aliquid.* Legationem ementitus eſt. Signa nunquam ferè ementientia.

EMERGERE, Boven komen.

Emergere, *generaliter quaſi ex onere aliquo, vel profunditate eminere.* Ex mendicitate emergere: Ex negotio aliquo, à ſervitute, emergere. Veritas tandem emergit.

ENECTUS, Half dood.

Enectus, *pro ſemimortuo & vacuo.* Fame, ſiti enectus.

ENITI, Sijn beſt doen.

Eniti, *pro valdè laborare.* Eniti & contendere debet quam maximè poſſit, ut vincat.

EO, Toeſtemmen.

Ire in alicujus ſententiam, *id eſt, adſentiri.*

Eo in duplum, [Ik geef tweemaal ſo veel]. *id eſt, duplo plus do.* Prætor decrevit, ut ſi judicatum negaret, in duplum iret.

ERECTUS, Dapper, wel ghemoet.

Erectus, *de animo, id eſt, fortis.* Alacri animo, & erecto eſſe. Vir celſus & erectus, & omnia, quæ accidere poſſunt, parva ducens.

EROGARE, uytdeelen geven.

Erogare, *pecuniam publicam diſtribuere.* Pecunia in claſſem erogata eſt, *id eſt, ut claſſis publicis ſumptibus inſtrueretur.*

ETIAM ATQUE ETIAM, Hertelijk, ſeer.

Etiam atque etiam, *pro valdè diligenter.* Etiam atque etiam te hortor, rogo. Vide, conſidera etiam atque etiam. Etiam atque etiam puto, *id eſt, omninò puto. Sunt plerumque rogantis aut optantis particulæ.*

EVADERE, Geſchieden, gebeuren.

Evadere, *pro evenire, exitum habere.*

Aliquando id quod ſomniamus, evadit. Somnia aliis aliter evadunt. Videamus quò, vel quorſum evaſura ſint.

EVENIRE, een uytſlag hebben.

Evenire benè, vel malè, *id eſt, bonum vel malum exitum habere*, [een goede of quade uytſlag hebben]. Multis bonis malè evenire, multis improbis optimè. Ea res proſperè tibi eveniat, precor.

EVOLVERE, Uytleggen, verklaren].

Evolvere, *pro explicare*, *aperire*. Cujus ego criminis neque principium invenire, neque evolvere exitum poſſum, [noch begin, noch eynd' vinden]. Evolvere naturam omnium rerum.

Evolvere, [Leſen], *pro legere*. Librum ejus de animo evolve. In evolvendis Poëtis tempus ſumere.

EX, Na, volgens.

Ex, *pro ſecundum*. Ex legibus optimè Reſpublica adminiſtratur. Ex Juriſconſultorum conſilio judicare.

EXÆDIFICARE, Opbouwen, voltooyen.

Ne graveris exædificare id opus, quod inſtituiſti.

EXÆQUARE, Gelijk maken.

Pecunia omnium dignitatem exæquat. Exæquare ſe cum aliquo, & aliquem, & exæquari alicui.

EXAGITARE, Plagen, quellen.

Inſectari & exagitare aliquem. Quod apud Lucilium ſcitè exagitavi.

EXAMINARE, Overwegen.

Examinare, *ponderibus*, *trutina*, *ſtatera*, [wegen]. Quæ non aurificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. Meis ponderibus examinabo, quid cuique debeam.

EXARDESCERE, Ontſteken, ontroert worden, quaad worden.

Exardeſcere, *pro indignari*, *commoveri*. Iracundia & ſtomacho exarſit. Incredibili dolore exarſit.

EXCEDERE, Verlaten, afleggen.

Excedere, *pro derelinquere*. Excedere vita, & è vita. Exceſſit ex pueris, ex ephebis, *id eſt*, *adoleſcens eſt*. [De kinder ſchoenen heeft hy afgelegt].

EXCIDERE, Sich verſpreken.

Excidere, *de oratione*, [Sijn mond miſpraten]. Verbum nullum caſu aliquo ex ore excidit, unde quiſquam poſſet offendi. Verbum hoc fortuitò illi excidit.

Excidere, [Onder de Menſchen komen]. *pro in vulgi manus pervenire.* Libellus, qui me imprudente & invito, excidit, & pervenit in manus hominum.

Excidere, [Door vergetentheid ontgaan]. Omninò mihi excidit ex animo meo. Illa omnia exciderunt.

EXCIPERE, Opvangen, onderſcheppen.

Excipere, *pro intercipere*. Excipere aliquem cum literis. Fugientes excipere.

Excipere *illa quoque dicuntur, quæ continuo ordine ſequuntur aliquid*, [volgen]. Ætas quæ Ciceronis ſeculum excipit. Memoriam illius viri excipient omnes anni conſequentes.

Excipere, [verſtaan], *pro audire*, *intelligere*. Ex Giphanii ſermone multa memoria digna excepi. Omnia loquentis verba excipere.

Excipere, [uytſtaan], *pro ſuſtinere pericula*. Omnia tela excipit. Unum pro univerſis ſubire atque excipere pericula. Omnem vim improborum excepi meo corpore.

EXCLUDERE, Uytſluyten.

Excludi temporibus, [geen tijdt hebben]. Anguſtiis

Anguſtiis temporis, vel temporibus excluſus, non potui dicere quæ volui.

EXCURRERE, Haaſtig ergens na toe reyſen, uytloopen.

Excurrere, *ob privatas cauſas, vel animi gratia celeriter proficiſci.* Fortaſsè excurram ad te, &c.

Excurrere in fines hoſtium, [Stropen, een Tocht doen, op buyt uytgaan]. Turcæ excurrére ex Græcia, & Auſtriæ imminere videntur. Via illa excurſionibus Tartarorum eſt infeſta.

EXCUTERE, Betaſten, bevoelen.

Excutere aliquem, [yemand betaſten, of hy yets by hem heeft]. Non excutio, ſi quid forte ferri habeas, non ſcrutor. Tabellarios excutere.

EXEMPLUM, een Affſchrift, een Copy.

Cæſaris literarum exemplum tibi miſi.

Exemplum, [Inhoud]. Literæ allatæ mihi ſunt hoc exemplo. Sæpius ad me literas uno exemplo dedit.

EXERCERE, Oeffenen, yets doen.

Qui veƈtigalia exercent, atque exigunt, *id eſt,* [Tollenaer]. Exercere medicinam.

EXHAURIRE, Uytputten, uytſcheppen.

Exhaurire, *metaphoricè, ſicut Germanis,* [Verminderen], *minuere, debilitare.* Ærarium exhaurire, & pecuniam ex ærario.

Exhaurire, [Uytdrinken], *pro bibere.* Tantum vini exhauſeras, ut tibi neceſſe eſſet vomere.

EXIMERE, Uytſonderen, uytnemen.

Eximere aliquem è vinculis, à culpa, de proſcriptis, *id eſt, è numero proſcriptorum.*

EXIRE, Uytkomen, in 't light komen.

Exire, *pro vulgari, evulgari.* Oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. Liber exiit, [Het boek is uytgekomen].

EXISTIMARE, Goedt of quaad achten, houden.

Exiſtimare de aliquo, [Van ymand houden]. Benè, malè, de aliquo exiſtimare. De ingenio ejus valdè exiſtimavi benè. Homo ipſe de ſe benè exiſtimans, ſeſeque diligens. *Barbari dicunt, Multum de te teneo.*

Exiſtimare de aliquo, [Van yemand oordeelen], *id eſt, judicare.* Verè de omni hac cauſa exiſtimabis. Ex oratione de ingenio alicujus exiſtimare. Ex eventu de conſilio alicujus exiſtimare.

EXPENDERE, Overwegen.

Expendere, *pro perpendere.* Argumenta non tàm numerare ſoleo, quàm expendere. In judiciis teſtem diligenter expendite.

Expenſum ferre alieni, [Yets op yemandts rekening Schrijven]. *Contrarium.* Acceptum ferre. Nemo inventus eſt, qui illi nummum ferret expenſum, [Daer was niemant die hem 't minſte ſoude borgen].

EXPERIRI, Ymand een Proces aandoen.

Summo jure cum aliquo experiri. De tantis injuriis experiri noluit.

EXPLERE, Verſadigen.

Explere, *pro ſatiare.* Explere diuturnam ſitim, cupiditates, inimicitias.

EXPLORATUS, Seker, vaſt, dat men wel weet.

Exploratus, *pro certo.* Cum mihi erit exploratum, *id eſt, ubi certo ſcivero.* Eum idem probaturum, exploratum habeo. Nemini exploratum eſt, ſe uſque ad veſperum viƈturum.

EXQUISITUS, Uytgeleſe, uytgekipt, uytgeſogt.

Exquiſitus, *id eſt, magno judicio deleƈtus*

Exquiſita verba, doctrina, ars, munditia, literæ, &c.

EXSECRARI, Vervloeken, ſchelden.

Exſecrari aliquem, [yemand vloeken. uytſchelden]. Omnes te oderunt, tibi peſtem exoptant, te exſecrantur.

EXPECTATIO, Verlange, begeerte.

Expectatio, *vulgò deſiderium.* Scribis mirificam expectationem eſſe mei. Summa ſcito in expectatione te eſſe, *id eſt, ut citò venias.*

EXTERMINARE, Bannen, uyt de Stad &c. ſtoten.

Exterminare, *pro ejicere.* Urbe eſt exterminatus. Exterminari à ſuis Diis penatibus.

EXTREMUS LIBER, 't Laatſte van 't Boek.

Extremus liber, *pro fine libri.* In extremo tertio libro. In extrema epiſtola ſcribis, *id eſt, in ultima epiſtola.*

EXTURBARI, Met gewelt uytgeſloten worden.

Exturbari, *pro vi expelli & ejici.* Exturbare homines è poſſeſſionibus, è bonis patriis. Exturbari & expelli domo. Exturbari fortunis omnibus.

EXULTARE, Opſpringhen van vreugden.

Exultare, *immoderata lætitia efferri.* Palàm exultare lætitia, & triumphare gaudio cœpit. Exultare immoderateque jactari.

F.

FACERE, Drijven, oeffenen.

FAcere, *pro exercere artem aliquam, qua quis ſe alat.* Facere alicui medicinam, *id eſt, adhibere.* Facere camelariam, *id eſt, camelis vendendis victum quærere.* Facere piraticam, &c. [Zeerovery plegen].

Facere, [Invoeren], *pro fingere & introducere.* Facere aliquem loquentem. Facit mundum ædificari à Deo.

Fac, [Stelt eens, neemt eens], *id eſt, finge, pone caſum, quod ſit, conceſſo, dato, poſito, quod ſit.* Fac eſſe ea, ut dicis, omnia.

Facere cum aliquo, [Het met yemand houden, op yemands zijde ſijn], *pro eſſe pro aliquo, à partibus alicujus eſſe.* Auctoritas doctiſſimorum hominum nobiſcum facit. Hoc magis nobiſcum facit, quàm cum adverſariis.

FALLO, Bedriegen. ſo ik't regt heb.

Niſi me fallit, *pro niſi certo ſcio.* Sed nos (niſi me fallit) jacebimus. Niſi me fallit animus.

FASTI, Almenak.

Faſti, orum, *id eſt*, *Calendarium.* Nomen alicujus in faſtis ad aliquem diem adſcribere. Nomen è faſtis evellere. Faſti dies, [Rechtdagen].

FATUM, Noodlot.

Fato aliquo eſſe, *id eſt, in aliquo planeta natum eſſe, aliqua fortuna eſſe.* Ea conditione, atque eo fato natus. Quonam meo fato hoc fiat, neſcio. Milo hoc fato natus, ut ſe ſervare non potuerit.

FERIRE, Slaan, beledigen, quetſen.

Ferire, *pro verberare, lædere, etiam metaphoricè.* Hoſtem ferire. Adverſarium ferire, & repellere. Spectris oculi tantum feriuntur, animus non poteſt.

Ferire fœdus cum aliquo, [Verbond met yemand maken].

FERRE, Dragen.

Ut opinio fert, *id eſt, ut opinor*, [Gelijk ik meyne]. Ut conjectura, ut ſpes fert. Nos ut opinio & ſpes & conjectura noſtra fert, tuti ſumus. Plura dixi, quam aut opinio mea tulerit, aut, &c.

Ferre,

Ferre, *pro poſtulare*, [Vereyſchen]. Ita mei periculi rationes ferunt, & poſtulant. Si ita commodum veſtrum fert.

Ferre, *pro permittere*, [Toelaten]. Tempus, cauſa, res ita fert. Si res ita tuliſſet. Si ita tempus ferret. Si occaſio tulerit. Aliter quàm natura, quàm conſuetudo mea, fert.

Ferre ſuffragium alicujus, [Yemants ſtem hebben]: In electione conſulis Cicero omnium centuriarum ſuffragia tulit.

Ferre ſuffragium, *pro ſuffragari*, [Sijn ſtem geven]. Univerſus populus ſuffragium de re Clodii tulit.

Ferre, [Weg dragen], *pro aufferre*. Eum fructum ex Republica tuli. Palmam tulit. A me id reſponſum tulit.

Ferre repulſam, [Afgeſlagen worden, een blautje loopen]. *In petitione honorum*.

Ferre ad populum, ['t Volk yets voordragen], *id eſt, proponere aliquid populo, & rogare*. Nihil de iſta re ad populum latum eſt.

Ferre ſententiam, [uytſpraak geven. vonnis vellen], *id eſt judicium*. Vos judices de hominum fortunis ſententiam fertis.

Ferre conditionem, [Voorſchrijven], *id eſt, præſcribere*. Hanc conditionem miſero ferunt.

FIDENTER, Vrymoedig.

Fidenter, *cui contrarium*. Timidè. Paulò vellem fidentiùs reſpondiſſes. Suſpicere aliquam rem, & fidenter agere.

FIDES, Beſcherming.

In fide & clientela veſtra ſum. In fidem tuam recipe & commendatum hunc habe.

FIDUCIA, Pand, verſekering.

Fiducia, *id eſt, pignus, quod alicui ceditur, dum quis ſolvat, quod debet*. Pecuniam illi grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupavit.

FINGERE, Yets aardig uytvinden, bedenken.

Fingere, *eſt ingenioſè aliquid excogitare & formare, non verò mentiri*. Volucres fingunt & conſtruunt nidos. In cereis aut fictilibus figuris aliquid fingere. Deus finxit & fabricatus eſt hominem.

FINIRI, Bepaalt worden.

Finiri, *non eſt ad finem perducere, ſed, certis finibus & terminis, aliquid circumſcribere*. Lingua in ore ſita eſt, finita dentibus.

FLAGRARE AMORE, Seer lief hebben, verlangen.

Flagrare amore, deſiderio, *id eſt, valdè amare & deſiderare*. Non dici poteſt, quàm flagrabant cupiditate. Incredibili juris ſtudio flagrabat.

Flagrare, [Overvloeyen, volzijn van], *pro plenum eſſe*. Germaniam bello flagraturam intelligo. Infamia flagrare.

FLUERE, Verſpreyd worden, van gepraad worden.

Fluere, *pro diſpergi & in vulgus dimanare*. Multum ſermonem de libro meo fluxiſſe video. Pythagoræ diſciplina cum longè latèque flueret, permanavit in hanc civitatem.

FOEDVS, Schandelijk.

Fœdus, *pro turpi*. Luxuria ſenectuti fœdiſſima eſt. Genus mortis fœdum.

FORTVITVM, Gevalligh, toevallig.

Vt illud non fortuitum, ſed divinum videretur. Si quippiam nacti ſumus fortuiti boni.

FORTVNÆ, Geldt en goederen, haave en goed.

Vir honoribus ampliſſimis, fortuniſque maximis. Imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis.

FORTUNARE, Gelukkig maken, zegenen.

Tibi patrimonium Dii fortunent. Eum honorem tibi Deos fortunare volo.

FRANGERE, De moet benemen, afmatten.

Frangere aliquem, *metaphoricè.* Pompejus Mithridatem fregit, & comminuit. Fractus & adflictus calamitate. Frangere ſe laboribus, [Sig afmatten].

Frangere aliquid, [Verminderen, beletten, ſtuyten], *pro minuere, alicui reſiſtere, & ipſum tollere.* Confudi & fregi illius exſultantis audaciam. Furioſam illius vim facilè ſuperare & frangere potes. Illius furorem & petulantiam fregi. Quieſcamus paulùm, dum ſe calor frangit, [wat ſtuyten].

FRAUDI ESSE, Schadelijk zijn.

Fraudi eſſe, *id eſt, nocere, incommodare.* Filio pietas erga patrem fraudi eſſe non debet. Ab aliis diſſentire, nemini fraudi eſſe debet.

Fraus, [een Schelmſtuk], *pro ſcelere.* Fraudem capitalem admiſit. Scelus ac fraudem nocentis ſupplicio conſtringere.

FREQUENS, Vol, in groot getal.

Frequens, *pro pleno & multo.* Senatus eſt convocatus, frequenſque convenit. Frequentiſſimo theatro, *id eſt, cum plenum eſſet.* Nulla in concione frequentior fuit populus.

Frequens, [Vlijtig, naarſtig, geſtadig, *pro ſæpè, aſſiduò.* Frequens Giphanii auditor fuit. Eo tempore Roſcius erat Romæ frequens, [Veelvuldig].

FREQUENTARE, Dikwils gebruyken.

Frequentare, *pro ſæpè aliquid facere.* Hanc phraſin Cicero frequentat.

FUGIT ME, Dat weet ik niet.

Fugit me, *id eſt, latet me, neſcio.* Nulla res eſt in uſu militari poſita, quæ hujus viri ſcientiam fugiat. Illud quàm difficilè ſit, te non fugit.

FUGIENS VINUM, Verſlage Wijn.

Fugiens vinum, *id eſt, craſſeſcens, quod ſit craſſum aut longum.*

FUNDERE, Maken, uytſtrekken, verſlaan.

Fundere, *metaphoricè.* Verſus ex tempore fundere. Juſtitia ſe in cæteras virtutes fundit. Magnas hoſtium copias fudit.

FUNGI MUNERE, Sijn plicht, ſijn Ampt waarnemen.

Fungi munere, *id eſt, facere munus ſuum.* Oculi non funguntur ſuo munere. Valetudo opportuna eſt, ut dolore careas & muneribus fungare corporis. Fungi officio. Fungerer officio, quo tu functus es, in meo luctu, teque per literas conſolarer. Qui adipiſci veram juſtitiæ gloriam volent, juſtitiæ fungantur officio.

G.

GENERATIM, In't gemeyn.

GEneratim, *barbarè univerſaliter, cui contrarium* particulatim & ſpeciatim. Generatim ea quæ maximè nota ſunt, dicam. Generatim argumenta ejus exponam.

GENTILES, Landtsluy.

Gentiles, *qui ſunt ejuſdem gentis, & familiæ.* Gentilis meus. Ad agnatos & gentiles deducendus, *id eſt, homo ſtultus.*

GERERE, Verrichten.

Gerere, *de negotiis privatis & publicis.* Tuum negotium geſſiſti benè. Sui negotii benè gerens. Gerere & adminiſtrare Rempublicam.

Gerere, [Hebben, oeffenen]. *generatim pro*

pro exercere. Inimicitias cum aliquo gerere. Magna fide ſocietatem gerunt.

GRATULARI, Gelukwenſchen.

Gratulari aliqua re, *pro de aliqua re.* Gratulor tibi adfinitate viri boni. Populus frequens adventu meo gratulatus eſt.

GRAVITAS, Ongeſonde lucht.

Gravitas loci, cœli, *id eſt, malus aër.* Corpore vix ſuſtineo gravitatem cœli hujus. Loci gravitas cum reliquis etiam ſic miſerrimè perferenda.

H.

HAbere ſe benè, malè, [Wel of qualijk geſtelt zijn]. Malè ſe res habet, [Die ſaak en ſtaat niet wel]. Cum ego me non bellè haberem. Sic ſe res habet. Quomodo res habeat ſe diutius neſcire non poſſum, [Hoe die ſaak ſtaat].

Habere aliquem ſecum, [Op ſijn zijde hebben]. Brutus bonos ſecum habiturus eſt.

Habeo, *cum participio paſſivo junctum*, ut. Habeo expertum, *id eſt, expertus ſum.* Habeo perſpectum, exploratum, *id eſt, perſpexi & exploravi.* Quantum ex tuis literis habeo cognitum. Meam vitam perſpectam habent, [Sy weten hoe ik leef]. Hæc res animum meum ſollicitum habet, [Deſe ſaak maakt my bekommert]. Habeo paratum, quid quaque de re dicam. Collecta hæc omnia habet.

Habeto, *id eſt, intelligito, accipito*, [Dit moogt gy weten, dit dient tot antwoord]. Illud velim ſic habeas. Quærebas de tuis literis, ſic ergò habeto, ſalutares te mihi miſiſſe literas.

Habeo *cum Infinitivo.* Hac de re nihil habui ad te ſcribere. Quid habes dicere, &c. Illa de re tantum habeo polliceri. Hæc habui objicere.

HÆRERE, Niet konnen voortkomen, ſig niet konnen redden.

Hærere, *pro dubitare.* In quo etiam Democritus hæret. In cæteris ſubvenies, ſi me hærentem videris.

Hæret in aliquo peccatum, *id eſt, ille eſt obnoxius huic peccato*, [De ſchuld of misſlag is in hem]. Ut peccatum hæreat non in eo, qui monuerit, ſed in eo, qui non obtemperarit, in quo non modo crimen non hæret, ſed vix &c.

Hærere in viſceribus, medullis, *id eſt, ego nunquam obliviſcar*, [Nooyt vergeten]. Tu mihi hæres in medullis. Cùm aberis, aderis tamen, & mihi in medullis ac viſceribus hærebis.

Hæret mihi aqua, *id eſt, ego dubito, quid hîc agere debeam neſcio*, [Ik weet niet wat ik hier in doen ſal, ik kan der niet door].

HAURIRE, Trekken, gevoelen, ſcheppen, lijden.

Haurire, *metaphoricè, pro ſentire.* Sumtum ex ærario haurit. Voluptates, artes, dolorem haurire. Incredibiles hauſi calamitates. Luctum majorem hauſi.

HUMILIS, Geringh, die ſig niet betrout.

Humilis, *id eſt, ſemper in vitio eſt, & ſignificat vel animum, vel ſtatum aliquem abjectum*, [een verſlagen gemoed]. Demiſſus & humilis animus. Fracto animo & humili ſupplicare alicui. Parentibus nati humilibus. Quis apparitor tàm humilis, tàm abjectus?

I.

JACERE, Leggen.

JAcere, [Niet geacht zijn]. *mœſtum, neglectum & abjectum eſſe, non clarum eſſe.* In pace jacere, quàm in bello vigere maluit. Jacent ea ſemper, quæ apud quoſque improbantur. Jacet in mœrore, [Hy ſteekt in droefheyd]. ſordibus & luctu, ['t Is niet geacht]. Leges nihil valent, judicia jacent.

JACTARI, Heen en weer geſlingert worden.

Jactari, *pro exagitari, & exerceri.* Forenſi labore jactor. Clamore convitioque jactatus eſt, [Geplaagt en gequelt worden, uytgeſcholden worden].

JACTARE SE, Sig veel aanmatigen, ſig trots aanſtellen.

Jactare ſe, *multa ſibi arrogare.* Intolerantius ſe jactare. Qui ſe inſperatis pecuniis ſumptuoſius inſolentiuſque jactant.

JAMDIU: & JAMPRIDEM, Nu al van over lang.

Jam diu, & jampridem, *cum præſenti tempore; vulgo cum præterito.* Ego te jam diu plurimi facio. Jampridem cupio Noribergam viſere.

Id temporis, id ætatis, [Toen, op die tijd: van die Jaren, *pro eo tempore, ea ætate.* Venit ad me id temporis, ut retinendus eſſet. Id ætatis jam ſum, ut hæc omnia didiciſſe debeam.

IMBVERE, Doen doortrekken, onderwijſen.

Imbui, *metaphorice pro repleri, doceri.* Cognitiones verborum, quibus imbuti ſumus. Imbui erroribus, opinionum pravitate, dialecticis. Bellum nefarium, & omni odio imbutum, [by allen gehaat].

IMMINERE, Over 't hooft hangen, na yets trachten haaken.

Imminebat tuus furor omnium fortunis. Turcæ ab Hungaria longè abeſſe, Tranſilvaniæ magis imminere dicuntur. Homo ad cædem imminens. Hujus mendicitas aviditati conjuncta in fortunas noſtras imminebat.

IMPLICARE, Sig inwickelen.

Implicatus aliqua re, *id eſt, irretitus, impeditus & diſtrictus, devinctus.* Implicari aliquo genere curſuque vivendi. Omnes ejus amicos habeo implicatos conſuetudine, & benevolentia.

IMPOTENS, Die ſig niet kan regeeren, die toomeloos en buytenſporig is.

Impotens, *qui ſe ipſum regere nequit.* Qui nulla impotenti lætitia efferuntur. Impotenti animo homo.

IMPVNE ESSE, Ongeſtraft zijn.

Impunè eſſe, *pro non puniri.* Si inſidias ille poſuerit, ne ſit impunè.

IN SINGVLOS DIES, Van dag tot dag.

In ſingulos dies, *pro ſingulis diebus.* In dies ſingulos ejus copiæ minuuntur.

INAMBVLARE, Wandelen, heen en weer kuyeren.

Inambulabam domi. In viridi opacaque ripa inambulare. Qui diſputabant inambulantes in Schola.

INAVRATVS, Vergult.

Inauratam ſtatuam ponere.

INCIDO, ERE, Affnyden, benemen, korten.

Qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. Poëma, quod ad Cæſarem compoſueram incidi. Nervos populi Romani incidere.

Incidere in æs, vel in ære, [Graveren, ſnyden &c]. *id eſt, ſculpere.* Incidere in ſepulchro, tabula, &c.

INCLAMARE, Ymand roepen.

Ita te para, ut ſi inclamaro, advoles. Expeditus facito ut ſis, ſi inclamaro, ut accurras.

INCLINARE, Hellen, genegen zijn.

Inclinare *abſolutè*, vel inclinare ſe. Ad Papiſtas ſe inclinat. Senatus inclinavit ad pacem

cum

cum Pyrrho faciendam. Inclinare ad alicujus conſilium.

Inclinatus, [Dat helt en vallen wil]. Ferre præſidium labenti atque inclinatæ Reipublicæ. Laboratur vehementer, inclinata res eſt, *id eſt*, *quaſi ruinam minatur*. Inclinato jam in poſtmeridianum tempus die.

Inclinatio, [Verandering], *id eſt*, *mutatio*. In me unum inclinatio communium temporum incumbit. Repentina voluntatum inclinatio.

INCREBESCERE, Bekent worden.

Increbeſcere, *pro pervulgari*. Nonnullorum ſermo jam increbuit, ſe &c. Quorum ſermo increbuit. Hæc conſuetudo increbuit, [Heeft toegenomen].

INCULCARE, indrukken, inſteken, herhalen.

Quid attinet, inculcare fatum? Non modo oculis imagines, ſed etiam animis, inculcare.

INCUMBERE, Sigh ergens op leggen.

Incumbere in aliquem rem, & ad aliquam rem. Tota mente in hanc curam incumbe. In Rempublicam omni cogitatione curaq; incumbere. In id ſtudium, in quo eſtis, incumbite. Incumbamus ad ſtudia. Toto pectore ad laudem incumbe.

INDEX, Een verklicker, een verrader.

Index, *vulgò delator*. Hæc omnia indices detulerunt, rei confeſſi ſunt.

INDUCERE, Voornemen.

Inducere animum, *pro in animum*. Inducant animum divitias contemnere.

Inducere verbum novum, morem, &c. *Germanicè*, [inbrengen, invoeren]. Inducere novum verbum in Linguam Latinam. Novum judiciorum morem in Rempubl. inducere. Rem pernicioſiſſimam in civitatem induxit.

Inducere, [invoeren], *de perſonis, quæ finguntur aliquid dixiſſe, in dialogis*. Lipſius in dialogo induxit Douzam diſputantem. Poëtæ Deos induxerunt libidine furentes.

Inducere, *delere*, [uytſchrappen, doorſchrappen]. Vocabulum hoc inducendum eſt.

Inducere, [Bedriegen], *pro fallere, decipere*. Hoc me induxit. Hoc ſum inductus.

Inducere ſoleas pedibus, & in pedes, [De ſchoenen aantrekken]. Soleæ ligneæ in pedes inductæ ſunt. Pedibus inductæ ſunt ſoleæ.

INDULGENTIA, Rekkelijkheyd, toelating.

Indulgentia, *non tantum in vitio, ſed & in laude*. Hoc Cæſar pro ſua in nos indulgentia probabit. Homines inter ſe naturali quadam indulgentia, & benevolentia continentur.

INDUSTRIA, Vlijd.

De induſtria, [Met opſet, vlijd], *non verò caſu & fortuitò*. Injuriæ, quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur. Induſtriâ aliquid facere.

INFAMIA, Quaad gerugt.

Infamia, *id eſt*, *mala fama, malus rumor*. Inferre infamiam alicui, *id eſt*, *diffamare aliquem*, [yemants eer roven]. Flagrare infamia, [een quade naam hebben]. Ne quæ generi ſuo nota turpitudinis & infamiæ inuratur.

INFANS, Onbedreve belemmert in 't ſpreken.

Infans; *qui non eſt diſertus & expeditus in loquendo, qui non benè fari poteſt*. Oratio neque nimis infans, neque perfectè diſerta. Scipionem accepimus infantem non fuiſſe, *id eſt ſatis diſertum*.

Infantia, [Onkunde in de welſprekentheyd], *cui opponitur*. Eloquentia. Infantiam ejus, qui rem noverit, ſed eam explicare dicendo non queat.

INFERIOR, Die minder als een ander is.

Inferior, *qui in aliqua re ab altero ſuperatur*. Is bella laude non inferior fuit quàm pater.

pater. Giphanius in jure civili laude non eſt inferior, quàm Cujacius fuit. Prudentiâ me non eſt inferior.

INFERRE, Begeven, beſluyten, aandoen.

Inferre ſe *in locum aliquem.* Cum in templum te intuliſti.

Inferre *alicui mortem, injuriam &c. pro adficere aliquem morte & injuria.* Alicui per ſcelus mortem inferre. Stuprum puellæ intulit.

Inferre, [Beſluyten], *id eſt, concluſionem facere in Syllogiſmo.* Aliud, quàm cogebatur, illatum eſt.

Inferre, [Aandoen], alicui bellum, [Beoorlogen]. Arma, infeſta ſigna, famem & vaſtitatem patriæ inferre, [Verwoeſten]. Terrorem metum mortis, periculum capitis, alicui inferre.

Inferre ſermonem, [Daar tuſſchen ſpreken, in een rede invallen]. *id eſt, in medium adferre, & ferè interloqui.* In re ſevera delicatum aliquem inferre ſermonem.

INFESTUS, Hatende, hatig.

Infeſtus, *id eſt, valdè inimicus alicui.* Fortuna nobis infeſta fuit aliquando propitia. Iniquo infeſtoque animo intueri aliquem. In omnes infeſtus.

Infeſtus, *id eſt, periculoſus, periculis obnoxius,* [Gevaarlijk, voor't gevaar bloot geſtelt]. Banditæ viam illam latrociniis infeſtam reddidere. Via excurſionibus hoſtium infeſta. Piratæ mare infeſtum habent.

INFICERE, Onderrichten, inſtellen, beſoetelen.

Inficere, *pro imbuere.* Puer infici debet bonis artibus. Nos umbris, deliciis, otio & deſidia animum inficimus. Opinionum pravitate infectus.

Infector, *ita Cicero vocat, quem Barbari* Tinctorem, [Een verwer].

INFLAMMARE, Ontſteken.

Inflammare, *ad ardentes animi adfectus Cicero transfert.* Magno amore in patriam inflammatus. Ad gloriam inflammatus. Inflammatus, & furens libidinibus.

INFORMARE, Beſchrijven, afſchilderen.

Talis orator, qualem Cicero informavit, nullus reperitur.

INFRA ALIQUEM, Minder als yemant.

Infra aliquem, *idem quod ſupra*, inferior. Homerus non infra ſuperiorem Lycurgum fuit. Humanas res deſpicere, atque infra ſe poſitas arbitrari.

INFRACTUS, vermindert, verſchrikt.

Infractus, *id eſt, valdè fractus.* Infractus furor illius inanes facit impetus. Non modo non infracto animo erat, ſed etiam confirmato & renovato.

INGRAVESCERE, De overhand nemen, toenemen, aanwaſſchen.

Ingraveſcere, *de re gravi & moleſta dicitur, quando augetur.* Ingraveſcit in dies inteſtinum malum. Morbus ingraveſcens. Cùm ingraveſceret annona, ut jam fames timeretur. Ingraveſcens ætas, *id eſt, ſenectus.*

INGREDI, Een aanvang maken.

Ingredi aliquid, ad aliquid, in aliquid, *pro aliquid incipere.* Ingredi diſputationem. Ad dicendum ingreſſus. Magna ſpe ingredior in aliquam orationem.

Ingredi, [Beginnen, voornemen]. *cum infinitivo pro incipere, & aggredi aliquid.* Majores me res ſcribere ingreſſum. Hac de re ingreſſus eram dicere.

INIENS, Beginnende, aanvangende.

Iniens, *pro incipiens.* Januario ineunte cura, ut Romæ ſis. Ineunte vere. Ineunte ætate, *id eſt, in pueritia.* Ab ineunte ætate literarum cupiditate incenſus ſum.

IN-

INJICERE, Yets tuſſchen inſpreken, verwecken.

Injicere, *pro obiter aliquid dicere*, [Yets vernemen, tuſſchen ſpreken]. Cùm mihi in ſermone injeciſſet, ſe velle Aſiam viſere.

Injicere alicui manum, [Yemandt met de hand vatten]. Manum mihi injecit, & pauliſper conſiſtere & commorari coëgit.

Injicere alicui quid, *id eſt, adfectum aliquem in aliquo concitare*, [Verwecken. Injicere ſuſpicionem, ſcrupulum & dubitationem, timorem, &c.

INIRE, Aangaan, aanvaerden, verdienen, behalen.

Inire magiſtratum, *id eſt, initium magiſtratus gerendi facere.* Conſulatum inivit. Poſt ſacerdotium initum.

Inire gratiam ab aliquo, [Grote dank by yemand behalen]. Si hoc mihi effeceris, ſolidam & grandem à me gratiam inibis.

INOPINATUS, Onvoorſiens.

Hoc mihi improviſum inopinatumque accidit.

INSCRIBERE, Opſchrift ſchrijven aan &c.

Inſcribere alicui literas; *id eſt, titulum facere.* Hæ literæ tibi inſcriptæ ſunt, [Het Opſchrift deſes briefs houd aan u. Inſcribere librum, [Toeeygenen], dediceren, [opdragen].

INSECTARI, Yemand uytmaken, vervolgen.

Inſectari aliquem. Aquila inſectatur & agitat alias aves. In aliquem invehi, & cum vehementer inſectari.

INSIGNIA, Een wape, een kenteecke eenes dings.

Sceptrum & purpura ſunt inſignia Regia. Toga eſt inſigne pacis & otii. Mœroris inſignia, *Cicer. vocat atrum veſtitum.*

INSOLENS, Ongewoon, ongebruykelijk.

Inſolens, *qui aliquid facere non ſolet, quod uſurpari non ſolet.* Ego inſolens infamiæ, ſemper in laude verſatus ſum.

Inſolentia *eodem modo uſurpatur.* Moveor loci inſolentia, quod tantam cauſam dico intra privatos parietes, *id eſt, qui ante non ſolebam privatim dicere.*

INSTITUERE, Aanſtellen, maken.

Inſtituere hæredem. Inſtituit ſibi amicos, &c.

INSUSURRARE, in 't Oor inluyſteren, ſeggen.

Inſuſurrare, *propriè de vento leniter flante: metaphoricè alicui in aurem dicere.*

INTEGER, Fris.

Integer, *de corpore, cui opponitur* feſſus. Integri defeſſis militibus ſuccedebant. Non facile recentes & integros milites ſuſtinebunt.

Integer, [Een man van rijkdom en eer], *qui opibus & gloria floret.* Quos ego florentes atque integros vici. Integerrimas pacatiſſimaſque gentes illi ad deripiendum tradidiſti.

Integrum alicui ſervare, eſſe, &c. [in een ſaak ſoo handelen dat het ymand noch vry ſtaat anders te doen]. Is rem integram ad reditum ſuum juſſit eſſe: [Een ſaak tot yemants wederkomſt onafgedaan laten]. Cauſam omnem integram tibi reſervavi. Mihi jam non eſt integrum uti tuo conſilio, [Het ſtaat my niet meer vry]. Mihi integrum eſt facere, vel non facere.

INTELLIGENS, Verſtandig, die ſig op een ding wel verſtaat].

Intelligens *abſolute.* Non ſemper vulgi judicium cum intelligentium judicio congruit. Exiſtimator doctus & intelligens.

Intelligentia, *ita vocat Cic. quod nos* intellectum, [Verſtand]. Pars hominis, quæ rationis atque intelligentiæ eſt particeps: quo ſtudio,

ſtudio, & qua intelligentia, hunc eſſe cenſes in rebus ruſticis.

INTENDERE, uytſtrecken.

Intendere digitum, vel manum, *id eſt, extenſo digito aliquid monſtrare*, [Met een uytgeſtrekte Vinger].

Intendere aliquid, *pro conari*, [Voornemen, pogen]. Si Antonius, quod animo intenderat, perficere potuiſſet.

Intendere aliquò, *id eſt, viam & curſum dirigere*, [Ergens heen reyſen, trecken]. Ut eò, quò intendit, maturè perveniat.

Intendere alicui, vel in aliquem tela, pericula, [Na yemandt ſchieten, yemand in gevaar brengen]. Ego tela intenta jugulis civitatis de conjuratorum manibus extorſi.

INTENTARE, Dreygen, aandoen.

Intentare, *id eſt, contra aliquem dirigere*, Non arma, non vim intentavit.

INTER, Onder malkanderen.

Inter, *Cic. pro invicem.* Illi inter ſe diligunt. Voluntate ſimiles inter ſe.

Inter cœnam, [Onder het Avontmaal, over Tafel], *pro in cœna.* Hanc epiſtolam inter cœnam dictavi.

INTERCEDERE, Verhinderen.

Intercedere, *non eſt deprecari pro aliquo, vel litem dirimere, ſed tribunus plebis, qui ſenatus conſultum impediebat, dicebatur intercedere.*

INTERIOR ET INTIMUS, Geheym, verborge.

Interior & intimus; *ſic dicuntur recondita res, & quæ non à quovis intelliguntur.* Interiores & reconditæ literæ. Sed hæc quoque in promptu; nunc interiora videamus. Penitus ex intima Philoſophia haurienda eſt Juris diſciplina.

INTERNOSCERE, Onderſcheyden.

Internoſcere, *id eſt, diſcernere, dignoſcere.* Verum à falſo internoſcere.

INTERNUNCIUS, Scheydsman, tuſſchenſpreker.

Internuncius; *qui eſt tanquam medius inter duos.* Aſſiduis internunciis cum illo egi.

INTERPONERE, Sig in mengen, inwikkelen.

Interponere ſe, *id eſt, immiſcere ſe alicui negotio.* De illa re tu quod voles, facies, me nihil interpono.

INTERVALLO LONGO, Na langen tijd, in langen tijd.

Intervallo longo, *id eſt, longo tempore poſt, diu poſt.* Longo intervallo Romam venit.

INVEHERE, Hard aantaſten, hevig uytvaren.

Invehi in aliquem, *id eſt, graviter exagitare.* Petulanter, acerbe, graviter, aſperè, contumeliosè, in aliquem invehi. Me, in quem inveheretur, delegerat.

INURERE, Brandmerken.

Inurere, *metaphoricè.* Hanc tibi notam ad ignominiam ſempiternam inuſſit. Ne qua generi ac nomini ſuo nota nefariæ turpitudinis inuratur. Inurere dolorem, *pro commovere alicui perpetuum dolorem.* Tantus illorum temporum dolor inuſtus eſt civitati.

ITA, Seer, ſoo.

Ita, *pro valdè, tam.* Non ita multò poſt in Galliam proficiſcar. Non ita multis ante annis ajunt quandam &c. Quibus homines non ita valdè moventur.

Item, *pro ſimiliter, æquè*, [Van gelijken]. Romulus augur cum fratre item augure. Spectaculum tibi jucundum, mihi non item.

ITERUM, Noch eens.

Iterum, *barbarè adhuc ſemel.* Primò decipi incommodum eſt, iterum ſtultum, tertiò turpe. Dignus liber, qui iterum legatur. Semel atque iterum.

JUBERE, Doen groeten.

Jubere, *cum Infinitivo.* Juſſi ipſum valere: *barbarè valedixit illi.* Dionyſium jube ſalvere, *id eſt, ſaluta meo nomine.* Jubeo te ſperare & bono animo eſſe. Valdè jubeo gaudere te.

JUNCTA VERBA, 't Samengeſtelde woorden.

Juncta verba, *ſic Cic. vocat, quæ nos compoſita, quibus opponuntur* ſimplicia. Prima vis eſt in ſimplicibus verbis, in conjunctis ſecunda.

JUNGERE, Maaken, 't ſamenvoegen.

Jungere amicitiam, &c. Dejotarus cum noſtris hominibus conſuetudines amicitiaſque jungebat. Ut, omnis caritas inter duos jungatur.

Junctus aliquo, *pro cum aliquo*, [Vergeſelſchapt]. Improbitas ſcelere juncta. Laudatio defenſione juncta.

JURATUS ET INJURATUS, Geſworene, ongeſworene.

Juratus & injuratus, *pro, qui juravit, aut non juravit.* Injurato mihi plus credit, quàm jurato ibi.

JURECONSULTUS, Een Rechtsgeleerde.

Jureconſultus, *pro Juriſconſultus.*

Jus, ris, *barbarè, offa*, [Sop, &c]. Jus nigrum cœnæ caput erat.

L.

LABEFACTARE.

Labefactare, [Te niet maken, verſwacken]. *pro infirmo & convello. Barbari* detrudo vel annihilo. Perfringere ac labefactare conſpirationem bonorum. Labefactare & reſcindere ab aliis conſtituta.

LABORARE, Sig bemoeyen, bekommert zijn.

Laborare, *pro curare, ſolicitum eſſe.* De cæteris non laboro. Laborat amici cauſa, *id eſt, pro amico.* De fama nihil ſanè laboro, *id eſt nihil curo.* De re magis quam de verbis laborans.

Laborare, [Krank of ſiek ſijn], *pro ægrotare.* Morbo aliquo laborare. Ex pedibus, ex renibus, ex inteſtinis graviter laboro. Laborare, [Sigh over yets bekommeren]. Si eſſet in iis fides, in quibus eſſe debeat, non laboraremus.

LATET ME.

Latet me, *id eſt, neſcio, Latinum non eſt, ſed* Fugit me, *de quo ſuprà.*

LAUTUS, Koſtlijk, net.

Lautus, *ſignificat ſplendorem & elegantiam in rebus & hominibus.* Cœna magnifica & lauta. Patrimonium ſatis lautum diſſipare, [Groot vaderlijk erfgoed]. Homo lautus & urbanus.

LAXA DIES, Lange tijd.

Ego diem ſtatuo ſatis laxam, *id eſt, tempus ſatis longum.*

LEGARE, Voor ſig yemant verkieſen, beſtellen.

Legare ſibi aliquem, *dicebantur Conſules aut Duces, qui Legatum aliquem ſibi eligebant, qui ſecum iret in bellum, aut in provincias.* Cæſar Caſſium ſibi legavit.

LEGERE, uytkieſen.

Legere, *pro eligere, deligere.* Verba legenda

genda ſunt benè ſonantia. Legere aliquem in Senatum.

LEVARE, Verſwacken, verminderen.

Levare, *pro levius facere & imminuere.* Auctoritas levatur inconſtantia. Levare annonam.

LIBENS, Gaerne.

Libens, *cui contrarium* invitus. Utrum libenter an inviti dabant.

LIBRARIUS, Een ſchryver, een copyiſt.

Legi literas, non tuas, ſed librarii tui. Tabulas ab omnibus librariis deſcribi imperavi.

LICET, Als 't u belieft.

Licet *cum ſubjunctivo modo, idem quod, ſi placet, ſi velis, ſi videatur.* Vel hoc ipſi dicas licet. Orationem tibi mitto, ex qua licet pauca deguſtes. Sequamur Hermagoram licebit.

LITURA, Een uytſchrapping.

Litura, *eſt quando verbum aliquod inducitur & deletur.* Mendum ſcripturæ tollitur litura, [een fout van ſchrijven word weg genomen door uit te ſchrappen]. Hoc verbum totum eſt in litura, [Dat is ganſch uytgeſchrapt].

LOCARE, Aenbeſteden.

Locare, *pro faciundum aut curandum aliquid alicui certa pecunia committere.* Ædilis plateam ſternendam locavit. Locare opus faciendum maxima pecunia.

Locare ſe & operas, *id eſt, ſervire alicui pro pecunia.* Locat ſe non minus 200. flor. annuis. Hominis operam, non caballi, locavi: Petronius.

LONGE ESSE, vel ABESSE, Van af zijn.

Longè eſſe, vel abeſſe, *pro procul diſtare.* Quàm longè hinc eſt in Galliam? Auguſta quàm longè ſit neſcio.

Longè, [Seer, veel], *cum poſitivo & ſuperlativo.* Longè diverſus. Longè diverſiſſimus, & longiſſimè diverſus. Vir longè poſt natos homines improbiſſimus.

Longum, [veel]. eſt dicere, longius aliquid facere. De omnibus longum eſt mihi dicere, præſertim ad alia properanti. Non faciam longius: huc enim pertinet.

Longius nihil eſt, [Niets valt my langer]. *Ita Cicero loquitur ingens deſiderium exprimens.* Nihil ſibi fuiſſe longius, quàm ut me videres. Nihil mihi longius, quàm colloquio tuo frui.

LUCET, vel LUCESCIT, Het word dag.

Cum adveſperaſceret, ita noctu iter feci, ut poſtridiè cum luceſceret, illic eſſem. Nondum legere poteramus, nam & lumina dimiſeramus, nec ſatis lucebat.

LUX, Dag.

Lux, *pro die.* Hæc eſt centeſima lux ab interitu Clodii. Luce in foro palam aggredi, [By den helderen dag]. Prima luce, [s' Morgens vroeg].

LUDIBUNDUS, Al ſpelende.

Ludibundus, *facit aliquid, vel aliquo venit, id eſt, quaſi ludendo & jocando, nec multum ſollicitus.* Hoc ſi effecero, cætera ludibundus perficiam.

LUMEN, een kaars.

Lumen, *vulgò candela.* Noctu lumine appoſito experrectus. Vos mihi tantis tenebris clariſſimum lumen prætuliſtis.

LUMINA, Oogen.

Lumina, *pro oculis.* Democritus luminibus amiſſis alba & atra diſcernere non poterat.

M.

MAlum, *increpandi vox.*, [De plaag]! Quæ (malum) ſtultitia fuit.

MAN-

MANCIPIUM, Bezittingh, eygendom.

Mancipium, *res quæ poſſidetur, ſive dominium & proprietas.* Sum uſu tuus, poſſeſſione Attici: ergò fructus eſt tuus, mancipium illius.

MANDARE, Toevertrouwen.

Mandare alicui honores, magiſtratus, *pro concedere.* Mihi magiſtratum populus Romanus mandavit.

Mandare, [Opſchrijven, vervatten, inprenten], *literis, monumentis, hiſtoriis, verſibus, animis, &c. de iis quæ conſervare volumus.* Hoc Cæſaris factum immortalitati mandavit Virgilius. Percipite quæ dicam, & ea penitus animis veſtris mentibuſque mandate.

MANARE, Vloeyen, ſig verſpreyen.

Manare, *propriè eſt fluere, metaphoricè oriri ex aliquo, & pervenire aliquo.* Herculis ſimulacrum multo ſudore manavit. Rumor ſine capite manans, & cujus auctor non exſtat. Hoc malum per totam Germaniam manavit. Peccata ex vitiis manant.

MAXIME.

Maximè *junctum cum* qui vel cum, [Als yemant, als ooyt kan &c]. Domus celebratur (*id eſt, plena eſt*) ut cum maximè. Tam te amo, quàm qui maximè.

Maximè, [Voornamentlijk, inſonderheyd], *pro imprimis, præſertim.* Legendæ ſunt hiſtoriæ, maximè Romanæ. Putavi aliquid ſcribendum eſſe, eo maximè, quod animi penderes.

MEDII, Die het met geen party houden.

Medios, *vocat Cic. quos vulgus neutrales, qui neutram partem ſequuntur.*

In medium venire, proferre, vocare, [Yets voortbrengen]. Primùm veniat in medium Epicuri ratio. Cogitata in medium proferre.

MEMINI, 't Gegeugt my.

Memini, *cum præſenti infinitivo.* Memini me legere, *id eſt, me legiſſe.*

MEMORIA, Tijd.

Memoria, *pro ætate, vel tempore.* Omnia bella, quæ memoria noſtra fuerunt: Princeps hujus memoriæ Juriſconſultorum. Tanta multitudo quanta, mea memoria, nunquam ullo in judicio fuit.

Memoria, [Geſchriften], *pro ſcriptis, hoc eſt monumentis, quibus res geſtæ conſervantur.*

MERCES, Jaarlijkſe Inkomſten.

Merces, *annui reditus ex fundis & prædiis.* Vides, ſi amicitiam emolumento metiare, ſummas familiaritates prędiorum pretioſorum mercede ſuperari.

MERERE, in den oorlog dienen, voor Soldaet dienen.

Merere, *pro militare ſub aliquo.* Murena adoleſcens Pompejo imperatore meruit. Aliqua ſtipendia meruit, [hy had verſcheyde tochten gedaan].

MICARE, Slaan.

Micare *de venis, id eſt, pulſare.* Venæ & arteriæ micare non deſinunt.

MISCERE, inſchenken.

Miſcere, *pro infundere vinum.* Qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens.

MITTO, ik wil niet, ik ſal niet.

Mitto, *pro nolo.* Mitto hic aliquid commemorare, [ik wil niet, ik ſal niet ſeggen, ik ſal ſwijgen].

Mittere vocem, [voor yets ſpreken], ridicula, *pro dicere.* Vocem pro Republica nemo miſit. Jacere ac mittere ridicula cœpit.

MISSUM FACERE, Laten gaan.

Miſſum facere, *eum, qui in noſtra poteſtate aut nobiſcum eſt, dimittere.* Legiones bello confecto miſſas fecit.

Miſſam facere rem aliquam, *id eſt, omittere, prætermittere,* [Laten vaaren, laten blijven]. Sed miſſa hæc facio, quæ jam facta ſunt. Qui voluptatibus ducuntur, miſſos faciant honores,

honores, *id eſt, ne petant aut capiant.*

MOMENTVM, Een weynig tijds.

Momentum, *pro puncto temporis.* Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. Paulo momento huc illuc impellitur, *id eſt, eſt inconſtans.*

Momentum, *pro occaſione vel mutatione temporum.*

Momentum, *pro vi, valore, & pondere rei,* [Daar is veel of weynig aan gelegen]. Illud eſt maximi momenti & ponderis. Unam quamque rem exiſtimare, momentoque ſuo ponderare. In his maxima momenta ſunt ad beatè vivendum. In Repub. permagni momenti eſt inclinatio temporum.

MORDICUS AVFERRE, Afbyten. heel afbyten.

Auriculam mihi mordicus abſtulit.

MORARI, Ophouden, beletten.

Morari aliquem, *pro impedire.* Abire cogito, ſed me ſartor moratur.

MOVERE, Verdrijven, weg gaan.

Movere ſe loco, *id eſt, abire.* Moveri poſſeſſionibus & penatibus ſuis, *id eſt, vi exturbari & ejici,* [Met geweld verdreven werden].

MULTO, Veel, lang, ſeer.

Multò, *cum ſuperlativo jungitur.* Conſpectus mihi veſter multò jucundiſſimus eſt viſus. Pars multò maxima.

Multus in re aliqua, [Die in een ſaak lang beſig is. wijdluftig], *qui diu in re verſatus eſt, vel etiam nimis prolixus,* [wijdluftig].

Multum eſſe, [Agtbaar ſijn, veel geagt worden], *multi putari, id eſt, magni exiſtimari, magni fieri.* Nomen tuum multum eſt in his locis. Dum ſuam eruditionem multi exiſtimari volunt, ridentur.

MUTARI.

Mutari civitate, [Op een andere plaats borger worden], *id eſt, civem fieri alterius civitatis.* Ne quis invitus civitate mutetur, neu in civitate maneat invitus.

MVTVARE, Leenen.

Mutuum aliquid dare vel ſumere, [leenen te leen geven, of leenen te leen ontfangen], *vulgò dicunt accipere mutuum vel mutuo, dare mutuo, barbarè.* Sumere pecunias mutuas. Dare alicui frumentum mutuum.

Mutuari, *vulgo mutuo accipere,* [Afleenen leenen van]. Pecuniam ab illo mutuatus ſum. Virtus à viris nomen mutuata eſt.

N.

NARRARE, Seggen, verſekeren.

Narro tibi, *id eſt, ſignifico tibi,* [Ik verſeker u]. Narro tibi, planè relegatus mihi videor, poſteaquam rurſum, &c.

NATV GRANDIS, Oud.

Natu grandis, *id eſt, ſenex.* Non admodum natu grandis, ſed tamen ætate provectior. Sic: major natu, minor, natu, maximus natu.

NAVARE OPERAM, Sijn arbeyd wel beſteden, aanleggen.

Navare operam, *id eſt, benè collocare.* At jam videor mihi navaſſe operam, quod huc venerim.

NEDVM, Veel minder.

Nedum, *id eſt, multo minus.* Me nihil iſtorum, ne juvenē quidem movit unquam, nedum ſenem.

NEFAS, ongeoorloft, niet toegelaten zijn.

Nefas eſſe vel haberi, *pro non licere.* Pacatos turbare nefas eſt. Jehovam Ægyptii nefas habent nominare.

NOMEN, Schulden.

Nomen, *idem quod debitum.* Exigere ſua nomina. Pecuniam in nominibus, & non numeratam habet.

NVBERE, Huwelijken, trouwen met.

Nubere alicui, cum aliquo, & in domum alicujus. Cum illo nupta eſt ſoror. In ampliſſimam familiam nubere.

NVLLVS, Niet.

Nullus, *pro non.* Quicquid ſibi velit, nullus adſequor. *Comicorum eſt.*

NVMERARE, Betalen.

Numerare, *pro ſolvere.* Militibus ſtipendium numerare.

Numerus, [Agting], *pro loco, exiſtimatione.* Ille tibi fuit parentis numero. Eſſe in aliquo numero. In nullo oratorum numero venire.

NVN-

NVNCIVS, een bode of een boodſchap.

Nuncium *barbarum eſt.* Ex Vngaria triſtes nuncii venerunt.

O.

OBDVRESCERE, Verharden.

Obdureſcere ad aliquid, contra aliquid, [Tegen yets verharden].

OBIRE, Omreyſen.

Obire, *pro circumire loco.* Totam Siciliam 50. diebus obii. Fundos ſuos obire & res ruſticas inviſere.

Obire rem, [volvoeren, verrigten], *pro exequi peragere.* Quantum cæteris ad res ſuas obeundas conceditur temporis. Obire negotia.

OBSERVARE, eeren, in waarde en eere houden.

Qui me ſicut alterum parentem & obſervat & diligit. Colere & obſervare aliquem. Sic. Obſervans, Obſervantia, [eerbieding]. Ille eſt noſtri obſervantiſſimus. Mea tibi obſervantia nunquam defuit.

OBSIGNARE, Verſegelen, toeſegelen.

OBSTRVERE LVMINI, Yemants ligt of geſigt betimmeren.

OBTESTARI, Ootmoedig bidden.

Obteſtari, *pro ſuppliciter rogare.* Tuam fidem obteſtor. Id ut facias, te obteſtor, atque obſecro.

OBTINGERE, Overkomen, te beurt vallen.

In ſortiendo Gallia mihi provincia obtigit. Si quid obtigerit, æquo animo paratoque moriar.

OBTVTVS, Geſigt.

Obtutus vis videndi in oculo, viſus. Hæc res oculorum obtutũ effugit. Obtutũ aliquò figere.

OBVERSARI, In gedachten hebben, in den ſin ſpelen.

Ipſa veritas & recta ratio mihi obverſatur. Mihi obverſatur ante oculos reipub. dignitas.

OCCVRRERE, In 't gemoet komen, voorkomen, beletten.

Occurrere alicui, *metaphoricè.*

OFFENDERE, ergens tegen ſtoten.

Quis eſt tàm lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer, [Hy is van 't Paard gevallen en heeft ſijn zijde ſwaar gequetſt].

OFFICERE, Yemand in de Zon of in 't Ligt ſtaan.

Officere alicui. Officere apricanti, *id eſt, ſoli ſe exponenti.* Terræ umbra ſoli officit.

OFFVNDERE, verdonkere, verduyſtere.

Offundere alicui tenebras, *id eſt, obſcurare.* Tu vitâ quam turpiter egiſti, majoribus tuis magnas offudiſti tenebras. Hic error & hæc indoctorum animis offuſa caligo.

OMNIS, Ganz.

Omnis, *pro toto*, Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. Omne cœlum totamque terram mente complecti.

OPERÆ, ARVM, Die in een dag-huer werken, dag-werkers, werk-luy.

Operæ, arum, *id eſt, operarii.* Operis typographicis hoc mendum imputetur, [ſetter, letterſetter].

OPORTVNVS, Nuttig, dienſtig.

Oportunus, *pro commodo*, Cæteræ res oportunæ ſunt, ſingulæ rebus ferè ſingulis: divitiæ, opes, ut colaris.

OPVS, Konſt, werk.

Opus, *pro ipſo artificio, vel quod arte aliqua perfectum eſt.* Tabula omni antiquo opere & ſummo artificio facta. Stragulum magnificis operibus pictum.

ORTVS, Oorſpronk.

Ortus, *pro origine & initio.* Cato ortu Tuſculanus fuit, civitate Romanus. Quod nullum habet ortum.

OTIVM, Lege tijd, vredens tijd.

Otium *vocabant tempus, quo bellum non erat, & literis operam dabant.* Honeſta ſtudia per otium concelebrata ab optimis viris.

P.

Par, atque, [even ſoo veel als]. Si par in nobis atq; in illo ſcientia fuiſſet. Mihi omnia

paria tecum ſunt, [Ik ben ſoo goed, ſoo edel, ſoo rijk als gy].

PARITER, Op gelijke wijs, even veel.

Pariter, *id eſt, ſimiliter, pari modò.* Pecuniâ pariter omnes egemus. Video pariter dominorum & ſervorum greges.

PARITER, Te gelijk met &c. 't ſamen.

Pariter, *pro unà cum.*

PARTE MAGNA, Voor't meeſte gedeelte, voor een groot gedeelte.

Parte magna, & ex magna parte. Magna parte ad verum accedit. Omninò, aut magna ex parte liberatus.

Partes *ſæpè omittitur, eleganter.* Giphanio ſine controverſia in jure primæ deferendæ ſunt, debentur. Facilè primas tenet, *ſc. partes.*

PACE TUA DIXERIM, Met permiſſie of toelating, met verlof.

Pace tua dixerim. Cujus ego judicium (pace tua dixerim) longè antepono tuo.

PEJUS ODISSE, Erger haten.

Pejus odiſſe, fugere, *pro plus magis.* Neminem te pejus odi. Cane pejus, & angue odiſſe, fugere aliquem, [Haten als de peſt].

PENDERE, Twijfelen, in twijfel ſijn.

Pendere, & pendere animi vel animo, *pro dubitare anxium eſſe.* Ne diutius pendeas, palmam tulit. Animi pendeo de te, & de me. Exſpectando & deſiderandò pendemus animis, cruciamur, angimur.

PER, Mijnent halve.

Per *ſæpe permiſſionem ſignificat.* Per me quidem facies ut voles. Ego tibi per ætatem filii loco eſſe poſſem. Per leges non licet.

PERAGRARE, Doorreyſen.

Omnes provincias peragravit.

PERCREBESCERE, Rugtbaar worden, onder 't volk raken.

Percrebeſcere, divolgari. Res percrebuit, in ore atque ſermone omnium eſſe cœpit. Cum fama de victoria illa percrebuit. Opinio apud exteras nationes omnium ſermone percrebuit.

PERCUTERE, Slaan, ſmyten.

Percutere, *de inſtrumentis gravioribus dicitur, quibus vulneramur vel occidimur:* verberare, *de virgis & fuſtibus.*

PERDUCERE, Ergens toe brengen.

Ira illum ad mortem perduxit. Perduxit me ad ſuam ſententiam.

PERFUGIUM, Toevlugt.

Perfugium, *vulgo refugium.*

PERFUNDERE, Begieten.

Perfundere, *metaphoricè, pro adficere, replere aliquem.*

PERHORESCERE, Een afſchrik hebben van yets.

Non ſolum commoveor animo, ſed etiam toto corpore perhorreſco. Illius diei memoriam perhorreſco.

PERICULUM EST, 't Is te ſorgen, 't is te vreeſen.

Summum erat periculum, ne ſi nihil impetrarent, à Senatu alienarentur.

Periculo ſuo, [Met ſijn gevaar], *pro ſumptu vel damno ſuo.* Etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet, ['t Is op u rekening, gy ſtaat'er voor]. Meo periculo hoc facias, [Ik ſta'er voor, ik blijver goed voor].

PERINDE, Even als, gelijk als.

Perinde, *pro ſimiliter, tanquam, æquè.* Lætatur, perinde ac ſi jam vicerit. Meas injurias perinde doleas, ut me exiſtimas dolere tuas. In luctu capillum evellit, perinde quaſi mœror calvitio levaretur: [Even als wanneer].

PERMISCERE, Vermengen.

Permiſcere aliquo, & cum aliquo. Ego fructus magna acerbitate permixtos tuli. Ne ſordes tuas cum tantorum virorum ſplendore permiſceas.

PERMULCERE, Strelen. ymand ſagtjes handelen.

Somnus permulcet aures. Auditorem permulcere atque allicere.

PERMUTARE PECUNIAM, Geld op wiſſel ontfangen.

Noribergæ permutabis, quod ſit in annuum ſumptum ſatis.

PERPETUA ORATIO, Een rede, waar tuſſchen niemant ſpreekt.

Pompejum oratione perpetua accuſavit.

PER-

PERQUAM, Seer.

Perquam, *pro valdè.*

PERSCRIBERE, Opſchrijven.

Perſcribere, *generaliter, pro referre in tabulas vel privatas vel publicas.* Conſtituti qui omnium judicum dicta perſcriberent.

PERSTRINGERE, Doorſtrijken, overhalen, aanroeren.

Perſtringere aliquem, *id eſt, dicendo aliquem deſcribere, & reprehendere.* Voluntatem meam aſperioribus verbis ſæpè perſtrinxit impunè.

PONERE, Aanwenden, beſteden.

Ponere tempus, ſtudium in re, &c. Multum operæ in ea re poſui. Se totum in emendandis auctoribus ponere. In Republica omnis noſtra cura, cogitatio, opera poni debet.

Ponere, [houden, rekenen]. in laude, *pro numerare, exiſtimare.* Latinè loqui, in magna laude ponendum. Mala conſuetudo loquendi in vitio ponitur. Ponere aliquid in loco beneficii, loco ſceleris. Ponere mortem in malis.

Ponere beneficium, [Aanleggen, beſteden]. Optimè apud ipſum operam poſueris. Benè, præclariſſimè ſtudium ſuum & officium, apud aliquem ponere.

Ponere, [Hoog agten], *pro magni æſtimare.* Credibile non eſt, quantum in prudentia tua & fide ponam.

POSTULARE, Aanklagen.

Poſtulare, *pro accuſare.* Poſtulare aliquem de vi & ambitu.

POTESTAS, Bequaamheyd om ſig te regeeren. Magt over ſig ſelfs.

Poteſtas, *pro ratione & conſilio:* ut exire de poteſtate, *id eſt, non eſſe apud ſe, incidere in ecſtaſin,* [Beſwijken, van ſijn ſelven vallen]. Iratos dicimus exiſſe de poteſtate, *id eſt, de conſilio, de ratione, de mente.*

POTIO, een Beker, glas.

Tribus potionibus è lege ſiccatis. *Petron.*

POTIRI, het hoogſte bewind hebben.

Potiri rerum, regni, *pro regnum tenere.* Roma rerum potita.

POTIUS, OR, Liever, geachter.

Potius eſſe *vel* ducere, *pro anteferre,* [meer agten]. Fama potior eſſe debet, quàm divitiæ. Mors civibus Romanis ſervitute potior. Cùm domum rediiſſem, nihil mihi fuit potius, quam ut ad te ſcriberem.

PRÆ, Van wegen.

Præ, *pro propter.* Præ lacrymis loqui non poteſt. Præ ſolicitudine plura ſcribere non poſſum. Præ cura jocari non poteram.

PRÆCIDERE, Afhacken, afhouwen.

Præcidere, *propriè amputare.* Manum illi gladio præcidit.

Præcidere, *metaphoricè pro auferre, abrumpere,* [weygeren, afſlaan].

Præcidere, [ronduyt weygeren]. Nunquam reo tàm humili, tàm nocenti, tàm præcisè negavi, quàm hic mihi planè ſine ulla exceptione præcidit, *id eſt, negavit.*

PRÆCIPITARE, Neerſtorten, hellen, ondergaan.

Præcipitare, *pro ſe præcipitare, præcipitari ſeu præcipitem ferri.* Reipub. præcipitanti ſubvenire. Sol jam præcipitans, *id eſt, occidens.* Loca ubi Danubius præcipitat ex altiſſimis montibus.

PRÆCIPUE, In't particulier, yder voor ſijn hooft.

Præcipuè, *non ſignificat præſertim, ſed ſingulariter, præ cæteris.* Nihil tibi præcipuè timendum eſt: *id eſt, nobis tàm timendum eſt, quàm tibi.* Nil ſibi appetit præcipuè, vult communi, atque eodem, quo cæteri, jure vivere.

PRÆCURRERE, Voorgaan.

Præcurrere aliquem, & alicui, *pro præcedere, quod apud Cic. non extat.* Horum uterque Iſocratem ætate præcurrit. Illum tibi præcurrere vix honeſtum eſt. Homo iners diligentem non præcurrit.

PRÆFARI, Voor af ſeggen.

Pręfari aliquid. Antiqui omnibus rebus agendis, quod honum fauſtumque eſſet, præfabantur.

Præfari honorem, veniam, [Verlof verſoeken eer men yets ongeſchikts ſegt].

PRÆSTARE, Voor yemand inſtaan, goed ſijn voor.

Præſtare, *id eſt, pro ſuo periculo in ſe recipere.* Hunc rumorem verum eſſe quis præſtare poterit?

rit? Præſtabo, ſumptum nuſquam melius poni poſſe. Perge, iſtam culpam quam vereris, ego præſtabo. Præſtabo, ſi Cæſarem benè novi, eum tuæ dignitatis rationem habiturum. Me non ingratum eſſe præſtabo.

PRÆSTO ESSE, Ten dienſt zijn, byzijn.

Prę ſto eſſe, *pro adeſſe.* Cui cauſæ tu quoq; prę ſtò fuiſti. Miles Duci ſuo ad aciem præſto fuit.

PRÆTER CÆTEROS, Boven anderen.

Prę ter cę teros, *pro præ cæteris.* Attici in eo genere præter cæteros excellunt. Hac de re nihil habeo, quod, præter cæteros, ipſe ſentiam.

PRIMO QUOQUE TEMPORE, Soo ras als't mogelijk is, met den eerſte.

Primo quoque tempore; *pro quàm primum poteſt, quantum poteſt.* Peto ut primo quoque die huc advenias. Intereſt omnes copias, in unum locum, primo quoque tempore convenire.

PRINCEPS, Den eerſte, 't eerſt.

Princeps *pro primus.* Ariſtoteles princeps auſus eſt, Logicen præceptis comprehendere.

PRIVILEGIUM, een particuliere wet.

Privilegium, *Ciceroni eſt lex de privato homine lata, & plerumque in vitio ponitur.* Cives indemnatos exturbare privilegiis tyrannicis irrogatis.

PRO, Na, volgens.

Pro, *idem quod vulgo, ſecundum.* Hæc pro tua prudentia conſiderabis. Te pro admirabili tua ac ſingulari ſapientia, &c.

Pro, [voor], *idem quod ante.* Milites præſidiarii pro templis collocati. Sedens pro æde Caſtoris.

PROBE, ſeer wel.

Probè, *pro benè & rectè.* Quem tu probè noviſti. Probè teneo, ſcio. Illud probè judicas, dicis. De Saturnino curaſti probè.

PROCEDERE HONORIBUS, In eer en aanſien toenemen.

Procedere honoribus; *id eſt, ad majores honores pervenire.* Is proceſſiſſet honoribus longius, niſi ſemper infirma atque ægra valetudine eſſet.

Procedere, *pro ſuccedere,* [gelukken]. Omnia, ut ſpero, proſperè procedent. Benè, pulcrè, parùm alicui procedere. Nonnunquam ſummis oratoribus, non ſatis, ex ſententia, eventus dicendi procedit.

Procedere ratione & via, [in goede order voortgaan], *ita dicitur oratio quæ methodicè & bono ordine, ſeu methodo inſtituitur.*

PRODIRE, Te voorſchijn komen, gaan.

Prodire, *pro exire ex ædibus.* Scio te in publicum non prodire. Obviam alicui prodire.

PRODERE, Beſchrijven, aantekenen, ter gedachtenis nalaten.

Prodere, *id eſt, rei alicujus memoriam, ſcriptis, vel alio modo ad poſteros tranſmittere.* Rem hanc à patribus acceptam ad poſteros prodiderunt. Sermonem alicujus memorię prodere. Memorię ac literis proditum eſt. *Vide ſuprà* Memoria.

PROSCRIBERE DOMUM, Te koop hangen, aanſlaan.

Proſcribere domum, agrum &c. *Inſcribere, eſſe venalem, proclamare, publicare.* Bona alicujus proſcribere. Non poteſt quæ proſcribit, vendere. Auctionem ſe facturum eſſe proſcribit.

Proſcribere, [Bannen, in ballingſchap ſenden], *pro relegare, in exilium ejicere.* Antonius Ciceronem proſcripſit.

PROSEQUI, Uytgeley doen.

Proſequi, *honoris vel officii cauſa aliquem, ſequi, vel comitari.* Domitium cum equis perſecuti ſunt, [Te paard uytgeley doen].

Proſequi in dicendo, *pro perſequi,* [uytvoeren, voleynden]. Non longius id proſequar, quàm mea fides poſtulabit. Hunc locum totum Giphanius proſecutus eſt. Ea quæ ſentio, de omni genere dicendi, ſubtiliter proſequar.

PROVEHERE, Vervoeren, brengen.

Provehere, *metaphoricè de variis dicitur, pro adducere, perſuadere, facere, ut quis longius in ſpe, vel oratione, vel aliis adfectibus, perveniat.*

PROXIME, Na.

Proximè aliquem, *pro poſt aliquem.* Operam da, ut cum tuis copiis quam proximè Viennam ſis. Proximè & ſecundùm Deos, homines hominibus maxime utiles eſſe poſſunt.

PUL-

PULVINUS, Een kuſſen.

Pulvinus, *non verò pulvinar.* Pulvinum popoſcit, & omnes, in iis ſedibus, quæ erant ſub arbore, conſiderunt.

Q.

QUa, *pro quoad, quantum attinet, vel etiam, pro tanquam,* [Wat betreft, ſoo wel, als]. Qua genere, qua virtute nobilis. Eum odere, qua viri, qua mulieres.

QUADRARE, Ronde perioden maken, een rede volmaken.

Quadrare, vel in quadrum redigere *orationem, idem eſt, quod explere, & ſuis numeris perficere.* Sic minimè advertetur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis induſtria. Redigere ſententias in quadrum numerum.

QUÆRERE, Verhooren.

Quærere, *dicitur judex, qui inquirit aliquid, vel verbis, vel tormentis.*

QUAM, Na dat.

Quàm, *de tempore eleganter dicitur.* Literas tuas poſtridiè quàm accepit, [Daags na dat hy uwen brief ontfangen heeft]. Tabellarii venerunt poſt diem quadrageſimum & ſextum, quàm à nobis diſceſſerant. Undecimo die poſt, quam à te diſceſſeram.

QUAMOBREM, waarom, weshalven.

Quamobrem, *pro cur, in media oratione.* Multa mihi veniebant in mentem, quamobrem ita fore putat rem. Nihil rationis adfers, quamobrem ſi libertas adimi nullo modo poſſit, civitas poſſit.

QUANDO, Dewijl.

Quando, *pro quoniam.*

QUEMADMODUM, Hoe, op wat wijs.

Quemadmodum, *pro quomodo.*

QUERI, Beklagen.

Queri aliquid & cum aliquo.

QUID, Wat?

Quid, Quid enim, Quid ergo, *Voces ſunt contendendi, quando nobiſcum vel cum aliis quaſi rixamur.* Quid? Ariſtotelem nonne miramur?

Quid? quod in contendendo quoq; eo utimur, [wat? wat ſegje hier toe? wat ſegt gy hier op]? Quid, quod ſapientiſſimus quiſque æquo animo moritur.

Quid multa? [wat ſijn'er woorden van nooden? kort om]. *pro, quid opus eſt verbis?* Gravate ille primò: quid multa? Impetrat.

Quid eſt cur? [wat is de oorſaak]? Quid eſt quod, quamobrem &c. *pro cur.* Quid eſt quod tu alios accuſes. Quid eſt, quamobrem illi huc venire non liceat.

Quidem, *ferè in fine poſitum.*

Quin *varia ſignificat, de quibus vide Schorum.*

QUOMODO, Gelijk.

Quomodo, *pro velut, ſicut.* Poſtulatio brevis & (quomodo mihi perſuadeo) aliquantò æquior. Ita me conſulem feciſtis, quomodo pauci, in hac civitate, facti ſunt.

R.

RECENS, Nieuw.

REcens, *id eſt, novus.* In altera epiſtola, quæ mihi recentior videbatur. Homerus recens ab illorum ætate fuit. Exſpecto recens aliquid, *id eſt, novum.*

REDIGERE, Tot geld maken.

Redigere, bona, pecuniam, *id eſt, congerere, colligere.* Redigere pecuniam ex bonis venditis. Redigere pecuniam ex vectigalibus.

Redigere in memoriam, [Te binne brengen, herinneren].

REDEMPTOR, Aannemer van een werk.

Redemptor, *qui aliquid conducit.* Redemptor, qui columnam illam Torquato conduxerat faciendam.

REDUNDARE, Overvloedig ſijn.

Redundare, *pro ſuperfluum eſſe.* In definitionibus neque abeſſe quicquam debet, neque redundare.

REFERRE, Laten gaan.

Referre animum, oculos ad aliquid. Age nunc, refer animum, ſis, ad veritatem & conſidera. Animum & oculos ad illum refer.

Referre acceptum datum [Iets aanſchrijven als ontfangen of uytgegeven], *pro ſcribere in libro ſuo, ſe accepiſſe, vel expendiſſe.*

Referre ad aliquem, [yemand yets voorſtellen en daar over berigt begeeren, naa yemands oordeel vragen]. De rebus obſcuris & incertis ad Apollinem referendum.

REFICERE, Verquicken.

Reficere, *vulgò refocillare.*

REFUTARE, Met geweld ſtuyten.

Refutare, *pro vi reprimere.* Si in me impetum facere conabitur, reſiſtam, & ejus conatum refutabo. Turcam bello refutare.

RELAXARE, Bevrijden.

Relaxare aliquid ab aliquo, *metaphoricè pro liberare, & eximere.*

RELEVARE, Ontlaſt worden.

Relevare, *pro levare.* Ad breve quoddam tempus cura & metu relevari. Animus moleſtiis relevatur.

REMITTERE, ſlap worden, verminderen.

Remittere, *cui opponitur* intendere, ingraveſcere.

Remittere, *vulgò condonare*, [vergeven]. Tibi remitto atque concedo, ut eum defendas. Cum mihi centum florenos deberet, viginti ipſi remiſi.

REMUNERARE, Vergelden.

Remunerare, vel, ari aliquem.

RENUNCIARE, Opſeggen.

REPONERE, ymand ſtellen, rekenen onder &c.

Homines mortuos in Deos reponere. Te in meis repono. In numero proborum hominum reponi.

REVELLERE, Afwerpen.

Revellere, *eſt vi tollere id, quod fixum eſt.* Vngaria eſt janua Germaniæ, qua effracta & revulſa, tota patet Auſtria. De corpore alicujus tela revellere. Qui jus civile contemnit, is vincula judiciorum revellit.

ROGARE, Omvragen, geven &c.

Rogare legem. Lex de civium ſupplicio rogata.

Rogatio, [Vraag, een wet] *quæſtio, qua Magiſtratus populum rogabat, vellet ne hoc vel illud fieri.* Promulgabatur, ab illo rogatio, de mea pernicie.

S.

SALUTARIS, Heylſaam.

SAlubris & ſalutaris, [heylſaam, nut. geſont]. Salutifer *vulgò.* Tractatio literarum mihi ſalutaris fuit. Nec amœnus, nec ſalutaris locus. Salubriſne, an peſtilens annus futurus ſit.

SARTA TECTA, volkomen, ongeſchonde.

Sarta tecta, *dicebantur ædificia, quæ integra & perfecta eſſent, ut nihil deſiderari poſſet.*

SCRIBERE, Schrijven.

Scribere ſua manu, *vulgò propria manu.* Legimus literas, & ſcriptum ipſius manu.

SECUNDUM, Na.

Secundùm, *id eſt, proximè poſt.* Secundùm te nemo mihi eſt illo amicior. Duo vulnera accepit, unum in ſtomacho, alterum in capite, ſecundum aurem. Secundùm hæc verba, *id eſt, ſtatim poſt, apud Petronium.*

Secundùm, *idem pro me.* Prætor ſecundùm me judicavit. Secundùm me ſententiam dixit.

SERMO, een t'Samenſpraak.

Sermo, *Ciceroni idem quod Dialogus.* Feci ſermonem habitum inter nos.

Sermonem dare, in ſermonem venire, [Op de tong raken]. In ſermonem hominum, atque in magnam vituperationem venirem, ſi ibi manerem, varios hominibus ſermones darem. Varios ſermones excitarem.

SIGNUM, Signet.

Signum, *idem quod ſigillum.* Nec ſignum tuum in epiſtola, nec dies, appoſitus eſt.

SIMILITER, UT AC, gelijk als.

Similiter, ut, ac, atque. ſimiliter facit, ut ſi quis, &c. Tu qui hoc quæris, ſimiliter facis, ac ſi me roges cur, &c.

SIMUL, SIMUL AC, Alſoo haaſt, ſoo ras.

Simul, ſimul ac, ſimulatque, ſimul ut. Qui ſimul ac me vidit, ut vales inquit. Simul ac poteſtas primum data eſt. Simul ut videro, compellabo eum. Simulatque aliquid audiero, ad te ſcribam.

SOLITUDO, eenſaamheid, verlatenheid

Solitudo, *de homine quoque dicitur, qui ferè ab omnibus deſertus eſt.*

SPATIUM, een wandelplaats, een oort.

Spatium, *pro loco, in quo ambulare, aut ſpatiari animi aut colloquendi cauſa, aut etiam ubi currere, & exercere ſe ſolebant.*

STATIM UT, So haaſt als.

Statim ut, *pro ſimulatque.*

STARE, Te vreden zijn.

Stare aliqua re, *pro conſtanter manere, acquiſcere.*

STOMACHUS, Toorn, gramſchap.

Stomachus, *pro indignatione, ira.* Homo exarit iracundia & ſtomacho.

STUDERE, Yemand genegen ſijn.

Studere alicui, *pro favere, operam dare.*

Studioſus alicujus, *id eſt favens*, [gunſtig]. Ego mei ſtudioſos habeo cives. Attici noſtri te valdè ſtudioſum cognovi.

Studium, [Gunſt, genegentheyd], *pro favore, amore.*

Studere, [verlangen], *pro vehementer cupere, operam dare.* Ego ſemper otio ſtudui. Studeo ſcire quid egeris. Studeo ex te audire.

SUMMA, Den inhoud, begryp.

Summa alicujus rei, *in quo tota res poſita eſt, ſive conſiſtit.* Summam rerum adminiſtrans, *id eſt*, Imperator. In hoc ſumma judicii totaque cauſa conſiſtit. Voluntas mea de ſumma Reipubl. ſemper eadem fuit, quæ tua.

Ad ſummam, *vulgò ſumma ſummarum.* Deinde, ad ſummam arbitrum me ſtatuere.

SUMERE, Beſtaan, ſig aanmatigen.

Sumere, *barbare præſumere.* Mihi non tantum ſumo, neque arrogo. Tantum mihi ſumſi, ut Reipublicæ gubernacula prehenderem.

SUPERARE, Overig ſijn.

Superare, *pro ſupereſſe, reſtare.* Quantum pecuniæ ſuperat. De eo, quod ipſi ſuperat, aliis gratificari vult.

SUSCIPERE, Op ſig nemen.

Animo aut ſpe majora ſuſcipere.

Suſcipi. [Geboren worden] *pro naſci.* Rempub. cui ſuſceptus es, reſpice. Qui à parentibus ſuſcepti educatique ſunt. In lucem ſuſcipi. Liberos ſuſcipere.

SUSTINERE, Te rug houden, tegen houden, ophouden.

Suſtinere ſe, currum, equum, &c. *pro reprimere, retinere.* Qui de omnibus ſuſtinet ſe ab adſentiendo. Suſtinebo equos, ſi locus is, quo feruntur equi, præceps erit. Qui è ſaxo præcipitavit, ſuſtinere ſe cum velit, non poteſt.

Suſtentare, *idem ſignificat.* Ut ſe ipſe ſuſtentat, ut omnia verba moderatur? Ædificationem ad tuum adventum ſuſtentari placebat.

T.

TABERNA.

TAberna, [een kraam een winkel]. Occluſis tabernis quæſtus minui ſolet.

Tabernarius, *qui in tabernis aliquid* vendit, [een Kramer een winkelier].

TACITUS, ſtilſwijgende.

Tacitus, *pro eo qui tacet.* Hoc tacitus nullo modo præterire poſſum.

Tacitus, [Die gene van welke men niet ſpreekt] *pro eo qui tacetur, occultus.* Si voluntas tacitis verbis intelligi poſſet, verbis non uteremur.

TENERE, Beſitten.

Tenere, *de animi adfectionibus dicitur.* Quæ te tenuit tanta dementia? Mirum me deſiderium tenet urbis. Neque ira, neque gratia, teneri.

TENTARE, aangrijpe, betaſte, bevoele.

Res propè manu tentari poteſt. Flumen tam frigidum, ut vix pede tentari poſſit.

Tentari morbo, [Aangegrepen aangetaſt worden], *cum quædam initia ſentimus.* Scripſeras te quodam valetudinis genere tentari.

TESTARI, ymant tot getuyge aanroepen.

Teſtari aliquem, *id eſt, teſtem implorare.* Deum teſtor, me integro animo hoc facere. Ipſum meum fratrem teſtatus eſt, ſe egiſſe. Deos hominesq; teſtor, [Ik betuyg voor God en de werelt].

TRANSMITTERE, overtrecken, overſchepen.

Tranſmittere, *abſolutè idem notat, quod trajicere.* Cæſar in Africam transmiſit.

TURBARE, verwarren, in't warr' goyen.

Turbare, *pro confundere, commovere.* Miſcere & turbare omnia. Hæc non ſcribo, quæ palàm in Repub. turbantur. Omnia infima ſummis paria fecit, turbavit, miſcuit.

V.

VACARE, Ledig zijn.

VAcatio, [moeten] *vulgo vacantia.* Nos vitam beatam in vacatione rerū omnium ponimus, *id eſt*,

id eſt, [wanneermen niets te doen heeft]. Dare alicui vacationem laboris, & militiæ. Habere vacationem publici muneris, [Bevrijd ſijn van't waarnemen ſijner bediening].

VACARE.

Vacare, *non occupatum eſſe.* Scribes aliquid, ſi vacabis. Tantum Philologiæ triguendum, quantum vacabit à Juris ſtudio.

VACILLANTES LITTERÆ, Krom geſchreven.

Vacillantes litteræ, *id eſt, non rectè & ordine ſcriptæ.* Accepi tuam epiſtolam vacillantibus litteris.

UBI, waar.

Ubi terrarum, gentium, *id eſt, ubi.* Ubi terrarum ſit neſcio. Ubinam gentium ſumus.

VEHENS & INVEHENS, op rydende of varende.

Vehens & invehens, *pro eo qui vehitur.* Triton natantibus invehens belluis [op de ſwemmende Walviſſen rydende].

VENIA, Permiſſie. (met) verlof.

Venia *idem quod pax, de quo ſupra.* Bona hoc tua venia dixerim.

VENIT HÆREDITAS, aanſterven.

Mihi à propinquo hęreditas permagna venit. Venit mihi in mentem illius.

VERSURAM FACERE, gelt op intreſt nemen.

Verſuram facere, *vulgò pecuniam accipere ad intereſſe.* Non modo magno, ſed iniquiſſimo fœnore, verſuram facere coactus ſum.

VERSUS, een regel.

Verſus *vulgò linea.* Primus verſus epiſtolæ. Multos verſus uno ſpiritu pronunciare.

Vertens annus, *id eſt, integer perfectus.* Sol, anno vertente, Zodiacum luſtrat, [de Zon loopt in een geheel Jaar door al de twaalf tekenen].

VIS, Kracht, betekenis.

Vis, *id eſt, ſignificatio vocabuli.* Quæ vis inſit in his verbis, ſi attendes, intelliges. Vim verbi in aliud; atque cæteri accipiant, ducere. Ad hujuſce verbi vim, & interpretationem.

VISUM, een Geſicht.

Viſa ſomniantiū. Dormienti tale viſū objectū eſt. Cum me collegiſſem, id viſum pro nihilo habendum duxi.

USQUE, ſo ſeer dat &c.

Uſque eò ut, *pro adeo ut.* Quod Ametinis uſque eò viſum eſt indignum, ut fletus gemituſque tota urbe fieret. Uſque, *pro uſque ad.*

USURA, Gebruyk.

Uſura, *idem quod uſus.* Lucis uſuram alicui eripere, *id eſt, occidere.*

USUS, nut, nuttigheid.

Uſus, *pro utilitate.* Tironem propter modeſtiam malo ſalvum, quam propter uſum meū. Conciliare ſibi animos hominum, & ad uſus ſuos conjungere.

VSVS, kennis, ommegang.

Uſus, *pro familiaritate.* Eſt mihi cum eo domeſticus uſus, & conſuetudo. Vetus uſus inter nos intercedit. Cum illo ſummus eſt mihi uſus.

VSV VENIRE, gebeuren, overkomen.

Uſu venire, *pro accidere, evenire.* Hoc mihi uſu venturum, non arbitrabar.

UT, Na dat.

Vt, *pro poſtquam.* Vt ab urbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, quin, &c.

Vt, [ſchoongenome], *pro quamvis, poſito, conceſſo dato.* Nam quid de me dicam? cui ut omnia contingant, quę volo, levari non poſſum. Qui ut nihil aliud, hoc tamen profecit, dedit illi dolorem.

Vt, [hoe], *admirātis, pro, quomodo.* Vt ille tàm humilis, & dimiſſus erat? [hoe was hy ſo demoedig].

Vt, [dat niet]. *pro ut non.* Vereor, ut hoc tibi probem, [Ik vrees dat ik dit niet by u ſal goed maken]. Vereor ut his ſis contentus.

Vt ne, *pro ne.* Me obſecrare cœpit, ut ne deſererem.

VTIQVE, Derhalven.

Vtique, *pro igitur, omninò; ſæpè etiam ornatus tantum gratia ponitur.* Illud utique ſcire cupio, Quid cenſeas mihi faciendum, utique ſcribito. Vtique ſive hinc abiero, ſive hic ero oppreſſus, ea manet opinio.

VTI, Hebben.

Vti aliqua re, *pro habere aliquid.* Adverſis ventis uſi ſumus. In ea re, ſummis honoribus Imperiiſque uſi. Cæſar regno uti voluit.

Vti aliquo, *pro familiarem eſſe alicui, multum verſari cum aliquo*, [Met yemand goed vriend ſijn heel gemeenſaam met ymand omgaan]. Petru multum utitur Bruto. Lucio familiariſſimè utor Antonio multos annos utor, valdè familiariter

FINIS.

OBERTI GIFANI

OBSERVATIONES SINGULARES IN LINGUAM LATINAM.

In quibus ex Abditiſſimo uſu Politioris Latinitatis, dictionum, verborum, particularum, ſignificatus plane reconditi, in nulliſque adeo Lexicis, ſive Theſauris vulgatis obvii, eruuntur, & explicantur: multa item Authorum Latinorum loca ex libb. Mſſ^tis^. corriguntur ac reſtituuntur.

OBERTI GIFANI

Iuriſconſulti celeberrimi

OBSERVATIONES SINGULARES IN LINGUAM LATINAM.

A.

A , *vel* , Ab.

A*Djectivis nominibus brevitatis gratia jungitur, pro eo,* quod ad eam, *vel talem* rem attinet. *ut*, imparatus à pecunia, *h. e. quod ad pecuniam attinet. Cic.inBruto:* Sed ille Græcis ab omni laude felicior.

A , *&* , Ab, *pro*, poſt, *ſæpe Livius.*

Lib:V. Nunc à ſecundis rebus magis etiam inſolito cauti. *Et ibid.* Ibi eum incompoſito agmine negligentius ab re bene geſta euntem adorti , &c.

Ab, *pro eo,quod*, ſtatim poſt: *apud Livium.*

Lib XXIV. Tanto ardore militum eſt uſus ab ira interfectæ ſtationis , ut primo impetu urbem expugnarit *(ita v.c.) Et initio lib* 26. Ea tum cura maxime intentos habebat Romanos, non ab ira tantum , quæ in nullam civitatem unquam juſtior fuit, quam quod urbe,&c. (*ita & ibi v. c. ut & Lipſius admonuit.*

Abducere.

Vulgo utuntur pro, ex loco aliquo ducere : *ſed Veteres*,ex loco in alium ducere. *Unde ſæpe mutatum eſt in*, adducere, *contra v l. Terent. Eunuch.* Illa ilico ubi me accepit, læta ad ſe abducit domum. *Sic Adolph.* Ad me adducta eſt domum. *Plaut.Amph.*Ego huc ab navi me adducam Naucratem.*Cic.*Abduxi exercitum ad infeſtiſſimam Ciciliæ partem. *Liv.lib.27.*Productæ deinde in conſpectum ejus conjuges liberique lacrimantibus gaudio redduntur, atque eo die in hoſpitium abducti *(ſic ex v. l. reſtituit Rhenanus , ubi vulgo , ut ſæpe , adducti.)*

Abeſſe non poteſt , quin.

C. *Gracchus in P. Popilium:* Ea ſi temere repudiaretis,abeſſe non poteſt, quin aut eam olim cupide appetiſſe , aut nunc temere repudiaſſe dicamini , *apud Agellium lib: 11. c. 13.*

Abhorrere.

Interdum is dicitur præciſe , qui minime ſit aptus ad rem vel artem aliquam. Cic: 2.de Orat. Sin plane abhorrebit, & erit abſurdus: ut ſe contineat, aut ad aliud ſtudium transferat, admonebo.

Abjudicare aliquid.

Pro improbare, rejicere. *Cic. 11. de Orat.* Qui locus eſt talis, ut plus habeat adjumenti, &c. id ſolum abjudico atque rejicio.

Abominor. Quod abominor.

Dictio vetus, idem valens,quod illa: Quod Deus avertat. *Papinianus l.4. coheredi. §.ult. D.de vulg. & Pupill. ſubſtit.*

Abrogare legi.

Plinius de Viris illuſtribus in Saturnino. Liv:l.9. Ubi duæ contrariæ leges ſunt , ſemper antiqua abrogat novo *(Sigonius ex v. l: ut ait*, abrogat.

Sigonius ex v. l. ut ibidem ait, antiquam abrogat, *non placet) Cic: l:3. de Rep. de lege divina & naturali:* Huic legi neque tota abrogari poteſt (*ſic v. l. nam vulgo :* huic legi neque promulgari) *idem Philipp:1. pag.* 244. Quid quod abrogatur his legibus Cæſaris quæ, &c. *lib:* 1. *&* 5. *C. de vet. jure enucl.* Ne quid poſſit antiquitas noſtris legibus abrogare. *Sueton. in Cæſ.* Quando ei plebiſcito Pompejus poſtea abrogaſſet (*ſic legi puto : vulgo* quando nec plebiſcito, &c.)

Abſciſus. Abſcindere. Abſciſſio.

Uſi ſunt vett. ſcriptores his verbis ſæpiſſime. Alii mutant omnibus locis, & abſciſus, abſcindere, *reponunt. Sed non licet mihi tam eſſe audaci in vett. ſcriptis, invitis etiam antiquiſſimis chirographis. Scio,* abſcindere, abſciſſus *vett. quoque in uſu eſſe: ſed propterea non damnandum eſſe,* abſciſus *Martial. l:3.*

Par ſcelus admiſit Phariis Antonius armis
Abſcidit vultus enſis uterque ſacros.

Et ad Heren. extremo. Per abſciſionem ſi cum incipimus, aliquid præcidimus (*ſic & ibi editi olim, & v. l. ſed alii, in quibus Lambinus, mutarunt*) *Liv: l.* 3. detruncata corpora brachiis abſciſis. *Ulpian. in Pand. Florent. l.* 10. *de edil. edict. & l:* 8. *C. Juſtin. l:*15. truncatis crudeliter omnibus membris, abſciſiſque auribus (*ſic v. l.*) *Valer. l.* 8. *c:*3. *extremo. Claudianus in Eutrop. l:*1. Inguinis & reliquum Phrygiis abſcidere cultris. (*ita v. l. vulgo,* abſcindere) *Plaut. Amphitr.* Iſtam tibi ſceleſtam ſcelus linguam abſcidam. *Sic v. c.*

Abſolvere aliquem, *pro*, Expedire.

Terent. Adelph. Ibo ad forum ut hunc abſolvam. *Ita fere Ulpian. l.* 37. *de probat.* Si mutuatus ſum pecuniam, ut creditorem tuum abſolvam.

Abſumere diem, horam, &c.

Liv: l: 27. Primum diem, quo fines hoſtium ingreſſi ſunt, populando abſumſerunt. *Et rurſus :* Cum totam hyemem reconciliandis barbarorum animis abſumſiſſent.

Acanthus.

Videtur eſſe limbus aut faſcia in prætexta veſte. Vitruv: l: 2. *c:*7. Namq; habent & ſtatuas amplas factas egregie & minora ſigilla, floreſque & acanthos eleganter ſculptos. *& l:*4. *& Virg:* 1. *Aeneid.*

Et circum textum croceo velamen acantho : *& mox,*

Et pictum croceo velamen acantho.

In acceptum referre, *pro,* accepto ferre.

Cic: Paradox. Hoc autem opus in acceptum ut referas nihil poſtulo (*ſic habebat v. c. manuſcriptus optimus quem contuli ipſe & ita legend.*) *Quidam emendarunt,* in apertum ut referas: *putantque multi,* in apertum referre *latine recte dici, pro eo, quod,* divulgare. *Itaque multi loquuntur, ut P. Manutius in Epiſt: opere. Sannaz. & alii, ſed falluntur. Æmilius Macer: l:*7. *lex Julia §.*1. *D. ad l: Iul: repetund.* Illud quoque cavetur ne in acceptum feratur opus publicum faciendum. *Paullus in l:* 101. *Paullus in fin: D. de ſolut.* Cum autem creditor pignus diſtraheret licere ei pretium in acceptum referre. *Cic: in Verr: de prætura urbana :* Opus in acceptum retulit quadriennio poſt quam diem operi dixerat, hac conditione, ſi quis de populo redemptor acceſſiſſet.

Accedere, *pro,* adſcendere.

Ennius. Atque atque accedit muros Romana juventus. *Agell: l:*10 *c: ult. Cic:* 4. *in Verr:* Illa vero optima, quod cum Halluntium veniſſet, prætor diligens & laborioſus, ipſe in opidum accedere noluit, quod erat difficili adſcenſu atque arduo. (*ſic v. l. ſed Lambinus* adſcendere, *non recte.*)

Acceſſio.

Interdum ponitur pro homine qui accedit, ut fidejuſſor, comes, adſecla, & miniſter dicitur Acceſſio. *Cic: in Verr: libro de juredicundo.* Is ſuo labore ſuiſque acceſſionibus hujus negotii, &c. *Val: l:*5. *c:*7. Nec acceſſio glorioſæ illius pompæ, ſed auctor ſpectatus eſt. (*ſic v. l. ubi vulgo,* acceſſor) *Paullus l:*51. *ſervum.* 91. *§. nunc videamus D. de verb: oblig:*

Acclinis, acclivis, reclinis.

Acclinis *ſæpe depravatum eſt in* acclivis, *ut &* reclinis. Acclinis *autem proprie eſt de animantibus:* acclivis *vero de aliis rebus. Virg: l:*10. Arboris acclinis trunco. *Cæſar l:* 6. *de bell: Gall:* Atque ita Paulum modo acclinatæ quietem cupiunt. *Et :* huc cum ſe conſuetudine acclinarunt *Horat: l:* 2. *Sat:* 2.

Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus, & cum
Acclinis falſis animus meliora recuſat. *ſic v. l.*

*Tacit: l:*13. Ille ut erat reclinis, & neſcio ſimilis. (*ſic leg: puto, vulgo* reclivis) *Statius* 1. *Sylva.* 2.

Tunc

Tunc ipſam ſolo reclinem ad fata cubili. *ita ibi lego.*

Acer, *pro*, magno. Acerrime occupatus.

Acerrima ſuavitas, *pro*, ſumma. *Cic: 3. de Orat:* Unguentis minus diu nos delectari, ſumma & acerrima ſuavitate conditis. *Nepos in Hannib:* Cum in apparando acerrime eſſet occupatus.

Acta.

Cic: & alii veteres vocant ea, quæ in Rep. in pace quis egerit: quæ in bello, res geſtas. *Cic. illa & actas* res *vocat.* 10. *Philipp. Saluſtius tamen* acta *uſurpat eſſe in bello, ut hodie utuntur multi pro rebus geſtis. Sic enim ait Jugurth.* Milites alius alium læti appellant, acta edocent, atque audiunt ſua quiſque fortia facta ad cœlum ferri. *eod. lib.* Lacrymans obteſtatur per amicitiam, perque antea ſua fideliter acta, ne ſuper tali ſcelere ſuſpectum ſe haberet. *Ego Ciceronem exquiſitum linguæ Latinæ autorem ſequi malim, quamvis Ovidius, cui multum licuit, Saluſtium imitetur.* Exitus acta probat, &c. *Qui tamen in eodem carmine mox*: facta notanda putat.

Ad, *pro*, quod attinet; ad honorem.

Cic. pro Muræna. Quapropter non ſolum illa gloria militaris veſtris formulis atque actionibus anteponenda eſt, verum etiam dicendi conſuetudo longe & multum veſtræ exercitationi ad honorem antecellit. *Donell. ad l:* 8. *§ in illa D. de verb. oblig.*

Ad, *pro*, uſque ad; *ſæpe depravatum.*

Salluſt. Nam quæ ad hoc tempus Jugurtham tutata ſunt. (*ſic v. l. teſte Rivio*) *Cic: 6 ad Att: Ep:* 1. Laodicea ad Kalen. Maji (*ſic c: l: ſolus Lambinus ſuppoſuit.* Laodic. a. d. Kal. *pro*, ante diem, *per abſurde Horat.* habet hos numeratque poëtas Ad noſtrum tempus. *Idem.* Lento Samnites ad lumina prima duello. *Cic. 4. ad Herenn.* vos huc ad decimam venitote. (*ſic v: c: vulgo*: huc decima.

Addere gradum, *pro*, augere, citius ire.

Liv: lib: 3. Adhortatus eram, adderent gradum, maturato opus eſſe, ut nocte ad hoſtem pervenire poſſent.

Addicere judicem, arbitrum.

L. Judex datus, 46. *D. de Iudic.* Quia recte ab initio Judex addictus eſt (*ſic Pand. Florent.*) *l:* 80. *eod.* Si ex contentione litigatorum is judex addictus eſſet. *Senec: ep:* 66. Eam partem ad te proferam, quæ in lite eſt; te arbitrum addiximus: plus negotii habes, quam exiſtimas. *Lipſ: l:* 1. *Elect. c:* 8. *putat legend.* adigimus, *mihi v. ſcriptura non improbatur. Verr: l:* 5. *de lingua Latina.*

Additus, *pro*, moleſto.

Aſconius in 2. *Verr. verbum Cic: adſiduum ita explicat.* Adſiduum, moleſtum, additum. *Sic Lucill. apud Agellium*:

Si mihi non prætor ſiet additus.

Adfectare, adficere iter, viam ad aliquem.

Mire dictum. Fortaſſe ſumtum eſt à gladiatoribus. Terent. Hi gladiatorio animo ad me adfectant viam. *Tacit: l:* 13. ne legiones alienæ provinciæ inferret, in ſtudiaque Galliarum adfectaret. (*ita locus ille accipiendus videtur.*) *Plaut. Aulul.* Ut me deponat vino, cauſa adfectat viam. *& Menach. Terent Heauton. Virg:* 4. *Georg.*

—— victorque valentes
Per populos dat jura, viamq; adfectat olympo.

Cic: 1. *agrar.* Videte nunc, quo adfecerit iter apertius, quam antea. (*Nam ibi v. c. ita.*) *Etſi forte legend.* adfectat.

Adfectio aſtrorum.

Vulgo non ſatis Latine dicitur diſpoſitio: *& à Cicerone* ſtatus *l:* 2. *Divin.* qui eodem ſtatu cœli & ſtellarum nati ſunt *Poteſt* compoſitio ſiderum *dici. Cic. de fato.* Sic adfectio aſtrorum valeat. 2. *de Divinat.* Etſi ad rem pertinet, quando cœlo adfecto, compoſitiſque ſideribus quodque animal naſcatur. *Et mox:* fac in puero referre, ex qua adfectione cæli primum ſpiritum duxerit.

Adfectus, *pro*, prædito.

Cic: 1. *Offic.* aliquo honore aut imperio adfectos obſervare & colere debemus. *Terent phorm. act.* 5. *ſc.* 8. Tantane adfectum quemque etiam hominem audacia.

Adfectus { 1. *pro*, fere perfectus.
2. *pro*, prædito & debilitato.

Cic. de prov. Conſ. Bellum adfectum videmus & vere, ut dicam, pæne confectum. *Ibid.* niſi ut ea quæ per eum adfecta ſunt, perfecta Reipublicæ tradat. *Poſterior notio Livij videtur propria l.* 5. quæ

res niſi inſtauratio ſacrorum auſpiciorumque renovatio adfectæ venienti bello Reipublicæ remedio fuit? *l:* 6. Quorum legati opem rebus adfectis orantes cum Senatum audiſſent, &c.

Adfirmare, *pro*, Confirmare, Ratificare.

Liv. l. 28. Hæc dicta promiſſaque à Rom. Imperatore Scopas qui tum prætor gentis erat, & Dorimarchus Princeps Aetolorum adfirmarunt autoritate ſua. *li. eod. initio.* Interim ſpeculatores trans &c. dicta adfirmantes venerunt. *Tacit. l.* 14. Nero fontem aquæ Martiæ ad urbem deductæ nando inceſſerat, videbaturque potus ſacros & ceremoniam loci corpore toto polluiſſe, ſecutaque anceps valetudo iram Deum adfirmavit.

Ad incita redigere, *ſeu*, adigere.

Vulgo dicunt, ad incitas, *ut & Nonius adfert, qui ita ait:* Incitas dicitur egeſtas, &c. *Sed forte rectius,* ad incita, *dicendum, eo quod Lucillij verſus duo poſtulent,* ad incita, *meo judicio. Sic n. ait Lucill.* Illud ad incita cum redit atque internecionem. *Item.* Villicum Ariſtocratem mediaſtinum atque bubulcum commanducatus corrupit, ad incita adegit. *Plautus quoque Panub act.* 4. *ſc.* 2. 85. *Teren. act.* 2. *ſc.* 4 *v.* 136. *ubi vide Editionem Parei, & Lexicon ejus Plautinum.*

Adjudicare, *pro*, tribuere, adfirmare.

Adjudico illi ſalutem propriam, *h. e. tribuo, vel dico illum auctorem ſalutis eſſe propriæ. Cic. ad Attic. l.* 1. Pompeium adduxi in eam voluntatem, ut in ſenatu non ſemel, ſed ſæpe multiſque verbis ſuis mihi ſalutem imperii atque orbis terrarum adjudicarit.

Admirari.

Valet interdum idem, quod, abſurdum putare, *& quaſi inſolens reprehendere, & iniquo animo, ut valde novum, & omni ratione alienum ferre. Cic:* 2. *Offic.* Quanto Ariſtoteles gravius & ſeverius nos reprehendit, qui has effuſiones pecuniarum non admiremur, quæ fiunt ad multitudinem deliniendam: at hi qui ab hoſte poſſidentur, ſi emere aquę ſextarium cogerentur mina: hoc primo omnibus incredibile videri, omneſque mirari: ſed cum attenderint, veniam neceſſitati dare: in his immanibus jacturis infinitiſque ſumptibus nihil nos magnopere mirari, cum præſertim nec neceſſitati ſubveniatur, nec dignitas augeatur. (*Sic eum locum ex v. l. quas contuli, reſcribendum puto.*)

Admittere equum, *pro*, Incitare.

Cæſar. 2. *de bello civili.* Quorum primum impetum equites hoſtium non tulerunt, ſed admiſſis equis ad ſuos refugerunt. *Liv. l.* 2. In Poſthumiū Tarquinius Superbus, quanquam jam ętate & viribus erat grandior, equum infeſtus admiſit. *Et l.* 25. donec ſignum equitibus datum, ut in hoſtem admitterent equos. *Cic.* 2. *de finib.* Equo admiſſo in mediam aciem Latinorum irrueret.

Admodum, *pro*, fere, circiter.

Livius eo ſæpiſſime utitur l. 22. Sex millia hoſtium cæſa, quinque admodum Romanorum.

Admonere, *differt ab,* Monere.

Quod Admonere *plerunque eſt, in memoriam redigere:* Monere *eſt, hortari. Ita quoque differt* Admonitio *à* Monitione *ſive monitu. Hæc vulgo adoleſcentes ſæpe confundunt. Videtur & Cic.* Admonitionis *verbo uſus pro Monitione in epiſt.* 1. *l.* 1. *ad Lent.* Sed plane nec precibus noſtris nec monitionibus reliquit locum.

Adolere, *comburere, adoleſcere, comburi.*

Enn. eamque hoſtiam, quam ibi ſacravit, totam adolevit. *Virgil.*

—— Panchæis adoleſcunt ignibus aræ

h. e. incenduntur. Servius.

Adoleſcere, *pro*, copulari, *adhæreſcere.*

Salluſt. apud Chariſium l. 1. *dictum ſicut*, Adcreſco. *Oleſcere enim eſt creſcere.*

Adſcripti, Adſcriptitii.

Adſcribi *proprie dicuntur Coloni, quive in Colonias mittuntur. hinc in Jure* Adſcriptitii, *ni fallor dicti Liv. l.* 8. in agrum Senator. Coloni miſſi, quibus adſcriptis ſpeciem antiquæ. *& l.* 33. Partim novos Colonos ſpe commodorum propoſita adſcribere.

Adſeverare.

Id Latine valet, quod, Graviter, Serio *& vehementer aliquid dicere: cui contrarium* locari, *aut temporis cauſa aliquid dicere. Vulgo ſtudioſis adſeverandi verbum idem valet, quod,* dicere, *contra uſum vett. Cic. in Bruto p.* 497. Bella ironia, ſi jocaremur, ſin adſeveramus vide, &c. *l.* 10. *Attic.* Unum illud firmiſſime adſeverabat, ſi damnati reſtituerentur,

tur, in exilium ſe iturum. *l.* 13. Omne tibi adſeveratione adfirmo, quod mihi credas velim, *l.* 2. *accuſ. Verr.* quæ eſt iſta defenſio? utrum adſeveratur in hoc an tentatur?

Advertere aliquem, *pro*, Commonefacere.

Liv: l. 1. Adverteratque ea res eſſe Sabinos tanti periculi, &c. *Lipſ.* averterat. *Sed puto ibi temere nil mutandum.* *Tacit.* 2. octo aquilæ Sylvas viſæ petere Imperatorem advertere.

Æquus bonus.

Æquum bonum, *ἐπιείκεια id jam notum. Sed de hoc ipſo, æquus bonus, Ciceroni, ut puto, non uſitatum. Suet. tamen in Octavio utitur.*

Æſtimationes *pro prædiis & poſſeſſionibus.*

Sæpe Cic. Proinde manavit, quia Cæſar agros Romanos eo tempore certa de cauſa æſtimari fecerat, ut ipſe commonſtrat. 3. *de bello civili. Cic. l.* 9. *ep.* 28. *ad Pætum.* æſtimationes tuas vendere non potes.

Æſtuaria.

Sunt loca plerunque mari aut flumini vicina, in quæ mare exundat, paluſtria, lutulenta, multis foſſis inciſa. Tacit. l. 2. *de Corbulone. Cæſ:* 2. *de bello Gall.*

Ætatem agere alicubi.

Id eſt, diu verſatum ibi eſſe. *Cic. Agell. l.* 15. *c.* 2. ex Inſula Creta quiſpiam ætatem Athenis agens Platonicum etiam ſe Philoſophum dicebat.

Æternus, *pro*, Magno.

Curtius lib. 4. Ablue corpus illuvie, æterniſque ſordibus ſqualidum. *Virg.* Tum pater æterno fatur devinctus amore.

Affluere, *pro*, abundare.

Agell. l: 19. *c:* 1. Accedit ad Stoicum ſicut quiſpiam dives ex Aſia, magno ut videbamus cultu paratuque rerum & familię, atque ipſe erat multis corporis animique delitiis affluens. *ſic v. l.*

Agitare. *Verbum Venatorium.*

Ovid. l: 5. *Metam.* Ut ſolet accipiter trepidas agitare columbas (*ſic ibi ex v. l. lego, vulgo* urgere) *Cic: in Offic. dixit* excitare & agitare feras. *Ovid:* 3. *Metam.* Adſpicit hunc trepidos agitantem in retia cervos. *Virgil:* Curſuque feras agitabat Julus. *Horat:* nec curat Orion leones, aut timidos agitare lyncas.

Agrammati, *h. e. idiotæ, qui literas neſciunt.*

Vitruv. l. 1. *c.* 1. Non enim debet nec poteſt eſſe Architectus Grammaticus, uti fuit Ariſtarchus, ſed nec agrammatos. *Caſſiod. l: de dialect: c:* 25. Sed cum multi agrammati ad verum intellectum perveniant, &c. *ſic igitur leg: ex v. l. vulgo,* multi à grammatica.

Ala, *pro ea parte loricæ, aut ſcuti, quæ eſt ad humeros, nî fallor.*

Liv. l: 30. *de prælio inter Scipionem & Hannibalem.* Igitur primo impetu extemplo movere loco hoſtium aciem Romani: ala deinde & umbonibus pulſantes in ſumentes gradu illato aliquantum ſpatii, velut nullo reſiſtente, inceſſere.

Alienus hac re, *pro*, ab hac re.

Cic. ſæpe. Quicquam à me commiſſum, quod eſſet alienum noſtra amicitia. *Idem*, aut ſua perſona, aut judicum, aut tempore alienum.

Aliquam multi, *h. e. aliquot.*

Cic: Verr: 1. Sunt veſtrum judices aliquam multi, qui L. Piſonem cognorunt (*ita ex v. l. legendum videtur, ubi vulgo* judices quam multi, *ut & alii admonuerunt.*)

Aliqui, *pro*, aliquis.

Cic: 2. *Epiſt.* Si te dolor aliqui corporis, aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quominus ad ludos venires (*ſic v. c.*) *Agell. l:* 11. *c:* 13. dicatque mihi quæſo aliqui veſtrum.

Aliquis; *abundat interdum.*

Ut; accipe aliquos quinque. *Cato lib: de re ruſt. cap:* 156. Et jam ubi cænaveris, comeſto aliqua V. folia: reddent te, quaſi nil ederis.

Alter viceſimus, *pro*, viceſimus ſecundus.

Cic: l: 12. *Ep:* 25. Liberalius literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero viceſimo die, ut dicebat, reddidit. *Florus,* Tertii Punici belli initium altero & ſexcenteſimo anno ab urbe condita, & cæt. *Tacit: Dialog: de orat.* Nono dicitur ætatis anno L. Craſſus C. Carbonem: uno & viceſimo Cæſar Dolobellam: altero & XX Aſinius Pollio Catonem non multo ætatem antecedens.

Alterum-Tantum.

Nepos Eumene. Illa via altero tanto longiorem habebat anfractum. *Plaut. Bacchid. ſc:* 2. *v.* 65. Alterum tantum auri non mercam. *l.* 14. *D. de lib. & poſt.* Ita enim ſecundum voluntatem defuncti filius altero tanto amplius habebit, quam filia. *Ex quo*

quo loco plane liquet, alterum tantum *id non eſſe, quod* duplo plus eſt, *ſed*, bis tantum: *quamvis non deſint, qui ſecus ſentiant. Cic. de Orat.* ut neceſſe partem pedis aut ęqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui majorem eſſe. *Liv. l: 1.* neq; tum Tarquinius de Equitum centuriis quicquam mutavit: numero alterum tantum adjecit.

Amatorium, *idem quod*, philtrum.

Hoc nomine uſi ſunt Quinctil. Plinius, aliique ejus notæ ſcriptores. Quinctil: l: 7. Inſtit: c. 9. Fortiſſima eſt actio dicentis, amatorium venenum eſſe. *Vide l. 3. ep: 7. pag. 63.*

Ambitioſus.

Veterib. idem, quod fucatus, non ſincerus. *Vulgo hodie* cerimonioſus. *Cic: l: 5. ep. ep. 69. Interdum idem, quod* adulator, fucatus *nimis ſe infra alium demittens Cic: ep: 2. l: 1. ad Quint: Fr.* Qua de re & hoc de genere toto, ne forte me non Graios tam ambitioſum factum eſſe mirere, pauca cognoſce.

Amittere, *pro*, à ſe dimittere.

Terent. Phorm. act: 3. ſcen: 2. Nam neq; quo pacto à me amittam, neq; ut retineam, ſcio. *Et ſæpe apud Plautum: de quo vide Lexicon Plautinum.*

Amplecti plebem, Rempublicam.

Satis mire dicit Cicero pro eo quod, ſua facere. *Pro Milon.* qui annona levanda jacturiſq; rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in ſuſpicionem incidit regni appetendi. *Pro Flacco.* Sed cum Remp. nimium amplecterer, peculiatus damnatus, & bona, & ſervatoris nomen amiſit.

Amplexus tenet, *vel*, habet.

Catull. Cum ſuis vivat valeatque mæchis, quos amplexa tenet ſimul trecentos. *Cic: pro Fonteio.* Virgo veſtalis ex altera parte fratrem Germanum amplexa tene:t. *Lucret. l: 1. v. 994.* Amplexi quod habent perverſe prima via.

Amplus, *pro* honorato.

Metellus contra Manlium. Nunc quod ad illum attinet, Quirites, quoniam ſe ampliorem eſſe putat; ſi ſe mihi inimicum dictaverit.

An, *pro*, vel.

Hac particula utuntur conciſe dubitantes ſumma eum diligentia. Cic. ad Attic. l: 7. Id & oſtendiſti quibuſdam literis ex Epiro an Athenis datis (*ſic v. l.*) *l. 1. ad Attic. ep. 1.* Te expectemus ex quodam rumore an ex literis tuis ad alios miſſis. *Cic. in Brut.* M. Cato paucis antequam mortuus in diebus an menſibus.

Animi: *in plurali.*

Pro ferocia illa, & animi vehementia confidentis, quæ Græcis eſt θυμὸς, Poëtæ etiam uſurpant in ſingulari, alias ſpiritus *Cic: Agrar.* quos illorum animos, quos impetus, quamque ferociam fore putatis? *Liv. l: 28.* Suſtulerunt animos Ætoli cum ob Rom. ſocietatem, tum poſt Attali adventum. *Terent. Hecyr.* Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ, ſublati ſunt animi.

Animi cauſa.

Cic: l. 4. ep. ad Marium. Hic ſimiolus animi cauſa, me in quem inveheretur, elegerat. *& 7. Philipp.* Et cum illud animi cauſa fecerat, hunc prædæ cauſa quid facturum putatis?

Animus, *pro*, Libidine, Animo obſequi.

Plaut. Mil. Meo animo morem gero. *Teren. Adelph.* Uxor ſi ceſſes aut te amare cogitat, aut te re amari, aut potare, aut animo obſequi. *Horat.*

Cuncta manus avidas fugient heredis, amico
Quæ dederis animo.

Ante certam diem; Ante Kal. Idus Mart.

Ita veteres loquebantur, hodie minus recte, ad diem. *Cic: ad Attic: l: 6. ep: 2.* Statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent *Philip: 8. in fine.*

Ante diem tertium Kalend. Januar. ante diem X. Idus.

Hæ & ſimiles phraſes apud vet. ſunt frequentes: ſed in libris editis hodie fere depravatæ ſunt. Valent autem idem quod tertio Kal. Januar. decimo Idus. Id notis hu fere exprimebant A. D. III. Kalen. Ian. Hinc etiam dicebant, ex ante diem tert. &c. *pro eo, quod dicimus,* ex die tertio *Kal. vel, ex tertio Kal. Liv. l. 45.* ſupplicem pro concione populi indicta eſt ex a. d. quintum Idus Octobr. cum eo die in quinq; dies (*ſic leg. puto vulgo*, ex ante ad quintum Idus. *nullo ſenſu, & depravata phraſi*) *l: 17.* Itaq; ipſe primus ita novit fecitq; ante diē tert: Nonas Quint: *Sall.* ante diem VI. Kal. Novemb. *Liv. l. 37.* Eodem ante anno diem tertium Kal. Januar, &c.

Ante-parta, *h. e. bona paterna.*

Nævius. Ibi iſti duo adoleſcentes habent, qui hic

hic ante-parta patria peregre prodigunt, *apud Chariſ. l: 2.*

Antiquitas; *caritas, amor.*

Servius ad illum Virg. verſum 2. Georg. Antiquaſque domos avium -- *ſubjicit*, aut revera antiquas, aut caras. *Salluſt:* Tantum antiquitatis curæque majoribus pro Italia gente fuit.

Antiquitas, *pro*, morum ſanctitate.

Cic: pro Sext. c: 13. Duobus his graviſſimis antiquitatis viris, ſic probatus fuit (*legerem tamen* graviſſimæ) *pro Rabir.* P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus noſtris virtutis, antiquitatis, prudentiæ, &c.

Apparere, *pro*, videri, *fere. Cicero, & Petron. ſemper.*

Apparet n. illas literas non eſſe ipſius.

Appellare aliquem.

Interdum, pro, fidem & opem alicujus implorare, & expoſcere. Cic. quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem? *Idem.* Vos etiam atq; etiam imploro atque appello ſanctiſſimæ Deæ.

Aptus, *pro*, parvo & exiguo.

Horat. l. 1. Od. 12. & avitus apto cum Lare fundus. *Catull* aptis Sarcinulis & expeditis. *Sic Thucydidem Cicero dicit* aptum verbis & preſſum: *adſtrictum ſc. & non redundantem. Sic Liv: l: 10.* profectus apto exercitu, *h. e. non nimis numeroſo.*

Argumentum.

Quid habet argumenti? *h. e. quid ſibi vult? Cic. pro Cœlio.* Sed ſcire cupio, quid argumenti iſta manumiſſio. *2. Offic.* tabulæ vero novæ quid habent argumenti, niſi ut emas. *2. Verr.* quid tandem habuit argumenti aut rationis res, quamobrem, &c.

Armare.

Hoc verbum veteribus & inprimis Ciceroni uſitatiſſimum: pro eo, quod inſtruere, ornare, augere, incitare.

Ars, *pro*, virtute, & vitio.

Artis & *artium verbo interdum utuntur vett. pro* virtute *maxime Salluſt. artem enim quaſi* ἀρετὴν *dixerunt. Terent. Andr.* Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rem, quam paro, ſed his, quas ſemper in te intellexi ſitas, fide & taciturnitate. *Plaut. Truc.* Nam ſi in te ægrotant artes antiquæ tuæ, ſin immutare vis ingenium moribus.

Artus, *pro*, pleno, *poëtice, ut &*, anguſtus. *Horat.* Hos ediſcit & hos arto ſtipata theatro
Spectat Roma potens.

Tib. Pauper in anguſto fidus comes agmine turbæ
Subjicietque manus efficietque viam.

Aſcitus, ὀρεκτός: *pro*, appetitus.

Cic: 5. Tuſc. Alii cenſent primum aſcitum doloris vacuitatem, & primum declinatum dolorem.

Aſſer, *pro*, palo, *ſeu* longurio.

Liv. l: 30. Poſtremo aſſeres ferreo unco præfixi (*harpagones vocant milites*) ex Punicis, &c.

Aſſiduus.

Priſco ſermone idem quod, locuples, *ut in leg. 12. tab.* Adſiduo vindex aſſiduus eſto. *apud Agell: lib. 16. c: 10. qui & ibidem ait*, Aſſiduus in 12. *tabul. aut pro locuplete, & facile facienti dictus, ab aſſibus duendis, h. e. ab ære dando, cum id tempora Reip. poſtularent: aut à muneris pro familiari copia faciendi aſſiduitate. Cic. in Top.* Cum lex aſſiduo vindicem aſſiduum etiam jubeat, locupletem jubet locupleti. *Locuples enim eſt aſſiduus in ære dando.*

Interdum aſſiduus *pro* idoneo: *ut*, aſſiduus poëta, *pro inſigni. At hæc notio rara exemplo locupletis, quo ſæpe ita Cic: utitur Agell: l: 11. c: 8.* E cohorte illa duntaxat antiquiore vel oratorum aliquis, vel poëtarum, *h. e. claſſicus aſſiduuſque aliquis ſcriptor, non proletarius.*

Athletæ.

Tralate dicuntur, qui in quocunque ſtudio, re aut arte excellunt. Varr. 3. Ruſtic. P. Victor. lib: 24. variar. lect. cap. 9.

Attemperate, *pro* oportune, & *quaſi de compoſito.*

Terent. Andr. Hic vir ſit bonus? ita ne attemperate venit hodie in ipſis nuptiis, ut veniret ante hoc nunquam.

Attingere, *pro*, amplecti, *continere, adſtringere.*

Cic: 1. offic. extremo. Itaque niſi ea virtus attingat cognitionem rerum, ſolivaga cognitio & jejuna videatur (*i. niſi juſtitia velut complexa ſit prudentiam, eamque comitetur & conjunctam habeat.*) *Idem pro Cæcin.* Neceſſe eſt ſi ad verbum rem volumus attingere neminem ſtatu detruſum, qui non ſumma vi, manu demotus & actus præceps intelligatur (*ſic v. l. tam formis, quam manu deſcripti. Hotom. tamen & Lambinus*, adſtringere.

Auctor : *ſcriptor.*

Auctor pro ſcriptore rarius eſt : ut ; veteres omnes probati ſcriptores diligenter ſunt legendi. *& ſimilibus in phraſibus* ſcriptoris *nomen uſitatum eſt.* Auctoris *vocabulum non ſolet poni ſine adjuncto opere aut re, cujus ſit auctor, idemque fere quod* effector, teſtiſque *eſt : ut*, hujus libri auctor,&c. *Interdum tamen reperitur abſolute, & ſine genitivo poſitum pro* ſcriptore. *Liv:l:* 29. Quantum militum in Africam tranſportatum ſit, non parvo numero inter auctores diſcrepat.

Auctor legis.

Non eſt is, qui eam ferebat, ſed alius, qui eam confirmabat, ſuadebat, & approbabat. Sic Manilius fuit lator legis Maniliæ. Auctores ejus legis nominantur P. Servil. C. Curio. Cn. Lentulus. *ſub fine orat. pro Manil. Cicero quoque ſe ejus legis auctorem facit, pro Domo, quod Lambinus miratur, quum Manilius auctor fuerit, Cicero tantum ſuaſor. Immo Manilius non fuit auctor ſed lator.* Suaſor *autem &* lator *idem ſunt* 3. *Offic.* Hujus deditionis ipſe ſuaſor & auctor fui.

Auctor, *pro*, duce, *capite.*

Cic. ad Attic. l. 8. *ep.* 2. Mihi nihil ulla in gente unquam ab ullo auctore Reip. ac duce turpius factum eſſe videtur, quam à noſtro amico factum, &c.

Audere, *de rebus inanimis.*

Cic. Orat. perfect. Primiſque ab his hiſtoria commota eſt ne auderet uberius, quam ſuperiores, & ornatius dicere. *Lucret.* Vitigeris latices in aquai fontibus audent Miſceri ——

Auctus, *pro*, præditus. Augere, *h.e. facere, ut quis aliqua re ſit præditus.*

Terent. Heaut. Ergo herus damno auctus eſt. *Plaut. Merc.* Aliquid cedo quî hanc vicini aram augeam. *Cic:* 1. *Offic:* Quorum alter te ſcientia augere poteſt alter etiam exemplis. *Id: de Haruſp. reſp.* Eodem tempore & ſuſcipimur in lucem, & hoc cœleſti ſpiritu augemur. *Philip:* 9. Augeatur iſto etiam honore is, cui nullus honor tribui non debitus. *Horat:* Et vixiſſe probos amplis & honoribus auctas.

Augurium agere.

Cic: Ille augurio acto reſpondit (*ſic v.l. alii* capto) 3. *Offic:* Ut cum in arce augurum augures acturi eſſent. *Plin. ex comment. Pontific. hæc adfert.* Augurio cavario agendo dies conſtituatur,&c.

Auſpicia petere & repetere.

Val: l. 2. *c:* 1. Qui quamvis auſpicia deſierint repetere, ipſo tamen, &c. *Liv: l.* 8. Idemque illud interrogo, utrum mihi Reſp: in diſcrimen committenda fuerit, an auſpicia repetenda, ne quid dubiis Dis agerem. *Valer: l.* 2. *c:* 5.

B.

Barbaria, *pro*, turba, *& multitudine.*

Cic: 3. *de Orat.* Neq; enim ſi multitudo litium, ſi varietas cauſarum, ſi hæc turba & barbaria forenſis dat locum flagitioſiſſimis Oratoribus.

Bacæ, *non*, baccæ: *ex v. l.*

Sunt cujuſlibet rei globuli, ſeu orbiculi, & anuli etiam artificioſiſſimæ, ut monilis, catenæ. Virg: 1. *Æn:* colloq; monile bacatum. *Prudent. præ. Pſych.* Loth ipſe ruptis expeditis vinculis Attrita bacis colla liber erigit. *Ita emend. ex v.l. ubi in editis antea:* expeditus nexibus Attrita boiis. *Et Periſteph: hym:* 1. Carcer: in ligata duris colla bacis impedit. *Ita & ibi v. l. in uno tamen*, baccis: *vulgo*, boiis.

Baro.

Sitne latinum, & ſi eſt, quid valeat, dubitatur. In gloſſario Latino, Baro βάκηλος *Cicer:* 2. *de finib.* Hæc cum loqueris, nos Barones ſtupemus. *Ita v. l. teſte Rivio.*

Baſilica.

Eſt ædificium omne majus, ſplendidum, & magnificum, ut ſunt templa, curiæ, collegia, etiam eæ domus, in quibus mercatores verſari, merceſque ſuas habere ſolent, quales Antverpiæ Pantæ, *quos vocant; quin & Eccleſiæ à Chriſtianis dicuntur* Baſilicæ: *ſed ſpecialiter interdum videtur poni, pro domo tali, quæ à noſtratibus* publica domus, *ſeu vulgari lingua*, domus urbis, *in qua Magiſtratuum eſt conventus, dicitur Pacill:* §. 1. *tit.* 6. *de viceſima l.* 4. *ſentent. recep.*

Beatus, *pro*, divite.

Plautus, Pœnulo. Bonam ego quam beatam eſſe primo dici malo. *Senec.* Inſolens eſt beata uxor.

Bellum, *pro ipſo* prælio.

Marcian. l. 3. *D. ad L. Iul. Majeſt.* qualis & ille qui in bellis ceſſerit, &c. *ubi Budeus legit*, qui in bellis;

bellis; *cum alioqui dixiſſet*, in præliis. *Juſtinus tamen ſæpius ita loquitur.*

Bene-parta, male-parta.

Terent. Phorm. Quia Pol mea patris bene-parta indiligenter tutatur. *Lucret.* & bene-parta patrum fiunt anademata, mitræ,

Bellua, *pro*, *quavis pecude & beſtia.*

Vulgo fere pro fera beſtia tantum accipiunt. Cic: 1. Offic: Quanto natura hominis pecudibus reliquiſque belluis antecedat *(ſic ibid. l. v.) Salluſt:* Alterum nobis cum DIS, alterum cum belluis commune eſt.

Bene eſſe alicui, *h. e. bene tractari.*

Plaut. Menæch. Si ſapiam, hinc intro abeam, ubi mihi bene ſit. *Catul.* Quare tibi non ſit bene ac beate? *Horat.* Jurat bene ſolis eſſe maritis. *Idem,* ſicut nunquam in vita fuerit melius. *Terent.* & tibi bene eſſe ſoli, cum ſibi ſit male.

Bene eveniat: bene ſit.

Veterum erant bene ominantium formulæ. Pompon. apud Non. in Ominas. *Cic: ep: l. 7. ad Attic.* Bene eveniat Carneades.

Benigne factum alicui.

Cic pro Planc. Sed quid ego ædilitias repulſas colligo? quæ ſæpe ejuſmodi habitæ ſunt, ut his, qui præteriti eſſent, benigne à populo factum videretur.

Benignus, *pro*, Benevolo.

Liv: l. 5. Victam eſſe fateri comitatem benignitatemque Senatus *l: 23.* Tua nos magis virtus fortunaque, quam unica comitas & benignitas erga cives noſtros, &c. *l. 34.* Legationes in Senatum introductę ſunt, omnibuſq; benigne reſponſum. *l. 28* Legatis cum benigno reſponſo dimiſſis

Bivium, *tralate: pro*, duplici ratione, via, & modo.

Varro lib. 1. de re ruſtica. c. 18. Bivium nobis ad culturam dedit natura, experientiam, & imitationem.

Bonitas, *pro*, benignitate *&* liberalitate.

Cic. 2. offic. Temeritate remota graviſſima eſt liberalitas; eoque eam ſtudioſius plerique laudant, quod cujuſque bonitas commune perfugium eſt omnium.

Bonarum artium civis.

Dictum, ſicut, paucorum hominum. *Cic. pro Cælio.* Conſervare Reipublicæ civem bonarum artium, bonarum partium, bonorum virorum.

Boni viri.

Romæ olim dicebantur interdum argentarii, fenerantes, publicani, locupletes. Cic: 2. offic. Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, commodius à quibuſdam optimis viris ad Janum medium ſedentibus, quam ab ullis philoſophis, ulla in ſchola diſputatur. *Id. ep. 1. ad Att: l: 8. & l: 9. ep. 15.*

Bono modo, *pro*, mediocriter.

Cic. Academ. 4. Hæc tibi Luculle, ſi es adſenſus Antiocho familiari tuo, tam ſunt defendenda, quam mœnia, mihi autem bono modo tantum, quantum videbitur.

Quo bonum eſt? *cui bono?*

Gaius l. 13. § ult. D. ad SC. Velle. Quo enim bonum eſt expectare conditionem?

Molli brachio agere: *aliquem objurgare.*

Cic: l. 2. ep. ad Att. 1. Quod me quodammodo molli brachio de Pompei familiaritate objurgas, *l. 4. ep. 16.* Conſules qui illud levi brachio egiſſent, rem ad Senatum detulerunt.

C.

Cadunt dentes, *h. e primum exiſtunt, naſcuntur.*

Cenſorinus C. 4. de die nato. De confirmatione autem partus nihilominus in prima hebdomada dentes homini cadere; in ſecunda pubem apparere: in tertia barbam naſci.

Cadit ventus, nebula, *h. e. remittit, deſinit.*

Liv. l. 15. Itaque cadente Euro, qui per dies aliquot ſævierat, *l. 29.* vento premente nebula cecidit, *l. 36.* ubi primum Aquilones (ii namque per aliquot dies tenuerant) cecidere.

Cadavera oppidorum: *h. e. ruinæ.*

Sulpit. ad Cic. l. 4. ep. Item nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrum interiit? quorum vita brevior eſſe debet, cum uno loco tot oppidorũ cadavera proiecta jacent. *Sic Ambr. 8. ep. ad. Fauſt* Tot igitur ſemirutarum urbium cadavera, terrarumque ſub eodem conſpectu poſita funera.

Cæcus paries, cæca res: *barbare.* Inviſibilis.

Varro 8. de l. latina. Nemo dicit, cubiculum ſurdum ad ſilentium; non ad auditum: at ſi feneſtram non habet, dicitur cæcum. *Cic. 2. de Orat.* Res cæcas & ab adſpectus judicio remotas.

 Calere,

Calere, *pro*, exerceri rebus moleſtis.

Sæpe apud Cic.lib:3. ad Q. Fratrem. Cœlius quoque ad Cic. lib: 8.

Callidus.

Pro exercitato, contrito, acri: non vero pro aſtuto aut doloſo. Cic. pro Cluent. Accuſante M. Bruto, homine in dicendo vehemente & callido.

Calumniam jurare in aliquem.

Pro; Calumnioſe aliquem accuſare. Liv.l:33. Nec ſatis habere bello viciſſe Hannibalem, niſi velut accuſatores calumniam in eum jurarent, ac nomen deferrent.

Campeſtre; *ſubligaculum.*

Aſcon. in Orat. pro Scauro. Cato præter hoc judicium, quia æſtate agebatur, ſine tunica exercuit campeſtri ſub toga cinctus. *Horat.* Quod penula ſoſtitio Campeſtre nivalibus auris. *Iſidorus* Campeſtria *nuncupari dicit, quibus juvenes qui nudi exercentur, in campo pudenda operiunt. Cic: pro Cœlio videtur tunicam vocaſſe.* Nobis quidem olim annus erat ad cohibendum brachium toga conſtitutus, ut & exercitatione ludorum campeſtri tunica uteremur (*ſic leg: puto ubi in vulg.* tunicati.)

Capere ejus amentiam, libidinem, &c.

Dictum, ſicut, atrium capit tot homines. *Cic: pro M. Marcello:* Quæ quidem ego, niſi ita magna eſſe fatear, ut ea vix cujuſpiam mens, aut cogitatio capere poſſit, amens ſim. *Phil:* 2. Eam gloriam conſecuti ſunt, quæ vix cœlo capi poſſe videatur. *Pro Mil. Commemorans plurima ſcelera & flagitia Clodii, tandem adjungit:* Capere ejus amentiam civitas, Italia, regna non poterant.

Captio, *pro*, jactura. Captioſus, *pro*, damnoſus.

Cic: l:5. ad Attic. epiſt. Bene ventum habes ad omnia. Etſi pene præterii, chartam tibi deeſſe: mea captio, ſiquidem ejus inopia minus multa ad me ſcribis. *Ulpian. lib:1. de integr. Repub.* Plurifariam prætor hominibus vel lapſis vel circumſcriptis ſubvenit, ſive metu, ſive calliditate, ſive ætate, ſive abſentia inciderunt in captionem. *Cic. pro Roſc.* O ſocietatem captioſam & indignam. *lit:6. §. ſi quid cum D. quæ in fraud. cred.* Pupilli ignorantia non debet eſſe captioſa creditoribus, ipſique lucroſa.

Caritas alicujus *paſſive: h.e. erga aliquem.*

Cic. pro Rab. Nunc vos equites Romani videte: ſcitis me ortum à vobis, omnia ſemper ſenſiſſe pro vobis, nihil horum ſine magna cura & ſumma caritate veſtri ordinis loquar.

Carmen.

Pro brevi aliqua ſententia, ſive libera oratione, ſive verſu facta. Formula *vulgo dicitur Liv.l:10.* jurare cogebatur quodam carmine in exſecrationem capitis & ſtirpis compoſito *lib. 3.* recitatque regionis carmen, in quo ſi tribunos plebis rogabo, &c.

Caſtellum, *pro*, pago. Caſtellani, *ruſtici.*

*Liv:lib:*34. Et tria millia mercenariorum militum *h. e. millia popularium*, cum Caſtellanis agreſtibus in armis habuit. *lib:* 45. Extemplo in vicos caſtellaque ſua omnes dilapſi.

Caſtra caſtris conferre.

Liv. lib. 27. Eſt verbum militare, ſignificatque, accedere proxime ad hoſtem pugnandi cauſa.

Caſtus.

Idem interdum, quod, purus, *incorruptus, ut,* caſti judices *apud Cic.* Caſtæ manus, *apud Varr. h.e. abſtinentes à furtis. Idem.* Caſtam Poeſin, *dicit. Interdum* Caſtus *eſt* ſanctus *& religioſus* Caſti ſacerdotes *Hinc ut puto Emphaſi* Caſtrum Cereris (*quæ & Iſis & Cybele*) diem *olim religioſum & ſolennem, quo Cereris ſacerdotes quaſi jejunabant, & à pane abſtinebant, quos* dies *&* caſtos *vocabant.*

Catadromus.

Olim vocatus funis, per quem funambuli decurrunt. l. pen. de act. empt. Suet. in Nerone.

Cataphus.

Claſſis ſeu multitudo navium onerariarum, quibus merces uno tempore multæ ac variæ importantur. Martial. Cum tibi Niliacus portet cruſtella cataphus. *Cic. pro Rab. utitur quoque.*

Catullari cum amatore.

Liv. l. 39. h. e. jocari, & garrire, ac fabulari.

Cauſam dicere, *h. e. recuſare.*

Terent. Phor. non cauſam dico, quin quod meritus eſt, ferat.

Cænacularius, cænaculariam facere.

Cænacula *ſunt partes domus ſuperiores verſus tecta: quæ pauperibus fere locari ſolent: Et erant, qui*

multa

multa hujuſmodi locabant, & inde quæſtum faciebant, qui Cænaculariam facere *dicebantur, & conductor dicebatur* cænacularius. *l. ſi vero §. ſed etſi quis. D. de his qui Deis. Dicebanturque ejuſmodi cænacularii* ſub tegulis habitare. *Juvenal. & Sueton.*

Cento, *pro lectulo ſervili.*

Cato apud Feſtum in. Prohibere. *Lucil. apud Non. in,* Sarcinator, *rurſus in,* Privum.

Cervi, Cervuli.

Cervi *ſtipites ſunt magni, ramis undique exiſtentibus, in modum cornuum cervinorum. Liv. l.* 44 Cervis objectis ut viam intercluderent. Cervuli *ſunt parvi ſtipites, aut fuſtes Front. in ſtratag. c:* 5. Vallum cervulis, & alio genere materiæ conſtructum incendit.

Ceſpitem facere, *h. e effodere.*

Liv. l. 24. Sed erit adeo nudus tumulus, ut nec virgulta vallo cædendo, nec terra ceſpiti faciendo inveniri poſſit.

Cætera egregius, *h. e. in cæteris omnibus.*

Poëtica eſt phraſis, & hiſtoria: Oratores ea non utuntur quamvis eam Cic. interdum adroget Lambinus; ſed invito &, ut ille loquitur, invitis libris. Liv. Sall. Tacit. Virg. aliique utuntur.

Cæterum, *pro,* Cæteroqui, alioqui.

Ulp. l. ſi finita §. 18. *Illud quæritur. D. de damno infe.* Poſteaquam a. quis poſſidere jure Domini à Prætore juſſus eſt, Nequaquam locus erit cautionis oblationi. *Et ita Labeo.* Cæterum nullus, *inquit,* finis rei invenietur. *l.* 7. *ait prætor §. quæſitum eſt D. de minor.* Cæterum nemo ad emptionem accedet rerum pupillarium.

Cingere arborem, *pro,* corticem detrahere.

Alfenus IC. *in l:* 19. *Locati.* Redemtor Sylvam nec cædito, neve cingito, neve demito.

Circulari, Circulus.

Circulari, *congregari, cum multi in Circulum quaſi globum coagmentantur, quod fit, cum nova audituri confluunt* Circulus *eſt cætus talis hominum. Cæſar. de bell. Civil.* Totis vero caſtris milites circulari & dolere hoſtem ex manibus dimitti. *Cic.* Sermo in circulis duntaxat & in conviviis eſt liberior. *Liv. l.* 3. Patres circumire plebem inſerentesque ſe in circulos ſermones tempori aptos ſerere.

Circumire, *pro,* decipere, *ut* Circumvenire. *Terent. Phorm. Act:* 4. *ſc.* 3. Tum dixeras huic facinus indignum Chreme, ſic circumiri.

Circumvenire.

De rebus inanimis non pro, fallere, *ſed pro,* ambire, circumplecti, circumdare, *circa circumire. Virg:* 6. *Æneid.* tenent media omnia ſylvæ. Cocytuſq; ſinu labens circumvenit alvo (*ſic reperi in v. c. ſic & Pierius ait, ſe reperiſſe in omnibus libris vett.*) *ſic igitur ſine dubio hunc locum reſtituo. Nam* circumveniendi *verbum, quia in hac notione rarius eſt, ut in iſto Virg. loco, ejus vice repoſito verbo,* circumfluit, *ejectum erat, ita & in aliis locis multis. Sall. Iugurth.* ſtatuit urbes, quæ viris & loco pro hoſtibus, & adverſum ſe oportuniſſimæ erant, ſingulos circumvenire. *Cæſ:* 2. *de bell. civil. c.* 36. Poſtero die Curio obſidere Uticam, & vallo circumvenire inſtituit. *Ita v. c. vulgo,* circum munire.

Circumſcribere.

Idem videtur interdum valere, quod, in ordinem redigere, *& de Magiſtratibus proprie, removere à Repub. Curia & foro prohibere.* Circumſcribere adoleſcentes, *i. e. fallere & decipere eſt vulgare & notum. Cæſ. de bell. civil.* Injuriam in eripiendis legionibus prædicat crudelitatem, & inſolentiam in circumſcribendis Tribunis plebis. *Cic.* 7. *ad Att. ep.* 9. Si forte Tribunus Plebis Senatum impediens aut populum incitans notatus aut ſc. circumſcriptus, aut ſublatus ſit. *Phil:* 13. Senatus in Capitolium parata de circumſcribendo adoleſcente ſententia conſularis. *Pro Mil.* Nunquam illum Reſp. ſuo jure eſſet ulta, Senatus credo Prætorem eum circumſcripſiſſe.

Circumſiſtere.

Verbum vim & terrorem continens, ut, ſi quem lictores aut latrones circumſiſtant. Liv. l. 36. Afferri catenas & circumſiſtere lictores juſſit.

Citare.

Pro, adducere teſtimonium ſcriptoris, *Ciceroni nunquam uſitatum puto. Sunt tamen, qui eo ſint uſi Antiqui. Liv. l.* 4. Qui ſi in ea re ſit error, quod tam vett. articulos, quod Magiſtratuum viri, quos linteos in æde repoſitos monetæ, Macer Licinius citat, identidem autores. *Cic:* 1. *de Nat. Deorum. Satis indicat citandi verbum proprie loquentibus,*

tibus, id non valere. Sic n. ait. Tu ipſe paulum à me, cum tanquam Senatum publicum citares.

Claudicare.

Tralate vel de re, vel homine, in quo vitium aliquod eſt. Cic. in quacunque enim una parte claudicaret, orator eſſe non poſſet. *Lucret.* Claudicat ingenium, delirat linguaque menſque. *Idem.* & libella aliqua ſi ex parte claudicat hilum.

Clemens.

Proprie eſt de terra non aſpera, aut clivoſa, inæquali, aut præcipiti, ſed æquali, & leni. Tacit. de morib. Germa. Danubius molli & clementer edito montis Anobiæ jugo effuſus. *Sumitur etiam pro* modico, *non nimio. Salluſt.* Sed is rumor clemens erat. *In Jugurth cap. 25.*

Coctus.

Pro, maturo, *dulci, & ſuavi. Cic. de Sen.* Et quaſi Poma ex arboribus, cruda ſi ſunt, avelluntur: ſi matura & cocta, decidunt. *Ibidem.* Sed tamen ſi decorus ſenis ſermo, quietus & remiſſus, facitque per ſæpe ipſa ſibi audientiam ſenis diſerti cocta ac mitis animo (*ita in v. l. reperi. Vulgo,* compta.) *Et 3. de Orat.* Ita ſit nobis igitur ornatus & ſuavis orator, nec tamen poteſt aliter etiam, ut ſuavitatem hanc auſteram & ſolidam, non dulcem atque decoctam.

Codicilli.

Fere idem, quod, ſcida, *ſive,* libellus, *& in quos ſubito & breviter quid conjicitur, ſive exaratur, ſæpe inter præſentes. Ex quibus facile eſt diſtinguere codicillos ab Epiſtola.*

Cœtus, *pro, Judicum conſeſſu.*

Vi atque gratis coactus cum illo ſponſionem feci: facta ſponſione ad judicem adduxi: adductum primo cœtu damnavi: damnatum ex voluntate dimiſi. Apud Iſidor. lib. 2. cap. 24.

Cogere agmen.

Οὐραγεῖν. Extremum exercitum ducere. Liv. l. 41. Ipſe cum equitatu & levi armatura ſubſtitit ad agmen cogendum, iratus, id, quod accidit, inſequuturos ad extremum ab tergo carpendos hoſtes. *Idem l. 44. 36. 34. & alias, Cicer. ad Att. ep. 13. lib. 15.* adſentior tibi, ut nec duces ſimus, nec agmen cogamus, faveamus tamen.

Cogi, *pro,* Concludi, *ſive effici.*

Dialecticum verbum Cic: 2. de leg. Sunt autem ea, quæ poſui, è quibus id quod volumus, efficitur & cogitur. *Et 3. de nat. Deorum.* Innumerabilia ſunt, ex quibus effici cogique poſſit, nihil etiam, &c. *Idem de fato.*

Cogitatio, *pro.* mente, *ratione, ingenio.*

Cic. 1. de leg. Animal hoc providum ſagax, plenum rationis & conſilii. *Et mox:* particeps rationis & cogitationis, cum cætera omnia ſint rationis expertia. *3. de nat. Deor.* Num igitur in urbe eſſe rationem, cogitationem, mentem putas? *2. Ver.* Verrem ingenio & cogitatione fuiſſe nulla.

Cogitatio, *pro,* cognitione.

Cic. 3. de Orat. Linquamus igitur, quæ cogitationem hanc facilem, uſum neceſſarium, &c.

Cognituræ.

Apud Sueton. dicuntur procurationes *& officia procuratorum in foro. in Vitellio.* Cujus filius ſectionibus & cogniturís, ulterius compendium nactus

Cognationis magnæ homo.

Cæſ. 7. de bel. civil. Alterum Cotum antiquiſſima familia natum atque ipſum hominem ſummæ potentiæ & magnæ cognationis.

Cohærere, Cohærentia.

Cic. idem quod in ſcholis, ſubſiſtere, ſubſtantia, eſſentia, *5. Tuſc.* Nec enim virtutes ſine beata vita cohærere poſſunt, nec illa ſine virtutibus. *2. de natur. Deorum.* Jam vero circuitus ſolis & lunæ reliquorumque ſiderum, quiſque eſſet, ad mundi cohærentiam pertinent. *lib. 3.* Illa vero cohæret & permanet naturæ viribus, non deorum.

Cohibere, *pro,* continere, complecti.

Cic. Caton. Maiore. Quæ cum gremio mollito ac ſubacto ſparſum ſemen excipit, primum id occæcatum cohibet.

Cohibiliter, *pro,* breviter.

Apuleius de Deo Socrat. Fabulam iſtam in pauca cogamus, quantum poteſt fieri cohibiliter.

Colere, *abſolute, pro,* habitare.

Liv. lib 25. Extremi prope Oceanum adverſus Gades colunt.

Collocare pecuniam.

Cic. 2. offic. pro Cæcin. Plin. ep. IC. ſæpe. Interdum collocare nominibus: *vel,* in nomina.

Collineare, *vel,* conlineare.

Pro, dirigere. *Vide,* delineare. *perperam ſcribitur,* collimare. *Contra omnes l. vett. & etymologiam veram.*

ram. Age. l.9. c. 1. At ſi in editiora mittas, & ad percutiendum ſuperne aliquid manum & oculos collineas, quo motus à te datus fuerit, & telum bit, quo jecerit. *Cic.2.divin.* Quis eſt qui totam diem jaculatus non aliquem collineet?

Colonia, *h.e. villa ruſtica, Coloni domicilium.*

Paull.l.24. § Colonis. D.locati. Ulpian.l.2.§.privatæ. D. ne quid in loco. Sen. lib. 1. Controverſ. in Phoe. Intra coloniam meam me continui, alioqui potuiſſem illum audiſſe in illo atriolo.

Colobium.

Videtur fuiſſe olim genus veſtis, quod honoris cauſa pallio aut toga extrinſecus ad cervices & humeros dependebat, quo ſenatores uterentur, ut hodie Doctores Ingolſtadiani & Electores, atque adeo ipſi Imp. uti interdum ſolent. Almutium *barbare, à Græco* κόλοβον, *quod eſt mutilum.*

Color, *pro, ſpecie, ſeu ſimulatione.*

Liv.49. Sulpitius D. de donat. inter vir. Si color ut titulus, ut ſic dixerim, denominationi quæſitus eſt. *l.2. in fine D. de abig.* Si non color abigeatus quæſitus eſt, ſed vere putavit ſua, *l. 2. D. de offic.* hoc colore in officioſo teſtamento agitur.

Commeatus, *pro* Apparatu, *& Inſtrumento.*

Q. Claud. l.1. Et Romani multis armis & magno commeatu, prædaque ingenti copiantur. *Apud Agel. l. 17. c. 2.*

Comedere bona: *h.e. Conſumere, perdere.*

Cic. pro Flac. & l.9. Ep. ad Pætum. Sed cura, ſi me amas, ut valeas, ne te jacente bona tua comedamus, *Idem pro Sex. Hor.* Non hercule miror, Aiebat, ſi quæ comedunt bona.

Comicus, *pro,* levi, *non-vero.*

Cic. in Lælio Quod ne accidat, magis cavendum eſt, ut me hodie ante omnes comicos ſenes verſaris, atque illuſeris lautiſſime (*ita v. l.*) *& lib.2. ad Cal.* Mea vero officia ei non defuiſſe tute es teſtis, quoniam Κωμικὸς μάγειρος, ut opinor, accedit Phænia *Varro apud Non in, Scenat:* Amici, othi, Dii, Scenatici.

Commendare.

Aliquem dicuntur, qui eum reddunt amabilem, cam alus, eique benevolentiam, ſtudiumq; aliorum conciliant. Cic. Offic. P. Rutilii adoleſcentiam ad opinionem & innocentiæ, & juris ſcientiæ P. Marii commendavit. 1. *de Orat.* Et in voce, quæ una maxime commendat eloquentiam. *& Hor.* Quod me Lacenæ Juvenem commendat amicæ.

Commendare ſuos, *pro,* valedicere.

Cic.3. Off. Cum eorum alteri diem necis deſtinaſſet, & is qui morti addictus eſſet, paucos dies, commendandorum ſuorum cauſa poſtulaſſet. *&c*

Commemorare, *pro,* rememorare.

Liv. l.27. Alexandriæ ad Ptolemeum M. Atilius legatus ad commemorandam renovandamque amicitiam miſſus dona tulit.

Committere.

Eſt mittere una, ut ſi duo currus eodem momento, vel duo equi ſimul emittuntur ad curſum. Hinc committere ludos, prælium, *pro,* incipere *quia in circo ſimul emittebantur currus. vide Feſtum.*

Commodo tuo.

Pro, ſi tibi eſt commodum. *Vulgo,* quin tibi placebit. *Cic. in Bruto,* neque exigam, niſi tuo commodo.

Compellare.

Pro acerbe aliquem adloqui, *& q. invehi in aliquem. Cic. ad Cornific. l.12.* Itaque crebras vel potius quotidianas meas compellationes non tulit.

Compellere: *Ruſticorum ſeu paſtorum vox.*

Pro, oves cogere in ſtabulum, *aut, in campum; quod &* agere *dicebant. Cic. huc alludens 3. de Orat.* Me quidem in Academia totum compuliſti. *Et in Lucul.* Ac mihi videor nimis etiam nunc agere jejune, cum ſit etiam campus in quo poſſit exultare animo. Cur eam in anguſtias, & Stoicorum dumeta compellimus.

Comprehendere, *pro,* conjungere.

Liv. l.03. Eaſque ipſa naves, ne in tumultu pugnę turbari ordines poſſent, malis attenuiſque de nave in navem projectis, & validis funibus velut uno inter ſe vinculo illigatas comprehendit.

Complexio, *h. e.* συναγωγή. Coacervatio.

Cic. Tuſc.5. Nec alia huic verbo, cum beatum dicimus ſubjecta notio eſt, niſi ſecretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio.

Complere, *pro,* perficere.

Cic. l.2. Rhet. Tamen his ſuſceptis difficultatibus, compleri atque ad exitum perduci poteſt.

Compo-

Componere.

Ciceroni & ejuſdem notæ ſcriptoribus, nunquam eſt efficere, *aut*, conſcribere, *ſed*, in ordinem redigere, *colligere diſperſa, coagmentare, & coaptare, quod &* deſcribere *συναρμόζειν. Videtur tamen 3. off. uſus pro* conſcribere. Idque quod communiter compoſitum fuerit, ſolus edixit. Nam paulo ante conſcripſerunt communiter edictum.

Compoſitum, *pro*; poſito, *aut*, depoſito.

Cic: 2. de divinat. Etſi ad rem pertinet quando cælo adfecto compoſitiſque ſideribus, quodque animal oriatur.

Comprimere, *pro*, Reprimere.

Liv.l.27. Eo metu compreſſi Thuſci quieverunt.

Competere.

Pro reſpondere, aptum eſſe, convenire, quadrare. Liv.l.22. tantum aberat, ut ſua ſigna atque ordinem, & locum noſceret miles, ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ competeret animus. *Tacit. lib: 3.* Neque oculis neque auribus ſatis competebat. *& l.19.* Dux ſegnis & veluti captus animi non lingua, non auribus competere.

Communicare alicui: *Paraphraſis.*

Cic. Brut. Id aut ereptum illis eſt, aut nobis cum illis communicatum. *Cæſ: 3. bel. civil. cap. 18. Adhibito Libone & Theophane, quibus communicare de maximis rebus Pompeius conſueverat.*

Communis, *pro*, facili.

Terent. Heaut. act. 5. ſc. 1. Quemquam animo tam communi eſſe aut leni, qui ſe vidente amicam patiatur ſuam. *Suet. in Claud.* Nec ullo ſpectaculi genere communior aut remiſſior erat.

Communis res, *hoc eſt, Communis Reſpub.*

Ita à vett. Reſpub. interdum dici ſolet. Cic. Ver. ult Votaque pro Imperio ſuo communique Reip. nuncupaſſet (*ſic ibi leg. ex v. c.*) *Siſenſ. apud Non. in*, ſacrum. Quoniam Sabini feruntur voviſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos.

Communitas, *pro. adfabilitate, humanitate.*

Nepos Miltiade: Sed in Miltiade erat tum ſumma humanitas, tum mira communitas (*ſic v. l.*) *Cic. 2. de Orat extremo.* Sunt enim aliæ virtutes, quæ videntur in moribus hominum, & quadam communitate ac beneficentia poſitæ, &c. (*ita ibi leg. Sequitur n.* clementia, juſtitia &c. fortitudo in periculis communibus jucunda eſt, auditu in laudationibus.) *Id. l. 9. Ep. 24.* Nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitæ atque victus, remiſſionemque animorum (*ita ibi apte l: vetus.*) *Idem l: 4. Ep: 4. de Pompeio.* An qui in bello, cum omnium noſtrum conjunctum eſſe periculum ſuum cerneret, certorum hominum minime prudentium uteretur conſilio, cum magis commune cenſemus in victoria facturum quam incertis rebus fuiſſet.

Conatus ὁρμὴ, *Appetitus.*

Cic. 2. de nat. Deor. Si natura mundi omnes motus habet voluntarios, conatuſque & appetitiones, quas ὁρμὰς Græci vocant. *Ibidem:* Dedit eadem natura belluis & ſenſum & appetitum, ut alterum conatum haberent ad naturales paſtus capeſcendos.

Concedere alicui, *pro*, Veniam dare.

Cic: l: 6. ep: ad Cæcin. de Cæſ. Si tibi, cui juſtius videtur iraſci poſſe, conceſſerit.

Concedere injuriam, delicta.

Pro, remittere, *&*, gratiam facere. *Oppius l: 1. de bel. Alex. Suet. in Ner. c: 24. & Calig. c: 15.*

Concilium.

Romæ dicebatur proprie conventus plebis, *quem indixiſſet Trib. Pleb. Cic: in Vatin.*

Conciliatio, *h. e.* Societas, *conventus.*

Cic: 1. Offic. Communem hominum conciliationem & conſociationem colere, tueri, ſervare debemus.

Concipere.

Antiquis idem videtur valuiſſe, quod, apprehendere, *aut*, recipere. *Id in Jure*, conceptum furtum. *Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quæſitum, & inventum eſt. Et concepti is agere poteſt, qui rem concepit, & invenit.*

Concipere alicui infamiam.

Cic. in Verr. proœm. Vos aliquot jam per annos conceptam huic ordini turpitudinem, atque infamiam delere ac tollere poteſtis.

Concipere, *pro*, Incipere.

Juvenalis Satyr: 10.

Quid tam dextro pede concipis, *ut te*
Conatus non pœniteat, votique peracti.

Con

Concoquere aliquem.

Mira tralatione, pro, pati, ferre. *Liv. lib:* 4. ut quem Senatorem concoquere civitas vix poſſet, regem ferret.

Condita.

Dicuntur, quæcunque cibaria, aut frumentum, &c. domi ad uſus neceſſarios reſervata. Cic. & vett. Conditos fructus *ita vocant, eoſque novis opponunt.* Condita *ſæpe vocat Symmachus. Cic. in Bruto:* Nec enim ex novis, ut agricolæ ſolent fructibus eſt, unde tibi reddam quod accepi: nec ex conditis, &c.

Conditio, *pro*, pactione.

Ciceroni uſitatiſſ. in Topic. Si quæratur, à natura ne perfectum ſit, an ab aliqua conditione hominum & pactione.

Conditio vitæ: *pro, genere & Inſtituto.*

Cicero pro Rabir. Eos teneri legibus oportere, qui ſuo judicio eſſent illam conditionem vitæ ſecuti.

Conditio agri, teſtis, hominis.

Pro indole, ſive ingenio, & natura. Cic: de lege Agrar. Vetuſtate poſſeſſionis ſe, non jure; Juriſdictione Senatus non agri conditione defendunt *pro Marcell.* Sed tu ea viciſti, quæ & naturam & conditionem, ut vinci poſſent, habebant *pro Rab.* Quæ igitur conditio eſt teſtium, ut quibus creditũ non ſit negantibus iis credatur dicentibus?

In condito eſſe, habere.

Id eſt, præſidii cauſa quædam ſervare & reponere: ut frumentum, vinum, &c. His contraria ſunt, quæ in uſu ſunt. Paul. I.C. Hem, quorum rationem reddere debeat, ſcil. quæ in condito habuerat paterfamiliæ. *& mox:* Diverſam autem cauſam eſſe eorum, quæ in condito eſſent. *Ibid:* Pone, *inquit*, in condito centies aureorum eſſe, quæ in uſum ſumi ſolerent, *l. 97. D. de leg: 30.*

Conditus, ûs.

Utitur Apuleius & Cenſorin. c: 3. de die nat. quibus inter ſe necatis, pauci ſupereſſe traduntur, qui in conditu Thebarum Cadmo fuerant adjumento (*ita v. c. teſte Fr. Modio.*)

Conficere famam, *h. e. parare ſibi.*

Cic. in Bruto Suavitas vocis & lenis appellatio literarum bene loquendi famam confecerat. *Sic Plato in Apol.* ποιεῖν ὄνομα *dixit.*

Confirmare, *pro*, conficere.

Cic. l. 1. de leg. Eadem ratio cum eſt in hominis mente confirmata & confecta, lex eſt. *eod. l. de natura.* Confirmat ipſa per ſe rationem & perficit. *2. de orat.* Cum ego hunc oratorem, quem nunc fingo, ut inſtitui creare, aluero, confirmaro, tradam eum Craſſo & veſtiendum & ornandum.

Confiſcata pecunia.

Pro, in Fiſcum, ſeu crumenam congeſta: & collecta. Sueton. in Aug. extremo. quam ſummam repræſentari juſſit: nam & confiſcatam ſemper repoſitam habuerat.

Conjunctis multis vitiis.

Cic: prior. act. Verr. procem. quæ iſtius vitam tot flagitiis vitiiſque conjunctam poſſit defendere (*ſic ibid. v. l.*)

Conjunctus virtute, eruditione, ſcelere, lepore.

In eo, in quo eſt virtus, eſt idem fere, quod, prędítus *vel,* auctus. *Sic &,* junctus. *Cic: l: 1. Ora.* Celeritas & brevitas reſpondendi & laceſſendi ſubtili venuſtate atque urbanitate conjuncta, h. e. in qua ſit urbanitas atque venuſtas. *Phil:* 5. Hujus mendicitas aviditate conjuncta, in fortunas noſtras imminebat. (*ita recte v. l. etiam impreſſi plerique*) *Attius.* Sic animus quorum atroci juncta eſt malitia eſt. *Lucret.* —— nullo conjuncta calore (*ſic in v. l.*) *pro Cluent.* repente eſt exorta mulieris importunæ nefaria libido, non ſolum dedecore, verum etiam ſcelere conjuncta (*ſic ibi v. l. vulgo*, convicta.)

Conſanat volnus, *pro*, ſanatur.

Cic: l: 4. ep: 6. Nunc autem hoc tam gravi volnere ſunt illa, quæ conſanaviſſe videbantur, recrudeſcunt. (*ſic ibi ſ: leg: ex v. l. vulgo,* conſenuiſſe, *quod non recte de volneribus dici poteſt*) *Ulp: l: 10. de ædil: edict:* Si homini digitus ſit abſciſſus, quamvis conſanaverit, non videri ſanum eſſe. *Sed ſ. utrobique legend:* conſanaverit, *à*, conſaneſco.

Conſciſcere *pro*, cenſere, judicare *verb. Antiquum*

Liv: l: 1. Senatus populi R. cenſuit, conſenſit, conſcivit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret. *Ib:* Tum Senatorum puro pioque decreto quærendas eſſe cenſeo, itaque conſentio, conſciſcoque.

Conſidere, *pro*, Minui, Conquieſcere.

Cic: in Bruto. Ut eorum adſpectu, omnis quæ

me angebat cura, conſederit.

Conſiliare, *pro*, deliberare, Conſilium dare.

Cæſ:l.1.de bel. civil. Multúmque cum ſuis conſiliandi cauſa,ſecreto præter conſuetudinem colloqueretur(*ſic v.l.vulgo*,conſultandi) *Hor.*Gratū elocuta conſiliantibus Junone Divis. *Idem.* Ille bonis faveatque & conſilietur amicis. *Ovid.l.*1. *Amor. Eleg* 13. non mihi nupſiſti conſiliante ſeni.

Conſilii, *&*, Concilii, *differentia.*

Quod conſilium *ſit de paucorum & ſelectorum virorum:* Concilium *variorum ſine delectu coeuntium, aut confluentium cœtu ſeu turba.*

Conſilium, *pro*, mente, *animo*, *ratione.*

Cic. Animal providum, ſagax, plenum rationis & conſilii.

Lucret. In quo conſilium vitæ regimenque locatum eſt.

Cic:2.de finib. Non cum ea parte animi,in qua ineſt ratio & conſilium, ſed cum cupiditate.

Conſiſtere.

De fluxu quovis dicitur.Sic aluus conſiſtit, *cujus fluxus repreſſus eſt. Sic* conſilium conſiſtere, *cum res deliberata eſt Cic.ep.ad Gallū.*Tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie videatur primum cœpiſſe conſiſtere,*l.8.ad Atticum ep.*11. Levatur enim omnis cura, cùm aut conſiſtit conſilium, aut cogitando nihil explicatur (*ita recte ibi v.l.*) *vulgo*, conſiſtit.

Conſtare, *pro*, conſiſtere.

Omne enim officium adſeſſorum in his cauſis conſtat. *l:* 1. *de off. ad Seq.*

Lucretius:

Omnis ut eſt igitur, per ſe natura duabus
Conſtitit in rebus, &c. *ubi*, conſtitit, *pro*, *conſtat*, *aut etiam*, conſiſtit, *legitur.*

Conſtantia, *h. e.* Subſtantia.

Ulpian:l: 11. *ſic rem. D.de leg:* 3. Hic enim extinguitur conſtantia debiti, ibi res durat.

Conſtitit, *pro*, Conſtat.

*In ea notione,qua,*conſtat,*h.e.certum eſt,& quaſi ab omnibus creditū & confeſſum. Agell.l:1.c.*25.Quę cauſa eſſe videatur quamobrem, &c. non modo his communibus hominum ſenſibus opinionibuſque compoſitum eſt, ſed nec inter Phyſicos conſtitit.*Idem l:*17.*c:*21.Sed eam mulierem tunc àTarquinio digreſſam poſtea nuſquā viſam conſtitit *Valer. lib.*1. *cap.*6. Bello etiam Punico ſecundo conſtitit,Cn.Pompei bovem dixiſſeCave tibiRoma(*ſic ibi v.c.vulgo.* Domitio.*Male.* *Nam bos erat ipſius Domitii, neq; tam ad Domitium,quam ad ipſam urbem loquebatur.*)

Conſtitutio, παθητικῶς.

*Pro eo,quod ab aliquo conſtituitur.Cic.l:*1.*de Rep.* Omnis civitas eſt conſtitutio populi. *Sic in Jure ſervitus eſt conſtitutio juris gentium.*

Conſtituere, *pro*, confirmare, ſtabilire.

Cic. pro Sextio: Agrariam legem Gracchus ferebat,grata erat populo,fortunę tenuiorum conſtitui videbantur.

Conſulere in aliquem.

*Liv. l.*3. Abſtinebatur à patribus,in humiliores libidinoſe crudeliterque conſulebatur. *Ter. Heaut. act:*3. *Sc:*1. Quia peſſime iſtuc in te atque in illum conſulis.

Qui conſuluntur, *h.e. Juriſconſulti.*

Cic.pro Cæcin. In iſta defenſione accuſas eos, qui conſuluntur, quod æquitatis cenſeant rationem non verbo habere oportere. 2. *de leg.* Quid tam exiguum quam eſt munus eorum,qui conſuluntur, quamquam eſt populo neceſſarium.

Conſulere in medium, in commune.

Ter. Andr. Id oro te,in commune ut conſulas. *Tacit.* nec aliud adverſus validiſſimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune non conſulunt.

Virg: 11. *Æneid.*

Conſulite in medium-Succurrite feſſis.

Liv.l: 36. Ita nihil ſalutare in medium conſulebatur.

Conſulto conſilio.

*Paull.IC.l:*1.*eoſque ſentent.l:*19.*ſentent.antepen.* Qui ſciens prudenſque ſe pro minore obligavit, ſi id conſulto conſilio fecit, licet minori ſuccurratur &c. *Ammian.lib:*14. Intercotidiana proludia exercitus conſulto conſilio cognitos.

Contagio rerum, *aut naturæ.*

*Dicitur, quod Græce συμπάθεια vel ἀντιπάθεια, interdum & convenientiam & conjunctionem naturæ nota. Agell.*contagium *ut* venenum,*ait,verbum eſſe anceps.Cic:2.de div.* Quæ poteſt igitur contagio,

ex infinito pene intervallo ad lunam vel potius ad terram? *Item de Fato.* ut in reliquis ejuſmodi naturæ contagio valeret, quam ego non tollo.

Contactus, ûs, *pro*, contagione.

Quo tamen non antiquiores, ſed Tacit. in hiſt. l. 5. eſt uſus. Plures, *inquit, infecti quaſi valetudine & contactu.*

Contentio.

Pro æquabilitate quadam & congruentia: à verbo contendo. *Hinc* fides contenta *à Cicerone, quæ congruunt inter ſe. Hoc verbum in hac notione quidam è libris veterum ejicere non recte conati ſunt,* Cic: 2. *de nat. Deorum.* Quocirca ſi mundus globus eſt, ob eamque cauſam omnes ejus partes undique æquales, per ſe atque inter ſe continentur. Contingere idem terræ neceſſe eſt, ut omnibus ejus partibus in medium vergentibus (id autem medium infimum in ſphæra eſt) nihil interrumpat, quo labefactari poſſit tanta contentio gravitatis & ponderum.

Contentio, *h. e. Collatio,* Contendere, *h. e. conferre.*

Cic: 2. *offic.* Sed ſi res in contentionem veniet, nimirum Themiſtocles eſt autor adhibendus 2. *Cati.* Si unquam his rebus omiſſis ipſas cauſas, quæ inter ſe confligunt, contendere velimus.

Contentus alicujus rei: *pro*, re aliqua.

Claud. IC. l. 37. Cum quis decedens, §. rupturæ in fine d. leg: 30. Quoniam in his expreſſis, vel contentus eſſet partis dimidiæ totis. *Sic Curtius.* Contentus artificum. *ubi vulgo tamen contra v. l. addunt*, opera.

Conterere rem.

Cui contrarium, exaggerare, *&*, valde laudare. *Hor. verbo* deterere: *ita fere uſus videtur. Cic. 5. Tuſc* Reliqui quidem licet facere, quod fere faciunt, ut gravitatem dignitatemq; virtutis exaggerent: quam cum ad cælos extulerunt, quod facere eloquentes copioſe ſolent Reliqua ex collatione facile eſt conterere atque contemnere.

Continentia.

Sueton. in Claud. dicitur etiam meditatus edictum, quo veniam daret, flatum & crepitum ventris in convivio emittenti, cum periclitatum quendam præ pudore ex continentia reperiſſet.

Continens: *de oratione.*

Suet. Continuam *dixit in Claudio. Cic. l. 1. Tuſc:* Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo.

Continere.

Interdum id, quod vulgo, premere, *ſive ſervare, nec cum aliis communicare. Contrarium eſt,* Proferre *Cic.* 1. *Orat.* Quod ſi petimus ab Antonio, ut ea quæ continet, neq; adhuc protulit, explicet nobis, & illa dicendi myſteria communicet.

Continet, *pro, eſſe præcipuum, maximi nominis.*

Cic: 4. *Tuſc.* Mihi quidem in tota ratione ea, quæ pertinet ad animi perturbationem, una res videtur cauſam continere, omnes eas eſſe in noſtra poteſtate. 4. *de Finib.* Nunc videamus quæſo de ſummo bono, quod continet Philoſophiam. 1. *de Finib.* Hæc quæ vitam continet, omnem negligemus. *In Lucul.* Sed illa ſunt duo, quæ maxime cauſam continent. *Et* 1. *de natura deorum.* Nam & de figuris deorum, & de locis, & ſedibus, & de actione vitæ multa dantur: deque his ſumma Philoſophorum diſſenſione certatum, quod vero maxime rem cauſamque continet, eſt, utrum nihil agant, nihilque moliantur.

Continuare agros.

Dicuntur, qui infinita cupiditate ſunt & plus agrorum indies appetunt. Liv. l: 34. Quid legem Liciniā excitas de quingentis jugeribus, niſi ingens cupido agros continuandi. *Hor.* Quam ſi Mygdoniis regnum Alyattici Campis continuem. *Cicer: de leg: agrar.* 2. Sullanus ager à certis hominibus latiſſime continuatus tantam habet invidiam.

Continuus.

Cicero de tempore fere & itinere. Continuos decem annos: Continuis itineribus: *ut videatur de disjuncta quantitate & ſimul de pluribus rebus, & pluribus annis, itineribus, quaſi uno deſinente, altero ſtatim ei adjuncto.*

Contra ea, *pro*, contra.

Nepos Ageſilao. Nullum ſignum libidinis, nullum luxuriæ videre poterat: contra ea plurima patientiæ atque abſtinentiæ. *Idem Alcib.* Contra ea ſi quid adverſi incidiſſet, ſe unum ejus delicti fore reum. *Idem* Epaminondas: Namq; ille cum univerſa Græcia vix decem annis unam cepit

 urbem:

urbem: ego contra ea mox urbe noſtra dieque uno totam Græciam Lacædemoniis fugatis liberavi. *Livius quoque non raro ſic loquitur.*

Contractus, ûs.

Nomen hoc fugiunt quidam, quaſi quo Cicero non reperiatur uſus. Nam ille fere negotia rerum contrahendarum,*dicere ſolet. Sed eo tamen uſus eſt Servius Sulpitius ætate eadem vir in ſcribendo caſtiſſimus apud Agell: l:4. c:4.*

Contradicere: *vulgo dicitur,* opponere.

Cic:3. Tuſcul. Contra dicuntur hæc,quis tam demens ut ſua voluntate mœreat. *Quinct. libr:* 2. *cap:*18. Ponuntur hæ quoque in 2. de orat. libro contradictionis.

Contrahere cum aliquo.

Cui opponitur ut contrarium, ſecum agere ali quid.*Cic:initio de offic.* Nulla enim vitæ pars neq; publicis neque privatis, neque forenſibus neque domeſticis rebus,neque ſi tecum agas aliquid,neque ſi cum altero contrahas vacare officio poteſt

Contrahere, *pro,* coercere, *reprimere, minuere.*

Cic. Ex quibus illud intelligitur, appetitus omnes contrahendos ſedandoſque eſſe, excitandamque animadverſionem & diligentiam.

Contrario, *pro,* contra, *ut,* cotidiano.

Cic: de univerſ. Poſt iram & mentem & reliquos motus animi comites ſuperiorum, & his eſſe contrario diſſidentes (*ſic leg: puto vulgo,* contrarios.)

Controverſum jus.

Apud IC. *eſt id, quod nondum eſt certum, de quo jure IC nondum inter ſe conſentiunt. Hinc tralate pro quavis re controverſa & dubia uſurpari ſolet. Liv:l:* 3. Omnium primum cum veluti in controverſo jure eſſet, tenerentur ne patres plebiſcitis, &c. *Cic:3.offic:* Hæc ſunt quæ controverſa jura Stoicorum (*ita Turneb. recte. nam & v.q.l. ita habent.*)

Conturbare.

*Dicuntur illi, qui rationes & negotia tractant aut ſua, aut aliena, ſolvendo eſſe deſinunt. Alpheſius l.*16. Quidam fundum, *ff. de rep: verſo.* Servus boves vendiderat, alios redemerat, nummos conditori non ſolverat, poſtea conturbaverat. *Cic. pro Plancio etiam uſurpat.*

Non convenit, *h. e.* non conſtat.

Nepos Hannib: Quibus conſulibus interierit, non convenit. namque Atticus, &c. *h: e: diſſentiunt inter ſe ſcriptores.*

Conveniunt conditiones.

Cum de iis convenitur, & conſentitur. Nepos Hannib: in colloquium convenit, conditiones non convenerunt. *Sic,* conventa conditio *dicebatur* (*teſte Feſto*) *ea, cum primus ſermo de nuptiis, & earum conditione habeatur.*

Convenientia.

Pro conſenſu *vulgo dicunt,* correſpondentia. *Cic: in Lælio.* Virtus & conciliat amicitias & conſervat. In ea eſt enim convenientia rerum, in ea ſtabilitas, in ea conſtantia.

Convenit, *pro,* decet.

Cic:2.offic. Convenit autem tum in dando munificum eſſe tum in exigendo non acerbum. *Pro Sext.* Vos his malis mederi convenit. *Et alibi plus millies.*

Convenit aliquid: *pro,* de aliquo.

*Salluſt. Iugurth.c:*45. Tamen quia mortis metu mutabant, ſicut regi libuerat, pax convenit. *Cic: 1 Phil:* Addebant pręterea rem conventuram. *Liv. l:*27. ubi & ratio agendæ rei & tempus convenit.

Convitium: *in bonam partem.*

Cic: 2. ep: Deturbatus eſt juſtiſſimo ac honeſtiſſimo convitio meo. *Mart:l:7.* Feſta coronatus ludet convitia miles. *Senec: Medea.* Feſta dies fundat convitia. Solvat turba jocos.

Convitium: *pro,* clamore *turbæ alicujus.*

Cic: Verr: ult: Cujus convivia non fuiſſe, qualia Magiſtratuum eſſe debebant; cum ſilentio: ſed cum maximo clamore atque convitio. *Et pro Sexto:* Et is qui antea cantorum convitio cantiones celebrare ſuas ſolebat *Pro Arch.* Quæ res, cur tantopere hoc homine delectemur. Quia ſuppeditat nobis ubi & animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur, & aures convitio defeſſæ requieſcant.

Copia, æ, *pro, Copiæ, arum, exercitus.*

Pomp: l:8. ep:19. ad Attic: Neque ſolus cum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere poteris. *Ib.* Etiam atq; etiam te hortor, ut cum copia, quam primum ad me venias.

Virg. l. 11. *Æn.*

Incurrunt denſi ſimul omnis copia Teucrum

Copioſus, *pro,* eloquente.

Cic: 2. div. Hoc eſt ipſum eſſe contra ſe copioſum.

ſum & diſertum. *Videtur Cicero eo nomine uſus ſuo quodam modo*, *pro* perfecto & excellente. *Idem divin.* Quid eſt veſtra oratio in cauſis? quid ipſa actio? poteſt eſſe vehemens & gravis & copioſa, niſi eſt animus ipſe commotior.

Cornu: in cornu ſedere.

Videtur, idem, quod, in extrema parte ſedere. *& Halicus interpres fere vertit apud Livium*, in extremo quodam ſcamno ſedere. *Sed videtur aliud aliquid latere. Liv. l:25.* Et forte in cornu primus ſedebat laſſa, cui ſimul metus pudorque animum verſabat. *Tacit: l:* 1. Nec patrum cognitionibus ſatiatus judiciis aſſidebat, in cornu tribunalis, ne prætorem curuli depelleret. *Val: Max: l:5, c:7.*

Corona, opibus, oppugnare orbem.

Contraria hæc ſunt: Corona *oppugnatur, cum nullis machinis ſola adſcenſione ſcalis admotis, per milites undique circumfuſos oppugnatur, Liv: ſæpe utitur: l: 23, de Hannibale Nolam oppugnante l:37.26,32.34*

Corpus, *pro*, ordine, *& familia.*

Liv: lib: 4. Virginem plebei generis maxime formam notam petiere juvenes, alter virgini genere par, qui & ipſe ejuſdem corporis erat, alter nobilis. *Liv: 36.* ut corpus unum & conſilium totius Peloponneſi eſſet.

Corpus, *pro*, Libro.

Cic: 2. Attic: ep: 1. Hoc totum σῶμα curabo ut habeas. *l: 2. ad l: Fr: ep: 12.* Sed utros eum habueris libros (duo enim ſunt corpora, &c.)

Corpus amittere.

Dicebantur, qui morbo toti exhauſti valde imbecilli facti ſunt, Cic: 7. ep. ad Gall. Ego hic cogito commorari, quo ad me reficiam, nam & vires & corpus amiſi.

Lucret: l. 1.

Nam veluti privata cibo natura animantum
Diffluit amittens corpus ——

Idem.

Scilicet & niſi nos cibus aridus & tenere humor,
Adjuvat amiſſo jam corpore vita quoq; omnis
Omnibus è membris atque oſſibus exolvetur.

Corpus munitionum.

Eſt totum opus totaque munitio. Cæſ: l: 7. de bell: Gallico. Nec facile totum corpus Romanũ manu militum cingeretur (*ſic reſtit. ex v. l.*) *Liv. 26.* Cæterum habitari tantum, tanquam urbem Capuam placuit, corpus nullum civitatis nec ſenatus, nec plebis conſilium eſſe: poſt & Acarnanos, quos ægre ferrent Ætoli, à corpore ſuo diremptos, reſtituturus ſe in antiquam formam.

Corrigere: *quid proprie.*

Prolapſum aut inclinatum erigere & rectum facere. Col. de re ruſtica. Vineas novellas, adligato crebro, ne caules perfringantur: & quæ jam in perticam ibit, ejus pampinos teneros adligato leviter, corrigitoque, ut recte ſpectent. *lib: 3. æd: ff: de locato. Val: lib: 6. c: 5.*

Corripere.

Pro, abripere, *retrahere, & manu reprehendere. Cicer: libro 15. ep: 6. ex v: c: ubi vulgo:* ſatis ne patet unde corruptus. *Cæſar: lib: 1. de bell. civil.* temere Cæſarem correptis ab eo duabus legionibus, ne ad ejus periculum reſervare, vel retinere eas ad urbem Pompeius videretur (*ſic ibi ex v: l: reſtituo. vulgo*, corruptis) *Lentul: ad Cic: l: 12. ep:* ut quam depoſui pecuniam colligerem, quicquid ex ea correptum eſſet, aut quorum id culpa accidiſſet cognoſcerem.

Correptum: *hinc inde corraſum, injuſte raptum.*

Lent: ep: 5. ad Senat: l: 12. ep: Cic: Quod eum pertimuiſſet Dolobella, & vaſtata provincia correptis vectigalibus Aſia exceſſiſſet. *pro Balbo.* Tum pecuniam L. Cornelii, quæ neque invidioſa eſt, & quanta unquam eſt, ejuſmodi eſt, ut conſervata magis quam correpta videatur (*ita v: l: vulgo*, corrupta.)

Corollarium.

Græce ἐπιστέφχνωμα, *in Lexico Beati Germ. Varro l: 4. de L. L. extremo* Eadem pecunia vocabulum invitat. Nam poſt idem dici dos, arrhabo, merces, corollarium, & poſt. *Plin: l: 21. c: 2. extremo. Cic: 5. Verr.* noli hos colligere, qui numulis corrogatis de nepotum donis ac Scænicorum corollariis, &c. *& l. 4. Accuſ.* Hic tanquam feſtivum acroama ne ſine corollario de convivio diſcederet. *Diomed. l. 3.* apud Atticos die feſto liberi patris vinum cantoribus pro corollario dabatur.

Craſſus ager: *pro*, pingui.

Cic. pro L. Flacco. Si jam te Craſſi agri delectabant,

bant, *Cato de re Ruſt.* Ager craſſus & lætus, ſi ſit ſine arboribus tam agrum frumentum fieri debere. *Varr.l:* 1. *de re Ruſt.c:*24.

Crimen, *pro ipſa accuſatione.*

Cic. pro Sex. Roſcio. Tres ſunt res, quæ obſtant hoc tempore S. Roſcio, crimen adverſariorum & audacia & potentia.

Crura ſuffringere: *diffringere, effringere.*

Plaut. Aſinar. Cic. pro S. Roſcio Am. Crura nobis nemo ſuffringet. *Sueton. in Auguſt.* crura effregit.

Cucuma, *lebes aut olla.*

Martialis. Cucuma fecit Otacilius. Petron. frangitur igitur cervix cucumæ, ignemque convaleſcentem reſtinguit.

Cuimodi: *pro*, Cujuſmodi.

Sæpe dicebant veteres, ſed ſcriptorum loca vulgo fere ſunt mendoſa. Sed P. Victorius, cui recentiores plerique adſentiuntur; putat, ſemper ſcribendum, cui cuimodi, *quia ita & in v. æ. ſcriptum invenerit, & Priſcian. ſcribat. Cic. eo uſum. Adfert autem Victor. aliquot loca Cic. ſed dubito valde, an* cuimodi *ſcriptum ſit in v. l. & maxime in tot locis. Sic &*, alimodi, *pro* aliuſmodi *teſte Feſto. Agel. l.* 4. *c.* 1. Atque illud etiam cuimodi eſſet, conſiderandum putavit, *Sic ibi v. l. ut & l.* 9. *c.* 2. Cuimodi eſt tanquam homines, &c. *l.* 18. *c.* 3. juſſitque eum conſenſu petituq; omnium eandem illam ſententiam viri diſerti, cuimodi poſſet verbis, dicere. *Cic. pro S. Roſcio Amer.* Vereor enim cuimodi es, Roſci, ne ita hunc videatur ſervare, ut tibi non pepercerim. *& Tuſcul.* 3. *extrem.* Supereſt enim hoc cuimodi eſt, otium. & 5. *extrem.* ubi enim melius uti potes hoc, cuimodi eſt, otio? *Sed Victorius hinc ſemper edidit*, cui cuimodi, *eumque ſecuti alii.*

Cujuſmodi: *pro*, Cujuſmodicunque.

Cic: 5. *de finib.* Atque omnia quidem ſcire cujuſmodi ſunt; cupere curioſorum. *Pro Cælio.* Sed Cælius optimam cauſam Aſcitii eſſe arbitratur: cujuſmodi autem ſit, à ſua putat eſſe ſejunctam. *lib:* 3. *Att. ep:* 12. *inf.* Tuque ad me velim omnia quam diligentiſſime cujuſmodi ſunt ſcribas.

Cum: *poſt alterum tertiumve verbum poſitum.*

Liv: l: 2. Frumentum Cumis cum coemtum eſſet, naves pro bonis Tarquiniorum ab Ariſtodemo Tyranno, qui heres erat, retentæ ſunt (*ſic ex v. C. Rhenanus*) *Saluſt.* adhæc maledicta alia cum adderet, obſtrepere omnes.

Cum-maxime: *pro*, quam-maxime.

Liv. l. 29. Omnia quæ captæ urbes patiuntur, paſſi ſumus, & nunc cum maxime patimur (*ita ibi olim editi*) *l.* 40. per totam aciem vulgatum eſt, caſtra amiſſa eſſe, & tunc cum maxime ardere. *Cic. pro Clu.* Qua multos jam annos, & nunc cum maxime filium interfectum fuit.

Cujuſdam modi: *vulgo barbare*, aliquatenus.

Cic: 5. *de finib.* Jam v. animus non eſſe ſolum, ſed etiam cujuſdam modi dicitur eſſe, ut & omnes partes ſuas habeat incolumes & de virtutibus nulla deſit & 2. *l. de divin.*

Cujuſque, *pro*, cujuſcunque.

Ulpia. lib: 7. *liberis* §. 2. *de lib. cauſ.* Non denegatur, vendito in libertatem proclamatio, cujuſque ſit ætatis.

Cupere alicui: *pro*, favere.

Ter. And. Vel tu, vel quod verum eſt, vel quod ipſi cupio Glycerio. *Plan. ad Cic. l.* 10. 7. Certe & tibi, cui maxime cupio, & omnibus viris bonis ſatisfaciam.

Cupidi.

A Cicerone dicuntur; qui vulgo barbare, partiales, *h. e. infecti partibus, adfectibus dediti, vehementes: quibus contrarii homines* moderati, *æqui. pro Fonteio.* Igitur teſtibus Iudices non credere cupidis & iratis, & conjuratis, non ſolum poteſtis ſed & debetis. *Ib:* quorum virtuti, generi, rebus geſtis fidem & autoritatem in teſtimonio cupiditatis atq; inimicitiarum ſuſpicio derogavit *Et poſt.* Si qui ob aliquod emolumentum ſuum aliquid cupidius dicere videntur. *In ead. or. ſæpiſſ. & pro Murana.*

Curo: non curo. *vix uſitatum.*

Liv. 36. Nec hercule inquit magnopere nunc curo, quid Ætoli ſatis ex re Græcorum futurum eſſe cenſeant.

Curare, *abſolute: pro*, adminiſtrare; rem gerere.

Varro apud Non. Deſcobinatis. Sin autem delectationis cauſa venamini, quanto ſatius eſt, ſalvis cruribus ſpectare, quam his deſcobinatis in ſylva currere (*ſic ibi leg. vulgo*) expectare & currere. *Sed in v. l. eſt*, curare.

Curtus,

Curtus, & mutilus, *detritus, fractus non brevis, & exiguus.*

Cic. de orat. l. 1. Quod ſi ita eſt, quia ipſi ſuis [ſ]enſibus, &c. *Id. in orat.* mea quidem ſeries & [p]erfecto completoque verborum ambitu gau[d]ent, & curtę ſentiunt nec amant redundantiam.

Lucret.

Puri ſæpe lacum propter ſe ac dolia curta eſt.

Curtus *idem fere, quod,* debilis, *detritus, h.e. cui aliquid abeſt*) (*plenus & perfectus.*

Cic. 4. *de finib.* Eorum enim omnium multa [p]rætermittentium, dum eligant aliquid, quod ſe[q]uantur, quaſi curta ſententia: at vero illa perfe[c]ta atque plena eorum.

Cuſtodire: *Verbum Candidatorum.*

Uſus hujus verbi rarior, maxime in honorum peti[t]ionibus. Cic pro Plancio quod me vel vi repulſum, [v]el ratione cedentem recepit, juverit, cuſtodierit [h]is & ſenatui Romano, ut haberent quod reduce[r]ent, conſervarit. *Philipp.* 2. Veniſti ô Gallia ad [q]uęſturam petendam, poſtea cuſtoditus ſum à te, [t]u à me obſervatus in petitione conſulatus, &c. [C]*ic. de petit. Conſul. extremo.* Fac itaque ut compe[t]itores tui ſe abſque te cuſtodiri atque obſervari [ſ]ciant: Cum diligentiam tuam, tum auctorita[t]em, vimque dicendi, tum profecto equeſtris or[d]inis generale ſtudium pertimeſcent.

Cuſtodire aliquem.

Pro, obſervare, *ne quid furetur, vel auferat. Cic.* [C]uſtodem, *inquit,* Tullio meo apponite. Quid mi[h]i, quam multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel [a]d meas capſas admiſero? qui non ſolum ne quid [e]nuncies, ſed etiam ne quid auferas, cuſtodien[d]us ſis.

D.

Damnum, damnoſus.

Interdum pro ſumptu, & ſumptuoſo. Horat. pro[p]rium fere verbum. Suet. in Neron. c. 31. non in alia [r]e damnoſior, quam in ædificando.

Dardanarii.

Dicebantur olim qui coëmptis frugibus difficultatē [pe]r caritatem annonæ faciunt In Lexico Beati Germa[n]i, Dardanarius παντοπώλης, παντομετάβολος, [...]

Dare litem ſecundum aliquem.

Liv l. 23. Secundum eum litem judices dare. *Ita autem v.l. & recte Lipſ. l.* 2. *ep.* 5. *quem vide.*

Dare litem *igitur* ſecundum aliquem.

Ita pronunciabant ipſi judices. Interdum omittebatur verbum, litis. *Cic. pro Roſc. Comœdo.* Quo minus ſecundum eos lis detur, non recuſamus. *Agel.* 5. *c.* 10. *Suet. Claud.* abſentibus ſecundum præſentes dedit. *Tacit. l.* 4. Ita ſecundum Meſſenios datum *Ulpian l. div. D. de lib. cauſ.* Si enim liquebit, contra libertatem dabit.

Dare viam.

Vox lictoris ad populum ſubmovendum. Dicebant enim dare locum. *Liv. l.* 3. Lictor ſubmove turbam, & da viam Domino ad prehendendum mancipium. *Plaut.* Date viam mihi noti atque ignoti. *Id.* Optati cives, date viam, qua fugere licet. *Ovid.* 1. *de Pont. Eleg.* vaticinor moneoq; locum dare ſacra ferenti.

Dare ſenatum, conſilium, concionem, colloquium.

Ut & petere & poſtulare ſenatum *Liv. l.* 32. Nunc video, aut non dandum conſilium legatis fuiſſe, aut inde ſine reſponſo eos dimittendos non eſſe. *Ibid.* Concionem Argivorum Rex poſtulabat, ut id ſciri poſſet. *l.* 34. Conſilio advocato cum omnes dandum colloquium cenſuiſſent, dies locuſque conſtituitur. *l.* 36. Qui priuſquam illis conſilium daretur, impleverat omnium aures. *Salluſt. Iugurth. pag.* 56. *Cor. Nepos.*

Dare ſe alicui.

Id eſt permittere, impertire. *Genus dicendi forenſe, & à populo ſumptum. Cic. pro Rabirio.* Dedit ſe regibus *l:* 10. *ad Attic. ep.* 4. Te optimum Terentiæ dabis. 2. *de orat.* Si ſe dant, & ut ante dixi, ſua ſponte quo impellimus, inclinant, atque propendent, accipio quod datur. *Terent: Eunuch. act.* 3. *ſc.* 3. Mihi ſe dare, ſermonem quærere.

Deberi non poteſt: debere non poſſe.

Eleganter pro eo, quod præſtandum, perſolvendum, dandum. Cic: 1. *de leg. Præclare exigis Quinctil:* at ego effugiſſe arbitrabar, & tibi nihil horum deberi poteſt *& l:* 3. Senſit enim deberi non poſſe civitati huic iſtam partem. *In epiſt: ad Trebat.* Verumtamen quod præſenti tibi prope ſub-

pe ſubrogarem. non tribuerem certe,non abſenti debere non potui.

Decantatum habere.

Et quaſi,in numerato habere:*& quod facile memoriter recitare poſſis. Cic:2. de orat.* Si in perſonis ponitur,quot homines tot cauſæ:ſin ad generum univerſas quæſtiones referuntur, ita modicæ & paucæ ſunt, ut omnes eas diligentes & memorati & ſobrii oratores percurſas animo & prope decantatas habeant.

Decantare: *deſinere cantare.*

*Cic:3.Tuſc.*Sed& jam decantaverunt fortaſſe.

Decernere rem.

Liv: 25. Itaque haud magna vis certaminis fuit, primus clamor atq; impetus rem decrevit.

Decoctus: *pro dulci maturo. Vide* Coctus

Decurio.

*Ita à veteribus dicitur,quem recentiores fere*Decanum. *Decurio cubiculariorum,lecticariorum, &c.*

Decurrere ſpatium: *ut*, Currere.

Lucret. l: 4. *Cic. in Catone majore.*

Dedecoramentum.

Hoc verbo uſus eſt Gracchus apud Agellium.

Dedicare in cenſum, *vel*, in cenſu.

Pro,referre,*&* profiteri cum cenſu. Dedicare in funus,in ſacrum. *Cic.pro Flacco.* Adhæc prædia etiam in cenſu dedicaviſti *(ubi nimis licenter Lambinus edidit*,in cenſa. *Africanus apud Agell. l:* 7. *c:*11. Sed tu in uno ſcorto majorem pecuniam abſumpſiſti, quam quanti inſtrumentum omne Sabini in cenſum dedicaviſti. *Paull:l.*19.*D.de in rem verſ.Gaius l:ult: D.de litig.* Rem de qua controverſia in ſacr.dedicare.*Sic in lege ſitia apud Feſtum publicis ponderibus:* ſive quis in ſacr.dedicare voluerit; *licet (ſic in lege puto: vulgo* indicare.)

Deduci.

Dicuntur, qui ad ſtuprum, ut &, perduci. *Cic.in Verr:* Ad quem iſte deduxerat tertiam Iſidori Mimi filiam. *Suet:in Cæſ:*Cum quidem pleriſq;utilitatem mirantibus faceti ſſime Cicero, quo melius inquit, emptam ſciatis, tertia deducta eſt.

Deducere, *in nuptiarum ſolemnitatibus.*

*Puella enim quæ ad maritum ibat, deduci dicebatur. Tac:l:*4. *Cic:apud Macrob: l.*2. *Propert.l:*4.

Deferre: *in beneficiis.*

Phraſis eſt veterum inſignis,quæ de magiſtratibus ex provincia Romam reverſis dicebatur. Is namque Magiſtratui deferre *quem ſuorum Comitum in beneficiis dicebatur, cujus Comitis nomen ad ærarium à Proconſule deferebatur, quaſi ejus opera Reip.utilis fuiſſet. Hinc autem ducitur ea phraſis,quod is qui deferebat, quaſi beneficium aliquod deferre videbatur, Cic. pro Arch.* In beneficiis ad ærarium delatus eſt à L.Lucullo Prætore & Conſule. *Sic pro Balbo.* In prætura, in conſulatu Præfectum Fabium detulit. *Sic ep:*15.*l:*5.*Rufo.* quod ſcribis de beneficiis, ſcitis à me Tribunos & præfectos & contubernales duntaxat meos delatos. *Eo pertinent verba Modeſtini. l.* 32. *abeſſe. ff. ex quibus cauſis majores, &c.*

Deficere.

Uſitatum eſt rei inanimę id tribui:ut,pecunia deficit.*Sed tamen & de hominibus pro*,deſerere,*deſtituere.Varro.l:*2.*de re ruſt.* Nec deficiant animum. *Et Val.Max. l:*5.*c:*7. Quia deficere noſtram amicitiam voluerant. *(ſic n: ibi v: l.)*

Definire.

Proprie & pereleganter uſus eſt Cicero de fundo, quem terminabant arbores: ut ſi quis diceret, extremam partem illius fundi aut agri quærens definivit ordine directo. *Cic:pro Cæcinna.* Ejus fundi extremam partem oleę directo ordine definiunt. *Mox ibid. ait.* Intra finem ejus loci, quem oleæ imminebant.

Definire orationem, *pro*, concludere.

Cic: in Ver: Ut aliquam totam hujus generis orationem concludam atque definiam.

Deformare, *pro*, transformare.

Cincius lib. de priſcis verbis: Quemadmodum omnis fere materia non deformata rudis appellatur. *Sicut veſtimentum rude, non perpolitum,apud Feſtum.* Rodius.

Defundere, *&* diffundere vinum.

Longe differunt. Vulgo tamen ubique fere diffundere, *diffuſum eſt, editum contra v.l. & vim verborum* defundere *vix notum eſt. Ut illa autem intelligas, conſideranda eſt ratio vini. Preſſum vinum defluit in lacum, ubi deinde fervere incipit. Poſtquam deferbuerit, ex lacu in cados & dolia funduntur, & hoc proprie eſt* diffundere vinum, *ſi in dolia & cados adſervandum & in cella reponendum. Cum vero ad bibendum promptum eſt, in vaſculum vel lagenam*

nam, ut inde in pateras, cyathos, aut vitra fundatur, hoc propric erat defundere. *Ergo* defundere *eſt* [ſchenken]. *Putant nonnulli proprie* defundere *in ſacris dici.falſo.Utuntur iis verbis ita diſtincte omnes vet.* Cic. *Varro, Hor. Liv. Apul.ut ex v.l.patet & plurimis in locis.* Cic:2. *de finib. Quibus* vinum defuſũ *eſt, ut ait Lucill. (ita v. c.) Proculus in l.* 16. *vinum cum vaſis D.detrit. leg.* Illud verum eſſe puto,cui vinum cum vaſis legatum erat, ei amphoras, cados in quibus vina diffuſa ſervamus. Vinũ enim in amphoras & cados hoc menſe diffundimus,ut in his ſit, donec uſus cauſa præbeatur.

Defungi pœna.

*Pro,*ſubire pœnam,*cæde,morbis. Liv:l:*29.ante omnia libera corpora placere ſine mora Locrenſibus reſtitui,non levi defunctorum pœna,&c.*& l:*3.Cæterum multitudine *& : eod. lib.* defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe incipere.

Deguſtare aliquem, *vel,* mentem alicujus.

Pro, cognoſcere, *explorare, experiri.*

Dejicere præſidium.

Dictio eſt militaris pro,expellere,fugare præſidia, h.e.milites præſidiarios. Horat. Præſidium regale loco dejecit. *Cic:*8. *Phil:* Non eſt hoſtis is, cujus præſidium Claterna dejecit Hirtius. *Liv:*34 Sic præſidium Hiſpanorum, quod in caſtello erat vi dejectum. *Cæſar* 3. *de bell: civ.* Noctu in litibus expoſitis præſidium equitum dejecit.

Deinceps.

*Non valet idem quod,*deinde, *ut multi putant ſed valet idẽ quod,*ordine.*& Græc:*ἐφεξῆς.*Liv:*29.Exercitus ſi in agr.&c. Et deinceps aliorum populorum.&:*Cic:*4 *Tuſc.* Graviſſimus auctor Cato in originibus dixit morem apud majores hoc exemplar fuiſſe ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atq; virtutes. *Cic:*2. *de div:* Tum vero, &c. Cum deinceps ex primis verſuum literis,&c. *Id:*3.*de leg. Liv.l.*26.

Delectatio, *pro,* delinitione *&* illecebris.

Cic: 2. *offic.* Ipſaque illa delectatio multitudinis, ac breve exiguumque tempus, &c. *ſic ibi ex v: l: legend: vulgo* , delinitio.

Deludere.

Idem quod eludere:*& fortaſſe legendum,* eluſerint,*apud Plin. Proprie dicuntur gladiatores,cum à pugna deſiſtunt.finitis ludis,ut* proludere,eludere, *de quibus infra Plin:l.*37.*c:ult.* Ut licet videre gladiatores cum deluſerint hac juvari potione.

Deliberare, *pro,*conſulere;*conſultum ire.* Deliberatio, *pro, conſultatione.*

Cic: 3.*off:* Sapientem & bonum virũ fingimus, de ejus deliberatione& conſultatione quęrimus. *Id:*1.*offic:* Ex quo ſunt illa communia,non prohibere aqua profluente. & : conſilium deliberanti dare. *Id:pro Plancio.&* 5.*Tuſc:* Pueris nobis Cn. Aufidius in ſenatu ſententiam dicebant,nec amicis deliberantibus deerat. *vid.l.*6 *ep:*3. *& l.*14.*ep.* 18.*ad Attic. Cor.Nepos in Miltiad.& Themiſt.*

Deluere, diluere.

*Agell.*15.*c.*2. Et calefacto ſimul,refotoq; animo,ſi quid in eo vel frigidæ triſtitiæ,vel torpentis verecundiæ fuerit,diluamus. *Cic:*1. *offic.* ut amicitias quæ minus delectent, ſenſim diſſuere (*alii,* diluere) quam repente procidere. *Idem in Lal.* Tales amicitiæ ſunt remiſſione uſus deluendæ.*Feſtus* deluit,ſolvit,purgat:diluit,tempore. *Vitruv. l:*1. *c:* 4. cætera principia , &.

Deminuere, *interdum, pro,* alienare.

Cic:proSulla. Ut quę cauſa cæteros impulit ad facinus cupiditas retinendæ poſſeſſionis ea Cincio non fuerit prædiis deminutis. *ep:l.*1.*adTreb.* Is mihi dixit, ſe ad procuratores ſuos literas miſiſſe,quæ mihi viſæ ſunt iniquiſſimæ, ne quid de bonis quæ L.Octavii Naſ:fuiſſent,cui L.Placius heres eſt, deminuerent. *Et paulo poſt :* Hæc mihi veriſimilia nõ videntur,ſunt enim à prudentia tua remotiſſima,ne diminuat heres. *Sic in edicto prætoris,* Si juſta cauſa videbitur, bona interea deminui vetabo *l.*17. *D.de jure delib.ubi Ulpia ita interpretatur. l.*20. §. *item placere. & l.ſeq. D. de petit. hered.l.*31.*ſi creditoris in fin. D.de reb.coit prud.pop. Liv.l.*39.*ut recte obſervavit Hotom.l.*3.*obſer.c.*16.

De: *juncta huic articulo quædam ſatis mire:* denarrare,devocare,denatare,deponere,delegare.

Terent.Phorm. Hæc adeo ego jam illi denarrabo.*Nepos in Cimone.* Cottidie ſic cœna ei coquebatur, ut quos invocatos in foro vidiſſet, omnes devocaret.

Denique.

Apud vet.ſcriptor,ſępe non principio ſententię.ſed in fine,

d

in fine, aut medio, ut quid denique fiet? hoc arridet denique. *Idemque valet, quod,* tandem *Terent.* Ne iſthæc fortitudo in nervum erumpat denique.

Denunciare alicui.

Eſt, arceſſere aliquem, citare, *vel denunciare, ut adſit: ſed alterum conciſe dictum eſt & elegans Unde quidam cum inveniſſent, ita abſolute illud,* denunciare alicui, *addiderunt hæc,* ut adeſſet: perperam. *Sic præciſe IC. dicebant.* Nunciare novum opus alicui, *ſc.* ne quis faciat *Sic* 5. *Verr.* In Triclinio, quem locum fugitivi jam ante tenuerunt, domino denunciatum eſt (*Sic locus ille ex v. l. reſtituendus, cum in vulg: omnibus fit.* denunciatum eſt, ut adeſſet.)

Sic locuti Brutus & Caſſius in ep: ad Anton: Regulus nobis ad omnia, &c. ea re denunciatum eſſe veteranis, &c.

Depectus.

Id eſt, turpiter pactus, *l: ut generaliter, D. de calan.*

Depellere de gregibus.

Ruſticum eſt verbum interdum, ut depellere à mamma, *aut à matre fœtum. Pacuv. apud Feſtum.* Repotia *ubi ita legend. puto. Virgil:* teneros depellere fœtus. *Varr: l: 2. de re Ruſt: cap:* 4. *Horat.* lacte depulſum leonem.

Deplorare: *ſine caſu utitur Cicero.*

Sicut verbo queri *uti ſolemus: ita &* complorare. *Cic: pro Flacci 2. acenſ. in Verr.* Hoc conſilio à Metello de ſuis miſeriis deplorant. *Pro Flacco.* Quærendum eſt ergo & deplorandum de omni accuſationis iniquitate. *Et ſæpe.*

Deportare, *verb. nauticum.*

Dictum de iis, quæ navibus aliquo eportantur, h. e. merces, homines, animantes, & quælibet alia onera. Et hinc deportatio, *in jure civili pœnæ genus uſurpatum videtur, quod obſervatu dignum fuit. Nepos in Alcibiade.*

Deprehenſus ſum.

Idem quod Terentianum. Teneor medius. *Cic: de orat.* deprehenſum equidem me, inquit Antonius, plane video, atque ſentio.

Deſcribere.

Pro, diſtribuere. *ordinare, & apte ſuoque loco ac diſtribute collocare. Cic: 2. ad Attic. ep:* 3. Verumtamen videbare mihi tempora peregrinationis poſſe commodius deſcribere (*non* diſtribuere, *quod eſt ex gloſſa*) 5. *Philipp.* Quorum ipſorum bona quantacunque erant, ſtatim comitibus ſuis deſcripſit. *Hinc & pro,* diſtinguere *ac* dividere. *Cic: pro Rabir:* Ille Cæſar onera multorum hujus amicorum excepit unus, &: Rebus deſcripta ſuſtinuerunt, nunc ejus adflictis fortunis univerſa ſuſtinent. *Pro Flacco.* Qui cum omnes Aſiæ civitates proportione deſcripſiſſet. *Ita legend. puto.*

Deſcribere jura, *h. e. reddere, dicere.*

Quod magiſtratuum eſt proprium. Cic: 5. *Verr:* Deinde ubi paulisper in cubiculo pretio non æquitate jura deſcripſerat. *& in Quinct:* Quis nobis tandem iſta jura tam æqua deſcribit. 1. *offic:* Eſt igitur proprium omnis Magiſtratus jura deſcribere, *l:* 2. Ex quo leges moreſq; conſtituti, tum juris æqua deſcriptio certaque vivendi diſciplina.

Deſiderium, *pro, amica, vel quavis re cara.*

Sic Cic. ad Terent. Meum deſiderium, mea lux, *Sic Catull:* Lesbiam deſiderium ſuum vocat.

Deſidere terra.

De ea, quæ terræ motu lapſum facit, aut hiatum. Liv: lib: 32. Terra trium jugerum ſpatio caverna ingenti deſederat.

Deſinere, *&*, artem deſinere.

Olim dicebantur hiſtriones & gladiatores, qui ob ætatem omittebant, imo & alii quilibet. Cic: l: 7. *ep: ad Marium ep:* 1. *Omnino ſi quæris, &c. Ibid:* Quod ſi tam facilem populum haberem, quam Æſopus habuit, libenter me hercule artem deſinerem, & cum ſimilibus noſtri viverem. *Sic pro Murena quoque loquitur.*

Deſponſus.

Vulgo fere, deſponſatus. *Utrumque quidem Latinum, ſed illud Latinius & antiquius & ita in v: l: Liv: lib:* 26. Serpio inter cætera percunctatus patriam parenteſque deſponſam Eam principi Celtiberorum adoleſcenti.

Deſtinare.

Firmare, figere, defigere firmiter. Sic 6. Phil. Qui ne forte quidem fortunas noſtras deſtinavit (*ſic ibi leg. non* deſtituit) *Vitruv. l:* 5. *c.* 12.

Deſtinare ſcopum: *deſignare.*

Sagittariorum verbum eſt. Deſtinatum corpus. *Liv:* 28. non capita ſolum hoſtium vulnerabant, ſed quem locum ibi deſtinaſſent, &c. *Cic: ad Herenn.*

renn. Quid oporteat ab ambobus in cauſa deſtinari, quo ratio omnis totius orationis conferatur.

Deſtinare: *comprehendere id, quod petis.*

Caeſ: de bell: Gall: l: 4. Nam laqueis falces avertebant, quas cum deſtinaverant, &c.

Deſtituere, conlocare.

Feſtus in verbo ſtipatores, *ubi tamen male alii libri,* conſtituantur: *vel,* deſtinantur. *Varro l:* 1. *de re ruſt. cap.* 20. In alto navem, jubet deſtitui anchoras *apud Nonn. Qui perperam exponit pro,* curſus ſtatui. *Liv. lib.* 23. Atque ante pedes conſtitutum cauſam dicere juſſit.

Detergere remos.

Phraſis in re navali, h. e. in prælio, aut concurſu navium remos aliorum aut hoſtium frangere. Liv. l. 28. Tuas triremes ſuppreſſit, alterius remos deterſit. *ſic l.* 38. arietibus muros quatiebat, aſſeribus falcatis detergebat primas. *utitur Liv. ead. phraſi ſæpius. l:* 36. 37.

Deteſtari.

Avertere, arcere & depellere cum quadam deteſtatione doloris, ita &, averſio ſcelerum. *Cic.* 5. *Phil.* O DI immortales avertite & deteſtamini quæſo hoc omen. *& in Piſon.* Omnem memoriam, &c. Faciem denique & rationem à Rep: deteſtamur.

Detrahere.

Veteribus & inprimis Ciceroni uſitatum: hodie minus notum. Nam ejus loco utuntur auferre, *eripere, deminuere, dejicere, depellere.* Detrahere de pecunia. *de ſumma, de amore aliquid, pondere, commodis ſuis, de cauſa celeritatem, laudem, honorem alicui, de cœlo aliquem, ab injuria, aris ſolicitudinem, opinionem probitatis, legem alteri, calamitatem alteri, nido aves, torquem hoſti aut ſpolia, de digito annulum, veſtem alteri.*

Interdum & Cicero eo utitur pro obtrectare: *ſed rarius, cui reſpondet Græcum* διασύρειν *ſeu potius huic* lacerare.

Nam Cicero plerunq; utitur obtrectandi obtrectationis verbo, nunquam detrectationis in hac notione. Pro Cæcinn. Qui autem interpretes juris vituperat, ſi imperitos eſſe dicit, de hoſtibus non de jure detrahit.

Detrahere, *pro,* extrahere, *elicere, evocare.*

Ut detrahere ex Græcia *Cic. pro provinc.* At hi non modo illum inimicum ex Gallia furtis ſuis non detrahebant.

Devium.

Hoc non erit tibi valde devium. Non eſt diſpendioſior hac via. *Cic. ad Attic. l.* 2.

Dicere doti, ſacramento.

Cic. pro Flacco. Doti Valeria omnem pecuniam dixerat. *Liv.* 41. Exauctorati, quod ſacramento dixerat.

Diem dicere.

Dicebatur is, qui in judicio populi aliquem accuſaret. Cic. div. Nuper Cn. Domitium, &c.

Dies civilis, naturalis.

Ita recte vett. diem pertiebantur, perperam recentiores ita: dies naturalis & artificialis. Civilis *eſt, qui lucem & tenebras,* naturalis, *qui lucem continet. Appellationis ratio cuivis obvia, eademque quæ in jure naturali & civili, ſic & annus & menſis dividitur à cenſorino de die nat. c.* 23. Supereſt pauca de die dicere, qui ut annus aut menſis, partim naturalis, partim civilis eſt, naturalis dies eſt tempus ab oriente ſole ad ſolis occaſum. Civilis eſt tempus, quod fit uno cœli circumactu, quo dies unus & nox continetur. *Item cap.* 19. Philotaus annum naturalem dies prodidit habere trecentos ſexaginta quatuor & dimidiatum, quid mirum, ſi anni civiles, quos diverſæ civitates rudes eſſe tum ſibi quoque ſtatuebant, tam inter ſe diſcrepant, quam cum illo naturali non congruunt. *Agell. vide l.* 3. *c.* 2. *in fine.*

Diffluere.

De rebus malis fere dicitur, ut voluptatib. Interdum quamvis affluentiam notat. Cicer. 3. *de orat.* Otio vero diffluentes, &c.

Digerere Rempub.

Pro, deſcribere, *ſeu, ut vulgo,* ordinare. *Cicer pro Rabir.* Demetrium &c. Athenas quod optime digeſſerat.

Dignitas, *pro, forma virili, decora.*

Nepos in vita Eumenis. Nam & dignitate fuit honeſta, &c.

Dignitas, *pro,* magnificentia.

Nepos in Themiſt. de Piræo, ut ipſam urbem dignitate æquipararet.

Dignus, indignus.

Cicero fere huic verbo adjungit nomen, ut dignus

 laude,

laude, *conſulatu, dignum docto homine. Alii tamen pro* idoneo *uſurpare ſolent, quod reprehendit Cic.* 3. *Philipp. Ipſe tamen eo ſic uſus in Quinct. & in Lucul. ut & Livius. Cum de honoribus aut magiſtratibus agitur, ſolent vett. etiam Cicero, uti hoc verbo.*

Dignus *abſolute: 3. Philipp.* Nulla contumelia eſt, quæ facit dignus. Primum quid eſt dignius? nam etiam mali digni multi, ſicut ipſe: an quam facitis cum dignitate eſt? quæ autem poteſt eſſe major, &c.

Dijungere, dijunctus.

Ita ſæpe antiqui, ut & , dirump. *vulgo* diſrumpere, *vid. Agell. l.* 16. *c.* 8.

Diligens, diligentia.

Verbum hoc ad rem familiarem pertinet de homine parco, non tamen avaro. Cic: pro Cluent. qua fide, qua prudentia, qua diligentia fuerit, meminiſſe vos arbitror. (*ſic ibi ex v. l. leg. vulgo* dignitate) 4. *ad Herenn.* Si quis hominem prodigum & luxurioſum illudens, parcum & diligentem appellet. 2. *offic.* Res autē familiaris, &c. Conſervari autem parcimonia & diligentia: iiſdem rebus eſſe augeri.

Diligentia, *pro*, amore.

A diligo: *nova notione apud Symmach.* Illud te potius oratum volo, ut in noſtri diligentia perſeveres. *Sed hoc imitari nolim, ut neque alia ejus aut ætatis aut ſcriptoris.*

Dimittere concionem, *ludos, convivium, prætorium. pro,* finire.

Liv: l. 33. Ludis vero dimiſſis curſu prope omnes tendere, *Ed. Imperat. Rom. habet.* Deductuſq; ad Regem eſt nondum convivio dimiſſo.

Directarii.

In vett. gloſſario B. Germani Directarius, ὁ εἰς ἀλλοτρίας ἕνεκεν τις κλέψαι εἰς ἐρχόμενος οἰκίας. *In eodem Lexico & illud,* defectarii, εἰς πηδησίοντες, *libro tertio, de officiis pro conſ. puto huc pertinere: & legendum,* directarii. *Nam Vulpiani ea lib:* 9. *de offic. pro conſ. verba adhuc extant in l:* 3. ſaccularii *ff. de extr. crimin. Item, inquit, quod* directarii *appellantur, hoc eſt, quod in aliena cænacula ſe dirigunt fraudandi animo, pluſque fures puniundi ſunt. Utitur & Paull.* 5 *ſentent.* 7. (*vel.* 4.)

Directus.

De homine, qui velut aſperior, qui nunquam quicquam cedit. Hinc in jure directa actio, *&,* directa ratio. *Cic: pro Cœl.* Hanc triſtius directo ſeni, &c.

Diribere, diribitor, diribitio.

Hæc fere ſemper depravate in, diripere. *Eſt autem* diribere *comitiorum proprium & valet tabellas, h. e. ſuffragia diſtribuere, h. e. dividere populo aut centuriis. Cic: in Piſon.* An ego expectem, dum de ſe quinque & ſeptuaginta tabellæ diribantur (*ſic ibi recte docti viri Sigon. l:* 2. *de judiciis cap:* 22. *legit*, dirimantur. *Hieron Verpechius Phil. legit,* diribeantur) *unde,* diribitorium, *locus ubi recenſebatur exercitus, ſtipendiumque militibus numerabatur, &* diribitores, *qui ſuffragia lata diribebant, numerumque tabellarum inibant.*

Diſcedere *ſine moleſtia, dedecore, cum gloria.*

Cic: ad Atticum. Spero nos, aut certe cum ſumma gloria ſine moleſtia diſceſſuros. *& ſæpius Cic:*

Diſcedere à ſe. *Petron.* à ſe exire.

Pro eo, quod perturbari animo, & quaſi deſipere. Idem fere quod, ſe fugere: *& Græcum* ἐξίστασθαι *videtur Cicero voluiſſe exprimere: alias dicit,* conſtare mente, dejici de gradu. *Cic:* 2. *de divinat.* Si magnitudine timoris à conſtantia & à mente, atque à ſe ipſo diſceſſerit.

Diſcere, *pro,* ſolere: didicit, *h. e.* ſolet.

Cic: Cic. pro Deiota. Si venit evocatus, ut is qui ſenatui parere didiciſſet. *Vatin. ad Cic:* quem potius adoptem, quod illum, quo defendente vincere didici? *& pro Quinct.* at neque Caius Aquil. de capite alterius libenter judicat, &c. Hortenſ. igitur caput non didicit dicere. *Plaut.* quia vera didici dicere.

Diſciplina, *pro ſtudio, induſtria, inſtitutione.*

Plaut. Baccid. Eadem ne erat hæc diſciplina, cum tu adoleſcens eras. *Vitruv: l.* 1. *c.* 1. neq; enim ingenium ſeu diſciplina, ſine ingenio perfectum artificem poteſt efficere. *Cic: in Lucull:* quod ipſarum rerum prima inſtitutio, & quaſi diſciplina illo libro continetur.

Diſcludere: *pro,* ſeparare, dimovere.

Cic: 1. *Tuſcul.* Quas is, contra quem hęc dicuntur, ſemotas, amotas & diſcluſas putat: cum Hetruſcorum agrorum à Roman. diſcluderet.

Diſcrepat, non diſcrepat: *ſumptum de fidibus.*

Satis nove, abſolute, & tamen eleganter dictum. Cic off: 1.

off. 1. Ut in fidibus aut tibiis quamvis paululum diſcrepent, tum id à ſciente animadverti ſolet: ſic videndum in vita ne forte quid diſcrepet. *Liv: libr:* 8. *extrem.* Fabium in Apuliam proceſſiſſe atque inde magnas prædas egiſſe, nec diſcrepat, *quinto* anno Dictator A. Cornel. fuerit. *& l:* 28. Non parvo numero inter auctores diſcrepat.

Disjungere.

D*e equis ex curru ſolutis; cui contrarium* jungere. *Germanice. Cic.* 2. *de divin.* Huic ſimile, quod nos augures præcipimus, &c. ut jumenta jubeant diſjungere, & abjungere.

Diſpenſare res domeſticas, *h. e. diſpenſatorem eſſe.*

Cic: l: 11. *ep:* 5. *ad Attic.* De rebus domeſticis acerbiſſime adflictor, quod qui eas diſpenſavit, neque adeſt illhic, neque ubi terrarum ſit, ſcio.

Diſponere.

Proprie, hic, ibi, variiſque ſeu multis in locis ponere. Cic: l accuſat. in Verr. Illa quæro, quæ apud te nuper ad omnes columnas, &c. in ſylva deniq; diſpoſita ſub divo vidimus. *Sic Liv:* Vigilias per urbem diſponere. *Cæſ:* diſponere claſſem, præſidia, *&* inſidias *dixit. & Lucr.* cauſas diſponere, *h. e. varias & multas adferre. Aſin. ad Cic. l:* 10. *ep:* 31. Qui locis omnibus diſpoſiti ab utraque parte ſcrutantur tabellarios.

Diſputatio.

Ciceroni & vett. idem fere quod tractatio *aut* ſchola, *ut Stoici loquebantur. Vulgo locus,* 3. *de orat.* Et aliud dicendi genus deliberationes, aliud laudationes, aliud judicia, aliud diſputatio, aliud hiſtoria deſiderat.

Diſſolvere, *varia notat.*

Vulgo vix notum. Ciceroni valde uſitatum. Diſſolvere leges, *pro,* infirmare, reſcindere. *Sic* conſilia diſſolvere, & perdere: & acta diſſolvere, *pro, refellere; contrariorum argumenta diſſolvere.* Animi remiſſio *ac* diſſolutio. *Vulgo,* recreatio *&* relaxatio. *Ad quam faciem Lucret. quoque.* Diſſolvas animi magno te angore metuque. *h e. à metu te liberes. Unde videre eſt* diſſolvi *ad animum, non ſolis voluptatibus referri.*

Diſtinguere, diſtinctio.

Interdum eſt. Varie ornare, *ſeu,* variare, *& quaſi* variegare, notis inſignire. *Lucret.* Ut nunc eſſe vides vario diſtincta colore. *Cic:* 4. *accuſ. in Verr.* Exponit ſuas copias omnes, multum argentum non pauca etiam pocula ex auro, quæ gemmis erant diſtincta clariſſimis. *Sic &* diſtinctio *apud Cic:* 2. *de orat. extremo.* An ergo, *inquit,* oblitus es, Craſſe, Antonium partitum eſſe tecum, ut ipſum inſtrumentum oratoris exponeret, tibi ejus diſtinctionem atque ornatum reliquerit.

Diſtringere.

Valet interdum non dirumpere, *aut,* diſſolvere, *ſed aliquid ſolutum aliter ſtringere & ligare. Cic:* 3. *offic.* Fraus enim diſtringit non perſolvit perjurium, (*ſic ibi leg. v. l.*)

Diu, *pro,* interdiu, de die.

Saluſt. Diu noctuque laborare, feſtinare; *apud Servium l:* 1. *Georg.*

Dividere, *pro,* dare, attribuere, diſpergere, diffundere.

Ut, diſtribuere ac diſpertiri. Lucret. initium motus ab ſe qui dividit ollis. *Cicer:* 2. *de nat. deorum:* omnia cocta atque confecta in reliquum corpus dividamus (*ita v.l. quibus tamen invitis Lambinus poëticum verb.* didere *ſubſtituit.*)

Dividere, *pro penetrare, perrumpere.*

Cic: 1. *Tuſc. de aëre & igne.* Hoc etiam magis neceſſe eſt ferantur ad portum, & ab his perrumpatur & dividatur craſſus hic & concretus aër. *& mox de animo.* Neceſſe eſt, ita feratur ut penetret ac dividat omne cælum. Diviſa ſententia *pro Milone, l.* 1. *epiſt.*

Diverſus, *proprie ad locum pertinet.*

Cic: Partit. Brevis multitudo diverſa atque vaga concordia civitas facta erat.

Divinitas, *pro,* excellentia *in re, aut arte aliqua.*

Cic: 1. *de orat.* Quod multis cum aliis admirari ſolebam, unde etiam illa tanta tua in cauſis divinitas.

Docere comœdiam, fabulam, *pro,* exhibere.

Cicer. in Bruto. Nam hoc prætore ludos Apollini faciente, cum Thyeſtem fabulam docuiſſet.

Doctrina.

Cic. idem quod ratio, ars, methodus: *cui contrar. uſus & exercitatio. Et eſt officium doctoris.* 1. *de or.* Ipſaque illa, quæ in commentarium meum retuli,

retuli, ſunt ejuſmodi non aliqua doctrina mihi tradita, ſed in rep. uſu cauſiſque tractata. 2. *de orat.* Quare mihi nullo videtur modo doctrina iſta reſponſione poſſe tradi. *& alibi ſæpe.*

Doctrina, *interdum pro inſtitutione.*

Cic: pro Sextio. Sed mihi ſumpſi hoc loco doctrinam juventuti, qui eſſent optimates.

Domum alicujus venire.

Vulgo, in domum. *Cic. in Verr:* Duo tandem pudore tales viros, quo dolore meretricis domum veniſſe arbitramur. *Sic & Mattius ad Cicer. libro undecimo epiſt.*

Dubia res, *h.e. infelix, & incertus reip. ſtatus.*

Liv: l:2. Dubiiſque rebus populus Rom. ſæpe domi bellique vel maximum futurum auxilium. *& l:3.* Sibi cum in dubiis rebus ſuis veniſſe ſubſidio, *l.8.* veſtro auxilio in dubiis rebus defenſi.

Dubitare, *pro*, dubium eſt.

Liv: l:21. Nihil uſque vobis relictum eſt. &c. aut fortuna dubitabit (*h.e. dubia & anceps erit*) in prælio potius quam in fuga mortem oppetere.

Dubitare aliquid, *h.e. de aliquo.*

Cicer: 1. *offic. in fin.* Non ſolum id homines ſolere dubitare, honeſtum ne an turpe ſit, ſed etiam duobus propoſitis honeſtis utrum honeſtius. *Et lib.* 3. Hæc nonne eſt turpe dubitare illos, quæ nec ruſtici dubitant?

Dubitare *pro*, conſiderare, *quærere, cogitare.*

Cic: pro S. Roſcio. Recte judices, ut hoc dubitemus, uter potius Sextum Roſ. occiderit. *Virg.* percipe porro Quid dubitem, quæ nunc animi ſententia ſurgat.

Si dubitemus? ſi dubitatis?

Sic loquuntur vett. quando rem aliquam adeo jam probaſſe putant, ut indignum ſit, plura ad ea confirmanda verba facere. *Cicer. de leg. Agrar.* Si vos dubitatis quia vectigalia veſtra vendatis plurimo majorum noſtrorum ſanguine & ſudore quæſita. *Virgil.* Si dubitamus adhuc virtutem excedere factis.

Ducere: *abſolute.*

Liv. l. 23. Auctores erant quidam, ut protinus inde Cumas duceret, urbemque oppugnaret.

Ducere bellum, *pro*, retrahere, differre.

Nepos in Alcibiad. Qui in eo erat occupatus, ut bellum quam diutiſſime duceret. *Cic. l. 7. ep. 3. ad Marium.* Idem cum ab ea ſententia Pompeius valde abhorreret, ſuadere inſtitui, ut bellum duceret.

Ducere fœnus, uſuras.

Cic. 5. ad Attic. Ut centeſimæ perpetuo fœnore ducerentur. *Et l. 6.* Confeceram ut ſolverent centeſimis ſexennii ductis, &c. *Eodem l.* Niſi forte id armis volumus efficere, ut fœnus quaternis centeſimis ducant. *Eodem lib. ep. 1.* Diem ſtatuo ſatis laxam, quam ante ſi ſolverit, dico me centeſimis ducturum.

Ducere, *pro*, rationes inire, *ſupputare: conciſe. Et* rationem ducere, *pro*, *ſubducere.*

Cic. 1. off. Si conſuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus, & addendo ducendumque videri, quæ reliqui ſumma ſit. *Et lib. 6. ad Atticum. Varro de re ruſtica libr.* 3. Hos nunquam minus ut peræque ducerent dena millia ſeſtertia ex mille recipere eſſe ſolutos.

Ducere tempus.

Nepos in Themiſt. Et dedit operam, ut quam longiſſime tempus duceret.

Ducit via, *pro*, fert.

Liv: l. 28. Cuniculo ni de via ad mare ducit.

Virgil.

Quo te Mœri pedes an quo via ducit? in urbē.

Dulcis.

Contrarium acerbo *de homine. Cic. l. 3. ep. ad Att.* Me eſſe acerbum ſibi, ne ſim dulcis mihi, &c.

E.

Hic articulus præpoſitio E in conjunctis verbis minuit vim & poteſtatem ſimplicium. Ut, Emetiri, *modice metiri,* Ementiri. *Cic. in Bruto.* Nam aliter eſt apud te Attice de Coriolano, concede tamen ut huic generi mortis potius adſentiar. A. ille ridens. Tuo vero, inquit, arbitratu, quoniam quod conceſſum Rhetoribus, ementiri erit in hiſtoriis aliquid dicere poſſim argutius, ementiri *enim non eſt idem, quod* mentiri, *Idem in Bruto*: ego autem voluntatem tibi emetiar, ſed rem ipſam nondum poſſe videor. (*ſic v. l. quibus invitu quidam* remetiar *ſuppoſuit.*)

Eadem,

Eadem, *h. e. eadem via.*

Liv:l.4. Interclusi equites ne perrumpere eadem, qua tranſierant poſſent. *Et l:8.* Ibique omnibus ſolemnibus peractis, eadem revertens ſimiliter conſtans vultu graduque. *Ibidem.* Eadem digreſſus nuncius eſt.

Ea re: eadem re.

Id eſt, ea cauſa ea gratia, propterea, eandem ob rem, ut & hac re *Nepos Miltiad.* Et hoſtes eadem re fere tardiores ſi animadverteretur, audere adverſus ſe tam exiguis copiis dimicari. *Agell. l.4.c.1. Cic. de finib. l.5.3. off. in Lucull. l.1. ad Heren. p.78. Saluſt. Catil.* Multoſque mortales ea de re adverſos habeo. *Terentius and. 2.3. verſ.18.* Nec tu ea cauſa timueris hæc, quæ facis, &c.

Ecce autem.

Vox eſt apta his, quæ nova & improviſo animo accidunt. Proprium Ciceronis eſſe ait Aſcon. in 2. Verr. in rebus improviſis. Cic l 9. ep.10. ad Att. Ecce autem à Mario & Trebatio eadem, &c. quibus Minturnis obvii Cæſaris tabellarii (*ſic habent ibi. v.l. optimi*) *Terent. Eunch. & Phorm. Virg. l.2. Æn.*

Ecſcribere, ecfari, ecfodere, ecflare.

Cic. in carm. l.1. de divin. Abjicit ecflantem (*ita in perveteri codice Bibliothecæ B. Marci ſcriptum Venetiis.*) *Plaut. Aul.* Ecfodio aulam auri plenam (*ita v.l.*) *Idem Rudente*: Eorum referimus nomina exſcripta ad Jovem bonos in aliis tabulis ecſcriptos habet. *Sic apud eundem*: referre præſto eſt, oneris audaciſſime quidvis impone: ecferet.

Edilia.

Hoc verbum, vulgo ignotum, reperi in antiquis cod. Agell. ubi vulgo edulia *l.7.c.11.* Uti edilia quidem omnia defenderet ab arteria. *Eodem modo in MS. Symmacho*: menſæ ab edilibus copioſæ ſunt.

Edicere.

Valet proprie palam *&* clare aliquid dicere, *proferre, aut proloqui publice. Cic.1. Verr.* Iſte vero non procraſtinare, locare incipit non præſcripta neque edicta die. *& l:3.* legemque his rebus quæ ipſis viderentur, edicerent.

Edolare.

Pro expolire, abſolvere, *non ſolum de rebus manufactis, ſed etiam de operibus ingenii aut naturæ Cic:13. ep:46. ad Attic.* Exempla inſtituta omiſi, ea, quę in manibus habebam abjeci, quod juſſeras edolavi. *Varro apud Non.* Edolare: Cum tot comœdias ſine illo fecerimus, ego unum libellum non edolem? *Idem apud eundem in.* ſpiſſum. Naſcimur enim ſpiſſius, quam emorimur: vix duo homines decem menſibus edolatum unum reddunt puerum: contra una peſtilentia hoſtica acies, puncto temporis immanes acervos facit.

Eductus, *pro*, educatus, enutritus.

Agell. lib.9. cap.3. Spero enim ut eductus eruditusque à te dignus exiſtat. *Virgil.* Eductu Egeriæ lucis.

Eductus, *pro*, adducto.

Quaſi ſolemne verbum de iis, qui ad judicem adducuntur. Agell. l.17. c.17. Tum in quodam edicto antiquo ita ſcriptum invenimus. Si quis eorum ad me eductus fuerit (*ita v.l. ſed vulgo*, adductus.)

Efferre, *verbum ruſticum, h. e.* proferre.

Cic. 3. Verr. Qui accidit tandem cur hoc populorum agri frumentum ejuſmodi te Prætore efferrent. &c. *2. de nat. deorum*: Non intelligere ea, quæ efferunt aliqui ex ſe perfectiorem habere naturam, quam ea quæ ex iis efferantur. *Lucr. l. 1.* vivida tellus. Tutores teneras effert in luminis oras.

Efferri.

Pro eo, quod eſt; valde gaudere, *& quaſi manus tollere, mirifice ſibi placere. Cic. 3. de legib.* Vir magnus & nobis omnibus amicus L. Lucullus efferebatur, quaſi commodiſſime reſpondiſſet.

Effingere, *pro*, extergere.

Cato de re ruſtica cap. 67. Uſque adeo denſe in lacu qui in cella eſt, poſtremum pervenerit, fiſcinas ſpongia effingat. *Cicer. Sextiana.* Spongiis ſanguis effingebatur & tergebatur, inquit Servius. *Æn. 8. ibi*: Et corpora fingere lingua: *ubi etiam* fingere *ait valere* tergere. *Afran.* Accedo ad te ut tibi cervicem effingam linteo.

Effligere.

Pro, adfligere, *miſere torquere, hinc &* efflictim. *Cic. ad Att. l.9. ep. ultima.*

Elogium.

Pro clauſula edicto ſubjecta lib.38. D. de ædil. ed. Interdum eſt carmen *ſeu verſus adſcriptus monumento aut ſepulcro. Sueton. in Calig.* Nec ſolum

chirographa

chirographa omnium requiſita fraude, ac ſtupro divulgavit, ſe & tres gladios in necem præparatos Marti ultori addito elogio conſecravit. *Cic: in Piſon.* Ac hoc nuſquam, opinor, ſcriptum fuiſſe in illo elogio quod te cõſule in ſepulcro Reip. inciſum eſt. *An* elogium *vel* eclogium *ſcribendũ, diſputat Lamb. pro Cluent. & Turneb. adverſ: 18. c: 5. Sed* elogium *omnino eſt ſcribendum & ſic vocabulum eſt Latinum, origine tamen Græcum. Nec novum eſt, ut vocabula è Græcis Latina velut penitus fiant, ut,* inclitus, lacryma.

Eloquentia.

Proprietate & origine verbi inſpecta idem valet quod, prolatio *ſeu* locutio. Eloqui *enim eſt loqui, dicere, proferre. Hinc poſtea cujus ornatior eſt oratio,* eloquentia *dici cœpit.* Loquentiæ *vocabulum novum eſt, & nemini antiquorum uſitatum.*

Eloquentes, *h. e. Oratores.*

Cic. in Orat: perf: Itaque hunc locum longe lateque patentem philoſophi ſolent in officiis tractare, Grammatici in poëtis, eloquentes in oratione & quamvis *per te cauſarum. In Brut.* P. Craſſi eloquentis & juriſperiti gener.

Eloqui.

Hoc verbum hodie vix uſitatum, dignum eſt, quod in uſum revocetur. Plaut. Merc. Sed avum ne ego tibi eloqui, ſi quid actum? *Bacch: 3. 6. v. 30.*

Eludere pugnam.

Id eſt, leviter velitari: *ducta tranſlatione ni fallor à gladiatoribus. Vide &* proludere. Eludere *enim &* proludere *ſunt contraria.* Proludere *gladiatores initio pugnæ:* eludere *in fine dicuntur. Liv. l. 27. Terent. Eunuch. act: 1. Scen: 2. v: 10.*

Elugere, *pro*, luctum finire.

Liv: lib: 34. Quid aliud in luctu quam purpuram atque aurum deponit? quid, cum eluxerint ſumunt?

Emancipare.

Proprie dicitur venditor, vel is, qui alii rem tradit mancipio. Hinc tranſlatione ducta emancipare *generaliter pro, tradere, & quaſi vendere & in alienam poteſtatem transferre ponitur. Hinc* emancipatus *pro addicto alicui ponitur ſæpe Ciceroni Catone Majore.* Ita Senectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi ſuum jus retinet, ſi nemini emancipata eſt. *2. Philip: Tenuiſſe venditum atque emancipatum tribunatum conſiliis veſtris oppoſuere.*

Plaut. Baccid. Nunc, mulier, tibi me emancipo, tuus ſum, tibi operam do.

Emolumentum.

Pro effectu, exitu τέλος, *l: 1. Cod: exerc. rerum jud.*

Emporium.

Dicitur locus extra urbem ad littus fere, aut ripam, mercibus advectis exponendis & vendendis in quem mercatores conveniunt, attributus: ut Antverpiæ. Cic: ad Att: lib: 5. ep: 2. Liv: 38. & l: 41.

Emunctus homo, *pro, eleganti arte.*

Donatus ad illud Terent: Phorm: Act: 4. Scen: 4. Emunxi argento ſenes: Mire, *inquit,* cum è contrario dicebantur. *Emunctus homo elegans & facetus:* Ut Hor: de Lucil: *Emunctæ naris, inquit, videndum an hæc phraſis.* Emunctus homo, *veteribus nota ſit.*

Enim, *pro,* autem.

Sæpe uſi ſunt veteres. Sic enim li: 27. §. Pacta quæ turpem, D. de pact: Ante omnia enim animadvertendum eſt, ne conventio in alia re facta, aut cum alia perſona in alia re aliave perſona noceat *(ſic verſus ille ſcribendus videtur majuſcula litera* ANTE OMNIA. *Quaſi* omnino *ſejunctus à præcedentibus. Ut ſit novus verſus: quod vulgo non videntur obſervaſſe, ob non intellectam vim articuli* Enim. *Cicer. in Cat. Major.* Equidem efferor ſtudio patres noſtros quos colui & dilexi, videndi. Neq; enim ſolos convenire aveo, quos ipſe cognovi, ſed illos eſſe de quibus auditur *(ſic habent. l. v.)*

Enimvero.

Particula fere hominis commoti: Donatus in Terent: Enimvero, *inquit*, ſignificationem habet nimium permoti atque irritati animi. *Terent: Heaut:* Enimvero reticere nequeo, multis modis injurius Clitipho eſt. *Liv: l: 38.* Enimvero non ultra contumeliam pati Romanos poſſe. *Cic. in Verr.* Hic tum alii ex alia parte enimvero ferendum hoc non eſt, vocetur mulier.

Enunciare.

Proprie eſt, abdita conſilia detegere & patefacere. Nepos in Pauſan. acre cœpit ne enunciaret, ne ſe meritum de illo optime perderet. *Liv: l: 10.* adigebaturque jurejurando quæ viſa auditaque

que in eo loco eſſent, non enunciaturum.

Eò ire, equis, pedibus.

Ubi ire. *pro, iter facere proficiſci, Liv: lib:* 1. Ita multiplici errore perculſi Fidenates prius pœne quam *Romulus*, quique cùm eo ierant.

Eo res it melius.

Cic: ad Attic: l: 14. *ep:* 7. Nunc prorſus adſentior tuis literis exoptaque meliora, incipit res melius ire quam putaram.

Equidem.

Conjungitur non tantum cum prima perſona, ut vulgo putant, ſed & cum ſecunda, & tertia, & cum una, & cum pluribus: quanquam cum prima perſona ſæpius, & cum una. Cic: *ad Att: l:* 3. *ep:* 8. Adhuc equidem valde me pœnitet. *Vide l: ex his eod: de teſt: milit: Varro l:* 1. *de re ruſt: c.* 5. Equidem innumerabiles mihi videntur, *inquit*, Agrius, cum lego libros Theophraſti complures.

Equis, viris.

Cic. 8. *Philip:* Fore ut omnes inflammati odio, excitati dolore, armis, equis, viris, Bruto ſubveniremus (*ita ibi lege ex v. l. non* viribus) & 3. *off.* cunctis viris equiſque ut dicitur, ſi honeſtatem tueri.

Erectus, erectior.

Interdum quod vulgò exercitati ingenii, hilaris. *Cic:* 1. *Offi.* Sed ſi quis ſit paulo erectior, quamvis voluptate capiatur, occultat, & diſſimulat appetitum voluptatis propter verecundiam.

E regione.

Interdum idem quod rectè. *contrarium eſt* obliq; ad lineam. *Cicer. de Fato.* Ut cum duo individua per inanitatem ferantur, alterum è regione moveatur, alterum declinet.

Erigere: *abſolute, ut &*, diripere.

Valer. l. 5. *c.* 6. Non in capite ejus ſubito velut cornua erexerunt.

Erit melius: non erit melius. *Hac phraſi utebatur magiſtratus iratus.*

Veteres olim hac phraſi uſi, cum minitabundi aliquem deſiſtere à re aliqua vellent. Ter. Adelp. Ante ædes non feciſſe erit melius. *Liv: l:* 3. non erit melius niſi de quo conſulimus.

Erit.

Hoc verbo antiqui cum præſentes res, tum præteritas confirmare ſolent. Vide l. verbum erit 123. *D. de V. S* *Plaut. Perſa.* Hæc erit bono genere nata, nil ſcit niſi verum loqui. *Terent. Heaut.* Subditum ſe ſuſpicatur. Subditū? Aintu? certe ſic erit. & *Eunuch.* Verbum hercle hoc verum erit: ſine Cerere. & *Phorm.* cognatam comperi eſſe nobis: quid deliras? ſic erit.

Eſſe, *pro*, vivere, ſupereſſe.

Cic. l: 6. *ep.* 3. Nec enim dum ero augur ulla re, cum omni vacem culpa. Etſi non ero, ſenſu omnino carebo.

Eſſe alicui aliquid, cum altero, *l.* 14. *ad Att. ep.* 17.

Conciſa phraſis Cic. *l.* 15. *ep.* 10. Si mihi tecū minus eſſet quam eſt, cum tuis omnibus, ablegarem ad te illos, à quibus intelligis me pręcipue diligi. & 2. *Phil:* Caput a. literarum hoc erat ſibi cum illa mima poſthac nihil futurum. & *l.* 13 *ep.* 1. cum patrono Epicureo mihi omnia ſunt (*ſic v. l. ſed interjecerunt vulgo*, communia: *quod male ſecutus eſt Lambin.*) *Liv. l.* 3. Lucani atque Apuli quibus gentibus nil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem venerunt, arma viros ad bellum pollicentes. *Saluſtius non ſemel utitur.*

Eſt, *h. e. verum eſt.*

Adfirmationem & aſſenſionem ſæpe continet, ſed conciſo orationis genere Cic. in Læli. Sunt iſta, Læli. Non enim melior vir fuit Africano quiſquam nec clarior. *Idem l.* 2. *pr.* Laudant. *Lactant. l.* 1. *c.* 18. Eſt vero, inquit, Africane, nam & Herculi eadem ipſa porta patuit *Adac.* 1. Tunc ego ſunt inquam iſta. Varro eſtne hoc quod dico?

Eſt præſtare, *h. e. præſtat.*

Ita antiquiſſimi loquuntur. Cato de re ruſt. in procem Eſt interdum præſtare mercaturis rem quærere, nî tam periculoſum ſiet. *Attius apud Varron.* Unde ignes mortalibus liviſſe cluet doctus Prometheus. *Lucret. l.* 4. *initio.* Cujuſcunque cluet de corpore fuſa vagari. *Sic*, cluet feciſſe: *h. e. fecit.*

Eſt res in illo ad reſiſtendum.

Sic dicimus: In hoc ſolo res omnis eſt, *h. e. conſiſtit. Sic*, aditum eſt ad reſiſtendum. *Nam de hoc agebatur, ut reſiſteretur potentiæ Cæſaris. Cic.* 7. *ep.* 3. *ad Attic.* His ille rebus ita convaluit, ut nunc in uno cive res ad reſiſtendum ſit (*ſic ibi v. l. ſed vulgo* Reſp. ad reſiſtendum imbecilla ſit. *Quod omnino ineptum eſt.*)

Eſt, ſicut eſt: Eſt, ut eſt.

Cum quid valde affirmare volumus. Cic: l: 11. ep: ad Attic: Quamvis prudens ad cogitandum ſis, ſicut es tu. *In Bruto.* An quibus verbis ſacrorum, &c.

Eſt tanti, *h. e.* nihil eſt tanti.

Pro eo quod, tanti æſtimo: *vel contra:* nihil tanti æſtimo, *ut eius obtinendi hoc, vel illud facere velim, aut non. Cic: 3 ad Att.* Juratus tibi poſſem dicere, nil eſſe tanti. 2. *offic: 3. in Verr: Tibul: & Propertius ſæpe, de quo vide indicem noſtrum in Propertium.*

Eſt, *pro, idoneum, aptum eſt.*

Cic: pro Plancio Hæc illi ſoleo præcipere, quanquam ad præcepta ætas eſt, quæ ille à Jove ortus ſuis præcepit filiis (*ſic ibi legendum puto etſi in v: l: quem inſpexi erat* non eſt gnati, quæ ille: *ubi vulgo,* nati. *Sed* natus & gnatus *poëticum vocabulum. Sic l: 7. ep: 3. ad Att: & l: 6. ad Att: ex l: fere in medio* erit ad ſuſtentandum.

Et.

Hæc particula elegantiæ cauſa ſæpe adhiberi ſolet. Hinc ea nomina, & quid, & quis, & quantus, & *conſimilia: quæ qui ita ſcribunt,* ecquis, ecquid, &c. *omnibus libb, repugnant. Agell: 13. c: 23.* Ac deinde ad eum convertit, qui manubias eſſe prædam dixerat: &, videtur ne tibi, inquit, utroque loco, &c. (*ubi tum τὸ* & *poſſet conjungi, cum τῷ,* inquit: Convertit & inquit. *Sed non recte, ut puto, cum,* convertit) *hoc enim ratio & filum orationis poſtulat, ut ſit præteriti temporis.*

Et quiſquam dubitabit?

Callide dictum, pro, Quis unquam dubitaret? *Cic: pro, L. Manil:* Et quiſquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc committendum ſit? & *poſt:* Et quiſquam dubitabit, quod virtute profecturus ſit, qui tantum auctoritate perfecerit. *Virg: 2. Georg:* Et dubitant homines ſerere. *Idem:* & dubitamus adhuc virtutem excedere factis. *Vide ſupra* dubitare.

Etiam, *abſciſe, pro,* verum etiam.

Sed in omnibus fere locis contra v: l: addita ſunt, ſed, verum, *Cicer: 2. de legib:* & rem dignam, in qua non modo docti, etiã agreſtes erubeſcant (*ſic v: l: ſed Lamb:* verum eſſe) *in Verrem de ſignis:* Mamertina civitas improbata ante non erat, etiam erat inimica improborum. 1. *off.* Hic ſummi & clariſſimi viri, *ita v: l:*

Exactus.

Liv: l: 3. Difficile ad fidem eſt, in tam antiqua re qui pugnaverint, exacto adfirmare numero.

Ex adverſum, *h. e. adverſum, contra.*

Ut: adverſum Romam: *Nepos in Themiſtoc.* Quo factum eſt, ut ab Athenienſibus diſcederent, ex adverſum Athenas apud Salaminam claſſem ſuam conſtituerint.

Exaudiſſe.

In ſtrepitu, quod non ſatis certo ſed obſcure audiit. Cic: 15. ad Attic: per nebulam dixi, 12. *Philip.*

Exaugurare.

Idem quod, profanare. *vide Feſt: in verb:* Nequitum. *ubi leg:* fana exaugurare.

Excellere.

Proprie, in altum tollere. *Contrar:* recellere. *Cato apud Agell: lib: 13. c: 23.* Scio ſolere plerisque hominibus in rebus ſecundis atque prolixis atq; proſperis animum excellere, atque ſuperbiam atque ferociam agnoſcere. *Feſt:* Lingua non ſolum pars corporis dicitur, ſed, non excellentis in planum devexi.

Excidere.

De verbis dicitur, quæ quis temere potius, quam cogitate profert. Vide Victor: 15. Var: c: 22.

Excipere.

Venatorium eſt verbum, & varia ſignificat. Excipi feræ *dicuntur, quod fugientes incidunt in venatores, in inſidiis eas obſervantes. Hinc tralate* excipere aliquem *dicitur is, qui eum fugientem recipit.* Excipere *interdum eſt* ſuſcipere: *ut ſi quis cadentem excipiat: ſi quis adſcendentem & manus porrigentem juvet, attrahat. Et* excipere aliquem gremio. *Virg:* Caprum excipere inſidiis. *Hora:* alto latitantem fruticeto excipere aprum. *Cic: pro Roſ: Amer:* Nimirum ſimiliter arbitrantur iſti bonorum emptores vos hic tales viros ſedere, qui excipiatis eos qui ſuis manibus effugerint. & 3. *Catil:* Præſto eſſe ille qui & fugientes exciperet & ſe cum his urbanis ducibus conjungeret. *Liv: l: 22.* Servi duo Firmiani. Excepti à Numidis fuerant (*ita v. l. vulgo,* accepti.)

Excipere.

Interdum quadam velut ſucceſſione ab alio traditũ accipere. Cic: 2. de divin: Nil eſt, quod non longinquitas

quitas temporum, excipiente memoria prodendiſque monumentis effici atque adſequi poſſit.

Exercere ſumptum.

Ambr: ep: 17. Quaſi non poſſit ager meus me paſcere, aut ſi ager deſit, quaſi aliter exercere ſumptum nequeam.

Exercere arma, epulas.

Virg: 4. *Æn*: Non cœptæ adſurgunt turres, non arma juventus. Exercet. *Id:* Cumque diem celebrant per urbeſq; fere omnes Exercent epulas læti famuloſq; pererrat (*ſic ibi lego, vulgo:* epulis.)

Exhibere aliquem, *h.e. alere, educare, ſuſtentare.*

Sed hæc notio non eſt antiquitus uſitata. Iuſtin l. 9 ſed vix alimentis exhibeat, *ſic v:l: vulgo*, alimenta: *quod non tam recte* ἀντίθεται, cum patrimoniis exhibitionem *dixit. Cypr: ſerm: 6. in or. dom. Interpretatus illud Pauli* διατροφὰς καὶ σκεπάσματα. 1. T*im: 6.*

Exigere viam.

Dicuntur magiſtri, cum vicinum cogunt munire quam diligentiſſime ſumptu ſacto: inquit Aſconius. Sic & ſarta tecta exigere. *Cic: Accuſ: Verr:* quam tamen viam atque pompæ ejuſmodi, ut ipſa illa exegiſti, ire non audeas. *Liv. l.* 79. Cenſores ſarta tecta acriter & ſumma cum fide exegerunt.

Exire.

Cic. & Vet. ſæpe utuntur: nos rarius: qui fere prodire *dicimus, aut quid aliud. Cic:* 3. *de ora.* Sed hanc dico ſuavitatem quæ exit ex ore. *& paulo ante*: videmus ex eodem quaſi ludo ſummorum in ſuo cujuſque genere artificum & magiſtrorum exiſſe diſcipulos diſſimiles inter ſe.

Exilis.

Videtur à vett. interdum pro inculto & horrido poſitum ſeu inornato: plerumq; pro tenui & macro, nunquam pro parvo. Contrarium eſt, plenus, copioſus. *Cic:* 3 *de orat*: Non enim à me jam expectari puto, ut maneam, ut caveatis, nec exilis ac inculta ſit veſtra ars, ut vulgaris, ut obſoleta. 2. *de nat: deor.* Horridum & exile. *Horat:* & domus exilis Plutonia. *Sic ille locus accipiendus videtur.*

Exitus; *pro*, effectu.

Cic: 3. *de Oratore.* Ubi enim perſpecta eſt vis orationis ejus, quæ cauſa rerum atque exitus cognoſcuntur, mirus quidam omnium quaſi conſenſus, doctrinarum conventus reperitur.

Horat:

Plorem artis in te nullum habentis exitum.

Ulp. lib. 10. *ait prætor. § ſi eum mulier. D. quæ in fraud. cred:* Exitus autem actionis erit. *pro Liv: l:* 32. Hæc diſputo: ſine exitu fuit de colloquio diſceſſum.

Expectare, *pro*, ſpectare.

Apud vett. multis in locis in uſu fuiſſe comperio: vulgo, fere depravatus. Varro l: 4. *de LL.* Speculum à ſpeciendo quod ibi expectent. (*ſic v. l. vulgo ſpectent.*) *vide ſupra in*, curare.

Expectare, *pro*, attendere, *ſeu*, *ſcopum orationis ſcire velle.*

Dicitur, cum alter longe quid repetit. Cic epiſt. 13. *ad Lucium Planc.* expectare te arbitror hæc tam longe repetita principia quo ſpectent.

Experientia.

Cic: uſus eo videtur, ut vulgo utimur verbo periculi, *ut cum dicimus*, periculum facere. *Cic: pro Rab:* Equidem Romanum veterem amicum ſui amantem & obſervantem ſui non libidine, non turpibus impenſis cupiditatum atque jacturis, ſed experientia patrimonii amplificandi labentem excepit.

Expetere pœnam: ſupplicium.

Pro, ſumere, *aut*, exigere ſupplicium *videtur interdum poſitum. Cicer: ſæpe dicit*, repetere pœnas, *Liv:* 26. tanta aviditas ſupplicii expetendi, tanta ſanguinis noſtri hauriendi eſt ſitis. *& ibid:* Confeſſio expreſſa hoſti, quanta vis in Romanis ad expetendas pœnas ab infidelibus ſociis eſſet. *Cic: de Aruſp. Reſp.* C. Grachum mors fraterna, pietas, dolor, ad expetendas pœnas domeſtici ſanguinis excitavit. *Pro Milone.* pœnis, quas ab eo ſervi fideles in vita expetiverunt.

Explanare, *pro*, expiare, *ut &*, procurare.

Cic. de Aruſp. Reſp. Religionis explanatio vel ab uno Pontifice perito recte fieri poteſt. *Ibid.* Portentorum explanationes Etruſcorum diſciplina contineri voluerunt. 2. *de div.* Sic ea DI nobis objiciunt, quorum neque ſcientiam neq; explanationem habemus. (*Sigonius putat ubique* expiandi *verbum ſubſtituendum eſſe. Ego amplius quærendum puto.*)

Exſplendeſcere, *h.e. inclareſcere. innoteſcere.*

Nepos in At. Nobilis inter æquales ferebatur, clariuſque

clariuſque exſplendeſcebat, quam condiſcipuli æquo animo ferre poſſent.

Explicit.

Eo vett. utebantur in extremis libris. Hier. Marcellæ: Igitur ut ſolemus nos completis opuſculis ad diſtinctionem rei alterius ſequentis mediū interponere. *Explicit, aut, feliciter*, aut aliquid iſtiuſmodi. *Ita & Hebræi, ut quæ ſcripta ſunt, roborentur, facere ſolent, ut dicant*, Amen, *vel*, in ſempiternum לְעֹלָם.

Exponere.

Pro, proſtituere, *atque ita vulgare, ut contemnatur. l. 1. Inſt.* Sciant in quo nomine appellari debeant. Ita Deum verum violent cujus nomen exponunt, cum pluribus tribuunt.

Exponere, *verbum nauticum*.

Cæſ. 3. de bell. civil. Quibus regionibus exercitū expoſuiſſet. *Horat. l. 1. ſerm. 1.* Quarta vix demum exponimur hora. *Nepos in Themiſt. de nauta.* Inde Epheſum venit, ibique Themiſtoclem exponit.

Exprimere.

Pro eo, quod eſt. Extollere, exaggerare. *Contr.* Deprimere. *Cæſ. l. 7.* Et noſtrarum turrium altitudinem quantum has cottidianus agger expreſſerat commiſſis ſuarum turrium malis exæquabant.

Expoſtulare, *pro, flagitare, expetere*.

Tacit. l. 13. Quippe ſublatis portoriis ſequi, ut tributorum abolitio expoſtularetur.

Exſequi.

Pro, ſequi: *ut*, expectare: *ut*, ſequi funus, *&* exſequi. *Inde* exſequiæ. *Catull.* Sectam meam exſecutæ: duce me. *Agell. l. 10. c. 5.* Funus tamen exequi non eſt religio. *Plau. Epid.* Quis eſt, pater, quę exanimata exſequitur adſpectum tuum. *Varro*: funus executi laute ad ſepulcrum antiquo more Silicernium confecimus.

Exſævire.

Dicitur tempeſtas quæ paulatim deſinit. Hoc de ſævire *etiam dicitur. Liv. l. 30.* Atrox vis tempeſtatis adorta in metum ingentem adduxit. Populonios inde cum perven[illegible]ſſet, ſtetiſſetque ibi dum reliquum tempeſtatis exſæviret.

Exſcendere, exſcenſio, *&* exceuſus, ûs.

Liv. l. 29. Legati Aſiam petentes protinus Delfos cum exſcendiſſent oraculum adierunt. *& l. 21.* Itaque ad honeſtam claſſem profecti, exſcenſu è navibus in terram facto. *& 28.* Profectus ad Erythras Ætolorum exſcenſionem feci.

Extra quam: *exceptionis particula*.

Liv. 26. Campanos omnes Artellanos, Calatinos, extra quam qui eorum aut ipſi aut parentes eorum apud hoſtes eſſent, liberos eſſe juſſerunt.

Extrarius, *pro*, extraneo.

Sic ſæpe locuti ſunt vett. non idem eſt verbum etſi idem valeat. ut doceri poteſt ex infraſcripto loco Agell. Alfen. l. 30. qui inſulam. §. ult. D. locat. Sed extrariam vim utroſque excipere voluiſſe. *Papin. l. 17. extrariis. de q. 81. Agell. 14. c. 5* Quia & adverſarius & extrarius ita diceretur.

Extremitas.

Ut à Cic: dici interdum, quod in circulo, vel, orbe dicitur περιφέρεια, *vulgo minus Latine* circumferentia. *Cic: de univerſ.* Mundi extremitas paribus à medio radiis attingitur. *Interdum* extremitas *à Cicero. dicitur, quod à geometris* ἐπιφάνεια *& vulgo hodie barbare dicitur* ſuperficies. *Cic. Lucull.* Punctum quod magnitudinem nullam habeat, in extremitatem, *qua nulla omnino craſſitudo ſit.*

Extremo libro *tertio quarto*.

Pro eo, quod, vulgo, in extremo *ſeu* fine libri *tertii. Cic. 2. de divin.* Cujus diſputatio tibi ipſi, ut in extremo tertio ſcribis ad veritatem eſt viſa propenſior.

Extremum illud eſt.

Hæc clauſula ſola utitur. Cic: in extremis libris. Vulgo dicunt, poſtremo *vett. interdum* quod reliquum &. *Cic. 15. ep. ad Caton.* Extremum illud eſt, utque diffidens rogationi meæ Philoſophiam ad te allegem.

Exſtruere, exſtructus.

Pro completus, cumulatus, refertus. *Cic. in Cat. Major.* caret epulis extructiſque menſis à frequentibus poculis. *P. Sext.* tantos corporum acervos exſtructos. *Tuſc. 5.* Menſæ requiſitiſſimis epulis exſtruebantur. *Plaut. Menæch. Horat.* exſtructis inerant heſterna caniſtris Fercula. *Id.* Sacrum vetuſtis exſtruit focum lignis. *Cicer. de finibus Nepos in Themiſtocle.*

F. Facere:

F.

Facere: *abſolute.*

Pro, officium facere. Non facere,*eſt ſegnem eſſe, nihil facere, Cic: in Bruto :* aut ſi auditor omnino tanquam equus non facit, &c.

Facere annum, menſes *aliquot.*

*Id eſt,*agere: *ut: decem annos fecit cum uxore, h.e. vixit. Alſenus l:14.ſerv.D.de ſtatutib.* Servus cum hæredi annorum 7. operam dediſſet, liber eſſe juſſus erat: is ſervus fugerat,& annum in fuga fecerat. *Ruffin: can:in ſym.Nicen.* Quinque dies inter catechumenos faciat. *Senec: ep: 66.* Quamvis autem paucillimos una fecerimus dies *(quod non recte Muretus mutavit in*, egerimus.)

Facere ſanguinem.

Liv:l.13. Et nondum aut indicto bello,aut ita commiſſo, ut ſtrictos gladios aut ſanguinem uſquam factum audiſſent.

Facere longum, breve.

Horat: Ne longum faciam —— *Idem:* ne longum faciam, ſeu me tranquilla ſenectus. *Cic:l:de lege Attic:* perge quæſo,&c. *M.* non faciam longius: huc enim pertinet.

Facere exercitum, *h. e. parare.*

Ita Salluſt:locutus eſt,teſte Sen:ep:114.Qui hoc ſe mel apud Salluſt.ſæpius apud Aruntium exſtare ait.

Facetum, *pro, elegante, venuſto.*

*Quod differt à ſplendido & amplo ſeu gravi,ut facetum jus dicendi & politum.Quinctil.l.6.c.2.*Facetum quoque, *inquit,*non tantum circa ridicula opinor conſiſtere. Neque enim diceret Horat.facetum carminis genus natura conceſſum eſſe Virgilio: decoris hanc magis & excultæ cujuſdam elegantiæ appellationem puto. Ideoque in ep. *Hæc Bruti verba Cic:refert:* Ne ulli ſint pedes faceti ac deliciis ingrediendi mollius.

Facetus, *pro,* lauto.

*Plaut:*Neque tam facetis,quam tu vivis,victibus.

Facilis, facilitas.

Verba Ciceroni valde uſitata : vulgo fere humani *&* humanitatis *verbis utimur:cum* humanitas *tamē à facilitate differat.* Facilitas *ſuperbiæ:* humanitas *crudelitati contraria eſt. Cicer: ult. Verr.* Clementiam manſuetudinemq; noſtri imperii in tantam crudelitatem inhumanitatemque eſſe converſam. *Pro Leg: Manil:* Jam vero ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum injuriis eſſe dicuntur, ut is, qui dignitate principibus excellit,facilitate par infimis videatur. *2.off.* Philippum quidem Macedonum Regem rebus geſtis & gloria ſuperatum à filio: facilitate & humanitate video ſuperiorem fuiſſe.

Facile agere, *h. e. bene, belliſſime.*

*Terent.*Quam vos agitis facile *& apud Portium in vita Terent.* Tres per idem tempus qui agitabant facillime.

Facile emere, *h. e. vili.*

Cic:in Prætura : Unio cæteraque quæ in Aſia facile comparantur.

Facile audire, eſſe, *h. e. libenter.*

Cic: 2. de orat. Hæc habent uberrimam copiam ad laudandum, quod & dici ornatiſſime poſſunt & audiri facilime. *l:2. epiſt: 16.* Sed mea prædicta tibi nota ſunt, in his mihi neceſſe eſt,ne amicis moleſtus ſim. Quod autem in maritimis ſum facillime, moneo nonnullis ſuſpicionē velle me navigare (*ſic v l. etiam vetuſtiſſima.*)

Faciam ut enumerem, *h. e. enumerabo.*

Cic.l.4. ad Att. Sed non faciam ut enumerem miſerias omnes *l.6.ep 13.* Plane ita faciunt,ut me unice diligant, *h.e. me diligunt. Idem.* Dedi operam ut ſi quam humaniſſime reſcriberem, *h.e. reſcriberem.*

Factio: *ὀλιγαρχία, paucorum dominatus.*

Liv.l.34. Moliri eos,ut factio & pauci auctores fœderis renovati dicuntur. *Cic. de Rep.lib.*

Factum muto, noto factum.

Dicebant vet: ſi eos pœniteret facti : contra ea factum volo *&* factum cupio ; *ſi quid probarent.*

Factum volo.

*Id eſt,*bonum cupio,*faveo,ſic:*perventum cupio, *Plaut.& Apul.Terent.Heaut.* Dii tibi Demea benefaxint, cum te video noſtræ familiæ tám ex animo factum velle *Apull.de Philoſ.*Animos bonorum deamare & ſtudere illis factumque velle, ut quam plurimum potiantur bonis artibus. *& in Apolog.* Interim dum ego ruri ago,

 Sicinium

Sicinium Pontidum privignum meum, qui mihi factum volebat, attuliſſe. *Symmach. lib.* 1. *ep.* 60. 71. *Plaut. Aſin: ſc. cur me retentas.* Videbitur: factum volo, redito huc canticinio.

Factum bene, male.

Illo in rebus lætis: hoc in rebus adverſis utebantur exclamantes. Cic: ô factum male de Alexione. *Plaut Moſt.* Factum optime. & *poët.* male hercule factū *Catull.* ô factum male, ô malæ tenebræ orci.

Factitare accuſationem, delationem.

Pro agere accuſatorem, delatorem. *Cic: in Bruto.* Qui cum tanto nomine eſſet, &c. accuſationem factitavit. *Tacit:* 17. *l:* qui temporibus Neronis delationem factitaverat.

Factus; *pro*, perfecto, expolito.

Cic: 3. *de or:* Namque ego illud aſſentior Theophraſto, qui putat orationem, quod quidem ſit polita atque facta, quodammodo non reſtricte ſed remiſſius numeroſam eſſe oportere. & *in Bruto:* Sed ut intellectum eſt, quantam vim habeat accurata & facta quodammodo oratio.

Fallere, *pro*, latere.

Liv. explorator Carthaginenſis Romæ biennium fefellit. *Columel. l.* 12. *c:* 13.

Familiares epiſtolæ, ſermones.

Henr: Stephanus putat Ciceronis epiſtolas, *non dicendas ut vulgo* familiares, *ſed* ad familiares: *ejuſque hanc opinionem multi hodie probant. Mihi nil mutandum videtur, vett: adpellarunt n familiares epiſt: ſermones, &c. Cic.* 2. *off.* Inprimiſque ut habeas, quibus cum poſſis familiares conferre ſermones. *Suet.* Tiber: ut Rhodienſ. hoſpitem, quod familiaribus ſermonibus Romam evocarat, &c. *Gennadius c:* 24. ad cæteras quoque epiſtolas plurimas promulgavit familiares epiſtolas.

Familia, *pro, cibariis, vel, comeatu.*

Terent: Heaut: act: 5. *ſc:* 1. Decem dierum mihi vix eſt familia.

Familia, *pro, ſecta, aliqua.*

Cic: 1. *de orat:* Et cum univerſi (*Philoſophi*) in te impetum feciſſent, tam ſingulæ familiæ (*Academici & Peripatetici*) litem tibi intenderent.

Faſtigium.

In templis ad pellatur eminens quoddam parvumque tectum, quo ſi mulacra q. teguntur. Cic. in Philipp. de Cæſare: Quem is majorem honorem conſecutus erat, quam ut haberet pulvinar, ſimulacrum, faſtigium, &c. *Liv l.* 41. Tempeſtas multis ſacris profaniſque locis ſtragem fecit, ſigna ænea in Capitolio dejecit, faſtigia aliquot templorum à culminibus templorum abrupta fœde diſſipavit.

Fato cedere, *h. e. mortem obire.*

Liv: l: 26. Itaque, quibus veſtrum ante fato cedere, quam hæc tot & tam acerba videant, in animo eſt, iis hodie, apud me epulæ inſtructæ, paratæque ſunt.

Fenum eſſe, *ſive*, edere.

Velut proverbialiter apud Ciceronem dicitur de iis qui ſunt indocti, inſulſi, & digni qui fenum edant, 2. *de orat.* Quem cum Catullus nuper audiſſet, fenum alios ajebat eſſe oportere.

Feneſtra, *pro ipſo operculo.*

Ulpian. l. 14. *§. exercitu D. locati.* Exercitu veniente migravit conductor. Deinde hoſpitio milites feneſtras & ſuſtulerunt.

Ferme, *pro valde, multum.*

Liv: l: 36. Ita numero non ferme impares futuros, ſed cæteris omnibus ſuperiores.

Fides, *pro, abſolutione rerum creditarum.*

Cæſar. 3. *de bello civil.* His rebus confectis cum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque creditæ pecuniæ ſolverentur, &c. *Cic:* 2. *offic.* neque enim ulla res vehementius remp: continuit, quam fides, quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.

Fides in rebus creditis, & contractibus.

Cic: 2. *Catil.* Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas abligurierunt, res eas jampridem, fides deficere nuper coëgit. *Idem.* Fidem de foro, dignitatem. de Rep: ſuſtuliſtis.

Figuræ, *pro. obliquis reprehenſionibus.*

Sueton. Domitiano. Nam accidit Hermogenem Tarſenſem propter quaſdam in ſua hiſtoria figuras, &c. & *in Veſpaſia.* Amicorum libertatem, cauſſidicorum figuras, Philoſophorum contumaciam leviſſime tulit.

Finis, *pro, finibus regionis, vel provinciæ.*

Poëticum potius eſt, & hiſtoricum, quam oratorium. Liv. ita ſæpe l: 28 35. Ita perculſis hoſtibus Philopæmenes protinus ad deplorandum Tripolim

Laconici

Laconici agri, qui proximus finem Megalopolitanorum eſt, duxit, *lib*: 10. ad finem Lucernum ei hoſtis obvius fuit.

Firmus, *pro, bono, egregio, bene conſtituto.*

Cic: pro Balbo dixit, cauſam ex colonia Latina inprimis firma & illuſtri. *& 2. de leg*: non enim populo Romano, ſed omnibus bonis firmiſque populis leges damus.

Fœtus *de frugibus & arboribus.*

Pacem apud Non. Nec grandiri frugum fœtum poſſe, vel miteſcere *Lucret*: poſtremo quoniam incultis præſtare videmus. Culta loca & manibus meliores reddere fœtus. *Idem de terra.* Ipſa deinde dulces fœtus, & pabula læta. *Virg*: Inſeritur vero ex fœtu nucis arbitus horrida.

Fortis, *pro, vehementi, furioſo, acri.*

Liv: *l*: 3. Ubi vellent, experirentur, quanto fortior dolor in libertate ſua vindicanda, quam cupiditas in injuſta dominatione eſſet (*ſic ibi v.l. vulgo ferocior*) *Cic*: 1. *de nat.*

Fortis, *de corpore robuſto, ac valente.*

Cæſ: de bello Gallico. Equitum millia erant ſex, totidem numero pedites velociſſimi ac fortiſſimi. *Sic &* fortiſſima ligna *vocat*: *l*: 1. *de bell*: *civil.*

Florere: *de rebus inanimis.*

Pro, frequentem eſſe, celebrari. *Cic*: Campum Martium tanta celebritate, tanto ſplendore omnis generis hominum, ætatis ordinum floruiſſe. *Lucret*: Tum mare velivolis florebat navibus. *Idem*, hinc lætas urbes pueris florere videmus. *Cicer: pro Sext*: Ad urbem acceſſus incredibili hominum multitudine & gratulatione florebat.

Fore: *futuro junctum.*

Cic: *pro Milone.* In his ſingulis ita ſemper exiſtimabatis vivo P: Clodio nihil horum uſuros fore. *Agell*: 12. *c*: 11. raturi forent.

Formula, *pro jure, proprietate.*

Ut, hoc oppidum eſt formula Romanorum, *illud* eſt formula Græcorum, *h: e: in eorum jure. tralatione à formulis juris. Liv*: 32. Perinthum Byzantiis in antiqui formulam juris reſtitui. *& l*: 33. Eodem anno Antiochus Rex cum hybernaſſet: Epheſi omnes Aſiæ civitates in antiquam imperii formulam redigeret; & conatus.

Flagitioſe, *pro*, male, *infirmiter.*

Cic: *l*: 17. *ad Att*: Sumus enim flagitioſe imparati, cum à militibus, tum à pecunia.

Flectere: *verbum itinerarium.*

Pro, circumnavigare, *& præternavigare ſic* 5. *ad Attic*: Maluimus iter facere pedibus, qui incommodiſſime navigaſſemus, ſed Leucaden flectere moleſtum videbatur. *Idem l*: 2. *de divin*: quod qui navigant, maxime animadvertunt, cum in flectẽdis promontoriis, ventorum mutationes maxime ſæpe ſentiunt. *Cic: de natur. Deorum initio.* Quid enim eſt tua temeritate fortius? (*ſic ibi o*: 1: *l*: *& olim editi, ſed alii reponunt*, fœdius, *alii*, turpius.

Fortis, *pro, bono probo.*

Quare & Cicero hæc duo bonus *&* fortis *conjungere ſolet. Plaut*: *Trinum*: Sororem ſuam deſpondiſſe in tam fortem familiam. *Cic*: 3. *Verrin*: *de verris filio*: Quem ergo judices, quamvis bonum fortemque facile paterer condere. *Pro Balbo.* non gravior L: Cornelio, quam multis viris atq; fortibus, conſtitui lex vitæ & conditio videtur.

Fortuna, *pro, bonis, & facultatibus.*

Scævola in l: *Sticho*. 40. *D*: *de ſtatutib*: Argentarius coactor cum pœne totam fortunam in nominibus haberet, ſervis actoribus libertatem ita dedit. *Cic*: fortunæ opes, *ſatis mire dixit, init: orat*: *pro Rabirio.* Si quis eſt judices, qui L: Rabirium, quod ſuæ fortunæ fundatas præſertim atque optime conſtitutas opes poteſtati regiæ libidinique commiſerit. *l*: 27. *D*: *de probat.*

Forus, *pro, ſcamno quolibet.*

Vale: *l*: 4. *c*: 3. M. aut Curius exactiſſima norma Romanæ frugalitatis, idemque fortitudinis perfectiſſimum ſpecimen Samnitium legatis agreſſis ſe in foro adſiſtentem atq; ligneo catillo cœnantem quales epulas, apparatus, indicatione ſpectandum præbuit (*ſic in v*: *c*: *reperi, in quo tamen erat*, foro: *vulgo* ſcamno.)

Fragilis, *quod vulgo*, frangibilis.

Agell: *libr*: 6. *cap*: 1. *in fin*: Ut fiere caput tenuiter munitum, & ictibus offenſionibuſque parvis fragile.

Fraus, *pro*, damno.

Liv: *l*: 1. Rex reſpondit, quod ſine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio.

Fricare,

Fricare, *perfricare frontem, vel os.*

Pro, omnem abjicere pudorem, ſeu impudenter ſe gerere. Cic: 3. *Tuſcul*: Quid tergiverſamur, Epicure nec fateamur tantum eos dicere voluptatem, quam tu idem, cum os perfricuiſti, ſoles dicere, &c. *Licin*: *Calvus in Vatin*: Perfrica frontem & dic te digniorem qui prætor fieres quam Catonem. *apud Quinct*: *cap*: 9.

Fruſtra habere: *pro, contemnere, negligere.*

Tacit: *l*: 13 Militibus immunitas ſervaretur, niſi in iis, quæ venum exercent, aliaque admodum æqua, quæ brevi ſervata dein fruſtra habita ſunt.

G.

Genere, *pro*, modo.

Ut, genere quodam. *pro*, quodammodo, molli genere, optimo genere. *Cæſ*: 2. *de bell*: *civ*: Induciarũ quodam genere miſericordia facto adventus Cæſaris expectabatur. *ſervus D*: *pro emptore.* Et genere quodam venditio inter ſervum & dominum contracta eſt. *l*: 36 Quod ſervus *D*: *de ſtip. ſerv*: Nam & hoc genere quodam donatio eſt. *l*: 51. *de adqui. poſſ l*: 44. *de adqui. rerum dom.*

Appendix ad literam G.

Geminus, *pro*, craſſo.

Lucill: *apud Non.* Urceus aut longa geminus miſtrarius auſa. *vide Giphan*: *Indic*: *Lucret*:

Geminus, Germanus.

Geminus *idem, quod* ſimilis *alicui.* Germanus *idem, quod*, verus, *quæ duo non recte olim confundit Budæus. Videtur tamen* geminus *pro* gemello *de ſorore fratreque poni. Cic*: *in partit*: memoria quæ eſt gemina literaturæ quodam modo & indiſſimili genere: pro, *ſimilis pro Roſc*: ſimillima & maxime gemina ſocietas hæreditatis eſt. *Verr*: 5. *ex epiſtola Timarchi*: Volo mihi fraterculo tuo credas. *Ad quæ verba ita Cicero*: conſorti quidem in lucris, atque in furtis, gemino atque ſimillimo nequitia, improbitate, audacia. *Catul*: Morboſi pariter gemelli utrique. *Plaut.* ſororem geminam adeſſe dicito.

Geneſis, *&*, Genitura.

Quæ vulgari dicitur ſermone nativitas. *Vetus interpres in od*: 11. *l*: 1. *Horat.* Babylonii aſtrologiam inveniſſe dicuntur, per quam Geneſis colligitur. *Juve*: Nota Mathematicis geneſis tua. *Suet*: *Aug*: genituram *dicit ut & Spartianus in Severo.*

Gerens negotii.

Cic: *in Vatin.* Cumque omnium domos, apothecas, naves, furaciſſime ſcrutarere, hominesq; negotii gerentes judiciis iniquiſſimis irretires, mercatores à navi egredientes terreres, (*ſic ibi v. l. ut & Lambinus*) *pro Quintio*: ſui negotii bene gerens.

Germani fratres.

Plerunque dicuntur, qui iiſdem parentibus utriſq; ſunt nati. Interdum tamen dicuntur illi, qui ex eodem patre duntaxat ſunt nati, qui ſolent conſanguinei *vocari. Conſtant Imperat l*: 1. *C*: *Theod*: *l* 2 *t.* 19. *de inoffic.* fratres uterini ab officioſis actionibus arceantur, & germanis tantummodo fratribus adverſus eos petitionis aditus, referetur. *Ad Iuſtin. in l*: *fratres illo t. hanc legem ponens paulum mutatam pro* germanis *recte ſubſtituit*] conſanguineos fratres. *Nepos in Cimone & præfatione ad Attic.*

Gignentia.

Quaſi τὰ φυόμενα φυτὰ *vulgo* ſtirpes. *Cic*: *hæc vocare ſolet res, ſive ea, quæ gignuntur è terra, quæ oriuntur ex terra, quæ à terræ ſtirpibus continentur*: *Terra editum interdum eſſe* ſtirpes. *Salluſt*: *Iugurth. p*: 108. *Apuleius de Platon*: *dogm*: animam vero animantium omnium non corpoream eſſe, nec ſane perituram cum corpore, omnique gignentiũ eſſe ſeniorem. *Lactant.* 1. *Inſtit*: *c*: 2. potuit & ſoli in quo eſt natura & cauſa gignentium. Nam ſine ſolis igneo calore neque naſci quicquam nec augeri poteſt. *Cic*: 2. *de nat*: *deorum.* Ea quæ gignuntur eſt terra.

Gladiatoribus.

Pro tempore eo, quo certant gladiatores: *ut ludis, hoc eſt, tempore ludorum ſic ſæpe eleganterque loquebantur. Aſin*: *ad Cic*: *l*: 10. *ep*: 32. Gladiatoribus autem quendam militem Pompeianum defodit in ludo & vivum combuſſit.

Globus conſenſionis.

Tralate pro multitudine & conſpiratione. Nepos in Attic. ſic ille conſenſionis globus hujus unius diſſenſione disjectus eſt.

Gradus, *pro*, paſſu, *ut vulgo loquimur.*

Cic: 2. *de orat*: Quotiens gradum facias. *Et in*

Verr.

Verr. tralate: imperii gradus ex Sicilia in Africam factus eſt. 1. *Agrar.* hunc q. gradum quendã atque aditum ad cætera factum intelligetis.

Pleno gradu ingredi ad aliquam rem.

De gradu dejici.

Trebon. ad Cic: l: 12. epiſt. de filio Ciceronis: Nam illum paratũ, ut video & ingreſſum pleno gradu cohortari non intermittemus. *Eſt autem ſumptum à re militari. Liv. præcipue l:* 4. Peditumque aciem inſtructam pleno gradu in hoſtem inducit. *& l:* 34. & ſigna præ ſe ferri plenoque gradu ad caſtra hoſtium oppugnanda ſuccedere jubet.

Gratiam referre, *in malam partem.*

Pro, ulciſci, talionem reddere. Cic. pro Sylla. Permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adoleſcentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti. Quod ſi eſſet uſu atque ætate robuſtior, eſſem idem qui ſoleo, cum ſum laceſſitus. Nunc tecum ſic agam, ut tuliſſe potius injuriam, quam retuliſſe gratiam videar. *Terent. Eunuch. act:* 5. *ſc.* 3. Qui referam illi ſacrilego gratiam.

Gratioſus, ἐνεργητικῶς.

De eo, qui commodus eſt, facilis, civilis qui præſtat alicui gratiam, παθητικῶς pro eo, qui gratus & carus eſt notum eſt omnibus. Cicer. in Bruto. Volo hoc oratori contingat, ut cum auditum ſit eum eſſe dicturum, locus in ſubſelliis occupetur, compleatur tribunal, gratioſi ſcribæ ſint in dando & cedendo loco.

Gratitudo *&* ingratitudo *Ciceronis non ſunt.*

Utitur à Cic. grati *&* ingrati animi *nominibus,* 1. *de leg.* Quæ autem natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum & beneficii memorem diligit?

Gratus apud aliquem: *pro gratioſo.*

Cic. Lentul. ep. 3. *l:* 1. Is cum antea ſemper & ſuo ſplendore & noſtra cęterorumque amicior commendatione gratiſſimus in provincia fuit. *Philip.* 2. Deiotaro rege minime gratioſo apud Cęſarem legitur, à quo vivo nec præſens nec abſens Rex Deiotarus, quicquam æqui boni impetravit, apud mortuum factus eſt gratus (*ſic omnes leg. etiam Vaticanus, ſed alii ediderunt*, gratioſus) *l:* 17. *cum quidem §. divus D. de uſuris ex Pandect: Florentinis.*

Gratulatio.

A vett interdum dicitur id quod uſitatius, ſupplicatio. *Quod vulgo non ſatis notum. Cic: de provinc: Conſ:* Diis immortalibus nõ erat exigua eadẽ gratulatio, quæ ex maximis bellis. *& l.* 11. *ep: ad Brut:* Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus. *Liv:* Triumphantes, in Capitolium adſcendebant, Jovi Optim: Max: cæteriſque diis gratulaturi.

De gradu dejici.

Cicer: 1. *offic:* Fortis vero animi & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur, &c. *& libr.* 16 *epiſt:* 14. *ad Attic.* Leptæ literarum exemplum tibi miſi, ex quo mihi videtur στρατηλάτης ille dejectus de gradu.

Gentes, *pro iis, qui non ſunt cives Romani.*

Oppius lib: 1. *de bell: Hiſp.* Ubi quidam legatus ad Cæſarem: petimuſque, ut qualem te gentibus præſtitiſti ſimilem in civium deditione præſtes. *Horat:* terruit urbem, gentes.

Gentilis: *pro, populari, barbare,* conterraneus.

Agell: ſcribit. Mithridatem 25. gentium linguas percalluiſſe: idemq; cũ omnium gentium (*inquit*) viris haudquam per interpretem collocutus eſt, ſed ut quemque ab eo appellari uſus fuit proinde lingua & occaſione ipſius, non minus ſcite, quam ſi gentilis ejus eſſet, locutus eſt, *libro* 17. *cap:* 17. *noct. Attic:*

Res gerere: *de rebus bellicis: vide,* res gerere.

Varro 5 *de L.L.* Contra Imperator, qui dicitur res gerere, in eo neque facit, neque agit, ſed gerit, h.e. ſuſtinet. *Tralatum ab his, qui gerunt ac ſuſtinent.*

Gumia, æ, *pro* ἀσώτῳ *lurcone.*

Lucill: apud Cic. 2. *de fin.* Compellans gumias ex ordine noſtras. *Apull. apol.* 1. teſtimonium ex libello legi audio gumiæ cujuſdam & deſperati lurconis, *Iun. Craſſi.*

Guſtus.

A Vett: dicitur, ni fallor, jentaculum, *ſive cum exiguum quiddam ſumeretur, ſive ederetur. Martial:* 11. *epig:* 53. Hæc ſatis in guſtu cætera noſſe cupis. *eodem l:* 32. Guſtu protinus hæc edes in ipſo. *Hinc etiam* guſtatorium *videtur dictus*

locus, in quo ſumeretur guſtus. Plin. l: 1. ep: 6. Guſtatorium graviorque cœnatio margini imponitur.

H.

Habere, *pro*, habitare morari.

Cic: 3. de nat. deor. Alter Valentis & Phoronidis filius, is qui ſub terris habet. (*ita v. l. ut & Lamb. monuit.*) *Liv: l. 30.* Situm formamque & univerſorum caſtrorum & partium, qua Pœni, qua Numidæ, haberent, ſpecularentur.

Habere legem promulgatam, *h. e. promulgare.*

Sic habere conductum, *pro* conducere, habere infeſtum, *h. e.* infeſtare. *Cic: in Vatin:* Tribunus plebis fuiſti, collegas habuiſti viros fortes, omnes habuerunt leges promulgatas ad Terent. omnes moleſtias & ſolicitudines, quibus & te miſerrimam habui Tulliolamque. *In Verr:* arationes conductas haberent & decimas deportatas. Et nemo in Sicilia habitat, quin eo ſit occiſus, quod habere clauſa non potuerit ſua conſilia, *Plaut. Bacch:* Nam abſque te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum, *h. e. rexiſſem.*

Habere aliquem miſerum, *h. e. miſeria adficere.*

Cic: pro Flac. Cur ergo unus tu Apollonienſes P. R. amantiſſimos fideliſſimosq; ſocios miſeriores habes, quam aut Mithridates aut etiam pater tuus habuerit unquam? *& ep. ad Terent. ut ſupra.*

Habere perfidiæ.

Liv l. 30. Cæterum ſicut tibi curæ eſt, ſentire cives tuos, quanto per te onere tenentur: ſic mihi laborandum eſt, ne quæ tunc pepigerunt, hodie ſubtracta ex conditionibus pacis prætura perfidiæ habeant.

Habere ſe graviter, *h. e. gravi morbo laborare.*

Cic. ad Att. l. 7. Tironem Patris ægrum reliqui, &c. Itaque habeo ægre, & quanquam videbatur, ſe non graviter habere, tamen ſum ſollicitus. *Plancus l. 10. ep* Fratrem meum aſſiduis laboribus comeſſationibuſque confectum graviter ſe habere antea tibi ſcripſi.

Habitare in aliqua re, vel arte.

Tralate, pro eo, quod eſt: diutius verſari, *aut* hærere, *& in ea nimium eſſe occupatum, Cic: 2 de Orat.* Illi autem, qui hoc ſolum colendum dicebant, habitarunt in hac una ratione tractanda. *Ib:* Mea ratio in dicendo hæc eſſe ſolet, ut boni quod habet, id amplectar, exornem, exaggerem, ibi commorer, ibi habitem, ibi hæream. *3. de leg:* Theophraſtus vero inſtitutus ab Ariſtotele habitavit, ut ſcitis in eo genere rerum.

Habitare, *pro, aſſidue in loco aliquo verſari.*

Cic: in Bruto. Diſerti autem Q. Varius. Cn. Pomponius, & ii, qui habitabant in Roſtris. *Pro Muræna.* Affueris tamdiu & cum longo intervallo veneris cum iis, qui in foro habitarunt, de dignitate contendes.

Habitus: *pro, affectione, vel conſtitutione.*

Cic: 1. Tuſc: Quod ſi tanta vis eſt ad habitum mentis in his quæ gignuntur in corpore, *& ante Cod: lib:* Nihil non habent hæc duo genera (*ignis & aër*) proin, & ſupera ſemper petunt. Ita ſive diſſipantur procul à terris, id evenit, ſive permanent & conſervant habitum ſuum, &c.

Habitus, *pro. ſpecie, & facie totius corporis.*

Liv. l: 2. Obſita erat ſqualore veſtis, fœdior corporis habitus pallore ac macie perempti. habet *l: 30.* ſi quemadmodum oris hujus cernitur oculis, ſic & animus intus cerni poteſt. *Cic: pro Cal.* Cum Q. Metel: integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus eriperetur indigniſſime bonis omnibus, &c.

Hadrianum mare: *pro Hadriatico.*

Cic: in Piſ: Brundiſium vitavit, & ultimas Hadriani oras petivit. *Et l: 10. ad Ant: ep: 6. Horat:* ſive mari libet Hadriano.

Cic: pro Flacc. Liceat iis, qui hæc ſalva voluerunt ipſis etiam ſalvis. *1. Catil:* Facile adducam, ut te hæc quæ jamdudum vaſtare ſtudes retorquentem uſque ad portus perſequamur. *4. Catil.* video duas adhuc eſſe ſententias, unam Silani, qui cenſet eos, qui hæc delere conati ſunt, nocte etiam mulctandos. *pro Fonteio.* Cujus preces ſi aſpernarentur, hæc ſalva eſſe non poſſent. *pro Marcell: in fin.* Quare omnes te, qui hæc ſalva eſſe poſcimus & hortamur & execramus. *l: 7. ep: 19.* in quo quidem nos te continebimus, ſi & ſalvi redierimus, & ſalva iſta offenderimus.

Hanc rem, *h. e. Remp. Rom. & Imperium.*

Liv: l. 6. extrem. Sed parva iſta non contemnendo noſtri maximi hanc rem fecerunt.

Hama:

Hama: *Inſtrumentum hauriendi & fodiendi.*
Vox Græca eſt Romanis uſitata, & diminuti. Hamula *in quibus v.l. ſcribitur* ama. amula. *Inde German.* [amer]. *Cato de re ruſt.* Hæ hamæ utiles ſunt. *Colum. de re ruſt.* Aut habilem limphis hamulam, Bacchive lagenam. *Plin: in epiſt:* nullus in urbe ſipho, nulla hama, nullum denique inſtrumentum ad incendia compeſcenda, *Juvenal: ſat:* 14 *l:3. & de offic: præf: Vigil.*

Hemicyclus: *& diminuit*, Hemicyclium.
Non eſt ſella, ut vulgo putant, ſed locus ſive conclave ſemi rotunda forma. Cic: Cum ſæpe multa tum memini domi in hemicyclo ſedentem, in eum ſermonem illum incidere. *Plutarch: Alcib.*

Hic, *de longinquiore:* Ille, *de viciniore intellectum.*
Quint l:10.c:2. Quo fit, ut minus virium ac ſanguinis declamationes habeant, quam orationes: quia in illis vera, in his adſimilata materia eſt: *Prudent. 2. contra Symmach.* Iſis enim & ſerapis & grandi ſimia cauda, & Crocodilus, id eſt, quod Juno, Laverna, Priapus. Hos tu Nile colis, illos tu Tibris adoras. (*ita ibi v.c.*) *utitur Cic: pro Roſcio, Seneca & Plinius ſæpe. Itidem Celſus, Paterculus & Valer. l:7.c:7. de Scipione. Liv: l.30.* Melior tutiorque eſt certa pax, quam ſperata victoria: hæc in tua, illa in deorum manibus eſt.

Hiemare: *pro, hiemis incommodo affligi.*
Sueton. Auguſt. quamvis parum ſalubrem valetudini ſuæ urbem hieme experiretur, aſſidueque in urbe hiemaret.

Hiemare, *pro*, frigere.
Senec: 114. Dixit Salluſtius aquis hiemantibus. *Aruncius in l. belli punici*, repente hiemavit tempeſtas.

Hibernacula.
Plerunq; pro. tentoriis ipſis: quia ſub pellibus hiemem agere miles non in oppido, neque ſub lecto cogebatur. Interdum tamen idem valet quod hiberna, *h.e. locus ubi hiberno tempore milites commorantur. Liv: l.35.* deinde in hibernacula milites eduxit. *&* 40. loca pacata me ad hibernacula electurum. *&* 45. hibernacula etſi res nova militi Rom: ędificari cœpta.

Huic civis: *pro hujus urbis civis.*
Terent. Andr. Eho tu glycerium huic civem eſſe vis?

Hiſpanienſis & Hiſpanicus: *differunt.*
Hiſpanicum bellum, h.e. in Hiſpania geſtum: Hiſpanicus gladius, in Hiſpania factus: exercitus Hiſpanicus, qui conſtat ex Hiſpanis: Hiſpanienſis, qui eſt in Hiſpania, licet ex Romanis Conſtans.

Hoc amplius, *h. e. præterea.*
Vetuſtis uſitata phraſis & maxime Iuriſconſultis. Utebantur & in ſenatu in dicendis ſententiis: Hoc amplius cenſeo. *Cato de re ruſt:* Hoc amplius quomodo villicum uti oporteat.

Hoc: *pro cœlo, vel mundo.*
Enn. Adſpice hoc ſublime candens, quem omnes vocant Iovem. *Ter.* Luciſcit hoc jam: ceſſo pulſare oſtium. *Lucr:* Deniq; jam tuere hoc circum ſuperaque quod omnem continet amplexu terram?

Hoc agere.
Pro, diligenter, & ſummo ſtudio curare. Lucret: nam neque nos agere hoc patriæ tempore iniquo poſſumus. *Idem.* -- nos agere hoc aiunt, & naturā quærere rerum ſemper. -- *Horat.* Tum tua navis in alto eſt, hoc age: ne mutata retrorſum te ferat aura. *Id:* Ut vivas igitur vigila, hoc age. -- *Teren. And.* Hoccine agis, annon? D. ego vero iſtac.

Hodieque.
Paull. l.1. D. de contr. empt. Sed an ſine nummis venditio dici hodieque poſſit, dubitatur.

Honeſta omnia.
Ita Cicero cum præclarum quid dicitur quidem, ſed non præſtatur. 1. Verr: Quid dices? an bello fugitivorum Siciliam tua virtute liberatam? magna laus; honeſta omnia. *Philipp:* 8. Atque cum te etiam, qui ſemper pacem optaris, ſemper omnes cives ſalvos volueris, honeſta omnino, ſed ita, ſi bonos & utiles Reip: cives *l: 1. offic.* Dictu quidem omnia proclive: itaque vulgo loquuntur, ſe in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam ſequi, honeſta oratio eſt, ſed quis eſt tandem, qui inopis &c.

Honeſtus eques.
Cic. l.13. ep: Att: Gaio Flavio honeſto & ornato equite Romano utor familiariter valde. *eod. 1. Bruto.* Lucio Titio Strabone equite Romano inprimis honeſto & ornato familiariſſime utor.

Honeſtus, *idem quod*, Honoratus.
Cic. in Brut. Qui honorem ſuffragiis adeptus, is

mihi honeſtus & honoratus dicitur. *Brut. & Caſſ. ad Ant: l:* 11. *ep:* 3. nos in hac ſententia ſumus, ut te cupiamus in libera Rep: magnum atq; honeſtum eſſe. *Cic: l.* 2. *ep:* Cæſarem honeſtum eſſe cupio.

Honor, *pro, honorario, munere, ſtipendio.*

L. 6. *ſi remun. dig. mandati.* Si remunerandi gratia honor intervenit, erit mandati actio. *l:* 1. *an & Philoſ. D. de extraord. cog.* Eſt quidem res ſanctiſſima civilis ſapientia, ſed quæ pretio numario non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda, dum in judicio honor petitur, qui in ingreſſus SCTI efferri debuit. *ſic &* Honores Muſarum, *ep: Hor: pro carminibus quæ munera donant Poëtæ.*

Hujuſcemodi.

De vulgo talis. Cic: pro Muræna. Hujuſcemodi Scipio ille fuit, quem non pœnitebat idem facere, quod tu.

I.

Iacturæ, *pro impenſis, muneribus, ſumptibus.*

Cic. l. 6. *ad Att.* Quid non poteſt eſſe tam difficile quam illo imperante exhauſtam eſſe ſumptibus & jacturis provinciam. &c. *Cæſ:* 6. *de Bello Gall.* German: ſibi adjunxerant, eoſq; ad ſe magnis jacturis pollicitationibuſq; produxerant (*ita o. l. Lipſius* capturis; *male*) *Cic: pro lege* Manil. Nunc qua cupiditate homines, quibus jacturis, quibus conditionibus in provincias proficiſcantur.

Iaculum, *pro reti*, jaculator, *pro piſcatore.*

Ovid. 1. *de arte aman.* Hic jaculo piſces, illic capiuntur ab hamis. *Plaut. ſæpe. Iſid. l:* 10. *c. &* 21.

Idoneus *pro*, digno.

Cic: ad Herenn: l: 4. Nam ſi voles divitias cum virtutem comparare, vix ſatis idoneæ tibi videbuntur divitiæ quæ virtutis pediſſequæ ſint. *A. gell: l:* 5. *c:* 6. cum hoſtium nomen humile, ut non idoneum eſt & ſervorum, piratarum.

Ignorare aliquem, *pro,* non ſatis noſſe.

Terent: Eunuch: Iſti te ignorabant: poſtquam eis mores oſtendi tuos. *Heaut:* Erras ſi id credis & me ignoras Clinia. *Cic. Lucull:* majore etiam ſtudio Lucullus Philoſophiæ deditus fuit, quam qui illum ignorabant, arbitrarentur. *& in Verrem.* Et quod ille dictitat alicui, qui te ignorat, verum non videatur.

Ignoratio ſui.

Dicitur eum quis ſe effert, & ſuperbe gerit, cum tamen ſit humilis, & infimi loci. Cic: pro Cluent: de ſuperbo quodam Tribuno pleb. Quinctio quod erat odium DI immortales! quæ ſuperbia, quanta ignoratio, quam gravis atque intolerabilis ignorantia!

Ignotitia.

Conjuncta vox à notitia, *pro ignoratione, apud Agellium.*

Ille, *abundans.*

Sed non ſine gratia quadam interdum & affectum dicentis & orantis magis ob oculos ponit. Ter: Adelph 3. 2. *v:* 8. Quem neque fides neque jusjurandum, neque illum miſericordia repreſſit, neq; reflexit. *Virg: l:* 5. *v:* 457. Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra.

Ille alter: *pro*, alter.

Cic: 3. *de orat: in orat: poſt redit Plaut: Menæch:* Illum reliquit alterum apud me domi.

Illuc factus eſt: *id eſt, inſtructus ad hoc.*

Cic: 2. *ad Attic: epiſt:* 24. Hæc ille omnia quæ voluit de omni Rep: dixit, ut qui illuc factus inſtitutuſque veniſſet.

Immoderatio, *rerum, verborum.*

Cic: pro Sulla. At vero quid ego miror, ſi quid ab improbis de me improbe dicitur, cum L: Torquatus interdum efferatur immoderatione verb.

Impendium: *h: e: Fœnus, acceſſio, fructus, lucrum.*

Cic: l: 6. *ad Att: ep:* 1. Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut fœnus impendium recuſare. *& in Bruto.* Seremus igitur aliquid tanquam in inculto & de relicto ſolo: quod ita diligenter colemus, ut impendiis etiam augere poſſimus largitatem tui muneris. *Varro de L: L:* 1. *extr:* à quo uſura quod in ſortem accedebat, impendium appellatum, &c.

Imperator & imperans.

Videtur dici ægrotus: & ægroti eſſe medicorum Imperatores, ut oratorum clientes. Verbo imperantis, ita videtur uſus IC: Alfen: verbo Imperatoris. *Sen: ut Duar: l:* 1. *diſp: c: ult: Primus admonuit, quod & aliis recentioribus probatur* Conano: *l:* 2. *c:* 8. 2. *Hotom: l:* 2. *animadu: c:* 8. *Sed Mureto in Seneca non ſatis. Nam & apud Terent:* jubent dari & imperant medici:

dici: *ut & apud Plin: l: 29. c: 1. de medicis.* Palamq; eſt, ut quiſq; inter eos loquendo polleat, imperatorem illico vitæ noſtræ notiſque fieri. Quia tamen & olim medici Romæ vel ſervi erant vel liberti, aut certe Græci, aut peregrini: & alioqui ęgroti ſunt tetrici. *Non recudendum pręſertim à codicib: antiquus. l: 26. & de ep: l: Sen: l: 6. de benef. c:* 10.

Importunitas, *pro, inhumanitate & ſævitia.*

Cic: de ſeneƈt: Moderati enim & nec difficiles ſenes intolerabilem ſeneƈtutem agunt: importunitas autem & inhumanitas omni ætate moleſtæ.

Impenſus, *pro, magno.*

Cic: 14. ad Att: ep: 12. Minuſculam vero villam Quinƈtio traditurum, vel impenſo pretio. *Horat:* Luſcinias ſoliti impenſo prandere coemptas. *Agell: l: 13. c. 17.* Quod impenſo pretio librum Pythagoricæ diſciplinæ emiſſet. *Liv: l: 35.* Id ſuæ impenſę erga nos maximum debere judicium eſſe. *Val. l. 4. de Pericle:* pueri prætereuntis formam impenſioribus verbis laudaſſet.

Improbus, *pro magno: ut inſanus.*

Virg. Labor omnia vincit improbus. *Catull:* Nec tamen niveo gaviſa eſt ulla columbo Compar: ſeu quicquam dicitur improbius Oſcula mordenti ſemper decerpere roſtro.

Improbe-petere, *h. e. valde.*

Paull. l. 3. c: 2. ſentent. ult. In poſſeſſionem improbe mitti deſiderat.

Inalpini: *idem quod* Alpini, *&*, Alpici.

Brut. ad Cic: l: 10. ep: 4. Suet. Oƈt. c. 2.

Incenſus, *pro non cenſo.*

Liv: l: 4. de cenſuræ origine. Ortum autem initium rei eſt, quod in populo permultos animos incenſo uſque deferri cenſus poterat.

Inceptus, ûs.

Nepos Iphicr. Idem ſubſidio Lacedæmoniis profeƈtus Epaminundę retardavit incœptus (*ſic v. l.*)

Incidere.

Hoc verbum Ciceroni eſt uſitatiſſimum hodie minus notum. Incidunt tempora, incidit caſus, &c. *l: 5. ep: pro Sextio.*

Incidere periculum, *inſidias.*

Nepos Attic: Ac ne quod periculum incideret. *Liv. l. 2.* haud ſecus quam ſi inſidias incidiſſent, turbati vertunt terga.

Incidunt oculi aliquo.

Cic: initio pro Milone. Hæc novi judicii nova forma terret oculos, qui quocumque inciderint, veterem conſuetudinem fori & priſtinum morē judiciorum requirent *pro Scauro.* Undique mihi ſuppeditat, *pro Marco Scauro dicam, quocumque mea mens, verum etiam oculi inciderint.*

Incidere alicui, *h. e. nec opinantem deprehendere.*

Cic: 2. Verr. Sane homini præter opinionem improviſo incidi, ſcrutatus ſum quæ potui.

Inceſſit me, *&* mihi religio, cura.

Liv: l. 4. Tum gravior cura patribus inceſſit. *Ibid:* quod cura inceſſerat patres, ut metu quæſtionum plebs mota.

Incultus, ûs.

Liv. l: 42. Honores partim diſertos per incultū & negligentiam, partim hoſtiliter ſublatos eſſe.

Indeliƈtum, *hoc eſt, quod non eſt deliƈtum.*

Attius apud Feſt. in, probrum. Qui niſi probrum omnia alia inde iƈta æſtimant.

Indicium deferre, *h. e. indicare.*

Liv. l. 20. Itaque fidet; potiorem ratus indicium ad prætores deferre. *& l.* 25. & cum jam compoſita omnia *ad prædationem eſſent indicio delato ad Epidicon, &c.*

In eo tempore.

Piſo Annal. 3. apud Agell: l. 6. c: 9. Q. Metellus in Manlium apud eundem l. 6. c 11.

In facili, in difficili, in proclivi.

Pro eo, quod proclive ſeu facile, quod difficile eſt. L Gall. §. 9. ille eas. D. de lib. & poſt. ille caſus in difficili eſt. *Valer. l. 8. c: 7.* ut pater ejus Xerxi epulum dare ex facili potuerit (*ſic v l. meus*) *Sall: Iugurth.* Cujus ſi dolum caveris, alia omnia in proclivi erunt.

Inficiens, *h. e. nil agens, & faciens.*

Varro de apum diligentia. l: 3. de re ruſt: c: 16. Neq; ipſæ ſunt inficientes, nec non oderunt inertes. *Id: 6. de L L* Nam & quidem facere verbo dicimus, & qui aliquid agit, non eſſe inficientem.

Infinitus.

Non de numero dicitur, ſed de magnitudine: idem fere quod immenſus. *Vulgo infinito fere utuntur pro* innumerabili: *perperam. Nonnunquam tamen ſed rarius de numero dicitur.*

Infirma valetudine.

Non is dicitur, qui morbo laborat, ſed qui ut vulgari ſermone dicitur, tener eſt, qui tenui eſt valetudine. At qui morbo laborat, ægra valetudine *dicitur. Cic: in Brut:* Is proceſſiſſet honoribus longius, niſi ſemper infirma atque etiam ægra valetudine fuiſſet.

Inficiator.

Apud Cic. pro Flacco. l. 1. de Orat: 2. Catil. de rebus creditis dicitur, & in contractibus. ut & fraudare *&* fraudator. *Nonius* inficiatorem *ait eſſe falſi criminis objectorem, ſed errat.*

Inflare, *pro,* augere.

Ut: inflat pretium, *vel æſtimationem rei, quam licitatur. Paull. l. 9. locatione. D. de publ. loco vectigalium:* quæ calor licitantis ultra modum ſollicitæ conductionis inflaverit. Ita demum admittenda eſt.

Influere: *tralate.*

Cic: 2. de leg. Adſentior enim Platoni nil tam facile in animos teneros atque molles influere, quam varios cavendi ſonos. *2 de offic.* Sed eſt alius quidam aditus ut in univerſorum animos tanquam influere poſſimus.

Infracta: integra re.

Cicer. Attic. lib: 9. ep. Tum poterimus deliberare non integra, ſed certe minus infracta, quam ſi una, &c.

Infractus: infractio animi.

Infractus *idem quod,* valde fractus. *Et utuntur vett. verbo juncto ſæpius, quam ſimplici;* fractus. *Virg.* Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos, & cæt. *Cic: 3. Tuſc.* Veriſimile eſt igitur in quem cadit ægritudo, in eundem cadere timorem, & infractionem quandam animi & demiſſionem.

Ingenium.

Hoc vocabulo Cicer. ſæpe utitur in laudandis viris egregiis, videturque valere idem fere quod eruditio *aut* conſilium. *Hodie vix quiſquam eo ita uti ſolet.*

Ingenium, *pro,* natura.

Cic: ad Her. 3. de naturali & artificioſa memoria. Sed quia in cæteris rebus imitatur ingenii bonitas ſæpe doctrinam, ars, porro naturæ commoda confirmat & auget. *& mox.* Ut ingenio, doctrina, præceptione, natura miteſcat. *Agell. l. 3. c. 6. de palma:* Ingenium hujuſmodi ligni eſt, ut urgentibus opprimentibuſque non cedat. *Mela c. 15.* Singulari ingenio, & ſupra quam, ut deſcribi facile poſſit, eximius.

Inhibere: *nauticum vocabulum.*

Cic: 13. ep: 21. ad Att. Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. Eſt enim totum verbum nauticum: quanquam id quidem ſciebam, ſed arbitrabar ſuſtineri remos, cũ inhibere eſſent remiges juſſi, &c. *Cic: 1 de Orat.* ut concitato navigio, cum remiges inhiberent, retinet tamen motum & curſum ſuum intermiſſo impetu pulſuque remotum.

Inhoneſtus, *pro fœdo, turpi, deformi.*

Terent. Illumne obſecro inhoneſtum hominẽ. *Virg.* & truncas inhoneſto vulnera nares.

I nunc: *indignantis & cum contemptu irridentis.*

Virg. I nunc: ingratis offer te irriſe periclis. *Hor:* I nunc argentum & marmor vetus æraque & artes ſuſpice. *Idem.* I nunc, & verſus tecum meditare canoros. *Prop:* I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos.

Iniquus, *pro, inimico.*

Terent. Adelph. Poſtquam Poëta ſenſit ſcripturam ſuam ab iniquis obſervari. *Cic. pro Plancio.* Tu me ignaro nec opinante notes & tuos & tuorum neceſſarios, vel iniquos meos, vellent defenſorum meorum. *& poſtea.* Multi amici accuſatoris, nonnulli etiam noſtri iniqui. *In Verr.* iniquiſſimis meis rationibus officii perſolvi.

Injuſtus, *pro iniquo, aſpero.*

Si ſervi noſtri inſcientibus nobis furtim arbores ceciderunt. l: 2. C. de noxæ. act.

Inſcientia, *pro ignoratione, imperitia.*

Alfenus Iuriſconſ. Si ex plagis ſervus mortuus eſſet neque id medici inſcitia, aut domini negligentia accidiſſet.

Inſcitia: *pro inſcientia.*

Liv: l. 7. Tum centurionibus ad ſe vocatis quenam illa inſcitia belli ac pigritia *(ita ibi editi) Hor.* ſanctarum inſcitia legum. *Agell. 11. c. 6.* Paulatim tamen inſcitia antiquitatis, viros Ædepol dicere cœpiſſe. *Cicer. 1. offic.* at hoc idem ſi in convivio faciat, videatur inſcitia temporis *(ita olim l. v. & editi olim.)*

Inſcitia,

Inſcitia, *pro*, ſtultitia: *teſte Feſto.*

Terent. Heaut. O Juppiter tantamne eſſe in animo ſtultitiam? *nam & mox:* Ut meæ ſtultitiæ in inſcitia tua ſit aliquid præſidii. *Plaut. Mil.* Stultitiæ atque inſcitiæ meæ ignoſcas. *Cic: 1. off.* Ineuntis enim ætatis inſcitia ſenum conſtituenda & regenda eſt prudentia.

Inſignis ad laudem: ad deformitatem.

Cic. 3. ep. 11. ad App. Sed nihil de inſignibus ad laudem viris obſcure nunciari ſolet. *3. de legibus.* Inſignis ad deformitatem puer, brevi tempore recreatus, multo lætior & fœdior natus eſt. *In Bruto quoque 2. de orat.* In aliquo inſigni ad irridendum reperiantur.

Inſiſtere munus, *pro, incipere, capeſcere.*

Cic. 7. de Orat. Quoniam igitur tantummodo tantum munus inſiſtemus, ut arbitremur nos hanc viam dicendi univerſe conſequi poſſe.

Inſolens.

Dicitur qui minus eſt in re aliqua, ut in verbis, cibo, cultus. Inſolentia *id. Cic. 2. de Orat.* In re nota atque pervulgata multus & inſolens ſim, &c. *ep. ad Petum. l. 9* Nec tu ad hanc inſolentiam ſed ad iſtam tuam lautitiam veterem dico, cum in ſumtu habebas. *Phil. 9.* Mirifice enim Servius majorum continentiam diligebat, hujus ſeculi inſolentiam improbabat.

Inſtar.

Liv. l. 35. Videreris duarum rerum male plenarum legiuncularum inſtar in caſtris regis.

In ſolum venire, *h. e. in buccam.*

Cic. ad Pet. Ubi loquor quod in ſolum, ut dicitur, &c. *1. de nat. deor.* Hinc quodcunque in ſolum, ut dicitur, effingis. *Varro ad Non. accuſat. pro genere.* Libet me epigrammata facere, & quoniam nomina non memini, quod in ſolum mihi venerit ponam.

Inſtitutio: *pro, inſtituto.*

Cic l. 1. ad Att. ep. 14. Sic ego conſervans rationem, inſtitutionemq; noſtram tueor, ut poſſum, illam à me conglutinatam concordiam.

Inſtrumentum, *pro ſupellectili.*

Ab omnibus veteribus poni pervulgatum eſt. Eo autem tralate utuntur, pro adjumento. *Putant vulgo idem eſſe quod* organon *i. e. rem quamlibet, cujus adjumento quid fiat: perperam. Video namque vett. nunquam ita uſos etiam hoc verbo, ſed potius pro apparatu & inſtructione, ut ita dicam, ſeu inſtructu: idemque valere, quod* ornamentum. Ornare *enim ſæpe idem ſimpliciter valet, quod* inſtruere. Signum *appellat Cic. quod nos vulgo* inſtrumentum.

Intercalare pœnam.

Liv. l. 9. Sed ſi ne audiatis, priuſquam dedatur hic in comitia virgis cæſus hanc jam ut intercalare pœnæ uſuram habeam.

Intendere aliquo, *h: e: velle proficiſci.*

Cic: 2. de Orat: Paulum eſſe videtur illis rebus Antonii, quas expoſuiſti, quod ſit tibi ante explicandum, quam illac proficiſcare, quo te dicis intendere.

Intercedere pecuniam pro aliquo.

Hoc eſt, pro alio pecuniam ſumente mutuo ſpondere: aut fidei juſſorem fieri. Satis mira phraſis. Cicer: Philipp: Orabat, ut te contra patrem, ſi ſeſtertiûm ſexagies peteret, defenderem: tantum enim ſe pro te intercelliſſe dicebat. *Celſ: l: 45. de mand.* Q. M. Scævola ait ſi quis ſub uſuris creditam pecuniam fide juſſiſſet, &c.

Inter, *pro* in.

Inter cœnam, inter viam. Cic: *l: 4. ep: 3. ad Att:* ſi ſe inter viam, &c.

Interdicitur nox *alicui.*

Cic: de Haruſp: reſp: Poſtea nos P: C: non quod dubia res eſſet, ſed ut huic furiæ ſi diutius in hac urbe quam delere cœperet, maneret, nox interdiceretur, decreviſtis.

Intolerantia.

Verbum minus uſitatum idem fere, quod ſuperbia *Cic: pro Cluent. ut* Quintius, (nihil enim dicam de cæteris) ſi fuiſſet homo nobilis, quis eum cum illa ſuperbia atque intolerantia *ferre potuiſſet?*

Intueri in aliquem.

Cic: in Brut: nam mihi, Brute, in te intuenti crebro in mentem venit. *2. Tuſcul:* Denique in ea intueberis, & in te continebis, cedet profecto virtuti dolor.

Invadere: *cum præpoſitione.*

Cic: 3. offic: Negatque ullam peſtem majorem in vitam hominum invaſiſſe. *(ita ex v: l: Rivius in Salluſt: adducit) Salluſt. Jugurth.* Tanta vis

avaritiæ

avaritiæ in animos eorum veluti tabes invaſerat (*ſic v.l.*) *Cic*: 2. *Philipp.* ad quam inſolẽter helluo invaſit in ejus viri fortunas. *pro Sext.* neq; quemq; offendet omnino, niſi qui ſe ita obtulerit, ut in eum non invaſiſſe ſed incurriſſe videamur. *Tacit. l*: 1. Strictis gladiis in centurias invadunt. 2. *Tuſc*: in aliquem advenientem ferro invadere.

Inverſa verba, *pro non rectis & apertis, ſed obliquis.*

Lucret. Omnia enim ſtolidi magis admirantur amantque inverſiſque ſub verbis latitantia cernunt. *Apul*: *Apolog*: ac primo quidem voluntatem meam verbis averſis periclitabundus.

Inveſtimentum.

Amiculum eſt, quod inducitur veſtibus aliis. Liv. l 4. ne cui album inveſtimentum addere petitionis cauſa liceret. *Loquitur de candidatis.*

Invidere: *pro*, intueri.

Attius apud Cic. 3. *Tuſc*: Florem quis nam invidit liberum inertem. *ubi Cicero ita explicat.*

Invidere, *pro*, arcere, prohibere.

Varro Atacinus de Lunæ ecclipſi: Sive illam lucis egentem, Lux aliena fovet, quam cum pars proxima metæ Invidet, expectet radios male cęrula fratris. *Legitur etiam apud Horatium.*

Invocatus, *pro, non-vocato.*

Terent. Eunuch. Tua mihi domus te præſente, abſente pateat, invocato ut ſit locus ſemper.

Inuſtus, *pro nativo & inſito, & animo impreſſo.*

Cic: 2. *de Orat*: Niſi omnes ii motus, quos orator adhibere volet, judici in ipſo oratore impreſſi atque inuſti videantur.

Inutilitas, *pro damno, fraude.*

Cic: hoc nomine quamvis raro uſus eſt: ſed adoleſcens l: 2. *Rhetor.* Ex his illud conficitur, ut appetendarum rerum partes ſint honeſtas & utilitas: vitandarum turpitudo & inutilitas. *Imperator Gordianus l*: 2. *C. de fide & jur: haſt.* Et quod pretii vilitate ob exiguum debitum gratioſam emptionem in fraudem tuam inutilitatemque rationum mearum adverſarium commentum fuiſſe dicis (*ita Cujac. ibi leg.*) *Lucret. paulo aliter*: Nam fuit in pretio magis æs aurumque jacebat, Propter inutilitatem hebeti mucrone retuſum.

Ipſe, *pro toto, ſeu integro*: *cum de tempore uſurpatur.*

Sic dicitur: Ipſos tres annos, *h. e. totos tres annos.* Ipſo triennio, *h. e. toto & perfecto triennio, l.* 66. *ſi minor. D. de verb. oblig. Cic. in Bruto.* Mortuus eſt Cato annis 83. ipſis ante me conſulem. *Ib*: triennio ipſo minor quod Antonius. *ep. ad Cœlium.* Cum Athenis decem ipſos dies feciſſem, *h. e. fuiſſem. l*: 2. *ep.* 2.

Ipſe, *pro* toto, *de perſona.*

Terent. Virgo pulcra, & quo magis diceres nihil adjumenti erat ad pulcritudinem: capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida.

Irritus, *pro* futili *& vano.*

Tacit. l. 13. Infernos Sullanorum manes & tot irrita facinora. *Cato apud Agell. l.* 11. *c.* 2. Avaritiam omnia vitia habere putabant. Sumptuoſus, cupidus, elegans, vitioſus, irritus qui habebatur, is laudabat.

Iſta, *pro, tanta, tali, tam inſigni.*

Cicer. pro Muræna. Quare iſta auctoritate non debes M. Cato arripere maledictum ex trivio.

Iucundus ad fruges, *pro fertili bene creſcente, læto.*

Varro l: 1. *de agric. c.* 40. Illud quod fulmen concepit, ſi in pirum ſiluaticam inſeveris, pirum quamvis bonam non fore tam jucundam, quam ſi in ea, quæ ſilveſtris non ſit. *& c.* 56. Quod ita ſit jucundius pabulum, ex eo intelligitur, quod pecus utroque poſito libentius eſt.

Iucundus, *pro* caro. *Barbare*, dilectus.

Cic. ad Petum. Nam cum à ſatis multis & coli me videam, & diligi, nemo eſt illorum omnium mihi te jucundior.

Iudicare perduellionem alicui.

Ut ſi quis dicat, judicare adulterium alicui, *h. e. aliquem judicare de perduellione, adulterio, h. e. condemnare majeſtatis ſeu hoſtilitatis. Non probo Ræ-vardi noſtri explicationem in libell. ad* 12 *tab. qui hoc ait eſſe nil aliud, quam peregrinitatis aliquem condemnare, judicare aliquem eſſe peregrinum. Non recte, nam hic non agitur de peregrinitate, ſed de facinore contra Remp. facto, de indemnato, necato cive Rom. nec unquam, ut ille putat,* perduellis *pro peregrino reperitur. Liv. l.* 1. Rex concilio populi advocato.

advocato. Duum viros, inquit, qui Horatio perduellionem judicent, ſecundum legem facio *&* *mox*: Tum alter ex his P. Hor: tibi perduellionē judico, inquit, lictor, colliga manus. *& l:26.* Tum Sempr. perduellionis ſe judicare Cn. Fulvio dixit

Judicare hæreditatem, *h:e: de hereditate.*

Cic: de L: Agrar: Primum populi Rom: hæreditatem decemviri judicent, cum vos volueritis, de privatis hæreditatibus centumviros judicare.

Iudicatus, ûs *officium judicis, vel conſulatus.*

Cic: Phil: Quid illi ordini judicatus L. Julia non patebat.

Judicem ferre alicui, *pro offerre, dare.*

Sæpe enim Romani cauſæ fiducia adverſario vel ipſi offerebant judicem vel petebant. Cic: 2. *de Orat.* Cum ei M: Flaccus multis probris objectis P: Mutium judicem tuliſſet. *pro Roſcio Com:* Quem ego ſi ferrem judicem, refugere non debet.

Judicare res.

Sæpe dicebant vett. quod nunc ſimpliciter, judicare *Cic. 1. Phil.* Hic enim eſt legis judex ut ſi res in tertia decuria judicent qui libere judicare non audeant. (*ita v. l.*)

Iunctus virtute, ſcelere. *Vide ſupra* conjunctus. Iunctio, *rarius nomen.*

Cic. de amicit. Quod ſi exemeris ex rerum natura benevolentiæ junctionem (*ſic ibi leg. puto*) *nam & paulo ante*: ut omnis caritas aut inter duos, aut inter paucos jungebatur. *Lamb.* Vinctionem, *cui non adſentior, nam in opt. exemplari erat* junctio, *&* vinctio *non videtur Latine dici poſſe. Vulgo & q. vett. habent*, conjunctio. *Utitur & Varro l. 4.* quod fetus ab ejus humore & eorum junctione ſumitur. *ſic & ibi codex vulgatus & vetus.*

Iungere. *Vide* conjunctus.

Cic. 3. de Orat. Quæ quo major eſt vis, hoc eſt magis probitate jungenda, ſummaque prudentia.

Iurare morbum.

Cic. 1. ad Att. Aquillium non arbitramur, qui denegat & juravit morbum. *& l 12.* quod ſi erit durius, veniam, & ipſe perpetuum morbum jurabo.

Iurare calumniam.

Eſt jurare, ſe non calumniæ cauſa aliquid petere, aut poſtulare, l: 2. in pr: l: 13. §: 3. de damno infeſt. Cœlius ad Cic: l. 35.

Iuriſconſult. Iureconſult. Iuriſperitus, Iureperitus.

Utrumque recte dicitur, ſed poſteriora antiquitatem magis redolent, & Cic. ætate minus uſitata fuiſſe videntur. *Cic. pro Cluent.* Quis Balbo ingenio prudentior, jureperitior, fide, religione, officio diligentior, aut ſanctior commemorari poteſt? *Agell. 11. c. 18.* Id etiam memini legere me in libro Ariſtonis Jureconſulti haud quaquam indoctiſſimi viri (*ſic ibi v. l.*)

Juſtum; *pro, facili, humano, leni.*

Teren. Andr. act. 1. ſc. 1. Ego poſtquam te emi à parvolo, ut ſemper apud me juſta & clemens fuerit ſervitus, &c.

Virgil:

Injuſto ſub faſce viam dum carpit.

Juſtitium, *pro intermiſſione & quiete.*

Liv l. 26. Ac prope juſtitium omnium rerum futurum videbatur, donec alter conſul ad urbem veniſſet.

Juvantibus DIS.

Liv: 7. Perge & nomen Rom. invictum juvantibus DIS præſta. *& 21.* Primo vere adſitis, ut DIS bene juvantibus bellum ingentis gloriæ prædæque futurum incipiamus.

Juvenalis, *pro*, Juvenilis.

Hodie vix notum, olim uſitatum non tamen, ut puto, Ciceroni & ſuperiorib. Plin. l. 33. c. 2. Cum galba dum juvenalem fama principem popinorum aucupatur, &c. *Tacit. l. 14.* Juvenalium *commeminit, qui erant ludi pro ſalute juvenum inſtituti. Ulpian l. 15. ad L. Iul: de adult:* ſi juvenali facilitate ductus, vel etiam fervore ætatis accenſus ad accuſationem proſilit (*ita P. Florent.*) *Priſcian, l. 4* Mors, mortis, mortalis. Juvenis juvenalis; invenitur tamen & juvenilis, &c.

L.

Labor, *pro, dolore.*

Terent. And. act. 4. ſc: 3. Verum ex eo nunc miſera quem capit laborem? (*ſec. q. v. teſte Faerno. vulg.* dolor.)

Lacunoſus.

Cui contrarium, eminens, *qui non eſt æquabilis.*

Cic:2. de nat deor. de figura rotunda: quæque nihil aſperitatis habere nihil offenſionis poteſt, nil inciſum ab angulis nihil anfractibus, nihil eminẽs, nihil lacunoſum (*ita vet. l. vulgo edit:* laciniofum.)

Laguncula.

Pro parva imagine, ſeu i maguncula, cujus in locum ſæpe immigravit imperitia librariorum. Cic: ad Att. l:6. ep:1. in fin. cum omnia obſignaret, in Vedianas res incidit: in his inventæ ſunt quinque lagunculæ matronarum, &c. *Sim: Boſſius & Lamb: legunt,* plangunculæ, *minus recte. f.* igunculæ, *vel,* agunculæ, *ut ſit ab* εἰκὼν *diminut: Suet. Nero.* ſiquidem icunculam puellarem, &c. (*ita in v.c.* acunculam *reperi. f.* lagunculam.)

Lautia.

Commeatus eſt, cibus, potus, aliaque neceſſaria domeſtica ſuppellex. Quidam putant eſſe munera, quæ legatis dantur, ſed refutantur locis ſcriptorum Liv: l:30. Legatis in ſingulos dona ne minus quinum millium, adhęc ædes liberæ, loca lautia decreta. l. 33 Macedones legati deducti extra urbem in villam publicam, ibique illis locus & lautia præbita *l:35.* Attalo gratiæ actæ & ædes liberæ, loca lautia decreta, & munera data, equi duo, bina equeſtri arma. *Vide de iiſdem Gaſparis Scioppii Theſes de injuriis: itemque ſuſpectas lectiones ejuſdem: ubi videbis hoc tibicine Giſanio ſonitum edere illum Auletam.*

Lautus, *pro divite, commodo, ſplendido, glorioſo.*

Lauta ratio, laute facere, nihil lautius.

Cic:2. offic. Nam aut opera fit indigentibus benigne, aut pecunia, facilior eſt hæc poſterior locupleti præſertim: ſed illa lautior & in viro forti, claroque dignior. *Id: l: 2. ad Att:* Laterenſis exiſtimatur laute feciſſe. *Id: in ep: ad Caſſ.* Sed ſi qua ſunt onera tuorum, ſi tanta ſunt, ut ea ſuſtinere poſſis, nihil illi erit lautius, nihil glorioſius. *Vide & Nonium.*

Lectiones.

Poſterioribus idem quod Vett: loci, ſententiæ, eglogæ. *Ita IC. quorundam vett:* variæ lectiones. *Ammia: l:30.* genus eſt hominum (*de ICtis agit.*) hi ut altius videantur jura callere, Trebatium loquuntur & Caſcellium, & ſi utilitate matrem tuam finxeris occidiſſe, multas tibi ſuffragantes abſolutionem lectiones reconditas pollicentur, ſi te nummatum ſenſerint.

Liberalitas, *pro humanitate & comitate.*

Sic Cicero fere uſurpat. Ad Planc. Præterea mihi non ignotam in conſuetudine & familiaritate ſuavitatem tuam adjunxit, præterea ſummam erga ſe liberalitatem.

Libero dignum: homine dignum: libero homine dignum.

Vett. interdum disjuncte, interdum conjuncte hæc proferebant. Cic:1. offic: nil agricultura dulcius, nihil homine, nihil libero dignius (*ſic v:c:*) *in Lælio.* Quæ non modo amico, ſed ne libero quidem digna ſunt *Agel: l:18. c:10.* Non me dico ſolum, ſed omnibus quoque hominibus literis liberaliterque inſtitutis turpe eſt.

Libramentum.

Ita Cicero. Sed timide vocatur is, quæ geometris eſt, ἐπιφάνεια. *Barbari vocant* ſuperficiem. *In Lucull:* Punctum eſſe quod magnitudinẽ nullam habet: extremitatem & quaſi libramentum, in quo nulla omnino craſſitudo. Liniamentum ſine ulla latitudine (*ſic leg. deleta voce* carentem.)

Licet conſulere?

Ita conſultores adibant Iuriſconſultos, Cic: pro Muræna. Itaq; non modo beneficii collocandi ſpem, ſed & illud, quod aliquando fuit, licet conſulere? perdidiſtis.

Ad lineam, &, è regione.

Recte valet id, quod vulgo dicimus, recta aut ferri aut moveri ad lineam. *Cic: Lucullo ſæpe utitur:* ſi omnia deorſum è regione ferrentur, &, ut dixi, ad lineam.

Linteus, *pro*, lineus.

Vett: fere dicebant, nos contra. Hinc vett: ſcriptorum libri hodieque in vitiis MSS. ſunt interpolati.

Literæ.

De Philologia & Grammatica proprie à vett. Cic 5. de fin: Quo ſtudio Ariſtophanem putamus ætatem in literis duxiſſe. *2. de fin:* nihil opus eſſe, ei qui Philoſophus futurus ſit, ſcire literas.

Literæ interiores & reconditæ.

Cip. ep: ult: l:5. de Caluo l:3. ep:10. ad Appium Studiorum ſimilitudo, ſuavitas conſuetudinis ſermonis ſocietas, literæ interiores. *3. de natur*

Deorum

Deorum. Plures autem tradunt nobis Hercules, qui interiores ſcrutantur, & reconditas literas.

Literis Græcis, Latinis, *h.e. Græce Latine.*

Cic. 4. *Verr.* Itaque in his inſcriptum libris punicis fuit. 1. *de finib*: quæ Philoſophi Græco ſermore tractarunt, ea Latinis literis mandaremus. *Cæſ*: 1. *bel*: *Gall*: tabulæ repertæ ſunt literis Græcis confectæ.

Literatura.

Verbum novum, videtur idem valere, quod eruditio, doctrina. *Cujac. l.* 21. *obſ.* 10. *accipit de literarum ſcientia. Utitur & Imperator Conſtantius in leg.* 1 *Cod Theod. l.* 14. *tit. de decu. urb.* Ne autẽ literaturę, quę omnium virtutum maxima eſt prę̄mia denegentur, enm qui ſtudiis & eloquio dignior primo loco videbitur, honeſtiorem facit & noſtra proviſio.

• Literæ; *pro libris, hiſtoriis, monumentis.*

Cicer: 4. *Verr*: Vetus hæc eſt opinio, judices, quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum literis ac monumentis.

Locus, *pro Argumento, aut diſputatione.*

Cicero in hac notione ſæpe hoc verbo utitur, Stoicos, ut ſolet, imitatus, quibus τόπος idem valet. Cic: *extr*: 2. *de leg*: Habetis igitur omnem explicatum, ut arbitror, religionis locum.

Loco motus. *Vide* Tenere.

Lubricum, *linguæ, ætatis, conſilii, &c.*

Leg 7. §: 1. *D ad L*: *Iul*: *Majeſt*: *l*: 3. §. *lege de teſt. l.* 4 § *pollidius. de uſurp*: *l*: 11. § *ſi locupleti. D. minor.*

Luculente, *pro luculenter in v*: *l.*

Cic: 3. *offic*: Hoc quidem ſane luculente, ut ab homine perito definiendi (*ſic ibi v*: *l*:) *Prud.* Mea lingua Chriſtus luculente differet (*ita v*: *c*:) *Agell*: 17. *c*: 1 Et quoniam vere atque luculente dictum, nobiſque eſt brevibus & rotundis vinctum.

Luculenter ſcire.

Cic: *de finib*: Et tu inde me ſi ego non intelligam, quid Epicurus loquitur, cum Græce ut videor, luculenter ſciam.

Lumen.

Videtur eſſe verbum rei ruſticæ ut oculus, *unde &* illuminare, *pro, inſerere*: *quod &* inoculare *dicitur. Germ*: Oog. *Cic*: *ſæpe* horam *&* lunam *conjungit, licet tralate*: *puto tamen tralationem utramque à re ruſtica ſumptam.* 3. *de Orat.* Modus autem nullus eſt florentior in ſingulis verbis, nec qui plus luminis adferat orationi. *In Bruto*: ô generoſam ſtirpem, tanquam in unam arborem plura quam ſic in iſtam donum multorum inſitam atq; illuminatam ſapientiam (*ita vett. lg. Lambert* illiminatam) *ibidem.* In hujus oratione ſermo Latinus erat, verba non abjecta, res compoſitæ, diligenter, nullus flos tamen, neque lumen ullum.

Luminibus officere, obſtruere.

Proprie de ædificiis, ſed tralate, pro ſuperare aliquem. *Cic*: *pro Rabirio.* Nec illius animi aciẽ perſtringit ſplendor ſanctiſſimi nominis, nec mentis q. luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ. *In Bruto.* Sic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum, quaſi exaggerata altius oratio.

Lupi ferrei.

Ut, manus ferreæ, *inſtrumenti genus, quod & à Græcis λύκος dicitur. Unde &* lupata frena *dicuntur, interdum etiam* lupi. *Liv. init.* 28 qui erexerant ad murum ſcalas, alii furcis ad ipſum factis detrudebantur, in alios lupi ſuperne ferrei injecti. *Ovid. de freno.* Duros accipit ore lupos. *Hor.* Gallica nec lupatis temperat ora frenis. *Vide Veget.*

Luxuria, *pro nimia laſcivia & petulantia.*

Martianus IC. *contrarium lege ſi fortuito. de incend*: *ruin*: ſi fortuito incendium factum ſit, venia indiget niſi tam lata culpa fuit, ut luxurię ut dolo ſit proxima. *Liv*: *l*: 1. Poſitis extremorum periculorum curis ne luxuriarent otio animi, quos metus hoſtium diſciplinaq; militaris continuerat (*In Pandectis Piſanii hæc vox per* o *in medio ſcribitur, ſic & gloſſæ vett*: ἰξώλεια. *luxoria. Sic in MS. vetuſtiſſimo Symmacho noſtro aliquotiens reperi.*)

M.

Machinatio.

Eſt machinarum inſtrumentum magnum, quo machinæ aut etiam onera permoventur, aut etiam torquentur. Cic: 2. *de Orat*: Qui (*ſc*: *animus*) tanquam machinatione quadam tum ad ſeveritatem, tum ad remiſſionem animi, tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam eſt torquendus. *Idem* 2. *de nat*: *deor*: An cum machinatione quadam moveri aliquid videmus, ut ſphæram, ut horas, ut alia multa.

Mæchanicus.

Eſt is, qui artem machinas conficiendi ſcit. Agell. 10, *c:* 12. ratione quadam diſciplinaque mæchanica factum. *Lucill.apud Feſt. pro* funambulo *poſuiſſe videtur. Vide* Feſt: *in*, Petauriſtis.

Mactare Deum hoſtia, bove, vino.

Phraſis non ita nota,ut mactareDeo hoſtiam;*antiquis tamen uſitata,differentia tamen hæc.* Mactare Deo hoſtiã *valet idem quod* immolare,ſacrificare. *In altero vero valet idem quod* adficere,*& ut Cicero ſæpe,*augere. *Unde &* mactare *dicitur.* Mactare *igitur* aliquem aliqua re, *h. e, augere, adficere, donare.* Mactare ſupplicio, infortunio, præmio, hoſtia. *Cic: in Vat.* Cum inaudita & nefaria ſcelera ſuſceperis, cum inferiorum animas, cum puerorum exteros deos mactare ſoleas. *Idem in Cat.* Non hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis? *Plaut. ſæpe:* mactare aliquem infortunio, damno, &c.

Magiſter.

Interdum dicitur is, qui auctionibus præerat; interdum qui conviviis, qui & Modimperator. *Varr: Cic. de ſenect.* Me v. & magiſteria delectant à majorib. inſtituta, ut is ſermo qui more majorum à ſummo magiſtro adhibetur in poculo (*Turneb: cui non aſſentior, putat τῷ* magiſtro *inducendum.*

Magiſter populi, *equitum, ſocietatis, pecoris, chori, muſici.*

Cic. in Oeconomico apud Colum. l. 12. *c.* 2. *de re ruſt.* Nam ubi chorus canentiũ non ad certos modos neque numeris præeuntis Magiſtri conſenſit.

Magiſter, *pro, patruo, h. e. ſevero reprehenſore.*

Cic. pro Cœlio. Fuit in hac cauſa pertriſtis quidã patruus, cenſor Magiſter. Objurgavit enim Cœlium, ſed ut neminem unquam parens.

Magnitudo, *pro potentia, ſeu opibus.*

Salluſtius in Catill. Contra eos ſumma ope nitebatur pro ſua magnitudine, *h. e. ut magnus & potens eſſet.*

Magnum facere.

Cic. in Verr. l 5. Magnum te feciſſe arbitrabere, pluris vendideris, quam Hortenſ: *& in Orat.* Nam & ſucceſſit ipſe magnis, & maximos oratores habuit æquales: nos magnum feciſſemus, ſi quidem potuiſſemus, quo contendimus provenire.

Majeſtatem lædere.

Sic dicunt poſteriores, quod antiquitus & Ciceronis ætate dicebant, minuere & imminuere.

Major vis; cauſa: major morbus, *pro comitiali.*

Feſtus. Prohibere comitia dicitur vitiare diem morbo, qui vulgo quidem major, cæterum ob id ipſum comitialis appellatur. *Cic* 5. *de finib.* De hominum genere aut omniũ animalium loquor, cum arborum & ſtirpium eadem pœne natura ſit, ſive ut doctiſſimis viris viſum eſt, major aliqua cauſa atque divinior hanc vim ingenuit: ſive hoc ita ſit fortuito. *A Lucretio* vis magna *dicitur, imperium & poteſtas, qua in metallum damnantur quidam. Vide Collectanea noſtra in Lucret:* Vis magna.

Male, *pro*, vix. *Idem apud Poëtas quod*, non.

Particula privans, aut certe deminuens, ut malefidus, *non ſatis fidus. Virg:* 2. *Æneid.* Statio malefida carinis. Et, male-numen amicum. *Ovid:* Ille quidem male gratus. *Idem*, te maleſana jubebat Invitum noſtro ponere verba thoro.

Male, *pro*, non recte.

Cicer. Sed ego odi illum, male. Male cærulus *Varro Atac.* Expectat radios male cærula fratris.

Malleoli, *in incendiis.*

Incendiis faciendis utebantur malleolis quos accenſos injiciebant tectis. Videntur autem fuiſſe malleoli intorti ex ſtuppa funiculi pice illiti Liv. l. 42. Ratus incendio oportunas eſſe faces tædamq; & malleolos ſtuppa illitos pice parari jubet. *Et l:* 31. Alii cum ardentibus facibus alii ſtuppam picemq; & malleolos ferentes. *Cic.* 1. *Catil.* Obſidere cum gladiis curiam, malleolos & faces ad incendendã urbem comparare. *pro Milon.* Plena omnia malleorum ad urbis incendia comparatorum.

Mane: *vulgo*, exſpectatum.

Utuntur hac particula non tantum cum aliquem euntem vel abeuntem volunt conſiſtere, ſed etiam cum loquentem & in loquendo pergentem volunt paulum auſcultare & quieſcere. Plautus Menæch. ſc. 18. *v.* 23. *Teren. Hecyr. act:* 5. *ſc.* 1.

Manum conſerere, *h. e. jungere.*

Manu conſerta aliquem trahere, *pereleganter. h. e. manu apprehenſa. Hinc optime intelligitur ICtis illa formula.* Manum conſereute. *Neque enim eſt à re*

à re militari Agell. 20.c:9. Liv.l.3. Sic nunc cum prope manu conſerta reſtitantem ac tergiverſantem in Aphricam traduxerim.

Plena manu laudare, *h. e. ampliſſime.*

Cicer: 2.ad Attic.ep.25. Familiaris tuus Hortenſius quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit, cum &c.

Mars belli communis.

Phraſis uſitatiſſima:pro, fortuna belli dubia. *Liv:* cum tuas vires, tum vim fortunæ Martemq; belli communem propone animo *& l.37.* Cum communis Mars, & incertus belli eventus eſſet.

Mathematici *qui recte dicantur.*

Vide Agell: l:1. c19. ubi de ordine agit diſciplinæ pythagoricæ.

In matrimonium convenire.

Id eſt, nubere, aut, ducere uxorem. Differt ab eo, quod in manum convenire. *Agell:l.18.c:6.* Matronam dictam eſſe proprie, quæ in matrimonium cum viro conveniſſet. *Arnob.* Cum in matrimonium convenitis, toga ſternitis lectulos, & maritorum genios advocatis.

Mæchanici, *&*, Mæchanarii *&* Mæchinatores.

Lucil: apud Feſtum. Petauriſtas. Sicut Mæchanici cum alto exſiluere petauro. *Sueton. Veſpaſ. c. 18.* Mæchanico quoque grandes columnas exigua impenſa perducturum in capitolium pollicenti præmium pro commento non mediocre obtulit. *Paull. l.31. ſi putator. D. ad l. Aquil: l.2. C. de excuſat: artic. Senec. ep.* 89.

In medio poſita, *h. e. vulgaria.*

Cic: 1. de Orat. Cæterarum artium ſtudia fore reconditis atque è fontibus hauriuntur: Dicendi autem ratio in medio poſita, &c. *h. e. in hominum ore & ſermone verſatur.*

Medium ferire.

Hoc eſt: medium amplecti, mediam viam ſequi, mediam ſententiam ſequi. Cicer: de Fato. Chryſippus tanquam arbiter honorarius medium ferire voluiſſe. *Vide Victor. l:1. lect: c.17.*

Medii: *vulgo*, neutrales.

Cic. 10. ad Att. de Pompeio Navigabit cum erit tempus maximis claſſibus & ad Italiam accedet, in qua nos ſedentes quid erimus? nam medios eſſe jam non licebit.

Membra: *in ædificiis.*

Partes: ut cubicula, triclinia. Ovid. 5. Triſt. Uxor in æternum vivo mihi viva negatur, Et domus & fidæ dulcis membra domus. *Apul. 3. Metam.* Et ſingula domo membra cingit armata factio. *& 7.* Januę clauſtra ſedulo exploraverat, & ipſa membra, in queis omne patrimonium condi ſolebat, &c. *Ulp l.13. §. idem quæritur, D. de manuum teſt. l.82. §.7. in fin. D. de legal:* 3.

Memoriam prodere liberis, poſteritati.

Cicer: 8. Verr: Imagines ad memoriam poſteritati prodendam. *l: 2. off:* Ut hos beneficiis adficiamus, quorum memoria liberis poſteriſque prodatur. *Cæſ: 1. bell: Gall:* Quare ne committeres, ut is locus ubi conſtitiſſet ex calamitate populus Rom: & internecione exercitus nomen caperet, aut memoriam proderet.

Mendaciuncula: *diminuit. à mendacio.*

Cic: 2. de Orat: Sive hanc vere quod poſſis narrare: quod tamen & mendaciunculis adſpergendum, ſeu fingas.

Non erit melius.

Phraſis irati, & irritabundi magiſtratus. Vide ſupra erit melius.

Menſurnus, *pro* menſtruo.

Cic: 1. de Invent c:26. Pars quædam æternitatis, cum alicujus menſurni, diurni, nocturni *(ſic in vet. l. & à Priſcian: l: 2. hic locus ſic adducitur.) Vide Cujac: obſer: l: 21 c: 16. Cum hæc dictio & lectio in Cicerone tam robuſtis authoritatibus MSS. libb. vetuſtiſſimi item Grammatici Priſciani ſit corroborata atque aſſerta, merito quis miretur, quid noviſſimo Editori Operum Ciceronis in mentem venerit quando aliter edidit. Ita eſt: nullas ab omni ævo majores plagas accepit Tullius, quam ab iſto faſtuoſo Aſino Cumano è Brabantia, nato ad adulterandum omnem literaturam meliorem.*

Menſtrua ſolvit mulier.

Salluſt: l:4. apud Nonium: duæ Galliæ mulieres conventum vitantes ad menſtrua ſolvenda montem aſcendunt.

Mentem dare, *vel*, injicere.

Eleganter dicebant vett: pro eo, quod eſt, excitare ardorem *cupiditatemque in pectore alicujus, tumque ad ſuſcipiendum aliquid inſtinguere. Vide Victor.*

Cicer: pro Milon: Dii immortales mentem dederunt illi perdito ac furioſo, ut huic faceret inſidias. *Et:* huic primum mentem injecit, ut vi irritare, ferroque laceſſere fortiſſimum virum auderet. *Virg: 3. Georg: Cic: in Catil: Liv: l: 6.*

Mercaturas facere. *Paraphraſis.*

Cic: Accuſat: in Verr: ult. Alios qui à prædonibus erant capti, cum mercaturas facerent, aut aliquam ob cauſam navigarent ſua voluntate cũ Piratis fuiſſe arguebat.

Mereri, *&*, merere.

His verbis eleganter utuntur hunc in modum: non mereatur centum denarios, ut hoc faciam. *pro,* non cuperem: *tanti mihi non ſunt* 100. *h. e. nolim centum. Plaut. Menæch.* Neque ut te perdam meream Deûm divitias mihi. *In Moſtell:* Quid merear quamobrem mentiar. *Cicer: in Verr: de ſignis.* Quid arbitramini, qui jam cives Romani ſunt, mereri velle, ut ab iis marmorea Venus illa auferatur. *&* 1. *Philipp:* Putaſne illum immortalitatem mereri voluiſſe ut propter armorum habendorum licentiam metueretur. German: Ik wil niet 100. Gulden nemen, dat &c.

Meridies, *pro, medio.*

Ut meridie noctis *ſeu media nocte:* meridie vitæ: *Varr:* Repente noctis circiter meridiem. *Et alius:* Evigila igitur aliquando, & morantium cogitationem, priuſquam ætas in meridie eſt, & torpedinem pelle. *(ſic l. apud Non. in* meridiem.)

Migrare aliquid.

Notat interdum, valetque, leviter mutare, *& de uno in aliud transferre. Cic: 1. offic:* Quæque pertinent ad veritatem & ad fidem, ea migrare interdum & conſervare ſit juſtum. 3. *de fin:* Qui civile jus conſervaret, eum juſtum, quod migraret, injuſtum fore. 3. *de legib:* Quod quis earum rerum migraſſet noxia pœna par eſto. *Idem.* Credo enim communia jura migrari. *Agell: 2. cap: 29.* Atque ita conſita induta migravit.

Miliarium.

Vas æneum, [een Ketel,] *quo aquam calefacere ſolent tam in balneis, quam in culina. Columell: l 9. c.* 14 *Sen: 3. l: quæſt: natural.* Quemadmodum in balneis facere ſolemus, Dracones, miliaria, & complures formas. *Utuntur eo & ICti. Ulp. l. 23 § ſi cui forte. D. de auro & argento. l. Paull. l: 3. ſent: l. 6. de eo & Cujac: 1. obſerv: c. 6. & Briſſonius in Lexico juris.*

Mirari, *pro* neſcire.

Ter: And. miror unde ſit *ubi Donat:* miror cum unde pro neſcio ponebant, nam admiratio ab ignorantia deſcendit. *Pla:* ne quis miretur qui ſim, paucis eloquar. *Idem id notat ad illa verba. Terent. Phorm:* Quid mihi dicent, & quam cauſam reperient? demiror, & neſcio, *inquit Donat.*

Mirabilis ad laudem.

Cic: pro domo: Quem virum ſanctiſſimum, prudentiſſimum, &c. virtute, conſilio, ratione vitæ mirabili ad laudem & prope ſingulari.

Mirum nimirum quin.

Dictio comica ſtomachantis: Plaut: Trinum: Mirum ni tu illuc tecum divitias feras. *Id: Aulular;* Mirum quin tua me cauſa faciat Juppiter, &c.

Mirum quantum.

Vide & nimium quantum. *div: l: 1.* Id mirum quantum proſit ad concordiam civitatis.

Miſcere.

Interdum ablativo addita particula cum; *interdũ ſoli dativo jungitur: poſterius hodie omnib. notum, prius non item. Cic:* Cum quibus tanquam purpuram miſceri oporteat: *Id.* Parentalia cum ſupplicationibus miſceri. *Liv: l. 39.* Cum concilii noſtri, tum fecerimus, & nobis miſcuerimus. *Id. l. 23.*

Miſerari.

Pro, miſerum ſe dicere & vocare, cum ploratu ac dolore, dolere, deplorare. Plaut. Epid. Quis iſthæc eſt mulier timido pectore peregre adveniens, quæ ipſa ſe miſeratur? *Salluſt Cat.* Miſerari parvos liberos: *Cæſ: 1. bell. Gall.* Cum familiaribus ſuis commune periculum miſerabantur.

Miſere.

Id eſt nullo conſilio, ſtulte, miſerum & infelicem in modum, calamitoſe. Ter: Heaut. Ut ſtulte & miſere omnes ſumus religioſe? *Caſſius in ep. ad Cic. l. 11. ep.* Nam Baſſius miſere noluit mihi legem omnem tradere.

Miſere, *pro,* valde.

Ter: Heaut. Nam quendam miſere offendi militẽ ejus nocte orantem. *Adelph.* quia tam miſere hoc eſſe cupio. *Idem.* Eam miſere amat. *Horatius.* Miſere cupit, inquit, abire, jam dudum video.

Mittere,

Mittere, *pro, certiorem facere, notum facere.*

*Cic:l.*11.*ep*:8. Polla tua miſit,ut ſi quid vellem dare literarum. *Id.ad Tir.* Curio miſit,ut medico honos haberetur. *l.*4. *ad Attic.* Id cujuſmodi ſit, aut nunc ſuis,aut cum is Romam venerit, ad me mittas velim. *Cicer. l.* 11.*famil. ep.* 16. Mitte ad lupum noſtrum.

Mittere in negotium.

Pro,alicui negotio aut muneri præficere. De publicanis: Cic.pro Rabir.poſth. Ne interea locupletare amicos unquam ſuos deſtitit mittere in negotium, dare partes, re augere, fide ſuſtentare.

Modicus. *Vide Agell.* 12. *c.*13.

Pro moderato, mediocri. Sic & modice, *h.e.modo ſeu adhibito modo. Quidam utitur* modici *verbo pro* exiguo. *Sed antiquiores in quibus & Cic.,nunquam. Vide Cic. in Orat. ad Brut. &* 1. *de orat.*

Modo, non modo.

Sed ne hoc: *pro*, non modo non: ſed ne ſolum: ſed ne: *pro* non ſolum non: ſed ne,&c. *ſic ſæpe una tantum adhibita negatione loquuntur, Cic.*10 *ep.* 6. *ad Attic.* Regnum inquit non modo Romano homini: ſed ne Perſæ quidem cuique tolerabile.

Molimentum, *pro, molimine.*

*Liv:l:*83. Et eo minoris molimenti ea clauſtra eſſe quod in fluminis modum longum & anguſtum. *Et mox: eod.l.Cæſar.*1.*bell.Gall.* ſe neque exercitum ſine magno commeatu, atq; molimento in unum locum contrahere poſſe. (*ſic leg. non* emolumento, *ut vult Victor.* 22. *c.*10.)

Moliri: obmoliri.

*Liv:l:*28. Et molientib. à terra naves Phil. advenit. *Id:l:*25. Cæterum neq; tranſilire,nec moliri onera abjecta. *& l.*27,33.37 *&* 40. *Agell.*13.*c.*13.

Mollis, *pro, flexibili, lento.*

Cic:in orat: Mollis; tenera,& ita flexibilis omnium ut ſequatur quocunque torpeas. *Pro Milon.* Nihil enim tam molle, tam aut tenerum aut fragile, aut flexibile, quam voluntas erga nos ſenſuſque civium. *Virg.* mollia vaccinia dicit. *dd.* Excudent alii ſpirantia mollius æra.

Lucret.

Cernimus in ſomnis & mollia membra movere.

Mollia mobiliter cum alternis brachia mittunt.

Mollis frontis, *pro, pudente homine.*

Cui contrarium durioris. *h.e.impudens & ferreus. Donatus in illum Eun.* Os durum os impudens, *ut contra,* mollis frontis *dicuntur, qui ſunt reverentes.*

Mollitia maris, venti, *hoc eſt, tranquillitas.*

*Agell:l:*19.*c:*1. Sed poſtea cum Brunduſium adventaremus, mollitiæque eſſent venti,maris, percunctatus eum ſum,& cæt. (*ita opt.codex. in alio vett: eod.* modo) *ſic* mollitur mare *tralate inquit Cic.* 3.*de ora. Lucret.quoque* mollem aquam *vocat, quæ non ita concitari ſolet, ut mare.*

Monimentum factis.

Solemnis formula monimentorum ac ſtatuarum ponendarum. Pl:Curcul: Vincā pro aurea ſtatua ſtatuam, quæ gutturi ſit monimentum tuo. *Ead.* ibi nunc ſtatuam vult dare auream,quę ſit factis monimentum ſuis. *Rudent*: Si ego urbi Gripo indam nomen monimentum meæ famæ & factis.

Morari, nil morari, *hoc eſt, dimittere.*

*Phraſis ab judiciis ducta videtur, nam verb videtur fuiſſe judicum cum ſolemniter reum abſolverent. Liv: l.*1. Cum ſi nihil morarentur, infenſus ita porro abiturus videretur, benigne à Gabiniis excipitur. *& l*:4. ubi Hortenſius Trib. Pl. inquit, Sempronium nihil moror, *h.e. eum dimitto.*

Moratores.

Dicebantur olim rabulæ forenſes, ſeu patroni cauſarum, qui ad quæſtum ſuum lites faciebant diuturniores, atq; ita nihil aliud quam morabantur lites, quod eſt turpiſſimum. Cic:in Div: Niſi quem forte ex illo grege moratorum (*ſic ibi reſtituit Cujac.ex v.c.vulgo oratorum*) 2 *de Orat*: Ut cum te ipſum, Sulpici objurgarem, quod non moratorem peteres, &c. (*ſic l:p:ex v:c:in quibus eſt,* moratorem. *vulg*: miniſtratorem) *in antiquo Gloſſario reperi*: Moratores dicuntur advocati. *Cic:in Brut*: Sed omnium moratorum ſeu rabularum, qui & plane indocti aut inurbani,&c. (*ita ibi lego: vulg*: Oratorum) *lectionem hanc confirmat.* 1. *quia addit,* rabulas. 2. *quia mox eſt*: Atque ego præclare intelligo me in eorum commemoratione verſari, qui nec habiti ſunt oratores, neque fuerint.)

Morigerari, *&*, morem gerere.

Dicitur fœmina, quæ ſe viro præbet & obſequitur. Hecuba apud Non. Quæ tibi in concubio-verecunde & modice morem gerit.

Motus-

Motus-loco. *Vide* Tenere.

Movere, *pro*, monere.

*Liv:l:*28. Philippum & ignes ab illo editi moverant, ſed ſerius (*ita ed: vett: ſed Sigonius:* monuerant.)

Multa die.

*Liv:l:*19. Claſſis Romana à Maſſana Locros multa die ſuperante acceſſit.

Mundus: *in re cibaria.*

Dicitur is, qui nec ſordidus eſt, nec luxurioſus, ſed mediocrem facit ſumtum. Elegans *eſſe dicebatur. Cic:* 2. *de finib:* Mundos elegantes optimis cibis piſtoribus. *Et ep: ad Petum.* Qua munditia, qua elegantia homines vocare audeamus. *Hor:* Et mundus victus non deficiente Crumena. *Id:* Mundus erit, qui non offendat ſordibus.

Munificium: *ut*, maleficium, beneficium.

Dicitur res non immunis, non vacua, aut libera à vectigalibus & portoriis: quæ a. ſunt immunes, ſunt municipia. *Sic Feſtus ait,* munificos *vocatos eſſe eos milites, qui non erant liberi à militiæ onere, non vacabant. in verbo,* beneficiarii. *Paull. IC. l:*4. §. 1. *D: de publ: & vectigalibus.*

Munire viam, iter, clivum.

Id eſt, facere viam. *Feſt:* Publicius clivus appellatur, quam duo fratres muniverunt. *Cic:* 2. *in Rull* Et unuſquiſque ſtudio & ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum munire poſſit. *Verr:* 1. alia ſibi ratione viam munire ad ſtuprum cœpit. *& pro Muræn.* Sed illud dicam, nullam eſſe in illa diſciplina munitam ad conſulatum viam.

Munitor: *verbum rarum.*

Munitores *in re militari ſunt.* [Die Schanſen Graven.) *apud Rom: ipſi erant milites. Liv: l:* 27. Caſtra inde ponentur pugnando undique in munitores operibus prohibet.

Munus, *pro, extremo honore, h: e: funere amplo.*

Nepos Eumen: Amplo munere extulit, oſſaque in Macedoniam uxori ejus & liberis remiſit (*ſic v.c.*) *Val: l:*8 *c:*15. Imaginem in Cella Jovis Opt: Max: poſitam habet, quæ quotieſcunque munus aliquod Corneliæ gentis celebrandum eſt, &c. (*ſic v. l. eſſe vett. ſed nuper quidam* funus *repoſuit: nimis licenter.*)

Mutare, *pro* improbare, *non ſequi, reprehendere.*

Ut: nil ab hoc mutavit: quod ille dixerat hoc probavit. *Cic: l:* 13. *ad Attic.* Cum audivit de Mamurra, non mutavit, *h: e: probavit, quod de eo erat factum, ratumque eſſe voluit. Phil:* 3 ô felicem utrumque, nihil enim mutaverunt. *Hor.* Vos hoc mutatis diſcedite partibus. *Luc: l:* 37. nihil impetrarum ut mutaret Conſul. *Terent. And.* non muto factum.

N.

Nam, *pro*, ſed.

Propert. 3. *eleg.* 9. Nam quid ego Heroas quid raptem in crimina divos? *Plaut. Curcul:* 3. *v.* 25. nam quid refert mea, aut aulla quaſſa cum cinere effoſſus ſit. *Cic: l:* 11. *ep:* 2. Nam illud valde leve eſt ac nugatorium ea re denunciatum eſſe veteranis, quæ de commodis.

Narrare male: male narras.

Dicebant, cum quid nunciaretur, quod nollent. Contrar: Bene narras, *cum boni eſſent nuncii. Cic:* 16. *ad Att. ep.* 13. Male narras de nepotis filio. Valde me hercule moveor, & moleſte fero, neſcieram omnino eſſe iſtum puerum. *Paradox.* 3. Socrates diſputabat iſto modo: bene hercule narras.

Narro tibi.

Sic, narra mihi: *eleganter dicebant, cum quid quaſi novum dicere vellent. Cic:* 2. *ep:* 1. *ad Att.* Narro tibi plane, relegatus mihi videor, poſtquam in Formiano ſunt. & 15. *ep.* 16. Narro tibi hæc loca venuſta. *Id:* 2. *ep:* 7. Narra mihi, reges Armarii, patria reſultare non ſolent.

Natura.

Cic: idem quæ Græcè οὐσία, vulgo nunc, eſſentia, & ſubſtantia *dicitur. Cic:* 2. *de nat: deor.* Naturis his ex quibus omnia conſtant (*loquitur de* 4. *Elementis rerum aëre, aqua*) *ibid.* ex iis autem naturis quæ erant quod effici potuit, optimum effuſum eſt & alibi.

Natu. magno natu. *Interdum &* major natu, *ſed rarius.*

Feſtus in verbo ſalva res: inventum etiam ibi C. Pomponium libertinum Mimum magno natu, qui ad tibicinem ſaltaret. *Liv. l:* 3. Magno jam natu cum ad pericula ejus deprecanda cujus vitia fugerat. & *l.* 2. Magno natu quidam cum omniũ

majorum

majorum ſuorum inſignibus ſe in forum projecit. *Ibid:* qui magno natu non ſufferentibus jam viribus ad conſularia obeunda intra paucos dies moritur. *Nepos in Pauſania extremo. Plautus Bacch: l:2, v: 16. dixit* tantus natu.

Nativus.

Pro eo, qui ortum habet, qui generatus eſt, & non factus. Cic: l: de natura deorum. Anaximandri autem opinio eſt, nativos eſſe deos longis intervallis orientes occidenteſque. *Lucr:* 5. Omnia nativo de mortali corpore conſtant.

Natare in opinione aliqua, *h.e. fruſtra eſſe.*

Cic: 3. de nat: deorum. Quoniam Neptuno à nando appellatum putas, nullum erit nomen quæ non poſſit una litera explicare unde ductum ſit: in quo quidem magis tu mihi natare viſus es, quam ipſe Neptunus.

Navare, *pro,* curare. *Navare Remp.*

Cic: 9. ep: ad Varr: ep: 2, ſub fin: Navare remp: & de moribus ac legibus quærere (*ſic eum locum ex vet: l: reſtituendum puto, in quibus eſt* gravare, *ut legatur,* gnavare) *Tacit: l:* 21. Si Veſpaſiano bellum navaverit. Veſpaſianum rerum potiri. *Vide Agell: 6. c: 10. in inſcriptione.* Navare Philoſophiam.

Navales ſocii.

An eſſent milites, an remiges, an remiges ſimul & milites, dubitari poteſt. Ego puto fuiſſe remiges & ſimul propugnatores, qui à Græcis ἐπιβάται dicuntur. Verum hæc militia vilis erat: unde & libertini & coloni ſolent ad hoc genus militum reſcribi. Vide Polyb: Liv: l: 23. in fin. Pecuniam in ſtipendium veſtimentaq; & frumentum exercitui & ſociis navalibus omnia deeſſe. *& l:* 31. Ita non milites ſolum; ſed etiam navales ſocios remigum turbam quibus quiſq; poterat telis armatos in prælium eduxit. *l:* 27. nam cum videret, nullum eſſe navium uſum, quia vacua omnis Hiſpaniæ ora claſſibus Punicis erat ſubductis navibus Tarracorum navales ſocios terreſtribus copiis addidit. (*Hic videntur milites navales dicti, ut alioqui remiges, quos ſervos fuiſſe exiſtimo: non potuiſſent conjungi militibus & militare Vide Suet: in Galba.*)

Navigium, *pro, navigatione, vel nave.*

Ulp: l: 1. §. ait præt. D. de fluminib: Ne quid in flumine publico quo ſtatio iterve navigio deterior ſit (*hic pro navigatione ponitur, imo navigium ſolemus dicere eſſe ipſam navem.*)

Nautici, *h:e. nautæ.*

Agell: 2. c: 22. Is ventus alio quoq; à Græcis nomine ἀπηλιώτης à Rom: nauticis ſubſolanus cognominatur. *Liv: l: 33.* Ipſe adverſus Memnuſum in Inſula, Macrin nautici vocant, anchoras portu occulto jecit. *l: 39.* Ridiculũ eſſe ſe reddere rationem, quos portus Mercatores aut nautici petunt.

Ne, *pro,* valde.

Vulgo ſcribunt per æ, dipthong. perperam repugnantibus. vett. libb. Donatus ad illa verba Ter: Andr: Faciunt ne intelligendo, ut nihil intelligant. *Chariſ: l:* 1. Imo ne raro etiam ponitur pro valde, ſæpius pro ſane, profecto.

Ne, *pro,* nedum.

Salluſt: Catil. Quippe ſecundæ res ſapientium animos fatigant ne illis corruptis moribus, victoria temperarent, *h: e: tantum abeſt, ut illi victoria moderate uterentur. Plaut:* Vix incedo inanis, ne ire poſſe cum onere exiſtimes. *Liv: l:* 3. Novam inexpectatamque eam partem eripuere patribus noſtris, ne nunc dulcedine ſemel capti deſiderium ferant.

Negotium audax, *impudens, vulgare.*

Cic: 1. Tuſc: Pompeio noſtro familiari cum graviter ægrotavit Neapoli melius eſt factum, &c. ineptum ſane negotium ſed tamen fortunatum. *Id: l: 2. ad Q: Frat: epiſt:* 12. Feſtus per abietaria negotia intellexit res leves & nugatorias, aut quid ejuſdem modi.

Negotium ſuum agere.

Dicitur is, qui res ſuas agit, ſibi ſervit rebuſq; ſuis. Cic: 1. offic: Sunt etiam, qui aut ſtudio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum ſuum ſe negotium agere dicant. 2. *de Orat:* Quid igitur? quando ages negotium publicum? quando amicorum, quando tuum, quando deniq; nihil ages?

Negligere.

Pro, non laborare, *omittere, parvi facere. Hor:* negligis immeritis nociturum poſtmodo te natis fraudem committere forſit. *Terent. Adelph.* Furtum ne factum exiſtimatis, an locum reprehenſum, qui præteritus negligentia eſt. *Cic: in Brut:* Verba etiam verbis coagmentare negligas.

Nemo unus, *pro*, nemo: *ut τὸ* unus *ſuperſit*.

Agell.l:18.*c*:5. Quod ab Ennio ita ſcriptum re liſtumque eſſe nemo unus litterarum vett. diligens dubitavit *Liv. l*: 38. Alii neminem unum civem tantum, &c.

Nequi, *pro*, nequis; *ut*, ſi qui.

Cic:*pro Sulla*. Atque illud etiam addam, ne qui forte incipiat improbus. *Ibidem*. In quo ego providi primum, ne qui poſſit tantum aut de rep: aut de alicujus periculo meminiſſe. *& lib*: 7. *epiſt*. 9. *ad Atticum*.

Nervi cauſarum, *ſeu*, controverſiarum.

Pro receſſu & medio cauſarum & abditis partibus. *Cicer*. 3. *de Orat*: Conſequenter etiam illi loci qui quanquam proprii cauſarum & inhærentes in eorum nervis eſſe debent.

Neſcio quid: *interdum de re magna*.

Cic: *pro Arch*: Tum illud neſcio quid præclarum aut ſingulare ſolere exiſtere. *Sueton*: *in Domit*. *c*:6. *Terent*: *Hecyra*. *& Phorm*. *Cicer*. *pro Muræna*. Non patiar ut in tanto errore verſere, ut iſtud neſcio quid, quod tantopere didici, præclarum aliquid eſſe arbitrere.

Neutique, *pro*, neutiquam.

Liv:*l*:7. Dictatori neutique placebat, quando cogeretur.

Nihil dicere; nihil adferre, οὐδὲν λέγειν.

Ariſt: 10. *ethic*: *c*: 2. *&* 7. *eth*: *c*: 3. *Cic*: 2. *de divin*. Nec cognovi quemquam qui majore auctoritate nihil diceret. 2. *Tuſc*: Omittamus igitur hunc nihil prorſus dicentem 3. *de nat*. *deor*. Nihil igitur adfert pater iſte Stoicorum, quare mundum uti ratione putemus.

Nimium-quantum, *pro*, *valde*.

Cic: 4. *de finib*: Sed differre inter honeſtum & turpe nimium quantum neſcio quid immenſum. *Ter*: *Phorm*: *act*: 4. *ſc*: 3. Quid poſtulat. 7. nimium quantum. C H quantum, &c. *Vide Ludovicum Carrionem*, *& Muretum in variis*.

Nimium & parum, *pro*, exceſſus & defectus.

Cic: 10. *Phil*: Etſi in illius viri conſiliis atque factis nec nimium nec parum fuit unquam. *In Orat*: Magis offendit nimium quam parum.

Niſi ſi.

Elegans vett: *particula*. *Sed in vulgatis libris plerumque depravata*: *jungitur autem indicativo*. *Ter*: *And*: Pamphilam ergo huc redde, niſi ſi mavis eripi. *Eunuch*: *act*: 4. *ſc*: 3. niſi ſi domum forte ad me rediit. *Var*: *l*: 2. *de re ruſt*: *c*: 3.

Niſi, *pro*, non niſi.

Cic: 1. *de leg*: Hoc niſi quod honeſtum eſſet, putaris bonum. niſi, *h*: *e*: *non niſi*, *vel ſolum*.

Niſi, *pro*, niſi quod.

Cicer: 1. *ep*: 17. De te nil poſſum judicare, niſi illud mihi perſuadeo te talem virum nihil temere feciſſe. *Pro S. Roſcio* quid erat quod Capitoni primum nunciarit? neſcio: niſi hoc video Capitonem in his bonis eſſe ſocium. *Terent*. *Adelph*: *act*:4. *ſc*:2. Quid hoc malum infelicitatis, nequeo ſatis decernere, niſi me credo huic eſſe natum rei, & ferundis miſeriis.

Noctem offundere.

Pro eo, quod eſt, tenebras adferre, *perturbare*. *Cic*: 1. *de natur*. *deorum*. Multis etiam ſenſi mirabile videri, eam noct: potiſſimum probatam eſſe Philoſophiam, quæ lucem eriperet, & quæ noctem quandam rebus offunderet.

Nodus, *hoc eſt*, *difficultas*, *incommodum*.

Cicer: *ad Brut*: Maximus autem niſi me forte fallit animus in repub: nodus eſt, inopia rei pecuniariæ.

Nomen inane: *vi & poteſtati contrarium*.

Vide Lucret: *& Symmach*: *epiſt*: 52. *l*. 2. nomen inane legum.

Noli quærere.

Elegans phraſis, quæ idem fere valet, quod iſta: Mihi crede, *vel ut uno verbo dicam*, ſi quæris, *&*, quid quæris, &c. *Cic*. *l*. 4. *ep*. 4. Noli quærere, ita pulcher mihi hic dies viſus eſt, ut ſpeciem aliquam videre q. reviviſcentis Reipubl.

Nomina certa, incerta.

Certa *dicuntur* nomina *debita cum expreſſa & certa cauſa*, *ut*, Titius debet Sempronio ex mutuo ob veſtes, ob alimenta, ſtudia, *pro quibus ad ſcriptum in tabulis, quo tempore, unde quis & per quos dederit*. Incerta *ſunt*, *cum ipſas cauſas & tituli debitorum ſupprimunt*, *quod eſt argumentum fraudis interdum*. *Lambinus ait ſe nondum ſcire ſit ne dicendum* certa *an* recta nomina, *& quæ ſint* certa nomina. *Cic*: 3. *Verr*: Ex omni pecunia, quam aratoribus

ribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant. *Pro Quinctio:* Moritur C. Quinctius, qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit. *Hor. ep. 2.* Cautos nominibus certis expendere numos. *Vide Ulp de SC Macedoniano, ubi dicitur* Macedo pecuniam incertis nominibus crediſſe. *Vide & Aſconium in 3. Verr. ad illa verba*: tabulas protulit, per quas, &c.

Non honeſtus, *h. e. inhoneſtus non dignus, h. e. indignus*: *ſic non idoneus, frequens, debitus, &c.*

Cic. 3. offic. Sic multa quæ videntur natura honeſta temporibus fiunt non honeſta. *In Lælio*: ut ne nimis cito diligere incipiant, neve non dignos *& ep. 33. & 2. ep. 16. & in Topic. extrem.* Sic tibi nos ad id, pro quæ mancipio dare debuimus, ornamenta quędam voluimus non debita accedere

Non modo, *pro*, nedum.

Cic. 14. ep ad Attic. Qui facile perſuaſi mihi, id quod rogares, ne licere quidem, non modo non libere. *& l. 8.* Omnia ſunt integra nobis nil prætermiſſum eſt, quod non hanc ſapientem excuſationem, non modo probabilem.

Notæ optimæ: de meliore nota.

Id eſt, aliquis ex melioribus, prǽſtantioribus Metaph. à cadis vini, qui notis ſolent diſtingui. & ex notis illis cognoſcebatur bonitas vini: vel à notis, quæ pecoribus inuri ſolent: vel à notis, quæ ſervis inurebantur. Catul. Eleg. ad Manlium, quod hic quiſquam de meliore nota Frigida deſerto tepefecit membra cubili. *Curius ad Cic: l. 7. ep.* quare, Cicero mi, perſevera conſtanter nobis conſervare, & Sulpitii ſucceſſori nos de meliore nota commendare. *Columell: l: 9. c: 4. & 15. in fine.* Extremæ notæ *de peſſimo ſervo dixit Ulp. nam ſervi notari & ſtigmata illis inuri ſolent. L: 15. item apud Labeon. D. de injuriis.*

Notare, *pro*, obſervare.

Cic: in Bruto. Quod idcirco potui, ut dicendi Latine prima maturitas, in qua ætate extitiſſet, poſſet notari.

Notio cenſoria.

Pro nota aut notatione, ut, natio *pro* natatione. *Quanquam* notio cenſoria *videtur dicta, ut* notio judicis *hoc eſt judicium, cognitio. Cic: 3 de offic. c. 31.* indicant notiones animadverſioneſq; cenſorum (*ita v. l.*) *& in Piſon.* Centum prope annos legem Æliam & Fuſiam tenueramus, quadringentis judicium notionemque cenſoriam. (*ita v. l.*) *Pro domo:* Omnis notio Pontificum eſſe debuit. *De provinc.* Clodius cenſorium judicium & notionem, ac morem illum ſeveriſſimum ſuſtulit. *Notionis autem vocab. ductum à notando, ut optionis & adoptionis ab optando. Quod qui non animadverterunt, verbum* notionis *induxerunt, ſuppoſito* nationis *vocabulo. Cæterum in dicto loco ex 3. offic.* notiones *lego à vett. libb. admonitus: in quibus partim,* notationes, *partim,* motiones. *Agell: l. 17. c: 8.* In cujus hiſtoria notiones cenſorias fieri atque exerceri videmus, *ita vett. l. & Aldi editio. Sed & Ulpian:* notum *pro* notato *dixit.*

Notus, *pro perſpicuo inſigni.*

Cic: 4 de fin. Qui cum viderent nos ita eſſe natos ut communiter ad eas virtutes apti eſſemus quod notæ illuſtreſque ſunt. Juſtitiam dico. *2. de Orat.* In Philoſophos veſtros ſi quando incidi, deceptus indicib. librorum, quia ſunt fere inſcripti de rebus notis & illuſtribus de virtute & juſtitia.

Novitius.

Apud vett. proprie de ſervis & ancillis dici ſolet. Novitii ſervi *opponuntur veteratoribus, ut in re militari* tyrones *veteranis. Terent. Eunuch.* abducit ſecum ancillas, quæ circa illam eſſent, manent novitiæ puellæ. *Cic: in Piſon.* Nemo queritur Syrum neſcio quem de grege novitiorum factum eſſe conſulem.

Noxa, noxia.

Hæc duo verba uſitata, vulgo aliis aliter differunt. Nam Imperator Iuſtinian. Noxa *inquit eſt corpus, quod nocuit hoc eſt ſervus:* Noxia *ipſum maleficium. Front. 2. in l. de differentiis, noxa inquit pœna eſt, noxia culpa. Feſt.* Noxia *ait Servius Sulpitius damnum ſignificat, apud Poëtas autem & Oratores ponitur pro* culpa, *at* noxa *peccatum, aut pro peccati pœna.* Ego noxæ *tantum vocabulo uſos eſſe vett. puto,* noxiæ *ſolos Poëtas & Comicos metri cauſa τῷ, interpoſito, ut & in aliis verbis epentheſi uſi ſunt Comici & Poetæ, ut* gratiis *pro* gratis. *Quam meam opinionē confirmant ſcripta vett. emendatiora, in quibus extra Poëtas* noxæ *vocabulum fere reperitur,* noxiæ

nunquam,aut rariſſime: ac inComicis contra plerunq; noxiæ *ſit vocabulum, raro* noxæ *niſi ubi metrū non poſtulat* noxiæ. *Præterea* noxæ *verbum in Feſto,qui de* noxa *alioqui diligenter explicat,non commemoratur. Præterea* noxalis *tantum eſt uſitatum veteribus* (*etſi Prudent:* noxialem ſtipitem *dixit,non opt. Latini ſermonis autor*)*quod à* noxa *deduci videtur. Quod ad Iuſtinum,& Frontonem attinet,eas differentias eſſe falſas, ex iis, quæ jam de ſignificatione verbi* noxiæ *ſunt dicta intelligitur.* Noxa *igitur valet culpa ſeu peccatum, aut maleficium* (*nam hæc idem valent*) *& peccati pœnam: quemadmodum &* fraus *utrumq, ſignificat. Etiam Noxæ ſignificationem nunquam puto reperiri,niſi apud recētiores ſcriptores,apud quos* noxa *interdum idem ſignificat,quod jurgium & contentio. Unde Gallis remanſit* noiſe, *h:e: jurgium.*

Petron. In mediam defertur noxam.

Nugæ.

Hoc ſæpe vett: utuntur: nos rarius. Id autem dicitur non tantum de rebus, ſed etiam hominibus levibus & nibili. Vocant etiam res nugatorias. *Cic: 1.de Orat:* Quærebat de procemiis de epilogis, & de hujuſmodi nugis, ſiic enim appellabat, referti cur eſſent eorum libri. *l:6.ep:3. l:1.ep:2.ad Q.Fratrem.*

Numerus frumenti.

Cicer: pro Plancio. Frumenti cum ſumma caritate maximum numerum miſerant. *& 3. Verr:*

Nubes, *pro multitudine, copia.*

Eſt poëticum verbum, ut & νεφέλη apud Græcos. Eo tamen & hiſtorici interdum utuntur. Liv: lib.35. Rex contra peditum equitumque nubes jactat. *Uſitatum & Apoſtolo ad Hebr: 12.* Teſtium nubes nos circumſtat.

Nugatorius, *pro vili, nullius pretii.*

Cic: 11.ep: 2. Varro l:7. de L.L. Feſtus in, Scraptæ: Scraptæ, *inquit,* dicebantur nugatoriæ deſpiciendæ mulieres.

Numeri.

Ita Cic: eumq; ſequutus Seneca vocant,quod Stoici Philoſophi Græce ἀριθμοὺς,h.e,circumſtantias,ut cui, quis, cur, quando, & cæt. *Ita,*omnes numeros virtutum explere. *Cic: 3 offic:* Illud & officium, &c. Et ut iidem dicunt, omnes numeros habet. *& 4.de finib:* Peccata partim eſſe tolerabilia, &c. alia quaſi pauciores numeros officii præterirent.

Ex omni numero, *ſicut* ex omni nobilitate.

Cic: in Brut: Sed his memorandis & illud adſequor, ut intelligatis primum ex omni numero, quem non multi auſi ſunt docere, deinde ex iis, quod pauci laude digni. *Cic: epiſt: ad Cæſ.* P. Craſſum ex omni nobilitate adoleſcentem dilexi plurimum.

Nunc ipſum, *pro,*hoc ipſo nunc tempore.

Hoc interdum conjunctè ſolet proferre Cic: ad Att: l: 2. ep. 3. Nunc ipſum non dubito rem tantam abjicere. *& l:8. ep: 9. l: 12. ep: 16. & 39.*

Nuncius.

Et res ipſa & perſona dicitur,inquit Feſtus. Vett. tamen inprimis Cic. plerunq; de re,ut, accipere nuncium optatiſſimum, triſtem. *Raro de perſona uſitatum eſt: & cum de perſona dicitur,non de ea,quæ literas adfert (is enim eſt tabellarius) ſed de his qui voce & verbis aliquid nuntiant, vel adferunt.* Nuntium *autem de re non eſt Latinum,quod obſervavit Valla, Muretus, Lambinus,aliique recentiores: quod tamen quidam probant, ſed autoritatibus partim falſis partim alienis adducti. Ita Tibull. l.3.el.4.* Divi vera monent venturæ nuntia ſortis. *Hic* nuntia *eſt quaſi adjectivum. Obſerva elegans dicendi genus:* Remittere nuntium *uxori, ſponſo, virtuti Cic. l.15. ep. 16.* (Nuntium *tamen genere neutro pro præmio nuntii ſeu Euangelio reperitur.*)

Nuptui collocare.

Imperator Gordianus. Quamvis pater tuus cum te nuptui collocaret: *& ita vulg. & vett. lib. ibi.*

Nuptum dare, collocare.

Hodie fere, nuptui. *Nepos in Pauſan:* Quare ſi tibi videtur, des ei filiam tuam nuptum. *Plaut: Ciſtel.* At ſatius fuerat viro dare nuptum potius.

O.

Obductio, *hoc eſt obnuptio, obducere:*

Cic. pro Rabir. Carnifex enim & obductio capitis & nomen ipſum crucis abſit, &c. *(ſic o. l. MSS.) Diſſentit Muretus l.8. var. lect. c. 9. Cujus quidem conjectura eſt probabilis,ſed à libris non recedendum,præſertim cum &* obducere vultum, frontem, *idem ſit quod* obtegere. *Ammian. l. 14. c. 4. Hor: ep.13.* Obducta ſolvatur fronte ſenectus. *Virg 10. Æneid.* Quid me alta ſilentia cogis Rumpere & obdu-

& obductum verbis vulgare colorem. *Vide ibi Servium Danielis.*

Obedire.

Hoc verbum ſervilem quandam ὑπακοὴν, vett: & maxime Ciceroni *ſignificat. Servi igitur recte obedire dicuntur regulis, aut qui ſubjecti ſunt, magiſtratibus, etſi hi non tam commode. Sic cupiditates & πάθη rationi obedire debent. Idem fere eſt* Parere : *ſed verbum obtemperandi videtur levius quiddam.*

Obedire tempori, periculo aliorum,&c.

Cic:in Brut: Omnibus exemplis debent,qui in hac urbe pollent , multorum obedire tempori, multorumque vel honori vel periculo ſervire. *Vide.* Parere.

Obire diem.

Pro,occurrere ad diem conſtitutum.Vulgo notum, ſed obire locum *&* tempus *in eadem notione non item. Cic: pro Milon:* atque ita profectus eſt: &c. quam niſi obire facinoris locum tempuſque voluiſſet nunquam.

Obiter.

*Hæc particula,non eſt optimis,ut Cic: Ter:Cæſari nota, ſed poſterius recepta.Valet autem idem quod,*leviter, *παρέργως. Interdum autem idem quod,*per conſequentiam,*ut apud Pompon:in l:1.de reſc.vend.*

Objicere , *in diſputando.*

Occurrere, contradicere, *in diſputando. Vulgo Latine dicunt* objicere:*ſed perperam.Nam* objicere *vett: in hac notione non eſt uſitatum. Vide ſupra,* contradicere.

Obligare. *Verbum magicum.*

Eo utitur Paull. IC. l:5. ſent: tit: 23.

Oblireſco , *pro,* delireſco.

Cic:de univerſ:ubi de aſtris loquitur: Quibuſque temporibus à noſtro adſpectu oblireſcant.

Obmuteſcere , *& de lingua dicitur.*

Cic:pro domo: Non etiam linguam obmutuiſſe, & manu obtorpuiſſe.

Obnoxius , *pro turpi , ignominioſo modo.*

Liv:l:9. Poſtumius in ore erat,&c.emerſiſſe civitatem ex obnoxia pace illius conſilio& opera. *Mox enim ait:* Non probat P.R.,ignominioſa pace legiones ſervatas.*& l:23* ſi reticem,aut ſuperbus aut obnoxius videar:quorum alterum eſt hominis alienæ libertatis obliti , alterum ſuæ, &c.

Obruſſa.

Pro exploratione & probatione. Sed proprie eſt id, quo aurum ſpectatur [een Toetſteen.] *Cic:inBruto.* Quo magis expurgandus, & adhibenda tanquam obruſſa. *Sic Turneb: legit: lib:14.c:22. Item Nizol: Alziat. Senec. ep: 13. in princ. Politianus 6. ep: ad Beroald.* Exigere ſcripta ad obruſſam dixit.

Obicænus, *pro infauſto , diro.*

Feſtus in Segeſt. *Virg: 3. Æneid:* Obſcænas volucres *vocat* Harpyas. *Agell:libr.13.c:14.* Montem illum excluſerunt,quaſi avibus obſcænis ominoſum.

Obſcurus, *pro tecto homine,quique conſilia ſua tegit cui contrar.* Apertus.

Cic:2.Verr: Quod ſi quã audax eſt ad conandum tam eſſet obſcurus in agendo. *Horat:1. ep:18.Cic: 3.off.* Certe non obſcuri, non ſimplicis,&c.

Obſervantia.

Homo ſumma obſervantia, h:e: qui aliorum ſit obſervantiſſimus. Quæ mihi phraſis rarior videtur. Sic; eſt in eo ſumma obſervantia. *Cic:3.l:ep.23.ad ſupplic.* Hominem ſumma prudentia , humanitate, obſervantiaque cognoſces. *& ep: 28. ad eundem.*

Obſervare , *pro ,* ſervare, conſervare.

Cicer. libr:10. epiſt:35. uti quidem in vett. leg. legitur.

Obſequium , *& ,* obſequi.

In rebus turpibus & obſcænis dici ſolet ab antiquis hominibus.

Obtinere injuriam.

Mire dixit Livius pro eo , quod eſt injuria obtinere *aut* retinere ea , *quæ injuria , h: e: injuſte adquiſiverit l: 29.*

Obvenire.

Pro , forte occurrere , *& ,* obvium alicui eſſe. *Vide* ſubvenire.

Occupata pecunia.

Id eſt,fœnori expoſita,aut in alium uſum collocata. Cui contrarium otioſa,*quæ eſt in arca.Vide &* collocare , *&* otioſa. *Cic: pro Flacco:* pecuniã adoleſcentulo, grandi fœnore, fiducia tum accepta occupaviſti. *Verr. 3.* Præterea pecunias occupabat apud populos , & ſyngraphas fecerat. *Columella libro ſecundo cap. 1.*

Occultus, *idem quod*, obſcurus.

Cic:3. ep:10. ad Appium: Sin autem me aſtutum & occultum jubet fingere.

Occurrere.

Verbum elegans, valetque interdum idem quod, intereſſe, *adeſſe, ſe ſiſtere. Liv: l:* 31. Conſilium Ætolorum futurum erat, huic ut occurrerent, & legati Regis iter accelerarunt.

Ocellus, *tralate.*

Dicitur locus, aut res, quæ ejuſdem generis rebus cæteris antecellit, ut oculus *reliquis animantis membris Sic Eurip: in Phœnic.* Cytheronem montem *vocat* oculum Dianæ. *Cic: ad Attic.* Cur ego tecum non ſum? cur ocellos Italiæ villulas meas non video? *& 3. de natur. deorum.* Hi duo ocellos illos oræ maritimæ effuderunt. *Sic Catull:* Sirmionem *vocat* inſularum ocellum.

Oculis judicare, *vulgo,* ad oculum videre.

Cic: in Divin. Nunc vero cum id ita perſpicuum ſit, ut oculis judicare poſſitis.

Oculi dolere.

Dicuntur illis qui quæ non volunt, vident. Terent. Phorm: extremo. Cœlius ad Ciceron. Nunquam tibi oculi doluiſſent, ſi in repulſa Domitii vultum vidiſſes.

Odiſſe male, prius, *hoc eſt, valde magis.*

Terent. Adelph. Et illud rus nulla alia cauſa odi, tam male. C. *l.* 14. Atqui ſi quiſquam eſt facilis, hic eſt, tamen non dubito quin me valde oderit. *& l: 7. epiſt: 2.*

Odium, *pro,* moleſtia *antiquis hominibus.*

Plaut. Curcul: Jam huic voluptati hoc additum eſt odium. *Ibid: de Lexonib.*

Odorari, *de rebus occultis, ut eſt.* inaudire.

Cicer. l. 6. ep. ad Atticum: Ego myſticoteron ad te ſcribam tu ſagacius odorabere. *& l.* 13. odorare Antonii διάθεσιν.

Offendere apud aliquem, *hoc eſt odioſum reddi alicui.*

Cic: ad Q. Fr. Nam apud perditiſſimam illam &c. ſuboffendit. 10. *ad Attic.* Quod intelligeret ſe apud ipſam plebem offendiſſe de ærario.

Offendere, *pro,* comprehendere.

Plaut. Pœnul. Ut quemcunque viſco offenderas, tam crebri ad terram cadebant quam pira. *Hinc* offendices, *retinacula apium. Feſtus.*

Offenſio, *pro clade contrarium vix, victoria.*

Cic. 13. ad Att. ep. 17. & ſæpe alibi: ſed minus quiddam eſt & levius offenſionis *verbum, quam* cladis.

Offenſus, odioſus, inviſus.

Vulgo is dicitur, qui læſus eſt, h. e. iratus. Sed Cic. *is, cui merito quis iratus ſit, qui incurrit in offenſionem.* Cic. 3. *Verr.* ô miſerum atque invidioſum offenſumque paucorum culpa & indignitate ordinem ſenatorium *& 2. Verr.* Offenſa noſtri ordinis. *pro* Cluent. Etſi is invidioſus aut multis offenſus eſſe videatur. *pro Sextio.* Alius ne eſt aliquis improbis civibus peculiaris populus, cui nos offenſi inviſique fuerimus.

Interdum pro irato, ut, ille mihi eſt offenſus, *reperitur: ſed rarius (forte,* infenſus, *dicitur.)*

Officium, *de nuptiis dici præcipue ſolet.*

Sueton. in Calig. Liviam Chriſtillam Piſoni nubentem, cum ad officium ipſi veniſſet, ad ſe deduci imperavit. *Iuven.* Officium cras primo ſole mihi peragendum in valle, &c.

Olus, *pro Braſſica.*

Varro. 1. de re ruſt. Ut vitis adſita ad olus facere ſolet. *Plin. l. 26. & 29.*

Omnia ſumma.

Cic. 3. de Orat Quod item nos poſtulemus non à te quidem, qui nobis ſumma omnia tribuis.

Omnia.

Id ſolent interdum ἀσυνδέτως *ſubjicere aliis, Iuvenal. ſat.* 10. *de P. R.* Namq; dabit olim imperium faſces, legiones, omnia.

Omnia alia, *contrarium,* omnia eadem.

Salluſt: Catil: Fingere alia omnia, diſſimulare de conjuratione. *Utuntur eo & de aliis rebus.* Cic: *pro Cœlio.* Omnia ſunt alia non crimina. *Eſt quoque* alia omnia *dictio in ſententiis aut ſuffragiis uſitata, hoc eſt contraria. Vide Briſſon. Formul.*

Omnia eadem, omnibus iſdem.

Cic. 1. Rhet. Nam cum eadem omnia incommoda ſequuntur. *Ulp: l: 7. §. 4. D. de publ. in rem act.* In Publiciana actione omnia eadem erant, quæ & in rei vendicatione. *Senec: 4. de benef. c. 35. Lucr. l. 5.*

Omni vita, *hoc eſt in tota vita.*

Cic. 3. Tuſcul. Quæſt. Quem ſemel in omni vita ajunt riſiſſe.

Omni ratione confirmare.

Cic. de leg. Agrar. Omni hoc vobis ratione confir-

confirmare poſſum, *Quirites. Sic*, omni adſeveratione confirmare *l. 6. ad Attic.*

Omnibus rebus, *ſeu* partibus. *Vulgo*, per omnia.

Cic in Lucull. Stoicum eſt quidem nec admodum credibile nullum etiam pilum omnibus rebus, &c. *& mox:* Omnibus partibus nihil differre.

Omnia experiri.

Terent. Eunuch. Omnia prius experiri quam armis ſapientem decet. (*ita Rivius*) *Cæſ: 2. de bell. civil:* Atque omnia prius experienda arbitror. *Cic: l: 12. ep: famil.*

Omnes, *h. e. ſinguli.*

Ita ſæpe ICti loquuntur. Ulpian l: 3. § ult: D. de oper: nov: Omnes cives opus novum nunciare poſſunt. *l: 22. D. de uſu & uſufr.* Patrimonii mei reditum omnibus annis uxori meæ dari volo. *& l: 16. D. mandati l: pen: D. ſi famil. furt: fec: dicatur l: 9. D. de nox. act: Cic: 2. de leg:* Fortunaque ſit hujuſce diei. Nam valet in omnes dies.

Omnibus conſiliis *aliquid agere. vel conari.*

Cæſ: 7. bell: Gall. Qua re nunciata Cæſar omnibus conſiliis antevertendum exiſtimavit.

Omnes omnia dicere, *conferre, &c.*

Fere proverbium dicit. Cic: 3. Verrin. Licet hercules omnes omnia dicant. *Pro S. Roſc.* non in omnes arbitror omnia convenire. *Cic: 5. de finib:* Nos vero, *inquit*, omnes omnia ad hujus adoleſcentiam conferamus.

Omnibus indiciis, veſtigiis.

Cic: 2. ad Att: ep: 7. Lucr. l: 3. Virg: l: 5. Cæſar: 3 & 7. de bell: Gall:

Omnia tria ſunt genera.

Cic: 1 Rhet. Relinquitur ergo ut omnia tria ſint genera cauſarum (*ita vett. l: diſſentiente Lambino,*)

Omnia bona dicere. Εὐφημεῖν.

Utitur eo Cic: Terent: And. Act. 1. Scen. 1. Tum uno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas.

Omnia juſta, certa.

Ov: 6. Faſt: Et dederas miſeris omnia juſta rogis. *Tibull: 1. l.* Retulit & triviis omnia certa puer.

Omnia ſunt in hoc.

Cic. 2. de legib. Caſte jubet lex adire Deos, animo videlicet, in quo ſunt omnia. *Lucil. apud Non.* Vt populus Romanus victus, &c. bello vero nunquam in quo ſunt omnia.

Omnia eſſe alicui.

Liv. l. 40. Demetrius ei unus omnia, cum jam regem vivo patre appellant.

Ope, *&*, operibus, *pro* opera. *& labore.*

Liv. l. 28. Quod eorum ope incolimus (*ita v. c.*) *Cic. 2. offic.* Quanquam fortuita ſunt; tamen ſine hominum opibus & ſtudiis neutram in partem, & cæt. (*ſic v. l.*) *l. 11. ep. 17. ad Att. l. 14. ep. 13. 2. de divin.* Quod enim munus Reip. adferre majus, ut omnium opibus refrenanda.

Opes, *pro, potentia: interdum & divitiis.*

Cic. nunquam aliter hoc verbo utitur, quam pro potentia. *Sunt tamen vett. qui aliter utantur, ut Salluſt. Catil.* Nam ſæpe in civitate quibus opes nullæ ſunt, bonis invident, malos extollunt. *Horat. l. 2. epiſt. 2. & alibi ſæpe.* Magnas inter opes inops. *Sed Ciceron. Plaut. alioſque veteres ſequi malim. Cicer. pro Murena,* veſtram, judices, poteſtatem ac veſtras opes intuetur. *Lucret. l. 3.*

Opera tua: opera alicujus.

Id eſt, tua cauſa, *propter illum. Nepos in Lyſandro.* Hac victoria elatus ſic ſibi indulſit, ut ejus opera in maximum odium, &c. *Catull.* tua nunc opera meæ puellæ flendo turgiduli rubent ocelli.

Operam dare.

Propria ratione dicitur Iudex Id interdum dicitur operam præbere, *ut de arbitro. Ulp. l: 21. §. 10. ſed ſi D. de recept. qui arbit.*

An committatur pœna compromiſſi, an quæ opera non præbita, *l. 39. non ex omnib. D. eod. l. pen. D. de vocat. Terent. Heaut. Act. 3. ſc. 1.* Me cepere arbitrum, ibo ac dicam ut dixeram, operam daturum me hodie non poſſe, his dare. *Cic. ad Att. 13. ep. 43.*

Operari.

Latinis eſt ſacrificare *à quo* opera, *eadem notitione, ut & Nonius admonet. Nam* operari *pro* ἱερουργεῖν, *&* operam *pro* ἱερουργία *recentioribus, ut Plinio notum vett: Terent: Cic: Cæſari, Plauto. Lucretio non item. Poëtæ ſæpe utuntur. Hor: l: 3. od: 14. Virg: 1. Georg:* lætis operatus in herbis. *Interdum eo utuntur tralate pro eo, quod eſt,* occupari. *Hor: l. 1. ep. 2.* In cute curanda

curanda plus æquo operatâ juventus. *Lucret.* & quibus in rebus conſuerunt eſſe operati. *Virg.l.*3. *Æneid*: armiſque operata novis, &c.

Opidani, *pro iis, qui ab hoſtibus obſidentur.*

Nepos in Miltiade. Cujus flamma ut ab opidanis & oppugnatoribus eſt viſa. *Liv:l*:40. Ab hoc ſpectaculo legati miſſi, &c. Opidani cum ignes noctu turribus, &c.

Opidana, *orum: ſermo, dicendi genus.*

Pro, non urbano, nec eleganti, quod ſcil. in oppidis & vicis non in urbe frequentatur. Cic. in Brut: Ignoti homines & repentini quæſtores celeres facti ſunt, &c. opidano quodam & incondito genere dicendi.

Oppetere mortem.

De his proprie dicitur, qui ſtrenue & fortiter pro patria aut parentibus mortem occumbunt. C.1.*Tuſcul.* Sed profecto mors tum æquiſſimo animo oppetitur.

Opponere.

Apud vett. objicere, de loco, *ut*, opponere montes mari. *Vulgo hoc verbo utuntur pro eo, qui dicunt* ἀντιθεῖναι *perperam: neque enim vett. ita uſi ſunt, niſi forte in vett. Rhetor. Cic. quam adoleſcens ſcripſit, ubi* oppoſitionem negationis, *dixit, quod tamen & aliter accipi poſſit. Sic enim ait l.* 1. diſparatorum autem eſt id, quod ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur hoc modo: ſapere non ſapere. *Cic: vero alibi ſolet dicere non* opponere, *ſed*, contrarium ponere, *ut* 3. *de finib*: Virtutibus igitur rectiſſime mihi videris ex conſuetudine noſtræ orationis vitia poſuiſſe contraria. *Mox tamen ibid*: opponere *in ea notitione eſt uſus, ſed cum adjunctione. Sic enim* ſin κακίαν malitiam dixiſſes, &c. Hoc enim omni virtuti vitium contrario nomine opponitur. *Opponere igitur contrario nomine aliquid alicui recte diceretur, non ſimpliciter* opponere aliquid alicui. *Satis namque indicat. Cic*: opponendi *verbum ad nominum rationem & gravitatem proprie non pertinere. Quod autem vulgo dicitur:* Cui opponitur *vel*, cui oppoſitum eſt. *Cicer.* Cui repugnat, cui contrarium eſt. 4 *ad Herenn. tamen* opponere *in ea ſignificatione reperi, qua vulgo utuntur.*

Opprimere ignem, flammam, oculos.

Eleganti & germana verbi opprimendi *notatione.* *Cic*: 2. *de Orat.* Dicere enim aiunt flammam à ſapiente facilius ore in ardente opprimi, &c. & *Val*: *l*: 2. *c.* 1. *Plin. ad Cic*: *l*: 10. *ep*: 24. *Cic*: 1. *offic*: Literæ neque expreſſæ, neque oppreſſæ.

Opulentus, *pro, potente, inſtructo.*

Cic: 2. *de off*: Id videtur non ſolum Lacedæmoniis, ſed etiam omnibus populis prædixiſſe *Sic* opulentiſſimam civitatem videtur dicere *l*: 3. *de nat*: *deor*: *eam, quæ ab omnibus rebus inſtructiſſima ſit. Nam & ita* opulentus *interdum pro inſtructo videtur uſurpari. Liv*: *l*: 1. Ludos opulentius inſtructiuſque quam priores reges fecit.

Opus, *pro*, opera, *labore.*

Donatus in Heaut. Act: 1. *ſc*: 1. *l*: 40. *D*: *de excuſat. l*: 5. *D. de V. S. qui locus non mutandus. Livius l*: 36. *Sueton*: *in Cæſar. c.* 41. *Varro* 5. *de L L.* Prata dicta ab eo q. ſine opere parata, *de quo loco vide Victor: libro nono cap*: 23.

Ora, *pro fune & retinaculo.*

Liv: *l*: 22. Alii reſolvunt oras, aut anchoras vellunt. & *l.* 28. ut ipſis quoque navibus, &c.

Oratus: ûs.

Ut rogatus, *pro* oratu. *Sic* imitatus, admonitus. *Vide &* adſcitus, & intentus. *Cic pro Flac.* Me tibi ſe ad matrem & ſororem ſcripſiſſe negavit, an etiam ſcripſit oratu tuo. *(ita l.v.)* 3. *de leg*: Reddes igitur nobis, &c. admonitu & rogatu meo.

Orbis: *in re militari.*

Salluſt: *in Iugurth.* Denique Romani vett. novique orbem facere *Franç: Hotom. in notis ad Cæſ.* *l*: 4. *p*: 54.

Orbem conficere.

Pro, abſolvere ſuum curſum, & ambitum. Interdum pro, facere circulum. *Lucret*: *utitur. Cic. in Or.* aut ut forma ipſa concinnitaſque verborum conficiat orbem ſuum.

Orbis Reipublicæ.

Cic: *l.* 2. *epiſt.* 21. & *pro Planco.* Stare enim omnes debemus tanquam in orbe aliquo Reipublicæ.

Orbis Romanus, Aſſyrius.

Sic olim Imperium Romanum *appellabatur, ſed à poſterioribus. Sext. Aurel. Victor. in Diocletiano.* Ubi orbis Romani potentiam cepit. *Ulpianus*, in orbe Romano qui ſunt, &c. *Juvenal.* Quod neque in Aſſyrio pharetrata Semiramis orbe, &c.

Orbatio.

Ita à vett. Latinis dicitur, quę in phyſicis ab Ariſtotele στέρησις*: vulgo hodie*, privatio. *Sen: ep:*13. paupertas non per petitionem, ſed per detractionem dicitur, vel ut antiqui dixerunt per orbationem.

Ordine facere. *Vide*, Recte.

Ordines.

Ciceroni ſunt quod vulgo collegia, ſtatus, *ut, piſcatorum, mercatorum, libertinorum*. 3. *offic:* Ut argentarius apud omnes ordines gratioſus, piſcatores convocavit.

In ore eſſe, *hoc eſt celebrem eſſe.*

*De quo loquuntur omnes, ſive in bonam ſive malam partem. Cic: Phil:*10. Erat enim in deſiderio civitatis, in ore, in ſermone omnium. *Verr:*3. Iſtius nequitiam tum in ore vulgi & in communibus proverbiis verſatam eſſe.

Ornare, *pro*, inſtruere, *parare, armare, onerare, ut onerare navem, equum, &c.*

Liv: l: 9. Alterum ut undecim viros navales, claſſis ornandę reficiendæq; cauſa idem populus juberet. *& l:29.* Denique ex iis, qui equis armiſq; inſtructi atque ornati adeſſent edixit. *Hinc totiens apud antiquos* ornare provincias, *quod Cicer. dixit* inſtruere, *de quo vide*, Provincia.

Ortus, *hoc eſt Origo.*

Ortus *nomine ſæpe utitur Cic: ubi vulgo fere ſemper* originis *verbo.*

Ortus à ſe.

Cic. pro Planc. Hoc facilior fortaſſe, quod ego à me ortus, & pro me nixus adſcendi.

Os, *pro*, impudentia.

Plaut: Mil: Os habet, linguam perfidam, malitiam atque audaciam. *Terent:* vides otium & cibus quid faciat alienus.

Os præbere, tradere.

Pro eo, quod eſt, offerre ſe contumeliæ, conviciis. *Cic:* 3. *Verr:* Qui teſtes interrogari priori actione volueris, ut iis tamen os tuum præbere malueris. *& l:*1. *ad Attic. ep:*16 *pro S. Roſc.* ſi veſtitum, &c. os ſuum tibi tradidit.

Oſtendere: *pro, obtendere, objicere, prætexere*, oſtentus, ûs, *h:e: prætextus, ſpecies, ſimulatio.*

Agell: l: 10. *c:*1. Sed eam capitis pœnam ſanciendæ fidei gratia horrificam atrocitatis oſtentu, noviſque terroribus metuendam reddiderant. *Cic: in Verr:* Sed quædam mihi magnifica & præclara ejus defenſio oſtēditur. *Cato de re ruſt.* Ager oleto conſervando qui inventum Favonium ſpectavit & ſoli oſtentus erit. *& mox:* qui locus &c.

Oſtendere aciem. *Oſtendere ſe.*

Dicuntur illi, qui terrendi hoſtis cauſa procul aciē, & milites ſuos oſtendunt, quod prudentes Imperatores interdum faciunt. Liv: l: 29. Sarcinis in acervum conjectis, &c. ad terrorem hoſtium aciem oſtendiſſet. *& l:*34. Is cum ſupercilia, &c. inſtructam aciem oſtendiſſet. *Cæſ:* 1. *bell. civil.* Equites ab eo miſſi, &c. repente ſe ad noviſſimum agmen oſtendunt.

Oſtendere, *h:e: ſecretum aperire & volgare.*

Cicer. in Lucull. Volo igitur videre quid invenerint. Non ſolemus inquit oſtendere, quæ ſunt myſteria.

Otioſus, *h:e: quietus, qui bello ſe non miſcet.*

Cic: pro Marcel: Quidam enim non modo armatis, ſed interdum etiam otioſis minabantur. 1. *off:* ſed & facilior & tutior & minus aliis gravis aut moleſta vita eſt otioſorum.

Otioſus, *idem quod* ἀπαθὴς, *ſedatum animū habens.*

Pet: Victorius hanc notationem ut inuſitatam in notiones ſuas retulit. Quem vide Var: lect: l: 30. *c:*13.

Otioſi *hodie: vulgo*, ſcholaſtici.

Cic: pro Sext: Græculum otioſum putari voluit, ſtudio literarum, ſe ſubito dedidit.

Otioſa pecunia, *quæ &*, vacua.

Quæ in arca depoſita nullum fructum adfert domino. Vide ſupra occupata. *Plin: ep.*10. Pecunię publ. & exactæ ſunt & eriguntur, quæ vereor ne otioſæ jaceant. *l.*13. *§. ult. D. de uſu §.* 2. *juſſi, mandati.*

Otium, *pro pace domeſtica aut civili, & tranquillitate. Opponitur* ſeditioni.

*Cic: ad Attic: l:*2. *ep:*1. *Agrar.* 1. Summamque tranquillitatem pacis & otii. *Cæſ.* 2. ad reliqui temporis pacem atque otium.

P.

Pactitius, *h. e. pacto firmatus, pactus. Sic* ereptitius, *ereptus.*

Verbum hoc rarum, à nemine, quod ſciam, in volgaria Lexica relatum reperi, perpetiendi vim habet,

ut alia generis ejuſdem, factitius,&c. *Agell:* 1.c.25. Græcia autem ſignificantius conſignantiusque ceſſationem iſtam pugnæ pactitiam ἐκεχειρίαν dixerunt.

Pactor, *oris*.

Rarum vocabulum. Vide & conditor & perditor, præbitor: *ſic interventor, is qui pactus eſt, ſive pactionem & conventionem fecit. Cic:l:5.in Ver.* En fæderum interpretes, ſocietatis pactores, religionis auctores.

Pædagogia, orum.

A recentioribus ſcriptoribus ſic dicti ſunt pueri in principis comitatu educari ſoliti & principi cari. Tertull: apolog. Sed eum Laurentium publicum ſcortum, &c. cum de pædagogiis aut aulicis neſcio quem Cinædum Deum facitis.

Pædagogus, *differt à*, Magiſtro.

Varro l: de liber. educ. Educit enim obſtetrix, educat nutrix, inſtituit pædagogus, docet Magiſter (*ſic ibi recte apud Non. Had. Iunius, nam vulgo:* hoc & magiſter) *Senec. l.2. de nat. cap:*21. Pertinebit ad rem præceptores pædagogoſque pueris placidos dari. *Plin.l.5.ep.ad Marcellinum.* Ut nutrices, ut pædagogos, ut præceptores, pro ſuo quemque officio diligebas.

Pœnitere: pœnitet me, *h.e. dolet mihi, doleo, nolim: pœnitet eum, dolet.*

*Cic:l:*1. *ad Attic: à Senatu.* Quanti fiam, minime me pœnitet. *Terent.* noſtri noſmet pœnitet. *Horat:* Nil me pœniteat ſanum patris hujus. *Pla: Pſeud.* Eho an pœnitet, quanti hic fuerit uſui. (*ita Guliel: ubi vulgo*, quando) *Terent:* At enim dices me quantum hic operis fiat pœnitet. *Cic: pro Rabir.* Neq; me vero pœnitet mortales inimicitias ſempiternas amicitias habere, *l: 6. ep:* 1. *ad Torquat.* Et ſi ea per furtum, ſi omnium rerum, ut ſuæ quemq; fortunæ maxime pœniteat: Divina. *in Verr:* Cujus conſuetudinis atq; inſtituti patres majoreſque noſtros non pœnitebat. *pro Planco.* Et mihi lacrymulam Ciſpiani judicii objectat. Sic enim dixiſti: vidi ego tuam lacrymulam. Vide quam me verbi tui pœnituit: non modo lacrymulam, ſed multas lacrymas & fletum cum ſingultu videre potuiſti.

Palæſtricus: *palæſtræ Magiſter.*

*Quinct:*2.*c:*9. Si diſcernet hæc diſcendi Magiſter, palæſtricus ille curſorem faciat, aut pugilem, aut ceſtatorem, aliudve quod ex iis quæ ſunt, ſacrorum certaminum.

Pandectæ, *arum: fœm. generis.*

Imp. in verſ. ſunt & aliæ. Inſtit. de nuptiis. Quas in libris digeſtorum ſeu pandectarū ex jure vet. collectarum enumerari permiſimus. *Ubi tamen Græcus interpres* ἐν τοῖς διγέστοις ἤγουν τοῦ πανδέκτου. *Sed videtur legend:* πανδέκτῃ. *Non recte igitur* Henr. Stephanus *in lib. de abuſu linguæ Græcæ contendit, pandectarum nomen eſt maſc. generis.* 1. *quia* pandectes *in ſing num. eſt maſc. Non eſt novum, ut unum idemque nomen in ſingul. numero alio genere dicatur, quam in plural. ut* cœlum, cœli, &c. 2. *quia Syneſius in epiſt:* τοῖς πανδέκτοις. *& Agell. l.*13.*c.*9. πανδέκτας *libros dicit. Apud Syneſium* pandectas *vocari illos lego qui literas intercipiunt. Agellii autem locus mendoſe ab illo adducitur, qui in v.l. ita ſcriptus eſt:* In his eſſe præcipui videntur, quos Græco titulo πανδέκτας inſcripſit. *Cujacius tamen & ipſe tandem cœpit ſcribere*, Pandectæ Florentini. *Caſſiod. in libell. de divin. lect.* In pandectis Latini corporis grandioris.

Pannicularia.

Sunt ea, quæ in cuſtodiam receptus ſecum attulit ſpolia quibus indutus eſt, cum quis ad ſupplicium ducitur, ut & ipſa appellatio oſtendit, inquit Ulpian. in l. pen. D. de bon. dam.

Par pro pari referre.

*Terent. Eunuch. act.*3.*ſc.*1. Deniq; par pro pari refert.

Parare, *pro*, comparare, *ſeu* emere,

Ita abſolute & mira ſatis ratione. Liv. l. 16. Qui eorum trans Tiberim emoti eſſent, ne ipſi poſteriores eorum uſpiam pararent, haberentve niſi in Veiento aut Sutino, &c.

Parens, *à* pareo, *pro*, obediens.

Salluſt. parentes *dixit* ὑπηκόους *ſeu* ἐγχωρίους: *vulgo* ſubditos. *Catil.* Libertatem patriam, parenteſque armis tegere. *Et Iugurth:* Deinde quod parentes abunde habemus amicorum neque nobis neque cuiquam hominum ſatis fuit. *Cicer:*1.*offic:* Quin etiam ob has ipſas cauſas & parentiores habuerunt exercitus & fortiores.

Parere *Ciceroni fere eſt, quod vulgo*, ſervire.

Cic: pro Cœlio. Poſtremo cum paruerit voluptatibus,

tatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis. *de Provinc. Conſul.* Sed ego in hac ſententia dicenda non parebo, dolori meo non iracundiæ ſerviam. *Sic* parere tempori 3. *de finib:*

Parere, partus. *De viris.*

Sic Gr. τίκτειν. *Hom.* ἐν ἀθάνατος τέκετο ζῶς. *Cic.* 2 *Tuſc. ubi aliquot verſus è Sophocle vertit.* Vecors Oenei partu edita. *Quinctilianus id obſervavit quoque apud Tragicos:* Et, *inquit,* apud Tragicos etiam leo parit, & pater eſt.

Parere, *idem quod*, apertum, *notum, perſpicuum* eſſe, *apparere.*

Sæpe hoc verbum depravatum, & mutatum, vel in apparet, *vel* patet, *vel aliter. Cic. pro Milon.* Quid porro quærendum eſt? Factum ne ſit? At conſtat à quo, ac paret. *Et Tuſc.* Cum pateat igitur, &c. *Ita habent v l. in illis locis. Cic ut & Franc. Fabricius admonuit, ex l. 6. de Rep. ſive in ſomn. Scipion.* Cum pareat igitur æternum id eſſe, quod à ſe ipſo moveatur, &c. *Ita recte: Lambin. ubi vulgo,* pateat. *Sic in formulis actionum.* Si paret fundum. *Ulpian. l. 24. §. 13. quid ergo. D. de fide libert.* Quod ſi ordo non pareat, aut ſortiri eos oportet. (*ſic optimus codex Florentinus, nam alii vulgo*: non appareat) *Virg.* 10. *Æn.* Cui pecudum fibræ, cœli cui ſidera parent. Et linguæ in lucrum & præſagi fulminis ignes. *Suet. in Octav. item in Calig.* abunde arbitror parere non potuiſſe ibi naſci Garum (*ſic in Turneb. ex v. c.*)

Paret res familiaris *huic vel illi.*

Patet *nunc vulgo fere dicunt. Sed* paret *quoque dixerunt olim quantumvis reclamante Stephano. Cic. l. 13. ep. L. Planco* Capitone utor familiariſſime, &c. præſto fuit & paruit & temporibus & fortunæ. (*ſic Victor. ex vetuſtiſſ. bibliothec. Medic. vulgo,* patuit) *Cic:* 13. *Philipp.* non igitur ſentis huic cauſæ orbem terræ parere (*ſic antiquiſſ. Vatican. c. teſte Muret. & Fœrn. Lamb.* patere *f. rectius.*) *Cæcilius in Plotio.* Cum fortunæ & res eſt, ut continuo pareat (*ſic ibi legend. poſtulante metro*) *Cic* 1. *off.* nec libidini potius luxuriæque, quam libertati & beneficentiæ pareat (*ſic v. l. vulgo*, pateat, *non recte.*) *ſic* 3. *Verrin.* Tunc quod videris, quod audieris, &c. cupiditatique paruerit, &c. (*ubi quidam malit*, patuerit, *non recte.*)

Parochus, parochæ.

Nonius à Græco ὄχημα, *h. e. vehiculo deducit, quia officii ſit generis, quod præbeat vehicula magiſtratibus. Suidas quoque à Græco* παρέχειν *q. una vehi. Sed Acro l. 1. ſerm. 5. à* παρέχειν, *h. e. præbendo, quia* parochos *ait eſſe* publicos muliones. *Cic. 3 ad Attic. ep.* 2. Omnino eum Sextus noſter parochis publicis occupavit. (*ſic l. v. quidam tamen habent,* parochus publicus, *idque probat Malaſpina, Lamb. & Boſius) vulgo eſt* parochiis publicis, *ut parochæ publicæ ſint eæ, quæ Latine dicuntur* Lautia. *Varr.* His a. omnia erant, idem ſacerdos, præter parochos, denique idem ſenatus, idem populi caput.

Parricida & parricidium.

De quolibet ſcelere dicitur, ſed graviore. Cic: 1. *de ll.* Sacrum ſacrove commendatum qui clepſerit, rapſeritve parricida eſto 4. *de finib:* qui arbitrabantur homines ſceleribus & parricidiis inquinatos nihilo inferiores eſſe. *ultim. Verr.* Facinus eſt vincire civem Rom. ſcelus verberare, prope parricidium, necare, &c.

Parricidatus, ûs.

Cœlius eo uſus, qui verbis inuſitatis delectatur, l. 8. *ep: Cic: Quinctil. l:* 1. *c.* 6. Neque enim turrinabundum & lurcabundum jam in nobis quiſpiam ferat, nec parricidatum, quod in Cœlio vix tolerabile dicitur.

Partibus multis melior.

Id eſt, multo melior. *Infinitis partibus longe melior, duabus partibus amplius, h. e. quod vulgo dicitur,* duplo plus. *Cic:* 1. *Verr.* qui ſi duabus partibus doceo te amplius frumenti abſtuliſſe, quam populo Rom. miſiſſe. *Idem* 3. *offic:* 3. *de finibus. Liv. lib:* 1. *ibi.* viribus nulla parte adjutus tantum veterani robore exercitus Rex Romanus vicit (*ibi Nonius legit* nulla arte, *ego:* nulla parte.)

Partes dare.

Eſt munus aliquod & adminiſtrationem rei cujuſpiam committere. Sic eripere partes *&* habere partes. *Quæ omnia tamen dicuntur propria fuiſſe publicanorum. Cic. pro Rabir.* Mittere in negotium, dare partes, re augere, fide ſuſtentare. *Idem in Vatin.* 2. *de Orat. Nepos in Alcibiadis vita:* Sentiebat ſe Alcibiade recepto nullius momenti apud

 exer-

exercitum futurum & ſi quid ſecundi eveniſſet, nullam in ea re ſuam partem fore.

Participia *quædam mire adjecta nominibus.*

Salluſt Iugurth Præterea alios ſuper vallum in monumentis locare, vigilias ipſe circumire, non tam diffidentia, futura quæ imperaviſſet, quam ut militibus exæquatus cum Imperatore labor volentibus eſſet. Cæterum ſupplementum eſſe latius decreverat, quia neq; plebi militia volenti erat (*ſic eum locum adducit Priſcian.*) *Tacit. l.* 1. ut bellum quibuſque invitis aut cupientibus erat, ſpe vel dolore accipitur. *& l.* 5 Hæc atque talia plebi volenti fuere. *&* 19 Cæteris remanere & in verba Veſpaſiani adigi volentibus fuit.

Parum multi: *ſicut*, aliquam multi.

Cic. pro Plancio. Sed ſi parum multi ſunt, qui nobilitatem ament, num iſta eſt noſtra culpa? *Id.* Mihi ad defendendum Plantium parum multæ, parum juſtæ neceſſitudines erant.

Parum *&* nimium, *adverſa.* zo veel. zo weynig.

Varr. 2. de re ruſt. c. 2. Furfur objiciatur modico, ne parum aut nimium ſaturentur.

Pater, *hoc eſt princeps in arte aut ſcientia.*

Cic. 2. de Orat: Ut ille pater eloquentiæ de ſe Iſocrates ſcripſit. *3. de nat. deorum.* Nihil igitur adfert pater iſte Stoicorum (*Zeno*) quare mundum uti ratione putemus *Lucret: de Epicuro l:* 3. Tu pater & rex inventor, tu patria nobis ſuppeditas præcepta. *Horat: l:* 1. *Sat:* 3. Non noſti, inquit, quid pater Chryſippus dicat.

Patere, *pro perſpicuum, planum fieri.*

Meſalla apud Agell: 13. *c:* 14. Et ut in commentario decimotertio. Tu ditani pater, quia imperium minus prætor, majus habet Coſ.

Patere.

Verbum uſitatum in rationibus ſupputationibus & tabulis accepti & expenſi. Cic: pro Roſc: com: non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi relatum confitetur, ſed in adverſariis patere contendit *Philipp:* 2. Ubi eſt ſepties millies ſeſtertium quod patet in tabulis.

Patientia, *pro* obedientia. *Contrar. impatientia.*

Plerumq, *hæc mendoſe commutata & malint alii,* parentia *à*, pareo. *Agell:* 1. *c:* 13. me ſi ſpes fefelliſſet, culpa impatientiæ & pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet. *Impp. Theodoſius & Valent l:* 1 *c: qui pro ſua juriſd:* Nec præcepto cognitione datum patientiæ accommodare cenſemus, *Caſſiod: l:* 3. *Var:* Atque ideo patientiam veſtram, &c. *Sic eum locum Cujac: reſtituit ex l: v:*)

Patientia, *fere quod*, duritia.

Cic: 2. *in Verr:* Jam vero hominum ipſorum judices ex patientia, virtus, frugalitaſque eſt.

Paullianus *dicunt vett: à Paullio, non* Paullinus, *ut vulgo loquimur.*

Valer: Max: l: 8. *c:* 11. Ubi de Pauli Æmilii victoria. Itaq; illi inclitæ Paullianæ victoriæ liberales artes Galli aditum dederunt. *Sic IC.* actio Paulliana, *à Paulo prætore*, ut Serviana, *à Servio.*

Paupertinus.

Vocabulum hoc ſæpe in pauperrimus *mutatum comperi. Utuntur eo poſteriores fere. Cic n. & alii antiquiores eo non ſunt uſi, ni fallor. Tryphon: in l:* 19 *§.* 1. *D de caſtr. pecul.* Perinde ac ſi Paupertinus facto teſtamento diſceſſiſſet (*ita lego, vulgo*, pauperrimus) *Agell.* 20. *c.* 1. Quod in jus vocato paupertino, &c. (*ſic v. l.*) *utitur eo quoque Plinius in præfat: ad* Titum, *paupertini ingenii.*

Peccare, *active, ſeu cum accuſandi caſu.*

Cic: pro Muren. Non multa peccas inquit ille. *Plaut:* Si unam peccaviſſes ſyllabam. *Terent:* Te plura in hac re peccare oſtendam. *Tacit: l:* 11. Sponte an coactus tam magna peccaviſſet, nihil referre. *Ovid:* 3. *de Ponto eleg:* 7.

Pecua, *h: e: pecora.*

Livius l: 35. In agris paſſim inundatis pecua ablata, villarum ſtrages facta eſt. *Plaut:* ſine ſquamoſo pecu.

Pecunia, *pro bonis, omnique patrimonio.*

Liv: 29 Familiæ aliquot cum mapalibus pecoribuſque ſuis (ea pecunia illis eſt) perſecuti ſunt regem, &c.

Peculiare.

Interdum opponitur ſive reſpondet publico *aut* communi. *Cicer: in frument:* Exoritur peculiare edictum repentinum. *Suet: in Galba.*

Pedes, ad pedes.

Elegans militaris phraſis, ad pedes deſcendere, ad pedes deſilire, *quod vulgo* de equo. *Liv: l:* 29. Itaq; omiſſa pugna equeſtri ad pedes Hiſpani deſcenderunt (*ſic v: c: vulgo* ad pedeſtram, *perperam.*)

Ante

Ante pedes poſitum.

Id eſt, volgare, omnibus obvium. *Cic*: 3. *de orat*: Id accidere credo vel quod ingenii ſpecimen eſt quoddam ante pedes poſitum.

Pedem ponere, *vulgo*, ferre, conſiſtere.

Cic: pro Cæcin: Ut intelligeres, ſi in fundo pedem poſuiſſes, &c. *&* 3. *Philipp.* Hodierno die P. C. longo intervallo in poſſeſſionem libertatis pedem ponimus. *&* 2. *Philipp.*

Pedibus trahere, *pro*, contemnere.

Elegantiſſ. phraſis & q. proverb. Cicer. ad Attic. Fratrem meum & te ſi habebo, per me iſta pedibus trahentur.

Penſi ducere, habere.

Pro, æſtimare, *putare, de cenſoria nota Val: l*: 2. *c*: 9. nec penſi duxerat iiſdem imaginibus adſcribi meretricis oculos, humano ſanguine delectatos, & regis Philippi ſupplices manus *(ſic leg: puto ex v. C. vulgo*: nec indignum penſi dux.*) Tacit. l*: 13. nam ut proximus quiſque Britannico neque fas, neque fidem penſi haberet.

Penſus, *pro, deliberato, maturo.*

Ulpian. l. 3 *§. quamvis, D. de adminiſt. tut.* Quamvis autem ei potiſſimam ſe tutelam commiſſurũ prætor dicat, utpote ſi pater minus penſo conſilio hoc fecit.

Peragrare per animos.

Eſt inſinuare ſe, *& verſari in illis, Cic*: 1. *de Orat.* Sed ita peragrat orator per animos hominum, ita ſenſus menteſque pertractat, ut non deſideret Philoſophorum deſcriptiones.

Percipere, *pro*, invadere, occupare, comprehendere.

Plaut: Audin' tu, ut deliramenta loquitur, quid ceſſas dare potionis aliquid, priuſquam percipitur inſania. *Lucret: l*: 5. Eſt etiam quoque uti non magno ſolis aëra percipiat calidis fervoribus ardor. *Idem*, his tibi me rebus quædam divina voluptas percipit atque horror. *Idem*, vitæ percipit humanos odium luciſque videndæ. *Idem*, percipit membra fervida febris.

Percuſſor, *abſolute: ſicut*, ſicarius, homicida.

Cic: 4. *Philipp: de M. Anton*: Eſt igitur, Quirites P. Roman. victori omnium gentium omne certamen cum percuſſore, cum latrone. *Liv*: 40. Utro mihi non inſidiatoris modo, ſed latronis manifeſti & percuſſoris ſpeciem induit.

Perduellio.

Perduellionem judicare alicui, perduellioni dicere diem. Vide ſupra, judicare perduell.

Per ego te!

Sic olim & jurisiurandi initium concipiebant. Liv: 23. Per ego te, fili, quæcunque jura liberos jungunt parentibus precor quæſoque. *Virg*: Turne, per has ego te lacrymas. *Vide Stewech. quæſt. Apuleian. pag*: 49.

Perficere, perfectus.

Ciceroni; aliiſq; ejus notæ ſcriptoribus verbum perficere *eſt, idem quod*, efficere, *aut* conficere. *Cic*: 4. *in Verr*: Habebit domi ſuæ candelabrũ Iovis è gemmis auro perfectum *& mox*: fuit apud Segeſtanos ex ære Dianæ ſimulacrum ſingulari opera, artificioq; perfectum. *Et* perfectus *non eſt illud, quod* τέλειον *Græce ſed idem quod*, effectum: *& fere participium eſt, non vero nomen: idcirco & adjici none aliquod huic verbo aut participio. ut*, arte & opere perfectum. *Videor a. obſervaſſe, Ciceronem vix habuiſſe Latina vocabula, quæ his Græcis* τέλειον *&* ἀτελὴς *reſpondeant. Vulgo quidem hodie multi dicunt*, perfectũ & imperfectum: *ſed hoc in Cic. nunquam, illud in ea notatione item, aut nunquam aut raro, vel ægre reperias Videtur tamen paulatim & tandem Cic.* τῷ perficere *pro* τελειοῦν *uſus, ut &* τῷ perfectus: *ſed ægre & raro.* Imperfectus *autem plane ſordidum & à veteri elegantia alienum: pro quo vet.* inchoatum, impolitum, acerbum, affectum *dicebant.*

Periculum, *pro*, judicio.

Cujus eventus plerumque anceps & periculi plenus. Cic: pro Arch In ejuſmodi perſona, quæ propter otium ac ſtudium minime in judiciis periculiſq; tractata eſt. *pro Milon.* Atque hunc ille vir ſummus ſcelere ſolutum periculo liberavit. *Quinct: l*: 2. *c*: 7. Paciſcendi ille piraticus mos, & imponentium periculis pretia.

Periculũ, *pro, experiẽtia, exploratione, periclitatione.*

Salluſt: inſt: Catil. Tum demum periculo atque negotio compertum eſt in bello plurimum ingenium poſſe. *Agell: l*: 13. *c*: 8. Et proinde ſæpe atque conſulere ex his, quæ pericula ipſa rerum docuerunt. & cæt.

Periculum, *pro, libello, commentariolo, aut ſcheda.*

Ita dicitur hoc verbum ſumi in t.C. de ſententiis ex periculo recitandis. Et ita putat Cujac. 5. obſer. 20. à Cic: quoque aliiſque. Hotom. tot. c. 10. l. 3. obſer. reprehenſo tacite Cujac. Cic. 3. Verr. de ſcribis. Ordo eſt honeſtus, quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet eſt vero honeſtius, quod eorum fidei tabulæ publicæ periculaque magiſtratuum committuntur.

Peritus *proprie* ἔμπειρος, *qui rerum uſum habet.*

Cic princ. orat. pro Balbo: Si auctoritates patronorum in judiciis valerent, &c. ſi uſus à peritiſſimis, &c.

Perjurare, *pro*, pejerare.

Ita interdum antiqui Plaut. ſæpiſſime. Horat. l: 2. ſat. 3. perjuras, ſurripis, aufers.

Permittere, *pro*, remittere: *quod vide.*

Liv: 2. Sed curæ fuit conſulibus ac ſenatoribus patrum, ut imperio ſuo vehemens manſueto permitteretur ingenio *(ſic ibi v. c. & olim editio Rhenan.* remitteretur, *quamvis ibi malim, ut* Imperium (*h. e. dictatura* permitteretur) *Ulp.* Debitori Reipub. à curatore permitti pecunias non poſſe. *l: 6. adigere. §. ul. D. de jur. patron. l: 2. de precib. Imp. offerend. Agell. 1 c. 3.* Tempeſtivius laxato paulum permiſſoque ſubtili juſtitiæ examine.

Permittere, *pro*, committere, commendare.

Terent. Heaut. Imo Syre, & me, & meum amorem & famam permitto tibi. *Horat.* permitte divis cætera.

Permittere, *pro*, longe-mittere.

Liv: 30. Primo barbari Segnius permittere equos. *Id. l. 29. & 40. Siſen.* Et inde equum concitatum princeps ad hoſtium permittit aciem. *Id.* multi præmiſſis armis ex ſummo ſe permitterent. *Lucret.* -- Tum fiſſa ferarum ungula quo tulerit quæſitum permiſſa canum vis ducit & hominum longe præſentit odorem.

Perorare, peroratio.

Hoc verbum dicitur Cic. primus effinxiſſe, eo certe timide & adhibito ſuo periculo quaſi προσποιητικῶς *utitur, pro,* concluſione, *ſive extrema orationis parte. 2. de Orat.* Tum autem alii concluſionem orationis & q. perorationem collocant, &c.

Perpellere.

Idem interdum, quod, perturbare, evertere, *quod quidam, cum non intelligerent, ſuis locis inſcite repoſuerunt, ubique,* percellere, *contra omnes libb. & antiquitatem. Cic. pro M. Cœlio.* Quid tumultuaris ſoror? vicinum adſpexiſti, candor hujus te & proceritas voltus oculique perpulerunt. *Plaut. Trin. 2. 2. v. 27. 28.* Si animus hominem perpulit actum eſt, &c. Si ipſe animum perpulit. *Epidic. 4. 1. v. 15.* Plane hic eſt, quod mihi in Epidauro primus pudicitiam perpulit. *(ſic ibi leg. puto vulgo,* pepulit) *Ulp. l. 1. §. ſed utrum, D. de ſervo corrupto.* Sed utrum ita demum tenetur, & c. perpuli ad delinquendum (*ita Pand. Florent. nam in aliis,* pepulit.)

Perpellere, *pro*, perſuadere, impellere.

Liv l. 29. Dum accenſum recenti amore Numidam literis perpellis, blanditiis. *Salluſt. Catil.* Ad hoc collegam ſuum, Antonium perpulerat, &c. *Et Iugurth.* Denique Aulum ſpe paſſionis perpulit.

Perpenſus, *pro*, conſiderato, accurato, exacto.

Sic tamen non qui optime, non etiam qui peſſime locuti, eo utuntur. Imp. Gordian. l. 7. C. de accuſ. Verum ſi falſis nec ne notoriis inſimulatus ſic perpenſo judicio diſpici debet: *Ammian Marcell. l. 25. extr.* Mediocriter eruditus, magiſque benevolus & propenſus, ut apparebat ex paucis quos promoverat, judices electurus. *Sed is &* perpenſare *dicit l. 19.* altis mentibus perpenſantes. *& l. 24.* Itidemque inſtantium obſidentium perpenſantes.

Perrogare.

Perrogare ſententias, h. e. omnes rogare. Perrogari leges & perferri *dicebantur, cum accipiebantur à populo. Liv. l. 29.* Perrogari eo die ſententiæ accenſis ſtudiis pro Scipione & adverſus Scipionem non potuere. *Valer. l. 1. cap. 2.* Traditas ſibi leges perrogabat. *Tacit. Suet. Plin. &c. vide Briſſon. formul. 37.*

Perſona.

A Cic. nunquam niſi pro eo, quod Græce σχῆμα *aut*

aut latiore ſpecies, nec aliter uſi ſunt Cicerone antiquiores Terent. Plautus, alii. Poſt ea pro eo, quod Cic. caput *vel homo, uſurpari cœptum: ut,* in ſenatu tot erant perſonæ, *pro,* tot capita, tot ſenatores. *Sic* caput liberum *dicebant vett. quod poſteriores,* liberam perſonam. *Reperio tamen & Servium Sulpitium Ciceronis æqualem* perſonæ *verbo uſum pro capite, niſi ejus verba à Neratio, qui ea adducit, ſint interpolata. l.* 8. *D. de condict. ſive* Cauſſ. *vide ſup.* periculum.

Perſpicere.

Id proprie de iis, quæ diligenter inſpicimus, bona ſint, nec ne recte facta, ut ſi equum empturus eum perſpiciat: ſi domum factam, an recte ſit facta. Cic. l. 5. *ep. Sextio.* Domum tuam atque ædificationẽ omnem perſpexi, & vehementer probavi.

Pertendere.

Pervenire, contendere ad id, quod cœptum eſt. Ter. Heaut. Video non licere ut cęperam hoc protendere. *Varr.* 4. *de ling. Lat. Cic. pro Balbo. Prop. l.* 2.

Perterritus, *pro,* remotus, expulſus.

Hircius de bell. Hiſp. Suo loco perterritus eſt, quod equites ex Italia, &c.

Pertimuit, *pro,* timuit.

Sæpius Cic: juncto hoc utitur, quam τῷ timuit, *ut &* infractus, *de quo ſup: pro Flacco:* repente teſtimoniis Fuſiorum recitatis homo audaciſſimus pertimuit, loquaciſſimus obmutuit *pro Cluent.* Miles qui locum non tenuit, qui hoſtium impetum vimque pertimuit, &c. 2. *Catil:* Catilina, pro ſe pertimuit, profugit. *Terent. Phorm. act.* 4. *ſc.* 2. Aut Phædriæ pater venit, ſed quid pertimui bellua.

Perturbare.

Sæpe idem quod, percellere, *ſive* proſternere, *aut* evertere, *ut:* perturbare arbores: *ſed fere magnum impetum aut multitudinem poſtulat, eam namq; per verbis junctum vim habet interdum, ut in* percellere, pervertere. *Cic:* 4. *ad Herenn.* Veſter enim animus, &c. præcipitem perturbetis ex ea civitate (*ita v.l:*) *Cæſ:l:*7. Fundis, Sagittis, lapidibus noſtros de vallo perturbare (*ita v.l.*) *Valer:l.*1.*c: ult: exemplo* 8. Cujus ex oraculo reddita vox eſt inventurum equum, ſed ut eo perturbatus periret.

Pervehi, pervectus.

De eo, qui nave ad locum aliquem pervenit: multis in locis depravatum. Cic: ad Quirit. poſt redit. Parva navicula pervectus (*ſic v. l. ubi vulgo,* trajectus) *differt à* pervehi. *Pervehi eſt ad ipſum uſque locum vehi:* provehi *eſt jam eſſe in medio itinere. Cicer. l.* 9. *ep:*18. *&* 2. *de off. Valer. l.* 1. *c.* 5.

Perverſitas.

Pro more aut facto plane abſurdo, inuſitato aut inſolente, quodque abhorreat plane ab conſuetudine inſtitutiſque civilibus. Cic. 1. *offic.* Sed ea quæ multum ab humanitate diſcrepant, ut ſi qui in foro cantet, aut ſi qua eſt alia magna perverſitas, facile apparet.

Pervidere.

Acerrime & acutiſſime intueri, ac perſpicere. Cic. 5. *de finib.* Intrandum eſt igitur in rerũ naturam, & penitus quid ea poſtulat, pervidendum. *Et* 3. *offic. Salluſt. Catil. Lucr. eo ſæpe utitur. Horat.* Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis.

Peſſum ire, *proprie de naufragio.*

Sic peſſundare, perdere, *&* peſſum premere. *Plaut. Rudent.* Num eum cum navi abjeciſſe peſſum in alto. *& Moſtell.* Quomodo peſſumire potuit. *& in Ciſtell. act.* 2. *ſc.* 1. *v.* 11.

Peſtilentia, peſtilens, peſtilis.

Ita inſalubritas agri dicitur, & peſtilis *à recentioribus. Cic. de L. Agrar. ad pop. Imp. Dioclet.* Idem obſervatur niſi peſtilis fundus, h. e. herbam lethiferam habens ignoranti emptore (*ita v: l.*)

Peſtis & peſtilentia.

Vett: plerunique cum de morbo loquebantur, peſtilentiæ *& non* peſtis *verbo utebantur. Interdum tamen peſtis verbo in eodem* ſignificatu *dicuntur uſi. Vide Collectanea noſtra in Lucretium.*

Peſtis perniciesque.

*Hæc duo ſæpe conjungi ſolent. Cic: Sulpit. l:*4. *ep:* 3. Me quidem etſi nemini concedo, qui majorem ex pernicie & peſte Reip: moleſtiam traxerit *&* 2. *offic. &* 1. *de divinat. Terent. Adelph.* Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium, perjurium, peſtis.

Petere aggerem, aquam, ollam, &c.

*Tacit. l:*1. Neque is miſeriarum finis, ſtruendum vallum, petendus agger. *Plaut. Trinum.* Staſim

ſim eteneme. Vin aquam tibi petam. *Et Aulular. Saluſt: Iugurth.*

Pharmacopola.

Olim nihil aliud erat, quam circulator, [Een Tantbreker.] *Qui vero Apothecarius vulgo*, Pigmentarius, *ni fallor, commode dici poterat. Cato contr Cœlium.* Ita eſt cupidus orationis, ut conducat qui auſcultet. *Agell: 1. c: 15. Hor: 2. Sat: 2. & Cic: pro Cluent.* Quid aviam tuam, & cæt. tum repente Acomitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum.

Philologus, *interdum idem quod* Latine doctus.

Cic: l: 13 ep: 12. ad Attic. Ergo illam ἀκαδημικὴν in qua homines nobiles illi quidem, ſed nullo modo philologi, nimis accurate loquuntur ad Varronem, &c.

Philologus à Philoſopho *&* Grammatico *diſtinguitur.*

Senec: ep: 109. Itaq; quæ Philoſophia fuit facta, philologia eſt, *& mox:* Cum Ciceronis librum de Rep. prætendit huic philologus aliquis, huic grammaticus, huic Philoſophiæ deditus.

Phrygianæ.

Veſtes à phrygionibus confectæ & auro intextæ. Senec. 1. de benef. vide Muret. Var. l. 11. c. 1.

Phylarchus.

Reguli Arabum & Saracenorum olim Philarchi *dicebantur, ut erudite & copioſe docuit Cuſpinianus in ſcholis ad Sex. Ruff. Cic: 15 ep. famil. Ammian. l. 24.* Malochus Pedaſatus nomine Phylarchus Saracenorum.

Piaculum, *pro, pœna.*

Liv: l: 29. Sed & nunc & ſæpe alias dea ſuam ſedem mutavit, aut à violatoribus gravia piacula exegit.

Piaculum, *pro, expiatione.*

Liv: l. 22. Quæque piacula iræ deorum eſſent, ipſos deos conſulendos eſſe.

Pigmentarii.

Exiſtimo fuiſſe eos, qui hodie apothecarii *dicuntur. Id maxime colligo ex loco pandectarum. Nam Marcianus ICtus in lib: 3. & ad L. Cornel. de Sicar.* Alio, *inquit*, ſc. effectum eſt, ut pigmentarii, &c. *Cic. l. 15. ep. 17. C. Caſſio.*

Pinnas alicui incidere.

Eſt premere aliquod, & aliquid alteri detrahere, ejuſque auctoritatem diminuere. Cic: l: 4. ep: 2. ad Attic: Verum idem T. Pomponi, idem inquam illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pinnas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. *Horat. vere ſimiliter* Me libertino natum patre & in tenui re majores pennas nido extendiſſe loqueris.

Pius, *pro clemente & humano.*

Terent. Hecyra. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphile. *Cic. 5. de finib:* An obliviſcimur in legendo quantopere moveamur cum pie, cum amice, cum magno animo aliquid factum cognoſcimus. *Hinc Antoninus Imperator dictus eſt.* Divus Pius *propter ſingularem clementiam.*

Pithaulus.

A πίθος & αὐλός: nam in vaſculis & cadis olim figebantur calami ſeu fiſtulæ, quæ inflatæ reſonabant, ut hodie in Organis. Ad hujuſmodi cados alluſit deſcribens nimirum pithaulum. Propertius in quadam elegia

Planus.

Eſt jactus aleæ, ut canis *Iſidor. l. 9 c. ult. Etymol.* Jactus quoque apud luſores vett. à numero vocabantur, ut unio, trio, quatrio, ſenio. Poſtea autem appellatio ſingulorum mutata, & unionem canem, quatrionem planum vocabant.

Plenus Orator, *h: e: copioſus. Contrar.* Jejunus.

Cic. 3. de Orat. Quod ſi quis erit, qui ductus opinione vulgi aut Antonium jejuniorem, aut Craſſum fuiſſe pleniorem putet.

Plenus inimicorum, ingenii.

Qui multos inimicos habet. ingenioſus. *Cic: de provin: Conſ:* Quis plenior inimicorum fuit, C. *Mario? pro Flacco.* adoleſcens ingenii plenus.

Plena, *h: e: gravida.*

Feſtus. Plena ſuæ Telluri ſacrificare ſolitum ſcribit. *Cic: 1. divin:* Atque etiam ſcriptum à multis eſt, cum terræmotus factus eſſet, ut ſua plena, & cæt. *Plaut. Amph.* Cum te gravidam, & pulchre plenam adſpicio, gaudeo.

Pleraque: *pro, in pleriſque rebus adverbialiter.*

Agell. 17. c. 19. Itaque ſi quis hæc duo verba cordi habet, eaque ſibi imperando atque obſervando caret, is erit pleraque impeccabilis & vitam vivet tranquilliſſimam.

Plus annum, *pro,* plus quam annum, plus anno.

Plaut. in Perſ. Cic. ad Attic. Liv. l. 40. Varr. l. 1. de re ruſt. c. 27.

Polire

Polire frumentum, *veſtes*, *agros*.

Feſtus: Polimenta dicebant teſticulos porcorũ, cum eos caſtrabant à politione ſegetum aut ve ſtimentorum, quam ſimiliter atque illa curentur. *Paullus ex Feſto.* Depoſitum, profectum: *quia omnes perfectiores antiqui* politiores *appellabant*.

Politus.

Latine is dicitur, qui Græce λαξευτὸς. Cic.l.2.ep.1. & 2. de Orat. vel quod ipſum oratorem politum eſſe hominem ſignificat.

Pomæſio minore finire.

Tralate Varro pro, minore ſpatio continere 1. *de re ruſt.* Video enim qui de agricultura ſcripſerunt, & latius vagatos quam oportuerit, &c. & eo melius feciſſe quoſdam qui minore pomæſio finierunt excluſis partibus, &c.

Pompa.

Eſt proprie tranſvectio ſolemnis, qua per urbem varia ſpectatu digna partim animalia, partim homines incedebant, partim cujus generis ſuppellex, aurum, argentum, pocula, &c. deportabantur, item deorum ſigna, tabulæ pictæ, quod inſtitutum Græcorum fuit proprium. Romani non utebantur Pompis niſi in triumpho. Equitum quoque ſolennis illa tranſvectio Romæ Pompa non incommode dici poteſt. Cic:l:5. Tuſc. In Pompa cum magna vis auri argentique ferretur. *Sic & Virg:* Solennes Pompas *dixit*.

Ponderibus examinare & librare.

Id eſt conſiderare. *Elegans & q proverbialis locutio. Cic:pro Planco:* Sed ego hoc meis ponderibus examinabo. *Liv. l.* 7. omnia librata ponderibus figerentur.

Pondera examinare.

Cic: in Orat: Ac tamen in hoc ipſo diligenter examinant verborum omnium pondera, reprehendit Æſchines quædam.

Ponere in lucro, *beneficio*, *honore*.

Cic:pro Cluent. Ut quæcunq; dicendi poteſtas eſſet data in honore atque beneficio poneret.

Pontificium, *pro poteſtate apud recentiores*.

Agell:l:1.c:13. Et re ſemel ſtatuta deliberataque ab eo, cujus id negotium pontificiumq; eſſet. *Ambr: l:* 2. Unius Pontificium Chriſti eſt, dare animis ſalutem. *Symmach: ſæpe utitur.*

Populus, *multitudo*, *turba*.

Ovid. in ep. Deianiræ ad Herculem. Nec tibi crimen erunt Theutrantia turba ſorores; Quarum de populo nulla relicta tibi eſt.

Portendere, *prædicere*, *præmonere*.

Salluſt. in Jugurth. Poſtremo omnes ſocii atque hoſtes, &c.

Portenta *pro abſurdiſſ. reb. verbis.*

Cicer:4. de finib. Quid Zeno? portenta hæc eſſe dicit, nec ea ratione ullo modo poſſe minui.

Poſcere.

Apud veteres interdum idem valet, quod ſpondere, *& in venditionibus vel auctionibus offerre pretium, pro* repolliceri *Plaut. Mercat. ſc. 3. Terent. Heaut.*

Poſt-deinde, *pro*, *deinde*.

Cic:l:2. ad Attic. Poſt deinde omnes illius partis auctores.

Poſſunt, *h:e: debent*: potuit *placuit:* debuit, *æquum & par eſt*, *oportuit*.

Cic:l:12. ep:15. ad Attic. Potuerit intercedi nec ne, nihil ad ſe pertinere. *& pro domo:* Senatus aliquid conſilii capere potuit. *& l:2. ep:9. ad Att:* Feſtive, mihi crede, & minore cum ſumtu, quam putaram, orbis hic in Rep: eſt converſus, citius omnino quam potuit. *Paull:l:4. ſent:tit:* 4. Nominatim ſervi teſtamento manu mitti ſecundum L. Fuſiam poſſunt. *h:e: debent. l:4. c: de in lit: jurando.*

Poſtremi, *poſteriores homines*.

Id eſt, mali, *pravi, viles, abjecti, humiles, nequam*. *Agell: l:1.2. c:17. Si ullam meretrix, &c. Ad hanc notitionem alluſit & Cicero in Catil. Philipp: 13. in fin.* Optatiſſimum eſt vincere; ſecundum eſt, nullum caſum pro dignitate & libertate patriæ non ferendum putare. Quod reliquum eſt, non eſt tertium ſed poſtremum omnium, maximam turpitudinem vitæ cupiditate ſuſcipere.

Poſt paulo, *vel*, paulo poſt.

Cæſar:l:7. de bell:gall. Ipſe poſt paulo ſilentio. *Liv:l:5.* Cum ſenatus poſt paulo de his rebus in Curia Hoſtilia haberetur.

Poſt homines natos.

Phraſis elegans vett. Cic. pro domo. Id quod mihi crimini dabatur non modo peccatum non erat, ſed erat res poſt homines natos pulcherrima. *Sic pro Milon. & XI. Philipp: aliiſq; in locis eſt locutus. Lucull:* Fortiſſimus multo Poſt homines natos gladiator qui fuit unus.

Poſteritas.

Hodie tantum de iis qui poſt nos ſive nobis mortuis naſcentur Cum à veteribus de quolibet tempore conſequenti aut futuro nobis eſſe ſuperſtitibus dicatur. Cæſ. 1. *de bell: civ.* Proinde hanc rationem poſteritatis & periculi ſui. *Cic. in Catil:* non vereor, ne quid parricida civium interfecto mihi invidiæ in poſteritatem redundet.

Poſteriores.

A Cic. dicuntur, qui plerunque recentiores. *In Bruto:* Nec acumine poſteriorum,nec flumine utens ſuperiorum. *& 2. de vet. Rhet. & 2. de finib.*

Poſtero die , anno.

Id eſt, ſequenti die,*ut vulgo loquimur. Cic. pro Muren.* Ne poſtero die comitia haberentur. *& ſæpe.*

In ſua poteſtate eſſe, *h: e: ſibi imperare.*

Cic: Phil: 6. Facile vero huic denunciationi parebit,ut in patrum conſcriptorum atque in veſtra poteſtate ſit, qui in ſua nunquam fuerit.

Potens *pro eo, quod vulgo,* potiens.

Liv: l: 1. Juvenem jam eſſe dictitans ac regni potentem. *Val. l 6. c. ult. Tacit.* An ipſe imperii potens, an filius privatus eſſet.

Potiri rerum, *pro,* dominari, *principem eſſe.*

Cic: in Lucill: Cleanthes qui quaſi majorum gentium eſt Stoicus,Zenonis auditor,ſolem dominari, & rerum potiri putarit. *Lucret. l:* 2. ad ſummas emergere opes , rerumque potiri.

Potiri hoſtium.

Mira & antiqua phraſi dicitur is , qui ab hoſtibus capiatur. Plaut. in Capt ICti ſæpe utuntur hac phraſi, l: 15. *Ex quibus cauſis major. l:*11. *de captiv. l:*12. *§. codicilli.* C. *l:*22. C. 1. *facere de teſtam. milit.*

Potentatus , ûs.

Liv. l. 26. At ille cum ab re averſus,tum æmulo potentatus inimicus rem Hannibali aperit.

Pro ſano facere , loqui , *pro,* vano.

Liv. l. 39. Primum adeo incredibilis viſa res,ut non pro vano modo,ſed vix pro ſano nuncius audiretur. *Propert.* Neu tibi pro ſano verba benigna cadant. *Cæſ:* 5. *bell. Gall.* nihil hunc ſe abſente pro ſano futurum arbitrabatur , qui præſentis imperium neglexiſſet. *Plaut.* pro ſano loqueris,qui me meo appellas nomine.

Præbere: *obſcœnum.*

Ut fœmina præbet, quæ obſequitur, ſuique copiam facit, in ipſa inquam re Veneris. Sic etiam dare. *Ovid.* 2. *de art: in fin:* Odi quæ præbet quia ſit præbere neceſſe. *in Priap:* caput hic præbeat, ille nates.

Præbitores.

Proprie videntur in conviviis miniſtri fuiſſe, hinc & ipſum præbendi *verbum ita uſurpant. Cic:* 2. *de offic:* An tu id agis, ut Macedones regem non te ſuum ſed miniſtrum & præbitorem putent?

Præcantatrices.

Idem quod ſagæ, incantatrices,*ſeu* cantatrices. *Plaut: Milit:* Da quidem Quinquatrib. præcantatrici conjectrici,& cæt: *ſic apud Non:* Præcantatrix *non* præcantrix *legendum puto. Vetus comm. ad illud Horat:* 1. *Od:* 27. Quæ ſaga &c. Sagæ,*inquit,* ſunt præcantatrices , quæ vel accerſere hominibus mala poſſunt, vel expellere carminibus.

Præcidere.

Paucis verbis aliquid complecti: [kort maken,] *dicitur &* præcidere brevi. *Cic: de ſenect:* Quid de pratorum viriditate,aut arborum ordinibus, aut vinearum ſpecie plura dicam? brevi præcidam. *In Lucull:* Præcide, ſtatue aliquando quod lubet.

Præcipere, *antecapere, præoccupare.*

Liv: 3. Nec ex quo caſtris caſtra conlata ſunt, &c. *&* 32. Ipſe quinqueremibus expeditis Piræeum præcepit.

Præcipitare , *de tempore.*

Ut, hyems præcipitat,*h: e: ad finem vergit. Sic* ætas præcipitata. *Cæſ:* 3. *bell. civil.* Multi jam menſes tranſierant, & hyems præcipitaverat. *Virgil:* Et jam nox humida cœlo præcipitat. *Cic. l.* 11. *ep.* 28. *ſic* magiſtratus præcipitat,*h: e: ad finem ſpectat. Cic: pro domo. vide infr.* Retexere.

Præeſſe , *magiſtratui , muneri alicui.*

*Pro eo,quod eſt,*gerere,*&* obire,*ſatis mira phraſi Cic:* 1. *de legib:* Nec vero eos,qui ei muneri præfuerunt univerſi juris fuiſſe expertes exiſtimo. *Cæſar. de bell. gall.* Convocatis eorum principibus,&c. qui ſummo magiſtratui præerunt (*ita de conjectura reſtituendum putavi.*)

Præfatus , *fato prædeſtinatus.*

Verbum rarius. Senec: 5. *de benef: c:*17. Quis non recuſans,quis non gemens exit? atque ingrati eſt, non eſſe contentum præfato tempore.

Præferre diem.

Id eſt, diem anticipare aut repræſentare. Liv. l. 39.

Trium

Triumphare menſe Januario ſtatuerat, ſed cum audiſſet Conſulem Æmilium literis Aburii Tribuni plebis, acceptis de remiſſa interceſſione, & præfuturi triumphi diem.

Præfluere, *pro*, præterfluere.

Liv: l: 1. Quidnam paras inceſte ſacrificium Dianæ facere? quin tu ante vivo profunderis flumine? infima valle præfluet Tyberis.

Præhibere, *pro* præbere.

Plaut. Menæch: Ancillas, penum recte præhibet. *Ib:* cibum præhibere. *Ib:* cur ego veſtem, aurum, atque ea quibus eſt vobis uſus, præhibeo? *vide Lexicon Plautinum Parei.*

Præmunire, *pro, munitionem objicere.*

Liv: l: 31. Alia arboribus oblatis ita ut locus poſtulabat aut maxime ſuppeditabat opere præmunit.

Præripere.

Sæpe hoc verbum pro præcipere, *& contra poſitum. Videntur autem ea duo idem valere interdum: nempe*, anticipare, præoccupare. *Cic: l:* 1. *off.* præripere hoſtium conſilia (*in v: l:*) *Liv: l:* 3.

Præſes, *pro, in præſidio poſitus, cuſtos.*

Neq; aliter à vett. hoc verbum uſurpari ſolet. Nam quod vulgo nunc eum, qui primum locum in conventu aut conſilio tenet, præſidem *vocant*, *barbarum eſſe puto. Vett:* principem *dicebant. Sic* præſidere, *pro, cuſtodiam curamque gerere, ac tutelam, tueri ac defendere. Cicer: plerunque* præſidis *&* cuſtodis *nomine conjungit.* Deos præſides urbium *vocat*, ſenatum Reip: *Phil:* 5. Gallia quæ ſemper præſidet atque præſedit, huic imperio. *Liv: l:* 23. Siciliam ac Sardiniam, quæ ante bellum, &c.

Præſidium.

Pro pecunia præſidii cauſa ſepoſita quod peculiũ *dici ſolet. Plaut.* marſupium hunc inibi paulũ præſidii. *Celſus in l:* 29. §. 1. *D. de leg:* 3. *Plaut. Querol.* Ut ſi quid tibi ſpei ac præſidii eſt, totũ auferunt.

Præſtringere.

Verbum hoc an perſtringere *ſit ſcribendum ſatis explicatum adhuc non fuit, ſunt hodie, qui neutrum eſſe rectum putent, & eorum loco ubique reponunt,* præſtinguere, *ab antiquo* ſtinguo, *à quo &* exſtinguo, *&* diſtinguo *Qui id tamen non argumentis, ſed clamoribus & convitiis ſæpe iteratis aliis probare contendunt. Præter quod ex Aſcon. in Divin: adfert Lambin: l:* 3. *Lucretii ad hæc verba Ciceronis:* at illud præſtringat aciem: *vel à præſtigiatoribus tranſtulit verbum, vel à tyronibus qui ignari & rudes pugnæ, etiam vano armorum ſonitu terrentur præſtrictis luminibus. Nam Nonius plane illi repugnat. Ego* præſtringere *ſolum hic recipio, in hac inquam notione. Neq; tamen nego,* perſtringere, *pro,* valde ſtringere *accipi. Sed tamen nondum legi.* Præſtinguo *autẽ olim in uſu quoque fuiſſe, pro* fallo *aut* induco *&* precludo. *Unde* præſtigiæ *dictę videantur. Sed nec hęc tamen uſquam legitur. Quare cum non temere cudenda ſint nova vocabula, pręſertim in ſermone alieno & externo, uſitatum antiquum* præſtringere, *pro præcludere, & metalepſi quadam obſcurare, & caligine inducere, loca ſcriptorum varia ex libris ſcriptis teſtantur. Idem verbum* diſtinguere *de quo ſupra id quoq; evincit. Nam ut à* claudo, *hęc deducta,* prę cludo *&* diſcludo, *& id genus alia variam notionem habentia: ita &* perſtringere *&* diſtinguere *in tralatiore notione, ut:* diſtringere aciem oculorum *h: e: aperire. Et* pręſtringere *claudere, etſi fortaſſe à gladio ſtringendo ductum eſt, cujus fulgore oculi velut obtenebrentur. Quod Plauti loco in Milite indicare videtur. Prętere a Ammian: l:* 16. Præſtringendi *verbo utitur de hoc, cũ Cęſarem ait fuiſſe pręſtrictum. Agell: l:* 11. *c:* 13. Ne vos facile præſtringeret, modulatus antiquam currentis facundiæ ſonitus. *Cic: in Caton: Major.* Mentis, ut ita dicam, præſtringit oculos. *Et initio Philipp.* 11. Quod videbam equidem, ſed quaſi per caliginem præſtrinxerat aciem animi. Præſtringere *quoque interdum idem fere, quod*, attingere *Symmach: l:* 7. *ep:* 15. In oculis eſt venantibus mare, celebri itinere villa præſtringitur. *Vide de hoc verbo plura in Lexico Plaut. Parei.*

Præteriens.

Prętereuntes agere dicuntur id quod vulgo obiter. *Curius:* Nemo poteſt uno adſpectu neq; præteriens in amorem incidere. *Cic: l:* 1. *Vet. Rhetor:*

Præter, *pro,* præterquam, præter quod.

Pręciſe eſt adverbium, qua in re lapſus eſt Priſcian. qui præter *pro* fine *accipit, & ablativo jungi vult. Sall. Catil.* Cæteræ multitudini diem ſtatuit, antequam ſine fraude liceret ab armis diſcedere præter rerum capitalium condemnatis. *Apul.* 4.

Metamorph. Nam præter quod diuturnæ quietis imagines falſæ perhibentur: tum & nocturnæ viſiones contrarios eventus nonnunquam pronuntiant.

Præter cæteros, *h:e: præ aliis, ſuper alios.*

Ut, præter cæteros doctus, *h:e: omnes alios, ſuperat doctrina.* *Cic: 1. de leg:* Et præter cæteros in omni religione impii. *Cic: in Lœlio, cum de ſene Catone loquitur*, qui & ipſe diutiſſime ſenex fuiſſet, & in ipſa ſenectute præter cæteros floruiſſet (*ſic ibi in 4. Vett. lib. reperi, vulgo*: præ cæteris, *quod gloſſam ſapit.*)

Prætextatus ſermo.

[*Quis ille fuerit, non ſatis vulgo notum puto. Paullus ex Feſto ait eſſe eum, qui nihil obſcœnitatis habet, qua in re lapſum eum exiſtimo: imo docebo, prætextatum ſermonem aut verba eſſe obſcœna & turpia, quæ eadē & nupta dicebantur. Inductus fuit Paullus quod Feſti verba ſatis eſſent obſcura. ex quorum fine tamen apparet; prætextata eſſe obſcœna. Suet: Veſp: c: 21.* Erat enim dicacitatis plurimæ & ſic ſcurrilis ac ſordidę ut ne prętextatis quidem verbis abſtineret *Agell: l: 9. c: 10* Tot vero & tam evidentibus ac non tam prętextatis, ſed puris honeſtiſq; verbis.

Præverbia.

Quæ vulgo præpoſitiones *in Gram. Varro 3. de L.L.* Conſuetudo autem communis, quæ cum præverbiis conjuncta ſunt, etiam nunc ſervat, *ut,* adſpicio, conſpicio, reſpicio, &c.

Pranſus *ac paratus.*

Quaſi proverbiali dicendi genere idem valent quod tamen paratus & inſtructus: à re militari ſumpto: Cato Orig: Exercitum ſuum pranſum paratum. *Var.* Quare ô Marce, pranſum ac paratum eſſe hoc minime oportet], *apud Non. apud quem etiam Varronis Salura hoc indice.* Pranſus-paratus *adfertur.*

Precium facere.

Pro ſtatuere, & imponere. Plaut. Perſ: indica, fac precium. *Var. de re ruſt. 2. c. 11. l. arbor D. communi dividund. l. 41. §. agri D. legat. 3. Martial. l. 1. epig. 87. Propert. 4. eleg. 5.*

Premere: *verbum venatorium.*

Premere feras *dicuntur venatores, aut canes; qui inſtant feris. Virgil.* Aut ſpumantis apri rurſus clamore prementem. *Idem.* Ingenti clamore premes ad retia cervum.

Prenſio, ſive, præhenſio, *&*, comprehenſio.

Vulgo Arreſtum *debitoris fugientis, aut alterius de fuga ſuſpecti: Cęſar vero* prenſionem *vocat, cum operarii aut Męchanici aliquid attulere volentes uno ſtudio & opera manus omnes admoveri: aut potius pro Machina quadam uſus eſt eo verbo, qua quid apprehendimus & tentamus. 2. de bell: civ.* [Alii prenſionem ad ædificandum ſibi locum expediebant.

Pridie.

Videtur interdum tempus præteritum, incertum longiuſque, quam vulgo putant, ſignificare, idq; fere valere, quod prius, ante, *aut*, paullo ante. *Sed de brevi tamen tempore Marcell. l. 10. §. ult. D. de fideic. libert. Cic. ad Att. l. 9. ep. 8.* ad tuas omnes reſcripſeram pridie.

Primæ Kalendæ: Idus, &c.

Pro proximis futuris. Ita ſępiſſime IC. loquuntur. Liv: l: 23. Ante Kal: Junias primas in urbem, &c.

Primus homo: *vulgo fere,* primarius.

Cic: in Verr. ult. Statui egomet mihi modum orationi meæ & C. *Ninnitorio equiti Romano primo homini* (*ſic ibi v. l. vulgo*, primario.)

Principia. *Vide Stewech. ad Veget. p. 60.*

Locus in caſtris dicitur ille, ubi Imperatoris erat tabernaculum. Val. l. 1. c. 6. Mœſti & taciti milites ad principia convenerunt. *Varro in ruſt. l. 3. c. 4. initio*

Prior, *pro, proxime præcedenti.*

Sic, prioris anni conſulē, *priorem conſulem, quem* anteceſſorem, *aut* deceſſorem *vocant; olim dicebant Liv: l. 41.* Prætori prioris anni ad ædem Bellonæ ſenatus datus eſt. *& l: 7.* Ad bella nova priore anno deſtinata Volſci quoque novi hoſtes exorti.

Privare injuria.

Satis nova ratione videtur dixiſſe. Cic. pro eo, quod prohibere injuria, *ſic,* private foro, curia, urbe, *aliquem, de leg. Agrar.* Non n. hac exceptione unus adficitur beneficio, ſed unus privatur injuria (*ita o. l. ſed Lamb.* prohibetur *ſuppoſuit: male*) *Terent. Phor.* Pamphilam ne hac urbe privari ſines?

Priſtinus.

Pro eo quod prioris eſt, aut proximi diei. Cic. 1. de Ora. Ibi ut ex priſtino ſermone relaxarentur animi omnium ſolebat Cotta narrare.

Pro. *Vide ſupr.* ante præbere. Pro ſe quiſque.

Id eſt, quiſque pro virili ſua, certatim. Magnam

vehe-

vehementiam, impetum ac celeritatem continet. Plaut. Amphit. de milit. Pro ſe quiſque id quod quiſque poteſt & valet edit. *Cic.* 1. *in Ver.* Clamor interea fit tota domo, &c. *Item* 1. *de Orat.* pro ſe quiſque officio & ratione oratoris diſputabat (*ſic eum locum reſtitui, qui in v.l. varie legitur.*) *Vide Lexicon Plautinum Parei: ejuſdem Analecta Plautina: ubi contra Ianum Gruterum adſeritur, & explicatur ea formula.*

Probare.

Cic. non eſt uſitatum, niſi pro adprobare, *Pro, fidem aut planum facere, non item alii tamen ita ſunt uſi. Liv. l.* 29. Et quem C. Claudio. M Livio eos cenſores cenſum eſſe probaſſent ſocii. *Cicer. uno verbo* docere *fere utitur.*

Procedere, *idem quod*, prodeſſe.

Scipio apud Agell. l. 5 *c.* 19. Filiū adoptivum, tam procedere, quam ſi ſe natum habet, *h. e. utilem eſſe patri ad ſuffragium ferendum.* In alia tribu pater, in alia filius adoptivus ſuffragium ferebat.

Procedere pulcre.

Ita quis dicitur, cum quo bene actum eſt: cui ſecunda omnia evenerunt. Terent. *De Syro manumiſſo.* Ædepol Syre proceſſiſti hodie pulchre.

In procinctu.

Dubitari poteſt. an quis etiam tum dicatur in procinctu eſſe, vel agere quid, cum in acie ſtat. An vero cum in bello eſt, h. e. toto belli tempore tam in acie quā in caſtris. Quia ſic loquitur Aur. Victor. in Auguſto: Liberalibus ſtudiis præſertim eloquentiæ in tantum incumbens, ut nullus ne inprocinctu laberetur dies, quin legeret ſcriberet, &c.

Proclinata res, *h. e. inclinata.*

Cæſ. ad Cic. l. 10. *ep. ad Att.* Et pro noſtra benevolentia petendum, ne quo progrediaris proclinata jam re.

Procurare.

In re divina utebantur Romani & procurare *apud Cic. quod quidam non recte mutant. SCtum vetus apud Agell. l.* 4. *c.* 6.

Procul, *pro*, à longe.

Liv. l. 44. *extr.* Muro urbis conjuncta procul videtur *&* 35. In confinio Lyciæ & Pamphiliæ, &c.

Prodere diem.

Idem, quod, prorogare *aut* proferre. *Ter. Andr.* Credo impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptiis prodat dies. *ubi Donat. adfert hoc Lucilii.* An porro prodenda dies ſit. *& Terent. ibi mox*: ſaltem aliquot dies proferet.

Prodicere diem.

Varro 5. *de LL.* Hinc illa, indixit bellum, indixit funus, prodixit diem, addixit judicium. *Cic. pro domo.* pro dicta die, &c.

Prodicere, *pro*, prædicere.

Ita dicebant vett. ut promittere, providere. *Sed omnia vulgo mendoſa, in v. l. recta. Agell.* 12. *c.* 13. *Feſtus*: prodigia, quod prodicunt futura. *Liv. l.* 25. ob id caſtigatus ab Hanmone &c.

Producere.

Verb. funebre. Donat. in Adelph. act. 4. *ſc.* 2. paulatim hunc producam diem.

Profanare.

Pro dedicare *aut* conſervare, θύειν. *Notio plane contraria uſitata, Sabin. l.* 1. *memorabilium.* M. Octavius Herennius prima adoleſcentia tibicen, poſtquam arti ſuæ diffiſus eſt, inſtituit mercaturam, & tamen re geſta Decimam Herculi profanavit. *apud Macro. l.* 3. *Satyr. c.* 6.

Proferre, *pro*, differre.

Terent. Andr. act. 2. *ſc.* 5. Saltem aliquot dies profer nuptias.

Proficiſci: *de rebus inanibus.*

Pollio ad Cic. Sed ut rationem ineo, quo die prælia Panſa commiſit, eodem à Gadibus naves profectæ ſunt.

Profligare, profligatus.

Agell. Sulpitium Apollinarem ſecutus doctiſſimum Grammaticum. l. 15. *c.* 5. *reprehendit eos qui ſua ætate* profligandi *verbo &* profligato *uterentur, pro eo, quod*, pœne confectum: *vel*, adfectum *dicitur.* Profligare *n. cum ab affligendo, & ad perniciem interitumque deducendo tractum ſit, ſemper apud vett. qui diligentes locuti ſunt, valere idem, quod* prodigere, prodere, & res profligatas *idem quod* perditas: *M. Anton. Muret. in notis ad Senec. Agell. reprehendit, aitq, vett. in quibus & Ciceron: verbo* profligandi *uſos eſſe pro adfecto aut pene confecto. Puto hanc controverſiam ita minui poſſe, ſi dicamus Cic: & alios ejuſdem notæ ſcriptores hoc verbo uſos fuiſſe plerunq; pro* perdito: *interdum tamen & pro* adfecto, *ſed in rebus:*

in rebus aut negotiis tantum, vel actionibus, iiſq; fere aſperis & duris, ut in bello, quęſtione, aut controverſia: nunquam vero in aliis rebus, ut in ędificiis, tempore, ętate. Non n. dicebant profligatam domũ, *templum, diem, ęſtatem, librum, pro* pœne abſoluto. *quo tamen modo loquebantur tempore Agellii, quos eo nomine Agell. reprehendit. Fateor quoque vett: quoſdam, in quibus & Cœlium, Senecam, alioſq; recentiores quoſdam verbo hoc uſos pro* adfecto: *ſed vett: eos qui diligentius locuti ſunt, imitari malim. Prioris notionis auctoritates non adfero, ut notas. De altera hę ſunt: Cic: l: 12. ep. 30.* profligato bello ac pœne ſublato renovatum bellum gerere conantur. *& orat. de priori.* Si in Capitolium invehi victor, &c. nos tamen oportet ab eodem illa omnia à quo profligata ſunt, &c. *Tuſcul. 5.* Profligata jam hæc & pœne ad exitum adducta quæſtio eſt.

Profunda avaritia: *pro, extrema.*

Salluſt. Iugurth. Romanos injuſtos profunda avaritia communes omnium hoſtes eſſe.

Prolixe, *h. e. longe, liberaliter, copioſe.*

Cic. pro Flac. Id non ſolũ fecit, ſed & prolixe cumulateq; fecit. *Pro domo:* neque ille tot ſuſpicionib: certorum hominum, tam prolixe pollicitus.

Promovere.

In honoribus hodie vulgo uſitatum: Vett. non item Ciceroni producere, augere. *Lucanus tamen ſic uſus videtur l: 6.*

Promontorium: *à, prominendo.*

Liv. l. 37. Et poſteaquam ſperavere Rhodii promontorium quod ab fida promovet in altum.

Prona virtuti.

Id eſt, quę obtinentur per virtutem, ut illa noſtrę virtuti ſint prona, h. e. cedant. Salluſt. Iugurth.

Pronunciare: *interdum*, promittere.

Cic: pro Cluent: Hujus ſtatim perſona populo tam nota atq; perſpecta ab nulla turpi ſuſpicione abhorrebat: ſuppreſſam eſſe ab eo pecuniã quum pro reo pronunciaviſſet. *Suet: Calig:* pronuntiatoq; militi donativo centenis viritim denariis. *& in Cęſ.* Munus populo epulumq; pronunciavit. *c: 19.*

Procœconomia *quaſi* præmunitio.

Servius 3. Æneid: Et nunc æquali tecum pubeſceret ævo. Pubeſceret ævo, *inquam*, ut etiam in ſecundo diximus, procœconomia eſt.

Propala.

Latine dicitur is, qui vulgo vendit, & qui propalam velut ante-palam aut de palo pendentes merces hab. & vendit. Vide Turneb: ſed verbum hoc ubiq; fere mutatum eſt in propola. *Et ſic cum vulgo vocant magno errore.* Propola *enim Græca vox eſt, valetque idem quod* proxeneta *teſte Polluce. Cic: in Piſon: Iuſt: init. l. 35.*

Propatulum, *domus ædium.*

ὕπαιθρον vocant. Liv: l. 24. Apparata convivia omnibus in propatulo ædium fuerant. *Id. l. 25. & 26. Cic: apud Colum: 12. c: 1.*

Prope abeſſe ab aliquo.

Ita vett: pro, non longe abeſſe. Cic. 1. Tuſc: Antiquitate: quæ quo propius aberat ab ortu & donum progenie, hoc melius ea fortaſſe quæ erant infra cernebat. *Id. de Senect:* Quod mortem melius mihi cernere videar, quod ab ea propius abſum.

Prope, proximus, *cum accuſativo.*

Admonet Priſcian. l. 18. Salluſt. Catil. Quod tamen vitium *(ambitio)* propius virtutem erat. *& Iugurth.* propius mare Affricum agitabat. *Ibid.* ipſe propior montem cum omni equitatu & peditibus delectis ſuos conlocat. *Ib.* In dextro latere, quod proximum hoſtes erat *(ſic recte v. l.)* & ſupra proxime Hiſpaniam Mauri ſunt: *Hircius 8. bell. gall.* alter quo propior hoſtem in vallo conlocatus eſſet, &c. *Cic:* ut cum ſuis copiis quã proxime Italiam ſit: & alibi habens exercitum quam proxime hoſtem.

Proponere.

Interdum idem quod, præmunire, *vulgo barbarice quidem,* præmittere. *Cicer: l. 11. ep. ad Mutium.* Trebatius detulit ad me querelam tuam, de qua priuſquam pauca proponam.

Proprie.

Pro, peculiare, *& quod etiam Latine dicitur,* privatim, *vulgo:* ſpecialiter. *Brut. ad Cic.* Ego etiam mi Cic. proprie familiariterq; te rogo, ut animo veterem ames &c.

Proſus, a, um.

Proſa oratio, *h. e. recta, non inverſa: quæ metri lege ſoluta eſt.* Proſum *enim antiqui pro* ductum *dicebant &* rectum. *Unde Varro ait apud Plaut.* Proſis lectis *ſignificare* rectos. *Unde etiam quæ non eſt perplexa*

lexa numero, ſed recta, proſa oratio dicitur, in re-
tum producendo. Alii proſum aiunt dictum ab eo, quod ſit protuſa, vel ab eo, quod ſpatioſius proruat, & excurrat, nullo ſibi termino præfinito. Hæc videntur eſſe antiqui alicujus Grammatici. Scripſit ea ex C. quodam, in quo varia erant fragmenta. Plaut in Ep. 4. ſ. v. 12. qui homines alienos domi, atque argentum egurgitem domo proſum (ita v. l.) Agell. 10. c. 4. & 19. c. 7. ex proſæ orationis (ſic v. l. vulgo exploſæ.)

Proſcribere.

Eleganter uſi ſunt, ut, hic liber, hæc tabula, hoc monumentum tuo nomine eſt proſcriptum, h. e. nomen tuum continetur in fronte libri. Cic. 5. in Ver. Quam legem non is promulgavit, cujus nomen proſcriptũ videtis (ibi male prẹſcriptum ponunt.)

Proſcribere, h. e. palam ſcripto proponere.

Cic: modo laudato loco. Huic & proſcriptiones cum quid publice vendendum proſcribitur, vel etiam qui occidendus. Cic: pro Flac: Condemnatus eſt Polymocrates ſententiis omnibus, vetitæ venditiones vetitæ proſcriptiones.

Proſcribere tabulam.

Pro, tabulam proponere inſcriptam, ſeu in qua aliquid venale ſit inſcriptum, quæ mira eſt phraſis. Cic: l. 2. ad Q. F. ep. 5. & tabulam proſcripſit ſe familiam. Tacit: l: 13. quod edixit Princeps.

Proterrere, h. e. expellere abigere.

Nam terrere quoq; ſubmovere valet. Ter. Heaut. act. 3. ſc. 1. proterruiſti hinc meretricem.

Proventus, pro ſucceſſu proſpero.

Cæſ. 2. bell. civ. multum ad hanc rẽ probandam adjuvat adoleſcẽtia, magnitudo animi, ſuperioris temporis proventus, fiducia rei bene gerendæ.

Proxima via, h. e. compendiaria.

Cic: 2. offic. Quanquam præclare Socrates hanc viam proximam ad gloriam & quaſi compendiariam dicebat eſſe.

Prudentia.

Cic. ſæpe utitur pro ſapientia, h. e. ea quæ in contemplando poſita eſt, facultate ſuprema ſicut φρόνησις pro σοφία interdum ponitur.

Publicum, pro vectigali publico.

Eo ita Cicero, & maxime recentiores Cicerone ſcriptores uſi videntur. Val: l. 6. c. 9. Aufidius cum Aſiatici publici exiguam admodum particulam habuiſſet, poſtea totam Aſiam pro conſulari imperio obtinuit (ita v. l. ut & Pighius admonuit) Tacit: Ergo dices princeps ut leges cujuſq; publici occulte ad id tempus proſcriberentur.

Publicum Populi Romani.

Liv. l. 31. Decreverũt patres, ut M Junius prẹtor urbis, ſi ei videretur &c. quæ ejus public: populi Romani eſſet metiendo dividendoque crearet.

Publicus populi Romani.

Publica populi Romani dicuntur, quæ populo Romano fiunt aut ſunt publicaque manent, non privatim civium Romanorum fiunt aut ſunt. Liv l. 26. Opifices ad duo millia hominum erant, eos publicos fore populi Romani edixit (ita ibi legendum, non ut Wolffius, populo Romano) Cic. in 6. in Verr. Eſt peculatus quod publice populi Roma. ſignum, &c. (ſ. leg. publicum.)

Pudor.

Interdum idem quod, pudicitia olim valuit: hoc etiam doctos quoſdam hac ætate fefellit, meo judicio, qui pudoris verbum pro verecundia acceperunt. Et hinc eſt, quod Cic. fere hæc duo, pudor & pudicitia, pudens & pudicus conjungit. Cic. de Aruſp. reſponſ. An ex ſororis cubiculo egreſſus pudorẽ, pudicitiamque dependat. Pro Cœlio. Eum non pudor, non pudicitia à cupiditate revocavit. Cornel. Nepos apud Lactantium de Philoſophis: Video enim magnam partem eorum qui in ſchola de pudore & continentia præcipiunt.

Pulcre eſſe alicui, h. e. bene agi cum aliquo.

Cic. de nat. deor. Propone apud oculos Deum nil aliud in omni æternitate cogitantem, niſi mihi pulcre eſt, & ego ſim beatus. Catull. Eſt pulchre tibi cum tuo parente.

Pulcer, pro, beato.

Cic. pro Muren. Prætor quoque ne ſe pulcrum aut beatum putaret.

Purgare & propurgare.

Cic. videntur idem valere, quod, conficere, abſolvere tractare. Cic. 2. de diuin. initio. cumque fundamentum eſſet Philoſ. poſitum in finibus bonorũ & malorũ propurgatus eſt is locus à nobis quinque libris. & ad Att. l. 12. ep. 12. De dote tanto magis perpurga. pro Muren. Nunc mihi tertius

tertius ille locus eſt purgationis de ambitus criminibus perpurgatus ab his, qui ante me dixerunt: à me quoniam ita Muræna voluit, retractandus.

Purgare rationes.

Suet. Calig. c: 29. Decima quoque die numerũ puniendorum ex cuſtodia ſubſcribens, rationes ſe purgare dicebat (*ſic v. l. vulgo*) rationem.

Purgare locum, *vel*, agrum.

Pro ſpinas & virgulta revellere, & ita purum, h:e: patentem & apertum facere. Cic: 1. Tuſc. Immiſſi cum falcibus multi purgarunt locum.

Purpureus color *differt à* puniceo.

Plaut. Menæch: Quin tu interrogas purpureum panem an puniceum, ſoleam eſſe an luteum.

Purus, *de homine integro.*

Cic: pro Roſ: Eſt ne quiſquam qui tibi purior, prudentior, humanior, officioſior liberaliorque videatur?

Purus campus.

ἄδενδρος in quo nullæ arbores: patentem *alias vocant Virg: l: 12. Liv: l: 24. Horat. 2. ep: 2.*

Pura terra. *Contrar.* lapidoſa.

Varro l. 1. de re ruſt: c: 9.

Purus locus.

Sine ædificio. Varr. l. 4. de lingua Latina.

Putat lex.

Cic: 4. de 2. apud Nonn: Jurgium, Jurgare igitur lex putat inter ſe vicinas, animo litigaro. *Modeſtin. l. 25. D. de ſtatibus.* Statu liberos venundari poſſe leges 12. tabb. putaverunt. *Ulp. t. 1. frag. de L. Ælia ſentia.*

Putidus: *nimis diligens.*

Cic: 3. de Orat: Nolo exprimi, nolo obſcurari diligentius 1. *de offic:* Literæ neque expreſſæ, neque oppreſſæ, ne aut obſcurum eſſet, aut nimis putidum. & *l. 7. ep. 8.* ſumus enim putidiuſculi quam per te vix licet, &c.

Q.

Quam; *junctum nil ſignificans.*

Ut, mirequam ſinequam, valdequam, nimiſquam, nimiumquam: *ubi quam elegantiæ cauſa adjectum videtur nihil adſignificans; ut* nimiſquam *ſit*, nimis. *Brut. in ep. ad Cicer.* ſuos valdequam paucos habet. *Plaut. Capt.* quæ quid ego nimiſquam cupio ut impetret. *Cic: l. 1. ad Att. ep. 9.* Mirequam illius loci. & *Quinct. l. 4.* nimiumquam *dixit.*

Quam, *cum poſitivo junctum.*

Quam-expeditus, *h: e: expeditiſſimus*, quam-liberalis, quam doctus. *Veteribus uſitata hæc vocabula juncta ipſi articulo.* Quam, *Liv. l. 28.* Cum quam expedito agmine profectus per Bœotiam, Megaram, atque inde Corinthum deſcendit (*ſic ibi v. c. vulgo τὸ* quam *abeſt. f. abeſſe debet τὸ* cum.)

Quaquam, *pro*, quacunque.

Nevius Lycurgo, l. 2. Quaquam incedunt omnes herbas obterunt.

Quæſito eſt opus.

Cic: parad. ult. Nam ut iis qui honeſte rem gerunt, mercaturis, operis dandis, publicis ſumendis, intelligimus opus eſſe quæſito, & *mox*: Quis hunc non putet confiteri, ſibi quæſito opus eſſe? Cui a. quæſito opus ſit, quis unquam hunc vere dixerit divitem?

Quamvis, *pro*, valde.

Varr. 2. de re ruſt: Q. Lucienus ſenator, homo quamvis honeſtus ac jocoſus introiens. & *Virg. 7.* Ipſe domum quamvis ſe nocte ferebat. *Cat.* quamvis ſordida res & invenuſta eſt. *Plaut.* Quamvis ridiculus eſt, ubi uxor non adeſt.

Quæſtio, *pro conquiſitione, inquiſitione.*

Cic. de univerſ. Et ſpatium temporis dimenſæ & ad quæſtionem totius naturæ impulerunt.

Quæſtio, *interdum lex ipſa, qua quæſtio, h. e. judicium capitale introducitur & conſtituitur.*

Cic: pro Rabir. Videret ne qua nova quæſtione adligaretur. & *mox*: Potentiſſimum & nobiliſſimum Tribuno pl. M. Druſo unam in equeſtrem ordinem forenſi quæſtionem, ſi quis ob rem judicatam pecuniam cepiſſe, aperte equites Romani reſtiterunt.

Quemvis, *pro, quemcunque.*

Paul l. in omnibus 68. D. de Re. I. Ubi vero genu actionis id deſiderat, tibi ad quemvis perſecuti ejus devenit, non deficiat ratio auxilii.

Quicquid *progrediebantur*: *ſatis mire.*

Liv. l. 28. Quicquid progrediebantur, magi magiſq; turbatos hoſtes cernebant (*ita v. l. vulgo* quocunque.) Quid

Quidquid, *pro*, quidquam.

Plaut. Ordine omne, ut quicquid actum eſt, dum apud hoſtes ſedimus, ediſſertavit. *Lucret*. Certum & diſpoſitum eſt,ubi quicquid creſcit& inſit *Cic*: 5. *Tuſc*: atque hoc non ex hominum more ſolum, ſed etiam ex beſtiis intelligi poteſt, quæ ut quicquid objectū eſt, quod modo à natura non ſit alienum, contentæ non quærunt amplius. *In Verr: de ſing*. Ita odorabatur omnia, ut ubi quicquid eſſet, inveniret.

Unum quicquid, *pro*, *unumquodque*.

Terent. *Adelph*. Nam jam adibo atque unumquidquid, quod quidē erit, belliſſimum carpam.

Quid cenſes, *&*, quem cenſes?

Elegans locutio. *Plaut*: *Amphit*: Quid n. cenſes? te ut deludam contra deluſorem meum. *Cic*: 3. *offic*: Quis hæc neget eſſe utilia? quem cenſes? Magnitudo animi & fortitudo negat. *Ter*: *And*: Cur igitur heic eſt? C. quid illum cenſes? cum illa litigat. *Cic*:*ad Caſ*.*l*.17 habes auctorata conſilii publici, qui numerus bonus rebus exiguis eſſet, quid cenſes perditis?

Quid enim? *ſæpe apud Cicer*.

Cic. *Lucull*. Eſt enim is quoque,qui à nobis & quæ niſi præbet, omnis vita, tollatur. Quid n. conſcendens navem, ſapiens, &c. 7. *de finib*: Sic à me ſatis teſtium eſt datum. Quid n. te ipſum digniſſimum majoribus tuis voluptas, &c.

Quid enim? *elegans particula indignans*.

Virg: 5. *extremo*. Æneam credam quid enim fallacibus Auſtris. Et cœlo toties deceptū fraude ſereno? (*ita eum locum ex v*.C. *reſtitui*.)

Quid quæris?

Elegans phraſis,*pro*,quid multa? ut verbo dicam. *Cic*:7.*ep*: 3. *ad Marin*. *de Pomp*:*exercitu contra Cęſ*: Maximum ęs alienum ampliſſimorum virorum, quid quæris? nihil boni præter cauſam. *& ep*. *ad carnific*: Quid quæris? magna ſpes eſt in eo. *l*: 2. *ad Att*: Quid quæris? conturbavi Græcam nationem.

Quieſce: *Germanice*, Vertrek.

Terent. *Heaut* *act*. 4. *ſc*. 3. *Cum Clinia valde lętus de Antiphilæ ſuæ matrimonio exclamaret præ gaudio Iupiter: ſtatim eum reprimens ſervus ait*: Quieſce.

Quieſcere, *h*: *e*: *non perturbari*.

Cic:*in Verr*:*de pratore urbis*. Rabonius negat id ſibi deberi, negat oportere erigi,iſte Rabonium quieſcere jubet.

In quincuncem diſponere.

Cic: *Caton*: *Major*. Eum autem admiraretur Lyſander, & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines & humum ſubjectam. *& Cæſ*: 7. *bell gall*. Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem diſpoſitis ſcrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur.

Quiſque, *pro*, quiſquam, ullus.

Senec. *Hippol*: Hanc fiere honeſte quiſque qui voluit potuit.

Quiſquam omnium, *pro*, quiſquam.

Salluſt:*Iugurth*: Amica nobis neque cuiquam omnium ſatis fuit(*ita v*:*l*: *vulgo*, hominum.)

Quivis unus.

Cic:*in Bruto*. Primus & ſecundus avus trudetur: & intelligens poſſet cognoſcere. *Lucret*: Hinc porro quamvis animalem *ex omnibus unam*.

Quo, *pro*, ad quid.

Nepos Themiſt: Id reſponſum quo valeret, cum intelligeret nemo.

Quod in me eſt.

Pro: Quantum quidem ego poſſum. *Cato apud Feſt*: Parſi. Quod ut perhibitum irent, quod in me eſſet, meo labori non parſi.

Quod, *pro*, ut.

Ovid: *de triſt*: Delitias ſi quis laſcivaque carmina quærit, promoveo nunquam ſcripta quod iſta legat.

Quod utinam, *pro*, utinam.

Terent: Quod utinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet. *Utitur & Apul*:*de Deo Socratis*. *& Symmachus*. *Vide Indicem Parei in Sym*: *& veriſimilia Scioppii l*:1. *c*:3.

Scio quod ames, *pro*, te amare.

Plaut: Equidem ſcio jam quod filius amet meus. *Cic*:10. *ad Att*: *ep*:4. Cum ſcripſiſſet quod cuperet me ad urbem venire: *Liv*. Quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint non ignorare nos Quirites arbitror.

Quod, *particula mire uſurpata*.

Cic: 3. *ep*: 40. Si ulla unquam apud te mea commendatio valuit, quod multas valuiſſe plurimum, hæc ut valeat rogo.

Quod, *pro*, quoad *utebantur antiqui.*

Agell; 17. *eq.* Hominem poſtea quod capillus adoleſceret domo continuit (*ſic v.l.vulg.* quoad.)

Quod niſi, *pro*, niſi.

Terent. Quod nî fuiſſem incogitans ita cum expectarem, ut par fuit. *Liv:* 34. Quod niſi me verecundia ſingularum magis majeſtatis & pudoris, quam univerſarum tenuiſſet. *Lucr:* 6. Quod niſi reſpirent venti, refrenet res. *Vide Schopp: Veriſ: l:* 1. *c:* 3.

Quomodo nunc eſt, ſe habet, quomodo agit.

Phraſes Ciceroni uſitatæ, ſicut &, ut nunc eſt (*Hor. l:*1.*Sat:*9. ſuaviter ut nunc eſt) *l:*12. *ad Att:ep:*49. Quomodo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo non habet. & 8. *ep:*23. Certe tranſeunt, vel quomodo nunc eſt, tranſierunt. 14. *ep:* 17. poſſe videntur eſſe meliora quam adhuc fuerint. 1. *ad Q.Fr. ep:* 3. 5. *Tuſc. in fine.*

Quorſus, *pro*, quorſum.

Ita omnes vett: libri ſæpe Cic: 2. *ad Att: ep:* 21. Quorſus eruptura ſit. *Val:l:*5. *c:*6. Quorſus prodigium tenderet.

Quomodo, *pro*, quoquomodo.

*Cic:Ruf:l:*5.*ep.* Quomodo potuiſſem te conveniſſem, ſi eo, quo conſtitueras venire voluiſſes.

Quotannis, quot menſibus, quot dieb.

*Hoc eſt: ſingulis annis, &c. Ulp:l:*11. *nec ſemel eſt, noviſſime D. Quando dies leg: vel fideic. ad Cato. de re ruſt:c:*43. Capita oleagina quot menſibus fodere oportet. *Plaut. Sticho. Ulp. l. quum ii §. ſicut non D. tranſactionib.* Si tu ita ſine prætore tranſegeris, ut invicem eorum nummum quotannis vel quot menſibus acciperet, &c. *vide Vall:l:*6. *c:*6.

Quotidiano.

Ita antiqui pro cottidie. *ut* arcano, ſempiterno, *adverbialiter. Cic:* 4. *Ver.* Res illum divinas apud eos in ſuo ſacrario, proprie cottidiano facere voluiſti (*ita o.l.v.*) *Plaut. capt.* 3. 5. *v:*67. niſi cottidiano ſeſqui opus confeceris (*ita ibi lego*) *Plin: l:* 11. *c.*37. Palpebræ in genus homini utrumq; mulieribus, vero eſſe infeſtæ quotidiano. Tanta eſt decoris adfectatio, ut tingantur oculi quoque.

Raptus, *pro*, mortuo.

Horat. Inſolabiliter rapto de fratre dolentis. *Virg:* ſit qui raptum pugna pretiove redemptum, Mandet humo ſolitæ. *Plin: l:*15. *c:* 19. ſtatimque ſumptum eſt punicum tertium bellum, quo Carthago deleta eſt, quanquam Catone anno ſequente rapto. *Valer: l:*9. *c:*9. Iratus ei qui cum adfinis eſſet Cæſaris, adverſus eum nefarie raptum pro roſtris orationem habuiſſet.

Rationem ſuam ducere, *pro*, ſui.

Cic: de prætore Urb: in Verr: Homo dignum accuſare cœpit, qui in re adventitiâ atq; hæreditariâ tam diligens tamque attentus eſſet, debere eum ſuam quoque rationem ducere, multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis.

Ratum ducere.

Pro eo, *quod eſt*, probare, *rectum judicare. Liv:l:* 27. Ita prorſus reſpondet facturum Romanum, nec pro transfugis habiturum, qui non duxerint ſocietatem ratam, ubi nec domini quidpiam, nec Romani ſanctum eſſet.

Re *contr.* Verbis.

Cic: pro Cluent: Verbo ille erat, re quidem vera & periculo & tota accuſatione Oppianicus. *Ter: Adelph: act:*2. *ſc:*1. neq; tu verbis ſolves unquam, quod mihi re malefeceris. *Andr. act.* 5. *ſc:* 1. Ut beneficium verbis initum dudum, nunc te comprobes. *In Verr: act:*2. Heraclii bonis verbo redigendis, re diſpertiendis.

In re præſenti.

Phraſis Iuris, pro eo, quod eſt, coràm, *Plaut.* Fui illic in re præſenti, & meus, cum pugnatum eſt, pater. *Liv:*42. De quo ante legati ab Roma, qui in re præſenti cognoſcere, miſſi ſunt. *Et* 34. Miſſuros ſe in Africam qui inter populum Carthaginenſ. & Regẽ in re pręſenti diſceptarent. *Et l.*40.

Rebus optimis.

*Id eſt, cum in opt. ſtatu eſſet Reſp. Cic. l.*4. *ep.*3. Quę quidem vel opt. reb. & uſui & delectationi eſſe poſſent.

De Rebus abire, *id eſt mori.*

*Tertull: l:*4. *ad uxorem.* Ut cujus maritus de rebus abiit, exinde quietem ſexui ſuo nubendi abſtinentia injungat.

Rectus vir, homo.

Hoc eſt: forti animo, conſtans, erectus gravis aut potius probus & conſtans. Cic. in Brut. in Scauri oratione, ſapientis hominis atque recti gravitas, *&c. &*

&c. & ad Caſſ: l: 12. Ex quibus unus L. Cæſar firmus & erectus.

Rectus, *pro, ſimplici, candido, non fucato.*

Cic: 1. *offic:* Ergo & à forma removeatur omnis viro non dignus ornatus, & huic ſimile vitium in geſtu motuque caveatur, & in utroq; genere, quæ ſunt recta & ſimplicia laudentur. *Et* 3. *de Orat:* Sono ipſo vocis ita recto & ſimplici, &c.

Recte atque ordine facere.

Sæpe hæc conjunguntur. Cic: Philip. 10. Literas Bruti recte & ordine ſcriptas videri. *Salluſt. Catil.* Sed ea maledicere, quæ majores noſtri contra libidinem animi ſui recte atq; ordine fecere. *Liv: l.* 45. Reſponſum ab ſenatu eſt, Antiochum recte atq; ordine feciſſe, quod in Leontinis nulli peperciſſet. *Sic in ſecreto Velleiano l.* 2. *D. ad SC. Vell.* arbitrari ſenatum recte atque ordine facturos, ad quos ea de re in jure aditum erit. *Utitur & alibi Cicero.*

Rectio, *id eſt, regimen. Rarius verbum.*

Cic: 4. *de Fin:* Omnium Rerumpub. rectiones, genera, ſtatus, mutationes præſcripſimus. *Et l:* 5. Ea quoque eſt ab eiſdem non ſolum ad privatæ vitæ rationem, ſed etiam ad rerum publicarum rectionem relata.

Rectis ſtudiis.

Cic: 2 *offic:* Hi ſimul ac iuvenes eſſe cæperunt, magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudiis debent contendere.

Recuperare, *ſeu*, Reciperare ſe.

Pro, Recreare, reficere. *Varr:* 1. *de re ruſt: c:* 13. familia ubi verſatur, providendum, ſi feſſi opere aut frigore aut calore, ubi commodiſſime poſſint quiete reciperare.

Recenti re.

Id eſt; non diu poſt factum, paulo poſt. Cic, pro Cluent: Varus de inſidiis quæ fierent habito & de ſolicitatione Diogenis recenti re ſecum Cleopham tum locutam eſſe dicebat.

Reddere, *pro*, ſolvere, dare.

Harpax ille Plaut: Reddere hoc non perdere herus miſit *Cic: ad Att: l:* 2. *ep:* 4. *Horat:* Filia Naſicæ metuentis reddere ſolum.

Redemptura.

Ut Carptura, *pro* redemptione: *quod erat Publicanorum Liv: l:* 23. Prodeundum in concionem Fulvio prætori eſſe, indicandaſque populo publicas neceſſitates, exhortandaſq;, qui redempturis auxiſſent patrimonia, ut Reip: ex qua creviſſent, ad tempus commodarent.

Redigere bona, pecuniam.

Pro, cogere, colligere. *Hor:* Omnem redegit. *Ibid:* Pecuniam quærit Calendis ponere (*ita aliquot libri*) *Cic: in Verr: Act:* 7. Herachi bonis verbo redigendis, re diſpertiendis.

Redire ad ſe.

Idem quod, ad ingenium & mores ſuos. *ubi Aſcon: nota, inquit*, redire ad ſe homines.

Refellere: *abſolutè, pro*, reſpondere, referre.

Cic: ad Her. l: 1. Veriſimilis narratio erit, ſi ut mos, ut opinio, ut natura poſtulat dicimus, *&c.* Conſtabunt, ne refelli poſſint aut temporis parũ fuiſſe, aut curam nullam. (*ita & v. l. & vulgat. quidam edidit*, referre: *ſed nil mutandum repugnantibus libris*) *ſic &* Refutare, *abſolutè capitur Lucret:* Si quis corpus ſentire refutat. *Et*, Defendere: 1. *ad Heren:* Hic nil aliud defendit niſi licere nominare eum. *Cic: quoque* 2. *de Nat: Deorum, extremo.* Nec vero ita refellendum eſt, ut ſi ſegetibus aut vinetis cujuſpiam tempeſtas nocuerit.

Refercire.

Pro, rurſus complere. *Rarius verb à* farcio *junctum. Caſſius Avidius in Ep: apud Val.* Sint ſane divites, ſint locupletes: ærariũ publicũ refarcient.

Refertus: *cum Genitivo.*

Cic: de Haruſp. reſp. Ut cum refertam urbem atque Italiam terrorum haberemus.

Refugium: *Locus in domo abſtruſior.*

Ulpian. l. 13. *§. ſed ſi ædium. D. de uſu. fi. & l.* 1. *de ſervo corrupto.*

Refutare, *pro*, repudiare, aſpernari.

Cic: pro Rabirio. Quam quidem vos Judices in novo genere bonitatẽ non modo non adſpernari ac refutare, ſed complecti etiã & augere debetis.

Reges, *pro*, Rege *&* Regina, *conjunctim.*

Liv: l: 37. Legati à Ptolomæo & Cleopatra regibus Ægypti gratulantur. *Et eodem libro ſæpius.*

Regere, *pro*, coërcere, moderari, continere.

Cic: 14. *Ep: l:* 4. Agiturque præclare ſi noſmetipſos regere poſſimus ut ea quæ partim jam ad-

ſunt,partim impendent,moderate feramus. *Virg:* Ille regit dictis animos & pectora mulcet, *Lucr:* Atque hominem totum regere ac verſare videtur. *Liv: l:* 34. Neque ſenatu modo aut equeſtri ordine regendo cura ſe cenſorum tenuit.

Regimen, *pro,* adminiſtratione.

Liv: l: 24. Nomen regium penes puerum futurum ratæ, regimen rerum omnium penes ſe viroſque ſuos.

Regio.

Pro loco aut finib. in artib. & ſcientiis. Sedes materiarum, *vulgo vocant. Cic:7. de orat.* Atque hoc totum eſt ſive artis ſive animadverſionis, ſive conſuetudinis, noſce regiones, intra quas venire debeas, ut perveſtiges, quod quæras. *l.* 3. Una eſt enim eloquentia, quaſcunque in oras diſputationis regioneſque delata eſt.

Relegere.

Verbum hoc uſurpabant in reditibus & uſuris colligendis ac percipiendis. Perſ. Sat. 5. Quę dederam ſupra, relego funemque reduco. (*ita v. l.*) *Cato de re ruſt.* Dic lanam & agnos vendat, menſes acoactore relegat. *Hor.* Omnem relegit. *Ibid:* Pecuniam (*ita plerique libri*) ſupra redegit.

Relinqui.

Pro, anteverti, *ſi quem alius in curſu antevertat. Nam de curſu & curuli agone proprie dictum. Hor:* Occupat extremum ſcabies, mihi turpe relinqui eſt. *Senec: ep:* 109. Fugit irreparabile tempus, vigilandum eſt, niſi properamus, relinquimur.

Relictus ab omni honeſtate.

Utitur eo Cic: in oratione pro Rabirio.

Reliqui nihil ſibi facere.

Sic eleganter loquitur, pro, omnia adhibere, curare, quærere, *ut:* nil ſibi reliquum facit, quod ad te juvandum pertineat. *Nepos Attici vita extremo.* Quibus quoniam, ut ſpero, ſatisfeci, me nil reliqui feciſſe, quod ad ſanandum me pertineret, reliquum eſt, ut egomet mihi conſulam.

Reliquus.

Cic: quaſi lugubre verbum quoddam eſſe ait, de his, quæ ex clade aliqua belli, aut peſtilentię aut naufragii ſuperſunt. In Verr. de ſignis. Clamat Metellus, niſi literas miſiſſē, non eſt ſatis: niſi præſens confirmaſſem; ne id quidē ſatis eſt. Reliquos, inquit Oratores. Reliquos! propè lugubri verbo calamitatem provinciæ Siciliæ ſcāt. Qui reliqui? Quid hoc eſt reliqui? Quo ex bello? Qua ex vaſtitate? Quænam in Sicilia tanta clades, aut quod bellum tam diuturnum, tam calamitoſum, te prætore verſatum eſt, ut is, qui tibi ſucceſſit, reliquos oratores collegiſſe & recreaſſe videatur?

Rem gerere. *Supra,* Gerere res.

Apud veteres valet, militarem rem gerere, *ſeu,* bellum, *aut,* prælium facere *ſive,* pugnare. *Luc. l:* 23. Mitteretque cum imperio, quem ipſi videretur, qui rem gereret, quoad Muttius convaluiſſet. *Cic:* 4. *Tuſc:* nec qui propter temeritatem male rē geſſit, quod eſt ſtultitiæ, frugi appellari ſolet.

Remittere, *pro,* permittere.

ICti. Patri omnem adulterū remiſſum eſt occidere. *Et alibi:* quotiens deſideratur à prætore, ut remittat diſtrahi. *Vide notas in Orat. pro Sextio.*

Reparare.

Pro, denuo parare, *aut,* emere. *Hor.* Vina Syra reparata merce. *Sen. ep.* 64. Satius eſt amicum reparare quam flere. *Alfen: l.* 16. *D. De in rem verſ. Scævul. l.* 12. *D. de V. O. Duar.* 1. *c.* 10.

Repentinus homo.

Hoc eſt, Novus, *qui ſubito in ora hominum pervenit. Cic. in Brut.* Ignoti homines & repentini, quæſtores celeriter facti ſunt, Opidano quodam & incondito modo dicendi. *Tertull. il.* 4. *adverſ. Marc.* Et tamen quomodo in Synagogam potuit admitti, tam repentinus, tam ignotus, cujus nemo adhuc certus de tribu, *&c.*

Reperire.

Pro, Parare, comparare, adquirere. *Plaut. Perſ.* Hoc tu mihi reperite argentum potes. *Ciſtell.* Puerum aut puellam alicunde ut reperirem ſibi.

Requirere.

Id quod abeſt, vel amiſſum ſentire. Cic. pro Milone. tamē hęc novi judicii nova forma terret oculos: qui quæcunque inciderunt, veterem conſuetudinem fori & priſtinum morem judiciorum requirunt (*ſic ibi ex v: l: legend.*)

Requirere, *pro,* recuperare, *denuo acquirere.*

Ita videtur uſus Cic. pro Plancio. Eſt miſſus aliquis è carcere, & quidam emiſſus, ut cognoſtis, neceſſarii hominis optimique adoleſcentis rogatu:

tu: idem poſtea prætoris mandatu requiſitus.

Res gerere. *Supra.*

*Pro eo,quod eſt,*actioni ſtudere,non contemplationi: *vitam practicam ſequi : aliquid ſemper agere. Cic.1.offic.*Cujus ſtudio ab rebus gerendis contra officium eſt. *Eun.* Magnam cum laſſus dici faviſſet de ſummis rebus gerundis.

Res redeunt: Reb. prolatis.

Res redire *dicuntur,cum feriis finitis rurſus judicia & ſenatus habetur.* Rerum prolatio *ſeu* reb. prolatis *eſt illi contrarium,id eſt,cum forenſes res & judicea differuntur,aut intermittuntur indictis feriis aut ludis. Sic pro Sext.* Atque ut idem ad illum diem res cũ rediſſent, ut venirent, rogaretur. *Et poſt red:*Quid ut ad illam diem res cum rediſſent, *&c. Plaut. Caph.*Prolatis rebus Paraſiti in occulto latent. *Vid.l.1. de leg. pag.215.*

Res uxoria, *id eſt, Matrimonium.*

Sicut res militaris,res ruſtica.*Terent.Andr.*Perpuliſti me,ut homini adoleſcentulo in alio occupato amore abhorrenti à re uxoria filiam darem.

Reſidere: *de mentib. Cic.*

Cic.in Piſon de Cæſare. Perfecit ille,ut ſi montes reſediſſent, amnes exaruiſſent, non naturæ præſidio ſed victoria ſua rebuſque geſtis Italiam munitam haberemus.

Reſipere.

Interdum valet, ad ſe redire,*ut qui ſemimortuus, aut pro mortuo habitus,ſe erigit& quaſi recipit vitam ac ſenſum. Cic. pro Sextio à Clodianis ferè occiſo & ſemimortuo in foro relicto*: An quod cum eſſet ablatus primumque reſipuiſſet, non ſe referri juſſit? (*ſic ibi recte o. c. Lambinus* reſpiraſſet, *invitis omnibus l. & veritate.*)

Reſpectus.

*Verbum Cicer.,& veteribus inuſitatum,quo tamen Livius & poſteriores ſunt uſi Liv.l.35,*Romanorum maxime reſpectus civitates movit,& virtutem, nuper in bello, & in victoria juſtitiam benignitatemque expertas,*l.19.* Sin aliquis reſpectus eſt mei, ut ſocii atque amici regis, deprecatione, ne me tanta injuria dignum judicetis.

Reſpondere.

*Dicuntur debitores,qui ſolvunt.Cic.l.16.Ep.2.*fit ſæpe,ut ii qui debent,non reſpondeant ad tẽpus.

Retrectare.

*Interdum,pro,*tergiverſari,morari,dubitare,hærere. *Cic.1.Tuſc.* Venit tempus & quidem celeriter, quo ſive retractabis ſive properabis, volat enim ætas (*ſic ibi v. l. non ut vulgo,* Retardabis, *ut & alii admonuerunt.*)

Sine retractatione.

Hoc eſt. ſine recuſatione, tergiverſatione Cicer. 5. Tuſc. Quod paulo ante Peripateticos veteremq; Academiam hortari videbare, ut ſine retrectatione libere dicere auderent; ſapientes re ſemper beatiſſimos.

Retexere ſeipſum.

Mutius adCic.l.11.ep.28. An quod adoleſcens præſtiti, cum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitata commutem ac me ipſe retexam? non faciam.

Revenire: *Rarius verbum.*

Utitur eo tamen Cicero 1.de Orat. Res delata eſt ad Centum viros cum miles domum reveniſſet, egiſſetque lege, &c.

Revocari.

Dicitur vel præco,vel lector,aut orator, qui iterare jubetur ea, quæ protulit. Liv: l:33. Revocatus præco cum unuſquiſque non audire ſed videre libertatis ſuæ nuntium.

Rhetorice aliquid dicere.

Pro,graviter,ſplendide,magnifice, vehementer,copioſe. Cic:in Bruto: Hanc enim noctem Rhetorice & tragice ornare potuerunt.

Rigor, Rigidus.

Rigor *1.frigus. 2.rectitudo.* ὀρθότης*:& Rigidus,frigidus durus ac firmus,& directus. Hæc enim duo iſto verbo notantur. De primo notari putat Servius hoc verbo & duritiem notari,& cum Virg.ait.* Tum ferri rigor,atque argutæ lamina ſerræ: *Lucret.*Cum labefactus rigor auri ſolvitur æſtu. *Sed mihi heic* Rigor *idem quod* frigus *valere videtur. Nam ut Lucret.* rigor auri *dixerat, ita ſtatim* glacies æris *dicit.* Rigor *autem cum rectum quid ſignificat, eſt menſorum terræ proprium vocabulum teſte Boeth. l: 1. Geomet.* Rigor eſt quicquid inter duo ſigna veluti in medium liniæ directum proſpicitur, *&c.* Nam quod in agro à menſore operis cauſa ad finem directum fuerit, Rigor appellatur.

Quicquid ad horum imitationem in forma ſcribitur, Linea appellatur. *Pacill. ICtus.* Flumen naturalem rigorem curſus ſui tenens.

Ritu, *pro*, more, τρόπῳ.

Hodie vix notum, veteribus uſitatiſſimum. Cic: in Lælio. Qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt. 2. *Philipp:* Viventis latronum ritu. *Horat:* aut pedibus delectat claudere verba Luculli ritu. --- *Vide Lucret:*

Rivus, *pro Canali aut fiſtula.*

*Ita à veteribus uſurpatus videtur l.*61. *D. de uſufruct.* Uſufructuarius novum rivum parietibus non poteſt imponere. *Var.* 3. *de re ruſt. c:* 5. aqua rivulo tenui adfluit, quod mox aliter ſic profert. aqua miniſtratur per canaliculam.

Robuſtus, *pro Corroborato, confirmato.*

Cic: 1. *de divinit.* Quæ eſt igitur illa calliditas, res vetuſtate robuſtas calumniando velle pervertere

Robuſtus, *&* Robuſteus.

Quod ex robore arbore eſt. Cato de re ruſtica. Arbores ſtipites facite aut pineas. *Feſt:* in ſolea & robur

Rogare Magiſtratus, legem, Conſules.

Pro, Creare, Saluſt. Iugurth. Calpurnius Romam ad rogandos Magiſtratus proficiſcitur.

Rogator.

Olim dicebatur qui in Comitiis, cum Magiſtratus crearetur, voce alta pronunciabat & recitabat nomina creati Magiſtratus nominis, &c. Cic: 2. *de divin.* Quos cum Tib. Gracchus propter mortem, &c. non juſtum rogatorem comitiorũ fuiſſe dixerunt.

Rudis: Terra rudis.

Rudis *ſæpe pro* recenti *& novo.* Rudis terra *eſt inaurata, ut Virg: vocat: Var.* 1. *c.* 27. terram rudem proſcindere oportet. *Hor:* fuerit limatior idem. Quam rudis & Græcis intacti carminis auctor.

Ruere.

Pro confuſe aliquid explicare aut dicere. Cic. 2. *de Finib.* Dum Dialecticam contemnit Epicurus, ruit in dicendo, ut mihi quidem videtur, nec ea quæ dicere vult, ulla arte diſtinguit.

Secundo rumore, *id eſt, flumine.*

Rumor *enim veteribus idem quod græce* ῥοῦς, *ipſe aquæ fluctus aut fluor. Vetus Poëta apud Cic. l.* 1. *de Divin.* Soluere imperat navem ſecundo rumore, adverſaque avi.

Rupices.

Homines ruſtici, à rupium, quas terebant aſperitate. Agell. l. 13. *c.* 9. Sed enim veteres noſtri non uſque eo rupices & agreſtes fuerunt, (*ſic ibi ex v. l. reſtitui: vulgo*, opici) *Lucill.* Baronum ac rupicũ ſqualoſa incondita roſtra. *Tertull.* apud rupicem & ſilvicolam, &c. *Inde Rupico apud Apuleium.*

S.

Sacramento dicere, rogare, contendere.

Id eſt, ſacramento exacto aut præſtito. Conciſa locutio. Cæſar principio lib. 6. *bell. Gall.* Simul ab Cn. Pompeio, &c. Quos ex Ciſalpina Gallia; Conſul Sacramento cognoviſſet. *Liv. l.* 32. Cum quinque legatis profectus obvios in agris ſacramento rogatos & arma capere & ſequi cogebat. *Feſtus in frag. illo.* Sacramento dicitur, &c. *Liv. l.* 4. metu cæteri ſacramento dicere.

Saginarii.

A poſterioribus Romanis dicti ſunt equi, muli, cameli, & c. *qui onera portarent, commeatum & apparatus atque inſtrumenta belli familiam, &c. Veteres uno verbo vocant* Animantia veterina. *Cujac. l.* 2. *c:* 11. *Vopiſcus in Aurel. cap.* 7. Torquem bracchialem & anulum apponat: equum ſaginarium ſuum defricet (*ſic leg. puto, vulgo*, ſaginatum.)

Sanctum, *pro, ſecreto, & interiore.*

Liv: l: 30. Id erat ſanctius apud illos conſilium.

Sanguinem mittere.

Tralate dixit Cicero pro, aliquid ſibi vel alii detrahere. l: 1. *ad Att:* miſſus eſt ſanguis invidiæ ſine dolore. *l:* 6. *Ep:* 1. *Uſus item Livius l:* 3. *c:* 54 Dandus invidiæ eſt ſanguis. *Vide etiam Senecam ad Marc. c:* 13. *& ibi Lipſium.*

Sanus, ſanitas.

De animo plerunq; dicitur: de corpore tamen interdum, ſed rarius in his locis. Plaut: Trucul. ægrotare malim quam de tua ſalute ſanior. *Propert.* Nam quocunque dic ſanum te fata remittent. *Hor:* nec ſi te populus ſanum.

Sartus & tectus.

De ædibus plerunque dici ſolet, interdum tamen de homine Cic: l: 13. *ep:* 50. Hoc mihi da atque largire, ut M: Carium ſartum & tectum, ut ajunt, conſerves.

Satis,

Satis, *pro idonea, ſatis multo.*

Sæpe & mire tamen ita à vett: uſurpatur. Cornel: Nepos in Epamin: Abſtinentis erat hoc ſatis teſtatum. *Lucret: l:1. Ulpian: l:45. Si debitor D: de fideic: liberta lib:19. aut certe D: de iis qui libert: Cicero lib: 2. ep: 18.*

Satisfacere.

Cicero ad Heren: 4. Heus inquit, adoleſcens, pueri tui modo me pulſarunt: ſatisfacias oportet. *Liv: l:* 42. Ut niſi de iis rebus ſatisfeciſſet, bellum cum eo iniretur.

Per ſaturam.

Recentiores contra antiquitatem fere ſcribunt, per Satyram. *Puto autem nihil aliud eſſe, quam confuſe, perturbate nullo ordine & diſtinctione. Sic dicebant* legem abrogare per ſaturam: Imperium alicui dare per ſaturam: hiſtoriam ſcribere per ſaturam: ſententias exquirere per ſaturam. *Lactant: l:1. div: Inſtit: c:21. Feſtus in verb:* Satura. *Salluſt: Iugurth:* Dein poſtero die quaſi per ſaturam ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur (*ſic ibi l: ex v: l: auctoritate Iuſtin: in præfat: Pandect: ad Antt: §. 2 & in cod: de latr: l: toll:*) *Chariſius Inſtit: Gram: l: 2.* Cum ad verbum Stoici, ut alias diximus, Pandecten vocent. Nam omnia in ſe capit quaſi collata per ſaturam, conceſſa ſibi rerum variarum poteſtate. *Valet igitur* per ſaturam *idem quod* confuſe. *Hoc amplius, falſum puto, Feſtum & recentiores, qui* ſaturam *ajunt eſſe legem quandam. Hoc enim non facile mihi quis oſtenderit: arbitror igitur,* ſaturam *eſſe cib: genus ex variis cibis, confuſe, & hinc tralate dici* per ſaturam aliquid agere *aut modeſtius*, quaſi per ſaturam, *ut mitigetur tralatio.*

Saxum.

Romæ olim proprio nomine dicebatur rupes Tarpeia; quod obſervatu dignum. Feſtus Saxum Tarpeiū. *Cic: ad Attic: l:14. Epiſt: 16. & ſeqq: Virg: 1. Æneid. Horat: l: 1. ſer: 6. Liv: l: 25.*

Scabies.

Pro cupiditate, irritatione, dulcedine: qua eleganti tralatione uſus eſt Cic. 1. de leg. Cujus blanditiis corrupti, quæ natura bona ſunt, quę dulcedine hac & ſcabie carent, non cernimus ſatis *Hor l.1 Ep.12.*

Scæva, *æ. Maſcul.*

Pro homine ſcævo, qui ſiniſtra utitur. Hinc deminutivum eſt, ſcævola, *quod & Mutiorum fuit apud Romanos olim cognomen. Romæ igitur non fuerunt quidam, qui* ſcævæ *dicebantur. Ulpian. l:12. qui clavum D. de ædilit. edicto.*

Scamma.

Græcum quidem, ſed ut alia multa pro Latino non tamen niſi à recentioribus maxime autem Scriptoribus Eccleſiaſticis uſurpatum ipſa cavea & locus omnis dicitur, in quo athletę luctabantur. Vide Petr. Fab. l.2. Agoriſtic Uſus eſt & Galenus, Ambroſ. Paulinus, Item Medicus Cælius Aurel. l.2. c. 1.

Scholaſticus, *id eſt, declamator.*

Plinius l.13. epiſt: ad Calviſ. & lib: 9.

Scholicon.

Dicitur idem, quod breve & leve quiddam collectum. Ita Fortunatiani Scolicon *dicitur. Varr:* Scholicam dapem *vocat apud Nox. in* Ebrioſ. Cæteri auribus Scholica dape ebriis filli deapiāt Sologio conſtringimus jejunis oculis (*ita lego.*)

Scholæ.

Pro diſputationibus ſeu tractationibus, id eſt, locis communibus, nec hodie dum recte loquuntur. Scholæ autem verbo ita Græci Stoici ſoli ſunt uſi, quos Cicero imitatur, ut in aliis verbis interdum. 2. de Finib. init: & 5. Tuſculan.

Scriptitare: *multum ſcribere.*

Ut, dictitare. *Cic: 2. de Orat:* Sed ne te quidem Antoni multum ſcriptitaſſe arbitror.

Scriptura.

Pro ſcriptione ſeu libro. Cicero interdum idē quod, Scriptio, *id eſt, συγγραμμα. Nepos.* non dubito fore pleroſque, Attice, qui hoc genus ſcripturæ leve & non ſatis dignum ſummorum virorum perſonis judicent.

Scriptura.

Pro vectigali, quod è pecore datur: nempe ſi quis in publicis pratis aut ſilvis ſuum pecus certo vectigali paſcat. Plaut. Trucul. Ob meam ſcripturam pecudem accepit. *Item.* Ubi non eſt ſcripturam unde dent incuſam, id eſt *publicam.* Scripturarius ager *quid ſit vide Feſtum Pomp.*

Secordia *Vettrieb*, *pro,* Socordia.

Idem interdum valet quod ſtultitia, impudentia. Paul ex Feſto. Socordiam quidam pro ignavia poſuerunt. Cato pro ſtultitia *poſuit. Ulpian: D. de feriis.*

feris. Sed ſi prætor aut per ignorantiam vel ſecordiam evocare eos perſeveraverit.

Sectam ſequi.

Eleganti phraſi, partes ſequi & tueri. *Val: l: 2.* Pius ſectam Metelli ſecutus cum exercitum in Africa non accepiſſet. *Liv: l: 36. & 42. Cic: in Brut.* Qui eorum ſectam ſecutus es. *Et pro Flacco.* Qui hanc in Repub. ſectam ſequitur.

Secundarum *præciſe quod Græci δευτεραγωνιστής.*

Vulgo ſecundarius *dicitur: & adſertur Ciceronis locus. Sed non recte. Nam Cicero libro de Clar. Orat:* Quod idem faciebat, *&c.* Arius qui fuit M. Craſſi quaſi ſecundarum (*ita v.l.*) *ſic Sueton. in Caligula.* Ut plures ſecundarum certatim experimentum artis darent.

Sedere, obſidere, conſidere.

Militaria ſunt interdum vocabula Cato apud Chariſſum. Omnia tumultu plena, ſimul hoſtium copiæ magnæ contra me ſedebant, uſq; quo laceſſebamur. *Plaut. Amph.* Ordine omne uti quidque actum eſt, apud hoſtes dum ſedimus, ediſſertavit.

Sedes, *pro domicilio.*

Ulpia. l. 28. ſi cum §. ult. D. de fideic. libert. Namque eos, qui apud ſedes & domicilia ſua ſunt, nemo dubitabit ex juſta cauſa abeſſe.

Sedes. *Militare.*

Valet idem fere quod, hyberna, *Contrar.* Expeditio *Imp. in §. 5. Inſtit. de milit. teſt. l. ult. Cod. de reſt. milit. Vulgo male* ædes, *pro* ſedes. *Vegetius l. 3. c. 4.*

Sedere, *pro negligenter ſe gerere in re aliqua.*

Cic. in Piſ. An poteſt autem ulla eſſe excuſatio, non dicam naturale ſentienti, ſed ſedenti, cunctanti, dormienti: *Et Phil: 1. Liv: l. 21. & 31.*

Sedente illo.

Cum quis in ſenatu vel judicio ſedet, Cic: ad Lent. Ep. 1. Ego ſedente Cn. Pomp. cum laudaret, P. Sextium introiſſe in urbem. *& 2. Philipp:*

Sedulus.

Pro nimis officioſo, nimis diligente, qui incurrit odium plerunque, ſic & ſedulitas, *nimia diligentia, nimis accuratum officium. Terent. Andr.* Parum ſucceſſit quod ego aut facio ſedulo. *Cic: pro Arch:* Et ſedulitatem mali poëtæ duxerit aliquo tamen præmio dignam. *Horat: in Epiſtolis ſæpe utitur. Vopiſcus Aurel: cap. 11.* conferrem tecum de ejus virtute ac ſedulitate.

Segetes, *pro ipſis agris.*

Cic: in Orat. Sed ut Segetes fœcundę uberes, *&c. Et in Cato majo.* Nec vero ſegetibus ſolum, *&c.*

Seneſcere *pro langueſcere, minui.*

Liv: l: 35. Ut cunctando ſeneſcerent conſilia.

Senſibilis.

Pro eo, qui ſentit, non vero, qui ſentitur. Idem ſenſilis vates. *Contrar.* Inſenſibilis, *qui non ſentit non vero, qui non ſentitur. In his vulgo à multis peccatur. Liv. l. 2. Lactan. 1. Inſt. & l. 6. Item in Epitome.*

Senſim.

Idem quod, clam, *latenter ſummiſſim. Agell. l. 17. c. 4. Corn. Nepos Attici vita extrema.*

Senſus, *pro Voluptate.*

Cic: 3. de Orat: Ut ſenſus, ut dolores habeat, *Varr. 1. de Agricult. c. 24. Liv. l. 4.*

Sententia.

Cicero 1. de legib. Cujus præcepti tanta vis, tanta ſententia eſt, ut ea non homini cuipiam, ſed Delfico Deo tribueretur. *1. de Orat.* Conſilio ac ſententia qui regere ac gubernare remp. poſſunt.

Seorſus, a, um.

Separatus, diſtinctus, ut prorſus *apud vetuſtos. Cato in Orat. ad Equit.* Majores ſeorſum atque diverſum pretium paravere bonis atque ſtrenuis.

Sermo, *in malam partem.*

Quaſi pro detrectatione & calumniis. Cic. l. 1. ep. 17. Moleſteq; ferebam de ea re commodos ſermones malevolis fuiſſe. *Et 4. Accuſ. Verr.* In ſermonem hominum atque tantam vituperationem venere. *Pro Flacco.* Ne Lælius ex his rebus quas ſuſcepit gloriæ cauſa, putet aliquid oratione mea ſermonis in ſeſe aut invidiæ eſſe quæſitũ. *Et pro Milone.*

Sermonem quærere.

Dicebatur is, qui quærit occaſionem & initia colloquii, aut qui undecunque aliquid inveſtigat, ut ad facilem auditionem provocet. Ter. Eunuch. act. 3. p. 3.

Serram ducere, reciprocrare.

Phraſis eſt militaris. Nam ſerra, *ut* cuneus, forfex, *&c. erat certus modus aciei inſtituendæ : teſte Agell. 10. c. 9. Unde* ſerram ducere, *quæ tamen phraſis à ferramento, cujus imago erat illa aciei inſtructio primam originem habere videtur. Nam qui ſerra ad findenda ligna utuntur, proprie* ſerram ducere *dicuntur. Tertull.* ſerram recipiam re. *Hinc tralate*

tralate pro, altercari *cum aliquo. Veget: 3. de re milit: Varr. libro 3. cap:16. Tertull: de corona.*

Servare, *pro obſervare.*

Sed hæc rara ejus notio eſt. Virg: Præterea tã ſunt Arcturi ſidera nobis Hædorumq; dies ſervandi. *Id:* Si modo rite memor ſervata remetior aſtra. *Id:* Qui Lybico nuper curſu dum ſydera ſervat. *Liv:l:39.* ſervarentq;, ne qui nocturni cœtus fierẽt

Servare domum, *h:e: manere domi.*

Virg: Cernis cuſtodia qualis veſtibulo ſedeat, facies quæ limina ſervet. *Plaut: ſæpe utitur.*

Seſſio, *de loco.*

Ut, ambulatio, donatio. *Videtur idem fere quod* ſedes, exedra. *Cic: init: l:5. de fin.* Hic ejus auditor Polemo, cujus illa ipſa ſeſſio fuit, quam videmus.

Seſſores, *pro incolis.*

Nepos in Cimone: Seſſores vett: urbe inſulaque ejecit, agros civibus diviſit.

Sextarius.

Vett: eo utebantur in liquoribus, ut ſeſtertio *in nummis, ut nos Germani*, een Maat. *Cic: 2. off.* ab hoſte obſidentur, ſi emere aquæ ſextarium cogerentur.

Si eis videatur.

Donat: Adelph: Ubi ſenatus conſulib. injungit, addit, ſi eis videatur, *ut Liv: l:* 31. Decreverunt patres, ut M. Junius prætor, ſi ei videretur, decẽ viros crearet, *l:36.* Tum, ſi ita videretur, &c.

Si quæris.

Cic: 3. off. Et ea res ſi quæris ei magno honori fuit. 3. *Tuſcul:* Præclarum illud eſt, & ſi quæris, rectum quoque.

Si quæ: *vulgo*, ſi qua.

Cic: 2. off: Sin quæ neceſſitas hujus muneris alicui Reip: obvenerit. *Teren:* ſi quę laborioſa eſt ad me, curritur. *Hor: 3. od:* 14 *Cic: 1. de divin:* Nec vero ſomnia graviora, ſi quæ ad Remp: pertinere viſa ſunt.

Si quærimus.

Cic: de ſenect: At ſunt moroſi & anxii & iracundi & difficiles ſenes, ſi quærimus, etiam avari.

Si quid opus erit.

Eſt formula promittentium aliis ultro: ut & alii admonuerunt. Cic: ad Att: Erat n. ſi meminiſti, in conſulatus petitione per te mihi pollicitus, ſi quid opus erit. *Plaut: Aſin:* Apud Archibulum ego ero argentarium, ſi quid opus fuerit. *Martial:* ſi quid opus fuerit, ſcis me non eſſe rogandum.

Si quo.

Celſus IC. l:6 §. 1. D. quemad. ſervit. amitt. Nec fit ulla injuria ei, cujus fundus ſervit, imo ſi quo melior.

Sicuti, *pro*, quaſi.

Clamas ſicut res omnes eſſent perditæ, *h:e: quaſi, &c. Salluſt: Catil:* Poſtremo diſſimulandi cauſa & q. ſui expurgandi, ſicuti jurgio laceſſitus foret, in ſenatum venit. *& ibi ſæpe.*

Silentium.

Pro morte, aut inferorum loco, ac ſtatu Vide Feſt. Virg: 6. Æn: De quibus imperium eſt, animarum umbræque ſilentes. *Ubi Servius.*

Sin, *præciſe: in rebus infauſtis.*

Cic: ad Caſſ: l: 12. Sin quod DI omnem avertant, omnis omnium curſus eſt ad eos. *Eſt autem illa ep: 6. & præceſſerat.* Si Brutus conſervatus erit vicimus: ſin, &c. *Manil: l:*4. Incipimus ſic verba piget: ſin gratia deerit. *In Priapeiis Carm: 31. Cic: 10. ad Att: ep:6.* Si vir eſſe volet, præclara συνουσία: Sin autem: erimus nos, qui ſolemus. *Et l: 16. ad Att.* Veruntamen ſi pares æqui inter ſe, quieſcendum: ſin; latius manabit & quidem ad nos deinde communiter.

Sincerus: *proprie de vaſe.*

Interdum ſincerus ab ea re, *h: e: omnino liber & integer, ut à moleſtia, vitiis, libidine. Cic: l: 3. ep. 50.* Hoc mihi da atque largire, ut M. Curium ſartum & tectum, ut ajunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia, ſincerum integrumque conſerves.

Sine.

Homo ſine honore, ſine exiſtimatione. Cic. pro Flacco. Trallianos Mæandrio cauſam commiſiſſe homini egenti, ſordido ſine honore, ſine exiſtimatione, ſine cenſu.

In ſinum vertere.

Lamprid. in commodo. Agebanturque omnia per alios, qui etiam condemnationes in ſinum vertiſſe dicuntur.

Situm in aliquo.

Pro eo: quo quis prẹditus. Rara phraſis, Ter. Sed his artibus, quas ſemper intellexi in te ſitas, taciturnitate & fide.

m Socie-

Societates.

Proprie olim dicebantur publicanorum, & ſocii publicani. *Liv: de publicanis agens, l:23* ubi ea dies venit, &c. *Cæſar: 3. de bell civil:* Societates earum provinciarum. *Cic: in Brut: vide Cic: in Vatin.* cum dicit ſocietatem cunctarnm. *Sic pro Muren.* Quod ſi omnes ſocietates venerant.

Socius, *pro, adjutore* συνεργῷ.

Lucr: Te ſociam ſtudeo ſcribendis verſibus eſſe. *Cic: pro M. Marcell:* Semper mea conſilia pacis & togæ ſocia. 2. *Phil:* cum tamen tu nocte ſocia, &c.

Sodalitium.

Vocant. vett. conventum, & convivium ſodalium: *aliqui* ſymbolum *Cic: ad Heren.* 4. Dum hoc loquitur, venit in ædes quaſdam in quibus ſodalitium erat eodem die futurum.

Sodalitas, ſodales.

Sodales, qui ejuſdem collegii ſunt, quam Græci ἑταιρείαν *vocant. Vide l: ult: D de colleg: Cic: in Bruto.* Qui tu ſumma nobilitate hominem, &c. *Pro Plancio.* Ego Plancium & ipſum gratioſum eſſe dico, & habuiſſe in petitione, multos cupidos & gratioſos, quos tu ſi ſodales vocas, officioſam amicitiam non inquinas.

Solicitare.

Pro moleſtiam adferre alicui, male habere aliquem. Ter. Andr. Siccine me atq; illum opera tua nunc miſeros ſolicitaris. *ubi Dona. Liv. l:31.* initio ſub idem fere tempus, & ab Attalo Rege & Rhodiis, &c.

Solidare & conſolidare rationes.

Sic dicebant antiqui, pro eo, quod eſt, pares & æquales eas facere: alias dicebant, quadrare. *Cic. 5. ep. 20.* ut apud duas civitates, quæ nobis maximæ videbantur, quoniam ita neceſſe erat, rationes confectas & conſolidatas deponeremus (*ſic habent o. v. l vulgo*, conſolutas perperam *ſic Aſcon. ad verbum.* Quadrarint. *3. Verr:* Quadrarint.) Solida facta ſint, ut neque plus quicquam, neque minus inveniatur, in ſumma. Ubi n. ratio ſine fraude eſt, difficile eſt ſexcenta, detractis quadringentis quadrare & ſolidari vel ſolida fieri, quin minus aut plus aliquid reperiatur. *Hæc Aſcon.*

Solvere aliquem: *pro, alicui.*

Sic dicunt illi, qui minus eleganter loquuntur, Græcos imitantes, qui verbo λύειν *ita utuntur. Ita Iuſtin. in §. Alex. contrario Iuſt. quib. alienare licet.*

Sola loca.

Infrequentia, deſerta. Plaut. Aulul. Nunc hoc ubi abſcindam cogito ſolum locum. *Moſtell:* Sed etiã in terras ſolas oraſq; ultimas ſum circumvectus. *Terent. Andr. Lucr. Virg.* ſolis errabat in agris.

Solum, *pro, fundamento.*

Cic: in Brut: Solum quidem & q. fundamentum oratoris vides locutionem emendatam & Latinam. Ut hoc nomine diſputationis ſolum eſto. *Cic: 3. de Ora:* Verum hoc q. ſolum quoddam, &c.

Sontes.

Latine dicuntur, qui vulgo damnati; *interdum & nocentes. Cic: 2. Tuſc.* Crudele gladiatorum ſpectaculum, & cæt. Cum vero ſontes ferro depugnabant. *Strabo vocat* τοὺς ἐν αἰτίαις ὄντας. *Ut Petr. Victor. obſervavit. l. 28. c. 23. Varr.*

Spatia facere, *conficere.*

Eſt per ambulationis loca ab initio ad calcem ire, redire. Cic: 1. de Orat. & 3. de Orat. Ut eadem ſpatia, quinque ſtellæ diſpares motu curſuq; conficiant. In ambulationem ventum eſſe dicebant: tum Scævolam duobus ſpatiis tribuſque factis dixiſſe, &c.

Species, *h. e. prætextus.*

Vulgo, color. *Livius l: 36.* Homo non quam iſti ſpecie. *& l: 9.* ſemper aliquam fraudi ſpeciem juris imponitis.

Species, *pro re qualibet.*

Idem fere quod individuum *dialecticis, ut*, ſpecies veſtis, *h. e. certa quædam veſtis:* ſpecies argenti: *h. e. hoc vel illud argentum. Vide libr. 18. D. de auro atque argento. Et* ſpecies argenti quas expreſſerat. *& inf. & l. 19. & §. 6. eod. l. ult. D. de nav. & honor. l. 8. c. ſi cert. pet.*

Spectacula.

Sunt fori tabulata, in quibus ſpectatores ludorum, ſtare vel ſedere poſſint. Fori *etiam dicebantur. Cic: pro Sextio. Suet. Calig.*

Spectare, *pro, explorare, probare.*

Cic: 3. Verr: Ex omni pecunia, quam oratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant; primum proſpectatione & collybo, deinde pro neſcio quo cerario.

Spero,

Spero.

Poëtis & aliis quoque, ſed recentioribus, idem dicitur, quod, credo, exiſtimo. *Dumed. l. 2. & alii quidam Grammatici pro* metuo*, accipiunt, quibus non adſentior, eſt potius Græciſmus. Nam & Græci* ἐλπίζω *&* ἔλπομαι *pro* νομίζω *&* πιστεύω *ponunt. Sic &* ἐλπὶς *pro fide, & opinione, ſeu pro ſuaſione. Virg. 1. Æn.* At ſperate Deos memores fandi atque nefandi. *l. 2. C. de ſumm. Trin.* Quem ex ſummo rerum parente ſperamus & accipimus.

Spes opeſque.

Hoc conjunctè uſurpabant Vett. Liv. l. 9. Hic omnes ſpes opeſq; ſunt. *Salluſt. Cic. 3. ep. ad Pomp.* Omnes opes & ſpes privatas meas conſumpſi. *Plaut. Rudent. Captiv. & alias. Terent. Phorm.*

Uno ſpiritu contineri.

Stoicorum phraſis. l. in rem actio. 23. §. item quæcunque. D. de re jud. Quia tota ſtatua uno ſpiritu continebit.

Spoliare.

Vulgo, veſtes detrahere *ſeu* nudare *hominem, ſed* ſpoliare *erat ſolemne verbum. Liv. l. 2.* Conſules ſpoliari homines jubent. *& mox:* quo ferocius clamitabat, eo infeſtius circumſcindere & ſpoliare lictor. *Sen l. 9. contro. 2.* Silo Pompeius dixit, deſpolia meretrix: agnoſcis hoc verbum?

Sponſalia.

Interdum de convivio ſponſo præberi ſolito dicitur. Cic: ad Q. Fr. l. 2. ep. 5. ad 8. Id. Apr. ſponſalia Craſſipedi præbui.

Sponte ſua, mea.

Idem eſt, quod quidam hodie minus Latine dicunt, proprio motu, *vel auctoritate. Cic. in Piſon.* Auſus eſſet, initio exire de provincia, educere exercitum, bellum ſua ſponte gerere.

Sportulæ.

Dicebantur velut ſymbola, ſtipes ſeu munuſcula, quæ dantur pro introitu officii aut collegii, aut alicui ad ſe alendum. Ulp. l. 5. §. ult. D. de donat. int. vir. & ux. Apul l. 7. En, *inquit,* iſtam ſportulam, imo vero dotem, &c.

Squalor, ſqualidus.

Generaliter dicitur; quando id, quod aliqua re ita obſitum & oppletum eſt, ut viſentibus horrorem fere incutiat: quamvis ſqualor *proprie de ſolis ſordibus dicatur. Ita Agell. 2. c. 6. in fin. Virg 4. Georg.* Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens.

Stabilire: *vulgo,* fundare.

Cic. pro Sext. Quare imitemur noſtros Brutos, Camillos, qui hanc Remp. ſtabiliverunt. *Ibid:* Tullius, qui libertatem civibus ſtabiliverat.

Status, *contr.* motus.

Cic. 5. de finib. Quod in motu & ſtatu corporis nihil ineſt. *& mox:* Etſi turpitudinem fugimus in ſtatu & motu corporis.

Status, *idem fere quod,* habitus.

Ter. Eunuch. Videre nimium vellem, qui eſſet ſtatus, &c. *Cic: in Ver. de præt. urb.* non ſolum numerum ſignorum, ſed etiam uniuſcujuſque magnitudinem, figuram, ſtatum literis definiri vides. *Sic &* ſtatus Reip. *hic vel ille. &* ſtatus cœli *pro conditione ſeu qualitate. Liv. l. 37.* & quo ſtatum cœli gubernatores noſſent.

Stapia.

Ita & vocatur in vett. inſcriptionibus, dicitur ferrum loris appenſum ad utrumque latus equi, in quo pedes equitis nitantur. Sic & in gloſſ. Accur: vetus inſcriptio. Pes hæſit ſtapiæ atque ita laceratus eſt ab equo.

Statuere.

Vett. uſitatum nobis non item, pro eo, quod judicare *aut ſententiam ferre. Cic: 3. de orat.* ut ſi qui audiuntur, &c. *de ſingulis reis & criminibus & litibus ſtatuere poſſint.*

Stirpes.

Proprie Latine ſignificat arborum trunci. *Interdum tamen ſed rarius, eo utuntur vett. pro* φυτοῖς, *licet hodie pleriq; ita ſemper utantur. Vide* Gignentia *ſuper Cic: 2. de nat. deor.* Neq; n. ſi ſtirpiũ ſimilis ſit ratio etiam beſtiarũ optima putanda ſit. *Vocat ibi* ſtirpes *quæ paulo ante,* ea, quæ gignuntur è terra.

Stlopus.

Videtur vulgo eſſe ſonus ille qui ex inflatis buccis emittitur. Perſ. ſat. 5. Nec ſtlopo tumidas intendis rumpere buccas. *(ſic ibi v. l.) apud Priſcian. etiam extr. l. 1. legitur id vocab. Tres a. conſonantes non aliter poſſunt jungi in principio ſyllabæ, niſi ſit prima* s *vel* c *vel* p, *ſecunda poſt* s *quidem* c *vel* p *vel* t, *tertia* t *vel* r *ſed* l *in ſolis illis quæ ab* s *incipiunt, ut* Aſclepiadarum, ſcriba, ſtlopus *(ita v. l.) perperam in vulgatis Perſii libris & aliis Lexicis ſcribitur* ſclopus.

Strenue.

Idem interdum quod acriter, *vehementer*, *valde*, *ac* ſtrenue ædificare; *parare cœnam*, *navigare*, *ire*, *pergere*.

Studeo, *pro* cupio, *volo*, *magnopere peto*.

Cic: raro ita loqui ſolet 2.*off*. At vero ille tenuis, &c. gratum ſe videri ſtudet. 13 *ep*: 20, *Salluſt*. Qui ſe ſtudent præſtare cæteris animantibus. *Lucr*: Te ſociam ſtudeo ſcribundis verſibus eſſe.

Studioſus σπεδαῖ☉.

Pro bono & probo. Cic: in extr. Ligar. Niſi vel tu cum ſtudioſum & bonum virum judicares.

Studium.

Pro exercitatione & commentatione. Cic: 1. *de Orat.* Ea exercitatio quædam ſuſcipienda nobis eſt, quamvis vos jam pridē eſtis in curſu: ſed his qui ingrediuntur ad ſtudium (*non* ſtadium, *ut Riv*: *Lamb*: *contr*: *v*: *l*:) *Cic*: *in Brut*: *de Hortenſ*: Multos annos in ſtudio ejuſdem laudis exercuit.

Sub ſignis ducere, habere legiones.

Eſt extra caſtra paratas habere & inſtructas ſub armis. videtur idem eſſe apud Cic: *Plaut*: *Pſeud*: Omnes ordines ſub ſigno ducam *Capt.* ſenes ſub ſigno ducit. *Cic*: 16. *ad Att*: *ep*: 8. *Liv*: *l*: 5.

Subactum ingenium.

Vocat Cic. uſu tritum & callidum, quali fere illi, qui longo uſu in Rep: aut foro, aut quavis in re ſunt verſati. Sic enim ait 2. *de Orat.* ſubacto mihi ingenio eſt.

Subditivus.

Sic vett. dicunt: *non*, ſubditius. *Suet. Ner.* Namq; Brittannicum fratrem, &c. ut ſubditivum, apud patrem arguere conatus eſt (*ita opt. l. v.*)

Subinde: *pro*, *paulo poſt*, *mox*.

Eo utitur Liv: *ſæpe, eoque recentiores. Sed hæc notio Ciceronis & antiquioribus, inuſitata videtur. Liv. l.* 23. Et univerſa gens; &c. nam ſubinde ab Karthagine adlatum, *l*: 28. 30. 39.

Subſiſtere, *pro*, ſuſtinere.

Liv. l. 1. *de Rom. & Remo.* Hinc robore corporibus, animiſq; ſumpto jam non feras tantum ſubſiſtere, ſed in latrones præda onuſtos impetum facere. *Cic*: *l*: 11. *epiſt*: 10. *in fin.* Non ſi Varronis theſauros haberem, ſubſiſtere ſumtui poſſem (*ſic v*: *l vulg.* ſuſtinere ſumptum.)

Subtiliter explicare, perſcribere.

Vulgo dicunt, minute omnia. *Cic*: *epiſt*: 15. *ad Brut.* Quibus igitur libris tā accurate ſcriptis adſequi poſſum, ſubtilius ut explicentur quæ gerantur.

Subvehere frumentum: *proprie.*

Dicebant &, ſupportare. *Liv l.* 27. Annona haut multum laxaverat & ſubvehi frumentum non poterat. & *l.* 9. ſaltuſque pervios ceperant, ne qua ſubvehi commeatus poſſet.

Subvenire.

Quaſi ſenſim venire, clam advenire. Agell. 13. *c.* 7. ut quanquam nox indidem animadverti digna ſubvenerat, qua nos quoque poſſemus uti, memoriæ mandabamus. *Cic.* 2. *off.* Tecta vero quibus & frigorum vis pelleretur, &c.

Succedere.

Subire, ſubingredi. Varr. l. 1. *ruſt. c.* 50. *Liv. l.* 22. Ubi illuſit ſucceſſit vallo Romana acies.

Succeſſio, *pro*, *ſucceſſu & eventu.*

Cic. in Hortenſ. Omne inſtitutum voluntatemque omnem ſucceſſio proſpera conſecuta eſt.

Summa res, *vel* Reſpublica.

Dicitur &, ſumma Reip: *in l.* 14. *D ad municip.* *Cic. pro Sext.* Omnes denique cives ſummæ Reip: à conſulibus atque à ſummo imperio petendum eſſe auxilium arbitrabātur. *& pro Flac*: De ſalute omnium noſtrum, de fortunis civitatis, de ſumma Reip: taceo. & *l.* 11. *epiſt*: 13. *Agell.* 18. *cap.* 3. *Ulpian. l.* 18 *licet D. de exercit. act.* Quia ad ſummam Reip: navium exercitatio pertinet (*ita recte Pand. Flor. Cujac.* 12. *obſer.* 32.)

Super, *pro*, præter.

Suet. Ottone Inſtigante ſuper animi dolorem, &c. & in Rom: ſuper ingenii naturam. *Livius l.* 28. ſuper morbum etiam fames adflixit.

Supereſſe: *præeſſe.*

Tacit. l. 3. Sed fide ac virtute legatos, ſe conſiliis ſuper fuiſſe.

Supercilium.

Pro tumido & crepidine; ὀφρῦν ita vocat Polyb. Liv. l: 27. Ipſe expeditos qui pridie ſtationes hoſtium pepulerant ad lævem armaturam in fine ſtantes ſupercilia ducit.

Superficiens.

Id eſt, extimus: *ut*, aqua ſuperficiens, *quæ terram tegit, ſeu in fundo ſtat eamq; tegit, quaſi ſuperficies ſolum tegit & inſtat. Sed eo nolim facile uti. Ulp. in l.* 1. §. *idem ajunt de aqua, & aqua pluvia.*

Super-

Superficies.

A vett. dicitur id, quod ſolo ſuper impoſitum, ut ædificium areæ, vites arbores, ſolo, ſed plerumq; de domo. Nam domus duæ ſunt partes, ſolum, ſeu area, & ſuperficies. Ita eo verbo vett: & Cic: *& alii ſemper ſunt uſi. Hodie utuntur eo multi pro eo quod Græci* ἐπιφάνεια. *ſed hoc à* Cic: extremitas *dicitur l.4.ep. 1. ad Att:* Qui ſi ſuſtulerint regionem aream præclaram habebimus ſuperficiem. *Id: ep: 2.* Auctoritates in corpore juris exſtant innumerabiles, *ut eſt l: c: de ſuperf: l. 13. 8. de ſerv præd: ruſt: Plin: teſta. teſtudinis vocat* ſuperficiem, *l: 9. c: 10. & l: 11. c. 48.*

Superſtitio, & ſuperſtitioſus.

Idem interdum quod religio & religioſus. *Cicer. pro domo.* Monete, cum, modum quendam eſſe religionis, nimium etiam ſuperſtitioſum non oportere (*ſic omnino lege contr. Lambinum.*)

Superus & inferus.

Cic: & vett: idem valent quod aliis ſupernus & infernus, *aut* ſuperior *aut* inferior. *Cic: 2. de nat. deor.* Sunt enim è terra homines non ut incolæ atq; habitatores, ſed qui ſpectatores rerum ſuperarum & cœleſtium. *Sic* ſuperum & inferũ mare. *Ita* ſupera & infera Germania *recte dici poteſt.*

Suppeditari.

Ego ſuppeditor omnibus rebus, *h.e. abundo, mihiq; res omnes ſuppeditant. Cic. Catil: 2.* Sed ſi omiſſis his rebus, quibus nos ſuppeditamur eget ille.

Supplicia.

Pro ſupplicationibus ſeu precibus ſupplicib. In hiſtoricis tolerari poteſt. Liv: l: 27. Matronæ quia nihil in ipſis ſuppliciis votiſq; fatigaverunt Deos. *Salluſt: Sæpe eo utitur in Cat:* non votis neq; ſuppliciis mulieribus deorum auxilia parantur, &c. *Tacit: l: 3.* Sed tum ſupplicia Dis, ludique magnique à ſenatu decernuntur.

Surgere, *pro* attollere.

Liv. l. 7. Romanus mucrone ſurrecto cum ſcutum ſcuto perculiſſet. *ſic extrema. Epidico Plauti legendum puto ex M. S.* lumbos ſurgite atque extollite (*vulgo*, pergite.)

Surruptus, *pro* ſurreptus.

Sic, ſurrupui, *pro* ſurripui. *Lex Atinia apud Agell:* quod ſurruptum erit ejus rei æterna auctoritas eſto (*ita v. l.*) *Cic. ad Att. Plautus ſæpiſſime ita loquitur, ut quidem in M. S. camerarii reperitur.*

Suſcipere.

Pater filium dicitur ſuſcipere, *quem curat alitque mater. Cic.* ſimulatq; in lucem editi ac ſuſcepti ſumus. *Terent.* Nam pollicitus ſum ſuſcepturum.

Suſpicioſus.

Plenus ſuſpicionis παθητικῶς. *ſed de rebus tantum:* ſuſpectus *de rebus & hominibus. Et* ſuſpectus *neſcio quid aliud nimirum,* invidioſus, odioſus. *Hinc &* ſuſpicioſus *perſpicue contrarium eſt ad Her. l. 7. Cic. pro Flacco.* Et is eſt reus avaritiæ, qui in uberrima re turpe compendium, &c. in ſuſpicioſiſſimo negotio maledictum omne non modo crimen effugit. *& l: 1. ep. 7. ad Lent.* Qui mihi cum ſemper tuæ laudi favere viſus eſt, etiam ipſo ſuſpicioſiſſimo tempore. *& pro Cluent.* Timor ejus & crebra coloris mutatio quæ erant antea ſuſpicioſa, hæc aperta & manifeſta faciebant.

Suſtentare: *pro. differre, & q. alere,* Hof houden. *Cic: in Catil.* Id opprimi ſuſtentando. *& l. 3. ep. ad Silvium. & l. 2. de Invent.*

Suſtinere: *abſolute.*

Interdum idem valet, quod impetum hoſtis ſuſtinere. *Cic. ad Caſſ.* Brutus n. Mutinæ vix jam ſuſtinebat. *Liv. l. 29.* Ipſe poſtremo veniebat Hannibal, nec ſuſtinuiſſent Romani.

Suus, *pro*, proprius.

Satis nova ratione: & proprie tamen. Cic. ad Att. l. 10. ep. 6. Niſi forte Sardanapali vicem in ſuo lectulo mori malle cenſueris: *h.e. in proprio. Teren.* vides os ſuum & cibus quid faciat alienus.

Suus, *pro* ejus.

Cato de re ruſt. Si macta erit, ſarmenta ſua concidito.

Symbolus.

Pro libello chirographo. Iuſt. l. 2. Et cum colloquendi copia, ſymbolos proponi & ſaxis proſcribi curat.

T.

Tacitus.

Interdum refertur ad pecuniam & ad rationes pecuniarias & dicitur ea tacita pecunia, *quæ non expreſſe eſt in cautionibus publicis menſaque ſcriptura. Scævul. l. empt. eſt Lucius D. de pact. Agell. 12. c. 17.*

Tanquam, *pro* ut, velut.

Agell: 17. c: 1. Non partionem ſolam, tanquam

ille quem ſequebatur, ſed alituram quoq; feram & ſævam criminatus eſt (*ſic enim locus ille leg. ex v.l.*) *& l.* 4. *c.* 9. verbum à relinquendo dictum, tanquam cærimoniæ à carendo.

Tangere, *pro* lædere, *violare, mulcare.*

Plaut. Pſeud. Tuum tangam patrem, *Pœnul.* Hominem vult leno tangere. *Ter. Eunuch.* Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio, nunquid dixi tibi. *Virg:* Nec ſolos tangit Atridas, iſte dolor. *Catull:* Tangam te prius irruptione nec præterea eſt ulla res, quæ aut ſua ſede naturam ſolicitare poſſit aut tangere (*ubi tamen leg. potius* augere, *quod Guliel. admonuit.*)

Tantidem *Romæ & Athenis venit vinum.*

Vulgo dicunt: Eodem pretio, *quo illic. Paull. IC.* nec enim tantidem Romæ & in Hiſpania oleum æſtimabitur. *l.* 63. *pretia in fin. D. ad l. Falcid.*

Tantum non.

Liv. l. 34. Tantum-non jam captam Lacedæmonem eſſe. *&* 37. vidit non poſſe exæquare ordinem Romanos, & tantum non jam circuiri à dextro cœtu.

Tectus, *pro, reconditi ingenii.*

Vide occultus. *Cic: pro Deiot* Quis conſideratior illo? quis tectior? quis prudentior.

Tela texitur.

Eleganter & q. proverbi. aliter dixit. Cic: pro, ratio vivendi inſtituitur, *fere in malam partem, ut puto.* 3. *de Orat. extr:* Ego vero inquit Craſſus ac doleo illos viros in eam fraudem in Rep: eſſe delapſos. quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in civitate ratio vivendi, ac poſteritati oſtenditur, ut eorum civium, quos noſtri patres non tulerant, jam ſimiles habere cupiamus.

Temerarius: *pro, fortuito, incerto, non ſtato.*

Feſtus in verbo Navalis: ſive quod columbariorum quæſtus temerarius incertuſq;. Hinc tributi genus temerarium dicebatur illud, cum nulla definitione quiſque, aut quod vellet, aut quod haberet conferret: *apud Feſt:* Tributorum.

Temere.

Pro hic & illic, paſſim fortuito, ſine ordine. Liv. l. 22. Argentum quibuſdam locis temere per vias velut objectum ad prædam vidiſſe. *Horat:* Unde vocalem temere inſecutæ Orphea ſilvæ. *Id.* Cur non ſub alta vel Platano vel hac Pinu jacentes ſic temere. *Apul.* 4. *Metam:* nec juxta quicquam quam parva caſula. Canalis temere contecta.

Temperare alicui rei *&* homini.

Id eſt, moderate, uti non ſævire, ſed parcere. Cic: 2. *Ver:* Non ſolum ſociis in eo bello conſuluit, verũ etiam ſuperatis hoſtibus temperavit. *Mox enim adjungit:* cũ homines viderent & quid expugnaſſet, & quibus peperciſſet, & quę reliquiſſet. *& in ead. de Verr:* Vt ſi cuiquam generi hominũ, ſi cuiquam ordini, ſi cuiquam denique unquam ulla in re temperaverit, ut vos quoque ei temperetis.

Temperatus homo: temperate agere.

Cic: 8. *ad Att: epiſt:* 12. Venit ad me Matius Quinquatribus, homo mehercule, ut mihi viſus eſt tẽperatus, & prudens. *Ibid.* Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera agit ſincere, temperate, prudenter.

Temporis cauſa, λέγειν χάριν.

Cic: in Lucull. Nec dico temporis cauſa, ſed ita plane probo. *pro Flac:* Noſtra igitur laudatio quã ille temporis cauſa nobis datam dicit 4. *Tuſc:* ægritudine quidem heſterna diſputatum videbatur, niſi forte temporis cauſa adſentiebare. *pro Planco:* nihil autem me novi nihil temporis cauſa dicere. *Ibid:* nam primum illud fuit aſperius me quæ de Planco dicerem mentiri & temporis cauſa fugere.

Tempora: *pro, calamitatibus, periculis.*

Cic: 1. *ep:* 2. Magis oblviſci temporum meorũ, & meminiſſe actionum. *Hor:* ô ſæpe mecum tempus in ultimum deducte. *Cic:* 1. *Orat: pro Cornel:* Vt enim extremi ac difficillimi temporis vocẽ illam G. Cornelio conſulem mittere coëgit te. *pro Sextio.* Sed agam moderate & huic potius tempori ſerviam quam dolori meo. *pro Arch:* Qui tot annos ita vivo judices, ut ab nullius unquam me tempore commodum meum abſtraxerit (*ita ex v. l. recte Vict:* 2. *var. c:* 9.

Tenere, *pro, durare, manere.*

Liv: 25. Seditio inde pauliſper tenuit, cum alii urbem tuendam alii inde cedendum fortunę cenſerent. *Ib:* Atrox prælium oritur, diuq; tenuiſſet ni cruenta ſcuta Roman: viſa, &c. *&* 33. Inter conſules tribunoſque altercatio biduũ tenuerit.

Tenere

Tenere cauſam.

Pro obtinere & ſuperiorem eſſe in judicio. Cic:pro *cin:* Et hoc loco dixiſti Scęvolam cauſam apud ntum viros non tenuiſſe. *Suet. Domit. c:9.* ut ac- ſatori qui cauſam non teneret exilium pœna ommuni. *l:12. c. de inoff teſt:l:ult: D. ex rei jud:l: ad L. Corn. de falſ: Liv. l:39.* Magno certamine m prætore habente tenuerunt cauſam. *lib:* 4. a adverſus tribunos plura auctoritate quam cer- mine tenuit.

Tenere terram, *ut*, capere.

Liv:37. Pervicerunt quidam remis, ut tenerent rram, ſed neq; circa urbem tuta ſtatio erat. *&* 5. nona diei hora cum omnibus meis navibus orcyram tenui. *&* 37. poſt ſolis occaſum pro- ectus 70. navibus tectis vento adverſo ante lu- em Pygeta portum tenuit.

Tenere: *pro* defendere.

Virg. Stabat pro templo & capitolia celſa te- ebat. *Ubi Servius* tenebat, *inquit*, defendebat, & ſt militare vocabulum: *ut etiam Sall: dicit unde ontra Victos*, loco motos *dicimus. Cic:* loco ille motus eſt.

Teneri.

Pro, cohærere, *ſive ut volgo*, ſubſiſtere, *conſervari. Cic:2. de nat. deor.* abſurdum eſt dicere cum homi- nes hoc calore teneantur & propterea movean- tur & ſentiant, mundum eſſe ſine ſenſu, qui inte- gro & puro & libero eodemq; acerrimo & mobi- liſſimo ardore teneatur. *Ib:* nam cum rebus tribus animantium vita teneatur, cibo, potu, ſpiritu.

Tenet ventus.

Nepos Miltiad. Ventus adverſum tenet Athenis proficiſcentibus. *Liv:l:25.* Epicides metuens ne ſi pergerent iidem qui tum tenebant ab ortu ſolis flare per dies plures venti. *& 36.* Ubi primum aquilones (ii namq; per aliquot dies tenuerant) cecidere.

Tentare manu, pede.

Idem quod, tractare *Cic:4 ad Heren:* Cum ex- primit omnia perſpicue, ut res dicta prope manu tentari poſſit (*quid.* tractari: *male*) *2. de leg:* nec n- ullam hoc frigidius flumen attigi, cum ad multa acceſſerim, ut vix pede tentare id poſſem. Aber- retur nunc igitur, ſi quadratum tentamus & id nos commovit in tenebris.

Terrenus: *pro.* terreo.

Sic ſæpe dicebant antiqui. Virg: Regis Vercenni terreno exaggere buſtam. *Liv:52.* Tuto circum- vectus montem animadvertit meridiana regione terrenos & placide acclivos ad quendam finem colles eſſe.

Theſaurus: *pro caverna, antro, aut cavo quolibet.*

In Suida exponitur θησαυρὸς, ἀποθήκη *Næv.* Poſt- quam eſt orcino traditus theſauro. *Virg: alveos aut cellas apum vocat,* theſauros. Si quando ſedem anguſtam ſervataq; mella theſauris retinet. *Liv:* 33. Admonent duodecim quidam eſſe theſaurũ publicum ſub terra ſaxo quadrato ſæptum. Eo vinctus demittitur. *Agell:2. c:10.*

Titulus: *pro, inſcriptione ſepulcri.*

Liv:l:26. Adhiberent humanis titulis: hic ſiti Acarnani. *Paul: l:1. ſent: t: de ſepult:* Qui moni- mento inſcriptos titulos eraſerit. *Tibull:* at tua non titulos capiat ſub imagine facta.

Torquere oculum, *h:e: flectere, intorquere.*

Cic: in Lucull: Ita Timagoras Epicureus negat ſibi unquam cum oculum torſiſſet, duas ex lu- cerna flammulas eſſe viſas.

Tractare ſe: *h: e: gerere.*

Cic:3. Catil: Denique ita me in Rep: tractabo ut meminerim ſemper quæ geſſerim, *l:13. ep:12. ad Brut:* Quo in munere ita ſe tractavit.

Trahere: *abſolute, pro,* differre.

Cic:l:16. ep:2. Quin etiam idcirco trahebam ut quæ diutiſſime integrũ eſſet *Liv:28.* cum trahere obſidionem in adventum ſuum potuiſſent.

Tranquillitas.

Interdum eſt idem quod animi placida & immota adfectio, *ſive ſtatus. Contr:* commotio animi, *cum quis ſe continet nec exardeſcit. Cic: in Phil:* Tantam- ve patientiam & boni tantam moderationem, tantam in injuria tranquillitatem & modeſtiam? 4. *Tuſcul:* In participe rationis ponunt tranquil- litatem, *h:e: placidam quietamque conſtantiam.*

Tranſiicere exercitum: *Traducere.*

Planc: ad Cic: l:10. ep:9. Exercitum ad 6. Kal: Maias Rhodanum tranſiice. *A ſin: ad Cic: l:10. ep:* 32. *Cæſ:3. de bell: civ:* eo tranſieciſſet exercitum.

Tranſit cibus.

Qui concoquitur in ſtomacho. Varr:2. de re ruſt. c. 11

Ex

Ex hoc lacte caſei qui fiunt, maximi cibi ſunt, bibuli & qui difficillime tranſeant ſumti.

Transjungere.

De jumentis dicitur. quæ in curru aut jugo mutantur loco à dextra in lævam, & contra. Ulp: l: 33. de ædil: ediƈt: Quæſitum eſt, ſi mula talis ſit ut tranſiiungi non poſſit, an ſana ſit, &c.

Trieris.

Pro triremi, ſicut, Hexeris. *Nepos Alcibid*. Et in trierem quæ ad eum erat deportandum miſſa adſcendit.

Triſtis.

Interdum pro aſpero, *duro, crudeli, Severo. Quare & triſtis* & ſeverus *à Cicerone conjungi ſolent. Virg:* Triſte lupus ſtabulis *Idem*: & triſtes denunciat iras. *Id*: Illi mea triſtia facta. Degeneremq; Neoptolemũ narrare memento. *Servius in illud Virg*. Et tua triſtia dicta timentem. Triſtia, *inquit*, ſevera. *Ter:* Triſtis ſeveritas eſt in voltu. *Item contra Virg:* amnemq; ſeverum. *Cic: pro Cœlio*. Huic triſti ac directo ſeni reſponderet Cœlius. *Ibid*: Qui in reliqua vita mitis eſſet, fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus, cenſor, magiſter. *&*: tam triſte illud & tam aſperum genus orationis horrebam.

Tument negotia.

Quæ ambigua ſunt tranquillitate, & de quibus metus eſt; animiq; ſuſpenſi ſunt an in tumulum aut bellum ſint eruptura. Cic: 14. *ad Att.* Tument inquit negotia. *& eod: l: epiſt*: 5. Ne deſerere viderer hunc timorem rerum *Sumpta tralatio ab animantibus, aut rebus turgentibus. & edere fœtus ſuos cupientibus*.

V.

Vadimonium ſiſtere.

Sic vett: eleganter locutos reperi, videturq; idem valere quod obire vadimonium. *Cic: pro Quinƈt*: appellantur tribuni: à quibus cum eſſet certum auxilium petitum: ita tamen diſceditur, ut Idibus Septembr: Quinctium ſiſti Sex: Alphenus promitteret. Venit Romam Quinctius, vadimoniũ ſiſtit, &c. (*ſic ibi o: l: manu & formis deſcripti. Sed Lambinus negat Latinum eſſe & edi curavit*: venit Romam Quinctius ad vadimonium ſiſtit ſe, &c. *Nepos in Att: de Fulvia*. tanta diligentia officium ſuum præſtitit, ut nullum illa ſteterit vadimoniũ ſine Attico &c. (*ſic in vetuſtiſſimis codicibus: volgo*, præſtiterit, *quod Latinum non puto*) *Cato in or: contra Tib: exulem*. Quid ſi vadimonium capite obvoluto ſtitiſſet. *apud Agell*: 2. *c*: 14. Quem ibi ut vides bonum factum.

Vallum ferre.

Dicitur miles qui ea, quæ ad vallum faciendum ſunt utilia, fert ut vallos ſeu palos. Civ: l: 23. impedimenta ſubſequi juſſit, Calones lixaſque & invalidos milites vallum ferre. *Horat*: Fert vallum & arma miles. *Cic*. 2. *Tuſc*.

Vaſa: *pro, omni inſtrumento & ſupellectili*.

Ut cum miles vaſa colligit. *Quod apud auctores frequens eſt. Plaut. ſæpe. Aulul*. Vaſcula intus pura propera atque elue.

Vaſtus: *pro, inani, vacuo, deſerto*.

Liv: l: 23. Urbe defenſoribus vaſtata facile potiti ſunt (*ſ. leg*: vaſta) *&* 28. Urbis vaſtæ ac deſertæ priore quidem bello. *eod*: Et infrequentes ſe urbes, agrum vaſtum ac deſertum habere. *Cic. de l. agrar*. 1. Alterum genus agrorum propter ſterilitatem incultum, propter peſtilentiam vaſtum ac deſertum emetur.

Vaticinari.

Pro, nugari, & inſtar vatum facere, inania proferre. Cic. in Piſon. Qui Epicureos omnia voluptate metientes laudabat, alios qui virtute ridebat. Eos autem qui dicerent dignitati eſſe ſerviendum Reip: conſulendum, vaticinari atque inſanire dicebat. *ep. l*. 2. 11. Sed ego fortaſſe vaticinor: & hæc omnia meliores habebunt exitus.

Vehens: *in patienti ſignificatu*.

Apul. 1. *Metam*. Poſt ardua montium, &c. emerſi me equo indigeni peralbo vehens. *Sic inter pungo volgo*: emerſi: me equo, &c. *apud Chariſ. l*. 2.

Vehiculum.

Etiam de navi, & omni eo quod vehitur & deportatur Cic. 5. *Ver. ubi de navi Verri à Mamertinis ædificata*: Illi tibi & locum & furtorum vehiculum comparaverunt. 2. *de natur. deor*. Atque ille apud Attium paſtorem, qui navem nunquam ante viſiſſet, ut procul divinum & novum vehiculum Argonautarum è monte conſpexit.

Venas alicujus tenere.

Id eſt ſenſus & mentes habere exploratas. Cic. 1. *d orat*

orat. Teneat orator oportet venas cujuſque generis,ætatis,ordinis,& eorum apud quos aliquid agit, mentes ſenſuſque deguſtet.

Veniam dare.

*Pro permittere,concedere.Cic:1.de orat.*Date nobis hanc veniam,ut ea quę ſentitis de omni genere dicendi ſubtiliter perſequamini.*Nepos in Pauſ: & Dione.* Dedit igitur huic veniam, magnaque cum ambitione Syracuſas deduxit.

Ventrem facere.

Dicitur domus,quę ruinam minatur & procumbit ad caſum. Sic & tabulatum poteſt dici ventrem facere: *quod dicitur* ſidere, *ut nos dicimus. Alfen.l.ſi quando 17. D. ſi ſervo vind.* Si quando inter ædes binas paries eſſet, qui ita ventrem faceret, ut vicini domum ſemipedem aut amplius procumbere agit, oportet.

Verba inverſa.

Pro non rectis ſed obliquis. Lucret.ſuper. Inverſa verba.

Veriſimile non eſt, *pro*, incredibile.

Cic in Brut. Non veriſimile eſt,quam ſit in utroque genere & creber & diſtinctus Cato.

Veritas, verus, vere.

Veritas *pro perfectione & optimitate,virtute,probitate.* Verus *pro recto bono.inſigni.* Vere,*recte & ſincere. Cic: Verr: ult.in fin.* Si nullam ad rem niſi ad officiũ & veritatem curæ,vigiliæ,cogitationesq; elaborant. *Verr:2* Si iſtius ingentes divitiæ judiciorum religionem veritatemque perfregerunt. *Tacit.l:1* Dum veritati conſulitur, libertas corrumpitur.*Cic.l 6 ep.22* Magna enim conſolatio eſt cum recordare, etiamſi ſecus acciderit, te tamen recte vereque ſenſiſſe. *3. offic:* Nullus feracior in Philoſophia locus eſt, nec uberior,quam de officiis (*ita vet. lig. perſpicue.*)

Verum eſt: *pro. æquum eſt, par eſt.*

Cic:l:1.ad Att:ep:1. Quid verius quam in judicium venire &c *& pro Quinctio:* Illicone ad prætorem ire convenit? Continuone verum fuit poſtulare,ut ex edicto bona poſſidere liceat: *Pro Murena:* Negat verũ eſſe allici benevolentiam cibo. *2 ad Heren:* Ex æquo & bono jus conſtat quod ad veritatem & utilitatem communem videtur pertinere. *Livius l:3,* Cęterum neminem, majore cura occupatis animis, verum eſſe præjudicium rei tantæ adferre, ſibi placere de coquo.&c.(*ſic hunc locum ex v:c:reſtituendum & explicandum puto.*) Verũ non eſſe,*h:e:non æquum eſſe,non decere ut quiſq; prejudicium adferat rei tantæ cum animi gravioribus fuerint occupati. In eo loco reſtituendo laborarunt Glareanus, Rhenanus,& Sigonius,qui eum ait eſſe difficilimum,&c.* Pro his tantis totque victoriis verum,ſacris DIS immortalibus agi haberique (*ſic l.ad Sigon. ait τὸ* verum *abeſſe à v. l. in vulg. libris eſt,* verum *ſed in marg. adſcriptum eſt,alii* iterum *f. lig.* ſacra) *ſic initio l:39.* Æquum dixit petiit à patribus & DIS immortalibus honorem haberi jubere & ſibi triumphum decernere. *Id.l.23* Cæterum & ſociorum audiri poſtulata verum eſſe (*ſic olim editi, Sigon. repoſuit* æquum eſſe.)

Veritas vitæ.

Cic:1. de Orat: Partim qui tolerabiliores volunt eſſe,& ad veritatem vitæ propius accedere. *Hor.*

Verum ſi quærimus.

Elegans Phraſis,h.e.ſi verum fateri volumus.Cic.pro Rabirio. Quarum omnium rerum una reprehenſio eſt,&c. verum ſi quærimus,&c. *2.Tuſc.* Et ſi verum quærimus, in omnibus officiis perſequendis animi eſt adhibenda contentio.

Verſus *præpoſitio*, *cum* in *vel* ad.

*Salluſt.*modo ad urbem,modo in Galliam verſus caſtra movere (*ita v.l.ut & Rivius*) *Varr:3 de re ruſt.c.5.* Ab hac ambulatione in agrum verſus, &c. *Paterculus l: 1. de Caſſio Cenſore.*

Verſura ſolvere.

Is dicitur,qui ſolvit debitum quidem,ſed alio debito novo contracto Ter:act:5.ſc.2. quid nũc porro fiet? in eodem luto hæſitas, verſura ſolvis, Geta.

Verſuram facere.

*Idem quod,*mutuum ſumere,*ſed ſub fœnore: vide Feſt.Cic:pro Cœlio:* nam quod æs alienũ objectum Cœlio eſt,verſuram nunquã fecit ullam.*ad Att l. 5.* non modo magno ſed iniquiſſimo fœnore coactus eſt verſurã facere *Pro Fonteio:* Hoc prætore oppreſſam eſſe Galliam à quibus verſuras tantarum pecuniarum factas eſſe dicunt.*Nepos in Att. de uxore Anto. Fulvia.* Cum enim verſurã facere publice eſſet neceſſe, neque ejus conditionem æquam haberent, ſemper ſe interpoſuit, atque

ita, ut neq; uſuram unquam ab his acceperit (*ſic v.l.*) *Cic. pro Flacco.* Duæ rationes conficiundæ pecuniæ: aut verſura, aut tributo: nec tabulæ creditoris proferantur, nec tributi confectio ulla recitatur (*& heic* verſura *pro* mutuo *videtur poſita*) *Donatus tamen,* verſuram, *inquit*, facere dicitur, qui æs alienum ex ære alieno ſolvit. *non recte Dicitur &* verſuram facere *cum minore fœnore acceptam qua pecuniam majore occupat. Cic. l.* 1. *Tuſc.*

Veſtibulum.

Etiam pro aditu urbis, non domus tantum uſurpatur. Livius libr. 16. deſertaque in veſtibulo urbis erant tecta.

Veſtigiis omnibus indagare: *non, veſtigia, ſed cubilia.*

Cic. utitur his tralationibus: pro, non-extrinſecus, & leviter: ſed penitus & intrinſecus, ſive non-exiguæ notæ, ſed totum corpus. Cic. 2. *Verr.* Ut omnes mortales iſtius avaritiæ, non jam veſtigia, ſed ipſa cubilia videre poſſint. *l.* 2. *Att. ep.* 7. De Publio quæ ad me ſcribis, ſane mihi jucunda ſunt, eaque velim omnibus veſtigiis indagata ad me adferas, cum venies.

Veteres homines: *hoc eſt, graves, & ſeveri.*

Teſte Aſconio Pædiano. Cic. 2. *Verr.* Tres hi homines veteres tribuni militares ſunt deſignati.

Vetuſtas.

Idem interdum valet, quod, tempus longum, *ſive* longitudo temporis: *ut volgo loquimur,* intervallū annorum *multorum. Sic Gaius IC. ait,* tractu temporis rē perire. *l.* 2. *D. de procur. Qui uſus ejus verbi volgo vix notus eſt. cum tamen, qui non norit, Ciceronis loca aliquot vix intelliget. Cic. Brut. ubi de emendata & pura locutione agit:* ſed hanc certe rē deteriorem vetuſtas fecit, & Romæ & in Græcia. 1. *offic.* hoſtis apud majores dicebatur peregrinus. Quid eum qui cum bella geras, tam molli nomine appellas? Quamquam id nomen durius jam effecit vetuſtas: à peregrino enim receſſit, & proprie in eum, qui arma contra ferret, remanſit. *l.* 2 *D. de aq. pluvial: lib:* 1. *eodem infic: Lucret:* Ex oculiſque vetuſtatem ſubducere noſtris.

Vexare, vexatus.

Hoc verbum gravem & atrocem quandam vim continet. Nam qui fertur & raptatur (inquit Agell.) atq; huc atque illuc diſtrahitur, is vexari *proprie dicitur. Agell:* 2. *c:* 6. *ait, ſua quidem ætate dici volgo ſolitum* vexatum, *quem fumo, aut vento, aut pulvere laborare videmus: ſed veram vim verbi eam eſſe, quam modo attulimus, eamque à veteribus conſervatam. Virg:* Dulichias vexaſſe rates. *Cato;* cumque Hannibal terram Italiam laceraret, atque vexaret. *Cic: ſæpe* 2. *de nat: deor: his verbis:* Magnus ſane locus & à noſtris Cotta vexatus. *Videtur uſus* vexandi *verbo, ut poſteriores pro* agitare, *ut & Horat:* Te ſemper inops agitet vexetque cupido. *Pro Cluent:* At in concionibus omnibus à L. Quinctio vehementer erat & ſæpe vexatus.

Via: *pro ordine quodam, & ratione.*

Liv: l: 5. Convocatos milites monuit, via omnes irent, nec diverti quemquā aut excedere ordine agminis paterentur. *Cic:* 2. *ad Att: epiſt:* 19. Utor via populi, ſenſus maxime theatro & ſpectaculis perſpectus eſt (*f.* utor via populi ſenſus, &c.)

Vicinitas: *pro toto quodam territorio.*

Cic: 3. *Accuſ:* Signum quod erat notum vicinitati buccina datur. *Pro Cœlio:* Nihil igitur illa vicinia redolet? *& alibi ſæpiſſ: Nepos Alcibiad:* Miſſi clam vicinitati, in qua Alcibiades erat, dant negotium, ut eum interficiant. *Cic. pro Cluent.* A. Cluentius fuit pater hujuſce, judices, homo non ſolum municipii Latinitatis, ex quo erat, ſed etiam regionis illius & vicinitatis princeps.

Vincere, *pro, evincere, obtinere argumentis.*

Cic: pro Cluent. Nunc aliquod à Cluentio profectæ pecuniæ veſtigium: vince deinde, virum bonum fuiſſe Oppianicum, hominem integrum. *Hor:* Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes. *Mutius ad Cic: l:* 11. *ep:* Id quidem me cupere, niſi & ante acta vita, & reliqua me ſpes, tacente me probat, dicendo vincere non poſtulat.

Vindicare. *à ſole, pluvia.*

Videtur defendere. *Varr: l:* 1. *de re ruſtica.* Nec non ſterquilinium melius illud, cujus latera & ſummum virgis ac fronde vindicatum ab ſole.

Vicus: *pro poſſeſſione aut villa.*

Cic: l: 14. *ad Terent:* Quod ad me, mea Terentia, ſcribis, te vicum vendituram, quid obſecro, (me miſerum) te futurum eſt? *l:* 1. *ad Att: ep:* 4. Libros tuos, &c. Quod ſi adſequor, ſupero Craſſum divitiis;

tiis,atq;omniũ vicos & prata contẽno. *Val:Max. l.3.c.2. Hor:* quid vici proſunt aut horrea? &c.

Videre ſibi: *&* providere, *pro, cavere.*

Cic: 1.*offic:* Nam & hæc videnda & pecuniæ fugienda cupiditas (*ſic v:l:volg:* vitanda) *Ter:* Nam abſq;eo eſſet, recte ego mihi vidiſſem. *Idem.* Quæ ſi non aſtu præviderentur, i:e: caverentur. *Salluſt Jugurth.* Nam tantas difficultates conſilio providere non poterat (*ſic v:5.q:alii,* nam contra tant.) *Cic:* 1. *Tuſc:* Demus ſcutellam dulciculæ potionis, aliquid videamus & cibi, &c.

Videre, *pro, curare.*

Cic:ad Attic:5.ep:1. Ut prandium nobis videret. *& in Lucull:* Tribunum aliquem cenſeo videant, à me iſtam exceptionem nunquam impetrabunt. *3 de or:initio fere.* Quem dixiſſe conſtat, videndum ſibi aliud conſilium. 14.*ad Att: ep:23.* Quare talaria videamus (*ſic v:l:volgo:* induamus) *Ovid: in arte,* Inde procurator nimium quoque multa procurat. Et tibi mandatis plura videnda putet (*ſic Cujac:ex v:l:12.obſerv:34.ubi volgo* propinator & propinat.) *Plaut:* qui herilem rem procuret, videt. *Ter:Heaut:act:4.ſcen:4.* Niſi aliquid videro, ne amicam hanc nati reſciſcat ſenex.

Videndum eſt: videamus ne.

Ita vett: modeſte ab aliis diſſentientes, aut cum de rebus alioqui dubiis aut controverſis loqui, ſuamque ſententiam exponere ſolent: maxime ICti. quod Accurſium alioſque id genus interpretes juris in errorem ſæpe induxit ut admonuit Duaren.l:7. diſput. anniverſ.Cic:l:1.off. Itaque videndum eſt, ne non ſatis id quod apud Platonẽ eſt. 1.*Tuſc.* illud angit vel potius excruciat, diſceſſus ab omnibus his, quæ ſunt bona in vita: vide ne à malis dici verius poſſit.

Vigere.

Non ſatis intelligo, quid ſit vigere *in his verbis Cic: 1. Tuſc.* Fingebat hæc Homerus, & humana ad Deos transferebat, divina mallem ad nos. Quæ autem divina? vigere, ſapere, invenire, meminiſſe.

Vilitas.

Verbum notum eſt, ſed quidam ſcriptores recentiores eo ſunt uſi interdum de remiſſione annonę publica *Lamprid.in Commodo.* Ipſe vero ſeculum aureum Commodianum nomine adſimulans vilitatem propoſuit. *Et in Alexand.* Cum vilitatem populus Romanus ab eo peteret, interrogavit per Curionem, quam ſpeciem caram putarent, illi continuo exclamaverunt, carnem bubulam atq; porcinam: tunc ille non quidem vilitatem propoſuit, ſed juſſit, ne quis, &c. (*ſic ibi leg.ex v:l:ut recte Cujac: in obſerv: vulgo* edulitatis. *quod non eſt Latinum.*)

Vinarius, *pro, vinolento, ebrioſo.*

Ulp:l:4.5.§.1. D.de ædil.edicto. Item aleatores & vinarios non contineri edicto quodam reſpondiſſe ait. *Idem l:25. eod. t.* aleator forte vel vinarius vel erro evaſit.

Vinoſus, Vol wijn.

Pro eo, qui plenus, *& oneratus eſt vino, alias* qui cupidus eſt vini. *Liv:l:41.* At iſtorum pauci, qui modice vinoſi erant, memores fuerant fugere: aliis ſomno mors continuata eſt.

Viros vocare, *in bello.*

Cicero 2.de natur. Deorum. Itaque maxime Reip: partes, in his bella, quibus Reip: ſalus continetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur, nulla perennia ſerventur, nulla ex acuminibus, nulli viri vocantur. *Varr.3.de LL. ubi de luſtro faciendo. Macrob. 1. Sat. cap. 15.*

Virtutes, *pro ipſis rebus geſtis & factis.*

Terent.Eunuch: Et collaudavi ſecundum facta & virtutes tuas. *Cic: de ſenect.* Vides ne ut apud Homerum ſæpiſſime Neſtor de virtutibus ſuis prædicet? *Tuſc:* 4.

Ullus, *pro, uno.*

Cic:ad Appium, l:3.epiſt:6. Cum interea ne literas quidem ullas accepi, quæ me docerent, quid ageres, aut ubi te viſurus eſſem (*ita l.o*)

Ultimus, *extremus.*

Eleganter utuntur his veteres non tam de numero, quam de ſpatio aut intervallo. Ut, in ultimo libro primo, *h.e.in fine libri primi.* In ultima navi, *h.e. extrema parte:* ex ultima urbe. *h:e: extrema parte urbis. Terent. Phorm.* Sed quis hic eſt ſenex, quem video in platea ultima. *Cic:pro Mur.* Qua in civitate rogati infimorum hominum filios, prope de nocte ſæpe ex ultima urbe deductum venire ſolemus.

Ultro-tributa.

Videntur fuiſſe impenſę & ſumptus ad loca publica ſarta tecta habenda fieri ſolitos. Liv: Vectigalia ſũmis pretiis, ultro tributa infimis locaverunt. *&* 43. Qui publica vectigalia aut ultrotributa conduxiſſent. *Sen.4.benef.* Cum vir tutem nec lucrum

invitet, nec damnum abſterreat, adeoq; neminem ſpe ac pollicitatione corrumpat, ne cuncta in ſe impendere jubeat: ac ſæpe in ultro tributis l.t. *Varr de LL* Quod quinto quoque anno vectigalia & ultrotributa per cenſores perſolvebantur. *Agit ibi de luſtro.*

Unde petitur, *i. e. reus, debitor.*

Cic.lib.7.ad Treb Ego omnibus, unde petitur, hoc conſilii dederim, ut à ſingulis interregibus binas advocationes poſtulent. *In l. Manlia apud Front.* Et ſi is, unde ea pecunia petita erit, condemnatus erit.

Unitas, unio.

Nomen hoc videtur poſt Ciceronem ortum. Veteribus tamen nota eſt vox unitas *pro ſumma junctione. Atque ita fere tantum hoc nomine veteres ſunt uſi. De numero vix ſunt uſi, niſi Columella, fortaſſe per conſequentiam quandam. l.23. §.4. de rei vind.* Unitate majoris partis conſumi.

Unus omnium: *& interdum*, unus præſtantiſſimus.

Cic.1.de nat.deor. Atque haud ſcio an pietate adverſus Deos ſublata, fides etiá & ſocietas humani generis, & una excellentiſſima virtus juſtitia tollatur. *2.Philipp:* Tanquam mihi cum M. Craſſo contentio eſſet, quo cum multæ & magnæ fuerunt, non cum uno gladiatore nequiſſimo.

Unus, è multis.

Id eſt, volgaris, non magni pretii. *Cic.inBrut.* De M Callido dicamus, qui non fuit orator unus è multis, prope inter multos ſingularis potius fuit.

Vovere.

Eſt proprie promittere aliquid Deo: *ſed interdum generale, & idem quod* promittere. *Ut &* votum, *idem quod* promiſſum. *Sed ita Poëtæ fere loqui ſolent. Cic:11.epiſt.19.* Sed jam quaſi voto quodam & promiſſo me teneri puto. *Sed ibi proprie etiam accipi poteſt. Agit enim de fano filiæ mortuæ.*

Uſque eſſe *h: e: ullo in pretio.*

Terent. Adelph Quaſi jam uſque tibi ſint viginti minæ. *Non enim hoc dicit, eas illi minas non eſſe paratas, ſed non magni eas illum facere, nullo fere in pretio aut loco eas apud illum eſſe. Sic poſſem dicere*, nunquam illud mihi eſt, *h e. ego non magnifacio.*

Uſurpare: *pro, nominare habere.*

Ut, ille uſurpatur princeps ICtorum. *Cic 2 offic.* quem Lælius is, qui ſapiens uſurpatur, prætor fregit & comminuit. *De univerſ.* Quos fratres inter ſe adgnatoſque uſurpari atque appellari videmus. *Feſtus in ſegeſt.* In Epidamo, quod uſurparunt Dyrrhachinum.

Uſurpare.

Vale interdum idem fere quod, dicis cauſa aliquid facere *ut ſolemnitatis & veteris juris aut conſuetudinis cauſa retinendæ Liv:* Non tamē ultra proceſſū eſt, quam unus ex plebe uſurpandi juris cauſa P. Licinius tribunus militum crearetur *Cic:in Rullum.* Sint igitur extra viri, neq; veris comitiis, *h.e. populi ſuffragiis*, neq; illis ad ſpeciem atq; ad uſurpationem vetuſtatis per 30. lictores auſpiciorum cauſa adumbratis conſtituti. *Agell:3.c.2* Q.Mutium IC. dicere ſolitum legi, non eſſe uſurpatam mulierem, quæ cum Kal. Januar. apud virum matrimonii cauſa eſſe cœpiſſet, &c.

Uter, *pro*, utervis, utercumque, *ut ita dicam.*

Cic.Parad 3 Cauſa igitur hæc, non natura diſtinguit. quæ quando utri acceſſit, id ſit propenſius: ſin utroque, &c. *Et in edict. Verris 3. accuſ.* Quod omniū controverſiarum, quæ eſſent inter aratorem & decumanum, ſi uter velit, edicit ſe recuperatores daturum.

Uti videtur, *pro*, niſi *poſitum.*

Ter.Phorm. Commodius eſſe opinor duplici ſpe uti &c. *Cic.1.offic.* nec tumultuantē de gradu dejici, ut dicitur, ſed præſenti animo uti & conſilio.

Uti fide, patientia.

Cic 2.ad Att ep.1.de Cat. ſed tu illo optimo utens & ſumma fide noces interdum Reip: *In Philip.* Uſus eſt incredibili patientia. *Sed Attic:* Cum in ea urbe ſummis honoribus imperiiſque uſus ſit.

Utinam-ne: *pro*, utinam non.

Terent. Quod utinam ne Phormioni id ſuadere, in mentem incidiſſet. *Eunoch. Medea*, Utinam ne in nemore Pelio ſecuribus cæſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes.

Utique, *pro*, *tantum*, *tantummodo.*

Gaius l.41. Armorum de V.S. Armorū appellatio non utiq; ſcuta & gladios & galeas ſignificat, ſed & fuſtes, lapides *l 3 §.13. D. de ſuſp.fur.* Sed ſciendum eſt non omnes hac ſeveritate debere tractari, ſed utique humiliores, *quod ſi nolit. 31. § Culpam. D. de ædil. edict.* Culpam autem omnem accipimus, non utique latam.

Finis obſervationum.

APPEN-

APPENDIX OBSERVATIONUM.

Verborum quædam comparatio : & Paronomaſiæ ſive Alluſiones.

Conjecturam adhibeant, non naturam.

CIcero 1. *de Divin:* Præſertim cum illi ipſi, qui ea vident, nihil divinent; hi qui interpretantur, conjecturam adhibeant, non naturam.

Mentum, mentemque.

Cic: Phil: 3. Cum in gremiis mimarum mentum mentemque deponeres.

Moribus, & non majoribus.

Cic: in Piſon: Homini ille honorem, non generi; moribus non majoribus meis. virtuti perſpectæ, non auditæ nobilitati deferebat.

Paratus, peritus.

Cic: Phil: 11. Paratum habet Imperatorem C. Caſſium Reſp contra Dolabellam, nec paratum ſolum, ſed peritum atque fortem.

Ratio, rectio.

Cic: 5. *de finib.* Ea quoque eſt ab iiſdem non ſolum ad privatæ vitæ rationem, ſed etiam ad Rerump. rectionem relata.

Non modo rem, ſed ne ſpem.

Cic: in Frum: Cum in provincia tam locuplete ac referta, non modo rem, ſed ne ſpem quidem ullam cuiquam reliquam feceris.

Hoſpitem, hoſtem.

Plaut. Bacch. Tuum hoſpitem illum nominas hoſtem tuum? *Liv: l:6.* Vocari eos jam tum hoſpitaliter magis, quam hoſtiliter juſſere.

Lectum, tectum.

Cic. in Ver. Non modo extra tectum, ſed ne intra lectum quidem quiſquam videret.

Exſul, conſul.

Cic. in Catil. Tantum profeci tum, cum te à conſulatu repuli: ut exſul potius tentare, quam conſul vexare Rempublicam poſſes.

Lædat, an laudet.

Cicer. 3. *Phil.* Nam me iiſdem edictis neſcit lædat an laudet. *Pro Fonteio.* Nunc vero cum lædat nemo bonus, laudent omnes noſtri cives, atque ſocii. *Pro Q. Roſc.* Es viſus eſſe conſtans, qui eundem & læderes & laudares.

Bonarum artium, bonarum partium.

Cic. pro Cœlio. Conſervate igitur, Reip. judices, civem bonarum artium, bonarum partium, bonorum virorum.

Legatos, legiones.

Cic. 6. *Phil.* Ad hunc utrum legatos an legiones ire oportebat?

Reprime, comprime.

Cic. 1. *Catil.* Hanc Reip. peſtem pauliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe.

Immori & immorari.

Quinctil. Non exigo, uti immoriaris legationi, immorare.

Conſcripti, circumſcripti.

Cicer: Ne patres conſcripti videantur circumſcripti.

Poſſis, proſis.

Cicer: Quantum poſſis in eo, ſemper experire, ut proſis.

Fama, flamma.

Cicer. pro Cluent. Si in hac calamitoſa fama, quaſi in aliqua perniciosa flamma.

Adverſa, everſa.

L. 5. *epiſt.* 12. *Cic.*

In oculos, & in voculas.

Cic. l. 2. *ep.* 16. *ad Cœlium.* Sed incurrit hæc noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed etiam in voculas malevolorum.

Fames, fama.

Cic. 1. *ad Att. ep.* 13. Quos fames magis, quam fama commoverit.

Vincire, vincere.

Cic. de Haruſ. Reſp. Solus ille cognovit, quemadmodum

modum armatum civem non modo vincire, verum etiam vincere oporteret.

Amore, & more.

Corn. Nepos in Cimone. Non magis amore, quam more ductus.

Ornare, onerare.

Cic. 2. *Phil.* Qui me non ſolum meis laudibus ornaret, ſed etiam oneraret.

Onerare, honorare.

Livius lib. 22. Itaque plebiſcitum, quo oneratus magis, quam honoratus ſum, primus antiquo abrogoque.

Commiſſus, permiſſus.

Cic. pro Fonteio: Frugi igitur hominem, judices, videtis, in oratoria fide ac poteſtate: atque ita ut commiſſus ſit fidei, permiſſus poteſtati.

DE IIS, QUÆ SUPERSUNT ET παρέλκοντα dicuntur.

Loci.

Inde loci, *pro*; inde: *ſeu*; deinde. Interea loci, *pro*; interea: ubi locorum, &c.

Viciniæ.

Terent. Ex Andro commigravit huc-viciniæ. *Plaut. Merc.* Proxime-viciniæ habitat.

Animo, corde.

Ennius apud Feſtum. Sultis. Pandite ſulti genas, & corde relinquite ſomnum. *Idem*, ſed quid ego hic animo lamentor? *Quod adducit Donatus in illud Terentii Phormion, Act.* 5. *Scen.* 4 Quam ſcitum eſt hujuſmodi parare animo cupiditates? Venuſte, inquit Donatus, additum eſt (animo) idem. *Enn. apud Cic.* 3. *de Orat.* corde ſuo trepidat.

Malit potius.

Cic. Divin. in Verr. Deſertos potius quam abs te defenſos maluit. *Pro Lig.* Uticæ potius, quam Romæ, cum aliis, & cæt. quam cum ſuis maluiſſet. *l:* 15. *epiſt:* 5. Et idcirco caſum potius, quam te laudari mavis.

DE DIFFERENTIIS verborum.

Amare plus quam diligere.

Cic: l: 13 *ad Silium epiſt:* 47. Ut ſcires eum à me non diligi ſolum, ſed etiam amari, &c. *Idem ad Brut:* Et me, aut amabis, aut, quo contentus ſum, diliges. *Et ad Dolab:* 9. *ep:* 14. Tantum acceſſit, ut mihi nunc denique amare videar, ante dilexiſſe.

Pax & otium.

Solet hæc ſæpe conjungere Cic: Sed ita, ut pax contraria bello cum externis: otium ſeditionibus domeſticis adverſetur. *de lege Agr: ad populum.*

Rogare minus, orare plus.

Aſcon: in Divin. Rogare & orare: Rogare ut hominem, orare ut Deos.

Conſilium, Concilium.

Conſilium videtur cætus prudentium & paucorum, *Concilium* multitudo τῶν τυχόντων.

Modicus, minus quid quam mediocris,

Cic: 6. *Parad:* Meam autem quoniam pecuniam contemnis, & recte, eſt enim ad volgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica, de meo ſilebo, de te loquar.

Abeſſe & deeſſe.

Ita differunt, ut hoc requiratur, illud non item *Cic: de M. Callidio Oratore.* Qui docere & delectare auditorem poterat, permovere quod eſt tertium, non poterat. Hoc unum, inquit, illi; ſi nihil utilitatis habebat, afuit, ſi opus erat, defuit.

Stilla & gutta.

B. Hieronymus in Chronic: Palæmon Vincentius inſignis Grammaticus, qui quondam interrogatus, quid inter ſtillam & guttam intereſſet, gutta inquit ſtat, ſtilla cadit.

Dictio & ſermo.

Dictio Oratorum; ſermo eſt omnium in uſu cotidiano. *Cic:* 2. *de Orat:* Genus eſt perelegans & cum gravitate ſalſum cumq; oratoriis dictionibus, tum urbanis ſermonibus accommodatum.

Moneo & hortor.

Cic l. 10. *epiſt.* 5. Sic moneo, ut filiū: ſic faveo, ut mihi: ſic hortor, ut & pro patria & amiciſſimum.

Cuncti, omnes.

Feſtus: Cuncti ſignificat quod omnes, ſed conjuncti & congregati: at vero omnes etiamſi diverſis in locis ſint.

Negotiator, mercator.

Negotiator erat, qui vel fœnus exerceret in provinciis, vel eſſet ibi pecuarius, aut arator, civis Romanus: Mercator, qui merces emeret aut venderet. Vide Lexicon ICti Hotomanni.

Dux, Imperator.

Hic præeſt toti exercitui, ille parti alicui. *Cornelius*

nelius Nepos in Pelop. Namque Leuſtrica pugna Imperatore Epaminonda, hic fuit dux delectæ manus.

Recipere, ſuſcipere.

Cicer. in Divin. Ego in hoc judicio Siculorum cauſam receptam, populi Romani ſuſceptam eſſe arbitror.

Emolumentum differt ab utilitate.

Emolumentum pro quolibet momento & commodo, & honeſtius quid, quam utilitas. *Cic. 1. de Orat:* Quamobrem pergite, ut facitis, adoleſcentes, atque in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite, ut & vobis honori, & amicis utilitati, & Reip. emolumento eſſe poſſitis.

METAPHORÆ SEU TRANSLAtiones ad diſputationes & ſcriptiones Accommodatæ.

A re militari.

Cic. 11. de Div. Sed hæc fuerit nobis tanquam levis armaturæ prima orationis excurſio: nunc cominus agamus. Experiamur itaq;, ſi poſſimus cornua commovere diſputationis tuæ. *Cic. 2. de Orat:* Si quæ premat res vehementius, ita cedere ſoleo, ut non modo non abjecto, ſed ne rejecto quidem ſcuto fugere videar. *Et mox:* Conſiſtere vero in meo præſidio, ſic ut non fugiendi hoſtis, ſed capiendi loci cauſa ceſſiſſe videar. *Lucret. l. 11.* Et ſi tibi vera videtur Dede manus, aut ſi falſa eſt, accingere contra. *Idem.* Et quidem è portis occurri cuique deceret, *Cic. 2. de Divin.* Philoſophiæ, mihi credite, proditis, dum caſtella defenditis. Nam dum haruſpicinam veram eſſe voltis, Phyſiologiam totam pervertitis.

A curriculis, ſtudiis, & itineribus.

Cic. 11. de Orat. Sed tamen jam defeſſus labore atq; itinere diſputationis meæ requieſcam in Cæſaris ſermone, quaſi in aliquo optimo diverſorio. *Idem de leg:* Sed iter hujus ſermonis quod ſit, vides. *Idem.* Curſum orationis producere.

A re nautica.

Cic. 4. Tuſc. E quibus quoniam tanquam è ſcrupuloſis cotibus enavigarit omnibus, reliquũ diſputationis curſum teneamus. *Et mox:* nunc vela, quæ modo dicebas, expectamus & curſum. *Ibid.* Utrum igitur mavis? ſtatimne nos vela facere, an quaſi è portu egredientes paululum remigare. Quærebam igitur, utrum panderem vela orationis ſtatim, an eam ante paululum Dialecticorum remis propellerem.

A palæſtris.

Cic. Brut. Jam enim erat unctior quædam ſplendidiorque conſuetudo loquendi.

Ab ædificiis.

Cic. 3. offic. Sed quoniam operi inchoato, prope tamen abſoluto, tanquam faſtigium imponimus. *2 de Orat.* Mea ratio in dicendo hæc eſſe ſolet, ut boni quod habet, id amplectar, exornem, exaggerem, ibi commorer, ibi habitem, ibi hæream. *In Lucull.* Sed quid eos obligem, cum habeam Chryſippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum.

A re ruſtica.

Cic. in Lucul. Ac mihi videor etiam nunc agere jejune: cum ſit enim campus, in quo poſſit exſultare omnino, cur eam in tantas anguſtias, & in Stoicorum dumeta compellimus? *In Brut.* Seremus igitur aliquid tanquam in inculto & derelicto ſolo, quod ita diligenter colemus, &c.

A Phyſicis rebus.

Cic: in Lucull. Hæc duo propoſita non prætervolant, ſed ita dilatantur.

A publicis rebus.

Cic. in Lucull. Cleanthes, qui quaſi majorum eſt gentium Stoicus, Zenonis auditor.

SIMILITUDINES.

Ut ignis oleo.

Cic. Hortenſ. Ad juvenilem libidinem copia voluptatum gliſcit, ut ignis oleo.

Tanquam ventus.

Cic: in Brut: Deinde cum otioſus ſtylum præhenderat, motuſque animi, tanquam ventus hominem defecerat, flaveſcebat omnino.

Tanquam opus aliquod Dædali.

Cic: in Brut: Nam Odyſſea Latina eſt, ſic tanquam opus aliquod Dædali.

Tanquam fidibus manum.

Cic. in Bruto. Qui poſſit animis judicum admovere orationem, tanquam fidibus manum.

Tanquam in concionem vocare.

Cic. in Lucull. Quid me igitur, Luculle, in invidiam & tanquam in concionem vocas.

Tanquam

Tanquam ad ſaxum adhæreſcere.

Cic. in Lucull: Ad quamcunque diſciplinam quaſi tempeſtate delati, ad eam tanquam ad ſaxum adhæreſcere.

Quaſi Myronis opus.

Cic:in Bruto. Tanquam illius quod in Vatibus & Faunis enumerat. *Ennius.* Bellum Punicum, quaſi Myronis opus delectat.

Ut Phidiæ ſignum.

Cic.inBrut. Q Hortenſii admodum adoleſcentis ingenium,ut Phidiæ ſignum,ſimul adſpectum & probatum eſt.

Tanquam machinam.

Cic.de lege Agrar.ad Pop. Quamobrem cum intelligant hanc totam fere legem ad Pompeii opes evertendas tanquam machinam comparari.

Sicut in aram.

Cic:pro Roſcio Comœdo. Qui poſteaquam à ſcena non modo ſibilis, ſed etiam convitio explodebatur, ſicut in aram, confugit in hujus domum, diſciplinam, patrocinium, nomen.

Quaſi margaritorum.

Cic.in orat.perf. Tum removebatur omnis inſignis ornatus quaſi margaritorum, ne calamiſtri quidem adhibebantur.

Quaſi flabellum ſeditionis.

Cic.pro Flacc. Cujus lingua quaſi flabello ſeditionis, illarum eſt gentium Cantio ventilata.

Tanquam aliquod incendium.

Cicer. in Verr.lib. 1. *act.* 2. Communi præſidio talis improbitas tanquam aliquod incendium, reſtinguenda eſt.

Ut teſti credas.

*Cic.l.*13.*ep.*29. Fugit oratione negotium,hoc mihi, ut teſti, velim credas.

Virtutis quaſi carmen.

*Cic.*5.*de finib* Ob eamque cauſam pauci virtutum ſimulacris, quarũ in ſe ſunt ſemina, ſine doctrina moventur. Sunt enim prima elementa naturæ: quibus auctis, virtutis quaſi carmen efficitur.

Tanquam in aqua ponere.

Cic. 11 *de finib* Quarum omnium fundamenta vos in voluptate, tanquam in aqua ponitis.

Tanquam à parentibus.

*Cic.*4. *de finib.* Quamobrem ab inventoribus, tanquam à parentibus diſſentiret.

Quaſi capite.

*Cic.*5.*de finib.* Quo (ſc.fonte & fine boni) invento, omnis ab eo quaſi capite,de ſummo bono & malo diſputatio ducitur.

Quaſi ſignum.

*Cic.*4.*de fin.* Vt Phydias poteſt à principio inſtituere ſignum,idq;perficere;poteſt ab alio inchoatum accipere & abſolvere: huic & ſapientia ſimilis: non enim ipſa genuit hominẽ, ſed accepit à natura inchoatum: hanc igitur intuens dicitur, inſtitutum illud, quaſi ſignum abſolvere.

In eodem velut navigio.

Liv: l:44 Qui in eodem veluti navigio participes ſunt periculi.

Sicut picturam.

*Cic.init.l.*5.*de Repub.apud Auguſtin.* Noſtra vero ætas cum Remp. ſicut picturam accepiſſet egregiam, ſed evaneſcentem vetuſtate.

Tanquam veſte.

Cic in Brut.de commentariis Cæſaris. Nudi enim ſunt, recti & venuſti, omni ornatu orationis tanquam veſte detracta.

Tanquam imago.

*Cic.l.*3. *Tuſc.initio ubi de gloria.* Ea virtuti reſonat, tanquam imago, quæ quia: *ſic ibi leg:* non; imago gloriæ; non etiam, imago voci.

Tanquam floſculi.

*Cic.*11 *offic.* Vera gloria radices agit, atq;etiam propagatur; ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt.

PROVERBIA QUÆDAM AB Eraſmo in Chiliad. omiſſa.

Priuſquam Theogenes naſceretur.

De rebus jam obſoletis. *Plutarch. l.* περὶ τῶ μὴ χρᾶν. *Agell.* 1 *c.*3. ait Lucillium hoc proverbium.

Vel in concione dicere,legere, facere.

Vel in acroaſi facere. Vel in foro ſaltare.

Cic.ad Trebat.l. 7.*c.*18.*in fine.* Epiſtolam tuam conſcidi innocentẽ, nihil enim habebatur quod non vel in concione,recte legi poteſt. *Et eod.l.*15. ut mehercle in ſuis literæ ſic φιλοσόργως ſcriptæ, ut eas vel in ἀκροάσει audeam legere *l.* 3. *off.* in foro, mihi crede, ſaltarem.

Taber-

Tabernaculũ vitę in aliqua re aut arte conlocare
Cic:3.de Orat: In quo genere nos quidem verſamur, tamen quantum poſſumus, quantum ingenio, quantum mediocri doctrina, quantum uſu valemus, neque iſtis, qui in una Philoſophia quaſi tabernaculum vitæ ſuæ collocarunt.

Nec vola nec veſtigium extat, vel apparet.
Varro apud Nonium.

Delphinum reperire.

Idem pœne valet, quod θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. *Plat. 5. de Rep.* οὐκ ἂν καὶ ἡμῶν, &c.

Hoſtem non vidiſſe.

Liv:lib:38. Triumphat, quem non bellum injuſtum geſſiſſe, ſed hoſtem omnino non vidiſſe inimici jactabant.

In ſubſelliis habitare.

Hoc eſt: in rebus levioribus, & volgaribus verſari. *Cic:1.de Oratore.* Verum ego non ſolum arbitrabar, his præſertim audientibus à me informari oportere. fore, &c. qualis etiam qui habitaret in ſubſelliis, &c.

Heri diſcipulus, hodie doctor.

Sunt ſimiles phraſes, quas conlegit. Cujac. ad Nov. 6. Quibus repentina mutatio indicatur. *Ulpian.l.6. prætor §. præterea ff. de injur.* Nec enim prætor ferre debet heri ſervum hodie liberum & quærentem. *Hieron.* Heri Catechumenus, hodie Pontifex. Heri in Amphitheatro, hodie in Eccleſia.

Non nævo aliquo aut crepundiis, ſed corpore omni cognoſcere aliquem.

Cic:in Bruto. Nunc quomodo totum me, non nævo aliquo aut crepundiis, ſed corpore omni videris velle adgnoſcere.

Quinctæ claſſis, *id eſt*, nullius pretii.

Cic.in Lucull: Qui mihi cum illo conlati, quinctæ claſſis videntur.

Ara ſanctior, ſive tutior & firmior.

Cic:pro Balbo. Qui veterem illam ſpeciem fœderis Martiani ſemper omni ſanctiorem ara duxerunt, & hoc fœdere ſe nobiſcum conjunctiſſimos eſſe arbitrati ſunt.

Sine nitore & palæſtra.

Cic:2. de leg. Habuitq; vires agreſtes ille quidẽ atque horridas ſine nitore ac palæſtra.

Sicut unus paterfamilias.

Id eſt, ut volgaris, nõ doctus [als een Borger. *Cic. 1.de Or:* Non mihi modo qui ſicut unus paterfamilias his de rebus loquar, ſed etiã illi ipſi Roſcio

Grue longior.

Lucul: apud Nonium. Longior hic, quam grus.

Radices agere.

Varro de l: educ: Ab hujuſmodi luſionibus radices crudelitas agere ſolet.

Pædagogi voltus, *pro* ſevero, ac triſti.

Suet: in Ner: Triſtior ac pædagogi voltus.

Immortalitatem mereri.

Cic:1. Philipp. Putaſne illum immortalitatem mereri voluiſſe, ut propter armorum habendorum licentiam metueretur.

Curua corrigere.

Seneca in Apotheoſ. Quia Romæ mures molas lingũt, hic nobis curua corrigũt. *Min. l. 5. ep.* Interim tota civitate Nepotis edictum carpitur, laudantur multi, invenimus qui curua nobis corrigeret. Quid? ſtate huc: prętores nobiſcũ non fuerunt? Quæ autẽ hic eſt, qui emendet publicos mores?

Volſellis pugnat: non gladio.

Id eſt, Levibus rebus, non gravibus. *Varro l. 8. de LL.* Quia vident, & ſequi, negant oportere, pugnant contra analogiam noſtram, non contra analogiam: & pugnant Volſellis non gladio.

Vel Chryſippum fallere.

Cic:2.de Div: Nam illa amphibolia, quæ Cræſum decepit, vel Chryſippum potuiſſet fallere: hæc v. ne Epicurum quidem.

Bis bina neſcit.

Id eſt, Facilima & puerilia. *Cic.2. de nat. deor.* Quaſi bis bina quot eſſent, didiciſſet Epicurus, certe non diceret.

Caſſianus Judex pro ſevero.

Cic:in frument. Quem tum in cohorte tua Caſſianum Judicem habebas.

In medio poſito.

Feſtus: Sus Minervam: Quam rem in medio, quod aiunt poſitam.

Ut ne vicini quidem proximi ſentiant.

Mur.l.9.var.c.2. ait hoc proverbii ſpeciẽ habere: adfertq; exempla *Cic.2.in Catil:* Qui homines primũ ſiſtere non poſſunt, corruunt, ita ut nõ modo civitas, ſed ne vicini quidem proximi ſentiant.

Una pertica tractare.

Id eſt, ſine diſcrimine, nulla habita ratione meritorum,

torum, virtutis, ætatis. *Plin. ep. ad Catul.* 8. *Rævard.* 2. *variorum* non recte: ut Titius admonuit *l.* 8 *controv. loc. c.* 14.

Quaſi ad incendium currit.

Seneca de Tranquillitate vitæ l: 1. *cap:* 2. Quorundam quaſi ad incendium currentium miſereberis, & cæt.

Quantum optare nemo auſit.

Cic. pro L. Manil & pro Flacco. Auguſt. de civit. l. 5. *c.* 25. Conſtantinum Deus tantis implevit muneribus, quantũ optare nullus auderet, Africanus: *id eſt:* princeps, ſummus. *Cic:* 6 *Phil:* Nam hic inter illos Africanus eſt.

Quicquid increpuit, timor.

Utitur. *Cic:* ſæpe in Piſoniana extrema, &c.

Cælum attingit, *hoc eſt*, beatus ſibi videtur.

Cic: 5. *Tuſcul* Sint ſane illa genera bonorum, &c. alia enim divina illa longe lateq; ſe pandunt cælumque attingunt. *Et* 2. *ad Attic. ep.* 1. *Horat:* Sublimi feriam ſidera vertice.

Ex Menenia gente, *hoc eſt*, ſtultus & obſcurus, obſoletus.

Horat. l 2 *ſat.* 3. Hoc quoque volgus Chryſippus ponit fœcunda in gente Meneni.

Salis ſatis.

Plaut. Mil. Domi video eſſe ad eam rem ſalis ſatis. *Cic:* Satis ſalis. &c.

Sententiis loqui.

Terent: Etiam ſententias loquitur carnifex. *Cicer. ad Herenn. l.* 4. Ac illo in extremo vitæ tempore eſſe, ſententias loqueris, &c.

PROVERBIA QUÆDAM Omiſſa ab aliis.

De Remo & Romulo narrare.

Id eſt: Antiqua & abſoleta commemorare, ſimile eſt illud: Favorum & Aboriginum jura tenere. *Cic:* 1. *de legg.*

Allium olet.

Id eſt; Aggreſtis eſt, impolitus, ſordidus. *Varro apud Nonium.* Sæpe avi & atavi noſtri cum allium, ac ſæpe eorum verba olerent, tum optimi animati erant. *Plaut. Moſtel. ſc.* 1. *act.* 1.

Nondum omnium dierum ſol occidit.

Sic apud Livium Philippus Macedo minitabundus loquitur *l:* 39.

Velut cælo demiſſus.

Livius l: 22. Fabiana ſe acies repente velut cœlo demiſſa ad auxiliandũ exhibet. *Vide Muretum.*

Mantiſſa obſonia vincit.

Id eſt. Parvus maiorem, deterior meliorem, pars totum. *Feſt. in Mautil.*

Hannibal ad portas eſt.

Cic. l. 4 *de finibus, & in Philippicis.*

Faſces ſubmittere, pro cedere alicui.

Cic: in Brut: Cum tibi ætas noſtra jam cederet, faſceſque ſubmitteret.

Helleboro acerbior.

In Epigrammate ad Suidam πικρότερον γίνεται ἐλλεβόρου *Catull:* Baſiolum triſti triſtius helleboro.

Trallianus: *pro* inepto, impolito.

Cic: de Orat in fine. Quaſi vero Trallianus fuerit Demoſthenes.

Crepundiis puerilibus ſimilia.

De rebus nugatoriis. *Val. l.* 6. *c. ult.* Caduca nimirum hæc & fragilia puerilibuſque conſentanea crepundiis ſunt.

Plura loca calcaſti, quam ullus mulio perpetuarius.

Seneca in apotheoſi. Tu autem, inquit, qui plura loca calcaſti, quam ullus mulio perpetuarius.

Pejus metuit illam, quam fullo ululam.

Id eſt: Valde metuit. *Varro apud Nonium.*

Fundamentum tanquam in aqua ponere.

Id eſt, infirmum fundamentum. *Cic:* 2. *de finib.*

Bellum indicere voluptati.

Cic. in Cato. Majore. Ne omnino bellum indixiſſe videar voluptati.

Plautinæ proſapiæ homo.

Utitur Arnobius de vili homine & humili (quia Plautus molitor fuit.)

Regnum ne Perſis quidem tolerabile.

Id eſt, crudeliſſimum *Cic: l:* 10. *ad Att:* Et regnum non modo Romano homini, ſed ne Perſæ cuiquam tolerabile. Perſæ maximo honore Reges ſuos colebant. *Virg. teſte.* 4. *Georg.*

Jovi ipſi iniquus.

De eo qui implacabilis eſt, adeo ut ne diis quidem parcat. *Cic. l.* 10. *ad Planc. & l.* 8. *ad Att.* 23.

Iiſdem ſacris initiatum eſſe.

Id eſt: Ejuſdem farinæ eſſe; *apud Liv.*

Com

Compreſſis manibus ſedere.

Id eſt, nihil agere, otiari. *Liv. l.* 7. Compreſſis quod aiunt manibus ſedentes.

Roſcius: *pro* perfecto in qualibet arte.

Vide Feſtum in verbo Roſcius.

Salis ſatis eſt, ſannionum parum.

Cic: lib: 9. epiſt: 16. ad Pætum. Cum de quodam loqueretur: Vult autem dicere locum quidē eſſe amœnum ſed ſolitarium, ut quidem P. Manutius accipit. Mihi tamen alio videtur ſpectaſſe. *Cicer:* Dicit ſe nolle amplius de villa jocari, & ſatis eſſe jam facetiarum, cum ſanniones pauci ſint, h. e. qui rideant, & facetiarum ſtudioſi ſunt.

ELLIPTICA.

De conciſo ſermone, ſeu præciſis dicendi generibus.

Cic: 2. de nat. deor. Sed id præciſe dicitur, ut ſi quis dicat, Athenienſem Remp. conſilio regi, deſit illud Areopagi.

Gratulantur ſc. illi: feliciter evenire volo.

Cic. 5. Tuſc: Nimirum eſſe Puteolam volgo ex opibus gratulabuntur. *Idem ad Varr.* Migrationē & ampliationem feliciter evenire volo.

Ab ſolo, ſc. abſit.

Cic: 5. Tuſcul. At vero Diogenes liberius ut Cynicus Alexander, &c.

Studia ad honorem.

Cic: pro Mur: Cæteræ tamen virtutes ipſæ per ſe, &c. ſed nunc de ſtudiis ad honorem, non de inſita cujuſque virtute diſputo (ſic leg. volgo addunt,) diſpoſitis.

Verbum bis ponendum aut intelligendum ſemel poſitum.

Cic: 2. de Divin. Totas noctes ſomniamus, neque ulla fere qua non.

Repetundarum ſc. pecuniarum.

Exempla paſſim obvia. Interdum integre effertur, *ut apud Salluſt. Catil.* Piſo oppugnatus in judicio pecuniarum repetundarum.

Fugitivus: *pro* ſervo fugitivo.

Sic fere Vett: Salluſt: Catil: Cauſam civium cum fugitivis communicaſſe.

Secundarum.

Subintellige partium. Actor vel hiſtrio vid. ſecundarum.

Centenos æris.

Sc. nummos: centenas pondo: ſcil. libras. *Feſtus:* Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libras.

Exigere ad diem.

Fere idem valet, quod pecuniam exigere ad diem reficiendum.

Tuſculanum.

Sc. prædium.

Suilla, bubula, ferina.

Subintellige caro, quod interdum additur. *Sall. Iugurth.* Qui Numidæ plerumque lacte ac ferina carne veſcebantur.

Civica, ſc. corona.

Quinctil: Malo te civica donare.

Tertiana.

Sc. Febris.

Ex feminini ſexûs.

Ulpian. l. 36. D. de V. S. Ex feminini ſexus deſcendentes.

Omiſſum in relativis antecedens.

Non pro quorum ſimularat ſalute, *h: e:* non eorum pro quorum. *Plaut. Perſ.* Omnes relictas habere, pro quo tu velis, *h: e:* pro eo quod, &c.

Non: *pro* non modo.

Cic: pro Marcello: Non lætari omnes ut de unius, ſed ut de communi ſalute ſentio (*ſic v. l.*) *Sall. Iug. fere ext.* Omnia enim, non conſulta in virtutem trahebantur, *h: e:* omnia non vero conſulta ſolum, *Vide Mureti var. lect.*

Vere falſone.

Cic. 5. de fin. de Democrito: Qui vere falſone quæremus, dicitur oculis ſe privaſſe. Ubi τὸ quæremus ſupereſt. *Vide Victor. l: 15. var. lect. c. 9.*

Æſtimare litis, ſc. cauſa.

Cœlius ad Cic. l. 8. Mittit in conſilium eoſdem illos, qui litis æſtimarant judices.

Ex omni: ex alia, ſc. parte.

Catul: At pater ex alia florens volitabat Iacchus (*ita v. l*)

Ad rem: ſc. pertinens, idoneus.

Agell. 11. c. 18. Sed quod ſit oblatum, quod conceptum & pleraque alia ad rem.

Accipere: *pro* aliquid accipere.

Cic. 1. ep. 16. ad Att. Ut de iis, qui ob judicandū accepiſ-

acccpiſſent, quæreretur (*ita v. l.*)

Quo fortunam: quo victoriam,

Val.l 9. *c.*13. Quo tam late patens imperium? quo tam liberorum numerum?

Ad Dianæ Veneris.

Sc. ædem.

In Catonis, ſcil: fundum, vel domum.

*Ulp l.*1. *D. de aqua & aqua &c.* Idem aiunt in ſuo retinere, vel ſuperficientem, & vicini in ſuum derivare.

Omiſſum. *Homines, aut ſimile.*

*Cic.*4. *Her.* Ut ſi qua de re ad ſenatum referatur, dicam ſententiam, qui velit.

Omiſſum *cauſa*, *gratia*, *ergo.*

Priſcian.l 8. Teſtatur Vet. hac præciſione uſos. *Vide Ant. Auguſt.l.*2. *emend.l antepen* §. *Imper. D. de leg* 2. *Sall. Catil.* Poſt ubi regium Imperiũ quod initio conſervandæ libertatis atq; augendæ reip: fuerat. *Ter. Adel.* II. Ne id aſſentandi magis quam quod gratum habeam facere exiſtimes. *Cicer:*2. *de Orat:* Cum ille ſe cuſtodiæ diceret in caſtris remanſiſſe.

Particula Enim vel Nam, aut ſimiles connexionis particulæ, omiſſa.

Lucret: 6. Vt prius hic populus ſemper conſuerat humari.

Silentio dicere, *id eſt*, eſſe ſilentio.

*Cic.l.*2. *ep.*3. *ad Q. Fr.* Qui ut peroravit nam in eo ſane fortis fuit, non ante deterritus, dixit omnia, atque interdum eſſe ſilentio.

Eadem ſc. ratione, via.

Plautus. Eadem bibes, eadem tibi dedere ſuavium.

Aliqua: *pro*, aliqua ex parte, aliquatenus.

*Liv:l:*25. Unus exercitus in propinquo eſt, & cæt. nunc aggredientibus pares aliqua eſtis. *Lipſius ita legit.*

Manum de tabula: ſc. tolle.

Cic: Manum de tabula, Magiſter adeſt citius quam putaramus.

Numus, omiſſum.

Cic: Tum vero aufer ducentos. *Sic apud Livium, alioſque ſæpe*, ſexcentos æris, mille æris ſc. numis. *Sall:* Centenos æris.

Honorem ſc. habere.

Cic: ad Pætum. Sed illi eſſe crepitus aiunt, &c. Honorem igitur Kalend. Martiis.

In alteras ſc. partes.

Agellius lib: 10. *cap:* 9.

Uxor, filia, filius, libertus, ſervus, pellex, vel ſimile, omiſſum.

Horat: Canidia Abuti: quibus eſt inimicum venenum, ſubintellige uxor. *Plin:* Poppæa hoc Neronis principis inſtituit. Subaud. uxor. *Cic: pro Domo.* Non tam inſolens, quam qui Minervam Joves, eſſe ſororem exiſtimem (*ita legend.*)

Via, omiſſum.

Non video aliam ſc viam. *Cic:* Nunc ſi jam res placet, agendi tamen aliam non video.

Lex: omiſſa.

Feſtus præteriti. Donec Tribunicia in uſu erat,

In duodecim.

Pro in XII. Tabulis. *Ita ſæpe Cicero aliiq; omnes.*

Rei: omiſſum.

*Cic:l:*16. *ad Attic:* Itaque non video ſciturum me quid ejus ſit, niſi ſtatim aliquid literarum. *Ter:* Quicquid hujus facit, cum virginis facit.

Proverbia, conciſe prolata.

Volgo quædam depravate addita. *Enn:* ſic fiet: Mutuum muli. *Cic:*3. *de finib:* Sedulo inquam faciam: ſed fortuna fortes. *Sic pro Flacco:* Ne hercule cornici oculum, ut dicitur, *Subaudi*, ſcabunt; adjuvat; effodere.

Liber, hiſtoria, poëma, &c. omiſſum.

Cic:l. 13. *ad Atticum.* Eum video in Libodes prætorem L. Popillo. P. Rupilio. Coſſ. annis 14. antequam Prætor factus eſt, legatum. *Et l.*12. *ep.* 22. *ad Attic.* Quem eſſe ex Apollodori puto poſſe inveniri ſc. Chronicis: de quibus loquitur.

Niſi me fallit, ſc. animus.

Cic. 2. *offic.* Nec enim fefellit (*ſic v. l.*) *& l.* 14. *ad Attic.* Sed nos, niſi me fallit, jacebimus.

In quatuordecim, ſc. gradibus.

Aſinius ad Cic: de Cæſ: Ludis, quos grandibus feci, Herennium Gallum Hiſtrionem ſummo ludorum decima ſeſſum duxi.

Finem interrogandi, ſc. fatorum.

*Cic.*3. *de finib:* Tum ille, finem interrogandi ſi videtur, quod quidem ego à principio ita me malle dixeram, &c.

PAR-

PARTICULÆ LINGUÆ LATINÆ.

At credo.

Cic:pro Deiot: At credo hæc homo inconſultus & temerarius non videbat. *Pro C. Rabirio,in fine,* At credo cum innumerabiles hoſtium copias.

Quod ; de tempore.

Plaut: Jamdiu eſt, quod victum non datis.

Sane ut : *pro;* ut tamen.

Cic: in Brut: Vox canora, verba non horrida, ſane ut plena eſſet animi, & terrores omnium.

Adverſus.

Ad focum verſus,ad curiam verſus.Feſtus. Ea parte, in qua plurimum erat agri Romani ad mare verſus.

Ad : *pro ;* uſque ad.

*Juvenal Satyr.*1. quanquam ſolida hora ſuperſit ad quartam. *Cic:* 1. *de Orat.* Aut aliqua lecta ad finem quæ memoria poſſem comprehendere. *Pro Cœlio.* Quem ad finem putas cuſtodiendam illam ætatem fuiſſe.

Catil: Quem ad finem ſeſe jactabit effrænata audacia, *h. e.* quouſque.

Ad in comparatione : *volgo :* reſpectu.

Nepos in Epaminonda. Atq; hæc ad noſtram conſuetudinem ſunt levia, & potius contemnenda.

Cæterum : *pro* cæteroqui, alioqui.

Ita quidam, maxime Ulpianus, ea particula utuntur, quod qui non attendunt, interpunctionibus multa Vet. loca obſcurant aut corrumpũt. *Ulpian.l.*5. *§ pen. D. de donat. inter vir. & uxor.* Hoc ita ſi non per errorem feci cęterum indebiti fideicommiſſi etiam repetitionem nullum habitum eſt.

Con.

Juncta huic articulo verbá, multitudinem notant Conticuere omnes. Conſonat omne nemus. *Cic:pro Rabir.* Poſt ad equites. Si jam nobis nunciaretur in ſenatu ſententias dici, ut his legibus teneremini, concurrendum ad curiam putaretis: Si lex fertur, convolaretis ad roſtra.

In, *pro* quod vulgo hodie: *pro:* in plaets.

In creditum, in ſolitum in cœnam *Ulpian.l.*15. *§ 3. De re jud.* pignora in creditum poſſidere.

Tantum non.

Suet. in Vitell. Nobiles viros condiſcipulos æquales ſuis omnibus blanditiis tantum non ad ſocietatem Imperii allicefactos vario genere fraudis occidit.

Tantum quod.

Elegantiſſima particula; quam Ciceroni redonavit Petrus Victorius, *Caſtigat.in Cic.p.*72. Sic enim ex MSS. reſtituendum. *Cic.l.*7 *famil.epiſt.*23. Tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi à te litterę redditę ſunt. *& l:*15. *Att:ep:*15. *ſub finem.* Hæc cum ſcriberem tantum quod exiſtimabam ad te orationem eſſe perlatam. Valet idem, quod, *commodum. Vide etiam Collectan. in Lucret.*

Vel : *pro,* etiam, Nonio teſte.

Virg. Carmina vel cœlo poſſunt deducere: *Cic. ep. ad Brutum :* Tantum te amat, ut vel me auderet provocare.

Videlicet ; Ironice, *pro,* ſcil.

*Cic. Catil.*1. Neq; hi ſolum ſenatores quorum tibi authoritas eſt, videlicet cara, vita utiliſſima. *Et* 2. *Cat.* Videlicet timidus vocem Conſulis ferre non potuit.

Ut *pro* quod *non eſt ut.* Volgo, *non eſt quod*, vel *cur*

*Cic.*5 *.de Div.* Non eſt igitur, ut mirandum ſit, &c. *Horat.* Non eſt ut copia major ab Jove donari potuit tibi.

Vereor ne non : *cupientis eſt.*

Cic:l:9.ad Att. Sed timeo ne non impetrem. *l.* 14. Vereor ne nihil habuerit. *l:*10. *fami.* Vereor ne i ō ſcribendo te expleam *l: 6.* Quibus intellexi, te vereri, ne ſuperiores mihi redditæ non eſſent.

Ita.

Eſt reſpondentis particula, *Volgo : fere, etiam* Catulus an laudat omnes? *ita inquit Antonius.*

Ita : *pro* poſtea, εἶτα.

Cic. pro Cluent. Aliquot dies ægrotaſſe, & ita mortuum *l:*36 *D. de cond:l* 7. *D. de jure pat. l.* 13. *l.*28. *de jud. Paul.*5. *ſent.l.*18. *l.*63. *ſi ſub conditionem D. de SCtus Trebell.*

Quam : *inter duos comparativos.*

Ut: doctior fuit, quam eloquentior. *Liv:l:*18. Acrior impetu, atque animo, quam compoſitior ordine. *Quintil;* Salubrior ſtudiis quam dulcior.

Tanquam: *pro*, quemadmodum.

Ut: tanquam Cicero locutus eſt, ita & tu loqui debes. *Cic: 2. ep: 5. ad Q. Fratrem.*

Non quin: *pro*, non quod non.

Cic:4 ep:7. Non quin ab ea ipſa diſſentiam, ſed quod ea te ſapientia eſſe judicē. *l. 8. ep. 15. ad Att: 7. Philip:* Non quin pari virtute & voluntate alii fuerint, ſed tantum cauſam non habuerunt (*ita opt. v. c.*)

Que: *pro*, ſed.

Cic: Non ſolum nobis nati ſumus, partemque noſtris, partem patriæ.

Prius & ante ἀνακολούθως, *h:e:* ſine quam.

Cic: 12. epiſt: Hujus ſc. timore percitus injurias perpetiar cum contumelia eſſe noſtra omnium, prius experiri malui. *Cæſ: 2. bell. civil.* Atque omnia prius experienda arbitror.

Ut: *pro*, ſimul atque.

Cic: ſæpe utitur l: 2. ep: 18. Quod initio Ariſtoni, ut ad me venit, oſtendi.

Peræque.

Volgo vix nota particula: *qua Cicero ſæpe utitur*, pro; *æqualiter, vel; eodem modo*, ut volgo loquuntur.

Omnino: *volgo*; generaliter.

Cic. 5. de fin. De hominum genere aut omnino de animalium loquor.

Etiam.

Eſt temporis continui, valet idem, *quod etiamnum.* Ejus loco multi non recte hodie utuntur particula. *Adhuc. Salluſt. Catil.* Catilina vero longe à ſuis inter hoſtium cadavera repertus eſt, paulum etiam ſpirans (ita leg. Varro.)

Præterea.

Interdum idem valet quod, *quoad alia. Cic. l. 3. ad Fr ep. ul.* Illum, inquit, neque ut ſim, neque teſtis vehemens fui, præterea quod vi.

Plene, *hoc eſt* omnino: per omnia: perfecte.

Cic. ad Fr. epiſt. 1. l. 6. Vt ſi hoc plene vitare non potes.

Si forte.

Cic: 3 Orat. Ex quo vereor, ne nihil ſim tui, &c. & aliquem ſi forte motum.

Quamobrem: non initio eſt ponendum.

Ter: Adelph. Ego in hac re nihil reperio quamobrem laudet tanto opere. *Eunuch.* Multæ ſunt rationes, quamobrem cupio adducere.

Ut: *poſtpoſitum.*

Cic: ad Pætum. Facile ut intelligerem, te eſſe commotum, &c. vix ut intelligantur.

Quaſi ſi.

Labeo IC. Perinde eſſe ait, quaſi ſi per emptorem ſolum ſtetiſſet.

Ne: *pro*, nedum: tantum abeſt.

Plautus. Vix incedo inanis, ne ire cum onere exiſtimes. *Salluſt.* Quippe ſecundæ res ſapientũ animos fatigant, ne illi corruptis moribus victoriæ temperarent.

Nec; *pro:* & non.

Virg: Abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ, *h:e:* & ignoſce ſenectæ non turpi. *Ovid:* Ora nec immunda mane levabis aqua, *h. e.* & os lavabis aqua non immunda, *l. pen. D. de re milit.* quod ſi res conſtiterit & deſertorem fuiſſe apparuerit, *h. e.* & apparuerit fuiſſe deſertorem.

Quomodo: *pro*, quomodocunque.

Quomodo potuiſſem, te conveniſſem, ſi eo, quo conſtitueras, venire voluiſſes.

Quodammodo: nova notione.

Id eſt, certa quadam & artificioſa ratione. *Cic. 3. de Orat.* Ergo hæc agenda ſunt ab Orat. quæ explicavit Antonius & dicenda quodammodo & *in Bruto* Sed vereor ne fingi videantur hæc, ne dicantur à me quodammodo.

Tandem, *irati particula.*

Cic. paradox. ult. M. Manilius patrum noſtrorum memoria (ne ſemper Curios & Luſcinos loquamur) pauper tandem fuit.

Ita ut ſi.

Cic: l: 13 ep. Mihique ita fideliter præſto fuit, ut ſi à me manu miſſus eſſet.

Item; *pro;* ſimiliter.

Cic. pro Cluent. Vos quæſo, ut adhuc me attente audiſtis, item quæ reliqua ſint audiatis.

Ut primum: ſtatim ut ſtatim.

Ita ſæpe Cic: pro, *ſtatim atque. Pro Cluent.* Nam ut primum Oppianicus quod ſibi impenderet ſe, &c. *Vide Svvech. de particulis L L.*

Jam primum: *pro*, primum.

Ita interdum loquuntur, & in narrando aliquid ab initio adhibent. *Terent:* Jam primum illum animo eſſe à nobis alieno. Jam primum enim ubi ventum ad ædes eſt.

Cum:

Cum: *tempori additum.*

Terent: Videre videor jam illum diem, cum hinc egens profugiet aliquo militatum. *Adelph. 3. 3. verſic. 30.*

Atque adeo: *correctionis particula.*

Cic: Qui bonos inſequeris plerumque, atque adeo inſectaris, nam poſtquam illi vicerunt atq; adeo victi ſunt. *Plura vide in Schoro.*

Ad: *pro;* adverſus.

Cic. 1. de divinat. Mirari licet, quæ ſunt animadverſa à medicis herbarum genera quæ ad morſus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. *Propert.* Arma Deus dites meditantur ad Indos. *Plaut. Caſin.* Viri jus ſuum ad mulieres obtinere haud queunt.

Non: *veluti Ironicum.*

Ut; *non nimis*, pro, *maxime*, maxime vero Ironicum videtur cum ſuperlativis junctum: Non promptiſſimus. Non ſtultiſſimus. Non probatiſſimus. Non ſtudioſiſſime. Non peſſime, non doctiſſimus. *Cic: 2. de Orat.* Alterum non doctiſſimum, alterum plane indoctum fuiſſe.

Particulæ idem valentes junctæ.

Tale & illud frequens apud Plautum, Næ profecto, certe, ædepol. &c. Et, quodammodo, quaſi, *apud* Cic. *ep. 26. l. 13.* Quodammodo quaſi commendatitias ſcripſimus.

Ante diem, *h. e.* ipſo die.

Ut: ante diem 3. Kalen. *h. e* ipſis Kal. *vel* Kalendar. Hinc &, in ante diem Kal. conferre, *h. e.* in ipſas Kalendas. *Cic. in Catil.* eadem te optimatiū contuliſſe in ante diem 5. Kal. Novemb.

In tot annos, *pro,* per tot annos.

Differt ab eo intra tot annos. *Cic: in procem. accuſ. Verr.* Omnia non modo commemorabuntur, ſed etiam expoſitis rebus certis agentur, quæ inter decem annos, &c. (*& ita ibi Aſc. ut recte Hoto pro Quinctio.*) *Liv: l:* 1. Bona poſtea inter tot annos, tot bella optima parta ſc. ſpolia *(ita v. l.)*

Proinde: *pro,* itaque.

Initio quoque ſententiæ collocari ſolet. *Cic: ult. Verr* Proinde ſi qui ſunt, qui in hoc Reo aut potentes.

Tam doctiſſimus, *hoc eſt,* doctiſſimus.

Cic. 2. de fin. Deinde dolorem tam maximum. *Et in Lucull.* Quo etiam magis vituperanda ſit rei tam maxime, &c. Elegantiæ tantum cauſa ſuperlativo addi videtur.

Statimque; *pro,* ſimul ac.

Martianus. Omnes Proconſules ſtatimque urbem egreſſi fuerint habent juriſdictionem. *Vide plura apud Stevvech.*

Propter quem, *h. e.* cujus opera & beneficio.

Cic: pro Roſc: Vt propter quos ſuaviſſimam hanc lucē adſpexerit, eos indigniſſime luce privarit.

Ibidem: *media brevi,* h. e. *eodem tempore.*

Ovid. 1. Faſt. Quiſq; ſuas artes ibidem delibat agendo (*ſc. v. l.*)

Particulæ caſum regentes.

E regione hæc loca. Ex adverſum eam urbem. *Nepos Themiſt.* Ex adverſum Athenas apud Salaminam claſſem ſuam conſtituerunt. *(ita vett. leg.) Vide Lucret.* Poſtero.

Tacit. 4. Annal. Idemque cum poſtero ad quæſtionem trahitur.

Vero.

Adfirmantis eſt. Vulgo ferè dicimus, *Etiam Cic. 1. de Div:* Vero tibi concedo meas ſedes. *Et in Bruto:* Orationes nobis Vet. explicabis, vero, inquam, Brute (*ita legend.*) *1. de legib:* Nos vero & hæc quidem ſi placet per ripam & umbram. *2. Tuſc.* Fuiſti ſæpe credo, cum Athenis eſſes, in ſcholis Philoſophorum. An vero ac libenter quidem.

Contrario.

Cic: de univerſ. Poſt iram & metus & reliquos animi motus comites ſuperiorum & his eſſe contrario diſſidemus (*ſic leg:* vulgo: *contrarios.*)

Protinus, *retro, à tergo.*

Cic 1. de Div: Præcepiſſetque ne pergeret protinus: quid retro à tergo fieret ne laboraret.

Denique.

Interdum idem valere videtur, quod *verbi cauſa* Vnum vero Vlpianū hac particula ita uſum reperio: quod plerosq; fugit, etiam Tribonianum, ni fallor. *l 6 in fin: D. de pign:* Vbi adfectionis nomine intelligit concubinam, filios naturales. Sic enim poſteriores ſcriptores adfectus vocant, liberos ſc. & propinquos *l: 3. D: ab exhibend:*

Ad: *pro;* circiter. *De tempor.*

Veteres, qui optime Latine ſunt locuti raro aut nunquam

nunquam hac particula ita ſunt uſi, ſed ſemper pro *uſque ad*. Recentiores tamen ea abuti ſolent. *Agell*: *l*: 16. *c*: 8. Ad annos maxime natus octo. *Plautus tamen utitur. Epidico Act. 2. ſc. 3.* Ad 40. minas puto emi poſſe.

Rurſus repetere: & ſimilia.

L: 43. *damni* §. 1. *D. de damno infeſt.* rurſus refecrare. *Nepos Alcibiad*: rurſus reſcribere. *Terent*: *Phorm. act. 5. ſc.* 8. rurſus reticere, *Lucr.* rurſus retradere. *l.* 58. *ſolut. matrim.* Rurſus me ad bibendum revocavit. *Petron*: *Plaut*: *Capt*: me recipiam rurſus domum.

Unde *de homine, pro*, à quo.

Cic: 1. *de Orat*: De ea multo dicat ornatius, quam de ipſo unde cognorit.

Nimium diu.

Cic: *Catil*: Nimium diu te Imperatorem declarant.

Non tam, quam.

Videtur his particulis priore quidem negari aliquid, adfirmari altera. *Vide l.* 41. *infra D. mort. cauſ. don. l.* 35. *ſi ſtipulor, in fin. D. de V. O.* Verum ſæpe utraque aliquid affirmatur, quaſi non tantum ſed etiam & quidem multo magis. *Cic*: *pro Deiot*: Iſtam inquam dextram non tam in bellis, quam in promiſſis & fide firmiorem.

Uſque: *pro*, uſque ad.

Cic: Nec vero ſapienti uſque plaudite vivendum. *& in Verr*: Erant acceptæ pecuniæ à cæco Verrutio: ſic tamen, ne uſque alterum v. literæ conſtarent integræ. *Tere.* Tum patris pudor, qui me tam levi paſſus eſt animo uſque huc (*ſic, ibi opt*: *libri. & ita alibi quoque Plautus. Et Ter.* Quæ vulgo in uſque adhuc mutata.

Reapſe.

Particula eſt vetus Ciceroni etiam uſitata, quę idem valet, quod *reipſa* Plæriq; hodie reabſe ſcribunt, repugnantibus libris ſcriptis. *Cic*: *in Lælio*: Specie quidem blanda, ſed reapſe multis locis repudianda (*ita v*: *c*:) *Utitur & in de Rep. de quo Seneca de benef. Pacuu. apud Cic*: *ad Heren.* quo uſus reabſe experiendo edocet (*ita v*: *c*:)

Sic; *pro*; ejuſmodi, talis.

Cic: *in Orat*: Vir autem acerrimo ingenio, ſic enim fuit, & multa in ſe & in aliis deſiderans.

Uſque eo ut. *pro*, adeo ut.

Cic: *in Verr*: Quæ cum ita ſint uſque eo de omnibus bonis male exiſtimat, uſque eo ſenatoria judicia perdita profligataq; eſſe arbitratur, ut hoc palam dictitet, non ſine cauſa ſe pecuniæ cupidum fuiſſe.

Etiam.

Cic: 2. *de fin*: Is enim qui occultus & tectus dicitur, tantum abeſt, ut ſe indicet, perfeciſſe ut dolere alterius improbe facto videatur. *Pro Milone.* Videntur eſſe ea refutanda, quæ & in ſenatu ab inimicis ſępe jactata ſunt, in concione ab improbis etiam paulo à me ab accuſatoribus.

Quaſi.

Valet interdum quod, *ut ita dicam*: adjiciturq; verbo aut novo, aut certe in ea notione non ſatis uſitato. *Exempla apud* Ciceronem *ſæpe occurrunt.*

Et quidem.

Reſpondentis particula, cum acrimonia. *Cic*: 2. *de finib*: Aliud igitur cenſet gaudere, aliud non dolere. Et quidem, inquit vehementer errat.

Vero.

Reſpondentis fere eſt, German: Waarlijk, Interdum; *ita vero* [ja Waarlijk], adfirmantis, & adſentientis.

Sed.

Interdum & inceptivum & non diſcretivum, *ut loquitur Donatus. Ter*: Sed Pamphilum video, *Salluſt*: Sed Metellus involvere.

CONJUNCTIONES.

Non eoſdem ſemper gradus conjungit, ſed interdum ſuperlativum cum poſitivo. *Cic*: *l*: 1. *epiſt*: 2. *ad fratr*: Feret enim graviter homo, & mei obſervantiſſimus, & ſui juris dignitatiſq; retinens.

Si: *pro*; an.

Eo Poëtæ utuntur & interdum hiſtorici, & poſteriores etiam in Proſa. *ut in legg*: *Imp*: *Liv*: *l*: 43. Percunctatur ſi conſilium non utile ſolũ ſed etiã ſalutare admittere auribus poteſt. *Hor*: Inſpice ſi poſſum donata reponere lætus. *Tibull*: 3. *eleg*: Illa mihi referet ſi noſtri mutua cura eſt. An minor.

ADVERBIA ΠΑΡΈΛΚΟΝΤΑ.

Cic: *in Arato*: Quorum alter paulo prælabitur ante. *Paul*: *Trucul*: Quaſi Volturii triduo prius prædivinant, quo die eſuri fient. *Lucr*: Propterea

terea quia nimirũ prius ęſtus ubi aëris pręcipit. *Plaut. Trucul.* Nunc prius præcaveo ſciens. *Lucret.* Sed vix adducor, ut ante non quierint animo præſentire atque videre. *Vide rurſus recipere.*

Conjunctiones interdum negant, quæ videantur adfirmare.

Cic: in Orat: Horrida oratione neq; perfecta atque concluſa (*ſic v. l:* ubi vulgo: *neque concluſa.*)

Niſi: *pro*; ſed.

Plaut. Alular: Niſi hoc nunc faciam, ut in puteo cœnam coquant: Coctam unde ſurſum ſubducemus corbulis. *Cic: 13. ep: 1.* Niſi tamen multo animus, &c. *Et ep:* 13. De re nihil poſſum judicare, niſi tamen id, mihi certo perſuadeo. *Ad Attic: 5. ep: 10. & 11. ep: 6. & 23.*

Sic: ita.

Lucret. Et diſpergitur ad partes ita quaſq; minutas. Nec tamen illud, &c. (*ſic is locus reſtituendus inductis duobus verſibus interjectis ex ignoratione particulæ,* ita.) *Cic: in Luc:* Cum his igitur agamus, qui hæc diſtinguunt, illos qui omnia ſic incerta dicunt quaſi deſperatos aliquos relinquamus (*ſic ibi legendum,* ubi vulgo, *ſic incerta dic,* ut ſtellarum numerus par an impar neſciatur quaſi deſper: quæ verba ſunt interjecta propter ignoratum uſum particulæ *ſic*) *ſic Ulpian: fere in l: 77. quædam D. de rei vind.* quædam mulier fundum ita non marito donavit per epiſtolam.

Etſi.

Initio ſententiæ indicativo jungitur: in medio ſubjunctivo. *Cic: 1. offic:* Sunt enim qui quæ ſentiunt, etſi optimum ſit, tamen invidiæ metu non audent dicere. 1. *de Finib:* Genus hoc ſcribendi etſi ſit elegans, perſonæ tamen & dignitatis eſſe negant. 1. *Tuſc:* Etſi enim nihil in ſe habet gloria, cur expetatur, tamen virtutem tanquam umbra ſequitur.

Quanquam.

Salluſt. Iugurth Quę gravia quanquam & flagitii plena erant. *Tacitus ita ſæpe l: 5. Anna.* Hęc mira quanquam fidem ex eo trahebant.

Jam elegantiæ cauſa adjectum nihil fere ſignificat.

Ter. Heaut. 4. 1. v. 22. Tot peccata in hac re oſtendis, nam jam primum ſi meum imperium exequi voluiſſes, interemptam oportuit. *&c.* Primum jam ancillas ſecum adduxit plus decem.

Quod: ſupereſt, *vel pro*; autem *ponitur.*

Cic: 4. de finib: Quod etſi ingeniis magnis præditi quidam dicendi copiam ſine ratione conſequuntur: ars tamen eſt dux certior, quam natura. *Lucretius.* Quod quoniam ratio reclamat recta negatq; credere poſſe animum. *Idem,* quod, contra ſępius olim, Religio peperit ſceleroſa atq; impia facta. *Cicer:* Lucullo, quid ergo eſt, &c.

Quod, *pro*; quoad, *vel* in quantum.

Terent. Eunuch. act. 1. ſc: 1. Munus noſtrum ornato verbis, quod poteris. *Agell. 17. c. 9. Tacit: 5. extremo de Tiberii morib.* Morum quoque tempora illa tempora illi fuere diverſa, egregium vita famaque, quod privatus vel in imperiis ſub Auguſto fuit.

Procul patria, *pro*; à patria.

Cic: fere addit præpoſitionem (ut procul à nobis) niſi ubi poëtice loquitur: *ut in Arato:* & procul Architectuo *& in epiſt: è poëta quodam:* patria procul. *Plin: l: 5. c: 9.* Non procul Decano. *Curtius.* Procul hoſtium conſpectu. *Idem.* Haut procul Carthaginis muris locavit caſtra.

Que: *alteri demum verbo alterius membri adjunctum.*

Val: l: 8. c: 7. de Themiſt: Per ſummamq; iniquitatem patria pulſus (*ita ex v. l. Pighius.*)

Priuſquam: *cum Indicativo.*

Cic: de Orat: Sed priuſquam illa conor affingere, proponam breviter. *& in Phil:* Cui priuſquam de cæteris reſpondeo, de amicitia pauca dicamus. *Sall:* Sed priuſquam hujuſcemodi rei principium expedio.

Cum, *pro*, licet, etſi.

Cic: in Bruto. Itaq; cum ei nec officium deeſſet, & flagraret ſtudio dicendi, perpaucæ ad eum cauſæ deferebantur. *Hor.* Cum bene notum Porticus Agrippæ & via te conſpexerit Appi. Ire tamen reſtat Numa quo devenit & Ancus.

Hactenus.

Non eſt particula temporis, ut multi putant, ſed rei aut loci. Hactenus tibi mando, *h. e.* hucuſque nihil præterea. Hactenus ei ſolutum, *h. e.* ad talem uſque ſummam. Hactenus eum ſum conſectatus, *h. e.* ad eum uſque locum.

Et vero: *adfirmantis.*

Cic:in Bruto. Et vero maximus ille Scipio vehemens fuit. *De divin:* Dicitur iſtud quidem à Cotta &c. *vero ſæpius* 1. *offic:* Ut enim pictores & hi, qui ſigna fabricantur, & vero etiam Poëtæ ſuum quoque opus à vulgo conſiderari volunt.

Sub-poſteaquam.

Balbus epiſt: ad Cic: l: 9. *Cic: ad Attic: ep:* 9. Sub-poſteaquam literas eorum cum Oppio ad te dedi, à Cæſare epiſtolam accepi (ubi tamen Rivius & eum ſecutus Lambinus ita legunt. S. V. B. E. E. V. Poſteaquam, &c. i. e. ſi valetis, bene eſt, ego valeo.

Profecto.

Videtur veteribus uſitatum paulo aliter, quam hodie multis. *Cic: Trebat: epiſt:* 11. *lib:*7. Omnia tamen quævis & tua virtute profecto & noſtrorum ſummo erga te ſtudio complecti. *Lucret: eo ſæpe uſus eſt.* Tactus enim leti omnibus eſſet cauſa profecto.

Enim: *Redeuntis particula interdum.*

Cic:pro Cæcin: Ac ſi quis mihi hoc judex recuperatorve dicat: Potuiſti enim leviore actione confligere: potuiſti ad tuum jus faciliore & commodiore judicio pervenire. *Et pro Roſc. Comœdo.* Pactionem enim, inquit, mecum fecerat. *Ibid:* At enim tu tuum negotium geſſiſti bene: gere & tu tuum bene. 1. *de finib* nec mihi illud dixeris: hæc enim ipſa mih ſunt voluptati.

Si; *pro.* Etſi, ut maxime, *vel;* ſi maxime.

Terent. in Eunuch: Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maxime, at tu indignus qui faceres tamen.

Si, *futuro indicativo junctum.*

Vt in jure: ſi certum puterur. *Sic enim in Pandect. Florentinus extat leg.* 1 *D. de interr. act:* 1. 1. *D. de rebus creditis, ſic in legib.* XII. *Tabul:* 2. *ad Herenn:* ſi furioſus exiſtat.

Etenim.

Hæc particula videtur interdum initio magnæ diſputationis convenire, ut &, *Ergo. Cic: de Senect:* Etenim complector animo, quatuor reperio cauſas cur ſenectus miſera videatur, &c.

Uberiorem Particularum Linguæ Latinæ uſum Philologiæ Studioſus cognoſcet, ex elaboratiſſimis libellis Cl. virorum: HORATII TURSELLINI: & imprimis GODESCHALCI STEWECHII: quorum alter excuſus Moguntiaci; Anno 1599. apud Balthaſarum Lippium: Sumptibus Arnoldi Mylii: hic vero Coloniæ Agrippinæ: Anno 1581. Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.

Finis Particularum.

ALIÆ

ALIÆ OBSERVATIONES LINGUÆ LATINÆ.

A.

AB *aliquo eſſe*, i: e: alicui adſentiri, & ſententiam ejus confirmare.

Vide, ne hoc totum à me ſit.

Ab aliquo ſolvere, repræſentare, dare, numerare, i. e. alicui ſolvere per alium.

Tibi quod debet, ab Ignatio ſolvit.

Ab, id eſt, quantum ad illud attinet, ut; *ab equitatu firmus, ab exercitu inſtructus. Flagitioſe imparatus cum à militibus, tum à pecunia. Inops ab amicis. Impunitas à judicio.*

Abdicare ſe magiſtratu, tutela.

Abdo me in apothecam. Fugiens in ſcalarũ tenebras ſe abdidit. Litteris ita ſe abdiderunt. Domum ſe abdere.

Abduco, pro averto & amoveo.

Animum à cogitatione, à ſolicitudine abducere.

Abducere ſe ab angoribus & moleſtiis.

Abeo, pro deſino, ceſſo.

Nauſea plane abiit. De loco abiit peſtilentia. Verba illa, ô hominem facilem, ô hoſpitem non gravem, abierunt. Pro adſentior, in ſententiam diſcedo. *Abire ad volgi opinionem. Quid ad iſtas ineptias abis, iniquites.*

Abire longe, i. e. remotiora exempla petere. *Audi, ne longe abeam, quid dicat Epicurus.*

Abire ſic. Terent. Andria: *Mirabar hoc ſi ſic abiret.* Cicer: *Non hoc tibi ſic abibit.*

Abire, pro omittere, nec amplius de illo loqui.

Sed ab hoc parumper abeamus, quandoquidem de genere, non de homine quærimus.

Abire magiſtratu, conſulatu.

Abire ab emptione, i. e. ratam non habere.

Abi, imprecantis. *Abi in malam crucem. Quin tu abis in malam peſtem malumque cruciatum.*

Abhinc, cum accuſativo.

Si Pompeius abhinc annos quingentos fuiſſet.

Abhinc duos & viginti annos mortuus eſt.

Abhinc triennium.

Cum Ablativo:

Comitiis abhinc triginta diebus, habitis.

Abjicio, de contemptu vel deſperatione. *Famam ingenii abjicere*, i. e. non curare.

Abjicere voluntatem diſcendi, conſilium profectionis. Abjicere cogitationes in rem tam humilem.

Abjectus, contemptus, volgaris, humilis. *Cauſa contempta & abjecta*, i. e. levis. *Ipſi inter nos abjecti neglectique ſumus.*

Abjectus metu. Sum animo perculſo & abjecto. Animus abjectior & ſpei amplificandę fortunę fractior.

Abjudicare. Nulla res cujuſquam tam patria atque avita fuit, quæ non ab eo imperio abjudicaretur.

Alexandriam à Pop. Rom: abjudicabit.

Abjurare, Cic. pro jurare, quod non debeas. Plaut. Perjurio negare quod debes. Cic. ad Attic. *Mihi abjurare certius eſt quam dependere.* Plaut.

Abjurare creditum. Pecuniam in jure abjurare.

Abrogare alicui magiſtratum. *Collegæ ſuo imperium abrogavit. Legi* vel *legem abrogare. Poteſtatem intercedendi collegæ abrogavit.*

Abrogare fidem. Quibus abroges fidẽ jurisjurandi. Hęc res fidem abrogat orationi. Fidem famæ abrogare.

Abſtinentia, cui opponitur rapacitas, ut: *Prætoris abſtinentia in provincia. Poſſum multa dicere de provinciali ejus in eo magiſtratu abſtinentia.*

Abſtinere animum ab uxore, opibus alterius, oculos ab alienis abſtinere. *Si quicquam cœlati in convivio adſpexerat, manum abſtinere poterat. Nullo dedecore ſe abſtinent.*

Abſtinere manus ab aliquo, pro non percutere, & occidere aliquem. *Vix homines manus à te abſtinere poſſunt. Quod me ad vitam vocas, unum efficit, ut à me manus abſtineam.*

Abeſſe propius, id eſt, eſſe propinquiorem. *Antiquitas propius aberat ab ortu. Propius à morte abeſſe. In his locis, quæ à Brundiſio abſunt propius, quam tu.*

Abeſſe pro deeſſe, deſiderari & requiri. *Duæ res*

maximæ altera alteri abſuit, quod ex æde Minervæ hoc & illud abeſſet. Petiverunt ut ſibi ignoſceretur, quod hæ res abeſſent.

Abeſſe alicui, id eſt, adeſſe & defendere *Si cum iiſdem in hac cauſa vides adeſſe, cum quibus in ceteris intelligis abſuiſſe.*

Me qui Antonio abſuerim, Syllam defendere.

Abeſſe. Abeſſe non poteſt, quin ejuſdem hominis ſit probos improbare. Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus.

Abeſſe à Sole: de Diogene & Alexandro Magno, qui Diogeni apricanti officiebat.

Abuti, in laude poſitum pro uti. *Quæ igitur ſtudia magnorum hominum ſententia vacationem habent etiam publici muneris, iis, concedente r.p. cur non abutamur.*

Accedere, pro in aliquid conſentire. *Ad utram potius legem accedere oporteat. Condēnari malebant, quam ad ejus conditiones pactioneſque accedere.*

Accedere ad aliquid, ad ſimilitudinē. *Alexidis manus tam prope accedit ad ſimilitudinem literæ tuæ. Utrius oratio ad veritatem propius accederet.*

Et alicui, pro ſimilem eſſe.

Craſſo proximus accedebat: ſed longo intervallo tamen proximus. Huic tuæ virtuti proxime accedere.

Acceſſionem adjungere ædibus, id eſt, partem aliquam ædificare ad ædes. Cic.

Accidere, pro eſſe.

Tibi novum accidiſſet tanquam mihi. Hoc mihi accidit jucundiſſimum. Illud mihi permirum accidit.

Accipi. Verberibus ad necem accipi. In oppugnanda *urbe male acceptus.*

Totis voluminibus concidere, *male accipere.* Figere maledictis aliquem, *male accipere verbis. Vehementer aliquem accipere.*

Accipi hoſpitio vel *convivio. Magnificentiſſime ab illo hoſpitio acceptus. Agreſti hoſpitio acceptus. Regio apparatu accipere. Honorifice accipere. Hilaris & bene acceptus.*

Accipere, pro intelligere, interpretari. *Ut contra ac dicat, accipi velit. Ea, quæ parum acceperis, quærere. Non tam intereſt quo animo aliquid ſcribatur, quam quo accipitur. Ut ſciam, quomodo hæc accipiat. Quæ quidem in eam partem accepta ſunt. Durius accipit hoc, quam velim. & quam homines belli ſolent. Beneficium in contumeliam accipere.*

Accipere pro audire ut: *De Socrate accepimus, Accepit fama & auditione eſſe quoddam numen.*

Accommodare. Ædes amico cuidam ad nuptias accommodaſſe. Peto ut Euandro de habitatione tua accommodes. Si quid iſte ſuorum ædilibus accommodavit.

Acquieſco, pro delector, probo, contentus ſum. *Nulla eſt reſpub: quæ delectet, in qua acquieſcam.* Pro Deiotaro: *In tuo ore vultuque acquieſco.*

Adæquare abſolute, pro parem eſſe. *Quæ à me ipſo effecta ſunt, deorum vitam poſſint adæquare.*

Addere in aliquid, pro alicui. *In illam orationem addidi quædam. Eas epiſtolas in eundem faſciculum velim addas.*

Adducere, dicitur de iis, quæ contenduntur, cui opponitur remittere.

Ambulanti ramulum adductum, ut remiſſus eſſet, in oculum ſuum recidiſſe.

Balliſtæ eo graviores remiſſiones habent, quo ſunt contentæ atque adductæ vehementius.

Adire in jus. Cum ad prætorem in jus adiiſſemus. De ſuis controverſiis in jus adire.

Adhereſcere in loco. *Ad quamcunq; ſunt diſciplinam quaſi tempeſtate delati, ad eam tanquam ad ſaxum adhereſcunt.* Idem de Sirenibus: *Ut homines ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhereſcerent. Fac venias, ſi in his locis potes adhereſcere.*

Adhibere in convivium, in conſiliū, non ad conſilium. *Adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes.*

Adhibere in aliquem crudelitatem.

Adhibere, cum Dativo.

Adhibitam vim ingenuis. Adhibenda vis eſt veritati. Cum audiviſſet adoleſcens negotium adhiberi patri. Medicinam vel remedium ægro, vulneri adhibere.

Adigere arbitrum, id eſt, capere. *Si in urbe de finibus controverſia eſt, quia fines magis agrorum eſſe videntur, quam urbis, finibus regendis adigere arbitrum non poſſis.*

Adjicere oculos alicui rei, hac phraſi ſignificabant cupiditatem alicujus rei. *Quin ad omnia veſtra pauci homines cupiditatis oculos adjeciſſent. Plane videbant adjectum eſſe oculum hæreditati.*

Adjudicare, i. abjudicare, de quo ſupra. *Neceſſe eſt ut is qui nobis cauſam adjudicaturus eſt, inclinatione*

tione voluntatis propendeat in nos. Domum, agrum alicui adjudicare. Ipſam Veneri in ſervitutem adjudicat.

Adjungere de amicitia & conjunctione. Adjungere ſibi aliquem. Novas neceſſitudines adjungere. Hominis amicitiam ſibi adjungere. Homines adjungere atque invitare ad amicitiam. Ad ſuam amicitiam vel neceſſitudinem aliquem adjungere.

Admiſcere ad aliquid, id eſt, connumerare aliquē in numero aliquo.
In hac ego legatione ſim, aut ad id conſilium admiſcear, in quo, &c. Trebatium vero meum quod admiſceas, nihil eſt.

Admittere aliquid, & in ſe aliquid, pro, committere & delinquere.
Maleficia admittere & committere. Quodnam concepi tantum ſcelus? aut quod in me tantum facinus admiſi?
Deos intueri qualis quiſque ſit, quid agat, quid in ſe admittat.

Admonere debitorem, pro debitum flagitare. Admonitus hujus æris alieni, nolui deeſſe ne tacitæ quidē flagitationi tuæ. Cum tibi cottidie poteſtas hominis fuiſſet admonendi, verbum nullum facis: biennio jam confecto fere appellas. Dolabellæ procuratores fac ut admoneantur. appellabis etiam Papiam.

Adoptare patronū & defenſorem. Me unum patronum adoptavit. Ego autem quem potius adoptem, aut invocem, quam illum, quo defendente vincere didici. Adoptare ſibi aliquem defenſorem ſui juris, & ultorem injuriarum & actorem totius cauſæ.

Adornare pro ornare & ſubornare. Duo maria maximis claſſibus ac præſidiis adornavit. Forum comitiumque adornatum magnifico ornatu. Petitionem conſulatus diligenter adornet atque inſtruat. Omnis teſtium copia à matre initio eſt adornata, à matre nunc inſtruitur, ac omnibus ejus copiis ac opibus comparatur.

Adeſſe, id eſt, abeſſe. Adeſſe alicui contra aliquem. Ego tuis rebus adero ut difficilimus. Adeſſe propius ad mortem.

Adverſus, a, um Adverſam adſcendit ripam. Antipodes adverſis veſtigiis ſtant contra noſtra veſtigia. Solem adverſum intueri.

Adverſum volnus ſeu cicatrix, quæ anteriore parte reſiſtendo, non fugiendo, accipimus. Acceptis à forti adverſario vulneribus adverſis. Judicibus cicatrices adverſas oſtendere.

Adverſus & averſus. Adverſus & averſus impudicus es

Advocatum venire alicui, id eſt, defendere. Si conſtitueris te cuipiam advocatum in rem præſentem eſſe venturum. Ajunt ſe Ebutio cum armatis ſervis veniſſe advocatum.

Æquari pro comparari, conferri inter ſe. Inter quos poſſet excellere, cum iis ſe pati ęquari. Omnium ſcelera, ſi in unum locum conferantur, vix cum hujus parva parte æquari conferrique poſſe.

Afferre, pro nunciare aliquid. Novi aliquid adferre. Odioſa de illo ad nos adferuntur. Literis aliquid de aliqua re adferre. Adſerre in patriam ſi quid acciderit. Nondum ſatis allatum eſſe, quomodo. &c.

Adferre pro allegare & citare. Rationem adferre, cur. Facti rationem adferre. Cauſam adferre.

Adferre, pro opponere in contrariam partem. Legi legem contrariam adferre. Sed adfers cor non fuiſſe. Exemplo adferre aliquid factum eſſe.

Adferre vim, manus, necem, pro inferre. Confeſſus eſt ſe Pompeio ſuis manibus necem adferre voluiſſe. Vim & manus alicui adferre. Vim matribusfamil. adferre. Alienis bonis manus adferre.

Affectus pro diſpoſitus, de animi aut corpore ſtatu.
Oculus conturbatus, nec probe adfectus ad ſuum munus fungendum. Gravi morbo adfectus. Ita adfectus ſum, ut ſi ad gravem valetudinem labor acceſſerit, mihi diffidam. Deſperatione adfectus. Varie ſum adfectus tuis literis.

Adfectus, id eſt, animatus. Nemo eſt liber, niſi qui ita adfectus eſt. Eodem modo ſapiens erit adfectus. Erga eum eſt ita adfectus, ut nemo unici filii mortem magis doluerit, quam ille mœret patris.
Reſpublica male adfecta, id eſt, diſpoſita.

Adfectus ætate, ſenectute. Nemo ætate tam adfecta neque viribus tam infirmis fuit, &c.
In ejus infirmiſſima valetudine adfectaque cum ætate, &c. Metellus ſenectute adfectus.

Adfectus, i. nondū ad finem perductus. Bellum adfectum videmus, & vere ut dicam, pene confectum. Adfecta jam prope æſtate uvas à ſole miteſcere tempus eſt.

Affigi animo.
In ſenſu meo penitus adfixum & inſitum eſt. Ea maxime animis adfigi noſtris, quæ eſſent à ſenſu tradita atque impreſſa.

Affixus alicui. Jubes illum mihi eſſe adfixum, tanquam magiſtro.
Habere aliquem ſibi adfixum.

Affligere eſt demoliri & humi proſternere. *Statuā illius deturbant, affligunt, comminuunt. Domum alicujus adfligere. Adoleſcentiam plenam ſpei maximæ perculiſſe atque adflixiſſe videamini.*

Affluere aliqua re, id eſt, abundare. *Homo divitiis adfluens. Omnium rerum adfluentibus copiis ditari.* Domus *omni ſcelere adfluens.* Ocio *nimio & ingeniis uberrimis adfluentes.*

Agitare, pro inquirere & verſare in omnes partes. *Mens agitandis inquirendiſque rationibus alitur. Sententia in ſenatu agitata.*

Agitare, pro vexare, & inſectari. *Excitare & agitare feras. Furiis agitari & perterreri. Alias aves inſectatur & agitat aquila.*

Agitatio pro motu. *Agitationibus & motibus linguæ cibus depellitur.*

Agitatio pro cogitatione. *Ad quod adhibenda eſt quædam actio, non ſolum mentis agitatio. Actio mentis & agitatio in Deo Nunquam animus agitatione & motu vacuus eſſe poteſt.*

Agere cum adverbiis qualitatis, ut: *Præclare, bene, male agere. Cum illo actum optime eſt: mecum autē incommodius. Præclare cum illis agimus, quos pacatos eſſe patimur. Optime cum eo actum, qui quam leviſſima pœna ab hac r. p. diſceſſerit.*

Agere pro in diſcrimen & periculum vocare. *Agitur ſalus ſociorum. Agebantur hæc in conventu. Agitur magna res. De capite & fama agitur.*

Agere diem feſtum, natalem. *Agere diem ſuum natalem quotannis.*

Agere aliquid, pro conari, quærere. *Neque nunc id agimus ut explicemus. Cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni videantur.* Ego *id ſemper egi, ne bellis intereſſem.*

Agere aliud, vel *alias res:* non attendere. *Oppius aliud agens, & nil ejuſmodi cogitans. Vides cum alias res agamus, quam te inviti audiamus.*

Agere cum aliquo, dicebant, quod volgo, loqui cum aliquo.

Agere, verbum Judiciorum.
Cum miles domum reveniſſet, egiſſetque lege in hæreditatem paternam. Quod agas mecum ex jure civili & prætorio non habes. Agere cum aliquo ex ſyngrapha: ex ſponſo. Agere furti cum aliquo.

Alienus, cum ablativo ſine præpoſitione. *Non putavi eſſe alienum inſtituti mei: amore noſtro. Non ſum arbitratus alienum hæc ad te ſcribere. Alienum mihi videtur dignitate imperii.*

Alumnus, de eo, qui alit. *Eloquentia bene conſtitutæ civitatis, quaſi alumna quædam. Pacis alumnus.*

Ambigere pro eo, quod volgo controvertere, ſeu diſceptare.
Ambigunt adgnati cum eo, qui eſt ſecundus heres. De hereditate, De fundo ambigitur.

Ambitum verborum vocat Cicero. Græci periodum.

Ambulare, i. e. proficiſci aliquo. *Triduo ſeptingenta millia paſſuum ambulare. Si recte ambulavit is, qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit.*

Amo te multum, i. e. gratum mihi eſt. *Te multum amamus, quod ea abs te diligenter curata ſunt. Multum te amo, quod reſpondiſti.*

Amplecti pro complecti, comprehendere. *Quod ego pluribus verbis amplecterer, ſi non.*
Non ita amplecteris artem, ut alii ſolent.

Amplecti pro bene velle alicui, diligere. *Me amiciſſime cotidie magis amplectitur. Nimis amplecti plebem putabatur. Jus civile tam vehementer amplexus.*

Ampliare, pro differre judicium vel ſententiam.

Amplius cum nominativo & accuſativo. *Amplius ſunt ſex menſes. Amplius centum cives Rom. Non amplius quatuordecim cohortes Luceriam coëgi.*

Anniverſarius, quod unoquoque anno ſemel fit. *Syracuſani feſtos dies anniverſarios agunt. Sacra anniverſaria.*

Antiquior, i. e. carior. *Antiquiorem ei fuiſſe laudem & gloriam, quam regnum & poſſeſſiones ſuas.*

Appellare, i. e. alloqui.
Comiter, ſuperbius, aſperius aliquem appellare. Blando ſermone milites appellare. Nomen alicujus appellare. Aliquem nomine appellare.

Appellare debitorem, i. e. exigere ſolutionem. *Appellatus es de pecunia quod pro ſectione debebas. A me petere, quod debeo, me ipſum appellare debetis.*

Appellare,

Appellare, verbum Iudiciorum. *A prætore, ad tribunos appellare. Appellaſti tribunos, ne cauſam diceres.*

Appellere, pro venire ad aliquem. *Viſuſque eſt in ſomnis paſtor ad me appellere.*

Applicare ſe, pro conferre ſe aliqno, de animo & corpore dicitur.

Alii ad philoſophiam, alii ſe ad jus civile applicant. Ad ſcribendam hiſtoriam ſe applicare. Ad alicujus familiaritatem ſe applicare. Applicare ſe & adjungere ad virtutem. Ad ſe diligendum omne animal applicatum eſt. In itinere ſe tam familiariter ad me applicavit.

Apponere accuſatorem, calumniatorem, prævaricatorem, id eſt, corrumpere adverſarium, ut colludat, licitatorem, Cic. pro ſubornare, qui falſo accuſet.

Appoſitus, id eſt, aptus, idoneus, oportunus *Menſes ad dicendũ maxime appoſitos mihi eripuiſtis. Locus minime appoſitus ad tolerandam calamitatem.*

Aptus de iis, quæ ordine certo juncta ſunt, & cohærent quaſi catena aliqua, contr. diſſolutus. *Orbes vincti inter ſe & nodis cœleſtibus apti. Sic inter ſe pleraque ſunt apta & connexa. Eſt apud illos ordo rerum conſervatus, & omnia inter ſe apta & connexa. Is beatiſſimus eſt, qui eſt totus aptus ex ſe, qui in ſe uno ſua ponit omnia.*

Arceſſere à capite, i. à principio repetere. *A capite quid velimus arceſſere, & unde omnia manant, videre.*

Arguere ſceleris, ſcelere & de ſcelere. *Nunc non modo te hoc crimine non arguo, ſed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. De eo crimine agi, de quo arguatur.*

Argutus, quod ſua facultate, quaſi rem ipſam manifeſtis argumentis ac ſenſibus ſubjiciat. *Sunt qui vel argutiſſima hæc exta eſſe dicant. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti ſimus, loquuntur. Ex ambiguo dicta vel argutiſſima putantur. De rebus difficillimis argutiſſime diſputare.*

Adſciſcere pro adjungere *Nihil unquam dixi de me ſublatius adſciſcendæ laudis cauſa.*

Adſcribere, quibus caſibus jungatur exempla docent *Socium me adſcribit tuis laudib. Adſcribo ad judicium tuum meam quoq; ſententiam. Hunc ad tuum numerum adſcribe. Tu adſcribe me talem in numerum. Petivit ut ſe in amicitiam tertium adſcriberent. Adſcribi civitati, & in civitatem.*

Adſpectus, ſenſus ille quem viſum vocant. *Sub adſpectum, quem volunt, facile contorquent. Res quæ ſub adſpectum veniunt.*

Adſpergere, variis caſibus adjungitur. *Aram ſanguine adſpergere: Miloni nonnullam laudatione tua labeculam adſpergis. Hunc vitę ſplendorem maculis adſpergis iſtis. Mihi epiſtola hoc adſperſit moleſtiæ. Senatuſconſulta quaſi fuligine adſperſa.*

Adſpiro, non idem eſt, quod contendo, ſed quod accedo aut pervenio ad aliquid. *Omnes aditus tuos interclusi, ut ad me adſpirare non poſſes. Nemo ad alienam cauſam invitis iis, quorum negotiũ eſt, accedere aut adſpirare debet. Magno ſe prædicat auxilo fuiſſe, quia paululum in rebus difficillimis adſpiravit. Menſe Februario adſpiravit in curiam. Ex bellica laude adſpirare ad Africanum nemo poteſt Sed hæc ad eam laudem, quam quærimus, adſpirare non poſſunt.*

Adſignare, id eſt, imputare, cauſam alicui adſcribere. *Hoc noſtris occupationibus adſignare debebis. Nec vero id homini tum quiſquam ſed tempori adſignandum putavit. Hæc ſi minus apta videntur huic ſermoni, Attico adſigna.*

Adſuefacio, Adſueſco & Adſuefio, nunquam cum dativo, nec accuſativo, ſed cum ablativo. *Homines labore adſiduo & cotidiano adſueti. Vicinitas non adſuefacta mendaciis. Adſiduitate cotidiana & conſuetudine oculorum adſueſcunt animi.*

Adſumo, id eſt, mihi arrogo & tribuo. *Si id mihi adſumo, videor id meo jure quodammodo vindicare. Quod alteri detrahat, ſibi adſumat.*

Adſtringo cum ablativo venuſte. *Quis non pari ſcelere adſtrictos arbitretur? Nulla ejuſmodi adſtrictus neceſſitate.*

Atque vel *Atq; adeo*, pro imo etiam. *Ego princeps in adjutoribus atque adeo ſecundus fui. Inſector, poſco, atque adeo flagito crimen. Hoc conſilio, atque adeo amentia impulſi.*

Attendere alicui, & ad aliquid *Attendere aliquem & rem aliquam. Quoniam metam diligenter attenditis, Sed ſtuporem hominis attendite. Cum lex aliqua recitaretur, primum verſum attenderet. Aures judex animumque attendit. Sed attendite animos ad ea quæ ſequuntur.*

Attent-

Attento, Attentare urbem, id eſt, tentare ſi urbem capere poſſit.

Attentare hominem, id eſt, tentare ſi effici poſſit, quod quis velit.

Omnium inimicos diligenter cognoſcere, colloqui, attentare. Compoſitæ orationis inſidiis fidem auditoris attentare.

Attinet, pro opus eſt.

De quo quid ſentiam nihil attinet dicere. Urbem relinquimus, quam ſapienter, nihil attinet diſputare.

Attingere, pro pertinere ad aliquid. *Sed nimirum me alia quoque cauſa delectat, quę te non attingit. Hęc res non ſolum eſt ex domeſtica ratione; attingit enim & bellicam.*

Attingere cognatione vel neceſſitudine. *Is me cognatione maxime attingit.*

Attribuo pro adſigno aut do. *Antonius mihi pecuniam attribuit. Videbis ut tantum attribuatur, quantum debetur.*

Auctionari eſt bona ſua publice vendere. *Deiotarus auctionatus eſt, ſeque exſpoliare maluit, quam tibi pecuniam non ſubminiſtrare.*

Audire bene ab aliquo. *Eſt hominis ingenui, velle bene audire ab omnibus.*

Averſus, id eſt, à tergo, hoc eſt, adverſus. *Averſus hoſtes adgredi.*

Auferre, pro obtinere & impetrare aliquid. *Verba fecimus pro Butrotiis, liberaliſſimum decretum abſtulimus, quod obſignatum eſt ab ampliſſimis viris. Quintus à Scapulis paucos dies aufert.*

Auctorem eſſe, pro ſuadere alicui. *Hircius mihi ut abſim vehementer auctor eſt.*

Auctoritas, tabulæ, quibus confirmatur illorum voluntas, quorum nomine quid agitur. *Legatorum auctoritas eſt plenaria commiſſio & poteſtas. Legationes cum publicis auctoritatibus ac teſtimoniis conveniſſe. Poſteaquam certis literis, teſtibus auctoritatibuſque convincitur.*

Auctoritates, id eſt protocolla, in quo acta referuntur. *Et eundem (id quod in auctoritatibus perſcriptum exſtat) ſcribendo adfuiſſe.*

B.

B*Ono eſſe alicui*, id eſt, utile eſſe prodeſſe. *Quibus occidi Roſcium bono ſuit. Hoc aliis quoq; bono ſuit.*

Breve dicere vel facere, id eſt, non longum eſſe in oratione, paucis dicere.

Longum eſt dicere, ſed hoc breve dicam. Iam dabo operam quam maxime potero, ut breve id faciam.

Brevi & *in brevi*, id eſt, brevi tempore. *O miſeram, & in brevi tam celerem, & tam variam reipubl: commutationem.*

Brevi, pro breviter, paucis. Lib.4 ad Attic.epiſt. 1. *Nunc etſi omnia aut ſcripta à tuis arbitror, aut etiam nuntiis ac rumore perlata, tamen ea ſcribam brevi, quæ te puto potiſſimum velle ex literis meis cognoſcere.*

C.

C*Adere*, pro deficere, deſperare. *Non debemus ita animis cadere, quaſi &c.*

Cadere cauſa, litem in judicio perdere, non obtinere cauſam.

Cadere in aliquem, pro quadrare. *In eum cadit hoc verbum maxime. Nullum eſt ſcelus quod in ejuſmodi hominem non cadere videatur.*

Cadere pro accidere, evenire.

Aliter res cecidit, ac putabam. Verebar quorſum id caſurum eſſet. Hæc res quemadmodum ceciderit, ſcire velim. Nihil mihi optatius cadere potuit. Peroportune hoc mihi cecidit.

Cadere ſub oculos, poteſtatem alicujus. *Sub populi Romani ditionem cecidere. Quæ ſub oculos non cadunt.*

Cadere pro deſinere.

Periodus in trochæum cadens.

Canere voce, fidibus, lituo. *Canit ſymphonia*, id eſt, canunt partibus vel quatuor vocibus.

Canorus pro ſonoro.

Vox nec languens, nec canora.

Captus, pro privatus, carens.

Captus mente, pro inſano. *Captus oculis* pro cæco. *Mancus & omnibus membris captus. Oculis & auribus captus.*

Captare, ſolicite aliquid cupere. *Captare occaſionē*

Captare riſus, eſt jocis aliorum riſus concitare. *Adventum meum non mediocriter captavit.*

Caput rei, quod principale eſt in re. *Ad conſilium de r. p. dandum caput eſt noſſe rempublicam. Caput literarum erat, ſibi cum illo nihil poſt hac futurum.*

Caput

Caput pro auctore alicujus rei. *Si quid ſine capite manabit, & ejus auctor non exiſtet.*

Caput pro vita.

Capitis hominem innocentem damnare. Pactum pro capite pretium prædonibus adferre.

Caſtigare, pro reprehendere, verberare. *Verbis & verberibus caſtigare. Caſtigemus hominum illorum ſegnitiem.*

Cavere alicui ab aliquo, & per aliquem, pro ſatis accipere, ſecurati ab aliquo.

Tibi non ſolvam niſi prius à te cavero. Caviſti tibi per Brutum.

Cautio eſt, vel *Cautio mea eſt*, id eſt, mihi cavendum eſt, & opera danda.

Nec hoc reſciſcat, cautio. Terent.

Cedere loco, de loco, à loco, & cedere alicui loco.

Cenſeo cedendum de oppidis illis. Athenis ceſſit. Cedere Italia & ex Italia. Cedam tibi foro & curia. Cedam tibi poſſeſſionem hortorum

Celebro, frequenter in ore habeo. *Hoc ita eſſe conſtanti fama & omnium ſermone celebratum eſt. Hoc vocibus maledictiſque populi celebratum eſt. Nuntii literæque celebrarunt hoc factum eſſe.*

Certum habere, id eſt, pro certo habere. *Certum non habeo, ubi ſis. Nunciatum eſt, & pro certo habetur, eum eſſe mortuum.*

Pro certo putare, dicere, polliceri. *Pro certo polliceor & confirmo tibi.*

Certum eſt mihi, id eſt, firmiter propoſui. *Mihi certum eſt hinc abire.*

Ceſſare pro otiari, feriari. *Pueri etiam cum ceſſant, exercitatione aliqua delectantur.*

Circumſpicere aliquid, id eſt, conſiderare. *Nunquamne te circumſpicies? numquam ne quid facias conſiderabis?*

Omnia circumſpicio, quæ illi grata ſunt.

Civis alicujus, id eſt, popularis, vel gentilis. *Meos cives à me conſervatos.*

Clauſtra, imperii clavis.

Vienna clauſtrum Germaniæ.

Clauſula libri, epiſtulæ, &c. pro epilogo vel fine & concluſione.

Coercere: comprehendere.

Mundus omnia complexu ſuo coercet & continet.

Cogitare, pro velle aliquo proficiſci. *Lepidus, cum quo diem conterere ſolebam, cras cogitabat*, ſcil. proficiſci. *Tu de itinere tuo, quid & quando cogites, velim me certiorem facias.*

Cognitor idem quod procurator. *Neminem invenire potuit, qui pro ſe cognitor fieret. Nemo Romanus umquam Siculo cognitor factus eſt.*

Cognoſcere magiſtratuum eſt. *Conſules cognoſcant, qui ager colonus ſit. Se de hereditate velle cognoſcere.*

Cogere eſt congregare, in unum colligere. *Ius civile diſſipatum & diffuſum in certa genera cogere. Copias in unum locum cogere. Senatum cogere.*

Cogere, pro probare ſyllogiſmo. *Ex quibus id quod volumus, cogitur & efficitur. Aliud quam cogebatur illatum eſt. Hoc cogere volebat, falſas eſſe literas.*

Coherens oratio.

Tota oratione tecum ipſe pugnabas, ut non modo non coherentia inter ſe diceres, ſed maxime disjuncta atque contraria.

Colligere ſe vel animum, id eſt, recreare. *Quaſi colligendi ſui cauſa ſe Auguſtam contulit. Animus ſe colligit & recreavit. Colligas te virumque præbeas.*

Colligere benivolentiam, gratiam, famam, exiſtimationem, id eſt, captare. *Benivolentiam hominum adſentationibus colligere. Ex hoc labore magnam gratiam dignitatemque colliges. Omnium undique laudem colligere. Conſervare famam ante collectam.*

Collineare, id eſt, deſtinare aliquo ſagittam, & ſcopum ſive nigrum tangere. *Totum diem jaculans aliquando collineet. Sagittam aliquo collineare.*

Collocare alicui filiam & collocare in matrimonium filiam dicimus.

Collocare alicui & apud aliquem beneficium, id eſt, afficere aliquem beneficio. Male aut bene collocare.

Commentarius vel *um*, memoriale. *Referre manu ſua aliquid in commentarium.*

Commeare, ire proficiſci. *Crebro illius litteræ ad nos commeant. Omnes Delum cum mercibus commeabant.*

Committo. Non *committam*, id eſt, non faciam. Non

 committam,

committam, ut me de negligentiâ accuſare poſſis.
Non committam ut tibi inſanire videar.

Commiſſum eſſe alicui aliquid.
Hæreditas paleſtræ commiſſa.

Commode pro bene.
Commodius feciſſes. Nemo te pro dignitate ſatis commode laudare poteſt. Feceris commode mihique gratum, ſi me de his certiorem feceris.

Commodus vir tractabilis. Multo tu es commodior & mitior.

Commodare alicui, id eſt, juvare aliquem. *Cupio ei quibuſcunque rebus potero, commodare. Peto abs te, ut omnibus rebus, quod ſine moleſtia tua facere poſſis, ei commodes.*

Commodum pro vix. *Commodum diſceſſeras heri, cum Trebatius venit.*

Communicare aliquid cum aliquo, Cic. ſemper dicit Cæſar tamen etiam *communicare alicui*, ſed id rarum eſt.

Commutare aliquid, aliqua re, & cum aliqua re. *Fidem pecunia commutavit.*

Comparate, pro relative, reſpective. *Simpliciter quæritur aut comparate.*

Comparere, non eſt ſe ſiſtere, ſed idem quod apparere, videri. *Conſpiratio ita reſtincta, ut nulla ſcintilla compareat incendii. Pompeius non comparuit nec Romæ omnino fuit.*

Comparare ſe, pro parare.
Dum uxor ſe comparat, commoratus eſt. Moneo ut te ante compares, & cottidie meditere. Se ad reſpondendum comparare.

Comparare, pro ordinare, inſtituere. *Bene majores hoc noſtri comparaverunt, ut neminem vita privarent. Præclare legibus comparatum eſt. Ita ratio eſt comparata vitæ naturæque noſtræ.*

Compellare aliquem, id eſt, nomine proprio nominare. *Nominatim alii compellabantur. Compellavit me his verbis.*

Compenſare aliquid, aliqua re, & cum aliqua re.
Certis officiis quod peccavi, compenſabo. Labores gloria compenſati mitigantur. Cum laboribus compenſabo eam, quam ex diſcendo capimus, voluptatem.

Complecti animo, cogitatione.
Cum complector animo, quatuor cauſſas reperio. Complexus ſum cogitatione te abſentem. Rei magnitudinem animo complecti.

Complecti aliquem, pro amare, & complecti aliquem beneficio, benevolentia.
Complecti aliquem ſua humanitate.

Comprimere frumentum, id eſt, apud ſe tenere.
Cives, qui frumenti compreſſerant magnum numerum, pollicentur. Clauſum & compreſſum frumentum poſſidere.

Conciliare aliquid alicui & inter ſe non conciliare aliquem cum aliquo. *Oratio conciliat inter ſe homines. Veſtram mihi benivolentiam ad audiendum concilio. Gratiam alicujus ſibi conciliare.*

Concio.
Libri ejus in concione combuſti. Advocare concionem.

Concipere, de animo. *Voluptas animo concepta & comprehenſa. Neceſſe fuit aut hæc flagitia animo concipere.*

Concipere vel *concipere verbis*, eſt in certa verba præſcribere, in quæ quis jurat vel aliquid promittit.

Concretum phyſice opponitur ſimplici: volgo cōpoſitum ex elementis. *Nil eſt in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum eſſe videatur. Corpus concretum ex elementis.*

Concurſare abſolute, & cum caſu. *Armati noctes dieſq; concurſabant. Domos fere omnium concurſare.* Barbari dicunt, diſcurſare.

Condicere alicui, id eſt, denunciare. *Craſſus cum mihi condixiſſet, cœnavit apud me in horto.*

Conditio pro officio & munere, Barbarum eſt: *Habet bonam conditionem.* Latini: *Locum* aut *munus habet.*

Condere frumentum, fructus, pecuniam.

Condoleo, nihil aliud eſt quam doleo: volgo pro compati, male: Latini dicunt, commoveri dolore, adfici alicujus caſu, vicem alicujus dolere. *Condolent mihi dentes.*

Conferre in aliquem.
Culpam, cauſam, crimen in aliquem conferre.

Conferre ſe aliquo, id eſt, iter aliquo verſus conferre.

Conferre pro impendere. *Omne tempus ad litteras conferre. In valetudinem ſuam diligentiam conferre. Omne ſtudium ad gloriam tuam celebrandam contuli.*

Conferre

Conferre, verbum militare.
Ferrum ac manus cum illo contulerunt. Conferre *ſigna cum hoſtibus. Caſtra caſtris conferre.*
Conferre capita.
Conferunt capita inter ſe, & de me loquuntur.
Conficere, pro facere.
Veſtem, pallium conficere.
Conficere, pro abſolvere.
Bellum conficere. Mandata exſequi & conficere. Longam viam confeci. Facinus aliquod per alium conficere.
Conficere pro Syllogiſmo concludere. *Ex quo conficitur, ut ſi &c.*
Conficere.
Conficere pecuniam.
Exercitum, Bibliothecam conficere. Plurimum ſtudii ad conficiendum reditum meum contuliſti.
Conficere cum aliquo, id eſt, tranſigere de negotio.
Quod mandaras, confeci. Tu cum illo confice de libris.
Conficere, de tempore, i. e explere. *Prope centũ annos confecit. Omnẽ vitę curſum in labore conficere.*
Conficere pro conſumere.
Vetuſtas omnia conficit & conſumit. Mæror cotidianus me lacerat & conficit. Senio confectus, curis confici. *Fame & frigore confici.*
Conficere, pro devorare, occidere, &c. *Plures pavones confeci, quam tu pullos columbinos. Rem ſuam confecit*, id eſt, opes ſuas. *Hac ſica me pene confecit. Vulneribus confectus.*
Confidere aliquo.
Illum quo antea confidebant, metuunt. Urbe aliqua confidere. Nimis confidere.
Confirmare pro adfirmare, certo aliquid dicere.
Hoc mihi non modo confirmavit, ſed etiã perſuaſit. De me tibi ſic promitto atque confirmo me, &c.
Conflatum, idem quod compoſitum ex multis ſimplicibus.
Ex duabus naturis hoc conflatum videtur. Ex perditis conflata improborum turba.
Conflare, pro concitare, fingere, excitare. *Conflare alicui invidiam, negocium ſuſpicionem. Bellum, ſeditionem conflare. Unde hoc ductum & conflatum mendacium?*
Conjicere ſe pro abſcondere. *Sub ſcalas ſe conjecit. In latebram aliquam ſe conjicere.*

Conjicere maledicta in aliquem. *Orationem improbe in viros clariſſimos conjectam eſſe. Hæc crimina in nimiam tuam diligentiam conjecta ſunt.*
Conjicere aliquid, in aliquid id eſt, referre. *Libellus in epiſtulam conjectus. Omnia in eum librum conjeci. Conjecere aliquid in locos communes.*
Conjungere, pro contrahere, conciliare. *Amicitiam cum aliquo conjungere; neceſſitudinem, hoſpitium, &c.*
Connexum, idem eſt quod Syllogiſmus hypotheticus.
Ipſa ratio connexi, cum conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere.
Conqueri cum aliquo, non alicui. *Nihil tecum de fratris tui injuria conqueror.*
Conquieſco, pro delector. *Senectus noſtra in amore & adoleſcentia tua conquieſcit. In amici mutua benevolentia conquieſcere.*
Conſcendere navem. Quamprimum conſcendas, ad meque venias.
Conſcius alicui rei. *Ille mihi in omnibus rebus meis conſcius eſt. Huic facinori tua mens conſcia eſſe non debuit.*
Conſciſcere ſibi mortem, id eſt, ſeipſum interficere.
Conſectari, pro diligenter perſequi, cupere, adfectare aliquid. *Ne omnia conſecter, comprehendam brevi. Vitioſa conſectari imitando. Bonus vir opes aut potentiam non conſectabitur.*
Conſectari debita, poſcere debita.
Conſectari, pro inſectari maledictis. *Lingua petulantiſſima aliquem conſectari.* Clamoribus, *conviciis &c. conſectari.*
Conſentire, concordare vulgo.
Hæc illis, quæ ſcripſeras, valde non conſentiunt. Littera illius cũ tua oratione videntur conſentire.
Conſignare, Barbare ſubſignare vel ſigillare. *Quæ publicis litteris monumentiſque conſignata ſunt.*
Conſilium, ſæpiſſime Cicer. pro Senatorum cœtu vel judicum conſeſſu.
Conſputare aliquem, barbare in faciẽ alicui ſpuere.
Conſtituere, de tempore. *Cum ſervis conſtitutum eſt, ut venirent ad balneas. Conſtituta eſt cum illo dies. Ad conſtitutam diem venit.*
Conſtituere, pro ordinare. *Suppliciũ in aliquẽ alicui maleficio conſtituere. Leges, jura conſtituere. Regẽ aliquem conſtituere. Provinciam alicui conſtituere.*

Conſtitutus.Bene conſtitutus. Firma corporis conſtitutio. Barbari bene complexionatus.

Conſtare, pro notum eſſe. *Perſpicuum eſt, conſtatque inter omnes, eſſe deos.*

Conſtare in aliquem, id eſt, conſtantem & perpetuo manere. *Merita illius in illum conſtant. Mea in te ſumma officia conſtabunt.*

Conſtare ſibi, id eſt; in una ſententia permanere, nec facile mutari. *Parum ſibi conſtat. Si humanitati tuæ conſtare voles, amabis illum. Oratio ſibi conſtat & ſecum conſentit.*

Conſtruere, eſt in cumulum colligere. *Pecunia conſtructa & coacervata.*

Conſulere alicui, non eſt ſuadere, auctorem eſſe alicui: ſed conſilio & opera ſua alterius rebus adeſſe, & juvare.

Contendere omnes nervos, ut mihi perſuadeat. *Magnum onus ſed dignum in quo omnes nervos induſtriæ contenderem.*

Contendere aliquid ab aliquo, id eſt, valde petere.

Contendere, id eſt, velle proficiſci. *Contendo Noribergam*, &, *Iter contendo Noribergam.*

Contentus, quaſi magna vi expulſus. *Ad tribunatū contento ſtudio curſuque veniamus. Contento curſu Italiam petebat. Contentius ambulare. Alias contentius, alias ſubmiſſius dicere.*

Conteſtari, proprie idem quod obteſtari. *Deos hominesque conteſtari.*

Continere pro conjunctum eſſe, & *continens* pro conjuncto. *Inſula mari disjuncta, ponte rurſus adjungitur & continetur. Huic fundo continentia quædam prædia & adjuncta mercatur.*

Continens, Continenter, de his dicuntur, quæ cohærent nullo interpoſito.

Continenti ſpiritu aliquid dicere, id eſt, uno. *Non interpellabo: continentem orationem audire malo. Continenter uno ſpiritu multa dicere.*

Contra ac, Contra quam. Si hæc contra ac dico eſſent omnia. Contra facit quam pollicetur. Clamare contra quam decet.

Contra venire, id eſt, eſſe adverſarium. *Si is, quem contra veneris, cauſa cadat. Venire contra alienum pro amico ſuo.*

Convenire in aliquem, pro quadrare in aliquem, competere. *Quod dixi, in illum non convenit. Hæc ſuſpicio convenit in illum.*

Convenire cum aliquo, vel *inter aliquos.*

Mihi cum illo convenit. Hoc mihi tecum convenit. convenit inter nos, quid hoc ſit.

Convenit, id eſt, decet. *Te his malis mederi convenit. In hac re exerceri convenit.*

Convicium facere ſuſtinere. Cum ei magnum convicium fieret à cuncto ſenatu. Suſtinere cotidianum alicujus convicium.

Credo fere pro fortaſſe ponitur, vel ornatus gratia inſeritur. *Languidiore credo ſtudio in cauſſa fuiſtis. Immoderati credo hominis & turbulenti.*

Cum ſæpe cum tempore jungitur.

Aliquot ſunt anni, cum te vidi. Duo anni ſunt, cū hoc accidit. Dies nondum interceſſerat, cum illud nuntiatur. Jam biennium eſt, cum te non vidi.

Cum pro quod. *Sæpe ex te audivi, cum illum laudares. Bene facis, cum venis.*

Cupere alicui, vel *alicujus cauſſa*, id eſt, amare. *Omnia illius cauſſa cupio. Tibi maxime cupio. Cæſari honeſtiſſime cupio.*

Curatio medici, pro cura & medicamento. *Curationes periculoſas adhibere. Curationes illius non probo.*

Curare medicorum *Corpora curari poſſunt, animorū nulla eſt medicina. Violētis medicaminibus curare.*

D.

DE pro ex. *Unus de illis. Quidam de collegis noſtris. Nemo de noſtris fuit.*

De conſilio, ſententia alicujus. *Nihil faciam niſi de ſententia tua, niſi de conſilio tuo. De amicorum ſententia Romam venit.*

De, idem quod propter, ob. *Qua de cauſſa non licet. De captivis mutandis Romam miſſus eſt.*

Decantare, eſt res notas & vulgatas uſq; ad ſatietatē inculcare. *Græcus doctor, qui alicui pervulgata præcepta decantet. Decantata hæc erat fabula.*

Decedere, abſolute, & *Decedere de vita*, pro mori. *Pater nobis deceſſit. Qui jam de vita deceſſerunt.*

Decidere, pro tranſigere cum aliquo. *Decidere de omnibus rebus rationibuſque ſocietatis. Cum ſuis propinquis decidit, ne reos faceret.*

Dedicare, pro Deo aliquid conſecrare. *Simulacri Iovis dedicavit. Delubrum Veneri dedicavit. Aræ dedicarunt.*

Dedita opera facere, id eſt, ſtudio non fortuito.

Dedit

Dedita opera literas ad te miſi.

Deducere. *Huc rem deduxi, ut palam pugnare poſſimus Quem in locum res deducta ſit, vides.*

Deducere, pro perſuadere. *Auditorem ad fletum & miſericordiam deducere De ſententia deducere. Pecunia illa non potuit ab ſua integritate deducere.*

Deducere, Deductio, verba ratiocinatorum, detrahere e ſubtrahere. *Centum nummi deducantur.*

Deferre alicui, & ad aliquem. Barbari dicunt, præſentare alicui, polliceri. *Univerſum ſtudium meum, & benivolentiam ad te defero. Illi voluntatem tuam per litteras detuli. Quicquid poſſum ad hanc rem conficiendam tibi polliceor & defero. Omnem ei ſuam auctoritatem ad hoc negotium conficiendum detulit.*

Deferre, pro tribuere. *Palmam poëtices Virgilio defero. Plerique primas ad illum in Iuris ſcientia deferunt.*

Defecit me, non *mihi*, id eſt, deeſt mihi. *Vires me deficiunt. Tempus me defecit.*

Definire cum ablativo, id eſt, metiri, exiſtimare. *Beatitudo non divitiis ſed virtute definienda eſt.*

Deflagrare, id eſt, comburi. *Domus hæc deflagravit.*

Deformare. Hæc res non ornat te, ſed potius deformat. Mortuus, deformatus, tumore præditus

Defungi, pro liberari, explicari. *Defunctos periculis ſe putabant.*

Degere vitam, ætatem, id eſt vivere. *Degere vitam in egeſtate. Cum virtute vitam degere. Ætatem inter feras degere.*

Deguſtare, pro experiri, metaphorice. *Tu velim, Fabium odorere, & iſtum convivam tuum deguſtes. Deguſta genus hoc exercitationum mearum, quibus uti conſuevi.*

Dejicere. Tubero prætura dejectus eſt, id eſt, petiit præturam, ſed non eſt conſecutus.

Dejicere, pro depellere. *Numquam à repub. oculos dejecit. De gradu aliquem dejicere.*

Delabi, pro convertere ſe aliquo, inclinare, incidere. *A majoribus ad minora oratio noſtra delabitur. Cottidie ad æquitatem delabitur. Delabi in morbum in vitium aliquod.*

Deliberare, deliberatum eſt. Certe ſtatuerat & deliberaverat non adeſſe. Certum eſt deliberatumque hoc facere. Mihi deliberatum & conſtitutum eſt. Habet ſtatum cum animo ac deliberatum.

Deliciæ pro re cariſſima. *Petrus deliciæ tuæ*, id eſt, jucundiſſimus tuus. *Eſſe alicui in deliciis*, i. e. carum. *Habere aliquem in deliciis*, id eſt, valde amare

Deliteſcere, abſcondere ſe. *In cubilib. deliteſcunt.*

Demigrare. Demigrandum potius aliquo quam habitandum in hac urbe. In locum aliquem ad aliquem demigrare.

Demiſſus, pro humili, triſti, fracto. *Sylla v oriēs. demiſſus adflictus. Erigere animum demiſſum. Suppliciter & demiſſe gratias egit.*

Demittere animum, id eſt, deſperare. *Si vincunt, efferunt ſe lætitia: victi, animos demittunt.*

Demortuus idem, quod mortuus. *In demortui locum ſuffectus.*

Denuntiare, pro nuntiare, vulgo proteſtari. *At ille denuntiat fundum ſuum eſſe. Alfenus denuntiat ſe procuratorem eſſe.*

Denuntiare bellum, contentiones, &c. *Mortem illi denuntiavit Senatus illi bellum denuntiavit. Inimicitias alicui denuntiare.*

Depaciſci, id eſt, tranſigere cum aliquo certis conditionibus. *Cum illo partem ſuam depaciſci. Cum illo tria prædia ſibi depactus eſt.*

Depaſcere. Qui à pecore ejus depaſci agros publicos dicebant.

Dependere tertiæ conjugationis *Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. Pœnas alicui dependere.*

Deplorare, de aliqua re. *De injuriis deplorare ac conqueri. De aliqua re dolenter deplorare.*

Deponere, pro obliviſci, non amplius meminiſſe. *Oblivifcor injurias, depono memoriam doloris. Deponere ſimultatem inimicitias Si audierit te ædificationem depoſuiſſe. Deponere aliquid de manu.*

Deponere officium aliquod. *Provinciam depoſuit, Imperium exercitum deponere.*

Deportare, quaſi lucrari aliquid. *Flagitium & dedecus ex Aſia deportavit. Nihil ex provincia potes jucundius deportare. Deportare triumphum ex provincia.*

Deportare pro conferre ſe aliquo. *Mihi placebat, ſi firmior eſſes, ut te Leucadem deportares.*

Deprecari pro aliquo, Barbari, *Intercedere.*

Deprecator, barbare interceſſor. *Deprecator ſalutis meæ. Deprecatorem me pro illius periculo præbeo.*

Deprecari, precando effugere. *Nullum periculum pro libertate refugio aut deprecor. Nullum ſupplicium deprecatus eſt, neque recuſavit. Injuriam ab aliquo deprecari.*

Derivare. Sic rivũ ducimus quo volumus. *Ne tota cauſa mutata in aliam cauſam derivetur. Quæſtionem alicujus in alium ſermonem derivare.* Crimen *ſeu culpam in alium derivare*, id eſt, rejicere.

Derogare, non tribuere. *Fidem alicui derogare*, &, *de alicujus fide derogare. De lege aliquid derogare*, &, *legi derogare aliquid.*

Deſcendere, generaliter pro pervenire. *Deſcendere ad accuſandum. Ad alterutram conditionem deſcendere vult, ut aut &c. In certamen deſcendere.*

Deſcribere ab aliquo, id eſt, ex alicujus exemplari. *Quintum librum à te deſcribit.*

Deſcribere pro diſtribuere, partiri. *Vectigal æqualiter omnibus deſcripſit. Civitatibus pro numero militum pecunias deſcribere. Suum cuique munus deſcribere*, id eſt, adſignare.

Deſcribere aliquem, oratione depingere. *Si qua ſit mulier ejuſmodi, qualem paullo ante deſcripſi.*

Deſperare aliquid & de aliquo. *Servi deſperantes vitam domini. Eruditionem nemo diligens deſperare debet.*

Deſperare cum dativo. *Quoniam hic ipſi deſperat. Bonos viros lugere malui meas fortunas, quam ſuis deſperare.*

Deſtino pro conſtituo, decerno, attribuo. *Diem necis alicui deſtinare Locum alicui deſtinare. Non eſt animus hic tibi deſtinatus.*

Deturbo, pro dejicio. *Statuam alicujus deturbare. Spe & poſſeſſione deturbari.*

Devincere, Devinctus. Summo hoc beneficio in perpetuum me tibi tuiſque devinxeris. Ejus officiis me eſſe devinctum confiteor. Donis beneficiiſq; plurimis ab aliquo devinciri.

Diffidere, eſt deſperare, non vero fidem non adhibere. *Graviter æger fui, ut omnes medici diffiderent. Diffidens & deſperans rebus ſuis. Eloquentiam ſe adſequi poſſe diffidit.*

Diffuſus, tralate. *Error tam longe lateque diffuſus. Ejus longe lateque diffuſa laus.*

Dilabi, pro interire, effugere, concidere. *Præclariſſime conſtituta reſpubl. dilapſa eſt. Male parta male dilabuntur. Sunt alii plures, ſed mea memoria dilabuntur.*

Diſcedere, pro dividi. *Cœlum diſceſſiſſe viſum eſt. Cum terra diſceſſiſſet.*

Diſcedere à ſe, à mente. Magnitudine timoris à mente atque à ſeipſo diſceſſit.

Diſcedere à ſe, pro immutari, ſui diſſimilem fieri, *Cœlius diſceſſu meo diſceſſit à ſeſe.*

Diſceptare, non eſt judicio contendere, ſed cauſã dijudicare & dirimere. *Iuſte ſapienterq; quæſtionem diſceptare. Rei ſunt quorum de re diſceptatur.*

Diſceptator, non eſt litigator, ſed judex apud Cic. ſemper.

Diſcutere, pro detegere, illuſtrare. *Diſcutere captiones alicujus. Diſcuſſa eſt illa caligo, quam dixi, diluxit, patet, videmus omnia.*

Diſcutere pro pellere. *Periculum hoc diſcutiam & comprimam. Eorum advocationem manibus, ferro, lapidibus diſcuſſiſti.*

Disjunctum eſſe ab aliquo, id eſt, differre, eſſe differentiam inter &c. *Mores ejus à tanti ſceleris atrocitate ſunt disjuncti. Nihil eſt disjunctius ab ea cogitatione, &c. Galli longe ſunt à Germanorum gravitate disjuncti.*

Disjuncta loca, id eſt, longe diſtantia. *Ætolia procul à barbaris disjuncta. Gentibus disjunctiſſimę terrę*

Diſpertire, in partes diſtribuere. *Tempus voluptatis laboriſque diſpertire. Diſpertire orationem in membra.*

Diſpicere, in re difficili & varia aliquid perſpicere. *Imbecillus animus verum diſpicere non poteſt. Ego quid ſperem non diſpicio. Acie mentis diſpicere.*

Diſrumpi. Diſrumpatur licet iſta furia, bis urbem ſervari.

Diſſentire cum aliquo, id eſt, ab aliquo. *Cum collega ſuo diſſentit. Tecum diſſentit.*

Diſſipare. Diſſipare hoſtes Diſſipare rumorem. Genus hominum in filiis diſſipatum.

Diſſolvere. Æs alienum filii diſſolvit pater. Pecuniam tenet, nec quidquam ulli diſſolvit.

Diſſolutus, id eſt negligens & ignavus. *Diſſolutu in re familiari & negligens.*

Deſtineri

Deſtineri,id eſt,occupari. *Tot tantiſq; negotiis diſtentus, ut reſpirare non poſſit. Maximis occupationibus diſtineri.*

Diſtrictus,id eſt,occupatus. *Nunquam à cauſis & judiciis diſtrictior fui.*

Diſturbare. Domum diſturbare, diripere. Vi & armis diſturbare judicia.

Ditio, pro poteſtate & imperio. *In ditionem ſuam redigere. Sub imperium pop. Romani ditionemque Græcos ſubjunxit. Tenere aliquem in ſua ditione.*

Divolgare. Sermonibus hanc rem divolgare voluerunt. Librum divolgare.

Do, dare ſe, Da te huic quoque generi literarum. Dare ſe ad jus reſpondendum. Dare ſe in alicujus familiaritatem. Da te homini,id eſt,eſto amicus ejus.

Dominatio,idem quod tyrannis. *Crudelis & ſuperba dominatio.*

Dominatus, pro imperio.

Dubitanter,cui contrarium. *Fidenter. Dubitanter unumquodque dicemus. Verecunde dubitanterque facere.*

Dubium,varie jungitur. *De hoc homine non eſt dubium. Vocare aliquid in dubium. Habere aliquid in dubium.*

Ducere,de origine & initio rei *Ab eodem verbo ducere ſæpe orationem. Qui commendationem ineuntis ætatis à ſcelere duxerit. Huc Pomponii ductus eſt ſermo.*

Ducere rationem alicujus,pro habere. *Officii atque exiſtimationis rationem duci convenit. Officii ratio, non commodi, ducenda eſt.*

Duci aliqua re,pro delectari. *Litteris alicujus duci Statuarum honore & gloria duci. Eloquentiæ laude duci.*

Ducere animam,vitam,ſpiritum. *Eos portus, quibus vitam & ſpiritum ducitis.*

E.

E*A RE*,pro ideo,ea de cauſa. *Id ea re quia turpe eſt, non eſt faciendum. Is metuit & ea re fugit.*

Edicere,dicitur magiſtratus edicta publ. adfigens. *Conſul edicit, ut ſenatus conſulto ne obtemperet.*

Ediſcere, barbare memoriter diſcere.

Edere,pro divolgare. *Tabellæ recitatæ nobiſq; editæ ſunt. Edere alicui rationem alicujus rei. Apollo oraculo edidit. Qui naſcitur, in lucem edi dicitur. Partum edere; riſus, clamores edere.*

Efferre fructus,volgo proferre. *Ager, qui diu quievit, uberiores efferre fruges ſolet.*

Efferre abſolute,vel. *Efferre funere*,id eſt,ad ſepulturam ferre mortuum. *Lucullus matrem efferebat. Si Cæſar funere elatus eſſet.*

Efferre,vulgo ſuperbire. *Efferre animos. Seſe gloria & prædicatione efferre.*

Efferre,pro laudare. *Contempſiſti meum genus, extuliſti tuum. Verbis efferre. Laudibus in cœlum efferre.*

Efferre,pro nuntiare, volgo proferre. *Res alio atque alio elata verbo. Efferre ſententiam gravem inconditis verbis.*

Efferri,pro commoveri,adfici *Dolore, lætitia gaudio efferri*,vel *ſe efferre. Læſi dolēt, irati efferũtur*

Efloreſcere. Ex rerum cognitione efloreſcit & redundat oratio. Utilitas efloreſcit ex amicitia, etiamſi tu eam minus ſecutus ſis.

Effluere,pro præterire intercidere. *Tempus effluxit Occaſio effluxit. Ex animo alicujus effluere.*

Effrenatus. Homines ſecundis rebus effrenati ſibique perfidentes. Libido effrenata & indomita. Projecta & effrenata cupiditas.

Effundere. Effudi vobis omnia quæ habebam. Effudit, quæ voluit, omnia.

Effundere. Omne ſuum patrimonium effundere ac diſſipare.

Effundere ſe, conferre ſe aliquo, fugere. *Timore perculſa civitas ſe, cum conjugibus & liberis ad te effundebat. Conſules fugiſſe, cunctum ſenatum, totam Italiam eſſe effuſam.*

Effuſe, pro valde copioſe. *Large effuſeque donare alicui. Id nemo tam effuſe petulans conatus eſt.*

Elaborare,valde laborare,operam dare. *Deſudare & elaborare in aliqua re. Contende quæſo atq; elabora vel potius eblandire, ut &c.*

Elucere,pro apparere,clarum eſſe. *Amicitia magis elucet inter æquales. Magnitudo animi in deſpiciendis periculis elucet.*

Emanare,pro divolgari. *Quam ego rem ita compreſſi, ut nunquam emanaturam putarem. Omnis hic ſermo ab his emanavit auctoribus. Per me hoc non emanabit.* Ementi-

Ementiri, pro falſo fingere & excogitare aliquid. *Legationem ementitus eſt. Signa numquam fere ementientia.*

Emergere, generaliter quaſi ex onere aliquo vel profunditate eminere. *Ex mendicitate emergere: Ex negotio aliquo, à ſervitute emergere. Veritas tandem emergit.*

Enectus pro ſemimortuo & vacuo. *Fame, ſiti enectus.*

Eniti, pro valde laborare. *Eniti & contendere debet quam maxime poſſit ut vincat.*

Eo. Ire in alicujus ſententiam, id eſt, adſentiri.

Eo in duplum, id eſt, duplo plus do. *Prætor decrevit, ut ſi judicatum negaret, in duplum iret.*

Erectus, de animo id eſt, fortis. *Alacri animo & erecto eſſe. Vir celſus & erectus, & omnia, quæ accidere poſſunt, parva ducens.*

Erogare, pecuniam publicam diſtribuere. *Pecunia in claſſem erogata eſt*, id eſt, ut claſſis publicis ſumptibus inſtrueretur.

Etiam atque etiam, pro valde diligenter. *Etiam atq; etiam te hortor, rogo. Vide, conſidera etiam atque etiam. Etiam atque etiam puto*, id eſt, omnino puto. Sunt plerumque rogantis aut optantis particulæ.

Evadere, pro evenire, exitum habere. *Aliquando id quod ſomniamus, evadit. Somnia aliis aliter evadunt. Videamus quo vel quorſum hæc evaſura ſint.*

Evenire bene vel male, id eſt, bonum vel malũ exitum habere. *Multis bonis male evenire multis improbis optime. Ea res proſpere tibi eveniat, precor.*

Evolvere, pro explicare, aperire. *Cujus ego criminis neque principium invenire, neque evolvere exitum poſſum. Evolvere naturam omnium rerum.*

Evolvere pro legere. *Librum ejus de animo evolve. In evolvendis Poëtis tempus ſumere.*

Ex pro ſecundum. *Ex legibus optime reſpubl. adminiſtratur. Ex juriſconſultorum conſilio judicare.*

Exædificare. Ne graveris exædificari id opus, quod inſtituiſti.

Exæquare. Pecunia omnium dignitatem exæquat. Exæquare ſe cum aliquo, & *aliquem*, & *Exæquari alicui.*

Exagitare. Inſectari & exagitare aliquem. Quod apud Lucilium ſcite exagitat in Albutio Scævula.

Examinare, ponderibus, trutina, ſtatera. *Quæ non aurificis ſtatera ſed quadam populari trutina examinantur. Meis ponderibus examinabo quid cuiq; debeam.*

Exardeſcere, pro indignari, commoveri. *Iracundia & ſtomacho exarſit. Incredibili dolore exarſit.*

Excedere, pro derelinquere. *Excedere vita, & è vita. Exceſſit ex pueris, ex ephebis*, id eſt, adoleſcens eſt.

Excidere de oratione. Verbum nullum caſu aliquo ex ore excidit. Unde quiſquam poſſit offendi. Verbum hoc fortuito mihi excidit.

Excidere, pro in volgi manus pervenire. *Libellus, qui me imprudente & invito excidit & pervenit in manus hominum.*

Excidere. Omnino mihi excidit ex animo meo. Illa omnia exciderunt.

Excipere, pro intercipere. *Excipere aliquem cum litteris. Fugientes excipere.*

Excipere illa quoque dicuntur, quæ continuo ordine ſequuntur aliquid. *Ætas quæ Ciceronis ſæculum excipit. Herculis vitam immortalitas excepit. Memoriam illius viri excipient omnes anni conſequentes.*

Excipere, pro audire intelligere. *Ex Giphanii ſermone multa memoria digna excepi. Omnia loquentis verba excipere.*

Excipere, pro ſuſtinere pericula. *Omnia tela excipit Unum pro univerſis ſubire atq; excipere pericula. Omnem vim improborum excepi meo corpore.*

Excludi temporibus. Anguſtiis temporis, vel *temporibus excluſus non potui dicere quæ volui.*

Excurrere, ob privatas cauſſas, vel animi gratia celeriter proficiſci. *Fortaſſe excurram ad te, &c.*

Excurrere in fines hoſtium. Turcæ excurrere ex Græcia, & Auſtriæ imminere videntur. Via illa excurſionibus Tartarorum eſt.

Excutere aliquem. Non excutio te; ſi quid forte ferr habeas, non ſcrutor. Tabellarios excutere.

Exemplum. Cæſaris litterarum exemplum tibi miſi.

Exemplum. Litteræ allatæ mihi ſunt hoc exempl[o] Sæpius ad me litteras uno exemplo dedit.

Exercere. Exercere medicinam. Ius civile. Qui vecti galia exercent atque exigunt.

Exercere, de muneribus & officiis dicuntur. *Exercere medicinam. Exercet vectigalia.*

Exhaurire metaphorice minuere, debilitare. *Ærarium exhaurire, & pecuniam ex ærario.*

Exhaurire, pro bibere. *Tantum vini exhauſeras, ut tibi neceſſe eſſet vomere.*

Eximere. Eximere aliquem è vinculis, à culpa, de proſcriptis, id eſt, è numero proſcriptorum.

Exire, pro volgari, evolgari. *Oratio mea exire atque in volgus emanare poterit. Liber exiit.*

Exiſtimare de aliquo. Bene, male de aliquo exiſtimare. De ingenio ejus valde exiſtimavi bene. Homo ipſe de ſe bene exiſtimans ſeſeque diligens. Barbari dicunt, Multum de te teneo.

Exiſtimare de aliquo, id eſt, judicare: *Vere de omni hac cauſa exiſtimabis. Ex oratione de ingenio alicujus exiſtimare. Ex eventu de conſilio alicujus exiſtimare.*

Expendere, pro perpendere. *Argumenta non tam numerare ſoleo quam expendere. In judiciis teſtem diligenter expendite.*

Expenſum ferre alicui. Contrarium, *Acceptum ferre. Nemo inventus eſt, qui illi nummum ferret expenſum.*

Experiri. Summo jure eum aliquo experiri. De tantis injuriis experiri noluit.

Explere, pro ſatiare. *Explere diuturnam ſitim, cupiditates, inimicitias.*

Exploratus, pro certo. *Cum mihi erit exploratum*, id eſt, ubi certo ſcivero. *Eum idem probaturum, exploratum habeo. Nemini exploratum eſt ſe uſque ad veſperum victurum.*

Exquiſitus, id eſt, magno judicio delectus. *Exquiſita verba, doctrina, ars, munditia, litteræ, &c.*

Exſecrari aliquem. Omnes te oderunt, tibi peſtem ex optant, te exſecrantur.

Expectatio volgo deſiderium. *Scribis mirificam expectationem eſſe mei Summo ſcito in expectatione te eſſe*, id eſt, ut cito venias.

Exterminare, pro ejicere *Urbe eſt exterminatus. Exterminari à ſuis Diis penatibus.*

Extremus liber, pro fine libri. *In extremo tertio libro. In extrema epiſtola ſcribis*, id eſt, in fine epiſtolæ.

Exturbari, pro vi expelli & ejici. *Exturbare homines è poſſeſſionibus, è bonis patriis. Exturbari & expelli domo. Exturbari fortunis omnibus.*

Exultare, immoderata lætitia efferri.

Palam exultare lætitia, & triumphare gaudio cœpit. Exultare immoderateque jactari.

F.

FACERE, pro exercere artem aliquam, qua quis ſe alat. *Facere alicui medicinam* id eſt adhibere. *Facere camelariam*, id eſt, camelis vendendis victum quærere. *Facere piraticam &c.*

Facere, pro fingere & introducere. *Facere aliquem loquentem. Facit mundum ædificari à Deo.*

Fac, id eſt, finge, pone caſum quod ſit, conceſſo, dato, poſito, quod ſit. *Fac eſſe ea, ut dicis omnia.*

Facere cum aliquo, pro eſſe pro aliquo, à partibus alicujus eſſe. *Auctoritas doctiſſimorum hominum nobiſcum facit. Hoc magis nobiſcum facit, quam cum adverſariis.*

Fallo. Niſi me fallit, pro, niſi erro. *Sed nos (niſi me fallit) jacebimus. Niſi me fallit animus.*

Faſti, orum, id eſt, Calendarium. *Nomen alicujus in faſtis ad aliquem diem deſcribere. Nomen è faſtis evellere.*

Fato aliquo eſſe, id eſt, in aliquo planeta natum eſſe, aliqua fortuna eſſe. *Ea conditione atque eo fato natus. Quonam meo fato hoc fiat neſcio. Mihi hoc fato natus, ut ſe ſervare potuerit.*

Ferire, pro verberare, lędere, etiam metaphorice. *Hoſtem ferire. Adverſarium ferire & repellere. Spectris oculi tantum feriuntur, animus non poteſt.*

Ferire fœdus cum aliquo.

Ferre. Ut opinio fert, id eſt, ut opinor. *Ut conjectura, ut ſpes fert. Nos ut opinio & ſpes & conjectura noſtra fert, tuti ſumus. Plura dixi, quam aut opinio mea tulerit aut &c.*

Ferre, pro poſtulare. *Ita mei periculi rationes ferunt & poſtulant, ſi ita commodum veſtrum fert.*

Ferre, pro permittere. *Tempus, cauſſa, res ita fert. Si res ita tuliſſet. Si ita tempus ferret. Si occaſio tulerit. Aliter quam natura, quam conſuetudo mea fert.*

Ferre ſuffragium alicujus. In electione conſulis Cicero omnium centuriarum ſuffragia tulit.

Ferre ſuffragium, pro ſuffragari. *Univerſus populus ſuffragium de re Clodii tulit.*

Ferre, pro auferre. Eum fructum ex repub. tuli. Palmam tulit. A me id reſponſum tulit.

Ferre repulſam, in petitione honorum.

Ferre ad populum, id eſt, proponere aliquid populo, & rogare. *Nihil de iſta re ad populum latum eſt.*

Ferre ſententiam, eſt judicum. *Vos judices de hominum fortunis ſententiam fertis.*

Ferre conditionem, id eſt, præſcribere. *Hanc conditionem miſero ferunt.*

Fidenter, cui contrarium *Timide*. *Paullo vellem fidentius reſpondiſſes. Suſpicere aliquam rem, & fidenter agere.*

Fides, pro tutela. *In fide & clientela veſtra ſum. In fidem tuam recipe & commendatum habe.*

Fiducia, id eſt pignus, quod alicui ceditur, dum quis ſolvat quod debet. *Pecuniam illi grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupavit.*

Fingere, eſt ingenioſe aliquid excogitare & formare, non vero mentiri. *Volucres fingunt & conſtruunt nidos. In cereis aut fictilibus figuris aliquid fingere. Deus finxit & fabricatus eſt hominem.*

Finiri non eſt ad finem perducere, ſed certis finibus & terminis aliquid circumſcribere. *Lingua in ore ſita eſt, finita dentibus.*

Flagrare amore, deſiderio, id eſt, valde amare & deſiderare. *Non dici poteſt, quam flagrabant cupiditate. Incredibili Juris ſtudio flagrabat.*

Flagrare, pro plenum eſſe. *Germaniam bello flagraturam intelligo, infamia flagrare.*

Fluere, pro diſpergi, & in volgus dimanare. *Multum ſermonem de libro meo fluxiſſe video. Pythagoræ diſciplina cum longe lateque flueret, permanavit in hanc civitatem.*

Fœdus, pro turpi.

Luxuria ſenectuti fœdiſſima eſt. Genus mortis fœdum.

Fortuitus. Ut illud non fortuitum ſed divinum videretur. Si quippiam nacti ſumus fortuiti boni.

Fortuna. Vir honoribus ampliſſimis fortuniſque maximis. Imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis.

Fortunare. Tibi patrimonium dii fortunent. Eum honorem tibi deos fortunare volo.

Frangere aliquem, metaphorice. *Pompeius Mithridatem fregit & comminuit. Fractus & adflictus calamitate. Frangere ſe laboribus.*

Frangere aliquid, pro minuere, alicui reſiſtere, & ipſum tollere. *Confudi & fregi illius exſultantis audaciam. Furioſam illius vim facile ſuperare & frangere potes. Illius furorem & petulantiam frangi. Quieſcamus paullum dum ſe calor frangit.*

Fraudi eſſe, id eſt, nocere, incommodare. *Filio pietas erga patrem fraudi eſſe non debet. Ab aliis diſſentire nemini fraudi eſſe debet.*

Fraus, pro ſcelere. *Fraudem capitalem admiſit. Scelus ac fraudem nocentis ſupplicio conſtringere.*

Frequens, pro pleno & multo.

Senatus eſt convocatus, frequenſque convenit. Frequentiſſimo theatro, id eſt, cum plenum eſſet. *Nulla in concione frequentior fuit populus.*

Frequens, pro ſæpe, aſſiduo. *Frequens Giphanii auditor fuit. Eo tempore Roſcius erat Romæ frequens.*

Frequentare, pro ſępe aliquid facere. *Hanc phraſin Cicero frequentat.*

Fugit me, id eſt, latet me, neſcio. *Nulla res eſt in uſu militari poſita, quæ hujus viri ſcientiam fugiat. Illud quam difficile ſit, te non fugit.*

Fugiens vinum, craſſeſcens, quod fit craſſum aut longum.

Fundere metaphorice. *Verſus ex tempore fundere. Juſtitia ſe in cæteras virtutes fundit. Magnas hoſtium copias fudit.*

Fungi munere, id eſt, facere munus ſuum. *Oculi non funguntur ſuo munere. Valetudo oportuna eſt, ut dolore careas, & muneribus fungare corporis.*

Fungi officio. Fungerer officio quo tu functus es in meo luctu, teq per litteras conſolarer. Qui adipiſci verā juſtitiæ gloriam volent, juſtitiæ fungantur officio.

G.

GENERATIM, barbare univerſaliter: cui contrarium *particulatim & ſpeciatim*. *Generatim ea, quæ maxime nota ſunt, dicam. Generatim argumenta ejus exponam.*

Gentiles, qui ſunt ejuſdem gentis & familiæ. *Gentilis meus. Ad agnatos & gentiles deducendus*, id eſt, homo ſtultus.

Gerere de negotiis privatis & publicis. *Tuum negotium geſſiſti bene. Sui negotii bene gerens. Gerere & adminiſtrare rempub.*

Gerere

Gerere generatim, pro exercere. *Inimicitias cum aliquo gerere. Magna fide ſocietatem gerunt.*

Gratulari aliquare, pro de aliqua re. *Gratulor tibi adfinitate viri boni. Populus frequens adventu meo gratulatus eſt.*

Gravitas loci, cœli, id eſt, malus aer. *Corpore vix ſuſtineo gravitatem cœli hujus. Loci gravitas cum reliquis etiam ſic miſerrime perferenda.*

H.

HABERE *ſe bene, male. Male ſe res habet. Cum ego me non belle haberem. Sic ſe res habet. Quomodo res habeat ſe, diutius neſcire non poſſum.*

Habere aliquem ſecum. Brutus bonos ſecum habiturus eſt.

Habeo, cum participio paſſivo junctum: ut *Habeo expertum*, id eſt, expertus ſum. *Habeo perſpectum exploratum*, id eſt, perſpexi & exploravi. *Quantum ex tuis literis habeo cognitum. Meam vitam perſpectam habent. Hæc res animum meum ſollicitum habet. Habeo paratum, quid quaque de re dicam. Collecta hæc omnia habeo.*

Habeto, id eſt intelligito, accipito. *Illud velim, ſic habeas. Quærebas de tuis litteris: ſic ergo habeto, ſalutares te mihi miſiſſe litteras.*

Habeo, cum infinitivo. *Hac de re nihil habui ad te ſcribere. Quid habes dicere, &c. Illa de re tantum habeo polliceri. Hæc habui objicere.*

Hærere pro dubitare. *In quo etiam Democritus hæret. In cæteris ſubvenies, ſi me hærentem videris.*

Hæret in aliquo peccatum, id eſt, ille eſt obnoxius huic peccato. *Ut peccatum hæreat non in eo qui moverit, ſed in eo qui non obtemperarit. In quo non modo crimen non hæret, ſed vix, &c.*

Hærere in viſceribus medullis, id eſt, ego nunquam obliviſcar. *Tu mihi hæres in medullis. Cum aberis, aderis tamen & mihi in medullis ac viſceribus hærebis.*

Hæret mihi aqua, id eſt, ego dubito, quid hic agere debeam neſcio.

Haurire metaphorice pro ſentire. *Sumptum ex ærario: haurire voluptates, artes, dolorem haurire. Incredibiles hauſi calamitates. Luctum majorem hauſi.*

Humilis, ſemper in vitio eſt, & ſignificat vel animum, vel ſtatum aliquem abjectum. *Demiſſus & humilis animus. Fracto animo & humili ſupplicare alicui. Parentibus nati humilibus. Quis apparitor tam humilis, tam abjectus?*

I.

IAcere, mœſtum, neglectum & abjectum eſſe, non clarum eſſe. *In pace jacere, quam in bello vigere maluit. Iacent ea ſemper quæ apud quoſque improbantur. Jacet in mœrore, ſordibus & luctu. Leges nihil valent, judicia jacent.*

Jactari, pro exagitari & exercitari. *Forenſi labore jactor. Clamore convitioque jactatus eſt.*

Jactare ſe, multa ſibi adrogare. *Intolerantius ſe jactare. Qui ſe inſperatis pecuniis ſumptuoſius inſolentiuſque jactant.*

Jam diu & Jampridem, cum præſenti tempore: volgo cum præterito. *Ego te jam diu plurimi facio. Jam pridem cupio Noribergam viſere.*

Id temporis, Id ætatis, pro eo tempore, ea ætate. *Venit ad me id temporis, ut retinendus eſſet. Id ætatis jam ſum, ut hæc omnia didiciſſe debeam.*

Imbui, metaphorice pro repleri, doceri. *Cognitiones verborum, quibus imbuti ſumus. Imbui erroribus; opinionum pravitate; dialecticis. Bellum nefarium, & omni odio imbutum.*

Imminere. Imminebat tuus furor omnium fortunis. Turcæ ab Hungaria longe abeſſe, Tranſilvaniæ magis imminere dicuntur. Homo ad cædem imminens. Hujus mendicitas aviditati conjuncta in fortunas noſtras imminebat.

Implicatus aliqua re, id eſt, irretitus, impeditus & diſtrictus, devinctus. *Implicari aliquo certo genere curſuque vivendi. Omnes ejus amicos habeo implicatos conſuetudine & benevolentia.*

Impotens, qui ſeipſum regere nequit. *Qui nulla impotenti lætitia efferuntur. Impotenti animo homo.*

Impune eſſe, pro non puniri. *Si inſidias illi poſuerit, ne ſit impune.*

In ſingulos dies, pro ſingulis diebus. *In dies ſingulos ejus copiæ minuuntur.*

Inambulare. Inambulabam domi. In viridi opacaque ripa inambulare. Qui diſputabant inambulantes in Schola.

Inauratus. Inauratam ſtatuam ponere.

Incido, ere, vulgo: Abbreviare.
Qui mihi pennas inciderant. nolunt eaſdem renaſci. Poëma, quod ad Cæſarem compoſueram, incidi. Nervos populi Romani incidere.

Incidere in æs, vel *in ære*, id eſt ſculpere. *Incidere in ſepulchro, tabula, &c.*

Inclamare. Ita te para, ut ſi inclamaro, advoles. Expeditus facito ut ſis, ſi inclamaro, ut accurras.

Inclinare abſolute, vel *Inclinare ſe Ad Papiſtas ſe inclinat. Senatus inclinavit ad pacem cum Pyrro faciendam. Inclinare ad alicujus conſilium.*

Inclinatus. Ferre præſidium labenti atque inclinatæ reipub. Laboratur vehementer, inclinata res eſt, id eſt, quaſi ruinam minatur. *Inclinato jam in poſt meridianum tempus die.*

Inclinatio, id eſt mutatio. *In me unum inclinatio communium temporum incumbit. Repentina voluntatum inclinatio.*

Increbeſcere, pro pervolgari. *Nonnullorum ſermo jam increbuit ſe &c. Quorum ſermo imperitus increbuit. Hæc conſuetudo increbuit.*

Inculcare. Quid attinet inculcare ſatum? Non modo oculis imagines, ſed etiam animis inculcare.

Incumbere in aliquam rem, & *ad aliquam rem. Tota mente in hanc curam incumbe. In Rempubl. omni cogitatione curaque incumbere. In id ſtudium, in quo eſtis, incumbite. Incumbamus ad ſtudia. Toto pectore ad laudem.*

Index, volgo Delator. *Hæc omnia indices detulerunt rei confeſſi ſunt.*

Inducere animum, pro in animum. *Inducant animum divitias contemnere.*

Inducere verbum novum, morem, &c Inducere novum verbum in linguam Latinam Novum judiciorum morem in rempubl. inducere. Rem pernicioſiſſimam in civitatem induxit.

Inducere de perſonis qua finguntur aliquid dixiſſe in dialogis. *Lipſius in dialogo induxit Douzam diſputantem. Poëtæ deos induxerunt libidine furentes.*

Inducere, delere. *Vocabulum hoc inducendum eſt.*

Inducere, pro fallere, decipere. *Hoc me induxit. Hoc ſum inductus.*

Inducere ſoleas pedibus & in pedes. Soleæ ligneæ in pedes inductæ ſunt Pedibus inductæ ſunt ſoleæ.

Indulgentia, non tantum in vitio, ſed & in laude. *Hoc Cæſar pro ſua in nos indulgentia probabit. Homines inter ſe naturali quadam indulgentia & benevolentia continentur.*

Induſtria. De induſtria, non vero caſu aut fortuito. *Injuriæ, quæ nocendi cauſa de induſtria inferuntur. De induſtria aliquid facere.*

Infamia, id eſt, mala fama, malus rumor. *Inferre infamiam alicui*, id eſt, diffamare aliquem *Flagrare infamia. Ne qua generi ſuo nota turpitudinis & infamiæ inuratur.*

Infans, qui non eſt difertus & expeditus in loquẽdo qui non bene fari poteſt. *Oratio neque nimis infans, neque perfecte diſerta. Scipionem accepimus infantem non fuiſſe*, id eſt, ſatis diſertum.

Infantia, cui opponitur *Eloquentia*. *Infantiam ejus qui rem noverit, ſed eam explicare dicendo non queat.*

Inferior, qui in aliqua re ab altero ſuperatur. *Is belli laude non inferior fuit quam pater. Giphanius in jure civili laude non eſt inferior, quam Cujacius fuit. Prudentia me non eſt inferior.*

Inferre ſe in locum aliquem. *Cum in templum te intuliſti.*

Inferre alicui mortem, injuriam, & c. pro adficere aliquem morte & injuria. *Alicui per ſcelus mortem inferre. Stuprum puellæ intulit.*

Inferre, id eſt, concluſionem facere in Syllogiſmo. *Aliud quam cogebatur illatum eſt.*

Inferre alicui, generaliter accipitur pro miſerum aliquem aliqua re habere, adfligere aliquem. *Bellum, arma, infeſta ſigna, famem & vaſtitatem patriæ inferre. Terrorem, metum mortis, periculum capitis, alicui inferre.*

Inferre ſermonem, id eſt, in medium adfere, & fere interloqui. *In re ſevera delicatum aliquem inferre ſermonem.*

Infeſtus, id eſt, valde inimicus alicui. *Fortuna nobis infeſta fuit aliquando propitia. Iniquo infeſtoque animo intueri aliquem. In omnes infeſtus.*

Infeſtus, id eſt, periculoſus, periculis obnoxius. *Banditæ vitam illam latrociniis infeſtā reddidere. Via excurſionibus hoſtium infeſta. Piratæ mare infeſtum habent.*

Inficere, pro imbuere. *Puer infici debet bonis artibus.*

bus. Nos umbris, deliciis, otio & deſidia animum inficimus. Opinionum pravitate infectus.

Infector, ita Cicero vocat, quem Barbari *Tinctorem*.

Inflammare, ad ardentes animi adfectus Cicero transfert *Magno amore in patriam inflammatus. Ad gloriam inflammatus. Inflammatus & furens libidinibus.*

Informare. Talis orator, qualem Cicero informavit, nullus reperitur.

Infra aliquem, idem quod ſupra *inferior. Homerus non infra ſuperiorem Lycurgum fuit. Humanas res deſpicere, atque infra ſe poſitas arbitrari.*

Infractus, id eſt, valde fractus. *Infractus furor illius inanes facit impetus. Non modo non infracto animo erat, ſed etiam confirmato & renovato.*

Ingraveſcere, de re gravi & moleſta dicitur, quando augetur. *Ingraveſcit in dies inteſtinum malum. Morbus ingraveſcit. Cum ingraveſceret annona, ut jam fames timeretur. Ingraveſcens ætas*, id eſt, ſenectus.

Ingredi aliquid, ad aliquid, in aliquid, pro aliquid incipere. *Ingredi diſputationem. Ad dicendum ingreſſus. Magna ſpe ingredior in aliquam orationem.*

Ingredi, cum infinitivo pro incipere & aggredi aliquid. *Majores me res ſcribere ingreſſum. Hac de re ingreſſus eram dicere.*

Iniens, pro incipiens. *Januario ineunte cura, Romæ ſis. Ineunte vere. Ineunte ætate*, id eſt, in pueritia. *Ab ineunte ætate litterarum cupiditate incenſus eſt.*

Injicere, pro obiter aliquid dicere. *Cum mihi in ſermone injeciſſet, ſe velle Aſiam viſere.*

Injicere alicui manum, mihi injecit, & pauliſper conſiſtere & commorari coegit.

Injicere alicui quid, id eſt, adfectum aliquem in aliquo concitare. *Injicere alicui ſuſpicionē, ſcrupulum, & dubitationem, timorem, &c.*

Inire magiſtratum, id eſt, initiū magiſtratus gerundi facere. *Conſulatum inivit. Poſt ſacerdotium initum.*

Inire gratiam ab aliquo. Si hoc mihi effeceris, ſolidam & grandem à me gratiam inibis.

Inopinatus, Hoc mihi improviſum inopinatumque accidit.

Inſcribere librum.

Inſcribere alicui litteras, id eſt, titulum facere. *Hæ litteræ tibi inſcriptæ ſunt.*

Inſectari aliquem. Aquila inſectatur & agitat alias aves. In aliquem invehi, & eum vehementer inſectari.

Inſignia. Sceptrum & purpura ſunt inſignia Regia. Toga eſt inſigne pacis & otii. Mœroris inſignia, Cic. vocat atrum veſtitum.

Inſolens qui aliquid facere non ſolet, quod uſurpari non ſolet. *Ego inſolens infamiæ ſemper in laude verſatus ſum.*

Inſolentia eodem modo uſurpatur. *Moveor loci inſolentia, quod tantam cauſam dico intra privatos parietes*, id eſt, qui ante non ſolebam privatim dicere.

Inſtituere. Inſtituere hæredem. Inſtituit ſibi amicos, &c.

Inſuſurrare, proprie de vento leniter flante: metaphorice alicui in aurem dicere.

Integer, de corpore, cui opponitur *feſſus. Integri defeſſis militibus ſuccedebant. Non facile recentes & integros milites ſuſtinebunt.*

Integer, qui opibus & gloria floret. *Quos ego florentes atque integros vici. Integerrimas pacatiſſimaſque gentes illi ad diripiendum tradidiſti.*

Integrum alicui ſervare, eſſe, &c. Is rem integram ad reditum ſuum juſſit eſſe: Cauſam omnem integram tibi reſervavi. Mihi jam non eſt integrum uti tuo conſilio. Mihi integrum eſt facere, vel non facere.

Intelligens abſolute *Non ſemper volgi judicium cum intelligentium judicio congruit. Exiſtimator doctus & intelligens.*

Intelligentia, ita vocat Cic. quod nos *intellectum. Pars hominis, quæ rationis atque intelligentiæ eſt particeps, quo ſtudio & qua intelligentia hunc eſſe cenſes in rebus ruſticis*

Intendere digitum, vel *manum*, id eſt, extenſo digito aliquid monſtrare.

Intendere aliquid, pro conari. *Si Antonius, quod animo intenderat, perficere potuiſſet.*

Intendere aliquo, id eſt, viam & curſum dirigere. *Ut eo, quo intendit, mature perveniat.*

Intendere alicui, vel *in aliquem tela, pericula, &c. Ego tela intenta jugulis civitatis de conjuratorum manibus extorſi.*

Intento, id eſt, contra aliquem dirigo. *Non arma, non vim intentavit.*

Inter, Cic. pro invicem. *Illi inter ſe diligunt. Voluntate ſimiles inter ſe.*

Inter cœnam, pro in cœna. *Hanc epiſtulam inter cœnam dictavi.*

Intercedere, non eſt deprecari pro aliquo, vel litem dirimere, ſed tribunus plebis, qui ſenatus conſultum impediebat, dicebatur intercedere.

Interior & *intimus*; ſic dicuntur reconditæ res, & quæ non à quovis intelliguntur *Interiores & reconditæ litteræ. Sed hæc quoq; in promptu; nunc interiora videamus. Penitus ex intima philoſophia haurienda eſt juris diſciplina.*

Internoſcere, id eſt, diſcernere, dignoſcere. *Verum à falſo internoſcere.*

Internuntius, qui eſt tanquam medius inter duos. *Adſiduis internuntiis cum illo egi.*

Interponere ſe id eſt, immiſcere ſe alicui negotio. *De illa re tu quod voles, facies, me nihil interpono.*

Intervallo longo, id eſt, longo tempore poſt, diu poſt. *Longo intervallo Romam venit.*

Invehi in aliquem, id eſt, graviter exagitare. *Petulanter, acerbe graviter, aſpere, contumelioſe, in aliquem invehi. Me, in quem inveheretur, delegerat.*

Inurere metaphorice. *Hanc tibi notam ad ignominiam ſempiternam inuſſit. Ne qua generi ac nomini ſuo nota nefariæ turpitudinis inuratur.*

Inurere dolorem, pro commovere alicui perpetuum dolorem. *Tantus illorum temporum dolor inuſtus eſt civitati.*

Ita, pro valde, tam. *Non ita multo poſt in Galliam proficiſcar. Non ita multis ante annis ajunt quendam, &c. Quibus homines non ita valde moventur.*

Item, pro ſimiliter, æque *Romulus augur cum fratre item augure. Spectaculum tibi jucundum, mihi non item.*

Iterum barbare adhuc ſemel. *Primo decipi incommodum eſt, iterum ſtultum, tertio turpe Dignus liber qui iterum legatur: ſemel atque iterum.*

Jubeo, cum infinitivo.

Juſſi ipſum valere: barbare valedixi illi. *Dionyſium jube ſaluere*, id eſt, ſaluta meo nomine. *Jubeo te ſperare & bono animo eſſe. Valde jubeo gaudere te.*

Juncta verba, ſic Cic. vocat, quæ nos compoſita, quibus opponuntur *ſimplicia. Prima vis eſt in ſimplicibus verbis, in conjunctis ſecunda.*

Jungere amicitiam, &c. Deiotarus cum noſtris hominibus conſuetudines amicitiaſque jungebat. Ut omnis caritas inter duos jungatur.

Junctus aliquo, pro cum aliquo. *Improbitas ſcelere juncta. Laudatio defenſione juncta.*

Juratus & *Injuratus*, pro qui juravit aut non juravit. *Injurato mihi plus credit, quam jurato tibi.*

Jureconſultus, pro Juriſconſultus.

Jus, juris, barbare Offa.

Jus nigrum cœnæ caput erat.

L.

L*Abefacto*, pro infirmo & convello Barbari Detrudo vel *annihilo. Perfringere ac labefactare conſpirationem bonorum. Labefactare & reſcindere ab aliis conſtituta.*

Laborare, pro curare, ſolicitum eſſe. *De cæteris non laboro amici cauſa*, id eſt, pro amico *De fama nihil ſane laboro* id eſt, nihil curo. *De re magis quam de verbis laborans.*

Laborare, pro ægrotare. *Morbo aliquo laborare. Ex pedibus, ex renibus, ex inteſtinis graviter laboro. Si eſſet in iis fides, in quibus eſſe debebat, non laboraremus.*

Latet me, id eſt, neſcio, Latinum non eſt: ſed *fugit me*, de quo ſupra.

Lautus, ſignificat ſplendorem & elegantiam in rebus & hominibus. *Cœna magnifica & lauta. Patrimonium ſatis lautum diſſipare. Homo lautus & urbanus.*

Laxa dies. Ego diem ſtatuo ſatis laxam, id eſt, tempus ſatis longum.

Legare ſibi aliquem, dicebantur Conſules aut Duces, qui Legatum aliquem ſibi eligebant, qui ſecum iret in bellum, aut in provincias. *Cæſar Caſſium ſibi legavit.*

Legere, pro eligere, deligere. *Verba legenda ſunt bene ſonantia. Legere aliquem in Senatum.*

Levare pro levius facere & imminuere. *Auctoritas levatur inconſtantia. Levare annonam.*

Libens,

Libens,cui contrarium *Invitus*. *Utrum libentes an inviti dabant.*

Librarius. *Legi litteras non tuas,ſed librarii tui*. *Tabulas ab omnibus librariis deſcribi imperavi.*

Licet cum ſubjunctivo modo, idem quod, ſi placet, ſi velis, ſi videatur. *Vel hoc ipſi dicas licet*. *Orationem tibi mitto,ex qua licet pauca deguſtes*. *Sequamur Hermagoram licebit.*

Litura, eſt quando verbum aliquod inducitur & deletur. *Mendum ſcripturæ tollitur litura*. *Hoc verbum totum eſt in litura.*

Locare;pro faciendum aut curandum aliquid alicui certa pecunia committere. *Ædilis plateam ſternendam locavit*. *Locare opus faciendum maxima pecunia.*

Locare ſe & operas;id eſt, ſervire alicui pro pecunia. *Locat ſe non minus 200. ſi annuis*. *Hominis operam non caballi locavi : Petronius.*

Longe eſſe, vel *abeſſe*, pro procul diſtare. *Quam longe hinc eſt in Galliam ? Auguſta quam longe ſit neſcio.*

Longe,cum poſitivo& ſuperlatio. *Longe diverſus*. *Longe diverſiſſimus , & longiſſime diverſus*. *Vir longe poſt natos homines improbiſſimus.*

Longum eſt dicere,*longius aliquid facere*. *De omnibus longum eſt mihi dicere, præſertim ad alia properanti*. *Non faciam longius : huc enim pertinet.*

Longius nihil eſt ; ita Cicero loquitur ingens rei deſiderium exprimens.

Nihil ſibi fuiſſe longius, quam ut me videret. *Nihil mihi longius , quam colloquio tuo frui.*

Lucet,vel *Luceſcit*. *Cum adveſperaſceret, ita noctu iter feci , ut poſtridie cum luceſceret , illic eſſem*. *Nondum legere poteramus , nam & lumina dimiſeramus, nec ſatis lucebat.*

Lux,pro die. *Hæc eſt centeſima lux ab interitu Clodii*. *Luce in foro palam adgredi*, *Prima luce.*

Ludibundus facit aliquid,vel aliquo venit, id eſt, quaſi ludendo& jocando,nec multum ſollicitus. *Hoc ſi effecero,cætera ludibundus perficiam.*

Lumen;volgo candela. *Noctis lumine appoſito experrectus*. *Vos mihi in tantis tenebris clariſſimum lumen prætuliſtis.*

Lumina,pro oculis. *Democritus luminibus amiſſis alba & atra diſcernere non poterat.*

M.

M*Alum*,increpandi vox. *Qua (malum) ſtultitia fuit.*

Mancipium ; res quæ poſſidetur, ſive dominium & proprietas *Sum uſu tuus,poſſeſſione Attici: ergo fructus eſt tuus, mancipium illius.*

Mandare alicui honores,magiſtratus,pro concedere. *Mihi magiſtratum pop. Romanus mandavit.*

Mandare litteris,monumentis,hiſtoriis verſibus, minis, &c. de iis quæ conſervari volumus. *Hoc Cæſaris factum immortalitati mandavit Virgilius*. *Percipite quæ dicam, & ea penitus animis veſtris mentibuſque mandate.*

Manare; proprie eſt fluere, metaphorice otiri ex aliquo , & pervenire aliquo. *Herculis ſimulacrum multo ſudore manavit*. *Rumor ſine capite manans , & cujus auctor non exſtat*. *Hoc malum per totam Germaniam manavit.*

Peccata ex vitiis manant.

Maxime junctum cum *qui* vel *cum*. *Domus celebratur* (id eſt , plena eſt) *ut cum maxime*. *Tam te amo, quam qui maxime.*

Maxime, pro imprimis,præſertim. *Legenda ſunt hiſtoriæ, maxime Romanæ*. *Putavi aliquid ſcribendum eſſe: eo maxime, quod animi penderes.*

Medios vocat Cic. quos volgus neutrales , qui neutram partem ſequuntur. *In medium venire, proferre,vocare*. *Primum veniat in medium Epicuri ratio*. *Cogitata in medium proferre.*

Memini cum præſenti infinitivo. *Memini me legere*, id eſt, me legiſſe.

Memoria;pro ætate vel tempore. *Omnia bella, quæ memoria noſtra fuerunt : Princeps hujus memoriæ juriſconſultorum*. *Tanta multitudo, quanta mea memoria nunquam ullo in judicio fuit.*

Memoria;pro ſcriptis, hoc eſt, monumentis, quibus res geſtæ conſervantur.

Merces,annui reditus ex fundis & prædiis. *Vides, ſi amicitiam emolumento metiare, ſummas familiaritates prædiorum pretioſorum mercede ſuperari.*

Merere , pro militare ſub aliquo. *Murena adoleſcens Pompeio imperatore meruit*. *Aliquot ſtipendia meruit.*

Micare de venis, id eſt, pulſare. *Venæ & arteriæ micare non deſinunt.*

Mihi, ſæpe ſupervacaneum. *Is etiam mihi glorietur ſe, &c.*

Miſcere, pro infundere vinum. *Qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens.*

Mitto, pro volo. *Mitto hic aliquid commemorare.*

Mitto, de amiſſa maxima parte exercitus.

Mittere vocem, ridicula, pro dicere. *Vocem pro republ. nemo miſit, jacere ac mittere ridicula cœpit.*

Miſſum facere eum, qui in n ſtra poteſtate aut nobiſcum eſt, dimittere. *Legiones bello confecto miſſas fecit.*

Miſſam facere rem aliquam, id eſt, omittere, prætermittere. *Sed miſſa hæc facio, quæ jam facta ſunt. Qui voluptatibus ducuntur, miſſos faciant honores*, id eſt, ne petant aut cupiant.

Momentum, pro puncto temporis. *Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. Paullo momento huc illuc impellitur*, id eſt, eſt inconſtans.

Momentum, pro vi, valore & pondere rei. *Illud eſt maximi momenti & ponderis. Unam quamque rem exiſtimare, momentoque ſuo ponderare. In his maxima momenta ſunt ad beate vivendum. In repub. permagni momenti eſt inclinatio temporum.*

Momentum, pro occaſione vel mutatione temporum.

Mordicus auferre. Auriculam mihi mordicus abſtulit.

Morari aliquem, pro impedire. *Abire cogito, ſed me ſartor moratur.*

Movere ſe loco, id eſt, abire.

Moveri poſſeſſionibus & penatibus ſuis, id eſt, vi exturbari & ejici.

Multo cum ſuperlativo jungitur. *Conſpectus mihi veſter multo jucundiſſimus eſt viſus. Pars multo maxima.*

Multus in re aliqua, qui diu in re verſatus eſt, vel etiam nimis prolixus.

Multum eſſe, multi putari, id eſt, magni exiſtimari, magni fieri. *Nomen tuum multum eſt in his locis. Dum ſuam eruditionem multi exiſtimari volunt, ridentur.*

Mutari civitate, id eſt, civem fieri alterius civitatis.

Ne quis invitus civitate mutetur, neu in civitate maneat invitus.

Mutuari, volgo, mutuo accipere. *Pecuniam ab illo mutuatus ſum. Virtus à viris nomen mutuata eſt.*

Mutuum aliquid dare vel *ſumere*, volgo dicunt accipere mutuum vel mutuo, dare mutuo, barbare. *Sumere pecunias mutuas. Dare alicui frumentum mutuum.*

N.

Narro tibi, id eſt, ſignifico tibi. *Narro tibi plane relegatus mihi videor poſteaquam ruri ſum.*

Natu grandis, id eſt, ſenex. *Non admodum natu grandis, ſed tamen ætate provectior. Sic: major natu, minor natu, maximus natu.*

Navare operam, id eſt, bene collocare. *Et quidem jam videor mihi navaſſe operam, quod huc venerim*

Nedum, id eſt, multo minus. *Me nihil iſtorum ne juvenem quidem movit unquam, nedum ſenem.*

Nefas eſſe vel *haberi*, pro non licere. *Pacatos turbare nefas eſt, Jehovam Ægyptii nefas habent nominare.*

Nomen, idem quod debitum. *Exigere ſua nomina. Pecuniam in nominibus & non numeratam habet.*

Nubere alicui, cum aliquo, & in domum alicujus. Cum illo nupta eſt ſoror. In ampliſſimam familiam nubere.

Nullus, pro non. *Quidquid ſibi velit, nullus adſequor*, Comicorum eſt.

Numerare, pro ſolvere. *Militibus ſtipendium numerare.*

Numerus, pro loco, exiſtimatione. *Ille tibi fuit parentis numero. Eſſe in aliquo numero. In nullo oratorum numero fuit. In oratorum numerum venire.*

Nuntius. Nuncium barbarum eſt. *Ex Ungaria triſtes nuntii venerunt.*

O.

Obdureſcere ad aliquid.

Obire, pro circumire locum. *Totam Siciliam 50 diebus obii. Fundos ſuos obire & res ruſticas inviſere.*

Obir

Obire rem, pro exequi, peragere. *Quantum cæteris ad res ſuas obeundas conceditur temporis. Obire negotia.*

Obſervare. Qui me ſicut alterum parentem & obſervat & diligit. Colere & obſervare aliquem. Sic.

Obſervans, obſervantia. Ille eſt noſtri obſervantiſſimus. Mea tibi obſervantia nunquam defuit.

Obſignare. De litteris.

Obſtruere lumini, lumen & proſpectum auferre.

Obteſtari, pro ſuppliciter rogare. *Tuam fidem obteſtor. Id ut facias te obteſtor atque obſecro.*

Obtingere. In ſortiendo Gallia mihi provincia obtigit. Si quid obtigerit, æquo animo paratoque moriar.

Obtutus, vis videndi in oculo, viſus. Hæc res oculorum obtutum effugit. Obtutum aliquo figere.

Obverſari. Ipſa veritas & recta ratio mihi obverſatur; ante oculos reipub. dignitas.

Occurrere alicui, metaphorice. *Reſiſtere alicui.*

Offendere. Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer.

Officere alicui. Officere apricanti; id eſt, ſoli ſe exponenti. *Terræ umbra ſoli officit.*

Offundere alicui tenebras, id eſt, obſcurare. *Tu vitã tuam turpiter egiſti, majoribus tuis magnas offudiſti tenebras. Hic error & hæc indoctorum animis offuſa caligo.*

Omnis, pro toto. *Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. Omne cœlum totamque terram mente complecti.*

Operæ, arum, id eſt, operarii. *Operis typographicis hoc mendum imputetur.*

Oportunus, pro commodo. *Cæteræ res oportunæ ſunt, ſingulæ rebus fere ſingulis: divitiæ, ut utaris: opes, ut colaris.*

Opus pro ipſo artificio, vel quod arte aliqua perfectum eſt. *Tabula omni antiquo opere & ſummo artificio facta. Stragulum magnificis operibus pictum.*

Ortus; pro origine, initio. *Cato ortu Tuſculanus fuit, civitate Romanus. Quod nullum habet ortum.*

Otium, vocabant tempus, quo bellum non erat, & litteris operam dabant. *Honeſta ſtudia per otium concelebrata ab optimis viris.*

P.

Par, atque. Si par in nobis atque in illo ſcientia fuiſſet. Mihi omnia paria tecum ſunt.

Pariter, id eſt, ſimiliter pari modo. *Pecunia pariter omnes egemus. Video pariter dominorum & ſervorum greges.*

Pariter, pro una cum.

Parte magna, & ex magna parte. Magna parte ad verum accedit. Omnino, aut magna ex parte liberatus

Partes, ſæpe omittitur, eleganter. *Giphanio ſine controverſia in jure primæ deferendæ ſunt*, debentur. *Facile primas tenet*, ſcilicet partes.

Pace tua dixerim. Cujus ego judicium (pace tua dixerim) longe antepono tuo.

Peius odiſſe, fugere, pro plus, magis. *Neminem te peius odi. Cane pejus & angue odiſſe, fugere aliquem.*

Pendere, & *Pendere animi* vel *animo*, pro dubitare anxium eſſe. *Ne diutius pendeas, palmam tulit. Animi pendeo de te & de me. Exſpectando & deſiderando pendemus animis, cruciamur, angimur.*

Per ſæpe permiſſionem ſignificat. *Per me quidem facies ut voles. Ego tibi per ætatem filii loco eſſe poſſem. Per leges non licet.*

Peragrare. Omnes provincias peragravit.

Percrebeſcere, divolgari. Res percrebuit in ore atque ſermone omnium eſſe cœpit. Cum fama de victoria illa percrebuit. Opinio apud exteras nationes omnium ſermone percrebuit.

Percutere, de inſtrumentis gravioribus dicitur, quibus volneramur vel occidimur: *verberare*, de virgis & fuſtibus.

Perducere. Ira illum ad mortem perduxit. Perduxit me ad ſuam ſententiam.

Perfugium, volgo Refugium.

Perfundere, metaphorice pro Adficere, replere aliquem.

Perhorreſcere. Non ſolum commoveor animo, ſed etiam toto corpore perhorreſco. Illius diei memoriam perhorreſco.

Periculum eſt. Summum erat periculum, ne ſi nihil impetrarent, à ſenatu alienarentur.

Periculo ſuo pro ſumptu vel damno ſuo. *Sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. Meo periculo hoc facias.*

Perinde, pro ſimiliter, tamquam, æque. *Lætatur, perinde ac ſi jam vicerit. Meas injurias perinde doleas, ut me exiſtimas dolore tuas. In luctu capillum evellit, perinde quaſi mœror calvitio levaretur.*

Permiſcere aliquo, & *cum aliquo*. *Ego fructus magna acerbitate permixtos tuli. Ne ſordes tuas cum tantorum virorum ſplendore permiſceas.*

Permulcere. Sonus permulcet aures. Auditorem permulcere atque allicere.

Permutare pecuniam. Noribergæ permutabis, quod ſit in annuum ſumptum ſatis.

Perpetua oratio. Pompeium oratione perpetua accuſavit.

Perquam, pro valde.

Perſcribere generaliter pro referre in tabulas vel privatas vel publicas. *Conſtituti, qui omnium judicum dicta perſcriberent.*

Perſtringere aliquem, id eſt, dicendo aliquem deſcribere & reprehendere. *Voluntatem meam aſperioribus verbis ſæpe perſtrinxit impune.*

Ponere tempus, ſtudium in re, &c. Multum operæ in ea re poſui. Se totum in emendandis auctoribus ponere. In republic. omnis noſtra cura, cogitatio, opera poni debet.

Ponere in laude, &c. pro numerare, exiſtimare. *Latine loqui in magna laude ponendũ. Mala conſuetudo loquendi in vitio ponitur. Ponere aliquid in loco beneficii, loco ſceleris. Ponere mortem in malis*

Ponere beneficium. Optime apud ipſum operam poſueris. Bene, præclariſſime ſtudium ſuum & officium, apud aliquem ponere.

Ponere, pro magni æſtimare. *Credibile non eſt quantum in prudentia tua & fide ponam.*

Poſtulare, pro accuſare. *Poſtulare aliquem de vi, de ambitu.*

Poteſtas, pro ratione & conſilio: ut, *Exire de poteſtate*, id eſt, non eſſe apud ſe, incidere in ecſtaſin. *Iratos dicimus exiſſe de poteſtate*, id eſt, de conſilio, de ratione, de mente.

Potio. Tribus potionibus è lege ſiccatis: Petron.

Potiri rerum, regni, pro regnum tenere. *Roma rerum potita.*

Potius eſſe vel *ducere*, pro anteferre. *Fama potior eſſe debet, quam divitiæ. Mors civibus Romanis ſervitute potior. Cum domum rediiſſem, nihil mihi fuit potius, quam ut ad te ſcriberem.*

Præ, Pro propter. *Præ lacrymis loqui non poteſt. Præ ſollicitudine plura ſcribere non poſſum. Præ cura jocari non poteram.*

Præcidere, proprie amputare. *Manum illi gladio præcidit.*

Præcidere, metaphorice pro auferre, abrumpere.

Præcidere. Nunquam re tam humili, tam nocenti, tam præciſe negavi, quam hic mihi plane ſine ulla exceptione præcidit, id eſt, negavit.

Præcipitare, pro ſe præcipitare, præcipitari ſeu præcipitem ferri. *Reipubl: præcipitanti ſubvenire. Sol jam præcipitans*, id eſt, occidens. *Loca ubi Danubius præcipitat ex altiſſimis montibus.*

Præcipue, non ſignificat præſertim, ſed ſingulariter, præ cæteris. *Nihil tibi præcipue timendum eſt*: id eſt, nobis tam timendũ eſt, quam tibi. *Nil ſibi appetit præcipue, voli communi atque eodem quo cæteri jure vivere.*

Præcurrere aliquem & *alicui*, pro præcedere, quod apud Cic: non exſtat. *Horum uterque Iſocratem ætate præcurrit. Illum tibi præcurrere vix honeſtum eſt. Homo iners diligentem non præcurrit.*

Præfari aliquid. Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum fauſtumque eſſet, pręfabantur.

Pręfari honorem, veniam.

Pręſtare, id eſt, pro ſuo periculo in ſe recipere. *Hunc rumorem verum eſſe quis pręſtare poterit? Pręſtato ſumptum nuſquam melius poni poſſe. Perge, iſtam culpam quam vereris, ego pręſtabo. Pręſtabo, ſi Cęſarem bene novi, eum tuę dignitatis rationem habiturum. Me non ingratum eſſe pręſtabo.*

Pręſto eſſe, pro adeſſe. *Cui cauſę tu quoq; pręſto fuiſti. Miles Duci ſuo ad aciem pręſto fuit.*

Pręter cęteros, pro præ cæteris. *Attici in eo genere pręter cęteros excellunt. Hac de re nihil habeo, quod pręter cęteros, ipſe ſentiam.*

Primo quoque tempore, pro quam primum poteſt, quantum poteſt. *Peto ut primo quoque die huc advenias. Intereſt omnes copias in unum locum primo quoque tempore convenire.*

Princeps, Pro primus. *Ariſtoteles princeps auſus eſt Logicen pręceptis comprehendere.* *Privi-*

Privilegium, Ciceroni eſt lex de privato homine lata, & plerumq; in vitio ponitur. *Cives indemnatos exturbare privilegiis tyrannicis irrogatis.*

Pro, idem quod volgo ſecundum. *Hęc pro tua prudentia conſiderabis. Te pro admirabili tua ac ſingulari ſapientia, &c.*

Pro, idem quod ante. *Milites pręſidiarii pro templis collocati. Sedens pro ęde Caſtoris.*

Probe, pro bene & recte. *Quem tu probe noviſti. Probe teneo, ſcio. Illud probe judicas, dicis. De Saturnino curaſti probe.*

Procedere honoribus, id eſt, ad majores honores pervenire. *Is proceſſiſſet honoribus longius, niſi ſemper infirma atque ęgra valetudine eſſet.*

Procedere, pro ſuccedere. *Omnia, ut ſpero, proſpere procedent. Bene, pulchre, parum alicui procedere. Nonnunquam ſummis oratoribus, non ſatis ex ſententia eventus dicendi procedit.*

Procedere ratione & via, ita dicitur oratio, quæ methodice & bono ordine ſeu methodo inſtituitur.

Prodire, pro exire ex ædibus. *Scio te in publicum non prodire. Obviam alicui prodire.*

Prodere, i. e., rei alicujus, memoriam, ſcriptis, vel alio modo ad poſteros tranſmittere. *Rem hanc à patribus acceptam ad poſteros prodiderunt. Sermonem alicujus memorię prodere. Memorię ac litteris proditum eſt.* Vide ſupra *Memoria.*

Proſcribere domum, agrum, &c. inſcribere eſſe venalem, proclamare, publicare. *Bona alicujus proſcribere. Non poteſt, quę proſcribit, vendere. Auctionem ſe facturum eſſe proſcribit.*

Proſcribere, pro relegare, in exilium ejicere. *Antonius Ciceronem proſcripſit.*

Proſequi, honoris vel officii cauſa aliquem ſequi, vel comitari. *Domitium cum equis proſecuti ſunt.*

Proſequi in dicendo, pro perſequi. *Non longius id proſequar, quam mea fides poſtulabit. Hunc locum totum Giphanius proſecutus eſt. Ea quę ſentio de omni genere dicendi ſubtiliter proſequar.*

Provehere, metaphorice de variis dicitur, pro adducere, perſuadere, facere, ut quis longius in ſpe, vel oratione, vel aliis adfectibus perveniat.

Proxime aliquem, pro poſt aliquem. *Operam da, ut cum tuis copiis quam proxime Viennam ſis. Proxime & ſecundum Deos, homines hominibus maxime utiles eſſe poſſunt.*

Pulvinus, non vero *pulvinar.*

Pulvinum popoſcit, & omnes in iis ſedibus, quę erant ſub arbore, conſiderunt.

Q.

QUa, pro quoad, quantum attinet, vel etiam pro tanquam. *Qua genere, qua virtute nobilis. Eum odere, qua viri, qua mulieres.*

Quadrare, vel *in quadrum redigere* orationem, idem eſt, quod explere, & ſuis numeris perficere. *Sic minime advertetur delectationis aucupum, & quadrandę orationis induſtria. Redigere ſententias in quadrum numerum.*

Quęrere dicitur judex, qui inquirit aliquid, vel verbis, vel tormentis.

Quam, de tempore eleganter dicitur. *Litteras tuas poſtridie quam accepit. Tabellarii venerunt poſt diem quadrageſimum & ſextum quam à nobis diſceſſerant. Undecimo die poſt, quam à te diſceſſeram.*

Quamobrem, pro cur, in media oratione. *Multa mihi veniebant in mentem, quamobrem ita fore putarem. nihil rationis adſers, quamobrem ſi libertas adimi nullo modo poſſit, civitas poſſit.*

Quando, pro quoniam.

Quemadmodum, pro quomodo.

Queri aliquid & cum aliquo.

Quid? Quid enim? Quid ergo? Voces ſunt contendendi, quando nobiſcum vel cum aliis quaſi rixamur. *Quid? Ariſtotelem nonne miramur?*

Quid, quod, in contendendo quoque eo utimur, *Quid, quod ſapientiſſimus quiſque ęquo animo moritur?*

Quid multa? pro quid opus eſt verbis? *Gravate ille primo: quid multa? Impetrat.*

Quid eſt cur. Quid eſt quod, quamobrem, &c. pro cur. *Quid eſt quod tu alios accuſes? Quid eſt, quamobrem illi huc venire non liceat?*

Quidem, fere in fine poſitum.

Quin varia ſignificat, de quib. vide Schorum.

Quomodo, pro velut, ſicut. *Poſtulatio brevis & (quomodo mihi perſuadeo) aliquanto ęquior. Ita me conſulem feciſtis, quomodo pauci in hac civitate facti ſunt.*

R.

R*Ecens*, id eſt, novus. *In altera epiſtula quæ mihi recentior videbatur. Homerus recens ab illorum ætate fuit. Exſpecto recens aliquid*, id eſt, novum.

Redigere, bona; pecuniam, id eſt, conficere, colligere, *Redigere pecuniam ex bonis venditis. Redigere pecuniam ex vectigalibus.*

Redigere in memoriam. Commonefacere.

Redemptor, qui aliquid conducit. *Redemptor, qui columnam illam de Torquato conduxerat faciendam.*

Redundare, pro ſuperfluum eſſe. *In definitionibus neque abeſſe quicquam debet neque redundare.*

Referre animum, oculos ad aliquid. Age nunc, refer animum ſis ad veritatem & conſidera. Animum & oculos ad illum refer.

Referre acceptum, datum, pro ſcribere in libro ſuo ſe accepiſſe vel expendiſſe.

Referre ad aliquem. De rebus obſcuris & incertis ad Apollinem referendum.

Reficere, volgo Refocillare.

Refutare, pro vi reprimere. *Si in me impetum facere conabitur, reſiſtam, & ejus conatum refutabo. Turcam bello refutare.*

Relaxare aliquid ab aliquo, metaphorice pro liberare & eximere.

Relevare, pro levare.

Ad breve quoddam tempus cura & metu relevari.

Animus moleſtiis relevatur.

Remittere, cui opponitur *intendere, ingraveſcere.*

Remittere, volgo condonare. *Tibi remitto atq; concedo ut eum defendas. Cum mihi centum florenos deberet, viginti ipſi remiſi.*

Remunerare, vel *ari aliquem.*

Renunciare, officium, munus.

Reponere. Homines mortuos in Deos reponere. Te in meis repono. In numero proborum hominum reponi

Revellere, eſt vi tollere id quod fixum eſt. *Ungaria eſt janua Germaniæ, qua effracta & revulſa, tota patet Auſtria.*

De corpore alicujus tela revellere.

Qui jus civile contemnit, is vincula judiciorum revellit.

Rogare legem.

Lex de civium ſupplicio rogata.

Rogatio, quæſtio, qua magiſtratus populum rogabat, vellet ne hoc vel illud fieri.

Promulgabatur ab illo rogatio de mea pernicie.

S.

S*ALUBRIS* & *Salutaris. Salutifer* vulgo. *Tractatio litterarum mihi ſalutaris fuit. Nec amœnus nec ſalutaris locus. Salubriſne, an peſtilens annus futurus ſit.*

Sarta tecta, dicebantur ædificia, quæ integra & perfecta eſſent, ut nihil deſiderari poſſet.

Scribere ſua manu, volgo propria manu.

Legimus litteras, & ſcriptum ipſius manu.

Secundum, id eſt, proxime poſt. *Secundum te nemo mihi eſt illo amicior. Duo volnera accepit, unum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem. Secundum hæc verba*, id eſt, ſtatim poſt, apud Petronium.

Secundum, idem quod pro. *Prætor ſecundum me judicavit. Secundum me ſententiam dixit.*

Sermo, Ciceroni idem quod Dialogus. *Feci ſermonem habitum inter nos.*

Sermonem dare, in ſermonem venire. In ſermonem hominum atque in magnam vituperationem venirem. Si ibi manerem, varios hominibus ſermones darem. Varios ſermones excitarem.

Signum, idem quod ſigillum.

Nec ſignum tuum in epiſtola, nec dies appoſitus eſt.

Similiter, ut, ac, atque. Similiter facit ut ſi quis, &c. Tu qui hoc quæris, ſimiliter facis ac ſi me roges cur, &c.

Simul, ſimul ac, ſimulatque, ſimul ut. Qui ſimul me vidit, ut tales inquit. Simul ac poteſtas primum data eſt. Simul ut videro, compellabo eum. Simul atq; aliquid audiero, ad te ſcribam.

Solitudo, de homine quoque dicitur, qui fere ab omnibus deſertus eſt.

Spatium, pro loco, in quo ambulare aut ſpatiari animi aut colloquendi cauſſa, aut etiam ubi currere & exercere ſe ſolebant.

Statim, ut, pro ſimul atque.

Stare aliqua re, pro conſtanter manere, acquieſcere.

Stomachus, pro indignatione, ira. *Homo exarſit iracundia & ſtomacho.*

Studere

Studere alicui, pro favere; operam dare.

Studioſus alicujus, id eſt, favens. *Ego mei ſtudioſos habeo cives. Attici noſtri te valde ſtudioſum cognovi.*

Studium, pro favore, amore.

Studere, pro vehementer cupere, operam dare. *Ego ſemper otio ſtudui. Studeo ſcire quid egeris. Studeo ex te audire.*

Summa alicujus rei, in quo tota res poſita eſt ſive conſiſtit *Summam rerum adminiſtrans*, id eſt, *Imperator. In hoc ſumma judicii totaque cauſa conſiſtit. Voluntas mea de ſumma reipub: ſemper eadem fuit, quæ tua.*

Ad ſummam, volgo ſumma ſummarum. *Deinde ad ſummam arbitrum me ſtatuebam.*

Sumere, barbare præſumere. *Mihi non tantum ſumo neque arrogo. Tantum mihi ſumpſi, ut reipub. gubernacula prehenderem.*

Superare, pro ſupereſſe, reſtare. *Quantum pecuniæ ſuperat. De eo, quod ipſi ſuperat, aliis gratificari volt.*

Suſcipere, pro creare, comparare. *Animo aut ſpe majora ſuſcipere.*

Suſcipi, pro naſci. *Rempub. cui ſuſceptus es, reſpice. Qui à parentibus ſuſcepti educatique ſunt. In lucem ſuſcipi. Liberos ſuſcipere.*

Suſtinere ſe, currum, equum, & cæt. pro reprimere, retinere. *Qui de omnibus ſuſtinet ſe ab adſentiendo. Suſtinebo equos ſi locus is, quo ferentur equi, præceps erit. Qui è ſaxo præcipitavit, ſuſtinere ſe cum velit non poteſt.*

Suſtentare, idem ſignificat. *Ut ſe ipſe ſuſtentat, ut omnia verba moderatur? Ædificationem ad tuum adventum ſuſtentari placebat.*

T.

Taberna, *officina. Occluſis tabernis quæſtus minui ſolet.*

Tabernarius, qui in tabernis aliquid vendit.

Tacitus, pro eo qui tacet. *Hoc tacitus nullo modo præterire poſſum.*

Tacitus; pro eo qui tacetur, occultus. *Si voluntas tacitis verbis intelligi poſſet, verbis non uteremur.*

Tenere de animi actionibus dicitur. *Quæ te tenuit tanta dementia? Mirum me deſiderium tenet urbis. Neque ira neque gratia teneri.*

Tentare. Res prope manu tentari poteſt. Flumen ita frigidum, ut vix pede tentari poſſit.

Tentari morbo, cum quædam initia ſentimus. *Scripſeras te quodam valetudinis genere tentari.*

Teſtari aliquem, id eſt, teſtem implorare. *Deum teſtor, me integro animo hoc facere. Ipſum meum fratrem teſtatus eſt ſe egiſſe. Deos homineſque teſtor.*

Tranſmittere, abſolute idem notat quod trajicere. *Cæſar in Africam tranſmiſit.*

Turbare, pro confundere, commovere. *Miſcere & turbare omnia. Hæc non ſcribo, quæ palam in republ: turbantur. Omnia inſima ſummis paria fecit, turbavit, miſcuit.*

V.

Vacatio, volgo vacantia. *Nos vitam beatam in vacatione rerum omnium ponimus, Dare alicui vacationem laboris & militiæ. Habere vacationem publici muneris.*

Vacillantes litteræ, id eſt, non recte & ordine ſcriptæ. *Accepi tuam epiſtolam vacillantibus litteris.*

Vacare non occupatum eſſe. *Scribes aliquid, ſi vacabis. Tantum Philologiæ tribuendum, quantum vacabit à Juris ſtudio.*

Ubi terrarum, gentium, id eſt, ubi. *Ubi terrarum ſit neſcio. Ubi nam gentium ſumus?*

Vehens & Invehens, pro eo qui vehitur. *Triton natantibus invehens belluis.*

Venia, idem quod pax, de quo ſupra. *Bona hoc tua venia dixerim.*

Venit hæreditas.

Mihi à propinquo hereditas permagna venit.

Venit mihi in mentem illius.

Verſuram facere, volgo, pecuniam accipere ad intereſſe. *Non modo magno ſed iniquiſſimo fœnore uſuram facere coactus ſum.*

Verſus, volgo Linea.

Primus verſus epiſtulæ. Multos verſus uno ſpiritu pronuntiare.

Vertens annus, id eſt, integer, perfectus. *Sol anno vertente, Zodiacum luſtrat.*

Vis, id eſt, ſignificatio vocabuli. *Quæ vis inſit in his verbis, ſi attendes, intelliges. Vim verbi in aliud, atque cæteri accipiant, ducere. Ad hujuſce verbi vim & interpretationem.*

Viſum, *oſtentum.*

Viſa ſomniantium.Dormienti tale viſum objectum eſt. *Cum me collegiſſem,id viſum pro nihilo habendum duxi.*

Uſque eo,pro adeo ut.*Quod Amerinis uſq; eo viſum eſt indignum, ut fletus gemituſque tota urbe fieret.*

Uſque , pro uſque ad.

Uſura , idem quod uſus.

Lucis uſuram alicui eripere, id eſt, occidere.

Vſus,pro utilitate.*Tironem propter modeſtiam malo ſaluum,quam propter uſum meum. Conciliare ſibi animos hominum,& ad uſus ſuos conjungere.*

Uſus,pro familiaritate. *Eſt mihi cum eo domeſticus uſus& conſuetudo.Vetus uſus inter nos intercedit. Cum illo ſummus eſt mihi uſus.*

Uſu venire. pro accidere ,evenire. *Hoc mihi uſu venturum non arbitrabar.*

Ut, pro poſtquam.

Vt ab urbe diſceſſi,nullum intermiſi diem quin &c.

Ut, pro quamvis, poſito, conceſſo, dato.

Nam quid de me dicam? cui ut omnia contingant, quæ volo,levari non poſſum.Qui ut nihil aliud,hoc tamen profecit, dedit illi dolorem.

Ut , admirantis pro quomodo.

Ut ille tam humilis & dimiſſus erat !

Ut , pro ut non.

Vereor ut hoc tibi probem.Vereor ut his ſis contentus.

Ut ne , pro ne.

Me obſecrare cœpit ut ne ſe deſererem.

Utique, pro igitur, omnino , ſæpe etiam ornatus tantum gratia ponitur.

Illud utique ſcire cupio. Quid cenſeas mihi faciendum utique ſcribito. Utique ſive hinc abiero , ſive hic ero oppreſſus , ea manet opinio.

Uti aliqua re,pro habere aliquid. *Adverſis ventis uſi ſumus. In ea urbe ſummis honoribus Imperiiſque uſi. Cæſar regno uti voluit.*

Uti aliquo , pro familiarem eſſe alicui , multum verſari cum aliquo.

Lucius multum utitur Bruto.

Luceio familiariſſime utor.

Trebatio multos annos utor , valde familiariter.

DISSERTATIO DE RATIONE
DISCENDARUM LINGUARUM.

CUM omnis ars, omniſque liberalis & ingenua doctrina ad hominem excolendum & exornandum à Deo Opt. Max. donata ſit: tum nulla de omnibus præſtanti hac natura dignior , in qua omne ſtudium ponatur , conceſſa humano generi eſt , quam ea quæ Eloquentiæ virtutibus, linguæq; vi & gloria continetur. Nam quæ commoda homo & ex Reip: ſtudiis, & ex diligenti animi ſui, humanitatiſque cultu ſperare poteſt, ea omnia Eloquentiæ regionibus ſunt circumſcripta. Ea enim ſolum Deus hoc animal quod & divinis muneribus inſtruxerat, & Sapientiæ igniculis imbuerat regi ducique voluit: ut non armis & vi aut impetu naturæ, beluarum more , ſed oratione , quæ conciliatrix eſt voluntatum, hominum cœtus cogerentur , & hic mundus tanquam ſua provincia adminiſtraretur. Hæc enim ea vis eſt, quæ principio civitates conſtituit, noſque inter nos ad civilem communitatem conjunxit , juris legumque ſocietate devinxit: opibus & gloria eas Reſpubl. in quibus floruit auxit: publica privataq; omnia in hunc diem uſque conſervavit. Hæc una eſt , qua omnes audiendo obſtupeſcunt : in qua tanquam divino & cœleſti nomine exhorreſcunt, quam ut ducem animorum, ut reginam vitæ humanæ omnes amplectuntur & venerantur. Atq; ſi nihil tam potens eſt ad jungenda ea quæ quaſi cognatione naturæ inter ſe ſunt devincta , quam contentus atque conſenſus per omnem naturam diffuſus , nihil erit ad animos hominum conjungendos valentius Eloquentia ; qua una maxime, tanquam

tanquam Orphei fidibus humani ſenſus delectantur & capiuntur. Habent quidem cæteræ artes ſuas voluptates, ſuaque laborum tanquam condimenta: ſed hæc quæ in omnium oculis conſpectuque ſe exponit, verſaturque in hominum frequentiſſima celebritate, quaſi in ampliſſimo hujus vitæ theatro, ut nulla eſt, quæ in animos hominum tam facile influat, ſic nulla quæ Rebuſpubl. majores opportunitates afferat. Hujus ſolius ſubſidio ea quæ ſapiens meditatione multa, longoque uſu eſt mente complexus, veram laudem, juſtos fructus, meritos honores conſequuntur. Ac, ſi recte judicemus, aut omnia Sapientiæ ſtudia una eſt Eloquentia complexa, aut ea ſine hac mutila & inutilia aliis univerſa exiſtimantur. Quis enim non credat eum citius Sapientiſſimū ex cujus mente quaſi rivos Sapientiæ redundare in omnes ſentit, quam eum qui præcluſis aliis fontibus domi ſibi ſolus ſapere videatur? Pręclara profecto res eſt, omnium rerum vim & naturam perſpicere: quid æquum, quid iniquum, quid utile, quid inutile ſit cognoſcere: vera à falſis dijudicare & diſtinguere: ſed hæc nullum pondus, nullumque monumentum habere putantur, niſi eorū exiſtimatio & utilitas etiam ad alios dimanet. Quod cum ſola lingua ſit, qua ex animi fontibus immenſæ divitiæ hauriuntur, ornamentaque propria hominis in conſpectu omniū ponuntur, aliis facile ſcientiis utilitate pręferendam, ſtudiis vero cum omnibus conjungendam intelligimus. Quamobrem ut hominem Deus non mente ſolum, ſed & lingua à belluis ſeparavit: ſic & hujus cultu & cura excellere cæteris animantibus quoque eum voluit: ut non tam de vita & corpore hoc ſuſtentando laboraremus, quam de dotibus quibus nos ornavit, conſervandis & augendis ſoliciti eſſemus. Quæ cum ita ſe habeant, facile intelligimus quantum diligentiæ, quantumq; laboris ei ſermoni debeamus, quo ſenſus & tuos & aliorum omnes exprimere, quo quidvis explicare, quo mentes, quocumq; velis, traducere queas. Neque n. hic ſolum nomina notaſq; ſingularum rerum ut interpres tenere debet, ſed eam copiam domi conditam variaq; lectione & uſu ſepoſitam habeat oportet, qua omnem ſatietatem omneque faſtidium auditorum aut varietate revelare, aut tollere dicendi voluptate poterit. Is n. ſenſus Eloquentiæ epulis excipitur, qui celerius cæteris ſimilitudine & cruditate ſatiatur & obtunditur. Quocirca tanti nominis laudem nemo ſuſtinebit, qui non diu multumq; in ea lingua cognoſcenda & exprimenda eſt exercitatus, qua hanc copiam, & varietatem abunde præſtet, aliiſq; ſuppeditet. Talis certe, quantumvis quiſq; ſuam laudet, neq; Germanica, neque Gallica, neque ulla alia eſt habenda, quæ non & polita eſt ab eruditis viris, & locupletata variarum rerum diſciplinis. Quam quidem aut ſoli Græci ſunt meriti, quæ & rerum ſint inventores, & orationis diligentiſſimi cultores: aut participes ſunt Latini, qui omnes Græcorum copias Romam, multis ſtudiis conquiſitas, magna certe felicitate comportarunt. Itaq; nunc à multis proprietate verborum vix cedere, ſuavitate etiam cum iis contendere, gravitate vero orationis longe ſuperare merito Græcos exiſtimātur. Quod uni pene Ciceroni totum debetur: qui à puero non ſolum verſatus propterea eſt aut in Græcia, aut cum Græcis, ſed maxima contentione dicendi, cum ſummis principibus Eloquentiæ decertavit. Quid enim me hercule extat apud Gręcos pręclari, quod non imitari & exprimere hic vir eſt conatus? Verba mutavit verbis, neq; duris, neque obſcuris: ornamenta vero omnia ab iis ad ſuas orationes traducta, inſigniora & illuſtriora pleraq; reddidit. Ita, ut nemini dubium ſit, quin Latine Cicero præſtiterit, quod olim ſolis fuit Græcis ab omnibus tributum. Quem itaq; ſi ad imitandum nobis proponamus, conſequemur profecto aliquam Eloquentiæ laudem; ſi ad parē nulli nunquam aut admodum pauci aſpirare poſſint. Sed eo acrius graviuſque in hanc rem eſt incumbendum, quod non concionem unius urbis, ſed totius orbis: non rudem & imperitam plebē, ſed doctos cultoſq; homines judices habeamus: quorum judicii aciem nulla actione perſtringere, nullo corporis geſtu capere, nulla voce obtundere licet: quod non dicendo uſuræ unius horæ, ſed ſcribendo perpetuis monumentis & immortalitati potius noſtra ſtudia nunc commendemus. Sed eo nobis ſolidior laus & gloria eſt propoſita, quo judicium eorum eſt certius & præſtantius, qui teretes & religioſas aures, qui animum literis

diſci-

diſciplinisq; imbutum afferunt. Non enim hi ut vulgus ex opinione,ſed ex veritate rem ęſtimare poſſunt. His itaq; ſi ſatisfacere cupiamus,ejus linguæ uſum promptũ,& expeditum comparemus, quæ & doctrinis omnibus eſt inſtructa, & literatis maxime uſitata. Hinc enim non ſolum humanitatis& induſtriæ fructus uberrimos tandem ipſo uſu colligemus, ſed & quotidiana exercitatione voluptatis plurimum accipiemus. Quid enim hercule ſuavius eſſe poteſt, quam cum excultis doctisq; viris, cum Muſis ipſis, ſcito & condito ſermone colloqui? Quid præclarius, & erudito homine dignius,quam,quarum rerum vim & naturam admiretur, ut & earum ornamenta omnibus conatibus perſequatur? Nam ſi non tam ſẽſibus & exiſtimationi hominum,quam rei ipſius dignitati noſtris ſtudiis ſerviamus, id vel imprimis ſtatuemus,nullis dicendi luminibus eam ſatis illuſtrari, nulla pari orationis gloria exornarià nobis poſſe. Non commovebunt nos igitur eorũ hominum opiniones,qui ſatis eſſe putant,ſi & ipſi quæ legunt quæque audiunt intelligant, & ab aliis cum quibus agunt,probe intelligantur. Nã tametſi habet multas commoditates & intelligere, & intelligi, is tamen finis non eſt,cujus cauſa potius latinum & cultum ſermonem diſcere debeamus, quam quemvis alium. Ut vero & intelligamus & intelligamur, interpretum beneficio minoribus multo moleſtiis nulla fere impenſa contingere poteſt, ut vero ſatis artium & diſciplinarum elegantiæ faciamus, & humanitatis propria ſtudia excolamus, perfectiſſima ſcientia maximoſque uſus ejus linguæ requiritur, qua ea omnia continentur. Eloquentia igitur & humanitate Sermonem Latinum, non Intelligentia dirigendum eſſe arbitror. Non enim is qui vitam agere in literis conſtituit, tam ſibi proponit, ut diſciplinas & artes ipſe percipiat, quam quæ concepit aliis quoque impertiat. Id fieri non poteſt, niſi plane pureque quæ mente comprehendit, verbis proferre ſignificantibus ſciat. Quæ res cum non ſit minima pars Eloquentiæ,non vulgarem, ſed maximam cognitionem latinæ linguæ deſiderat. Accedit & hoc,ut ii qui Scholas habent, ab auditoribus non intelligi ſolum,ſed etiam cum voluptate aliqua audiri debeant. Habet enim ſæpe majorem vim inſignioremque utilitatem in docendo excitare auditorem,quam explicare quod propoſuiſti. Publicis quidem ſtudiis nemo præfici deberet, qui non & ſenſa plane, & utilia ornate proferre poſſet. Qui vero hoc non præſtat, tantum doctrina nunquam afferet, quantum exemplo & barbarie peccet: quod diſciplinarum dignitatem & elegantiam, impuro horridoque ſermone contaminet. Omnis vero doctor ejus artis quam profitetur,tam nomina apta,ornamentaque propria adhibere,diſcipulisque oſtendere debet,quam rem ipſam complicatam evolvere. Quod cum ſint tanquam inſignia ſcientiarum, vix hæ ſine illis intelligi, tradi vero aliis nullo modo poſſunt. Id profecto diligenter à Græcis factum & obſervatum videmus. Quis enim eorum eſt, quorum monumenta accepimus, qui non verbis planis, orationeq; concinna in diſciplinis tractandis eſt uſus? Itaq;ex eorum ſcholis,non modo philoſophi docti,ſed & innumerabiles oratores exierũt. Atqui ſemper tum maxime floruerunt artes & ſcientiæ omnes,cum docti diſertiſſimique homines Scholis præfuerunt. Nunquam vero magis jacuerunt, quam cum in ea loca barbaries omnis influxit. Id enim noſtra hæc tempora ſatis confirmant: quibus adeo omnes artes & doctrinæ barbarie ſunt obrutæ & obtritæ, ut vel ſummo ſtudio doctorum virorum,erui & ſcholis reſtitui non poſſint. Harum igitur dignitatem ſi ſpectandam imprimis putemus, ſi publicis ſtudiis conſulendum cenſeamus, Eloquentia non Intelligentia linguæ latinæ ſtudia metiamur. Quod vero præſtantia linguæ politiorem & perfectiorem cultum requirat, quam in vulgaribus ſtudiis apparet, nemo eſt, modo ſe hominem eſſe ſentiat, qui dubitare deberet. Nam cum ea ſolum omnis fiat mentis ſignificatio, tum certe, ſi humanitate ſit polita ornatuque loquendi inſtructa, non parum animos afficit,& ſuavitate permulcet. Sed niſi exacuatur,& eloquendi elegantia imbuatur, extinctæ in homine videbuntur divinæ & propriæ naturæ ſuæ dotes: ſin vero ſtudiis excitentur, lumen humanitatis præclariſſimum literis accenſum in homine apparebit. Hæc ſtudia, quoniam verſantur non ſolum in ſignificandi vi, ſed

ſed

ſed maxime in orationis venuſtate, diligentia vel acerrima ſuſcipiantur neceſſe eſt. Nam venuſtas & in collocandi & pronunciandi ratione eſt poſita. Collocare enim quantæ artis quantæq; induſtriæ ſit, concinnæ orationis ordo declarat. Pronunciare vero nemo ſuaviter poteſt, niſi ſuaviſſimo & politiſſimo ſermone aut puer ſit inſtitutus, aut poſt conſuetudine multa imbutus. quę res cū maximam partem humanitatis ſuſtinet, uſum certe diuturnum, ſtudium non minus poſtulat. Sed tanta non eſt utriuſq; perdiſcendi difficultas, quanta utilitas. Quid enim prȩſtantius eſſe poteſt, quam non ſolum poſſe omnia quæ cogites proferre, ſed etiam quos vel velis homines tibi ſermone adjungere? quid enim eſt, quod magis animos molliat, barbariemq; omnem à moribus depellat, quam ſermo humanus? nam ejus ſuavitate non ſolum hominis mens velut muſices concentu perfunditur & delinitur, ſed & ſenſuum ſignificatione homo, ut propriis naturȩ ſuȩ illecebris maxime capitur. Hinc is populus, qui leni & blādo ſermone utitur, humanitatis & facultatis laude cæteris antecellit: qui vero duro & agreſti, moribus etiam ferocioribus & aſperioribus ſunt præditi: hinc Græcia & Attica potiſſimum, ut linguæ ita & morum ſuavitate omnibus præſtabat. Cęteri omnes, qui horridiore ſermone loquebantur, barbari ut erant, & feri habebantur. Quod cum veteres illi græci & Romani ſpectarent, non quoſvis ad liberos erudiendos prædagogos aut nutrices adhibebant, ſed eos tantum, quorum cū ſermo purus & incorruptus, tum humanus & nulla in re rudis erat: in quo volebant eos tanquam in gremio matris educari: ut & humanitate, & ſermonis ſuavitate, quæ hominis ſunt maxima ornamenta, à pueris inficerentur Quæ educandi ratio, ubi ſervata non eſt, ibi non modo in vita omnis immanitas, ſed etiam in ſtudiis liberalibus omnis barbaries eſt conſecuta. Sunt enim præſertim puerorum ludi quaſi conſecrati poliendis & erudiendis iis quę in excellentiſſima hac hominis natura potiſſimum elucent: ut non ſolum mens in eo formaretur, ſed & omnes partes, quibus cæteris animantibus præſtat, doctrina inſtruerentur & ornarentur. Quare neque humanitatis ſtudia uno ſermone adeo ſunt adſtricta, ut non potius auribus judicium omnium, quam ori unius pronunciatio inculcari debeat. Docti enim & exculti hominis eſt, tam aure afferre tritas & politas, quam animū & judicium. Id vero parari non poteſt, niſi diu multumque ſimus in polito ſermone aliquo verſari. Talis cum ſit Latinus, non cognitione vulgari, ſed aſſiduo diligentiq; uſu ea conſequemur. Quamobrē neq; Eloquentia parari, neq; artes diſciplinæq; tradi, neque Scholarum utilitati & gloriæ conſuli, neq; humanitatis ſtudia coli poſſunt, niſi perfectam abſolutamque Romani ſermonis cognitionem & uſum comparemus. Sed quoniam multi vel refugiant omnino à pleniore cognitione linguȩ Latinæ, quod rem valde implicatam & difficilem putent: vel qui in ea permanent, ſero admodum ad purum ornatumque genus perveniant, cauſam hujus incommodi facile oſtendemus: corrigi vero aut tolli non poterit, niſi rectius & felicius puerorum ſtudia quam vulgo fit inſtituantur. Removeantur itaq; duȩ hæ peſtes à Scholis, Confuſio doctrinæ, & Imperiti ignavique magiſtri, Romanos noſtri ludi, non Latinogermanos effundent. Quem enim mehercule non turbaret, tam multiplex & varia authorum auditio? ut ſi quis uno tempore eodemque loco audiret ſtrepentes inter ſe & loquentes & Lydos, & Myſos, & Bœotes, & Atticos, & Iones, intelligere fortaſſe tandem modice omnes poſſet, quod quibuſdam & verbis & loquendi modis inter ſe conveniant: imitari vero ſingulos ſeparatim nunquam poſſet, niſi divino aliquo & ſingulari ingenio præditus eſſet. Eadem fere ratio eſt noſtrarum Scholarum: in quibus & veteres, & recentiores, & qui tanquam interjecti iis ſunt & medii, & poëtæ & oratores, & noſtræ memoriæ ſcriptores, ſine judicio, & diſcrimine omni leguntur, qui non ſolum inter ſe omnes toto orationis genere, ſed & vocibus & loquendi modis ſunt diſſimillimi. Quid enim ſeverius & horridius priſcorum ſermone? quid contra nitidius & politius iis, qui una cum Roma dicendi gloria floruerunt. Quam disjuncti ab utriſque ii ſunt, qui hos ſunt ætate conſecuti? ut major pene temporibus facta mutatio linguæ videatur, quam vitæ & morum. Jam ſi poëtas cum oratoribus & aliis ſcripto-

ſcriptoribus conferamus, neque ſimplicibus neque continentibus verbis, neq; modis convenire inter ſe inveniemus. Sed hos mitto, qui aut ętatibus aut profeſſione inter ſe diſtant, vix duos reperias tempore & loco conjunctos, qui orationis præſertim forma ſimiles inter ſe extẽt. Quid itaque miramur, ſi pauci è Ludis puerorum exeant docti linguæ Latinæ, cum in eam turbam conjiciamus teneram & imbecillam ætatem, ex qua vix ſe Ariſtarchus expedire, & evolvere poſſet. Hinc fit, ut aut multi abjiciant Sermonis Latini ſtudium: aut ea oratione ſcribant & dicant, ut nunquam Chimera ex magis variis & monſtroſis partibus fuerit conjuncta. undiq; enim in omnibus authoribus ſine delectu collecta, nullo judicio in ſuam orationem comportant: eamque ita inuſitatis & duris verbis, turbatiſq; modis infarciunt, ut non floſculis aſperſa, ſed cœno conſperſa & oblita videatur. Indigniſſimum vero omnium eos, qui magnum laborem in ſcientia aliquâ præclara & utili poſuerunt, privari tandem vera gloria, primæ ætatis infelicitate: quod neq; literata, neque poſteris digna oratione ea quę tenent monumentis memoriæque perpetuæ mandare queant. Quod ſi hęc & alia incommoda plurima, quę ex mala inſtitutione oriuntur, in Scholis vitari velimus, unum genus Sermonis, idque optimum deligamus, & pueris hoc ſolum proponamus: qui in eo uſque detineantur, dum non proferre ſolũ, & exprimere poſſint pure & plane Latine omnia, ſed & ejus authoris vim & elegantiam loquendo & ſcribendo oſtendant. Si enim tum ad poëtas, ad veteres, ad recentiores, & omnes ſcriptores admittantur, eadem utilitate, quo judicio eorum ſcripta pervolutabunt. Ante vero ſi fiat, non poterit tantum doctoris induſtria moderari intelligentiam puerorum, quantum varietas illa & confuſio perturbare. quæ cavere & fugere tanquam certum ſtudiorum naufragium debemus, non ſolum ob ſimplicia & juncta verba, ſed maxime propter formam continentis orationis ejus authoris quem ut politiſſimum nobis imitandum propoſuimus. hæc enim prorſus conturbatur & obſcuratur, ſi variæ ſpecies nobis ob oculos verſentur. Quod non fiet, ſi ea quã imitari cupimus, ante animo ſit infixa & informata, quam ad variorum authorum lectionem nos demittamus. Nam quamvis puer hanc formam neque diſcernat, neque ſtudiis colat, uſu tamẽ illo aſſiduo, diuturnaq; conſuetudine, quemadmodum ii qui in ſole ambulant, oratio ejus colorabitur. Sed quæ pulchra venuſtaque ſunt, ſua natura afficiendi in ſe vim habent. quare brevior & certior ſpes ſimilis orationis erit, modo nos excellentiſſimam ſpeciem exquiramus & proponamus. In hac ſi maxime ſermonis & caſtitatem & ornatum ſpectare debemus, aut unius Ciceronis, aut eorum qui ſua fere ætate fuerunt, ſermonem omnibus præferendum eſſe conſtituemus: quod nunquã magis Eloquentia, quæ poliendi, & ornandi, & augendi ſermonis eſt optima magiſtra, quam iis temporibus floruit: cujus ſtudio adeò flagrabant tum omnes præſertim Optimates, ut cum Græcis vel doctiſſimis contendere viderentur. Sed his ita excellit Cicero, ut ſol cæteris ſideribus, quæ omnia ejus radiis & ſplendore obſcurantur: alia vero luſtrantur & complentur. Hunc itaq; quem eloquentiſſimum omnes poſt ætates judicarunt, & unum pueris proponamus: aut eos qui æque puro & polito ſermone uſi ſunt, adjungamus. Unum n. idemq; genus loquendi facile ab uno aut paucis à variis vero & multis nunquã diſcemus. *Quod ſi vocabula omnia & loquendi modos non ſuppeditent, commode ea poſt aliorum lectione adjicientur*, ante vero ſine certa pernicie totius Sermonis paucę voces non conquirentur. Quamobrem exploſa ejectaq; è Ludis puerorum varia & infinita authorũ multitudine, paucos illos quos optimos judicamus, Ciceroniſq; maxime ſimiles, aut eum unum, retineamus, & omni ſtudio teramus. Sed potiſſimam partem rectæ inſtitutionis virtutes & induſtria magiſtrorum ſuſtinet, qui niſi hęc tria habeant ut *& Latine docti ſint, & vias tradendi expeditiſſimas teneant, & humanitate ac facilitate pueros excitent*, ad loca hæc, quibus publica ſalus & gloria eſt commiſſa, adhiberi non deberent. Quod Latine ipſe loqui debeat pure & emendate, qui alios docet, res ipſa ſatis confirmat, *ex eorum enim ore, ut Regis ſui populus, omnes pendent.* Itaque ipſe imprimis & loquendo & pronuntiando pręſtet, quod à ſuis requirit, efficiatque ut neque ſui neq; cæteri tam eum eruditum exiſtiment ex taciturnitate,

nitate, quam locutione ipſa, quæ certiſſima mentis ſapientis eſt index. *Sed maximam vim habet via & ratio docentis in diſcipulis erudiendis:* quæ ſita eſt in eo, ut explicate omnia proponat & utiliter in propoſitis exerceat. Quemadmodũ hoc fieri debeat, poſterius videbimus: nunc tantum ejus meminerit prudens ſemper Magiſter, ut puer & loquendo & ſcribendo quæ propoſita ſunt in authore, exprimere diſcat: *ut vero rem ipſam penitius perſpiciat, fonteſque ejus videat, optandum quidem eſſet, ſed minime ab illa ætate poſtulandum:* Majoris enim ea ſunt roboris poſteriorisq; temporis. Humanitas vero ejus qui inſtituit, quantum alacritatis & amoris erga literas pueris affert: tantum immanitas & ſævitia teneros animos frangit & abjicit. Cogitare enim deberet ſe magiſtrum eſſe excitandi & inflammandi, non comprimendi & extinguendi illius igniculi à natura dati. Cum his itaq; *ſi pueri verſentur tanquam cum parentibus Romæ in Læliorum familia, dubium non erit,* quin eos ludi noſtri efferent, qui cum Lælia, cum Cornelia, cum Muciis Latine loqui non verebuntur. Eſt enim puerorũ ætas ipſa non cupidiſſima ſolũ ſermonis diſcendi, quo cum hominibus communicet, ſed etiam quæ quotidie audit, facillime percipit, & firmiſſime quæ complexa eſt retinet. *Neque linguæ Latinę tanta eſt difficultas, ut non diuturna conſuetudine potius & uſu, ut cæteræ linguæ omnes,* quam retruſis & abditis rationibus perdiſcatur. Natura enim ipſa ſic hominis ſtudia diſpertiviſſe videtur, ut primam ætatem Linguæ, mediam Eloquentiæ & artibus, poſtremam Uſui & communi utilitati diſtribuerit: cujus ſi tanquã ſapientiſſimæ ducis veſtigia ſequamur, ab incunabulis uſque ad decimumquartum aut ſextum annum, humanioribus & politioribus literis & linguis puerum alemus & perficiemus, ita poterit deinde adoleſcens ea ſtudia ſuſcipere, quibus ſibi gloriam, aliis vero utilitatẽ pariat. Neq; tum quod nunc multis accidit, infans in linguarũ ſtudiis conſeneſcet, ſed in laborum & induſtriæ ſuæ pulcherrimis fructibus conquieſcet. Hoc pacto & in Scholis eos haberemus, qui diſerte omnia explicare, & exemplo ad literarum elegantiam & cultum alios excitare poſſent. Reip: vero ii operam darent, qui non ſolum ſapientiæ, ſed etiã

Eloquentiæ laude florerent.
menti hæc, quantiq; ponde
ſam putamus: quanti natura
& humanitatis ſtudia facimu
ni utilitati, quantum doctri
dum eſſe cenſemus, tantum
Latinæ ſtudiis, rectiuſq; inſt
magiſtris doctis ac probis e
mus, ut è puerorum ludis
dia emittantur, qui puro o
mone cæteras artes & diſciplinas illuſtrare ... nare poterunt. His itaque expoſitis ſequitur, ut ſermonis Latini diſcendi docendiq; vias aperiamus: quas non tã verbis explanare, quam poſt exemplis declarare conſtituimus. Quoniam vero in lingua hac tanquam extremum nobis propoſitum eſt pure incorrupteque Latine loqui & ſcribere, quaſi introitus erit, intelligere, exitus vero iis quę percepimus recte uti poſſe. Cognitionem enim lectione: uſum exercitatione comparari arbitror. His itaq; duobus ad finem linguæ Latinæ perveniemus. Sed hæc quæ generatim complexi ſumus, qua poſſumus induſtria explicemus. Lectionis igitur vias ſic inſtituemus, ut ea quæ communem vim & rationem habent, generibus & capitibus ab iis quę conſideranda animadvertendaq; ſunt, diſtinguantur, ſeparatimq; tradantur & diſcantur Illud Præceptionibus, hoc vero obſervatione diligenti perficitur. Utrunq; tam in ſimplicibus, quam conjunctis verbis eſt poſitum, ſed in ſimplicibus ſignificandi vim & affectiones: in conjunctis conſecutionem maxime ſpectamus. Verum Pręceptorum ratio una eademq; non eſt, alia in omni oratione locum habent, quę nunquã commutantur: alia non in omni, ſed quaſi propria ſunt alicui generi ſcriptorum. Commune omni orationi Latinæ eſt, attributum ſimili caſu, genere, numero ponere, quibus id poſitum eſt, cui tribuitur. Proprium vero maxime poëtarum pluralem numerum ſingulari nonnunquam adjungere. Quę perpetua ſunt & latiſſime diffuſa, ut facilius reprehenduntur, ſic & ordine primum proponi debent. Quare hæc ita explicate & plane pueris tradantur, ut & minimo labore percipiant, & longam moram hic non faciant. Ea enim in quorum memoriam puer omni lectione incurrit exemplis

ſcriptoribus ſi imaginibus commodius, quam omque cum præceptionibus animo informabit. Sunt inter authores, quaſi fontes Præceptorum: quo bis perpetuo prudens magiſter in commonſtranda via digitum intendat oportet. Quæ vero certis authoribus propria ſunt duobus generibus comprehenduntur. Nam cum duę ſint maxime inſignes notæ, quibus orationū formæ diſcernuntur, hoc eſt, & liberæ & Solutæ orationis, diverſæ etiam inter ſe ſunt, tam loquendi præceptis, quam collocandi modis. Quæ niſi & temporum intervallo & Præceptorum generibus disjungantur, periculum eſt, ne intelligentiam puerorum turbemus prius, quam aliquid explicemus. Hinc fit, ut qui hoc modo ſunt inſtituti, ita confundant & perturbent orationum genera, ut in libera oratione poëtæ, in aſtricta vero vulgares & ſoluti eſſe videantur. Prima itaq; cura ſit quotidiani ſermonis: neq; ante puerum ad alias Orationis formas adducamus, quam eam quæ tanquam fundamentum eſt omnium, intelligat, & mediocriter ſermone & ſcriptis exprimat. Tum una cum modis & formis cuiq; generi convenientibus etiam & verba propria, & loquendi certę rationes proponi utiliter poterunt. Quamobrem præcepta & affectionum Simplicium verborum, & conſecutionis Conjunctorum, ea imprimis tradantur, quæ quotidiano ſermoni ſolutæque orationi ſunt accommodata. Verum hæc ita ſint moderata, ut non ex quibuſvis authoribus potius quam ejus ſcriptis quem ſequimur, videantur collecta. quod non ſolum aliud loquendi genus & veteres & recentiores ſint conſectati, ſed & Ciceronis ætate fuerunt, qui priſcos poëtas ſuo fortaſſe quodam inſtituto magis, quam orationis ſolutæ ornatu, cū conſuetudine pura & emendata confuderunt. Cicero vero non modo utrorumq; propriis & verbis & modis parce & cum judicio ſua ſcripta aſperſit, ſed omniū maxime Latinam linguam correxit & auxit. Hujus itaq; loquendi genus ut politiſſimum & puriſſimum etiam in communibus rationibus ſequamur. Hactenus de Præceptis. Sequitur ut ea quæ Obſervationis ſunt exponamus. Hæc non judicio communi, ſed precipua cura & ſtudio diſcuntur. Non enim generum notis conſignari & diſtingui poſſunt, ſed ſingulorum vis & uſus animadverti, & memoriæ mandari debet: quare maxima & temporis & ſtudiorum pars in his eſt ponēda. Obſervationis porro ratio tribus potiſſimum rebus nititur: primum ut Similia diſcernantur: deinde ut ea quæ aliena ſunt cum à conſuetudine loquentium ſive Latine ſive patrio ſermone, tum ab ipſis quę tradita ſunt pręceptis accurata animadverſione notentur: poſtremo, ut earum vocum, quibus oratio quaſi colligatur, uſus & vis perſpiciatur. Tot enim genera ſunt quę maxime Latinæ linguæ ſtudioſos turbent & impediant, quibus explicatis, via tota patebit, qua ad perfectam cognitionem perveniatur. Primum itaq; de notis, quibus ſimilia diſcernātur agamus. Nihil enim tam ſolet vel morari vel impedire ſtudioſos, quam verborum ſimilitudo, quæ parte aliqua conjuncta inter ſe videntur. Continentiæ & Abſtinentiæ magna vulgo putatur eſſe cognatio: ſed ſi optimorum authorum judicio potius, quam vulgi conſuetudine utrunq; ponderemus, continentiam in multis locum habere inveniemus, quibus recte Abſtinentia tribui non poteſt. Item & Ægritudo & Ægrotatio: Ægritudinem tam corpori quam animo Cicero attribuit: Ægrotationem vero nunquam animo, corpori vero ſemper. Infinita hic commemorare poſſum, quorum cum vis etiam à vulgo Grammaticorum in interpretando confunditur, uſus tamen longe ſit diverſus: ſed quoniam id volumine toto facere conſtituimus, facile eadem opera declarabimus, quanti momenti ſit accurate ſingula expendere, & uſum cujuſque penitus perſpicere. Sed viam qua ſint inveſtiganda & obſervanda omnia facile erit oſtendere: ingredi vero, multi laboris & mediocris judicii. Similium itaque diſcrimen aut ex ſignificationis vi, aut ex uſu cujuſque inquiritur. Vis ſignificandi, vel in notationibus, vel oppoſitionibus, conſideratur. Quæ propterea ſunt cum occurrunt, diligenter animadvertendæ. Sic cum Cicero convitium à Maledicto notis diſtinguat, cum voluptatis ſignificationem ex Doloris colligat, cum quid inhibere remos, quid dejicere, quid ejicere de fundo ſit, explicat, tanquam ab Ariſtarcho accipienda, & in ſermonem noſtrum ſunt transferenda. Uſum porro diſcemus, ſi attendamus, quæ cuiq; proprie, quę tranſlate aſſignentur.

Multa quidem nomine communi notantur: iiſdē tamen rebus non accommodantur. Ut Fidens & Confidens. Fidentia & Confidentia. Sic quid ſit fideliter ſervire, notum & pervulgatum eſt: Tiro tamen qui Romæ vixit, à Cicerone reprehenditur, quod inſcite id valetudini tribuerit. Sic communicare cum aliquo Cicero dixit: Communicare alicui, ut multi loquuntur, nunquam. Juvat etiam plurimum obſervare quæ conjunguntur, & quaſi duplicentur: nam alterum quaſi alterius lumen eſt ad vim perſpiciendam uſumq; intelligendum. Unde enim clarius apparet Expedire idē valere fere quod Explicare, quam quod ſępe à Cicerone jungantur? item & Aſpirare quid ſit, quam quod Accedere illi præponatur? Sed longiores hic non ſumus: quod proprius locus illuſtrandi hæc exemplis in libro de Differentiis erit. Itaq; ad ea quæ & à conſuetudine, & à pręceptis aliena ſunt accedamus in quibus ſtudioſis ſūmopere elaborandum erit, ut à Romanis potius ipſis, quam à vulgo Latine diſcant. Solet enim quiſq; magis aut pervulgata nunc conſuetudine commoveri: aut ex vernaculi ſermonis, vel præceptorum communium rationibus omnia æſtimare, quam quid propriū, quid purum ſit inquirere. Quod adeo linguam Latinam nunc obſcuravit, ut non ſolum diſſimillima ſit ei, qua olim integra incorruptaq; Romani ſint uſi: ſed & alia nunc Itali, alia Galli, alia Germani, alia Angli loqui videantur. Quæq; enim gens & natio eam ad ſuam linguam deflexit, vulgariq; barbarie contaminavit. Accedunt & Scholę, quę omnes artes & ſciētias inſcitia linguę, novis & ineptis valde vocabulis involuerunt, & obſcurarunt. Vitioſam itaq; & corruptam conſuetudinem, ſi quis puro incorruptoq; ſermone corrigere velit, quæcunque apud Ciceronem legat, diligenter cum illis tribus quæ diximus conferat: eaque imprimis obſervet & notet, quæ vel à plebis, vel vulgarium Latinorum ſermone, vel à præceptis auditis diſcrepent: ea ſi aſſueſcat ad orationem adhibere, hac una maxime pravam conſuetudinem effugiet.

Hęc quemadmodum obſervari & conferri debent, cum & hoc libro, & alio de Phraſibus linguę Latinæ, quem inſtanti nunc hyeme edemus, ſatis abunde demonſtrabimus, non neceſſe eſt, hæc multis exemplis cumulari. Ad eas igitur voces tranſeamus, quibus quaſi vinculis orationem devinciri diximus. In his hæc potiſſimum ſunt obſervanda. quo quidq; ordine, quo loco poſitum, quibus cum junctū à Cicerone inveniatur. Similis quidem vis & uſus vulgo putantur. Quanquam, Etſi, Tametſi, Etiamſi, Quamvis, Licet item & voces quibus ſimilia comparantur, ut quemadmodum, ſicut, quibus conferuntur, Ita, ſic: deinde Similiter, æq;, perinde, pariter, quas conſequuntur, Ac, atq;, Et ut, quaſi, ſed ſi ſingularum uſum ſeparatim animadvertamus, diſcrimen ſępe magnum & ſatis manifeſtum reperiemus. Quę profecto omnia ei ſunt accurate obſervanda, qui ſe ſimilem optimorum authorum eſſe cupit. Hæc v. quomodo ſint notanda in authoribus legendis, & in hoc libro, & alio ſeparatim de particulis oſtendemus. Sequitur ut dicamus, quemadmodū uſus eorū quę cognitione complexi ſumus, cōparetur. Id exercitatione fieri ſupra commemoravimus. Exercitatio hæc tota in Imitatione eſt poſita: ut & loquendo & ſcribendo puer ea quę didicit, exprimere aſſueſcat. Primum præcepta: deinde quę niſi præcipua quadam obſervatione, ſingulariq; diligentia eruuntur. Sed ut hæc ſunt graviora, ita etiam in imitatione illis non pręponenda, ſed ſtudio majore perſequenda. Ut itaq; puer & ſcriptione & locutione quæ audivit imitetur, doctor prudens & diligens ea maxime, quę ſingulari ſtudio obſervanda diximus, exercenda & imitanda puero proponat. Idq; quo videatur modo: nobis vero placeret, ut commutatis temporibus, perſonis, locis, rebus etiam, vernaculo ſermone quæ docuit verſa proponat: quæ deinde puer ſua induſtria in Latinū ſermonem, & iis maxime modis quos tum audivit, convertat. cujus exempla iis quæ in Epiſtolis ad Tironem obſervavimus, addidimus: non quo quenquam noſtris rationibus alligemus, ſed ut viam tantū aliquam ad imitandū cōmonſtremus. Is v. qui eo exercitationis genere aliquid profecit, ad majora & perfectiora eſt adducendus: ut nimirum epiſtolas Ciceronis ad verbum à magiſtro vulgari ſermone expreſſas Latine non inſpectas de ſuis facultatibus reddat. Sed hoc niſi ii præſtare poſſunt, qui aliquamdiu ſunt in ſermonis Latini ſtudiis verſati. Hoc n. modo pu-

eri oratio, non doctoris ſui arbitrio, ſed præſtantiſſimorum authorum judicio emendabitur. Neque quicquam pernicioſius accidere ſtudiis linguę Latinæ poteſt, quã quod neglecta omni imitatione pueri à ſuis Magiſtris magis quam Romanis ipſis Latinitatem diſcere cogantur. Perverſius vero nihil, ne cogitari quidem poteſt, quam quod ea convertenda Latine de vernaculo ſermone præſcribant, quorum vel nomina vel loquendi modos, neq; tum, neq; antea puer audivit: non dico vel eos ipſos ſæpe ignorare, quemadmodum proprie & pure, quæ dictarunt, ſint vertenda. Summo itaq; ſtudio magiſter cavere debet, ut neque ſcribere neq; loqui puerum permittat, niſi iis modis & rationibus quas non à ſe, ſed ab optimis authoribus didicerit. Eorũ enim conſuetudine tanquam rectiſſima norma omnia linguarum ſtudia ſunt dirigenda. Poſtquam & ea mediocriter puer præſtat, orationem Latinam continentem ſi videatur, aliis verbis Latine exprimat. Sed hoc exercitiorũ genus non niſi perfectorũ eſt: & eorum magis, qui characterem Orationis effingere, quam qui Latine tantum loqui & ſcribere diſcunt. De forma orationis imitanda quoniam non eſt nobis propoſitum nunc dicere, in aliud tempus & locum totum hoc genus rejiciemus. Specimen ſaltem aliquod hujus leve in fine libri dedimus, quia via eſt, non qua copia quævis & vulgaris, ſed apta & Romana oratio inſtituatur & augeatur. Porro quiſq; ipſe, qui inſtituit, moderator prudens ſit harum rationum: neque tam ſua aut cujuſq; inſtituendi conſuetudine, quam certa utiliq, prudentia eas ſingulorũ puerorum intelligentię & ingeniis accommodet: omnemq; ſtudiorum curſum ita dirigat, ut in portum illum Latinum, quem ante oſtendimus eos traducat. Sed perfici lingua Latina cõmode nunquam poterit, niſi cognitio & comparatio diligẽs Græcæ accedat. Ex hac enim illa non ſolum aucta & abſoluta eſt, ſed etiam ea quæ horridiora videbantur & incondita polita & emendata. Ut enim Græci ſunt artium omnium & doctrinarũ authores: ſic & nominum & ornatus attribuendi ſummi etiam artifices habentur. Ab iis Latini omnia fere verba quæ artium & diſciplinarum ſunt propria aut ſunt mutuati, aut vias quibus imponerent, didicerunt: ut jam vel omnia ipſi ſua lingua appellent, vel Græca pro Latinis trita & pervulgata habeant. Quæ commodius univerſa intelligemus, ſi unde orta ſint, quo accommodata viderimus. Sed quia nulla de omnibus linguis eſt, qua plenius & ſignificantius omnia exprimantur, nulla etiã erit, cum qua Latina omnia rectius conferamus. Nam tametſi vulgaria ſatis vernaculis linguis proferamus, ea tamen, quæ reconditarum rerum ſcientia continentur, nomina certe apud vulgus non invenerunt neque vel popularia adeo ſunt culta & polita, ut is ſermo qui doctis eſt tanquam patrius, ab eo illuſtrari & juvari poſſit. Varietatem certe & copiam ſermonis nulla lingua ſuppeditat, niſi ea quę ab eruditis eſt aucta & exculta. Quot & quam varios loquendi modos apud Latinos invenias, quos vulgari ſermone vix uno modo reddimus, Gręci vero ſingulos ſingulis, aut aliquando pluribus? Quot enim ſunt res, quæ aut nullo nomine, aut barbaro & obſcuro, hac v. lingua nonnunquam planius quam Latina exprimantur? Jam ſi ea conſideremus, quibus Obſervationem totam niti diximus, explicari & perſpici penitus vis & uſus ſingulorum non poterit, niſi lumine Græcæ linguæ pleraq; illuſtrentur. Nam cum ſimilium comparatione maxime omnia illuſtrari ſoleant, tum maximum momentum affert, ſi fontes conſpiciantur, unde Latina ſæpe profluxiſſe videantur. Deinde, ſi ſingula Latina cum Græcis ſingulis nominibus conferantur, facile notis illuſtribus quæ ſimilitudine ante aciẽ perſtringebant, diſtinguentur, ſeparatimq; uſus & ratio intelligetur: ſin vero quam à conſuetudine vernaculi ſermonis, & vulgari more Latine loquentium diſcedant, Græcis loquendi modis æſtimentur, incredibile eſt, quam commode omnia perſpicientur & intelligentur. Earum certe vocum uſum quibus oratio nectitur, nullius linguæ collatione, niſi Græcæ conſequeris: quod ii ſoli collocandæ & conſtituendæ orationis authores ſint, & ſummi architecti. Quin potius ſi veri æſtimatores rerum eſſe velimus, hanc linguarum inter ſe collationem tantas opportunitates habere judicabimus, ut utramq; citius hoc modo ſimul, quam alteram ſeparatim perdidiceris, quod Latina ſine Græca non intelligi, Græca ſine Latina explicari

explicari & tradi non poteſt. Quamobrem Latini ſermonis ſtudioſi conſulere ſibi melius non poſſunt, quam ſi à ſtudiorum initiis, iiſdem fundamentis utriuſq; linguæ cognitionem extruant & jungant. Quibus vero rationibus & quæ maxime conferri & obſervari debent, in oratione Iſocratis ad Demonicum exemplis oſtendimus. Quam iccirco delegimus, quod orationis genus eſt puriſſimum & facillimum: ſententiarum vero elegantia, ad vitam & mores recte inſtituendos utiliſſima. Hæc habui quæ de lingua Latina & Græca divulganda eſſe putarem: non quo mea induſtria eas illuſtrari, ſed alios potius excitari poſſe confidebam, qui vias quibus commode diſcantur, felicius aperirent. Quæ ſpes ſi non fallat, ſatis hoc meo labore aſſecutus videbor.

DE LATINÆ LINGUÆ REPARATIONE, DIALOGUS.

PERSONÆ

JULIARIUS, SABELLICUS, SAVARISIUS.

SIc certe res habet, ut tu prædicare ſoles, Sabellice; aut unæ ſunt hodie in toto Orbe Venetiæ, aut nulla urbs alia, quam ſplendore, & opulentia huic præferre poſſis. Nunquam huc acceſſi (accedo autem ſæpiſſime) quin ipſa civitatis facies mihi major ſolito occurrat, ac quodammodo admirabilior. Quod cum plerique alii ſibi evenire ajunt, tum Juliarius hic noſter, quem vix hodie à prima luce ad tertiam diei horam à Germanico emporio, dum omnia mercaria via per otium cupit explorare, ad ſublicii pontis bibliopolas traduxi. Ubi quit, neq; hortatione, neque convitio inde avelli potuit, librorum indicibus hærentem à me relictum ad multam diem, quod vix unquā eventurum putaſſem, cum ex foro me ad privatū hoſpitem reciperem, eodem pœne veſtigio ſtantem, ſed adhuc magis occupatum offendi.

Sabellicus. Habet id urbis Genius, Savariſi, augetque non parum amplitudinem & formam ipſam incredibilis rerum omnium apparatus. Cujus tam magnitudo, quam varietas novum ſemper aliquod primo intuentibus objecit ſpectaculum. Sed dicat Juliarius, qui hodie (ut aisref fertiſſimam excuſſit bibliothecam, an in tanta novorum ſcriptorum copia, quanta paucis annis in his ſtudiis emerſit, aut locupletior quam antea ſibi Latina lingua, aut emendatior facta videatur.

Juliarius. Sunt non pauci (ut dicis) Sabellice, qui alia atq; alia via Romanas literas nuperrime juvere. Nam præterquā, quod omnia fere emendatiora occurrunt, non deſunt, qui quotidie aliquid novi in communem uſum proferant; quæ etſi non ſunt talia, ut jacturam illam, quam noſtræ literæ Gothica tempeſtate fecere, omnino reſarciant, levant tamen inopiam & egeſtatem, quam dira illa calamitas Latino nomini attulit. Quod malum ita violenter omnia invaſerat, ut à clade illa longe vetuſtiſſima ægre ad hos annos reſpirare ſit datum. Aliquid igitur effecerunt noſtrorum temporum viri, per quos ſi non rem ipſam, umbram tamen & verum Latinitatis adhuc nomen retinemus. Siquidem horum ductu & auſpiciis Roman. ſermo omnem exuit ſqualorem, omnem barbariem, quibus ſordibus diu fuerat immerſus. Soleo iccirco me beatiſſimum putare, ac naturæ gratias agere, quod hac potiſſimum tempeſtate naſci contigerit, quam, ſi non linguam ipſam

ipſam florentem, ut olim, aut qualem ætas illa aurea, qua toti viri ſummi una claruere, poſteritati tradidit, meliorem, ac quodammodo omni ex parte inſtauratam videremus.

Savariſius. Reſartam potius, Juliari, inſtauratam ne dixeris: quod neque tu, neque æqualium quiſquam, &, ut audacius dicam, ne mortalium quidem ullus videbit unquam. Sunt, quis non videt? humana omnia in lapſum prona: ſed qui in melius mutentur, difficillima.

Juliarius. Recte quidem iſta, Savariſi: ſed quo nomine ſucceſſus hic litterarum appellandus ſit, cum majus otium nacti erimus, licebit cognoſcere: nunc illud abs te vehementer cupio audire, imo diſcere potius, Sabellice: quod & huic quoq; Savariſio erit non ingratū: quid cuiq; eorum qui recentiſſimis temporibus Latinā linguam juvere, debeamus; ſiquidem alii alia in publicum uſum contulere: quæ ſi quis æqua, ut dici ſolet, lance expendiſſe volet, haud omnino ſimilia, ſed alia aliis præponderare fateatur neceſſe. Verū qui hæc te uno melius diligentiuſve æſtimare poſſit, eſt nemo: quippe qui ab ſimultate omni, & ambitione longe abes: nec facis (ut plerique) qui pæne prius oderunt, quæ legenda traduntur, quam viderint: quin omniū indifferenter laus, æq; ac tua eſt tibi cordi: quo fit ut nullus judicio, ut pro Savariſio deſpondeam, ſimus libentius acquieturi.

Sabellicus. Callide mehercule, ut ſolet, Juliarius blandoque verborum ambitu inſinuatus, experiri voluit, poſſetne me in ridiculum aliquod facinus impellere, ut fabuloſum illum Phrygii Æſopi aſinum imitatus, leoni ſua præmia decernerem: ſcilicet ut cum multos uno tempore in me concitaſſem tum forte male mulctatum videret.

Iuliarius Quid mulctatum ais? an Ariſtarchus & Ariſtophanes, qui non ſolum aliena ſcripta attentiſſima examinarunt cura, ſed quoſdam etiam Poëtarum numero exemerunt: aut Marcus Tullius, aut Fabius, qui nihil diverſi apud nos feciſſe videri poſſunt, riſu digni aut odio ſunt habiti?

Sabellicus. Imo ob id ipſum fortaſſis Græci illi, quorum mentionem feciſti, pleroſq; ſui temporis Poëtas ſilentio præteriere, ne major ab illis poſtea manaret invidia: quod noſtros quoq; in quibuſdam feciſſe, ex eorum ſcriptis facile intelligi poteſt. At mihi id nullo modo contingere poſſet, quando eorum, de quibus futurum eſt judicium, plæriq; adhuc ſint ſuperſtites. Eleganter quidem & accurate Cicero, ut cætera, multorum ſcripta in ſuo expendit Oratore: ſed in duorū ſui ſæculi Grammaticorum altercatione, dum eorum alterius declinaret invidiam, judicium in jocū vertit.

Nec Fabius minus prudenter, qui ſcriptores ſuorum temporū famam jubet expectare. Quod quum ita ſit, non eſt cur noſtram ullam de ea re ſententiam expectetis. At poſſum, quoniā tanto ſtudio id requiritis, & vacat (ut dicitis) audire, gratiſſimum vobis de hoc ipſo ſermone referre, quem duo viri illuſtres hoc anno multis præſentibus in veſtibulo Curiæ habuere. Erat tum forte Venetiis *Baptiſta Guarinus*, homo (ut ſcis) multi nominis, veſterq; ni fallor, civis: venerat is cum Alphonſo Herculis Eſtenſis filio: qui à patre officii gratia fuerat ad Auguſt. Bar. Princ. & Senatum miſſus. Ita igitur accidit, ut eo tempore quaſi de induſtria plæriq; docti viri patritii ordinis unum in locum coiviſſent, & in his *Hermolaus Barbarus, Hieronymus Donatus, M. Dandu. Sebaſtianus Privolus, Nicolaus Lipananus*, qui non multo poſt in Romanam Curiam conceſſit: *Daniel Rainerius*, & alii non pauci præter Philoſophiæ ſtudia humanarum etiam litterarum vehementer cupidi. Aderat & *Benedictus Prunulus*, homo impenſe doctus, qui trigeſimo & amplius ab hinc anno publice in hac urbe eſt profeſſus: Tot viri tum forte in veſtibulum Curiæ convenerant, alii alia credō de cauſa: eratque jam cœptus haberi ſermo de his, qui recenti ſæculo aliquid in communem Latinæ linguæ uſū edidiſſent: quum illis & ipſe diverſum negotium ſecutus ſuperveni: erantq; mecum nonnulli noſtratium litterarum ſane ſtudioſi. Hic ego ab univerſo cœtu familiari vultu acceptus, quia de re litteraria ſermonem haberi, non dubiſi erat, placuit his, quæ dicerentur, intereſſe. Primas igitur ad dicendum *Prunulus* ſortitus erat partes. Unde vero ſermo eſſet ortus, non libuit requirere: ſatis habui, quod illi tum primum inſtituto opportune affuiſſem. Sic igitur ea, quæ tunc vir ille ornatiſſime ac diſertiſſime de Romanæ linguæ reparatione eſt locutus, quæque poſtea eo petente à *Baptiſta*

Guarini

Guarini filio, in eandem ſententiam breviter & accurate diſputata ſunt, audire vultis, ut diligentius potero, ſubjiciam. Nam quid ipſe de ea re ſentiam, neque vos (ut dixi) requirere oportet, neque expectare.

Iuliar. Jam vero iſtud ipſũ quale ſit, vehementer cupimus cognoſcere, Sab. Illice, quum ob eorum, qui illa diſſeruerunt, præcipuam autoritatẽ, tum quia niſi tu probaſſes, nullis adduci precibus potuiſſes, ut relatu digna judicares: perge igitur ſi placet, & quod tantorum hominum ſit judiciũ, fac, precor intelligamus. Nam quod ad nos attinet, tam libenter iſta ex te audire parati ſumus, quam ſi illos ipſos, qui de ea re diſſeruerunt, audiremus.

SABELLICUS.

INCIPIAM ego, quando ita placet, Amicorum optimi, ac primum omnium illud dicam, quod me maxime in Prunulo delectavit, uſum fuiſſe virum illum, ut natura eſt non inficeta, facilique ad omnia excogitanda ingenio, tranſlatione in dicendo valde rei accommodata: quippe qui in hunc ferme modum ſit exorſus, ut diceret videri ſibi ea, quæ Romani Senonico dicuntur bello paſſi, ſimillimum quendam habuiſſe exitum huic, quem litteræ poſt longiſſimum annorum circuitum fuiſſent ſortitæ. Disjectis, inquit, ad Alliam fluvium Romanis legionibus, in præceps omnia abiere: non dux ullus, non Imperium adeſſe, non arma, non circa urbem præſidia, qui ſæviſſimi hoſtis impetũ diſtinerent: quin repente omnibus ſolutis, nihil ex tanto nuper Imperio præter umbram nominis ac collem unum cum modico præſidio ſuperfuit: pauci ſeniorum, qui ab ſuperbo & irato victore ſunt in roſtris reperti, ferro occubuere. Cæteri ſine Imperio, ſine nomine disjecti, procul patria, procul penatibus, vagi, devii, extorres, ſine cultu, ſine hoſpitio errare. Sævire interim Galli, tecta incendere, parietes diſturbare, nihil ſanctum, nihil intactum relinquere: minari Romano nomini excidium, ac ſimul intentare: mutari iccirco rerum omnium facies, nihil ex tam potenti nuper populo, niſi nomen ſupereſſe. Barbari omnia publica, omnia privata præter arcem poſſidere. Deploratam vulgo crederes rem Romanam, nullam remp. nullum imperium in ea urbe amplius futurum. Inſtare dira barbaries, Capitoliumque cum arce totis viribus oppugnare: fuiſſetque demum voti compos, niſi paucorum virtute res propemodum perditæ, non ſolum ſuo retentæ eſſent veſtigio ſed in priſtinum etiam ſtatum reſtitutæ. his tum malis Roma defuncta eſt.

Sed longe fœdior clades, longeq; atrocior, quæ rem Romanam Gothicis temporibus poſtea adorta eſt: ibi tum publicæ & privatæ fortunæ periclitari dicuntur: hic, cæteris amiſſis, Sermo quoque, quo nihil Deus immortalis homini utilius dedit, ad interitum perductus. Major itaq; recens caſus, atque tanto lugubrior, quanto plures gentes, quam vetus ille attigit. Enimvero unius tum populi fortuna lapſa eſt: his vero diris temporibus, quicquid Romanis ipſis cum Italia erat & multis gentibus commune. Fuit populus ille ferociſſimus, pluribus olim gentibus infeſtus, multis pernicioſus: at Sermo omnibus utilis & jucundus: atq; ob id lõge chariſſimus. Utra igitur ruina major? hæc, quæ tot gentium bona tam nobile commercium, tantam eruditionem, tantam humanitatem miſerabili modo obruit: an illa? qua res temere quęſitę, temere perituræ conciderãt?

Nec vereor ne parũ conſiderate id bonum dixerim, quod innumeris populis, urbibus, terris & ſentientibus & dolentibus fuerit pęne ademtũ. Video quibus coram & ubi habeatur his ſermo: neque enim nunc Peſinacta ſumus. Quanquam (per Deum!) non video quid aliud bonum dici poſſit, ſi hoc unum dici non poteſt, quod tanta & tam longa injuria adimere non potuit: quod vero non potuerit, felix exitus, haud dubie demonſtravit: ſed ſublatis nobiliſſimæ rei inſtrumentis, deſuetudo ſecuta eſt, deſuetudinem oblivio, quæ propemodum cauſa fuit, ut divino munere perpetuo careremus. Sic ſane res habent, ut ubi ſemel inclinare cęperint, facilius dilabantur, quam ab initio coaleſcere contigerit.

Ademerat Romanæ urbi multum ſplendoris & dignitatis, imperii ſedes Byzantium tranſlata: ſecutæ inde clades multæ, aliæ poſt alias, Gethæ, Hunni, Longobardi, pluribus locis Italiam fœda populatione vaſtarunt: ſed primæ illæ

gentes diræ nimis, Romanoq; nomini infeſtæ, quippe quæ omnis divini & humani juris oblitæ, ſuperbe & crudeliter victoriam exercuere: non hominum cæde, non templis, non ſacro ullo loco aut profano, infandæ manus abſtinuerunt: omnia divina & humana barbara profanavit temeritas: ſed hæc, quia in gremio fortunæ ſita, minus fortaſſe lugubria. Illa clades multo major, illa & dolore & lamentione dignior, quod urbe capta, non ſolum civibus eſt exhauſta, publicis privatiſq; oneribus deformata, ſed divino etiam literarum theſauro: qua una re incolumi cætera ſuo ſtare veſtigio videri potuiſſent: Bibliothecis publicis & privatis flamma vel rapina conſumptis, nihil ſpei reliquum poſteris fecere. Proh dolor! quot labores, curæ, vigilæ, quot rerum monumenta paucis diebus ne dicam horis interiere? ſed quam dira ſit tum clades accepta, ipſum poſtea tempus declaravit: remiſit tempeſtas illa etſi ſero, remiſit tamen. Victi Italis finibus Barbari ceſſere. Sermonis fœditas, quæ paſſim inoleverat, non ceſſit: recepit aliqua ex parte Roma ſuũ cultum & nitorem, loquendi proprietatem non recepit: & brevi, ubi ſemel fœda illa barbaries ſe illius ruinis inſinuavit, nulla veri ſermonis cura, nullum prioris linguæ deſiderium inceſſit quenquam. Auxit id malum longa ætas, quæ non ſolum negligentiam peperit, ſed divini etiam muneris memoriam dira oblivione immerſerat: Jam enim (ſi vera loqui volumus) nemo poſt funeſtiſſima illa tempora ad annum hinc circiter quinquageſimum Romana locutus lingua videri potuit: aut ſi quis extitit, qui potuerit id præſtare, non magis eſt inter ſuos auditus, quam ſi ignoto aliquo ſermone fuiſſet locutus.

Extendit ſe igitur calamitas illa ad hæc uſque tempora: ſed nunc qui primi omnium illam diu ſepultam ſuſcitare adorti ſint, inde per quos ſit in meliorẽ ſtatum reſtituta, breviter dicam: nec quantum in me erit, ſua quiſquam fraudabitur laude. Quod, ſi forte cuiquam aut plus quam æquum ſit tribuere videbor, aut adimere, memineritis me dicere, quæ ſentio, ſed quæ oraculi loco minime ſint habenda: imo ne talia quidem, ut non multo veriora adhuc dici poſſint, præſertim ab iis, qui adſunt, qui de hujuſmodi re firmiore judicio ſententiaq; minus ambigua diſſerere potuiſſent: verum qui me primas ſermonis hujus partes ferre voluiſtis, dicam breviter quę ſentio: vos ita noſtra accipite, quaſi cuique veſtrum integrum relinquatur, diverſa ſentire ſi libeat, ac quæ ſenſerit, libere tueri. Sed jam ſatis ſuperque exploratum habetis, quo ad dicendum conſilio venerimus: nunc ad ea quæ dicere inſtitueram, revertar.

PERIERANT (ut aperte oſtendimus) diuque ſine nomine, ſine cultu, ſine ſpe ulla melioris fortunæ Romanæ literę in occulto fuerant: cum in *Ciſalpina* Gallia, quod vix quiſquam futurum putaſſet, raræ admodum, nec ſatis certæ reparandæ rei ſcintillæ, velut ex denſis quibuſdam repoſtiſque emicuere tenebris: etenim neq; aſſertore uno opus fuit, neq; uno vindice, ut tam pernicioſa peſtis Italiæ finibus pelleretur.

Eſt in Bergomari agro vicus obſcuri olim nominis nunc clarus, ſuoq; partu illuſtris: *Barzizam* vulgo nominant: hic *Gaſparianus, Grammaticus* ac Rhetor ſua tempeſtate illuſtris, qui in hac urbe, ut audio, mox PatavI, inde Mediolani multa nominis celebritate literas docuit, magis fœlici conſilio, quam quod tantæ cladis reſarciendæ ſpes ulla prætenderetur: primus omnium, ut audio, ad veteris eloquentiæ umbram, (nam ex re tam nobili nil tum præter id unum ſupererat) oculos retorſit: cum mille & amplius annos, ex quo Gothica illa tempeſtas terram Itāliam invaſerat, ſemper omnia in pejus abiiſſent. Credo ea fiducia fretus, quod in treis divinos illos M. T. ad Quintum fratrem libros, quum diutiſſime non extitiſſent, primus inciderat: quos ſitu & vetuſtate conſumptos, diligenti cura & ſtudio emendare adortus tantum intentiore lectione profecit, ut opus non ſolum deſideratum ſed deploratum etiam, in publicum exhibuerit: multoſque ad eloquentiæ cultum, exemplo & hortatione excitarit. Fabius Quintilianus tum primum & ipſe in *Tranſalpina* Gallia repertus, per quem autem reperiri contigerit, ſuo loco dicetur: hujus opera nonnihil veteri creditur ſqualore deterſus. Scripſiſſe dicitur Commentarios in varia Ciceronis opera, ſed qui nulli hodie extent: epiſtolæ ad hęc & Oratio-

& Orationes plæræq; adduntur: liber præterea *de ratione ſcribendi* unus: quid de ipſius figura & proprietate dicendi ſuſpicari poſſimus, ipſa tempora admonent: oportuitque (quis non videt?) infirma, ut ſemper alias, tam audacis conatus fuiſſe principia: ſed quemadmodum ſæpe evenire ſolet, ut quæ vel modicis orta ſunt initiis, majora indies accipiant incrementa: ita accidit, ut jam inde multis aliis quidem poſt alios ad id conſiliũ juvandum prodeuntibus, brevi res eo proceſſerit, ut non minus jam ſpei adeſſet, quam ab initio animi fuerat: ſed omnium qui ſub id tempus extitere, *Leonardus Aretinus* præcipua dignus laude occurrit, vir Philoſophiæ ſtudiis & eloquentia clarus, nec in hiſtoria minus celeber: plæriq; Romani Pontifices circa Conſtantiaci conventus tempora, illius opera ſecretioribus negotiis uſi dicuntur: noviſſime à Florentinis publico decreto accerſitus, in eorum urbe eſſe perſeveravit. Studiorum monumenta varia feruntur: quæ ex Græco Latina fecit, ea manifeſte arguunt, quam facilis natura ille fuerit, diverſiſq; rebus accommodata: gravis nunc & denſus, ut in Baſilio illo neſcio quo antiſtite, & in Xenophontis tyranno: nunc candidus ac fuſus, ut in Æmilio, Catone, Sertorio, & aliis, quos ex Plutarcho acceperat: ut nulla ſit in illo virtus, quam in hoc aliquo modo deſideres: velles tamen Ciceroni nihil addidiſſe: nam in figura alioqui perſtitit. Age vero quam diligenter & accurate Platonicam illam dicendi facultatem in Gorgia & Phædone expreſſit: quam erudite in Oeconomicis, Politicis, Ethiciſque libris, Ariſtotelis gravitatem & acumen? Sed hæc minora videri poſſunt: facile eſt in alieno libro eſſe diſertum, ſed in ſuo difficile. Ejuſdē ſunt quatuor Gethicæ hiſtoriæ libri. Nam commentarii primi belli Punici ad Polybium merito referuntur. Ejuſdem & Epiſtolæ quam plurimæ in ordinem digeſtæ: hujus etiam duodecim hiſtoriarum libri, quibus Florentinorum eſt geſta complexus: de his (nam cætera ejus opuſcula conſulto prætereo) ſi in univerſum judicare velimus poſſumus de eo dicere, quod & de Timagene Fabius intermiſſam ſcribendæ hiſtoriæ induſtriam eum nova laude reparaſſe. Multæ præterea variæq; in illo viro dicendi virtutes: quas ſi quis altius inſpiciat, adhuc tamen aliquid in elocutione requirat: ſed id temporum potius, quam hominis vitium: nec magis in eo accuſandum, quã in *Poggio*, qui eadem floruit tempeſtate: fuit is quoq; Tuſcus natione, mediaq; Florentia natus, facundo ingenio, & ſupra omnes quos noſtra novit ætas faceto, quippe qui libellum de ea re lepidiſſimum reliquit: opus ipſum vulgo legitur, eſtque in multorum deliciis. Dicuntur & Orationes extare & Epiſtolæ ad amicos quam plurimæ, & de Indiæ ſitu liber unus. Diodorus, quem Latinum fecit, vulgo legitur: alia quæ ex Græcis noſtra reddidit, ad manus non pervenere: ſed ut breviter dicam, omnia illius venuſtate potius & copia probantur, quam elegantia. Hinc certamina illa perpetuæque altercationes adverſus Laurentianas cenſuras ei ſubortæ: ſed utcunque ejus ſcripta accipienda ſunt, dignus certe laude vel in primis, quod quem elegantiorem ſequeretur, aut cujus exemplo ſcriberet, præter eum cum quo apertas exercuit ſimultates, ea ætate habuit neminem: ſed quantuſcunque fuit, ſe propria virtute effecit: verum non magis ea quæ ſcripſit, ad Latina ſtudia ſuſcitanda, quam in iis, quos vereri injuria amiſeramus, conquirendis, hominis ſtudium & induſtria profuit: conſtans fama eſt, Fabium Quintilianum alterum Latinæ linguæ lumen, ſub tempus Conſtantiaci conventus, ab eo ex Gallia Romam deportatum: quem *ignotum, ſqualidum, tetroque pædore carceris conſumptum, in apertum* retulit: attulit ea res illi multum nominis & celebritatis, quamquam jam inter illuſtres Italiæ viros primas ſibi partes vendicabat. Fuit inde Romæ. Noviſſimis temporibus & ipſe publico decreto accerſitus, Florentiam conceſſit, ubi jam grandis natu vitam cum morte commutavit.

Horum igitur primi illi in meliora ſtudia conatus, non nihil ſane profuerunt: plerique enim partim exemplo, partim æmulatione in ſpem maximam adducti, non ſolum illorum trium virtutem imitandi, sed ſi paululum anniti vellent, ſuperandi etiam, incredibili ſtudio animum ad eloquentiæ cultum erexere: & in his *Guarinus* pater tuus, Baptiſta, fuiſſe mihi videtur. *Mappeus Vegius Laudenſis, Paulus Vergerius Iuſtinopolitanus*:

proſa hic, ille metro ſua ætate clari. Vidimus Vegianum carmen velut appendicem quandam Vergilio annexum, neſcio quid etiam illius, cujus videri voluit æmulus, redolens: ſed ad genium illũ caſtiſſimum non accedit. Vergerii libellus *de ingenuis moribus* paſſim legitur majori pene elegantia, quam in hominem ejus ætatis cadere debuiſſet: ſuavis quidem, nec interim otioſus, graviſſimiſque reſperſus ſententiis, utpote qui Philoſophię prius operam dederit, quam ad ſcribendum veniſſet. Fuit is *Chryſoloræ Conſtantinopolitani* auditor, cujus & *Franciſcus Barbarus* avus tuus, Hermolæ, cujus accuratiſſimas Orationes & Epiſtolas dum lego; dum ſuaviſſimum eum librum, quem *de re uxoria* ſcripſit, non poſſum non multum hominis eruditionem admirari: proſequerer eum majori laude, imo vero judicio, niſi vererer, ne ſuſpectus eſſe inciperem, ut in Veneti nominis viros celebrandos nimium propenſus: non igitur magis de eo ipſo homine meam expectate ſententiam.

Quod ſi quis quærat, quid de *Leonardi Juſtiniani* ejus æqualis, ſummique Oratoris eruditione & ingenio ſentiam, elegantiſſimæ ejus Orationes, Cymon Plutarchi, & Lucullus, quos ille ex Græcis Romanos fecit, ut alia ejus ingenii monimenta prætaream, facile declarant, quid ille in communem linguæ uſum afferre potuiſſet, ſi non ad rhythmos fortaſſe animum adjeciſſet: quamquam in eo quoque genere non mediocrem conſecutus eſt laudem.

Charoli Aretini horum ætatibus interjecti, nihil ad hunc diem legimus: ejus Muſa ideo fortaſſe clara, quia Philelphi ſtudiis præcipue infeſta. Dicitur & ipſe Græca tractaſſe ſtudia, ut merito ſuſpicari poſſis, hunc quoque *ex Chryſoloræ officina* depromptum: nam Guarinum patrem tuum, Baptiſta, quantuſcunque fuit, ab eo factum, nemo eſt qui dubitet: is uno *quantus in utraque lingua extiterit*, ut de eo dicam, quæ & de Iſocrate Fabius: *ejus diſcipuli facile declarant*. Strabonis Europa, quam ille noſtram ſua induſtria fecit: & quæ in Platonis vitam & Ariſtotelis ingenioſe commentus: & ex Plutarcho quædam in Latinum verſa vulgo leguntur: dicuntur & Orationes ab eo nonnullæ & Epiſtolæ quam plurimæ relictæ, quas neque vidi, nec ſum cum aliquo locutus, qui ſe eas legiſſe dicat: ſed ex iis quæ videre potuimus, conjectura aſſequor, quid illi quoque lectio præſtare potuiſſet: & quod omnium operum illius maxime gratum fuit, *Catullum* municipem ſuum ſitu, & ſqualore confectum lucemque ex diurnis tenebris reformidantem, ita abſterſit, ut ſine majore rubore publicum exire non dubitarit.

Profuit itaq; ille maxima eruditione multis, ſed morum ſanctitate optimoq; vivendi inſtituto non paucis: quam virtutem multi & in *Victorino Feltrenſi* ejus æquali æque mirari dicuntur, adeo ut nihil dubitare poſſis, veriſſima eſſe, quæ de amborum inſtitutione vulgo feruntur: utrumque ab ineunte adoleſcentia neſcio quo Ravennate viro integerrimo dicendi magiſtro uſum: ſiquidem haud parvi refert qualem à teneris quiſq; annis ſit præceptorem ſortitus: ut mores igitur, ita ſtudia pene paria, par etiam & ætas: vicinis inter ſe propinquiſque urbibus nati, propinquioribus profeſſi: Feltri hic; ille, Veronæ genitus: hic Mantuæ docuit, ille Ferrariæ: uterque ſuo Principi charus, ſua felix uterque familia, felix vitæ exitus: alterius tamen fama aliquanto major, quanto videlicet Feltro major eſt Verona.

Sed quantum hi duo laudis docendo meruere, tantum fortaſſis *Forlivienſis Blondus* eorum ęqualis ſcribendo meritus videri poteſt: quippe qui plura, ut ſcitis, in hiſtoria ſcripſit, quam recentiorum quiſquam. Circumferuntur ejus Decades, quæ ab Romani imperii inclinatione, ad eam, quam ſcripſit uſq; ætatem, pleniſſimam continet hiſtoriam: eidem urbem *Romam Inſtauratam*, eidē *Triumphantem* debemus: addo & *Italiam illuſtratam*: quæ omnia, ut libere dicam, quæ ſentio, meliore fide tradidit, quam eventu; utpote is, qui nonnulla, quibus ea perquirenda dederat, temere crediderit. Nam per ſe omnia videre potuiſſe, abſurdum eſt credere: quum neque ex autore uno, ſed pene innumeris, atque illis ipſis ambiguis & variantibus, multa quærenda eſſent: nec ipſa dicendi figura multum ei favoris conciliat. Nam præterquam quod ubique fere lutulentus fluit, dum nervorum robori ſtudet, pręopinguem nimis & obeſum ſe reddidit: ademitque nimia corpulenti

lentia venuſtatem hiſtoriæ: ſine qua prodeſſe quidem poteſt, delectare vero minime ſed hæc ille accurata narratione rerumq, varietate compenſa. *Florentini Lapi Antonii Tudertini*, & aliorum quorundam ſcripta aliquid certe commodi Latinis ſtudiis attulerunt: ſed ad id quod amiſſum erat reparandum, non magis utilia, quam quæ non paucis ante annis *Franciſcus Petrarcha*, & *Ioannes Bocatius* ſcripſere: uterque alioqui clarus: hic mythica hiſtoria, ille rhythmis eminens. Suſtinuerunt itaque plærique graſſantis barbari ei impetum, propulſare tamen non potuerunt: Vindicant ſervitio quidem Ciceronem, Fabium, Catullum, ſed hoc ſacra Veſtaleſq; curru in tutum deferre fuit: docuere Rhetoricen, alii aliquanto accuratius, docuere & Grammaticen: & hoc in Quirinalem per hoſtiū ſtationes cum ſacris tranſire: nonnulli Latinam edidere hiſtoriam, aut Græcam in Latium vertere: neq; id aliud, quam Gallos ex arce umbone deturbare. Erant nihilominus hoſtes intra mœnia, Capitolium obſidere, finitimos ſolicitare, eorum ſigna longe lateq; vagari: Camillo duce opus erat, qui barbarum acie victum non ſolum urbe, ſed Italiæ etiam finibus ejiceret. Cui igitur ſummus ille honor contigit? videlicet, à quo patrium ſermonem maxime vindicari oportuit. Romanus fuerat Furius, non externus, qui barbaros urbe expulit: Romanus & hic, qui barbarum ſermonem prorſus ſuſtulit. Struxerat Furius ille intra urbem legiones, quas in hoſtem direxit. Struxit & *Laurentius Vallenſis* accuratiſſimo, *Elegantiarum libros*, in fœdam & horridam barbariem. Vicit, dux ipſe primo intra mœnia, mox quod reliquum hoſtium fuit, ad unū foris confecit: eodem, non alio ſucceſſu hic quoque Romæ primo, mox reliqua Italia inveteratum malum oppreſſit: reſtituit ille patriæ adempta ſigna, hic ademptum ſermonem: uterq; dignus qui *pater patriæ* nominetur: ſed eo alter dignior, quod plus certe fuit ſermonem, quo nihil ab ipſa natura eſt homini utilius datum, quam urbem civibus reſtituiſſe ſuis. Nec imitatus eſt hic de quo loquor malos medicos, qui cum alios recte curare ſoleant, ſe ipſos nequeunt. Tradidit ille elegantiarum præcepta, Romanæ linguæ nervos: ſed nihilo accuratius tradidit quam ſervavit Legite (ſi placet) Herodotum, quem ille civitate donavit: citentur ex Elyſiis (ut Poëtæ dicunt) campis ipſius manes, deturq; Latine ſcire, num negabit ſua eſſe illa, quæ videat, an potius cætera agnoſcens & in primis eximium candorem, tantum mirabitur Muſas, quibus opus inſcripſerat, Ionice deſiiſſe loqui: cæterum omnia meliora. An aliud de Thucydide & Homeri Iliade prædicari poteſt? ſed in eo ſcribendi genere non pauca accidere potuerunt, quæ illum duriorem redderent. Age modo & ſi vacat illa cognoſcite, quæ proprio fonte manarunt, Epiſtolas, Orationes, Dialogos, & alia plæraque, quæ non ita omnibus vulgata ſunt, an eſt eo homine quicquā purius? ſunt qui in his quoque eum duriuſculum exiſtiment: ſed eruditio illa, ni fallor, eſt. Floruerunt cum eo Romæ & reliqua Italia viri multi illuſtres, atque aliquanto in ſcribendo emendatiores: quod iccirco fortaſſe illis contigit, quia ad manus, ut dicitur, habuerunt, quem potiſſimum imitarentur: aut quod evenire potuit in ejus ſcripta inciderunt: quamquam id quoque eſſe potuit in cauſa, ut ubi illi priſtinam ſcribendi formam vulgo repudiari viderunt, ac pro barbaris haberi, qui non omnia exacte & accurate dicerent, ipſi etiam quiſque pro ſe ad id animum intenderunt, ut nihil inemendatum, nihil temere in apertum referrent: verum ſic quoque viſi ſunt hi, de quibus loquor, aliqua ſuſpicione digni: quamquam eorum ſcripta aliquid habeant, quod non omnino Romanum dici poſſit: uſque adeo tenaciter hærent, quæ à teneris didicimus: ita inquam, ut ubi ſemel recepta ſit, ne meliora quidem, ſi aliquo modo contraria videantur, amplius admittant.

Sed omnium qui tunc fuere duo clariſſimi Poëtæ extiterunt, *Franciſcus Philelphus*, & *Antonius Panormita*, uterque ſuo Principi charus: hic Alphonſo Regi, ille Philippo Mediolanenſi: ſed alter eo forte major, quia non minus Orator, quam Poëta, Græceque & Latine doctus, nec à ſtudiis Philoſophiæ abhorrens, quod aperte ejus opera declarant, *Sfortiadem*, *Satyras*, *Epigrammata*, & alia quæ carmine complexus eſt, variis judicis excipi video. Nam ego, ne tantum in hoc genere mihi tribuam, quid alii ſentiant, non

libenter advertam. Probant multi in eo facilitatem, copiam, jucunditatem: quidam torrentis more nunc tumidum nimis, nunc nimis humilē aridumque fluere arbitrantur. Vidimus epiſtolas, dialogos, Orationes, & alia multa, partim Latina, partim quæ ipſe ex Græco verterat: præter Orationes, quæ pœne LX. numero feruntur. Ad centum & amplius ſcripſit volumina: de quibus, ſi ex iis quæ extant licet judicare, dicam quod & multi, fuiſſe in eo viro facultatem dicendi eximiam, naturamque omnibus eloquentiæ partibus accommodatam, ſed judicium in quibuſdam defuiſſe, requiraſq; jure in eo: quod & in Anneo Seneca Fabius, oportuiſſe eum ſuo ingenio, alieno judicio dicere. Quidquid enim natura illa voluit, effecit. Dulcis, candidus & facetus Panormita, ſed laſcivi carminis amator, atque ob id probis viris minime legendus.

Nec *Pius Pontifex* mihi excidit, *Æneas Sylvius* antea nominatus, Poëta quidem magnus ſed Orator adhuc major: quem etiam, ſi inter novos hiſtoricos reponas, cui cedere debeat, haud facile reperias. Extant (ut Orationes, Epiſtolas, aliaq; ejus monimenta prætercam) *Geographia*, quę *Aſia* inſcribitur, & *in Blondi hiſtorias Epitome*: quid pręter aliquid elegantiæ in eo requiras, nil certe eſt.

Si quis huic beatiſſima dicendi copia comparandus eſt, & ſi in elocutione aliquanto majori, unus omnium meo judicio *Baptiſta Albertus* Florentini generis merito conferri poteſt: Nullus, quod ſciam, noſtra tempeſtate Mathematicas artes elegantius tractavit: ejus de *Architectura* opus id præcipue arguit: extant & alia ejus monimenta, quæ ſi quis accuratius pergat ſcrutari, tantum in elocutione ei tribuet, quantum Latinorum, qui noſtra memoria fuerunt, fortaſſe nemini.

Eminentiſſimi quamquam diverſo genere *Beſſario Nicenus antiſtes*, & *Gregorius Trapezontius*, uterque Graji ſanguinis, hic Platonis oppugnator, ille defenſor: ſed alter (ut fertur) & ut res ipſa declarat, in Philoſophia major, in elocutione alter: utpote qui *de ratione dicendi* nonnunquam ſcripſerit, Rhetoricenque docuerit.

Nec *Gregorius Tifernas* nihil meritus eſt, qui Aphricam Strabonis & Aſiam noſtris ſtudiis adjecit: cognoſcitur & ejus carmen tam pium, quam elegans.

Nicolaus vero *Perottus Sipontinus antiſtes*, poſt Laurentium quem velut Homericum illum Achillē ſemper excipiendum duxi, omnium quos diximus Latine elegantiæ longe ſtudioſiſſimus merito habetur. Nihil ipſius Polybio candidius, nihil minus elaboratum, quum elaboratiſſima alioqui omnia appareant. Quid igitur Epiſtolis, quæ illius nomine circumferuntur, gravius? nollem eum in aperta convicia & ſimultates indigniſſimas, perſona quam ſuſtinebat, tam aperte deſciviſſe. *Ars Grammatica*, quam in communem uſum edidit (quod paucis ejus generis ſcriptoribus ſolet accidere) vulgo, ut video, probatur. Sunt qui commentarios ejus quos *Cornucopiæ* inſcripſit, ſe vidiſſe dicant, rem adhuc indigeſtam, ſed quæ plurimum alioqui habeat eruditionis.

Procellii Poëtæ elegiæ, & ipſæ amorum indices, niſi materia laudi obſtaret, omnino plus gratiæ erant habituræ: ſunt qui heroicum carmen, & epigrammata ſe vidiſſe dicant: leporem in eo probant cuncti, eruditionem & gravitatem adimunt.

Quæ duo *Mario* quoque *Philelphi filio* defuiſſe, cum cætera illius ſcripta, tum ejus *Bucolicum carmen* manifeſte declarat: Fuit alioqui prompto ingenio, memoriaque capaciſſima, quippe qui veſtigio ſtans uno, centum ordine dictantibus, confeſtim cuiq; ſuam eo quo acceperat ordine complexam carmine redderet materiam: fuit ad hæc rotato ſermone, utpote Graji ſanguinis, matre natus Chryſolotæ filia: plura fronte polliceri: quā receſſu præſtaret.

Vix ex eo quicquam docto homine dignum videri poteſt profectū, omnia præcipitata potius quam edita. Cultior, accuratiorq; *Omnibonus Leonicenus*, quamquā poëta ille, hic rhetor: at ſi utriuſq; ſcripta conferas, compoſitius hunc ſoluta, quam illum frenata procedere oratione dixeris.

Bernardum Iuſtinianum patritium veſtrum, qui illius Orationes videre, verborum pondus & ſententias mirati, inter recentium Oratorum principes reponendum autumant. Ejus libri *de origine urbis Venet.* nondum in lucē venere: ſed ut in ſumma ſint expectatione, ea quæ novimus faciunt.

Dixi nolle me Venetorum ingenia cenſere, ne ambitioſe videar id facere: ſed neſcio quonam modo

modo undique illorum virtutes ſeſe nobis ingerunt: quæ ſi omnino declinarem, tam mehercle accuſandus eſſem, quam ille, qui nobiliſſimam aliquam imaginem gaudeat procul ſpectare, in tenciuſq, miretur longius viſendam, eandem vero oculis admotam, non advertat. Nam ut de aliis ſileam, quis eſt tam ſtupidi ingenii, aut ab humanarum litterarum ſtudiis tam alienus, qui in *Petro Barotio Patavino antiſtite*, eodemq; *Veneto*, utrunq; dicendi genus non ſuſpiciat & miretur. Incidi quandoq; in ejus carmen. Nihil gravius vidi unquam, nihil magis pium magiſq; religioni accommodatum. Cupio vehementer videre opus ab eo *de optimo genere moriendi* nuperrime abſolutum, in quo audio omnia divine ab eo diſpoſita.

Sed ad externos redeo: offertque ſe mihi ultro *Theodorus Gaza*, de quo propemodum dici poteſt, quod & Apollonius ille de Cicerone dixiſſe fertur, ademptam ab illo Græcis eloquentiæ laudẽ: nunc contra Graji ſanguinis hominem Latinis ademiſſe: nihil eo viro cultius, nihil caſtius: nec vereor, ne ambitione id à nobis dictum videri poſſit, fuit ille Græcus (ut dixi) verum quum ejus Theophraſtum lego, quem dico, Latinum fecit; aut Ariſt. libros, qui de animalium natura inſcribuntur, admirari non deſino ac dubitare, utrum incredibilem illam verborum proprietatẽ noſtri à Grȩcis acceperint, an illi à noſtris potius.

Grandem novamque præterea laudem conſecuti mihi videntur, etſi in alienis rebus interpretandis, ſtudiis tamẽ gravioribus, *Marſilius Ficinus* Florentiæ: qui omnia Platonis opera in Latinum vertit & *Hermolaus Barbarus* veſter, qui Themiſtium & Ariſtotelis opera, Latinis adjecit: præſtiterunt meo judicio, quod poſt inclinatam eloquentiam nemo: oſtenderuntque hi, non rem, ſed eos qui ejuſmodi opera antea in Latinum vertere, in cauſa fuiſſe, quod qui ad noſtram uſq; ætatem philoſophati ſunt, parum Romane ſint locuti: ſed hic veſter (nec amor me fallit) major elegantiæ obſervator: quanquam in illo quoque nihil ſit, quod delicatiſſimum oſtendere poſſit lectorem.

Quid, quod & divinæ literæ indies, ut video, magis excoluntur. Quid enim in hoc præclaro ſtudiorum ſucceſſu *Pici* heptaplo vidimus, aut cultius, aut elegantius? Nemo meo judicio, poſt Lactantium & Hieronymum melius in eo ſcribendi genere Latinam cuſtodivit elegantiam: tranſeo altiſſimam eruditionem, quæ perſpicue demonſtrat, vera eſſe, quæ ad nos de ejus ſtudii acrimonia jam pridẽ fama deferuntur, contigiſſe illi adhuc unum, quod & recentiorum nemini, ut Græca & Chaldæa ſtudia Romanis junxerit.

Subjiciam adhuc quoſdam, quorum ſcripta jã pridem leguntur: occurruntq; inprimis *Pomponius Lætus*, Sabellici noſtri præceptor, & *Platina*: uterque (ni fallor) Laurentii Vallenſis auditor. Pomponii pauca omnino extant, ſed illa ipſa accuratiſſime conſcripta Novimus, quæ *de legibus, ſacerdotibus, & magiſtratibus*: ad M. Pantegathum ſcripſit: quanquam & *de arte Grammatica* edidit præcepta, omnia mira vetuſtate redolentia: arguuntq; plane hominis ſtudium, quod in recognoſcenda vetuſtate præcipue fuit occupatum. *Platinæ hiſtoria*, & quæ *de honeſta voluptate* ſcripſit, omnibus nota ſunt: extant & *elegantiarum libelli*, qui ejus nomine circumferuntur.

Eſt & ipſe vetuſtatis amator egregius, ſed adhuc plus gratiæ habiturus, ſi quædam in uſum non recepiſſet.

Aliquid certe mihi in eodem genere laudis mereri videntur *Ioan. Calaber*, cui eſt Simonetæ cognomen, & *Donatus Accaiolus* Florentiæ natus: hic præter Plutarchi quædam in Laticum verſa, geſtorum Caroli qui Italiam Longobardicis armis diutiſſime preſſam, barbaris victis, in antiquam libertatem reſtituit, brevis autor. *Franciſci Sfortiæ* prolixior ille hic quantuſcunq; eſt, ſuus eſt, non alterius: cultior ille, ſed qui Philelphi lima ſit nonnihil, ut creditur, adjutus.

Exciderat mihi *Campanus antiſtes*, quem ſive elegantiam, ſive dicendi acumen requiras, ſive candorem potius, aut venuſtatem, rectius vetuſtis ſcriptoribus, quam recentibus annumeres. Nec *Galeotus Normenſis* nihil præſtitit: & ſi quæ ſcripſerat, omnino ſtare contigiſſet. Extant tamen adhuc aliqua, ut *de homine* opuſculum, & alia quædam parum nota, in quibus video nonnullos verborum proprietatem deſiderare. Cætera neque inſulſa, neque parum perſpicua dixeris.

Angeli Sabini Turrenſis Belgicum carmen non legimus.

legimus, ſed quia in Pontificis bibliotheca repoſitum ajunt, cogimur nondum viſum probare: & ſi non deſunt, qui ſe legiſſe dicant, damnentque aperte opus, ut parum elaboratum: major in commentando autoritas.

Nec *Coriolanus Cipicus* parum uno eſt libro notus quo ille *Petri Mocenici*, qui poſtea princeps fuit, geſta eſt complexus: vix ex Dalmatica illa ora eam dicendi facultatem hac quiſquam tempeſtate expectaſſet: redundat brevi illa hiſtoria multis quidem virtutibus: & quod me potiſſimũ delectavit, nihil eſt, quod in illius elocutione requiras: nec eſt, ut ad *Palladium Nigrum*, per quem proximis annis Romanæ in ea terra litteræ in antiquum ſunt ſtatum reſtitutæ, ejus ſtudia referas, eſt enim Coriolanus jam grandis natu, quippe quem diu ante illius in Dalmatiam acceſſum profeciſſe oporteret. In *Pontani* viri clariſſimi carmen nunquam incidi: ſed multum ei ab omnibus tribui video in eo genere: eſtque in hiſtoria (ut audio) nihilo minor: quam rumor eſt eleganti jam pridem ſtylo texere. *T. Strozii* poëmata præter famam ipſa Pontificis bibliotheca, in quam reponi meruerunt, præcipue commendat: conjecimus quandoque in eam lectionem oculos, placuitque maxime. Elegia nihilo his inferior, ac neſcio, an major etiam habendus. *Æmilianus Cimbriacus* cujus elegiæ & epigrammata ſparſim leguntur. Multus in eo viro lepor, ſed major adhuc gravitas, Probatur à multis, qui carmen viderunt ejus *Aſteris*. ſic enim audio ab eo Rhodiacũ bellum inſcribi, parique laude extollunt *Encomiaſticon* ex eadem officina nuper ad *Federicum Imperatorem* depromptum. Nec *Cynthius Cenetenſis* Cimbriaco minor: ac neſcio, an majorem etiã laudem in utroque genere carminis adeptus.

Baptiſtæ Mantuani viri Carmelitana religione carmen nequeo ſatis admirari, ob incredibiles virtutes. Scripſit ad hunc diem non pauca: & *de vita virginis: de Oratoris & Poëtæ laudibus: de contemptu mortis*: quod ſi ex iis, quæ ad nos delata ſunt, licet de hominis ingenio in univerſum judicare, quem illi in hoc genere dicendi præferas, hodie habemus ferme neminem.

Multum ingenii, & in *M. Octavio Phanenſi*: multum in *Forlivienſi Fauſto*: verum uterq; amorum cantator, & ob id minus, quam ille, de quo loquor, celebrandi.

Quid *Coſmicus*, nunquid ſine piaculo illius Muſa præteriri poteſt ſilentio? quæ totam Italiam in ſui expectationem erexit: ſed quia ex illa officina nihil depromptum vidi, ne quid temere dicam, alii verius de eo ferent teſtimonium: non magis de eo dicam, quam de *Calimacho*, qui adeſt, ne in gratiam videar aliquid hic fari: audio tamẽ Elegias, quas ſecum ex Sarmatia attulit à pleriſq; incredibili favore exceptas, & cum his *Attilæ vitam* ab eo nuper editam: præludium credo id fuiſſe *Calimachæ* ejus *hiſtoriæ*, quam te jam pridem animo meditari audio: ſubjiciet his aliquis haud immerito *Ioannem Vortelium Aretinum*, & *Iovinianum Parthenopeum*: Invenit illi induſtria uterque ſua, nec multum inter ſe diverſa, verborum utriuſque linguæ copiam.

Scio præter hos eſſe adhuc quam plurimos ingenio & doctrina illuſtres, qui alia atque alia ad dicendum via ingreſſi, nomen aliquod & famam ex ſuo labore & induſtria tulere: ſed quia iccirco ad hanc narrationem acceſſimus, ut per quos potiſſimum Latina lingua nobis reſtituta ſit, exponeremus, hi mihi digni viſi ſunt, quibus ob variam operam ipſi rei navatam, quicquid hoc eſt, per quod Romanus ſermo ſuum veterem ſplendorem recepit, acceptum referemus.

Præterii ſciens multos, qui diverſa omnino meditatione ad hoc ipſum efficiendum uſi, non minus (ut arbitror) ac neſcio, an etiam plus aliquid quam illi, quorum mentionem feci, Latinis ſtudiis profuiſſe videri poſſunt: verum quia illorum quaſi gloſſemata quædam Poëtarum carminibu cohærentia, quorum lectione ob ætatem jam ingraveſcentem conſulto abſtineo, non habeo, quid de his dicere poſſim: ſed adſunt hic plærique, qui id commodiſſime præſtabunt, vel duo in primis, qui ſi forte abeſſent, ob judicium excellentemq; in ſtudiis doctrinam, potiſſimum ad id munus requirendi eſſent. Ab illis igitur, quæ adhuc de Romanæ linguæ reparatione dicenda reſtant, quærite. Nam quid à me in ea materia amplius expectare poſſitis eſt certe nihil. Accuratiſſimam Paunuli diſſertationem incredibilis eſt aſſenſus ſecutus: laudare omnes in illo, imo

imo mirari potius, non minus tot variarum rerũ memoriam, quam conſtans & acre judicium: ſed cum dicendi finem feciſſet, dejeciſſentq; omnes in *Baptiſtam Guarini filium* oculos, nemo non erat, qui non aperte intelligeret, aut eum unum provinciam illam aditurum, aut alium ex his, qui ad erant neminem: tum Prunulus iterũ orſus: Ego, inquit, Baptiſta, Vir Clariſſime, non magis Oedipus ſum, quam Terentianus ille Davus: verum ab initio divinare libuit, fore, ut nos duo hanc fervidam cœnaremus ollam, quandoquidem ad primam rei mentionem omnes in nos ambos, ut Græci olim, Achille, & aliis Ducibus ad Trojam ceſſantibus, in duos Aiaces oculos defixiſſent: at quia noſtrum, quod in multis eſſet judicium, audivere, non eſt dubium, quin jam & tuum in his, quę reſtant, cupidiſſime expectent: tu vero quando non illis modo, qui id tantopere cupiunt audire, ſed rem mihi etiam facturus ſis gratiſſimam, ſi quæ de novo hoc ſcribendi genere, ad quod multi noſtra tempeſtate omne ſuum ſtudium adjecere, ſentias, ordine diſſerueris. Da operam, quæſo, ne tot eruditorum hominum expectationem fruſtratus videare: nec eſt cur aliquid pares excuſare cum ne moram quidem in te ullam (ut video) ſint laturi: aſſentientibus cunctis, hortantibuſque, ne gravate id præſtaret. Tum ille Prunulum familiariter reſpiciens: Effeciſti, inquit, hodie Vir doctiſſime, quod ne iniquus quidem feciſſet laniſta: ut prius hoplomachum in arenam compuleris, quam ad pugnam ſatis idoneum cognoveris. Oportuit (credo) prius quęrere, an is omnino eſſem, qui rectum tot viris illuſtribus judicium ferre poſſem, quam nobis tam grave onus imponeretur: ſed quaſi omnia adeſſent, provinciam nondum etiam decretam me obire voluiſti, ſatis quidem amice, ſed imperioſe nimis: verum iccirco, credo, quia tutius ſit peregrinum hominem, quam civem ad officium minime voluntarium compellere: ſed memineris nos in libera civitate eſſe ubi æquo vivitur jure: poſſemq; ego quaſi lege Papia civium numero excluſus, iſtud ipſum munus detrectare: verũ quia non te ſolum ſed quicunque aſſunt, ita vel le intelligo, ne veſtra magis cauſa voluiſſe videar, quam non potuiſſe, dabo operam, ut quam breviſſime cognoſcatis, quæ noſtra ſit de novo horum inſtituto ſententia: qui diverſa quædam (ut dicitis) ſcribendi ratione, novum quaſi dogma induxerunt.

ALIA DISSERTATIO.

PRIMUM itaq; omnium illud quærendum arbitror, viri amiciſſimi, de quo inter doctos quæri ſolere video: *Fueritne operæ pretium id facere, ut in veteres Poëtas, quod plærique præſtitiſſe gloriantur, Commentarios ullos haberemus.* Nec deſunt, qui id non ſolum non laudent, ſed vituperent etiam maxime: negentque in tanta librorum copia, quantam paucis annis miranda hæc ſuccinctaque imprimendorum librorum ratio peperit, curioſiore ulla commentatione ſtudioſis hominibus opus fuiſſe: quippe qui per ſe omnia, ſi paululum adniti voluiſſent, rectius exploraſſent: unde eo major eſſet profectus ſecutus, quo majore fide & ſtudio veterum monumenta evolvere ſolemus, quam recentiorum. Præterea quis non videt: longe purior, & ob id forte ſuavior guſtu aqua, ex vivis fontibus, quam rivulis hauſta. Adjiciunt & illud, tardiora fieri ingenia ea lectione: quum nihil per ſe interim curent inveſtigare, nihil comminiſci, nihil denique libero ingenio dignum moliri: credi ad hæc ſervile quiddam alienis ſemper præceptis parere, nihil niſi quę prius monſtrata ſint, aggredi audere: eſſeque ob id nulli, qui majorem animo profectum conceperit, ejuſmodi Commentarios attingendos: oriri inſuper adoleſcentibus inde ac pueris majorem omnino cladem, quod multi Commentariorum fiducia freti, ſine litteris, ſine judicio, ad literariam profeſſionem temere accedunt: tum vero perdita quadam audacia Poëtas ipſos, eorumq; interpretes, quos utiq; non intelligunt, invertentes, depravantes, omnia confundunt. Etenim cum aliquid ſcire videri volunt, nemini parcunt ne illis quidem per quos proficere deberent: imbuuntque miſeros adoleſcentes multis ineptiis, quod omnium peſſimum eſt: cogunt etiam falſis opinionibus (ut aliquid docuiſſe videantur) aſſentire, ac ſcriptores ipſos prius odiſſe, quam per ætatem poſſint intelligere.

Hæc illi: quibus ſi quis temere accedat, haud

omnino

omnino vana afferri videbuntur: ſed res longe aliter habet. Nam initio, neque ea, quæ nunc, fuit librorum copia: nec omnibus in hac, rei q; ubertate, Bibliothecę ſibi parandę eſt conceſſa facultas: ſed detur & hoc ipſum. Non omnibus idem eſt animi vigor, non eadem in conquirendis rebus induſtria, in conſervandis diligentia, in mutandis judicium: quod niſi recentiorum induſtria hac quoque parte fuiſſet perditis rebus opitulata, in obſcuro adhuc eſſent illi, per quos Romanam linguam vindicari oportuit: ſatis enim laterent, ſi à nullo, aut à quam pauciſſimis intelligerentur.

Quod vero multos aiunt ob eam rem ſupra quam præſtare poſſint audere, utinam ſemper eo ſtatu res humanæ fuiſſent! ut non plures reperti eſſent, qui videri mallent, quam eſſe docti. Fuit itaque perneceſſarium Romanas literas hac quoque ratione ſuſcitari. Fruſtra enim veteres ſcriptores poſtliminio receptos vidiſſemus, niſi & civitatis jura recepiſſent: quod ſine ejuſmodi patrocinio, aut nunquam, aut ſero contigiſſet.

Verum quum multi ſint, quibus hoc nomine debere velimus, cui plus oporteat, quam *Domitio Calderino Veronenſi* meo municipi, haud facile reperio: quippe cui, quemadmodum *Prunulus* modo Laurentianis ſtudiis emendatiſſimã hanc loquendi rationem, ita præcipuam Poëtarum veterumq; ſcriptorum enarrationem audeo aſcribere. Nam præterquam quod multiplices & varios edidit *Commentarios*, in *Valerium Martialem, Papinii Sylvas, Juvenalem, Sappho, Propertium*, ibi jam & in *Silium Italicum*, & in *Ciceronis ad Atticum Epiſtolas*, utpote jam paratos, ut ipſe in quadam teſtatur Epiſtola edere maturabat: cœperat ad hæc *Pauſaniam* in Latinum vertere, quum immatura eſt morte præventus: & quod omnium maxime noſtris ſtudiis calamitoſum fuit, *quartum Obſervationum librum* habebat in manibus; quod opus ejus interceptum in occulto adhuc eſt. Vidimus earum Obſervationum quaſdam illius ſcriptis quaſi floſculos inſperſas, quas ille ideo indice nobiles fecerat, ut in majorem ſuſcepti operis expectationem ſtudioſos erigeret: ſed quo major fuit expectatio illa, eo certe lugubrior fruſtratio deſideriumq; defuncti majus. Multum ſane in eo homine amiſimus; nihil erat tam arduum & difficile, quod de ſe natura illa non ſponte polliceri poſſet: Sed eſt certe, ni fallor, tacita quædam fatorum invidia, quæ potiora ſemper ex humanis decerpat. Periit ille admodum juvenis, cui ſi longior vita contigiſſet, multo emendatiorem hodie Latinam linguam haberemus: nec eo inficias, habuiſſe eum ab initio, quorum veſtigiis inſiſteret. Nam quod ad ipſos in Valerium Martialem Commentarios attinet, multum diuque *Sipontinus Antiſtes* & *Pomponius*, qui omnium primus id opus Romæ interpretatus dicitur, in ea lectione, ut audio, evigilarunt: dictitarantque non pauca. Conſcripſerat & *Angelus Sabinus*, quem ille Fidentinum appellat aliquot annos ante in *Juvenal quæſtiones* quaſdam accuratiſſime: ſed hic noſter ut natura erat facili, promptoque ad comminiſcendum: ingenio, non ſolum quæ ex illis accepiſſe videri potuit, eſt ſecutus, verum per ſe multa etiam addidit, atque ea ipſa cognitu utiliſſima. Nec me fugit eſſe omnino aliqua in ejus ſcriptis, quæ præcipitata potius videri poſſint, quã edita: ſed ſimultas & æmulatio, duo acres ſtimuli illum ad eorũ, quæ ſcribebantur, immaturam compulerunt editionem. Fuerunt præter hos & alii multi, qui in Juvenalis Satyras ſcripſerunt, quorum omnium videtur mihi præcipua memoria dignus *Georgius Merula* Alexandrinus, quod ex ejus ſcriptis facile colligi poteſt, rerum obſervator diligentiſſimus: nihil ex illa eruitur officina, quod non idem ſit, & maxime laboratum, jureque non minus diligentiam in homine laudes, quam naturam. Extant & alia ejus monimenta, *Obſervationes quædam, Epiſtolæ*, nec adeo multæ, quæ eodem, quo dixi, nomine valde probantur. Docuit ille diu publice in hac urbe: nunc conſtans fama eſt, animum ad hiſtoriam adjeciſſe: in cujus videndæ expectationem jam multos frequentia litterarum ad amicos erexit.

Age vero, num & *Paulus Piſcinenſis*, cognomento *Marſus*, parum præſtitiſſe videtur? qui tam ſignificanter omnes Romanos ritus in *Faſtorum* enarratione explicavit: quid in Poëtices apparatum dici poteſt, quod ille legentium oculis non ſubjecerit? ut auſim propemodum affirmare, plus illius lectionem, quam Naſonis, cujus ſe interpretem

terpretem exhibuit, ad eruditionem conferre.

Mira in homine dicendi facultas, atque eo majore admiratione digna, quo natura illa ad carmen multo quam ad pedeſtrem orationem fuit promptior. Nullus noſtra tempeſtate extemporalior Poëta: illius carmen eſt Faſtis inſertum, ex eo datur intelligi, quantus in Poëtica futurus fuiſſet, ſi temperare voluiſſet ingenio.

Præſtitit itaque is in communem uſum omnino aliquid, ſed multo plura ejus conterraneus *Petrus Marſus Ceſenſis*: is non ad Poëtas ſolum explicandos, ſed ad Oratores quoque & Philoſophos ſtudium adjecit. Extant ejus in *Silium Italicum Commentarii*, multa eruditione referti: ſed longe utiliora, quæ in Ciceronis Opera conſcripſit: eloquens, ut Pomponii auditorem agnoſcas, & quod plus eſt, propemodum Philoſophus: ſed quantuſcunque in Philoſophia eſt, eum Agyropoli contubernium effecit.

Acutior in Poëtis explicandis, cultiorq; meo judicio *Antonius Volſcus*, & ipſe Pomponii auditor, diligens in *Naſonis Heroidibus*: ſed in *Propertio* diligentior.

Pari pæne laude nominandi ſunt *Cyllenius* & *Parthenius* Veronenſes: *Catulli* hic, ille *Tibulli* interpres: ſed alter civica, ut ſic dicam, corona pæne dignus, qui civē ſervarit ſuum: ſervavit enim, quem multis nodis vinctum ſolverat.

Sunt qui *Philippum Beroaldum Bononienſem*, & ipſum in *Propertium* Commentarios elegantiſſime conſcriptos, aut jam edidiſſe dicant, aut non multo poſt etiam editurum: ſed de his, quæ nondum vidimus, quid dicam, nihil habeo.

Nec excidit mihi Florentinæ Academiæ decus maximum *Chriſtophorus Landinus*, cujus dicendi copia vulgo (ut video) probatur: accuſatur tamen in quibuſdam ut parum diligens, tanquam plane conſtet, ea illum non præſtare, quæ aut incuria, aut conſulto præteriit: velles ad hæc beatiſſimam illam dicendi facultatem ad majorem uſum comparatam, quam ut imperitæ multitudini ſervire voluiſſet. T. *Livium* & *Plinium* duo Latinæ linguæ lumina, non ſine piaculi ſuſpicione omnibus vulgavit: ſed tantum abeſt, ut ſit in altero id, quod maxime optabat conſecutus, ut nemo obſcure præ ſe ferat, duriorē eſſe *Plinium* jam Tuſcum factum, quam antea Romanus fuiſſet: Patavium videbit quo animo ſit laturum, ut Patavinitas illa, quam *Pollio* in *Livio* deprehenderat, quantum in eo viro fuerit vix extet amplius. Nos Veronenſes (nam non dubitamus eum virum nobis vendicare) nihil adhuc in eo amiſimus: ſed habuit fortaſſis ille patrii ſermonis rationem: longe lateque propagatum iri eo modo putavit: recte quidem, nam multa & magna patriæ debemus: ſed meo judicio rectius ſi patriam, omneque Tuſcum nomen proprio labore & induſtria nobilitare potuiſſet: potuiſſet quidem. Nam eſt ea natura uberius nihil, ad omnes eloquentiæ partes tractandas, aptius.

Fontius & ipſe non parum *in Perſio* meruit: ſed illius Orationes majore quodam favore excipiuntur.

STATII *Achillem Franciſcus Maturantius* tractabiliorem reddidit, Papiniana illa duritate candido ſermone emollita. Sed in *Verrinis actionibus* explicandis majorem utilioremque ſe præſtitit, quamquam materiam diligentius quam artem tractaverit, velles & poeticæ vacaſſe: nihil ejus Muſa cultius.

At *Ubertinus* ille *Creſcentinas*, qui familiares Ciceronis Epiſtolas diligenti enarratione familiariſſimas reddidit: non minus meo judicio mereretur, quam qui peregre profecturis viaticum officioſe compararet: Nulla lectio eſt, in qua teneriora ingenia facilius coaleſcant: ſed multa prius in eo opere ignoratione rerum ſubobſcura, multæ dicendi virtutes parum intellectæ, quæ res in cauſa fuit, ut qui omnia altius ſcrutari ſolent, diu non temere eam lectionem adierint: at nec communis facta, & in qua adoleſcentes velut in primo ſtudiorum limine pauliſper immorati, mirum in modum proficiant.

At hercle *Oliverius Agerianeus*, quanquam *Omniboni Leoniceni* commentariis adjutus, multa in *Valerium Maximum*, eaque eleganter etiam commentus eſt: ſed neuter omnia vidit. *Joannes Britannicus*, & ipſe in *Achillem Papinii*, & in *Perſium commentarios* elegantiſſime conſcriptos edidit: magna eſt & de *Antonio Phanenſe* in *ſex Faſtorum libros* expectatio: etſi Poëta hic idem optimus, epigrammatumque & elegiarum ſcriptor

elegantiſſimus.

Sunt adhuc non pauci, quos de induſtria in hunc locum diſtuli: non quia iis, quorum meminimus ſint aut ingenio aut eruditione inferiores, quin potius tales, ut in alterutro ordine reponas, honeſtiſſimum ſibi locum vendicent: occurruntque primo ex tribus celeberrimis Italiæ Gymnaſiis tres viri clariſſimi, quos tanquam hominum flores non erit abſurdum extra ordinem nominare: & ut ab Roma incipiam, ubi Latinæ literæ & natæ ſunt & coaluerunt, *Sulpitius Verulanus*, quem grandem mihi ab initio fama obtulit: ſed major omnino viſus, ubi illius artem perlegi, ita erudite omnia ac tam graviter diſpoſita, ut adempto indice, nihil in toto opere eſſe dicas, quod in noſtra tempora rejicere poſſis: ſed ex aliqua potius veterum officina depromptum: quid ejus carmen, quid alia ſtudiorum monimenta, quæ ejuſmodi certe ſunt, ut nihil in illis deſideres, nihil adimere poſſis.

Talem profecto, ac neſcio, an majorem etiam Florentia nunc habet, quem *Politianum* ſtudioſi appellant: ſcitis, credo, quis ſit de quo loquor, clarus Laurentii Medicæi contubernio, ingenio tamen & doctrina clarior: multi quidem viri mecum antea de eo ſermonem habuerunt, conſtantique prædicatione effecere, ut priuſquam hominem vidiſſem, vehementer amarent: verum, ubi ejus *Sylvæ* ad me ſunt delatæ, prædicare non deſtiti, tuliſſe tandem noſtra ſæcula viros *hedera* (ut Satyrus ait) *dignos, & imagine macra.* Etenim ſi virtutes ejus carminis attendas, non eſt, niſi me opinio fallit, quem ex iis, qui hodie illuſtres habentur illi præferre poſſis. Quid ejus *Miſcellanea?* an eſt illis quicquam limatius, exquiſitius? plane ea lucubratio demonſtrat, quantum vir ille & Græce & Latine profecerit, quam acri in recognoſcenda vetuſtate ſit judicio.

Age nunc & Patavium reverſus, quid *Calphurnio* copioſius, quidve eruditius? an ejus carmen mediocri videtur vobis laude dignum? *Franciſcus Niger* æqua eſt laude penſandus: ac neſcio, an propter ea, quæ ſcripſit, etiam aliquanto majore: difficile eſt judicare, majorne Orator ſit, an Poëta.

Quod ſi ingenii ratio habenda eſt, quem hominum *Cornelio Vitello* præferre poſſis, non facile perſpicio, una vel brevi meditatione, qua in *Georgium Merulum* eſt invectus, haud dubie oſtenditur, quid ab eo expectari poſſit, modo velit ſtomacho temperare.

Sequuntur plærique alii *Joannes Ariminenſis, Cipicus Coriolani filius*, duo *Cynthij*, *Aconitanus* hic, ille *Cenotenſis Ioſephus Vincentinus, Palladius Niger, Joannes Maroſticanus, Cantalicus Lepidus, Pierius*, & alii multi, qui in communem uſum aliquid cudere dicuntur. Sed eos, quia vereor, ne noſter hic ſermo nimis longus videatur, conſulto prætereo: quanquam multi etiam eorum, quos in ordinem redegi, nihil ad hunc diem edidere: aut quia otium illis defuit, aut quod ſua præcipitare noluerunt.

Expectanda tamen à tanta indole ardua & ſublimia ſunt, & qui vulgo leguntur, quos conſulto Prunulum ſuppreſſiſſe ſuſpicari libet: ſed de his ille dicere voluit, qui aliquid aut præcipiendo, aut eleganter tradendo, Latinum ſermonem locupletiorem emendatioremque reddidere: quod tantum abeſt, ut quidam, quorum ſcripta leguntur, effecerint, ut nullius rei viſi ſint minorem habuiſſe, quam proprietatis & elegantiæ rationem: fuiſſetque ob id ſatius, aut nihil eos ſcribere, aut ea, quæ tradenda erant, accuratius edere.

Nam quum multa habeant illorum ſcripta cognitione digna, non pauci ad ea temere cognoſcenda accurrunt: acciditque illis, quod & pueris à matre deceptis, qui cum aridam ficum ab ea oblatam cupidiſſime vorarunt, cœperuntque antidotum in ea incluſum ſentire, oderunt illam, atque irati ſatagunt ſimul omnia reddere: haud multum diſſimili eventu, qui in illorum res incidunt, ſi ſint bonarum literarum ſtudioſi, non poſſunt non ſubitaria ab ea lectione abſcedere, quaſi redoleant ita comparatum, ut in ea ſine periculo verſari non poſſint. Eſt alioqui (quis neſcit?) illorum induſtria non parum probanda: ſuntque & ipſi digni, qui tam bonam ſegetem, melius colere voluiſſent, aut ſi voluntas non defuit, ſaltem potuiſſent.

Hi ſunt igitur (nam de reliquis, qui ad noſtrum non faciunt inſtitutum, nihil attinet dicere) qui Romanam linguam mille circiter & amplius annos indigno preſſam ſervitio, in antiquam libertatem

bertatem vindicarunt, omnique barbarie prorſus ſublata, ſuum Roma, cæteraque Italia recepit ſermonem: digni, quorum nomina nullam ſentiant oblivionis injuriam.

Etenim Romanam linguam multi condidere, multaſq; hominum ætates illius cœperunt incrementa. Nunc pauci admodum paucioribus annis eam reſtituere. Satius pæne fuiſſet nunquam ex Græcia literas ad nos delatas, nunquam Hiſtoricos, Poetas, Oratores habuiſſe, ſi tot claris ingeniis, tot fœcundis laboribus injuria temporũ carituri fueramus: minus enim deſiderantur ea, quorum uſus ad ſenſum non pervenit. Multæ gentes literas non norunt, atque ob id ne deſiderant quidem. At terra Italia, quæ id divinum munus non ſolum ſenſerat, ſed aliis etiam gentibus ingenti gloria nominis dederat, cui nihil ex tanto Imperio, quantum olim habuit, præter literarum decus, reliquum fortuna fecerat, qua majore clade affici potuiſſet, aut in quem majorem luctum incidere, aut magis perpetuum, quam ſi hoc quoque cultu & vera laude fuiſſet demum ſpoliata? Debebit itaque illis omnis poſteritas: laudabunt feliciſſimos labores, Memoriam æternitati conſecrabunt. Nam ſi clariſſimę quædam civitates, ac populi, ſtatuas, tumulos, tropæa, alioſque æternos honores decrevere iis, qui aut de libertate, aut de finibus fortiter dimicando, pro patria occubuerunt: quanto honeſtius æquiuſque iis debentur præmia, qui ampliſſimum decus tot urbibus, tot populis, tot gentibus reſtituere? Sed qui poſt nos erunt, videbunt quid illis præſtare velint: nos certe, qui hæc videbimus, quia alterutram rei fortunam pæne experti ſumus, ingrati eſſe volumus, ſumma ope niti oportet, ut de communibus ſtudiis tam bene meritos, qui ex humanis deceſſere, pia memoria vivos omni officio humanitatis proſecuti videamur.

Hæc Guarini filius: qui cum finem feciſſet, cunctis ejus ſermonem probantibus, cœtus ille ornatiſſimus ſolutus eſt.

Habetis, reor, Viri amiciſſimi, quæ de Latinæ linguæ inſtauratione tanto opere audire optabatis: quæ omnia eo vobis certiora videri debent, quo majore ſunt authoritate & judicio præditi illi, à quibus hæc accepimus, & à pluribus doctis tum quoque laudata: verum illa ipſa, qualia ſint, cum per otium licebit, melius vos ipſi penſitabitis.

DISSERTATIO
DE PERIODIS

Litterarum & doctrinæ: de earundem apud varios populos optimo ſtatu, ſive, ἀκμῇ & παρακμῇ, *flore & vigore*: de earundem, quaſi ætatis flexu, & inclinatione, ſilentio, & quaſi calamitate.

PRINCIPIO hoc ipſum ſumo, ac tanquam confeſſum pono: nullam unquam fuiſſe gentem tam feram, tam immanem, & barbaram quæ non aliqua litterarum luce, quantumvis exigua, illuſtrata fuerit. Addo etiam hoc: eas gentes, nationeſque, quæ ſemel litterarum, doctrinæ, & ſapientiæ ſtudium ſerio ſunt complexę, eas earundem dulcedine captas tam arcte tenuiſſe, ut in maximis regnorum, imperiorum, rerumpublicarum mutationibus & converſionibus earundem aliquem uſum, aliqua veſtigia retinuerint: at poſt omnium rerum everſionem, & πανωλεθρίαν, quaſi poſtliminio tandem revocarint. His ita conſtitutis, dico, & aſſevero, quemadmodum Imperiorũ, ſic etiam litterarum fatales eſſe periodos. Nam quod Cratippus nobiliſſimus Peripateticus Pompeio M. ex clade Pharſalica ad ſeſe divertenti veriſſime reſpondit, *Fatales eſſe imperiorum periodos:*

riodos: id ego de literis quoque affirmo. Quemadmodum n. in terræ frugibus, arborumque fructibus apparet, ut certis quibuſdam annis minus ſuaves, minuſque copioſos fructus producant: quæ natura, quaſi calamitate quadam interveniente, quieſcere, & vires ſuas colligere neceſſe habeat: idem in literis, atque ingeniorum proventu plane accidere videtur. Unde igitur affirmationi tuæ fidem facis? dicat aliquis. Ego vero Inductione breviſſima hoc ipſum luculenter, & perſpicue conficiam: vos teſtes eritis.

Sic n. ſtatuo: quatuor tales inſignes periodos & converſiones, præcipuas tñ, & potiſſimas ex omni antiquitatis memoria notari, atque animadverti poſſe: periodum dico Hebræam, Græcam, Latinam, atque Europeam Sic n. docendi gratia quartam appellabo.

Quid igitur? an non Hebræorum literæ, diſciplinæ ſub Patribus primum ita floruerunt, teſte Joſepho, ut Jacobi familia tandem in Ægyptum ceu colonia deducta, Ægyptii omnem ſapientiam ab iiſdem edocti exiſtimentur? Quid R.P. poſtea à Moſe divinitus conſtituta: ſub Judicibus ἀριστοκρατικῶς adminiſtrata: à regibus gubernata, an non ſummum decus, ſummaque gloria literarum apud Hebræos fuit? Magnum ſane in Davide literarum ſtudium enituit, ut qui regnum Iſraëliticum bello, & pace plurimum amplificavit: legibus, judiciis, opibus, viribus munierit: literarum ſtudia excitarit: Levitas, Doctores, Muſicos, & multarum bonarum artium Profeſſores inſtituerit. Secutus eſt præſtantiſſimum patrem filius clariſſimus Salomon, quem Deus excellenti Sapientia inſtruxit, & ei ſapiens Collegium Prophetarum, & aliarum eruditione, & pietate excellentium adjunxit. Quid? quam florentes tum quidem Hebræorum literæ fuerint, declarant doctrinarum inſtituta, monumenta de hiſtoria, deque omni rerum natura ab eo diviniſſime conſcripta. Quorum omnium fama ipſa Regina Sabæa imis Arabiæ partibus excita, ipſum Salomonem ob incredibilem præcellentis Sapientiæ famam adire voluit.

Quid de cæteris Prophetis, & Doctoribus electi illius populi dicam? quanta in iis primævæ antiquitatis memoria? quanta præſtantiſſimi ſermonis nativa, & genuina proprietas? quam ardentes ad Legis obſervationem conciones? quanta naturæ rerum in iiſdem interpretatio? Quas denique Philoſophiæ partes non penitiſſime ab iiſdem perſpectas, cognitaſque fuiſſe putemus? Fuit hæc ἀκμὴ, fuit vigor, & maturitas literaturæ apud Hebræos: in quam tempora utriuſque Monarchiæ Chaldaicæ, & Perſicæ inciderunt. Hæc periodus tandem Chriſto Juſtitiæ ſole illuceſcente circumacta eſt. Secuta eſt παρακμὴ, huius ſtatus inclinatio, flexus, & quaſi ſenectus literarum Hebraicarum. Nam quemadmodum Euangelicis oraculis obſtinatis illis, & impiis fruſtra prædictum fuerat, non ita multo poſt paſſionem Domini Politiam, Scholas, Synagogas miſerrimi, infeliciſſimique ita amiſerunt, ut in hodiernum uſque diem palantes, & diſperſi, peripſemata hominum, & opprobria vix in angulis hiſcere, aut muſſitare audeant. Periodus hæc duravit annos nongentos triginta novem. Vide rerum viciſſitudinem!

Ad periodum Græcam, cum qua Ægyptiam conjungo, me confero: ſic igitur de eadem ſtatuo: Si à Sibyllis, Muſæo, Lino, Orpheo, Pherecyde, ſeptem Sapientibus, Homero, Heſiodo Grammatico: per omnes Poëtarum, Rhetorum, Hiſtoricorum, Philoſophorum, Mathematicorum familias ad ipſa uſque Ottomanica arma, & extremam Græciæ everſionem, ſervitutemque, literarum, literatorumque ſtatum diligentiſſime excutias, attente conſideres, nihil florentius, nihil literatius iis temporibus dicere poſſumus, quæ tertiam Alexandri M. Monarchiam circa annum Mundi 3690. paulo antecesſerunt, quæque eandem non ita multo poſt inſecuta fuerunt. Hæc enim tempora ſummorum, & maximorum ingeniorum feraciſſima fuerunt, adeo ut Socrates ſuorum temporum felicitate, & admiratione excitatus: exclamarit: *Si nunc Dædalus ille Athenienſium ſtupor rediret: ſi Bias unus è ſeptem Sapientibus reviviſceret.* Et Plato ipſe pia quadam εὐγνωμοσύνῃ ſuorum temporum impulſus, inter alia hoc quoque divini beneficii loco habuit: quod Socratis tempore natus eſſet, & in ejus tempora incidiſſet. Floruerunt eo tempore: Hippocrates, Theſſalus, Medici;

dici: Pericles, Gorgias, Protago, Iſocrates, Demoſthenes, Æſchines, Oratores: Æſchylus, Sophocles, Euripides, Tragici: Cratinus, Ariſtophanes, Comici: Thucydides, Xenophon, Timæus. Calliſthenes, Hiſtorici, aliique. In hac periodo floruit illa omnis humanæ Sapientiæ, & Doctrinæ medulla, delibatus ille omnium Muſarum flos, & qui omnem humani ingenii modū ſupergreſſus videtur, δαιμόνιος Ariſtoteles, qui non ſolum antiquorum Philoſophorum ſcripta, placita, ſententias collegit: in formam artis univerſam Philoſophiam redegit: εἰς τὸ λογικὸν, φυσικὸν, ἠθικὸν diſtinxit: æternis monumentis explicavit, & illuſtravit: ſed & regibus Macedonicis, Attalicis, Ægyptiis, Bibliothecarum inſtituendarum autor, ſuaſor & doctor fuit. Hinc Alexandri Magni incredibili liberalitate; vel potius magnificentia aurei illi libri de Hiſtoria animalium ab eodem perſcripti. Hinc, ut eſt apud Vitruvium, reges Attalici magnis Philologiæ dulcedinibus inducti, egregiam Bibliothecam Pergami ad communem oblectationem inſtituerunt. Hinc item Ptolomæus Philadelphus, Ægypti rex, ut eſt apud eundem Vitruvium, & Strabonem li. 13. infinito zelo, cupiditatiſq; ſtudio incitatus, non minoribus induſtriis ad eundem modum Bibliothecam infinitis libris refertam Alexandriæ comparare contendit.

Cum autem hæc ſumma diligentia perfeciſſet, non putavit, id ſatis eſſe, niſi propagationibus in ſeminando curaret augendam. Itaque Muſis, & Apollini Ludos dedicavit, & quemadmodum Athletharum: ſic communium ſcriptorum victoribus præmia, & honores conſtituit. Idem Stratone Philoſopho præceptore uſus eum 80. talentis. ſ. 48000. millibus Coronatorum donavit. Eruditos, & doctos homines in ſummo pretio habuit, ita ut ex univerſa Græcia doctiſſimi homines ad eum tanquam ſummum Mæcenatem certatim confluerent: in eo numero fuit Demetrius Phalereus, Aratus, Apollonius, Theocritus, Ariſtarchus Grammaticus, Conon, & Hipparchus mathematici. Floruit etiam tum Chryſippus Stoicus, qui plura ſcripſit, quam cæteri poſſent legere. Sub hoc Rege Ægyptus, & totus ferme Oriens ſerio Philoſophari cœpit. Hæc igitur literarum, ſtudiorum, & doctrinæ ἀκμὴ: vigor, maturitas, perfectio, ἀκμὴ in Græcia fuit: quæ ſenſim deinde defloreſcere cœpit, donec tandem captis è Sylla Athenis ferme omnem ſplendorem amiſit, & tandem Othomanicis armis ferme tota deleta, & extincta eſt: vel potius in Latium ſpretis Academia migrat Athenis. Sequitur igitur tertia litterarum periodus, quam Latinam appellavimus.

Quanquam igitur Romani litteras ſero, ut author eſt Cicero in Tuſcul. ſint complexi, nec ſemel litteratos, & Philoſophos urbe exegerint: poſtquam tamen in melioribus ingeniis eædem radices egerunt, mirifice adoleverunt, & in omni propemodum diſciplinarum genere certatim excultæ fuere. Sed quemadmodum Imperium Romanum monarchia quarta jam à Jul. Cæſare conſtituta, & inchoata, Auguſti tempore, optatiſſima pace tandem toti terrarum Orbi reſtituta, ac Jani templo clauſo, maximum, potentiſſimum ac florentiſſimum fuit: ſic eadem ætate uberrima, ac florentiſſima maximorum ingeniorum ſeges enata eſt, & in omni doctrinarum genere fructus optatiſſimus ſempiterna ingeniorum monumenta extulit: Equidem ea tempeſtate, quemadmodum paulo ante Julius Cæſ. floruit Tullius Cicero, quem omnis eruditionis, doctrinæ, & eloquentiæ parentem apud Latinos jure meritoque appellare & poſſumus, & debemus. Floruit ille omnium Roman. doctiſſimus helluo lib. M. Varro qui 490. libb. teſte A. Gellio, conſcripſit. Floruit Deus ille Latinorum Poëtarum *P. Virgilius Maro:* floruit Lyricorum pater apud Latinos *Horatius:* in hiſtoria Latinus Thucydides *Saluſtius* floruit. Floruerunt ea tempeſtate *Titus Pompon. Atticus*, *Trogus Pompeius*, *Ovidius*. *Dionyſius Halicarnaſſeus*. *Meſſala Corvinus*, *Valerius Maximus*, *Soſigenes Mathematicus*, *Diodorus Siculus*, *Dioſcorides medicus*, *innumerabileſque* alii: quos ſi comprehendere coner, Icariæ numerum dicere coner aquæ.

Hæc igitur Latina Periodus fuit: hæc ἀκμὴ, maturitas, integritas, hæc aurea ingeniorum meſſis cælo Latino fuit. Non quod ſubſequentibus Imperatoribus Trajano præſertim, Antoninis, uſq; ad Gotthicas, & Cimmerias tenebras non

non doctiſſimi, præſtantiſſimique viri ſemper extiterint, ſed quod Latinæ literæ Auguſti temporibus & circiter ſummam perfectionem, ἀκμὴν πρᾶξιν, maturitatem ac prope virile robur habuiſſe videantur.

Inprimis vero Eccleſia Chriſtiana hic ſuas periodos exorditur, & admirabile ſcriptorum numero omni ſanctitate, eloquentia, omnium diſciplinarum & linguarum cognitione præſtantium, & adverſus omnes hæreſes depugnantium, uſque ad hæc tempora deducit. De his Eccleſiaſticis periodis noſtrum non eſt agere pluribus.

SVPEREST quarta & ultima Periodus, quam EUROPEAM dixi: quæ *Hermolai, Barbari, Angeli Politiani,& Pici Mirandulæ* temporibus circa annum Domini 1492. non multo poſt captam à Turcis Conſtantinopolim incepiſſe videtur. Ab iis enim temporibus incredibile litterarum ſtudium per univerſam propemodum Europam, poſt Gotthicam illam barbariem paulatim ſummo Dei Optimi, Max. & immortali beneficio excitatum eſt: omneſque diſciplinæ, & artes Gotthicorum tempor. injuria peſſime habitæ, miſerrimeque mulctatæ, imo ſepultæ, priſtino nitori, integritati, elegantiæ tandem reſtitutæ ſunt: linguarum ſtudia revocata: Academiæ: Gymnaſia ubique locorum inſtituta.

Hoc ſtudium hæc Philologia totius Europæ etiamnum hodie ita urgetur, & promovetur, ut vix quidquam ad literarum laudē, gloriam, perfectionem, decus accedere poſſe videatur: imo ſua ipſius mole laborare videntur: & tanquam habitus athleticus à periculo barbari ei non porcul abeſſe Sed *Dij talem terris avertite peſtem.* Nam ſi funeſta de religione diſſidia excipiamus, his temporibus nihil florentius, nihil cultius, nihil doctius dicere queamus.

Quid enim veterane illa Eccleſiæ lumina: *Baſilium, Nazianzenum, Hieronymum, Ambroſium, Auguſtinum* requirimus? Non deſunt etiam huic ætati ſui Baſilii, Nazianzeni, Hieronymi. Quid, anne Scævolam, Papinianum tantum admiratis? habet etiam hæc ætas ſuos Scævolas, ſuos Papinianos? Hippocratem & Galenum Medicinæ parentes agnoſco & veneror: reviviſcat Hippocrates reviviſcat Galenus, habebunt quod à noſtræ ætatis hominibus ad ſuę artis perfectionem utiliter inventum, & ingenioſe elaboratum demirentur. Habuit periodus Græca Platonem, Ariſtotelem, Theophraſtum: habemus *Cardanos, Scaligeros, Schekios.* Eſt quidem Iul. Cæſ. dictio: eſt Ciceronis divina eloquentiæ facultas vix imitabilis, lubens fateor: idem tamen *Sadoletos, Manutios, Muretos, Bentzios*, quam proxime accedere conſtanter, & vere affirmo. Virgilii divinam majeſtatem in heroico carmine merito ad cœlos ferimus: Horatium, Tibullum, Propertium, Catullum, quis non jure admiretur? atqui non deſunt nobis *Vidæ, Sannazarii, Flamminii, Gambaræ: Florentes Septimij, Scaligeri, Iani Duzæ, Lernutij, Modij, Meliſſi, Roſalechij*, aliique complures & quidem eximii. Nam plebeicorum tantus eſt numerus, ut ipſa multitudine, vileſcant, & ſordeant.

Quid, anne Ariſtarchicum & Criticum aliquod ſæculum, quod ſibi jus in omne ſcriptorum, auctorumque genus explicandum, corrigendum, emendandum, illuſtrandumque ſevere, ſane, & virgula plane cenſoria ſumat, deſideras? En *Scaligeros, Lipſios, Lambinos, Hartungos, Glareanos, Bongarſios, Modios*, & totum illum inſignem Areopagiticæ ſeveritatis ſenatum, qui ut Horatius ait:

verſus reprehendet inertes,
Culpabit duros: incomptis allinet atrum
Tranſverſo calamo ſignum: ambitioſa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambigue dictum: mutanda notabit,
Fiet Ariſtarchus: nec dicet: Cur ego amicum
Offendam in nugis? hæ nugæ ſeria ducent
In mala deriſum ſimul, exceptumque ſiniſtre.

Venio ad eam laudem noſtræ ætatis, quam illa ſibi ſola, & proprie ſumere velle videtur. Quænam igitur illa eſt? Vult hoc noſtrum ſæculum Logicum cum primis eſſe, & methodicum. Quam vere, viderint alii. Certe nonnulli palam ſcribere non verentur: nihil habere hanc ætatem, quod ſuperbius toti antiquitati reponere poſſit, quam Methodum. Hoc quidem perſuaſiſſimum habeo: nullum unquam fuiſſe ſæculum, in quo acrius, vehementius unquam diſputatum, ſcriptumve:

tumve: in quod Logica veris, & vivis exemplis luculentius adhibita, uſurpata, & expreſſa fuerit. Profecto longe plurima ſcripta hominum noſtræ ætatis tantum methodica ſunt, & Syntagmatica.

Quod de cæteris diſciplinis, idem de hiſtoria dico: de linguarum, de mathematum cognitione, ne vernaculis quidem linguis, exceptis Germanica, Gallica, Italica, quæ ad miraculum uſque excultæ ilocupletatæ, & exornatæ ſunt.

Concludo gitur, quod veriſſime poſſum, ſi funeſta de religione diſſidia excipiamus, his noſtris temporibus nihil literatius, doctius, nihil politius dicere poſſumus. Interea omnibus ſapientiſſimis doctiſſimis viris hæc theoremata conſideranda propono.

Primo optimi ſtatus literarum & εὐπραξίας apud quoſlibet populos ſemper fuiſſe authores Reges, Principes, Monarchas, eoſque vel doctos, vel doctorum hominum Mæcenates. Talis apud Hebræos fuit Salomon: apud Græcos Alexander M. Reges Pergami: Ptolomæus Philadelphus: apud Latinos Auguſtus Cæſar: Fratres Antonini: ac tandem Carolus M. & in quartæ periodi initio Nicolaus V. Pont. M.

Secundum: Theologicarum literarum cultum, elegantiam, florem fere cum pace conjunctam eſſe. Teſtantur hoc Salomonis tempora, teſtantur Græcæ literæ, quæ poſt Perſica bella demum mirifice florere inceperunt: teſtatur apud Rom. Auguſti temporibus Jani templum clauſum. De noſtris temporibus quid dicam? *Armorum ſonitum toto Germania cœlo audit.* Faxit Deus Optim. Maxim. ne etiam hic ſtrepitus inclinationem literarum minitetur!

Tertium eſt, literarum occaſum, ferme maximam mutationem & ruinam regnorum, imperiorum, rerumpub. ſequuturam eſſe. Exemplo eſt Politia Judaica everſa: Græcia Otthomanicis oppreſſa: Italia à Gotthis occupata: meliora piis erroremque hoſtibus illum. O igitur felices nos! ſi hæc bona norimus, ſi agnoſcere, ſi conſervare, ſi augere ſtudeamus: ſi Deum Opt. Max. continentibus precibus rogemus, ut hæc bona & dona huic noſtræ ætati propria, perpetua eſſe velit ad ſanctiſſimi nominis ſui gloriam, Eccleſiæ Chriſtianæ defenſionem, amplificationem, Amen.

DE V. ÆTATIBUS ROMANÆ LINGUÆ.

URBIS ab hiſtoricis numerantur ætates quinque à prima ejus origine. *Prima ætas* fuit ſub Regibus an. 246. quaſi pueritia Urbis, qua Reges ſeptem fuere Monarchæ.

Secunda ætas fuit ſub conſulari poteſtate, & libera Ariſtocratia hoc eſt, gubernatione optimatum per annos 460. quaſi juventus, & viridior ætas, ſeu adoleſcentia. Hæc optimos quoſque Principes habuit, & viros omni genere virtutum atque prudentia ornatiſſimos.

Tertia ætas ſub Cæſaribus, & Imperatoribus: quorum Monarchia legitima duravit à Julio Cæſare uſque ad Valentinianum III. per annos 504. Virilis hæc ætas Imperii Romani: tametſi aliquot Imperatores magis tyrannice præfuerunt, quam clementer.

Quarta ætas fuit ſub Tyrannis, & barbaris, qui Romam atque Italiam afflixerunt, miſerrimeque vexarunt, per annos 375. ad Carolum Magnum uſque. Hæc quaſi ſenectus eſt Urbis, qua conciderunt prope vires ejus, ac confectæ ſunt. Facta enim eſt tum Roma ſpolium barbarorum hominum, & totius adeo Orbis terrarum præda: ac tum denique provincias ditioneſque ſuas, à barbaris ſibi ereptas, amiſit.

Quinta eſt acta *ætas*, quaſi decrepita & confecta, ſub Pontificibus Romanis, & Cæſaribus Germanis hactenus, annos circiter octingentos, quibus imperio libertateque, nedum provinciis,

exuta urbs Roma eſt ita, ut nihil interim ſit aliud quam mancipium. Ita quoque *Julius Scaliger* Latinæ Poëſeos ætates quinque ſtatuens, *Rudimenta*, inquit *quædam Poëſeos exortus agnoſcimus: Flexumque ætatis tanquam per adoleſcentiam, à Livio Andronico atque Ennio per Accium, Nævium, Plautum, ad conſummatum florenſque tranſmiſſum robur: quod in Terentio, Catullo, Tibullo, Horatio viget: In Virgilio etiam luculente ſplendet: A quo Martialem, Juvenalem, Silium Italicum Statium devergens paulatim effloreſcit. Tum autem quarto velut decurſo ſpatio hæſit in ſenii veſtigiis cum Sereno, Sidonio, Severino, Auſonio. Atque hæc quidem præ ſe ferre videbantur hactenus imaginem quampiam in æqualis vitæ noſtræ Verum longo poſt hoſce tempore, non ſecus atque intermortua, tandem pene derepente ſatis magna, velut, Tages alter, extitit. Nam tametſi de integro rediviva novam ſub Petrarcha pueritia inchoaſſe, atque inde à Philelphi ſtudio clara admodum incrementa accepiſſe viſa eſt, haud exiguam tamen illam tum fuiſſe puto: quam conſtat pene illico multorum illuſtriſſimis ingeniis confirmatam, cum antiqua illa optima certare potuiſſe.*

Etenim ſi unum modo Virgilium excipias, Palingenium, Aonum, Politianum, Cerratum, Vidam, Pontanum, Sannazarum, Fracaſtorium, quos cum cuivis veterum compares, multis, ſed non ignobilibus, anteponas. Hactenus Scaliger.

Poſſunt etiam ætates hæ contrahi ſic.

Prima: quo Cæcilium, Ennium, Pacuivium, & his longe meliores Plautum, & Terentium refero.

Secunda, in qua colloco Virgilium, Cornelium Gallum, Lucretium, Quintilium Varum, Propertium, Ovidium, Tibullum, Catullum, Horatium. *Hæc feliciſſima eſt.*

Tertia, quæ poſt Auguſtum Cæſarem ad externos uſque Imperatores eſt emiſſa, (Nevam dico & alios) ſcriptores habuit, Sulpitiam fœminam, Valeriũ Flaccum, Statium, Juvenalem, Perſium, Senecam, Silium, Sulpitium, Lucanum.

Quarta habuit Macrum, qui ſcripſit de Herbis (*Non eſt is qui Auguſti fuit tempore*) Serenum, Sidonium, Calphurnium, Nemetianum, Boëtium, Auſonium, Paulinum, Claudianum. Inter hos Boëtius & Claudianus, Scaligero maxime probantur. Ego addo his Prudentium.

Recentiores habet Petrarcham, Philelphum, Marullum, Maphæum Vegium, Baptiſtam Fieram, Baptiſtam Mantuanum, Accium, Michaelem Verinum, Strozzos, patrem & filium, Palingenium, Pierium, Euricium Cordum, Lobanum Heſſum, Mycillum, Alciatum, Joannem Secundum, Stigelium, Georgium Æmylium, Acontium, Joannem Majorem Buchananum, Lotichium, P. Paganum, Sabinum, Nicolaum Reuſnerum, Meibomium, Nathanem Chytræum, Joachimum Meiſterum, Fridericum Widebramum, Paulum Meliſſum, Job. Poſthium, Danielem Heinſium, Dominicum Baudium, & adhuc paucos alios.

Eodem modo plures ætates Latinæ linguæ numerari hoc tempore poſſunt, cum ejus ſint initia, progreſſiones & declinatio.

1. *Infantia ac pueritia* ſeu ſæculum priſcum ſeu antiquiſſimum Latini ſermonis fuit ante Terentium.

Scriptorum hujus ætatis compoſitio alicui durior, phraſis horridior, verba item ſingula minus lecta, & ſæpe ingrata. Initium tamen hujus ætatis (Livii Andronici & Catonis Cenſorii) rude plane & auſterum: proximum vero huic cœpit eſſe cultius & elaboratius (Lucilii, Accii, Plauti, qui illis longe latinior) item Oratorum Galbæ, Craſſi, Antonii.

Ἀκμὴ ætas vigens, florens, conſtans, matura, pura incorrupta, perfecta, abſolutæ doctrinæ & elegantiæ ſæculum aureum, habet ſcriptorem *Terentium*, qui tamen ex priore ætate aliquid retinuit, i.e. habet nonnullos Archaiſmos. Floruit an. urbis 180. cum ante paucos annos Ennius, Poëta Rom: ſententiis gravis, ſed verbis incultior, (unde Virg. ſe ex Ennii ſtercore colligere dixit) mortuus eſt. Præter hanc habuit *M. Ter. Varronem*. Auguſtino literatorum doctiſſimum, Quintiliano Romanorum erudiriſſimum virum, *M. Tull. Cicer.* aureum eloquentiæ flumen, omnium Latinorum optimum & perfectiſſimum.

Jul. Cæſ. qui valde dulcem ſtylum habet.

Saluſtium Criſpum, qui multas Romanæ hiſtoriæ partes magna cum ſapientiæ & puræ argutæque brevitatis elegantiſque facundiæ laude perſcripſit

perſcripſit. In hoc tamen etiam obſoleta quædam reperias & novata.

Moderatum Columellam Gaditanum, qui libros ſcripſit de Agricultura, temporibus Imperatoris Tiberii Claudii, patrui Caligulæ.

Titum Livium Patavinum, qui Romanæ ſcriptor nobilis hiſtoriæ (ſcripſit Decades 14. i.e. libros 140. de quibus tantum tres decades exſtant, & quintæ dimidium) vere lacteo eloquentiæ fonte manans, admirabili orationis gravitate, & copia ac ſplendore omnibus fere Latinis hiſtoricis antecellens, hujus tamen locutionis forma alicubi eſt recentior, & Cicero eſt eo multo ſuavior ac politior. Animadverſa eſt à Pollione quædam in eo *Patavinitas*, i.e. judicatus eſt, non per omnia purum putumq; Romanum eloquium retinuiſſe. Hi auctores ſunt politiſſimi, ideoque inprimis propter verba & compoſitionem legendi, in imitando vero, quam maxime & præcipue Cicero exprimendus, in quo & puer diutiſſime detineri debet, ut diſcat non ſolum verba ex eo excerpere, ſed etiam phraſin imitari, & totam Orationis formam effingere.

Porro nunquam fuit ſanior & caſtigatior ſermo Latinus, quam tempore Imperatoris Auguſti, quo Roma ἀκμάζοντα ſeu maxime in flore fuit. Sed paulatim decurſu temporum à vigore ſuo declinavit.

III. Sequitur igitur παρακμὴ ſeu *declinans ætas*, & paulatim vergens ad ſenium. Hujus temporis ſcriptorum Phraſis quodammodo deflexit ab elegantia, venuſtate & nitore ſermonis aurei ſeculi ſeu Ciceroniani. Hi etſi recentiorem alicubi habent elocutionis formam, tamē non ſunt omnino novi, non ſordidi nec barbari. In his ſi quid (ut certe multa) veteri recte loquentium conſuetudine conſentaneum eſt, Ciceronianum judicabitur, ideoque imitandum erit.

In hac claſſe ſunt Quintilianus, Rhetor proprii ſermonis per ſtudioſus, qui docens Romæ, conatus eſt homines jam amantes corrupti ſermonis ad veterem proprietatem revocare. Mihi eſt in optimis hujus ætatis ſcriptoribus *Seneca*, cujus dictionem maximi facit *Juſtus Lipſius*, ut Philoſophi, & Oratoris excellentis. *Quintus Aſconius Pedianus*, Patavius, Hiſtoricus, cujus Commentariorum fragmenta quædam exſtant in aliquot Orationes Ciceronis. *Valerius Maximus Hiſtoricus*. *Plinius* ſuperior, ſeu *ſecundus*, ſcriptor naturalis hiſtoriæ, qui exploraturus ex propinquo incendium Veſuvii montis, fuligine cinerea & ſulfureo vapore ſuffocatus eſt. *Suet. Tranquillus*, qui Jul. Cæſar. Auguſti & 10. ſequentium Imperatorum Hiſtoriam deſcripſit uſque ad annum Chriſti 98. Oratio ejus propria & brevis, plus nervorum, quam corporis habet. *Cornelius Tacitus* qui Tiberii Cæſaris hiſtoriam deſcripſit ad Cæſarem uſque Veſpaſianum, Oratione utitur preſſa, propria, arguta & paucis verbis multas res complectente, crebriſque ſententiis ornata. *Cornelius Celſus* medicus, *Plinius Junior* ſeu poſterior, prioris ex ſorore nepos ſcriptor Epiſtolarum, in quibus oratio eſt brevis & arguta. *Trogus*, *Florus*, *Juſtinus*, hiſtorici. *Solinus*, qui ſcripſit rerum orbis memorabilium collectanea. *Aulus Gellius*, cujus præceptor *Apollinaris Sulpitius*, qui periochas Comœdiarum Terentianarum ſcripſit, *Cornelius Fronto*, *Ulpianus* Jureconſultus, *Lactantius Firmianus*. *Quintus Curtius*, qui expoſuit hiſtoriam Alexandri Magni, argutus, elegans, & nervoſus ſcriptor. *Domitius Ulpianus*, *Juſtinianus* Imperator, qui leges Romanas diſperſas per duo millia librorum per Theophilum, Theodorum, & alios correxit, & in 12. Codicis & Digeſtorum libros collegit: 4. etiam inſtitutionum libros compoſuit, qui nucleum legum continent, novas præterea leges, quas ipſe ſtatuerat; in unum corpus redegit: Divus *Hieronymus* Epiſcopus Stridonenſis, *Aurelius Auguſtinus* Epiſcopus Hipponenſis, *Julius Capitolinus*. *Ælius Spartianus*, *Ælius Lampridius*, *Ammianus Marcellinus*, Hiſtoriographi Cæſarum ſcriptores, *Aurelius Prudentius*, *Symmachus*, *Severinus Boetius*, in quo magnum fuit ingenii acumen, *Sedulius*, *Proſper*, Epiſcopus Reginenſis, *Auſonius* genere Gallus, patria Burdegalenſis, *Apuleius* Platonicus Philoſophus, cujus libri exſtant de aſino aureo: *Sidonius Apollinaris* Epiſcopus Avernorum: *Fulgentius*, *Martianus Capella*, &c.

Ex his quidam diligentius & terſius, quidam contra negligentius & ſordidius locuti ſunt, nonnulli

nulli etiam affectare, ita ut videantur amatores fuiſſe prodigioſarum formularum, ac nimis crebri, multique in tropis. Itaque ingraveſcenti ætati ſunt proximi, ut alii mediæ.

IV. Senectutis, cum qua mors conjuncta eſt, Latini ſermonis, ſcriptores ſunt barbari Philoſophi, & Scholaſtici Theologi, qui nativum ſermonis decus omnino corruperunt, & novum quoddam genus genuerunt.

Cum enim irruptiones fierent in Italiam à barbaris populis, cum barbarorum ſentina omnis impuritas, omneſque ſordes in puriſſimam caſtiſſimamque urbem influxerunt. Huc collocantur *Albertus* patria Suevus Ratisbonenſis Epiſcopus, à doctrina cognomentum Magni adeptus, *Thomas Aquinas*, diſcipulus Alberti Magni, vir peracutus, *Joannes Scotus*, ſubtilis Philoſopho-Theologus, Scaligero lima veritatis, *Alanus* Monachus Germanus σύγχρονος Scoti, *Bonaventura* ingenio & auctoritate vir Præſtans, *Petrus Hiſpanus*, *Gabriel Biel*, *Accurſius*, *Bartolus*, *Baldus*, *Alexander de Immola*, *Juriſconſulti*. Horum ſtylum adhuc retinent quidam Itali.

V. Mortem & ſepulturam Linguæ Latinæ ſecuta eſt ἀνάστασις ſeu renovatio, priſtina vita, & inſtaurata perfecti illius ſeculi. Jacuit ſcilicet Latina Lingua penitus ſepulta annos 600. Poſtea revixerunt Latinæ literæ doctis quibuſdam viris, Patrum, & noſtra memoria barbaricum loquendi & ſcribendi genus è ſcholis explodentibus, quorum tamen aliqui retinuerunt aliquid impuritatis. Renati igitur Latini ſermonis, primum eſt inſtauratio & repurgatio, deinde perfectio & maturitas (imo hic prima, media, & poſtrema ætas eſt). A prima inſtauratione prætereunt jam anni 270. Emergere autem primum cœpit Latinus ſermo, educente eum ex Orci tenebris *Danthe Aldigerio*, quem corrupte vocant hiſtoriographi Aligerum. Hic fuit natione Italus, patria Florentinus, præceptor Petrarchæ. Claruit anno Chriſti 1320. Hunc ſecuti ſunt *Joannes Bocatius*, *Franciſcus Petrarcha Florentinus*: Danche purior, *Franciſcus Philelphus* Philoſophus, Hiſtoricus & Orator egregius. *Laurentius Valla* Rom. ex nobili familia, Canon Lateranenſis, optime meritus de Latina lingua *Æneas Silvius* Senenſis, doctrina excellens, Orator Imperatoris Friderici III. poſtea Pontifex Rom. factus, ac Pius II. dictus. *Gregorius Typhernas* præceptor Mantuani, diſcipulus Chryſoloræ: *Nicol. Leonicenus*, cujus opera Medicina loqui cœpit apud Italos, ut inquit Eraſmus, *Baptiſta Mantuanus* Carmelita (qui ingenio ſpecioſus erat, ſed corpore turpis) *Angelus Politianus* vir diſertus, *Marſilius Ficinus*, & *Hermolaus Barbarus*, *Joann. Picus Mirandulanus*. *Rodolph. Agricola* Friſius Heidelb. profeſſor, *Philip. Beroaldus* Bononienſis Orator inſignis. *Conrad. Celtes* Schweinfurtenſis, primus Germaniæ Poëta; *Anton. Mancinellus* Veliternus Philoſ. & Orator eximius, *Thomas Linacer*, *Guilhelmus Budæus*, *Eraſ. Roterodamus*, *Conrad. Goclenius*, *Ulricus Huttenus*, *Jacobus Sadoletus*, *Chriſtophorus Longolius*, *Petrus Rembus*, *Philippus Melanchthon*, *Joachimus Camerarius*, *Fernelius*, Medicus, *Antonius Flaminius*, *Victorinus Strigelius*, *Bunellus*, *Muretus*, *Sigonius*, *Joan. Sturmius*. *Nizolius*, *Corradus*, *Vitus Amerbachius*, *Melchior Iunius*, *Paulus Manutius*, quem reliquis omnibus præfero, & lectu judico digniſſimum, Ciceronis velut germanum filium. Nolim autem te imitari eos, qui hodie archaiſmos, ſeu ea, quæ prorſus obſoleverunt, in lucem theatrumque revocant, aut inæquabili ſtylo utuntur.

DISSERTATIO
DE PERIODIS
LINGUÆ LATINÆ.

QUATUOR propemodum poſt Romam conditam videntur Latinorum doctorum fuiſſe tempora: antiquiſſimum, antiquum, perfectum, imperfectum. Antiquiſſimum reperiemus ab

Urbe condita perveniſſe uſque ad *Livium Andronicum*: intervallumque illud quatuordecim & quingentorum annorum fuiſſe Marcus Tullius in Bruto commemorat. Et Horatius primum hunc ſcriptorem fuiſſe ſignificat, cum dicit:

—— Habet hos numeratque Poëtas
Ad noſtrum tempus LivI ſcriptoris ab ævo.

In quo quidem temporis intervallo fuiſſe permultos doctos ſuſpicari magis, ut inquit Cicero, quam intelligere poſſumus, cum nulla penitus eorum exſtent in litteris monumenta: præter Orationem *Appii Cari*: & quaſdam mortuorum laudationes, ſicut in Originibus ſcriptum reliquit Cato.

Antiquum vero tempus id dicemus, quod ab ipſo Livio uſque ad ætatem Ciceronis interfuit: quod quidem vix centum annos, ut ex ipſo Cicerone colligitur, exceſſit. In hoc autem temporis ſpatio, etſi quamplurimi doctiſſimi viri floruerunt, eos tamen horridioribus verbis uſos, & ſine cultu & verborum delectu locutos fuiſſe, Ciceronis ſequens ætas notavit: ut verum id eſſe appareat, quod dicitur: *Nihil* eſſe *ſimul inventum, & perfectum.* Repertores enim fuerant, & quaſi architecti Latinitatis: ut præclare dicit Horatius:

--- cum lingua Catonis & EnnI
Sermonem patrium ditaverit, & nova rerum
Nomina protulerit.

Nam Livium anno ipſo ante Ennium docuiſſe fabulam, Catonem Ennii fuiſſe æqualem ſcribit Cicero in Bruto, qui Livium inepte ſcripſiſſe teſtatur, dicens, eum docuiſſe fabulam non ſatis dignam quæ iterum legeretur. Et de Ennio Ovid. de Triſtibus. *Ennius ingenio maximus, arte rudis.*

Teſtificatur hoc ipſum Suetonius in libello de claris grammaticis iis verbis; *Grammatica Romæ ne in uſu quidem olim, nedum in honore fuit, nullo liberalibus diſciplinis vacante. Initium quoque ejus mediocre extitit, ſiquidem antiquiſſimi doctorum quidam & poëtæ, & ſemigræci erant. Livium & Ennium dico, quos utraque lingua domi foriſque docuiſſe adnotatum eſt.* Catonis vero orationes, ut illis temporibus, valde Cicero in Bruto laudat. Addit tamen ſignificare illas formam quandam ingenii, ſed admodum impolitam, & plane rudem. Et paulo poſt: *Antiquior*, inquit, *eſt Catonis ſermo, & quædam horridiora verba, ita enim tunc loquebantur.* Et eundem jam deſitum legi teſtatur, cum ait: *Catonem vero quis noſtrorum oratorum, qui quidem nunc ſunt, leget? aut quis novit omnino?* Et ſubdit, non ignorare ſe, *nondum ſatis eſſe politum hunc, & quærendum eſſe aliquid perfectius.* Quo tempore etiam fuit Cornelius Cetegus, quem Cicero primum fuiſſe eloquentem affirmat. Ennii teſtimonio, qui in Annalibus ſuis ſic de eo ſcripſit: *Additur orator Cornelius ſuaviloquente Ore Cetegus.* Paulo vero poſt fuerunt Nævius, Plautus, Cæcilius, Pacuius, Actius, C. Lælius, P. Scipio, Gracchi fratres, Scævola, L. Craſſus, M. Antonius, Philippus, C. Cotta, & innumeri alii quos ætas Ciceronis modo priſcos, modo veteres, modo patres, interdum antiquos, aliquando ſuperiores appellat. Quos quidem veteres nimis antique, & pleraque dure locutos notavit Horatius, cum dicit.

Si veteres ita miratur, laudatque poëtas,
Ut nihil anteferat, nihil illis comparet, errat.
Si quædam nimis antique, ſi pleraque dure
Dicere credat eos, ignave multa fatetur,
Et ſapit, & mecum facit, & Jove judicat æquo.

Cicero quoq; veterem illum ſermonem ſe quoque improbare oſtendit, cum in Bruto dicit. *Illius autem ætatis qui ſermo fuerit, ex Nevianis ſcriptis colligi poteſt*, & ſubdit, *Cœcilium & Pacuvium male locutos videmus.* Hinc Quintilia. *Actio*, inquit, *& Pacuvio nitor & ſumma in excolendis operibus manus, magis videri poteſt temporibus, quam ipſis defuiſſe.* Idem etiam dixit *Lucretium non facere phraſim*, id eſt corpus eloquentiæ. Martialis etiam de iis ait, *Actius & quicquid Pacuviuſque vomunt.* Et Cicero in Bruto *Carbonis, & Gracchi habemus orationes, nondum ſatis ſplendidas verbis ſed acutas.* & ſubdit. *C Gracchum de ſuperioribus ſolum lego, manus tamen extrema non acceſſit operibus ejus, præclare inchoat multa, perfecta non plane.* Et iterum. *L Cotta cum verbis, tum etiam ſono quaſi ſubruſtico perſequeba-*

ſequebatur, atque imitabatur antiquitatem. Et in eodem. *Curionis loci ſane inanes, veruntamen nondum tritis noſtrorum hominum auribus, nec erudita civitate tolerabiles.* Et Quintilia, pueros monet ne veterum admiratores ſint, dum ſic præcipit. *Ne quis pueros antiquitatis nimius admirator in Gracchorum, Catoniſque, & aliorum ſimilium lectione dureſcere velit, fient enim horridi & jejuni.* Tum autē quod quaſi per gradus eloquentia ad perfectionem aſcenderit, teſtatur Cicero in eodem Bruto, cum dicit: *Quæ fuerit aſcenſio, & quā in omnibus rebus difficilis optimi perfectio, atque abſolutio, ex eo quod dicam, æſtimari poſſit.* Et paulo poſt, connumeratis aliquot oratoribus, qui ſeni jam Ennio ſucceſſerant, ſubjungit. *Jam enim erat quædam unctior & ſplendidior conſuetudo loquendi.* Et ſubdit, *Sergius deinde Galba princeps ex latinis contulit orationi propria ornamenta.* Videre licet alios deinde gradus, cum idem Cicero ſubdit, *L. Furius Pilus per bene loqui latine putabatur, literatiuſque quam cæteri. L. Scævola paulo etiam copioſior;* & *addit. Erat etiam Philippus inprimis ut temporibus illis Grecis literis inſtitutus.* Et in eodem Bruto, *ad Gracchorum ętatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit.* Eloquentiæ autem veluti gradus, ut dixi, factos eſſe docet idem Cicer. in Tuſcula. dicens. *At contra oratorem celeriter complexi ſumus, nec eum prius eruditum, aptum tamen ad dicendum, poſt autem eruditum. Nam Galbam, Africanum, Lælium, doctos fuiſſe memoriæ traditum eſt. Studioſum autem eum, qui iis anteibat Catonem, poſt vero Lepidum, Catonem, Gracchos, deinde ita magnos noſtram ad ętatem, ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur.* Et alibi *P. Scipio Latine loquendo omnes ſuperabat.* Et iterum, *Quinti Catuli non antiquo illo more, ſed pene hoc noſtro.* Et Cicero in eodem Bruto notat ætati ſuæ proximam, nondum perfecte locutam, dicens. *Inferioris autem ętatis erat proximus L. Siſenna doctus vir, ſtudiis optimis deditus, bene Latine loquens. Hujus omnis facultas ex hiſtoria ipſius perſpici poteſt. Qui cum facile omnes vincat ſuperiores indicat tamen quantum abſit à ſummo, nam uſus eſt aliquando veteribus verbis, & abuſu perfecto, & auribus eruditis remotis. Recte enim loqui putabat eſſe, inuſitate loqui.* De iis gradibus Quintilianus ita meminit. *Fuerant quędam genera dicendi, conditione temporum horridiora, alioquin magnam vim ingenii prę ſe ferentia. Hinc ſunt Lęlii, Africani, Catones, Gracchi, mediam illam formam tenet L. Craſſus, Q. Hortenſius, tum deinde effloreſcit non multum inter ſe diſtantium hujuſmodi oratorum ingens proventus.* Sed Cornelius Tacitus de claris oratoribus, hanc diſtinctam imperfectionem notat iis verbis. *Quod ad Ser. Galbam, & C. Lęlium attinet, & ſi quos alios antiquorum agitare non deſiſtis, non exigit defenſionem, cum fatear quędam eloquentię eorum, ut naſcenti adhuc, nec ſatis adultę defuiſſe.* Sed hanc nimiam vetuſtatem Cicero omnino explodendam in Bruto monet. *Sed nimia,* inquit, *vetuſtas nec habet eam, quam quęrimus ſummitatem, nec eſt ſane tolerabilis.*

Hactenus de tempore antiquo, deinceps de perfecto dicimus. Cæſar, ut idem Cicero refert, rationem adhibens, conſuetudinem priſci ſermonis vitioſam, & corruptam, pura & incorrupta conſuetudine emendabat, ſplendidam quandam, minimeque veteratoriam rationem dicendi tenens, ſcripſitque ad Ciceronem de ratione latine loquendi, ac primo in libro dixit, Verborum delectum originem eſſe eloquentiæ, ejuſque copiæ principem, inventoremque Ciceronem eſſe. Quod affirmare videtur & ipſe Cicero dum in Bruto ſic loquitur: *Certe nos & boni aliquid attulimus juventuti, magnificentius quam fuerit illud genus dicendi, & ornatius, & nocuimus fortaſſe, quod veteres orationes poſt noſtras, non à me quidem, meis enim illas antepono, ſed à pleriſque legi ſunt deſitę.* Et ſubdit. *Cum autē ex Sicilia me recepiſſem jam videbatur in me quicquid eſſet, eſſe perfectum, & habere maturitatem quandam ſuam.* Fuiſſe autem eandem perfectionem in pleriſque Ciceronis æqualibus, teſtatur idem in eodem libro, ubi connumeratis compluribus ſui temporis oratoribus: *Nec ulla,* inquit, *ętate uberior oratorum fœtus fuit.* Et in eodem, *triginta annis mihi Craſſus, ętate pręſtabat. Quod idcirco poſui, ut dicendi prima maturitas, in qua ętate extitiſſet, poſſet notari & intelligeretur jam ad ſummum pene eſſe perductam ut eo nihil ferme quiſquam addere poſſit.* Et idem in Tuſculanis, non ſolum perfectionem ætatis ſuæ teſtatur, ſed interituram brevi eloquentiam prę

dicit

dicit: *Oratorum*, inquit, *laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, ut jam quod natura fert in omnibus rebus, fere ſeneſcat, brevique tempore ad nihilum ventura videatur.* De cujus ætatis perfectione, Cicero in quadam epiſtola ad Atticum de Tulliola filia loquens, *Ego*, inquit, *iis temporibus tam eruditis quantum fieri poterit, illam conſecrabo omni genere monumentorum.* Et Horatius:

Venimus ad ſummum fortunæ, pingimus atque
Pſallimus & luctamur, Achivis doctius unctis.

Et Solinus de Auguſto loquens: *Quod tempus*, inquit, *ferme ſolum repertum eſt, quo plurimum & arma ceſſarunt & ingenia floruerunt.* Et plinius de Naturali hiſtoria, de M. Varrone loquens. *In illa*, inquit, *ingeniorum, quę tunc fuit, multitudine.* Et Horatius veterem ætatem carpens, & ſuam perfectam affirmans, de Lucilio ſic ſcribit:

Si foret hoc noſtrum fato delapſus in ævum,
Detereret ſibi multa: recideret omne quod ultra
Perfectum traheretur: & in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues.

Et Quintilia. poſtquam ut potuit, defendit Lucilium à nota Horatii, qui eum fluere lutulentum dixerat: perfectiorem eo Horatium fatetur, cum dicit: *Multo eſt terſior ac purus magis Horatius.* Hanc perfectionem idem Quintilianus dat Tibullo, dicens: *Terſus atque elegans videtur eſſe Tibullus, ſunt qui Propertium malint.* Et idem de Vergilio loquens: *ut ille naturę cœleſti, atque immortali ceſſerimus: ita curę & diligentię.* Et ſubdit: *Cęteri longe ſequentur.* Et de Cicerone: *Nec vero quod in quoque optimum fuit, ſtudio conſecutus eſt tantum, ſed vel plurimas, aut potius omnes, ex ſeipſo virtutes extulit immortalis illa ingenii, & beatiſſima ubertas,* & ſubdit: *Ut non hominis nomen, ſed eloquentiæ videatur.* Et de Cæſare, quod perfecte loqueretur, Cicero in Bruto, *Cęſar Latine loquebatur elegantiſſime, nec id ſolum domeſtica conſuetudine, tamen ut eſſet perfecta illa bene loquendi laus, multis literis, & iis quidem reconditis, & exquiſitis ſummo ſtudio & diligentia eſt conſecutus. Erat pręterea Hortenſius* (ut inquit Cicer.) *verborum ſplendore elegans. Erant in L. Torquato, plurimę literę, non hę vulgares, ſed interiores & reconditę & ſumma verborum gravitas, & elegantia. L. Domitius nulla quidem arte, ſed Latine dicebat. Erat Piſoni verborum delectus elegans. In M. Claudio autem verbum nullum, aut durum, aut inſolens, aut humile, aut in longum ductum. Marcellus lectis verbis utebatur.* Quid plures hujus ætatis coner præterea conquirere? quorum nomina ut doctiſſimorum virorum multis in locis connumerata comperire poterimus: Scripta autem cum ſint vetuſtate deleta, nuſquam reperiemus, quin potius ejus temporis ea proferamus, quorum monumenta quotidie in manibus verſantur. Lege multorum epiſtolas, quæ inter Ciceronis epiſtolas leguntur, ut Servii Sulpitii, M. Marcelli, Q. Metelli Celeris, Q. item Metelli nepotis, P. Vatinii, L. Luceii, M. Bithinii Curionis, M. Cœlii, Dolobellæ, Gn. Planci, Galbæ, C. Aſinii Pollionis, M. Lepidi, A. Cæcinnæ, Decii Bruti, M. item Bruti, C. Caſſii, C. Marii, P. Lentuli, Trebonii, M. Catonis, C. Cæſaris, Cn. Pompeji Q. Ciceronis filii, Cornelii balbi, Oppii, Hircii. Quos & pene infinitos alios eruditiſſimos viros florentiſſima hæc Ciceronis ætas effudit, dices in hac ſola ineſſe ſuccum illum, & quaſi ſanguinem incorruptæ Latinitatis: ac non fucatum ſed naturalem quendam eloquentiæ nitere candorem, pari propemodum ingenii fœlicitate, & verborum elegantia: ut ſi titulos dempſeris, illas non facile à Ciceronis epiſtolis internoſcas: Quod præclare Cornelius Tacitus de claris oratoribus comprobat, cum dicit: *Sicut apud nos Cicero quidem cęteros eorundem temporum diſertos anteceſſit, ſic Calvus & Aſinius, & Cæſar, & Brutus jure prioribus & ſequentibus anteponuntur. Nec refert quod inter ſe ſpecie differant cum genere conſentiant, at aſtrictior Calvus, numeroſior Aſinius, ſplendidior Cæſar, amarior Cœlius, gravior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero: Omnes tamen eandem ſanctitatem eloquentię ferunt, ut ſi omnium pariter libros in manum ſumpſeris, fatearis quamvis in diverſis ingeniis eſſe quandam judicii ac voluminis ſimilitudinem, & cognationem.*

Sed jam de imperfecto, & corrupto potius, ac vitioſo tempore, ut propoſuimus, aliquid afferamus. Secuta poſt ætatem Ciceronis alia doctorum ætas, ſatis vel eorum proprio teſtimonio indicavit, non ſolum quantum à cacumine & fa-

ſtigio

ſtigio præcedentis ætatis abfuerit: verumetiam mutato dicendi genere, & eloquentia omni prope in barbariem verſa; ad imum celerius quidem quam aſcenderat, properarit: Quod ut luce clarius videatur, pauca quæ ex multis brevitatis cauſa collegi, labenti ſtilo veluti quodam inducto freno ſubnectam. Seneca in prologo primæ declamationis. *Ut poſſitis*, inquit, *æſtimare quantum quotidie ingenia decreſcant: & neſcio qua iniquitate, & ad malum pronitate naturæ, eloquentia ſe retro tulerit. Quicquid habet Romana facundia, quod inſolenti Græciæ aut opponat, aut præferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia quæ lucem noſtris ſtudiis attulerunt, tunc nata ſunt. In deterius quotidie data res eſt, ut ad ſummum perducta rurſus ad infimum velocius quidem quam aſcenderat, relabatur.* Quod etiam affirmat Statius in epiſtola Sylvarum ſuarum, dicens. *Manlius certe Vopiſcus vir eruditiſſimus, qui vindicat à ſitu literas jam pene fugientes.* Et Quintil. *Dicendi*, inquit, *mutavimus genus, & ultra nobis quam oportebat indulſimus.* Et alibi. *Quid multa? totus prope mutatus eſt ſermo.* Et Diomedes grammaticus hanc literarum bonarum quaſi ruinam teſtatur, cum dicit: *Injecit poſtera ætas manum: & veluti diſciplinam priſtini ſæculi, ita ſermonem faſtidire cœpit, & nova veluti parturire verba.* Et alibi quaſi ante oculos ponit non ſolum imperfectionem ſui ſæculi, ſed etiam noſtri, dum ait: *Quid quod nihil jam proprium placet, dum parum creditur diſertum, quod alius dixerit?* A corruptiſſimo quoque poëtarum figuras, ſeu tranſlationes mutuamur, tum demum ingenioſi, ſi ad intelligendos nos opus ſit ingenio. Et A. Gellius: *Animadvertere eſt pleraque verborum Latinorum ex ea ſignificatione, in qua nata ſunt deceſſiſſe, vel in aliam longe, vel in proximam, eamque deceſſionem factam eſſe conſuetudine, & inſcitia temere dicentium: quę cujuſmodi ſint, non didicerunt.* Cornelius vero Tacitus in eo libello, quem de claris oratoribus ſcripſit, hæc omnia latius perſequitur, cum in dialogo Maternum quærentem inducit: *Exprime*, inquit, *Materne cauſas, cur tantum ab eloquentia eorum receſſerimus: cum pręſertim centum viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit.* Et ſubdit. *Quis enim ignorat eloquentiam, ac cęteras artes, deſciviſſe ab iſta vetere gloria? non inopia hominum, ſed deſidia juventutis, & negligentia parentum: & inſcitia pręcipientium, & oblivione moris antiqui. Quę mala primum in urbe nata, mox per Italiam fuſa, jam in provincias manant. Quod adeo negligitur horum temporum diſertis, ut in actionibus eorum, in quoque verbo quotidiani ſermonis fœda ac pudenda vitia deprehendantur.* Et ſubdit: *Ut in pauciſſimos ſenſus, & anguſtas ſententias detrudant eloquentiam, velut expulſam regno ſuo, ut quę olim omnium artium, ut dicunt, pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumciſa, & amputata, ſine apparatu, ſine honore pene dixerim, ſine ingenuitate, quaſi una ex ſordidiſſimis artibus diſcatur. Ergo hanc primam, & pręcipuam cauſam arbitramur, cur tantum ab eloquentia receſſerimus.* Imperfectionem etiam ſui temporis teſtatur. Plinius in epiſtola naturalis hiſtoriæ, cum *libros ſuos reſperſos eſſe affirmat plurimarum rerum, aut ruſticis vocabulis: aut externis, immo barbaris, non ſine honoris præfatione ponendis.* Et ut per gradus ad ſummum aſcenderat eloquentia, ſic eam per gradus ad imum deſcendiſſe videamus. Macrobius etiam tempora ſua hac imperfectione infecta ſignificat, cum dicit. *Petitum, impetratumque volumus, ut æqui boni conſulant, ſi in noſtro ſermone nativa Romani oris elegantia deſideretur.* Apuleius autem, quem noſtri temporis magis curioſi, quam eruditi ſequi, & æmulari ſtudent, in principio operis ſui, latinas literas ignorare fatetur. *In urbe*, inquit, *Latina advena ſtudiorum Quiritium indigenam ſermonem ærumnali labore, nullo magiſtro praeunte aggreſſus excolui. En ecce precamur veniam, ſi quid exotici ac forenſis ſermonis rudis locutor offendero, jam hæc quidem ipſa vocis immutatio deſultoriæ ſcientiæ ſtilo quem acceſſimus reſpondet.* Quis rogo te ferat non tam Apuleium, qui ut mali ædificii dominus ſe architectum non adhibuiſſe, ita literas ſine præceptore coluiſſe gloriatur: quam aliquos eſſe, qui malint fœtores & quiſquilias ejus colligere, quam verborum floribus perfectiſſimæ Ciceronis ætatis, quam ſignavimus inhærere? Sed quid ab Apuleio ſimiles inſequentium ætatum autores de ſeipſis & temporum ſuorum inſcitia balbutiant videamus. Sidonius de ſuis nugis: *Talis eſt o-*

do, inqui-

do, inquit, *ut ſine plurimis, noviſque verbis, quæ præfata pace plurimorum eloquentium ſpecialiter tibi, & Complatonicis tuis nota ſunt, nugæ ipſæ non valuerint expediri.* Et alio in loco de liberalibus artibus agens ita loquitur: *virtutes artium iſtarum ſæculis potius priſcis ſæculorum rector ingenuit: quæ per ætatem mundi jam ſeneſcentis, laſſatis veluti ſeminibus, emedullatæ, parum aliquid hoc tempore, atque id in paucis mirandum, ac mirabile oſtentant.* Et alibi. *Increbuit*, inquit, *multitudo deſidioſorum, ut niſi vel pauciſſimi meram Latialis linguæ proprietatem de trivialium barbariſmorum rubigine vindicaveritis, eam brevi abolitam defleamus.* Et Fulgentius: *Noſtri*, inquit, *temporis ærumnoſa miſeria non dicendi petit ſtudium: ſed vivendi flet ergaſtulum. Nec famæ aſſiſtendum poëticæ: ſed fami conſulendum domeſticæ.* Martianus vero Capella, Martianum filium nugas ſuas non ferentem introducit, dum in principio operis ſui ſic orditur: *Dum crebrius iſtos Hymenæi verſiculos, neſcio quid inopinum intactumque moliens, reſperſum capillis albicantibus verticem, incrementiſque luſtralibus decuriatum, nugulas ineptas non perferens Martianus intervenit.* Quid de aliis aliarum ætatum hominibus dicam? quorum nonnulli etiam noſtri temporis ſcriptores, cum quid ſcribere ſunt aggreſſi, non ſolum bonorum verborum delectum neglexerunt: ſed illud maxime ſtuduerunt: ut vel veteratorum rubiginem, vel novorum autorum aſperitatem ſuis ſcriptis admiſcuiſſe, & ſimilitudinem peſſimi cujuſque, & corruptiſſimi ultro appetiiſſe videantur. Quo factum eſt, ut non ſolum proprietatem Romani ſermonis: verum omnem pene illam ſuavitatem, & quaſi ſalubritatem Latinæ dictionis amiſerint: obliti hunc eſſe legendi fructum, æmulari meliora, & quæ in aliis maxime probes, quæve inter optimi cujuſque & elegantiſſimi dicta mireris, in aliquem uſum non ſine venuſtate, atque luce, ac munditia verborum concinna derivatione convertere, ſicuti Cicero, & ejus ætatis candidiſſimi autores fecerunt: quamvis ad illud faſtigium, illam ſummitatem, & prope divinitatem, aſpirare nemo poſſit: Illa enim ſublimitas quanquam imitabilis illa quidem videtur cupienti, nihil tamen eſt experienti minus: audendum tamen, & ita annitendum, ut quod aſſequi non poſſimus, imitari ſaltem voluiſſe videamur. Sed quoniam nihil nos præcipiendi cauſa dicere, neque magiſtri, ſed æſtimatores videri volumus: nec ſermonem nunc tam informamus bonum, quam deterremus malum: quantum Cicero, & ea ætate Latinitatis principes nova verba vitaverint, unde omnis Latinæ linguæ pernicies comparata eſt, breviter oſtendamus. Cicero in Oratore, oratorem inſtruens ita præcepit: *Ergo ille tenuis orator, modo ſit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus, & parcus, & in priſcis, reliquiſque ornamentis, & verborum & ſententiarum remiſſior.* Quintilianus vero *uſitatis*, inquit, *verbis tutius utimur, nova non ſine quodam periculo fingimus. Nam ſi recepta ſunt, modicam laudem afferunt: repudiata etiam in jocos exeunt. Audendum tamen: namque*, ut ait Cicero, *etiam quæ primo dura viſa ſunt uſu molliuntur: ſed nobis non eſt conceſſa fictio nominum.* Si quis autem dixerit ideo novanda eſſe nobis verba, quod eorum penuria laboremus: audiat Ciceronem, qui de natura deorum ita loquitur: *Quod illa quæ à Græcis accepiſſent, Latine dici poſſe diffiderent. In quo genere tantum profeciſſe videmur, ut à Græcis ne verborum quidem copia vinceremur.* Et in Tuſculanis: *O verborum inops interdum, quibus abundare te ſemper putas Græcia.* Et de finibus bonorum & malorum: *Sed ita ſentio, & ſæpe diſſerui, Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putatur, ſed locupletiorem eſſe quam Græcam.* Sed dicit aliquis, parienda eſſe neceſſario nova verba, cum quid ex Græco vertendum ſit, & minus occurrat verbum Latinum uſitatum. *Sunt enim* (ut inquit Cicero de finibus bonorum & malorum) *imponenda nova novis rebus nomina.* Sed ad hoc quaſi reſpondere videtur Aulus Gellius cum dicit: *Cum quid ex Græco, quod non placeret, transferre voluiſſet, hoc ego ſuperſedi vertere: quia novis & inconditis vocibus utendum eſſet, quas pati aures per inſolentiam vix poſſent.* Sed ipſe idem Cicero,

qui dixit *verba nova parienda eſſe, imponendaque nova novis rebus nomina, uſuque mollienda, quæ dura præ novitate viderentur*: quam abſtinens illorum fuerit, quamve novitatem verborum vitaverit, infra ponemus. Cum in Bruto, *Declamo* verbum ſui temporis novum dicere vellet: *Commentabar*, inquit, *declamitans: ſic enim nunc loquuntur.* Et idem in libello de mundo: *Ut in ſingulis*, inquit, *eſſent bina media, vix enim audeo dicere medietates: ſed quaſi ita dixerim, ita intelligatur.* Et in Philippicis, M. Antonium notans, quod verbum novum protuliſſet, ita dicit: *Tu porro ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris: & quod verbum omnino nullum in lingua Latina eſt, id propter tuam divinam pietatem novum inducis.* Varro autem de lingua Latina docet, antiquos etiam vitaſſe *verba nimium nova. Extremum*, inquit, *noviſſimum quoque dici cœptum vulgo: quod mea memoria, ut Aelius Gallus, ſic ſenes aliquando nimium novum quod eſſet, vitabant.* Et A Gellius: *Quod à M. Varrone proloquium, à M. Cicerone pronunciatum dictum eſt.* Quo Cicero tamen vocabulo *tantiſper* uti ſe atteſtatus eſt, *quoad melius*, inquit, *invenero.* Quintilianus autem *veriloquium*, inquit, *ipſe Cicero, qui finxit, reformidat.* Et Cicero de finibus bonorum & malorum: *quaſi cum dolore dixit, ut ita dicam, indolentia.* Varro vero de analogia verborum, *Repertores verborum novorum* damnat, oſtendens ipſas aures novitates has quodammodo reſpuere, cum dicit: *Tantum inter duos ſenſus intereſſe volunt, ut oculis ſemper aliquas figuras ſuppellectilis novas conquirant, contra aures expertes eſſe velint. Quoties quiſque jam ſervos habet priſcis nominibus?* quæ *mulier ſuum inſtrumentum veſtis, atque auri veteribus vocabulis appellat? ſed inductis non tam iraſcendum, quam hujuſce pravitatis patronis. Et idem Æditimum dici oportere cenſet magis, quam Æditumm: quod alterum ſit recenti novitate fictum antiqua origine incorruptum. Sed pro eo à pleriſque Aedituus dicitur, nova & commentitia uſurpatione.* Quæ omnia cum ita ſint, A. Gellius quaſi de iis ſententiam ferens libro decimo, ita ſcriptum reliquit: *Verbis uti aut nimis obſoletis, excultatiſque, aut inſolentibus, novitatiſque duræ & illepidæ, par eſſe delictum videtur.* Sed moleſtius *equidem, culpatiuſque eſſe arbitror, verba nova incognita, inaudita dicere, quam invulgata & ſordentia. Nova autem videri dico etiam ea, quæ ſunt inuſitata & deſita, tametſi ſint vetuſta. C. etiam Cæſar libro de analogia, monuit infrequens atque inſolens verbum tanquam ſcopulum fugiendum eſſe.* Suetonius quoque Auguſto ſcribens: *Genus eloquentiæ*, inquit, *ſecutus eſt elegans, & temperatum, vitatis ſententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum* (ut ipſe dicit) *fœtoribus: præcipuamque curam duxit ſenſum animi, quam apertiſſime exprimere.* Cacozelos autem, & antiquarios, ut diverſo genere vitioſos, pari faſtidio ſprevit. Sed nec Tiberio parcit exoletas interdum, & reconditas voces aucupanti. M. quidem Antonium ut inſanum increpat, quaſi ea ſcribentem, quæ mirentur potius homines, quam intelligant: Sed opus eſt, inquit, dare operam, ne moleſte ſcribas, aut loquaris. Quin Auguſtum A. Gellius ab eloquentia & latinitate laudat, dum dicit: Divus etiam Auguſtus memoriarum veterum exequentiſſimus, linguæ Latinæ non neſcius, mundiciarum patris ſui in ſermonibus ſectator. Et Cicero de oratore, præclare monet vitanda eſſe verba priſca, & à conſuetudine ſui temporis, quo perfectio ſermonis vigebat, remota, cum dicit: *Quanquam ſunt illi veteres, qui ornate nondum poterant, ea quę dicebant, omnes prope præclare locuti. Quorum ſermone aſſuefacti qui erunt ne cupientes quidem poterunt loqui niſi Latine. Neque tamen erit utendum verbis iis, quibus jam conſuetudo noſtra non utitur, niſi quando ornandi cauſa parce. Sed uſitatis poterit uti lectiſſimis, & utatur iis, qui in veteribus erit ſcriptis ſtudioſe, & multum volutatus. Et ſic Latine loquamur, ut verba efferamus ea, quæ nemo jure reprehendat.* hæc Cicero. Sed quanquam in omni re difficillimum eſt formam optimi exponere, quod aliud aliis videtur optimum: (Varia enim ſunt judicia, ne facilis explicatio, quæ forma excellat) dubitari tamen à recte coſiderantibus nequaquam poterit, quin illa multorum noſtri temporis inſulſitas, & inſolentia, ac quædam (ut ita dicam) orationis, & inſania, ſiccitas, inopia, à malorum autorum lectione, & imitatione naſcatur. Quare cum ſit eloquentiæ, ſicut reliquarum rerum funda-

mentum

mentum ſapientia: Unde in poëtica teſtatur Horatius: *Scribendi recte ſapere eſt, & principium, & fons*: & in bonis omnia quæ ſumma ſunt jure laudentur: verborum bonorum delectus eſt in primis ſapienter habendus, idque facile aſſequemur, ſi delegerimus noſtratia, non peregrina: propria, non inepte tranſlata: uſitata, non nova: pura, non horrida: luminoſa, non tenebroſa. Quod contingere certe nulli poterit, niſi ei, qui oratores divinæ illius Ciceronis ætatis perlegerit. Sublimitas enim, & magnificentia, & nitor, & autoritas ex optimis illis ejus ſeculi autoribus tantummodo provenit: ii ſoli locutionem emendatam & Latinam originem, & quaſi ſolum ac fundamentum quoddam eloquentiæ poſuerunt. Inſequentium autem autorum lectio, doctrinam quidem diverſarum rerum conferre poterit, elegantiam autem & nitorem verborum non poterit: quin potius mixtura verborum, quibus illi uſi poſtea fuerunt, omnem prope florem incorrupti illius ſermonis, quem quis ex optimorum lectione collegerit, brevi quaſi de manibus excutiet, barbarumque omnino reddet. Cum autem quicquid literis mandatur, id commendari omni eruditorum judicio deceat: ſitque decus hominis ingenium, ingenii vero eloquentia: nec tam præclarum ſcire latine, quam turpe neſcire: eniti, & toto (ut ajunt) pectore incumbere debemus, ut non vulgares literas, ſed interiores & perfectas, verborum gravitatem & elegantiam, nitorem & candorem, atque veram denique Romani ſermonis eloquentiam, de perfectorum illorum quos connumeravi, autorum fontibus hauriamus. Abjecta, abſoleta, priſca nimium & vetuſta priorum, novaque omnia ſequentium autorum fugiamus. Sed in hoc verborum delectum aurium quoq; quoddam judicium adhibendum eſt: quod non arte aliqua perpenditur, ſed quodam quaſi naturali ſenſu, prudentiaque percipitur. Cum vero ex verbis omnis conficiatur oratio, atque idcirco illuſtria verba ex optimo quoque id ætatis autore legenda ſint, ut latina & elegans ſuggat oratio: In quoque maxime obſervandum eſt, ne qua nimis elaborata concinnitas, lumen eloquentiæ potius extinguat, quam accendat. *Removendus erit* igitur (ut ait Cicero) *omnis inſignis ornatus, nec calamiſtri quidem adhibebuntur, fucati etiam medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: elegantia tantum & munditia quæratur: ſermo purus & Latinus remaneat, dilucidus, luculentus, politus, planus: quid decet circumſpicietur.* Omnis enim pars orationis eſſe debet laudabilis, ſic ut verbum nullum niſi grave aut elegans excidat. Cumque in omnibus rebus videndum ſit, quatenus, ne noſtra modum excedat oratio, una brevique Ciceronis clauſula concludemus. *Sit, inquit, modo is, qui dicet, aut ſcribet, inſtitutus liberaliter, educatione, doctrinaque puerili, & flagret ſtudio, & à natura adjuvetur: & univerſorum generum infinitis diſceptationibus exercitatus, ornatiſſimos ſcriptores, oratoreſque ad imitandum cognorit: næ ille haud ſane, quemadmodum verba ſtruat & illuminet à magiſtris iſtis requiret, ita facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta (duce natura ipſa, ſi modo eſt exercitata) labetur.* Hæc ille. Exercitatione autem hæc omnia facile conſequemur. Stylus enim optimus ſcribendi artifex, ſtructuram non inopem, non minutam, non interpunctam, ſed locupletem, numeroſam, aptamque conficiet. Omiſſis igitur & repudiatis novitiis iſtis, & ſemidoctis, qui ignobilia nimis, & ſordentia, novata, fictaque verba de imperfectis autoribus eruere, & in uſum latinæ linguæ introducere, ac veluti civitate donare, & quaſi in latinam coloniam deducere geſtiunt literarum oſtentatione, inepti verius quam glorioſi, elaboremus veluti apes lectiſſimis floribus inſidere. Proſequi enim quod quiſque unquam, vel contemptiſſimorum hominum dixerit, aut nimiæ miſeriæ eſt, aut certe inanis jactantiæ, & detinet atque obruit ingenia, melius aliis vacatura Eruditionem vernaculam, ac plebeiam, & verborum monſtra vitemus eorum hominum, qui inquinate, & parum compoſite, minuſque eleganter ſcripſerunt: quorum ita eſt confuſa oratio, ita perturbata, tantaque inſolentia ac perverſitate verborum interlita, ut oratio, quæ lumen rebus adhibere debet, obſcuritatem potius, & tenebras afferat. Dum enim exquiſitis, noviſque verbis uti volunt, infantiſſimi reperiuntur: qui veluti Siſennæ Simioli, cum emendatores uſitati ſermonis

eſſe velint, deterreri non poſſunt, quominus inuſitatis verbis utantur nihil aliud recte & latine loqui putantes, niſi nove & inuſitate loqui. Verbiſque improprius gaudentes, redundanti bus, obſcuris, ambiguis, novis, Græcanicis: quo magis eorum expurgandus eſt ſermo, fugiendaq; barbaria, ediſcendaque de Cicerone, & Ciceronis æqualibus vera Latinitas: quæ nihil aliud eſt, niſi incorrupta loquendi obſervatio ſecundum Romanam linguam. Cujus (ut dixi) licet veteres illi, quos connumeravi, quaſi genitores extiterint: eam tamen ſecundum illud Ciceronis emendavit, excoluit, expolivit. Sed ſatis ſit hoc admonendi, non docendi cauſa dixiſſe, propter agreſtes quoſdam, & indomitos certatores. Qui cum imitari neſciant autores bonos, malos cauſa novitatis extollunt. Nec id vitio mihi dari debet. An (ut ait Varro) reprehendendus ſit, qui orationem minus valentem propter malam conſuetudinem traducit in meliorem? An cum quis perperam conſueverit quid facere in civitate, non modo patiemur, ſed etiam pœna afficiemus? Idem, ſi quis perperam conſueverit dicere verbum, non corrigemus, cum id fiat ſine pœna? Adde quod perfugio literarum nihil gratius, nihil jucundius, nihil homini libero dignius invenio. Agitatio enim mentis inſtitutæ ad agendum ſemper aliquid dignum viro, tantiſper acquieſcit, dum in literarum ſtudiis verſatur. Ea enim, vel diſcendo, vel ſcribendo alitur, in eaque ſcientiæ & cognitionis dilectione perfunditur. fitque (ut ait M. Varro) ut dum iſta muſſitamus, pluribus horis vivamus: quanquam ea demum, ſolaque dicenda eſt vita, quæ ſine Chriſto Deo non vivitur. Vale.

APOLOGIA IN MARCI ACCII PLAUTI, ALIORUMQUE POETARUM ET LINGUÆ LATINÆ OBTRECTATORES.

Cum ſæpe mecum cogito, quanta olim fuerit Græcorum Romanorumq; prudentia, quam exactum undequaque judicium, tum in rebus omnibus ſummam laudem, tum in hac maxime mihi meruiſſe videntur, quod non prope plus illis tribuerint, qui ſapienter domi pacis artes, foris rem bellicam fortiſſime adminiſtrarint, quam iis, qui ex bonarum litterarum ſtudiis immortalem ſibi gloriam peperere. Si quis enim diligentius attendat, quantum eæ veræ ſolidæque utilitatis humano generi fluxo fragiliq; ſemper attulerint, & illos optime ſenſiſſe fatebitur, & toto cœlo errare, qui aliquid inter homines beatum abſque litteratorum beneficio inveniri poſſe aſſeverant. Nam ut ea omittamus, quæ antiquiſſimi Philoſophi de Deo, de rerum naturæ cognitione, de moribus, ſanctiſſimiſque legibus primi tradidere, quis digne ſe Poëtarum laudes exequi poſſe confidat? Quorum cum multa ſint genera, nonne qui Heroici vocati ſunt, regum ducumq; geſta celebrantes eouſque illos extulere, ut jam non tanquam homines, ſed Dii quodammodo à nobis agnoſcantur? Qui vero Tragœdiam Comœdiamque, & deinde Satyram ſcripſere, quid ſibi aliud voluerunt, quam ut nobis plurimum prodeſſent, ſi propoſitis utriuſq; vitæ exemplis, quid expetendum, quid fugiendum eſſet, nos docerent, ac à pravis facinoribus nos deterrerent? Qui autem Lyricos, qui Elegos, aliaque id genus plæraque maluere, vel eodem ſpectant, vel ut eruditorum aures multa cum delectatione tenere poſſint, maxime ſtudent. Proinde non immerito à pleriſque olim dictitatum ſcimus hoc hominum genus neſcio quid cum Diis immortalibus

commune

commune habere: nempe quod in eorum ſcriptis ſpiritus quoſdam humanis vehementiores: in verbis magnitudinem, ſublimitatem, ac delectum: in movendis vero affectibus & reddendo cuique decoro diligentiam ſingularem, artem vero incredibilem perſpicerent. Jam infinitas eſſe Oratorum laudes quis non intelligit? nec minores illorum qui hiſtorias ſcripſere? quorum illi cum ſapientiam eloquentiæ conjunxere, vix dici poteſt quantũ civitatibus ad ſedandos tumultus, ad pacem vel ſuadendam vel diſſuadendam, ad ſontes puniendos, abſolvendos innocentes profuerint. Ii vero vel in hoc plurimum laudis meruere, quod ipſorum opera per continuatam quandam ab orbis initio annorum ſeriem, quid quoque ſeculo memoria dignum geſtum fuerit, velut in ſpeculo conſpicimus. quod ſummorum Regum, ſtrenuorum Ducum fortia facta, diverſas populorum conjurationes, maximarum quondam urbium principia, incrementa, everſiones denique non ſecus ac ſi noſtra tempeſtate geſta fuiſſent, intelligimus. Nam Græcorum res, quæ ſatis per ſe amplæ fuere, pro ampliſſimis hodie ſolo Hiſtoricorum beneficio commendantur. Romanorum vero (quos unos dignos fuiſſe qui totum terrarum orbem imperio regerent, nemo diffitetur) quis hoc tempore, præſertim poſt varias barbarorum in Italum nomen conſpirationes, meminiſſet, niſi in ſcriptoribus adhuc viverent? Quocirca cum duæ olim linguæ celeberrimæ fuerint, Græca ſcilicet ac Latina, quãvis Græci primas ſibi in aliquibus ſcientiis merito vendicent, in poëſi tamen, oratoria arte, & hiſtoria vel Græcis pares, vel non admodum inferiores Latini fuere: tametſi in hoc illis ceſſerunt, quod noſtros, quales quantique ſunt, effecere: quando & optimos Poëtas habuimus, & Oratores abſolutiſſimos, Hiſtoricos vero nullis ſecundos: qui quidem omnes divina (ut arbitror) providentia eadem fere ætate floruere, nempe in qua Latinam linguam florentem, atque adeo exactam fuiſſe novimus: nimirum ut qui Græcos alioſque omnes imperii magnitudine, reique bellicæ gloria longe poſt ſe reliquerant, domi haberent, quorum ſcripta poſt militares pulveres in manus ſumerent, quorum voces in foro & concionibus audirent, quorum denique opera tantarum rerum monumenta ſcriptis conſecrarentur. Sed Fortuna, quæ in rebus humanis plurimum poteſt, quæque nihil unquam inter mortales perpetuum eſſe voluit, cum res Romanas ad ſummum extuliſſet, cum terrarum caput Romæ collocaſſet, eandem urbem ſummis calamitatibus miſeriiſque afficere, ac in infimum ſtatum redigere cogitavit: huic rei (niſi fallor) fundamenta jaciens cum læto rem prætextu ad Monarchiam non ſine maxima civium internecione reduxit. Enim vero poſt Julii Cæſaris Auguſtique imperium ut aliquot mediocres tolerabileſque Principes Romanæ rei præfuerint, quæ tamen Romæ ſemper portenta viſa ſunt? Quibus monſtris ex infimo plerunque loco, ex ultimis terrarum partibus accerſitis Romani imperii Majeſtas credita eſt? Cum Scythas, Aſſyrios, Pœnos, Thraces, ſi quid hujuſmodi peſtium erat, per militares tumultus ad moderandas Reipublic. habenas admotos fuiſſe nemo ignoret? Quod ſi quis ambigat, quiſnam exitus tales tantaſq; miſerias exceperit: quorſum tandem tam funeſta infeliciaq; bella eruperint: is ſciat, eundem Romanæ urbis finem, qui & aliarum civitatum fuiſſe, ut poſt diverſas Barbarorum colluviones, poſt immundam Gothorum, Vandalorumque inundationem, nobiliſſima illa orbis terrarum caput Roma, quæ tam ſtrenuos Duces ediderat, tot cives fortiſſimos aluerat, tot divina ingenia procrearat, ferro demum, incendiiſque fuerit abſumpta. Qua in re quantum jacturæ fecerimus, abunde nimirum hæc tempora oſtendunt. Divitias enim omnes, aurum, argentum, gemmas, margaritas, ſigna elegantiſſima, ædificia, quæ non hominum, ſed Deorum manibus facta fuiſſe, ex ipſis ruinis videri poſſint, &, quod maximum fuerat, linguam Latinam, cujus candor, elegantiaque, quamvis ab Auguſti ſæculo cum imperio ad occaſum vergere cœpiſſet, qualiſcumque tamen ad illa uſque tempora duraverat, penitus amiſimus: & quæ authores ipſi nec ferro, nec flamma, nec

ma, nec vetuſtate aboleri poſſe prædicarant, ferro (quis crederet?) & flamma & vetuſtate ſunt abolita. Sed nihil eſt quod hac in re prorſus admiremur. Qui enim Romanum nomen omnino extinctum volebant, hoc demum pacto voti ſibi compotes fieri poſſe videbantur, ſi Latinorum ſcriptis undique conquiſitis, barbarum quidpiam interminantes, ſacrilegas manus in illis comburendis inficerent. Quale, Dii boni! quantùmve facinus? Unde obſecro immanes belluæ tantum odii in Italum nomen conceperant? num ut acceptas injurias ulciſcerentur? atqui nullos illis ſanctius victis imperitaſſe, nullos in ſubditos clementiores fuiſſe, nullos in remittendis inviidiis faciliores extitiſſe, nullos denique amicos ac ſocios melius defendiſſe legimus. Quæ tamen hominum eſt vecordia, Latinum nomen pro viribus extinguere, ac ad inferos etiam, ſi flecti poſſet, detrudere conati ſunt, ingentia urbis ædificia, vel ſolo æquantes, vel deformantes, cultiſſimaque noſtrorum ſcripta igni concremantes. Sed nimirum illa ipſa fortuna, quæ talia monſtra in Romanam calamitatem armaverat, non multo poſt tempore prodigia eadem, quibus tota Italia referta erat, ex hominum numero ita eraſit, ut non modo nullum eorum veſtigium ſuperſit, ſed vix conjicere poſſimus, ubi orti fuerint, unde olim emanarint: ac poſt multa tempora Latinam linguam tamdiu ſopitam in libertatem aſſerere, lucique reſtituere voluit: commodiſſime hoc ſucceſſurum rata, ſi nonnulla veterum ſcriptorum exemplaria à ſitu vendicaret, & homines aliquot ſumma laude dignos in iis inveſtigandis diligentiſſimos compararet. Quo tempore iterum mihi nata videtur Latina lingua, iterum incrementa ſumpſiſſe, donec ad noſtra minime pœnitenda tempora ventum erat, quibus ea per omnem Europam fuſa, certam ſpem omnibus priſtinam, veteremque elegantiam recuperandi dabat, niſi tot ſe illi incommoda, velut data opera, opponerent, ut (abſit invidia verbo!) præſtiterit, perpetuo ſopitam fuiſſe; præſertim cum ex tot optimorum librorum millibus pauciſſimi ad nos, iique tam mendoſi ac laceri pervenerint, ut plus laboris ſubiturus ſit, qui illos expurgare velit, quam ipſi forte olim authores. Nullum enim vere antiquorum ſcriptum ad nos evaſit, cui vel plurima non deſint, vel quæ ſuperſunt, ita ſint immutata, ut ſine Oedipo conjectore intelligi non valeant. quorum utrum ſit magis dolendum, vix quiſquam dignoſcere queat! ſiquidem cum ex Marci Tullii operibus fere optima quæque deſiderentur, cum ex Criſpi Salluſtii ſcriptis innumera, cum Titi Livii pœne omnia, & aliorum infinita amiſerimus, non minimam etiam illorum jacturam fecimus, qui vel Tragœdiam vel Comœdiam ſcripſere. nam ex antiquis Tragicis nihil habemus omnino. Senecæ aliqua circumferuntur, vix tamen plurimorum judicio digna, quæ legantur. Ex Comicis vix duo ſuperſunt; quorum alterius opera, quamvis omnia, corrupta tamen, mutilataque extant, alterius quota pars adeo mendoſa, ut nemo eruditus tantum incommodi æquo animo præferre valeat. Quorum utrique cum gratulari plurimum deberemus, quod ex tanta rerum colluvie, totque tempeſtatibus ſe ad nos receperint, illos contra deprimimus, atq; ingrato in illos animos animo ſumus. Dum n. aliquid nos in litteris profeciſſe oſtentare volumus, dum aliquo nos judicio præditos eſſe omnibus palam facere ſtudemus, unuſquiſq; ſibi optimos ſcriptores vel probandi licentiam impune attribuit. Quo fit, ut cum pauci ad nos evaſerint, pauciſſimos per noſtram amentiam illos facere nitamur, quam inique quamve petulanter, non dico. Quotus n. quiſque hodie vivit, qui non ſibi cenſuram in ſcriptores, quaſi à Diis immortalibus demandatam arbitretur? Ut n. de aliquibus toleretur judicium, quiſnam hoc tempore de Cicerone, Livio, Salluſtio, Terentio, Varrone, Cornelio Celſo, Plauto, Terentio, Vergilio, Horatio, Lucretio, Ovidio, Catullo, Tibullo Propertio, cæteriſque ſimilibus aliquid in ſiniſtram partem ſine magno ſcelere decernere audeat? quorum ſcripta orbi probatiſſima ſemper fuere, & à nullo adhuc ſatis digne laudata? Sed ſunt & præter hos, qui alia ætate floruere, ex quorum numero ſunt Seneca, Quintilianus, uterque Plinius, Suetonius Tranquillus, Cornelius Tacitus: Poëtæ vero Lucanus, Perſius, Val. Martialis, Statius, Juvenalis, Val. Flaccus, Silius Italicus, & poſt hos Auſonius Gallus, & Cl.

& Cl. Claudianus, aliique quos brevitatis cauſa prætereo, quibus mehercule quid objicere poſſint non video, niſi quod duriores aliquatenus eorum plerique fuerint: Nam vel Quintiliano aſtipulante priſcam felicitatem, & lene (ut ita dicam) ſcribendi genus amiſerant. Hos tamen plurimum authoritatis in his, quæ ad linguæ latinæ proprietatem ſpectant, habere ex hoc intelligimus, quæ qui de illa ultimo loco ſcripſere iſtorum exemplis plerumque fulciuntur. Sed deſiderent ſane in iis aliquid, quos in ſecunda claſſe poſuimus: quamvis temporum vitia hominibus objiciant: illos certe qui feliciſſimi ac aurei plane ſæculi ſcriptores pro ſuo arbitratu maxime cavillantur, quis non adverſa Minerva natos exiſtimet? Quis non rideat homunculorum quorundam ſtuporem, qui tanta ſunt impudentia, ut Ciceronem, qui non eloquentis, ſed eloquentiæ ſibi nomen comparavit, quique non Latinos modo, ſed Græcos omnes plurimorum judicio ſuperavit, pravæ latinitatis accuſent? & Vergilium, cujus tanta eſt inter Latinos authoritas, ut nec laudibus cujuſquam augeri, nec vituperatione imminui queat, tanquam improprie loquutum, in jus rapiant! At quonam ſub judice? ſub ſeſquibarbaro aliquo, & balbutiente grammaticulo, pannis, annis, pulvere, ſituque obſito, & uſque ad faſtidium contentioſo. Quid? quod à Livio, Cæſare, ac Salluſtio plerique abſtinent, ne ſermonis elegantiam aut proprietatem corrumpant? Ita fit, ut dum qualemcunque linguam habere poſſe ſperabamus, nullam prorſus tenere poſſimus. Sed ut ſint iſti maxime vituperandi, quodnam condignum in eos ſupplicium excogitari poteſt, qui Rom. linguam, nullo ſcriptorum habito diſcrimine, peſſundant? Non defuit enim qui ſuperioribus annis in libello quodam, de fructu qui ex literis percipitur, miris modis in Romanos omnes, velut è plauſtro, debacchatus fuerit, dum Ciceronem improbat, Vergilium rejicit, Herodotique ſe aut Tucydidis pagellam pluris, quam Latinos omnes Hiſtoricos facere ingenue fatetur. O prava ſæculi judicia! quis tam ventoſum Drancem ferre queat? quis non dicat verius illi, quicunque eſt, & fuiſſe, & eſſe Deos iratos? Ac ne quid ad malitiam deeſſet, Marullus Bizantius tam audacter de Latinis Poëtis judicium fecit, ut ſi quem præter ſex, quos ipſe recenſet, Poëtæ nomine inſignias, oneres illorum numerum, quam honores, verius: de cujus ſtupiditate paullo poſt viderimus, cum aliqua etiam de iis verba faciemus, qui nec Græcam linguam, nec Latinam probant: ſed unica nos vulgari, quę tonſoribus ac ſalſamentariis eſt promiſcua, contentos eſſe autumant. Itaque ut ad pravam judiciorum rationem redeamus, cum varii de ſcriptoribus optimis decernant, hoc uno nemo vel mediocriter eruditus non commoveri debet, quod cum aliqui ſolum Terentium petulantiſſime amplectantur, eo rem redegerint, ut M. Accium Plautum de lingua Roman. optime meritum, cujus ore Muſas locutas fuiſſe haud dubie cognoſcimus, quove neſcio an alius quiſpiam Latinæ linguæ magis profuerit, tanquam barbarum ex omnibus Academiis ejectum, exulare compellunt, quem antiquis omnibus hactenus probatum fuiſſe ſcimus, ut quo ſemper doctiores fuerint, eo impenſius Plautum laudarint: cum contra hoc tempore, quo nihil non impune & dicere & facere licet, alias alii calumnias in hunc unum congerant, & tunc maxime orbi ſe placituros ſperent, cum de hoc poëta peſſime pronunciarint. Quod ut hic in Terentium amor, hoc laudis Terentianæ ſtudium aliquibus condonari poſſit, ita ne demum illius authoritatem ſarctam tectamque eſſe arbitrantur, ſi Plautina majeſtas omnino depreſſa fuerit? Falluntur plane, illique ipſi quam futilibus nitantur argumentis, quam nullis omnino de cauſis in Plautum invehantur palam faciunt, ex omnibus enim quam Plauto maledicunt, vix unum aut alterum eſt reperire, qui non à Plautina lectione, velut à Nemæo leone abſtinuerit: quo fit, ut eum hoſtem habeant, quem nunquam viderint: illiuſque adeo ſcripta contemnant, quorum ne verbum quidem unquam legerint. Atqui tolerari hoc utcunque poterat, ſi ſecum quiſque judicium habuiſſet potius, quam omnibus illud à furno lacuque redeuntibus impertiſſet. Libellus enim nuper in Plautum editus fuit, in fronte ipſius Terentii operum collocatus, ut nemo tantis maledictis teſtis non adhiberetur, ex hominumq; mentibus

Plautinæ

Plautinæ fabulæ prorſus expungerentur. Quæ tamen ſolo calumniandi ſtudio omnibus dicta videri poſſe, validiſſimis admonemur exemplis. cum nullum unquam ſcriptum tam abſolutum, tam ex omni parte beatum fuiſſe ſciamus, quod à calumniis, ſubſannationibuſque fuerit immune: Siquidem, ut Græcos miſſos faciamus, in Vergilium ſummum Poëtam Critici linguas ſtringere auſi ſunt: & à Carbilio pictore, nebulonum omnium citra controverſiam principe, liber infando titulo Vergilio Maſtix inſcriptus, editus fuit: & alii plærique: ſed Phavorinus, ac Macrobius cum primis multa itidem tanquam vitia illi objecere, quos tamen invidia, vel imperitia potius, quam veritatis habendæ gratia motos fuiſſe multa indicant. Quandoquidem Aſconius Prædianus librum olim in Maronis calumniatores edidit, Serviuſque Honoratus multis in locis Poëtam defendit, & Joannes Pontanus vir nunquam ſatis laudatus, in elegantiſſimo dialogo, qui Antonius inſcribitur, copioſe oſtendit, illos reprehendere, quod plane non intelligunt. Nonne autem & Salluſtio objectum eſt, quod nimis eſſet antiquitatis amator? Nonne in Tito Livio, qui lacteo (ut Divus Hieronymus ait) eloquentiæ fonte manat, Aſinius Pollio quandam ſe Patavinitatem deprehendiſſe ajebat? qui tamen, ſi Diis placet, cum æquali ſuo Calvo Licinio Arpinatem (ut ita dicam) in Marco Tullio Romanæ eloquentiæ perenni fonte cognovit, modo languidum illum, modo Aſiaticum neſcio quid redolere prædicans: quod tamen utinam aut oſtendere potuiſſet, aut è Romanis alium quempiam Ciceroni opponere. Nonne Terentius Varro, vir undecunque doctiſſimus ab impuro Palæmone *Porcus* vocitatus fuit? Quid quod nec Terentius Afer cavillos vitarit? Multi enim, Ælio Donato referente, acerbiſſime illum exagitarunt, dum vim Comicam ab eo minime redditam aſſeruere: dum ad Lælium aut Africanum ejus ſcripta retulerunt? dum Hecyram ſæpe excluſam, vix demum agi potuiſſe illi exprobrarunt: quod & author ipſe minime diffitetur, præſtari hoc à ſe ſatius quam ab aliis divulgari ratus. Non itaque quod miremur, his temporibus inventum fuiſſe, qui priſcam revocans mordacitatem, in tam elegantem, tamque Latinum Poëtam debaccharetur, fretus (niſi fallor) Laurentii Vallenſis exemplo, qui cum de linguæ Latinæ elegantia ac proprietate ſcripſerit, eos præcipue carpere auſus eſt, à quibus in quamvis partem exempla ſumere debuit, Vergilium nempe ac Ciceronem: quod quidem utrum ſit ferendum, ex eo dignoſcere poſſumus, quod plus prope Fabio Quintiliano, quam ipſi Marco Tullio tribuerit: quam vero inique, quis non videt? cum & de arte hic & ex arte abſolutiſſime ſcripſerit: ille autem de arte tantum, ut eruditiſſime, ita quod ad phraſin ſpectat, duriuſcule, minuſque feliciter. Quocirca contra ipſius Vallæ ſententiam nemo eruditus non fatetur, plus fidei C. Cæſari, Salluſtio, Livio, ſimilibuſque, quam ipſi Quintiliano in latinitate adhibendum eſſe: qui tamen in iis, quæ ad eruditionem doctrinamque & judicium attinent, nemini forte ſecundus extitit. Sed ſint iſta hujuſmodi: cum Plauti ſcripta hactenus tuta fuerint, nuper autem non defuerit, qui unus plus antiquis omnibus viderit: cornicumque (ut ajunt) oculos confixerit, cuperem equidem tam elegantem Poëtam condignum patronum invenire potuiſſe, ne hæc mihi provincia parum exercitato foret ſubeunda.

Cæterum omnes fere perſuaſum habent, ut nefas eſſe Plautum in Bibliotheca habere, tantum abeſt, ut ex eo numero Plauti defenſorem habere poſſe ſperemus. Tanta igitur indignitate motus, & Satyrico percitus verſiculo, quod eſt,

Si natura negat, facit indignatio verſum:

non potui iſtorum errorem ſilentio involutum ſinere, ſed cavillos Plauto objectos diluere ſtatui: non eo pacto, quo alii plærique conſuevere, qui mihi non aliter Terentium laudare poſſe viſi ſunt, niſi Plautum continuo deprimerent, transverſoque calamo, ſi fieri poſſet, ſignatum relinquerent. Ut enim ab iis non mediocriter eſt erratum, ita eandem in foveam mihi eſſet incidendum; qui Terentium quidem nunquam ſciam improbatum, quamvis ab antiquis non Terentio palma de Comico ſed Cœlio nemine diſcrepante fuerit delata quem Horatius Flaccus Latinos omnes gravitate viciſſe aſſeverat. Hoc autem minime prætermittendum eſt, quod qui omnia Terentio

Terentio

Terentio deferunt, abſque aliquo id majorum documento facere ſint auſi Si quis enim ex Latinis ſcriptoribus Poëtas, Oratores, Hiſtoricos, tum Græcos, tum Latinos excuſſit, eum fuiſſe Marcum Fabium Quintilanum nemo ambigit: Siquidem ita erudite, ita ſine invidia de omnibus judicium fecit, ut merito, illum aliqui Romanum Ariſtarchum vocitarint. Is inquam Quintilianus in decimo Oratoriarum inſtitutionum libro, ubi de copia verborum exquiſitiſſime differit, qui in quoque genere vel Græci vel Latini præſtiterint, conſtantiſſime aſſeverat: Homero de Heroicis, Pindaro de Lyricis, Demoſtheni ex Oratoribus palmam ſtatuit: de Sophocle, & Euripide injudicatum relinquit. In antiqua Comœdia Eupolim, Cratinum & Ariſtophanem præcipuos aſſerit: in nova Menandrum omnibus præfert: In hiſtoria vel pares Thucydidem & Herodotum, vel parem pene laudem conſecutos innuit. Rurſus in Latinis Heroicis Vergilium præcipue celebrat, in Lyricis unum Horatium, in Elegia Tibullum omnibus anteponit, & oratoribus Ciceronem: In Hiſtoria pares facit Livium & Salluſtium. Si vidiſſet Hercle, quod iſti Lynceo perſpicaciores primi animadverterunt, Plautum omnibus in rebus eſſe Terentio inferiorem, cæteros omnes excludere, ac unum Terentium commendare non dubitaſſet. Sed quid ait, obſecro? *In Comœdia*, inquit, *maxime claudicamus*, *licet Varro Muſas Ælii Stilonis ſententia Plautino dicat ſermone locuturos fuiſſe, ſi Latine loqui vellent. licet Cæcilium veteres laudibus ferant, licet Terentii ſcripta ad Scipionem Africanum referantur, quæ tamen ſunt in hoc genere elegantiſſima, & plus adhuc habitura gratiæ, ſi intra trimetros ſtetiſſent.*

Nonne his verbis fatetur ſe non videre Quintilianus, cur Plautus ac Cæcilius explodantur, unuſque Terentius admittatur? Sed dixerit mihi hoc in loco quiſpiam: *Elegantiſſima* vocavit in hoc genere Terentii ſcripta. Quid tum? non comparative dixit *omnium elegantiſſima*: ſed *elegantiſſima* tantum. Eodem nempe modo, ſi de Romanis Imperatoribus loquamur, nihil vetabit fortiſſimum Julium Cæſarem, fortiſſimum Cn. Pompeium, fortiſſimos Scipiones, fortiſſimum item M. Marcellum & alios complures recte vocare. At ſi Julium Cæſ. Romanorum omnium Imperatorum fortiſſimum fuiſſe dicamus, tunc eminentiſſimum illi gradum, excluſis ab ea præſtantia reliquis omnibus, tribuemus. Idcirco maximum eſt hoc pro Plauto ex Quintiliani judicio argumentum à majoribus edocti, quorum nemo unquam de hoc Poeta non optime ſenſit.

Sed videamus tandem, quidnam detrectatores iſti Plauto objiciant, quanam de cauſa tanti Poëtæ ſcripta peſſundent. Audire porro illorum voces gregatim clamantium videor. Quis legat, inquiunt, antiquiſſimæ Poëtæ fabulas, in quibus plurimis verbis, vel obſoletis, vel obſcuris offendere? quid poteſt omnino fructus ex ipſius lectione percipi? quin potius Terentium amplectimur, qui Latina omnia caſte operi ſuo interpoſuit? Atqui, per Deos immortales! illi mihi immundi, obſiti, obſcuri, & obſoleti videntur, qui hoc immerenti Plauto vitio vertunt, non intelligentes, quæ obſcuriora ſunt, temporum culpa iniquitateque eſſe depravata, & proinde mentibus noſtris minime pervia: Illa autem, quæ in uſu eſſe deſierunt, non Plauti vitium, ſed ætatis uſuſque fuiſſe. *Quem penes* (ut inquit Horatius) *arbitrium eſt & vis & norma loquendi.*

Quod ſi quis me doceat verba illa, quæ Terentii primo, deinde Ciceronis ætate à conſuetudine (quæ Quintiliano teſte, nihil eſt aliud; quam eruditorum conſenſus) fuerant ſublata, Plautino tempore optima, puriſſimaque non fuiſſe, tunc ne verbum quidem commutabo, quin Plautum omnium Comicorum infimum fuiſſe concedam.

Sin, quod in hoc ſummum eſt peccatum, non hominis vitium, ſed ætatis fuit, quæ vero maxima eſt Terentii laus, ſæculo magis, quam homini accepta referri debet, hic minimum gloriæ meritus videri debet: ille porro tantum, quantũ nulla unquam annorum ſeries delere poterit.

Ut autem nimis longum eſſet, ſingula diligentius perpendere, ita operæ pretium fuerit, ex unica re de aliis omnibus conjicere.

Igitur *facere contumeliam* Plauti temporibus in uſu erat. Terentius, Plautina Simia, ſicut

alia fere omnia hanc quoque dicendi formulam, mutuo à Plauto ſumptam, ſuis operibus non ſemel interſeruit, quippe quæ adhuc in uſu eſſet. Ea tamen cum poſt aliquot annos obelo eſſet expuncta, quam infeliciter M. Antonius uſus fuerit, tertia nos M. Tullii Philippica edocet. *Quid eſt porro*, inquit Cicero, *facere contumeliam? quis ſic loquitur?* Et inferius: *Nonne ſatius eſt mutum eſſe, quam quod nemo intelligat dicere?*

Hoc igitur, ſi Terentio quiſquam quaſi minus Latinum objiciat, is in craſſo ſe aere & vervecum patria natum fateatur oportet. Nec minus ridiculum ſe exhibebit, qui alias dicendi formulas, à quibus Ciceronis ætas abſtinuit, in Plauto damnare voluerit.

Sed aliquis hic mihi reſpondebit: Utcumque hæc fuerint, non nunc agimus, cujus fuerit hoc vitium: ſed quiſnam nobis hoc tempore magis prodeſſe queat, quiſnam ad Latinæ linguæ elegantiam magis conferre. Non equidem ſubterfugiam, & in hac re quid ſentiam, ingenue profiteri: tantundem quippe fructus ex ſex Plauti Comœdiis, quantum ex integro Terentio commodiſſime percipi poſſe: nec me fallit adeo, quantas in me turbas, quantoſque clamores ſim excitaturus, nonnullis perverſum mihi ſenſum, atque à veritate ſepoſitum eſſe dicentibus, quæ tamen æquiore animo feram, dum incorruptos ſortiar judices, penes quos non multorum adclamatio, ſed ipſius rei veritas ſit valitura. Si n. in Plautinis fabulis ab iis abſtineas, quæ vel pueri minus eſſe in uſu dignoſcunt, quid aliis, quæ infinita ſunt, doctius, altius, abſolutius, eruditius, latinius denique excogitari, nedum dici poteſt? Quid eſt, quæ in hoc authore ſedatus Lector extra illum in theatro concitati vulgi plauſum non probare poſſit? nam & hoc quoque ad rem maxime faciens inſpiciendum eſſe reor, quiſnam iſtorum plus utilitatis Latinæ linguæ attulerit, qua in re longe mihi videtur Plauto inferior Terentius, qui ſi pauca eleganter ſcripſit, ille quidem multo plura æque eleganter, ne dicam elegantiſſime: hic ſex tantum fabulas perlepide quidem, at ille innumeras perlepide, ne dicam lepidiſſime edidit, cum tanta ſcilicet admiratione, ut exiguo temporis intervallo infinitæ prope fabulæ Plauti nomine in lucem datæ fuerint, arbitrantibus iis, qui ſcripta illa ſupponebant, tantam eſſe Plauti majeſtatem, ut nunc demum fabulæ dignæ videri poſſent, quæ poſcerentur, ſpectatæque reponerentur, cum Plautino nomine adumbratæ prodirent.

Ac ne quis mihi in hoc loco objiciat, facilius fuiſſe Plauti, quam Terentii fabulas imitari, quia ſcilicet, ſi quid pro Terentiano editum eſſet, nemini perſuaderi potuiſſet, Terentii illud eſſe; plurimos olim verſus inter Homeri Poëtarum principis carmina à diverſis infertos fuiſſe intelligere debemus: quæ tamen Piſiſtrati Athenienſium Tyranni beneficio, Ariſtarchi autem Alexandrini opera, à ſuppoſititiis ſegregata fuere, tantum hac in re laudis aſſecuti, ut ille demum Homeri verſus haberetur, qui Ariſtarcho placuiſſet. In Vergilianis præterea divinis plane operibus ſuppoſititios aliquos verſus comperimus: & plurima Ciceronis nomine ſunt edita, quæ tamen Ciceronis minime fuere: ex quibus quo præſtantiores viri ſemper fuerint, eo plura illorum nomine ſcribi ſolita fuiſſe, luce clarius apparet. Ne tamen & ſuus Plauto deeſſet Ariſtarchus, Terentius Varro, quo nemo unquam nec apud Græcos, nec apud Latinos doctior fuit, genuinas fabulas ab adulterinis ſecrevit, ne quid ſcilicet tanto Poëtæ & aliorum imperitia objici poſſet, Gellio teſte, qui in Varronis libris de Plautinis Comœdiis hoc quoque ſcriptum fuiſſe refert, Plautium fuiſſe quempiam Comœdiarum ſcriptorem, cujus quoniam fabulæ Plautii inſcriptæ forent, acceptas eſſe quaſi Plautinas, cum eſſent non à Plauto Plautinæ: ſed à Plautio Plautianæ. Feruntur autem ſub Plauti nomine Comœdiæ circiter centum atque triginta: ſed homo eruditiſſimus Lælius quinque & viginti eſſe ejus ſolas exiſtimavit. Quæ n. de aliis fabulis à Terentio in Latinum ſermonem ex Menandro verſis commentantur, mera ſunt nugamenta: nam nec illas quiſpiam vidit, aut legit unquam, nec Donatus Terentii interpres aſſerere audet, referat licet, Q. Coſetium dicere ſolitum fuiſſe redeuntem è Græcia Terentium in mari cum centum & octo fabulis à Menandro converſis periiſſe.

Quæ

Quæ cum ita ſe habeant, nemo non dignoſcit, aliud eſſe optimis rationibus Poëtas improbare, aliud ſola maledicēdi tentigine chartas oblinere.

Nec illud prætermittendum duco, verſus omnes ſententiaſque, quas Terentius multas à Plauto ſumſit, eiſdem verbis, ne immutata quidem ſyllaba, aut tranſpoſita, redditos fuiſſe. Unde obſecro, niſi quod melius, latinius, candidius, aut appoſitius dici non potuerat? Imo ſi quis diligentius rem expendere cupit, Terentium non inconſulto eam tantum partem, quæ ad proprietatem pertinet, ſectatum fuiſſe judicabit, quippe qui minus aptum ſe ad alias Plauti virtutes, quæ majoris ponderis eſſe debent, aſſequendas cognoſceret. Nam eruditionem, inventionem, diſpoſitionem, gravitatem, vim comicam, & robur quoddam viro dignum in Plauto copioſiſſime deprehendas: in Terentio non item: in quo cum omnia pervolveris, nihil unquam aliud, quam proprietatem laudatam comperies.

Quid vero quod per Plautum nihil, quod ſit in rerum natura, non optime Latinis verbis exprimere poſſis? cum contra in Terentio tam paucis apta accommodataque reperiamus, ut tacendum ſit nobis ſæpenumero, ſi unum Terentium legamus? Idcirco judicium Volcatii Sedigiti de Latinis Comicis non tam mihi abſurdum, quam aliquibus videtur: ſed dignum potius, quæ tanquam oraculum in omnium Terentii exemplarium veſtibulo collocetur: animadvertit enim graviſſimus diligentiſſimuſque Sedigitus, eos qui plurimis virtutibus excelluerant, eſſe anteponendos. Cum itaque antiquiores Comici abunde omnia exacteq; præſtitiſſent, in aliis omnibus ſummi fuiſſent, Terentius autem unica tantum proprietate valuerit, merito palmam Cæcilio delatam eſſe, Plauto ſecundum locum datum, tertium Nævio, Licinio quartum, quintum Attilio, ſextum demum Terentio credamus.

Nec moveor ſane, quod Cicero malum Latinitatis autorem Cæcilium vocarit, aut durum Licinium: eodem namque ſpectat: nec aliud in illis poterat improbare. Hoc a. tempori, non hominibus, vitio vertendum eſſe, à Quintiliano edocemur, qui in hac quoque parte Tragœdiæ ſcriptores his verbis excuſat. *Tragœdiæ ſcriptores*, inquit ille, *Accius atque Pacuvius clariſſimi gravitate ſententiarum, verborumque pondere & authoritate perſonarum: cæterum nitor & ſumma excolendis operibus manus videri poteſt temporibus, quam ipſis defuiſſe.* Non eſt ergo, cur Volcatium tantopere inſectemur, quem optimum Poëtam & Cajo Plinio probatiſſimum fuiſſe ſcimus, ſi tale de Comicis judicium fecit: nec error fuit eorum, qui verſibus illis plurimum tribuere. Quid? ſolus ne Volcat. de Plauto bene ſenſerat? unusne Volcatius aliquid Plauto contra omnium ſententiam tribuit? Minime. Sed & Ælius ante illum Stilo *Muſas, ſi Latine loqui vellent, Plautino dixerat ſermone fuiſſe locuturas*: & ex ejus ſententia Terentius Varro, vir eruditiſſimus Latinæ linguæ, omnis antiquitatis, rerumque Græcarum ac noſtrarum peritiſſimus, idem aſſeruit: qui tamen & Plauti ſcripta & Terentii legerat, nec tot errores, tot vitia in Plauto deprehenderat. Nonne & Aulus Gellius maximi judicii vir, *Plautum linguæ atque elegantiæ Latinæ parentem* appellat? Nonne & Servius Honoratus, diligentiſſimus celeberrimuſque Virgilii interpres, his verbis de Comicis noſtris judicium fecit? *Sciendum tamen eſt*, inquit ille, *Terentium propter ſolam proprietatem omnibus Comicis eſſe præpoſitum, quibus eſt, quantum ad cætera ſpectat, inferior, ſi non & aliæ partes multo majores in Comico Poëta requiruntur?* Iccirco qui Volcatii Sedigiti, quicunque ille fuit, judicium improbarit, is ſciat, ſe antiquorum omnium & iſtorum nominatim ſententiam damnare, qui libere faſſi, non videre ſe, cur probato uno Terentio, reliquos omnes excludamus.

Nec eſt quæ reclamet hic mihi quiſpiam, Varronem non quæ ita ſenſerit, pronunciaſſe, ſed ut Stilonis ſententiam tantum oſtenderet. Si quis n. ingenuum puerum laudans Vergiliano hemiſticho alloquatur (hoc eſt, *Macte nova virtute puer*) non ideo faciet, quod Vergilii ſententiam ea in re velit explicare, ſed quod illa verba ad laudandum puerum maxime convenientia arbitratur: in quibus tamen idem ſentit de puero, qui cum loquitur, quod de Aſcanio apud Vergilium Apollo. Eodem nempe modo cum Plautum Varro laudare vellet, Ælii ſe Stilonis verbis id

commodiſſime facere poſſe ratus eſt. Neque hoc mirum cuiquam debet videri, cum ſummam idem Varro, ut diximus, diligentiam in dignoſcendis Plauti ſcriptis adhibuerit; quod etiam ſatis aperte à Gellio edocemur, qui hæc quoque verba ex Varronis libris excerpta recenſet. *Nam nec Gemini*, ait Varro; *nec Leones, nec Cordolium, nec Anus Plauti, nec Bis compreſſa, nec Bœotia unquam fuit, neque ἄγροικος, neque Commorientes, ſed Marci Accutici.* Ridiculum vero eſt, quod nonnulli quā minimum fidei hac in re Varroni tribuendum eſſe ſentiunt: nempe quod Poëticæ artis imperitus, non apte de Poëtis judicare poteſt. Deridebimus n. M. Tullium, quod Homerum aliosque Poetas laudarit, qui eorum virtutes dignoſcere nequiverit. Ariſtotelē porro damnabimus, quod de arte Poëtica exquiſitiſſime ſcripſerit, ex arte nihil prorſus. Nimirum limites prætergreſſus eſt Quintilianus, qui Rhetor de Poetis judicium fecerit, quorum provinciam ne attigerat quidem. O etiam atque etiam ſupinum Horatium! qui nos Comœdiæ Tragœdiæque virtutes docuerit, cum nec Tragœdiam ipſe, nec Comœdiam adeo ſcripſerit: ſed his ſe verſiculis tutatur Horatius:

Ego fungar, inquit, *vice cotis, acutum*
Reddere quæ ferrum valet; exors ipſa ſecandi:
Munus & officium nil ſcribens ipſe docebo.

Tum quod ad Varronem attinet, quis neſcit *Satyras* eum ſcripſiſſe, quas & *Menippeas* vocavit?

Atqui dixerit quiſpiam: Quid tu? Si quid ad Plauti laudes ſpectat, in medium adducis: ſi quid illi adverſatur, prorſus omittis. Audi obſecro quid de tuo Plauto in arte Poetica ſenſerit Horatius, qui acerrimo inter Latinos Poetas judicio fuit, quoque nemo melius vetuſtiores Poëtas excuſſit. At is de Plauto ſic.

At noſtri proavi Plautinos & nummeros, &
Laudavere ſales: nimium patienter utrunque
Ne dicam ſtulte mirati, ſi modo ego & vos
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimumque modum digitis callemus & aure.

Imo ſi ipſe potius non magis his verſiculis Plauti, quam Terentii dignitatem imminui oſtendero, nihil omnino erit reliqui, quod vobis adverſetur. Verum antequam id facio, minime prætermittendum eſſe duco, quid plærique de Horatio ſentiunt, iniquum ſcilicet in antiquiores Poetas judicem illum fuiſſe, vel quod Latinæ linguæ proprietatem ob temporum duritiem non plene reddidiſſent vel (quod magis crediderim) quia ſui temporis homines nullos niſi antiquos optimos Poetas fuiſſe cenſebant, nihilque proinde legi dignum, niſi quod Libitina ſacraſſet: qua de re multis in locis, ſed in epiſtola præcipue ad Auguſtum Cæſarem copioſe agit: hac potiſſimum rationè innixus, quod ſi antiquiores, quorum temporibus Cæcilius, aliique floruere, idcirco illorum ſcripta rejeciſſent, quia antiqua non eſſent, nihil omnino ad poſteros pertranſire potuiſſet. Quicquid enim antiquum eſt, recens aliquando fuiſſe oportet, vel ſi de Homero Heſiodoque qui omnium Poetarum antiquiſſimi fuere, intelligamus: quæ tamen ratio minime erat aſpernanda, dum ne quid majoribus per eam fieret injuriæ. Is itaque Horatius de Lucilio Satyrarum ſcriptore peſſime ſenſit, modo illum *luculentum fluere* dicens, & *habere quod tollere velles*, modo illius *verſus incompoſito pede currere* affirmans, nunc *garrulum pigrumque recte ſcribendi laborem ferre*, idque non ſemel aut obiter, ſed edita etiam ad hos Satyra, qua ſuam ſententiam tueretur, quæ tamen ab omnibus paſſim exploſa, ſed à Quintiliano præcipue rejecta eſt, ita in decimo Oratoriarum Inſtitutionum ſcribente: *Satyra quidem*, inquit, *tota noſtra eſt, in qua primus inſignem laudem adeptus eſt Lucilius, qui quoſdam ita deditos ſibi babet amatores, ut eum non ejuſdem modo operis autoribus, ſed omnibus Poetis præferre non dubitent.* Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſentio, qui Lucilium fluere lutulentum, & eſſe aliquid, quod tollere poſſis, putat: nam eruditio in eo mira, & libertas, atque inde acerbitas, & abunde ſalis. Ex quibus verbis plane colligimus, non illico probatum omnibus eſſe debere, quod ab Horatio pronunciatur.

Neque movere quemquam debet, quod idem Quintilianus terſiorem, ac magis purum in Satyra Horatium vocat: non ad linguæ tantum proprietatem, quam ob duriora tempora Lucilius reddere non potuit, eſt referendum. Juvenalis certe Satyricorum haud dubie princeps, non lutulentum

tulentum vocat *Lucilium*, ſed *magnum Auruncæ alumnum*, ejuſque vehementiam ſic inquiens, admiratur:

Enſe velut ſtricto quoties Lucilius ardens
Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens eſt
Criminibus.

Quid vero, quod & Plauti calumniator ejuſdem Horatii de Latinis Poëtis judicium improbat? Non erat hercle, cur tantum hujus Poëtæ de Plauto ſententiæ tribueret, niſi nos docere vellet, non protinus oraculum eſſe, quod Horatio placuiſſet, qui cum Cæcilium omnes gravitate ſuperaſſe afferat, à Plauti cenſore his verbis improbatur. *Atqui*, inquit, *ne gravitate quidem video quomodo ab ullo vinci potuerit: quæcunque in Comico eſſe aut poteſt, aut debet gravitas in illo eſt. Quod ſi gravior Cæcilius, næ ille fortaſſe Comœdiæ limites ſit prætergreſſus. Quanquam n. tollat plærumque vocem Comœdia neceſſe eſt: ita tamen debet tollere, ne ullo pacto illi ad Tragœdiam adſcendendum ſit. Ob hoc ego Afranio libenter accedo, qui neminem Terentio dici poſſe ſimilem affirmat, neque cujuſquam verius judicium fuiſſe eſſe arbitrer.* hactenus ille. Quibus verbis non intelligo prorſus, quid ſibi aliud voluerit, quam Horatium non adeo fuiſſe perſpicacem, ut Tragicam gravitatem à Comica dignoſcere potuerit, dum Terentium à Cæcilio facile in hac parte vinci teſtatur. atque ab illius demum judicio, tanquam qui parum æque judicarit, diſcedens, uni Afranio aſſentitur. Eodem ſpectat, quod hos verſus C. Cæſaris eſſe negat:

Tu quoque tu in ſummis, ô dimidiate Menander,
Poneris, & merito, puri ſermonis amator:
Lenibus atque utinam ſcriptis adjuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac deſpectus parte jaceres:
Unum hoc maceror & doleo tibi deeſſe Terenti.

Sic enim inquit, *ſi modo Cæſaris ſunt illi verſus*: Licebit namque & nobis eodem pacto dicere, ſi modo Afranii eſt ille verſus, qui neminem Terentio ſimilem dici poſſe aſſerit, cum Cæſar contra non ſummum Comicorum vocarit Terentium, ſed inter ſummos poni potuiſſe aſſeveret, ſi lenibus dictis Comica vis adjuncta fuiſſet, nec in hac parte omnibus deſpectus jaceret.

Sed jam oſtendamus tandem, quonam pacto Horatiani verſus ſuperius à nobis recitati intelligi debeant. Qua in re diſpiciendum imprimis arbitror, quorſum in Plauti mentionem Horatius inciderit: ſiquidem cum Græca exemplaria nocturna diurnaque manu verſanda eſſe in præcedentibus carminibus docuiſſet, quoniam tamen ex antiquis plærique, & ex illis item, qui Horatii temporibus vivebant, Latina exemplaria, tum ad numerorum, tum ad ſalium rationem ſufficere judicabant, eum errorem Poeta diluere voluit, cum Plauti ſcripta neminem ita aſtringere debeant, ut nefas ſit latum ab illis culmum diſcedere. Quandoquidem plurimos videbat relictis Græcis exemplaribus, in Latina ſe tamen conferre: quaſi Plautus metrorum rationem ad unguem ſervaſſet, ubi Plauti nomen non pro ſolo Plauto, ſed pro omnibus Latinis Comicis eſt accipiendum, alioqui non plenus abſolutuſque Horatii ſenſus appareret. Qui n. ad unum Plautum hoc referre volet: non videt profecto in quam profundam foveam illabatur: nec enim ſolus Plautus numerorum rationem eſt aſpernatus, ſed Latini omnes Comici, & præter cæteros Terentius ipſe, ut ex Quintiliani verbis, quæ ſuperius citavimus, aperte colligitur, ubi ait, *plus gratiæ habitura fuiſſe Terentii ſcripta, ſi intra trimetros ſtetiſſent*: qui locus & metrorum rationem ab illo peſſundatam fuiſſe, & multum gratiæ Terentianis Fabellis accedere poſſe abunde oſtendit. Quid enim aliud ſibi vult ejuſdem Quintiliani præcedens ſententia, ubi inquit, *in Comœdia maxime claudicamus?* Nempe ſic claudicare dicuntur, qui pedum vitio laborant, ita & claudicare Comœdia, quod ſuis pedibus non conſtet. Nec tamen dixit: *in Comœdia maxime claudicat* Plautus, ſed, *in Comœdia claudicamus*: quæ ad Latinos omnes debet referri. Quocirca & manifeſtum eſſe reor, verſos illos nihil prorſus Plauti dignitatem imminuiſſe, ſed ex Latinis Comicis unumquemque deſignaſſe, ut Græcos non tantum ſibi licentiæ in metris præſertim deſumpſiſſe oſtenderet. Eodem modo de Plauto in Epiſtolis inquit Horat.

---- aſpice Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis Ephebi,

Ut patris attenti, leonis ut inſidioſi,

Ubi de ſolo Plauto intelligamus, nullum in reddendo perſonis decoro (quæ præcipua eſt Comicorum laus) Plauto meliorem fuiſſe fateamur oportet: ſin de illis omnibus, qui Comœdiam ſcripſere, verior erit ſenſus; præſertim cum eo in loco Comœdiam è medio & communi hominum vita ſumptam eſſe, Flaccus affirmet: quam tamen non unus Plautus, ſed Cæcilius, Licinius, Attilius, Terentius, & alii quidam ſcripſere: & ita locum hunc ſuperiori convenientem eſſe dignoſcimus.

Quanquam ita aperte hanc rem eodem in loco declaraverat Horatius, antequam ad Plauti mentionem deveniret, ut vel imperitiſſimo cuique perſpicuum eſſe poſſit, de omnibus ibi Latinis Poëtis intelligi debere, quos nimiam ſibi in pedum ratione licentiam attribuiſſe his verſiculis ſtomachatur:

Non quivis videt immodulata poëmata judex,
Et data Romanis venia eſt indigna Poëtis,
Idcircone vager? Scribamne licenter? an omnes
Viſuros peccata putem mea.

Quod ſi ſolus Plautus Romanus Poeta fuit, non ibo inficias & illum unum immodulata poemata ſcripſiſſe, ſin vero & Terentius Poëta exſtitit, & hunc quoque ibi ab Horatio reprehenſum fuiſſe credamus.

Nunc de ſalibus aliquot verba ſunt facienda, qui ſi in alio Poëta unquam commendari potuerunt, in Plauto quidem vel maxime laudati ſemper fuere. Quamobrem nec illos damnare noluit Horatius, ſed ſtupidos quoſdam, quales plerique hodie inveniuntur, qui nihil in Plauto, propter ſales; dignoſcunt, aut admirantur, omnia in ſalibus poſita eſſe arbitrantes, illumque demum eſſe Poëtæ ſcopum, ſalibus ac dicteriis poëma refertum edere: in eos itaque invehitur Horatius, non omnes Plauti ſales damnat. Quid ergo? Nihil ne eſt in Plauto, quod reprehendi queat? Nihil ne in illius ſalibus, quod carpi queat? Non equidem ita impenſe Plauto faveo, ut nihil ſcripſiſſe eum, quod aliqua ex parte reprehendi forte valeat, aſſerere auſim, ab eodem Horatio in Arte Poëtica, ita canente, doctus.

Sunt delicta tamen, quibus ignoviſſe velimus:
Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult manus & mens:
Poſcentique gravem perſæpe remittit acutum:
Nec ſemper feriet quodcunque minabitur arcus,
Verum ubi multa nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura.

Et inferius:

---- quandoque bonus dormitat Homerus.
Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

Et in Sermonibus.

Tu nihil in magno doctus reprehendis Homero?

Humanum hercle eſt errare aliquando: cum tamen multa optima præſtiterimus, Momos iſtos unius aſſis æſtimare non debemus.

Ad hæc non admodum mihi ſani videri ſolent, qui Plauto duritiem objectant, & omnes Plauti ſtudioſos duriores in ſcribendo fuiſſe prędicant: qui enim hoc ajunt, non videntur illi mihi vim Comicam, quam in Plauto ſummam eſſe omnium conſenſu ſcimus, cujuſque in Terentio ne veſtigium quidem apparet, intelligere. Quin potius verſa vice Plauti gravitatem appellant, humilitatique ac languori Terentiano lenitatis nomine blandiuntur. Nam quod proprium eſt eruditorum, ut doctiſſimi ſemper viri duriores in ſcribendo fuerint, in Plauti laudem redit, ſi eruditiſſimo cuique Plauti ſcripta ſemper arriſere.

Supereſt, ut de Affranii judicio aliqua dicamus, qui hactenus Terentium laudavit:

Terentio non ſimilem dices quempiam.

Quod tamen nihil nos movere debet, cum in ea tantum parte, quæ ad proprietatem pertinet (prout Servius quoque confitetur) neminem Terentio ſimilem dici poſſe voluerit. Quin ut illum in omnibus egregium, neminique (ut ita dixerim) imitabilem eſſe voluerit, mirari minime debemus, cum aliqui ſæpenumero adeo perverſo ſenſu fuerint, ut nullũ unquam in tam retroverſis judiciis rivalem nacti fuerint, quales nonnullos exſtitiſſe legimus, qui Lucilium Satyrarum ſcriptorem omnibus cujuſcunq; generis Poëtis, quive Menandro Philemonem, Latiniſq; Oratoribus

toribus Licinium Calvum prætulerint. Inter quos Hadrianus Cæſar, cum vetuſtiſſimum ſcribendi genus amaret, Ciceroni Catonem, Enniũ Vergilio, Salluſtio Cælium, ſatis imprudenter antepoſuit. qui ut etiam tam præpoſteri ingenii aliquod orbi monumentum relinqueret, Catacrianos libros obſcuriſſimos Antimachum imitando ſcripſit. quanquam & ante illum C. Caligula flagitioſiſſimum portentum, omniſq; ſceleris aſylum, quaſi non ſatis ſuperque in Deos homineſque ſæviſſet, de abolendis Homeri carminibus cogitaſſe dicitur, qui Vergilii Liviique ſcripta ex omnibus fere Bibliothecis amovit, quorum alterum tanquam indoctum, hebetiſq; ingenii, alterum quaſi verboſum negligentemq; in hiſtoria eodem animo lacerabat, quocum ſororibus ſuis omnibus ſtupri conſuetudinem habuit, ac Jovi Capitolino comminari auſus eſt, ſe illum *εἰς γαῖαν Δαναῶν* tranſlaturum. Nam & (ſi DIs placet!) vivunt hodie qui *Pontanum* in ſoluta oratione M. Tullio præferre non dubitent, Pliniique quam Ciceronis Epiſtolas malint, & (ſi quid hoc ad rem pertinet) *Petri Criniti* libros *de honeſta diciplina* Gellianis Noctibus anteferant: de hominum genere quid ſit ſtatuendum, non facile eſt judicium.

Valeant igitur qui Plautó maledicunt, & Afranii verſum (ſi modo ſic intelligitur) amplectuntur. Nos Ælio Striloni, Volcatio Sedigito, Terentio Varroni Gellio, Servio Honorato, & aliis omnibus aſſentiri non pigeat, ac Plautum proinde Terentio Afro præſtitiſſe credamus: nam quæ in hunc Poëtam præterea congeruntur, adeo levia ſunt, adeo cacchinno excipienda, ut mirandum ſit, à cujuſquam eruditione illa emanare potuiſſe: quale illud eſt, *Plautum omnibus in rebus nimium fuiſſe.* Unde hoc obſecro poteſt colligi: an quia parcior verborum Terentius fuit, ad hujus rationem Plautum aſtringere velis? Hoc ſi quiſquam dicat, non minus deridendus fuerit, quam qui in Livio Salluſtii brevitatem, contra in Salluſtio Livii copiam requirat: quorum tamen uterq; in ſuo genere abſolutiſſimus fuit: nihil minus inquam egerit, quam qui Ciceronem carpat, quod fuerit Demoſthene copioſior, cum ille contra ſit Cicerone demiſſior.

Itaque ſi forte Terentio nihil detrahi poteſt, Plauto certe nihil adijcias. Ad ſummam, ut cura Terentius aliquatenus præſtet, in Plauto quidem plus eſt naturæ.

Huic ſimile eſt, quod ille decorum in Comœdia ſervandum diligentiſſime cuſtodierit, hic vero nonnunquam fuerit oblitus. Cur enim vel unicum locum ex Plauto, ubi decorum ſit prætermiſſum, non adducunt? Tum quæ de duobus facetiarum generibus ariolantur, quorum ſcilicet alterum in re poſitum eſt, in verbis alterum, neſcio quorſum ſpectent; nam pro Plauto dixiſſe illum, nemo ambigere debet, in quo tantum facetiarum, ſive in verbis illæ ſint, ſive in re, comperias, quantum in Terentio deſideres.

Quid vero quod & dicacitatem in hoc Pcëta animadvertere? DI immortales! quantum hæc ætas pollet? Quam olim hallucinati ſunt Romanæ linguæ proceres, quando eorum nullus in Plauto dicacitatem dignoſcere valuit, hoc demum tempore ex Apollinis oraculo pronunciatam? Sed cœlum ipſum petimus ſtultitia dum nimium nobis favemus, dum ſummorum hominũ cenſuram perfricata fronte videmus. Amabat ille Terentium, quicunque fuit, Plautum iccirco impetere non debebat. Fovebat Terentium, at Plautus immerito reprehendat, qui Terentium quantus eſt, effecit: à quo tamen nulla in re, ſi proprietatem excipias, ſuperatus fuit, nec tamen in ea paſſim, ſed in aliquibus, quæ à ſequenti ævo damnata fuere, cum tanta ſit reliquorum elegantia, ut minime dubium ſit, quod & ſuperius diximus, tantum fructus è ſex Plauti fabulis, quantum ex integro Terentio, commodiſſime percipi poſſe. Cumque ex hujus fabellis *Eunuchus*, ob argumenti elegantiam, facile cæteras exſuperet, non verebor vel *Aulularium*, vel *Menæchmos*, vel *Pſeudolum* illi opponere.

Atque hic locus poſtulare videretur, ut de Plauti laudibus aliqua dicerem: ſed in lucum (ut ajunt) ligna ferrem, & facerem optimo Poetæ injuriam, ſi eum laudibus ornarem, ex cujus operum lectione immortalem ſibi gloriam quam plurimi peperere, ex cujus familia Terentius quoque inter bonos collocari meruit.

Nec diffiteor tamen, ſic me cupere Plautum ab omni-

ab omnibus amari, ut tamen teneat locum ſuum Terentius: ut multas virtutes in illo admiremur, & hunc quoque plurimum veræ laudis meruiſſe judicemus. Quod ſi quis æqua lance, quot quantaque in Plautum maledicta congeſta fuerint, animadvertat, non poterit non exclamare, O *temporum infelicitatem! O morum corruptelam! O præpoſterorum judiciorum impunitatem!* quando & inventionem tuam tam celebri Poëtæ omnino ademptam videmus, & cum diſpoſitione elocutionem omnem extorqueri ſinimus, aliaſque item partes, quas Plautus optime eſt exequutus: tantum abeſt, ut nimium omnibus in locis fuiſſe, fabulaſque hiantes, ac minime cohærentes ſcripſiſſe credamus.

Sed de hoc ſatis multa. Illorum erit de hac re judicium, qui æqui bonique & veritatis adeo rationem ſunt habituri. Eos tantum rogatos volo, qui de Plauto pronunciaturi ſunt ut defecato animo illius ſcripta legant, relegantque: tum ita judicent, ut liceat aliis ingenue, quod ſentiunt, rejecta exploſaque calumniatoris maledicentia: qui unde tantum odii in Plautinos manes conceperit, non video, niſi *Bizantii Marulli* jambicum forte lectitarit, qui in alienam provinciam furtim excurrens, de Latinis Poetis impudentiſſime judicium tulit: quem quidem diſtento ſago in ſublime jactandum fuiſſe ex hoc admonemur, quod Græci hominis de Latinis ſcriptoribus ſententia, quamvis incorrupta ſinceraque eſſet, ſuſpecta nihilominus videri poſſet.

Sed dixerit Græculus ille, pro ſuo arbitratu infeliciſſime: quid vero illis eſt faciendum, qui eos verſiculos tanquam prætorium edictum ſuis operibus interpoſuere? Nonne *Petrum Crinitum*, qui putidum illud carmen tanquam margaritam quampiam ſuis lucubrationibus poſteritati commendare, & immortale (ut ita dixerim) reddere voluit, omnis prorſus judicii expertem fuiſſe dicemus? Verum condonemus id, per Deos! Crinito huic Iopæ, qui ut ingentem librorum numerum expleret, nihil quantumvis immundum aut fœtidum non collegit, quod in libros illos de Honeſta Diſciplina tanquam in ſentinam conjiceret, in quibus quid obſecro præter ſonoras nugas, & inanem verborum apparatum comperias, in fronte nonnulla, in receſſu vero nihil prorſus quod probes habentem? Dum enim interpretatur, quod ſit *Nerei repandiroſtrum incurvicervicum pecus*, *quæ ſint reciprocicornes, exungues, excornes belluæ*, dum epiſtolam Saporis Perſarum Regis ad Licinium Valerianum Romanorum Imperatorem, nihil quidem ad rem facientem, reddit, dum primus ignorat, qui ſint apud Horatium *Carite cæra digni*, dum denique aliqua à Flavio Vopiſco, Ælio Lampridio, Volcatio Gallicano, Ammonianoque Marcellino, & ſimilibus furatur, illos quinque & viginti libros explevit, quorum qui longiſſimus eſt, undecimo tandem capite abſolvitur, quibus ex ſtulto prorſus inſanus, ex indocto indoctiſſimus faciliime fieri poteſt: ea enim, quæ ab aliis rapta clariora facere debebat, magis commiſcet convoluitque: cumque ſummo veritatis ac declarationis habendæ ſtudio, detineris, cum velut in Comœdia cataſtrophen expectas, quaſi anguilla elabitur, ut facile dignoſcas, nihil æque curaſſe hominem illum, atque ex rebus dubiis dubiiſſimas facere. Quod ſi quis mihi oſtendat, quid ſibi velit primum ejus librorum caput, ubi de triplici tentorio Tamberlanis agitur, niſi à diſciplina inauſpicatum operi ſui initium dare conſtituerat, erit mihi, ut Poëta inquit, magnus Apollo. Is inquam Crinitus dum ſe dignum Marullum amplexatur, divinum ejus reſponſum non abſimilibus immundiciis immiſcuit. Itaque carmen ipſum ſive ex Marulli, ſive ex Criniti mavis ore tandem audite:

Amor, inquit, *Tibullo, Mars tibi Maro debet.*
Terentio ſoccus levis.
Cothurnus olim nemini ſatis multum.
Horatio Satyra & chelys.
Natura magni verſibus Lucretii
Muſæo lepore illitus.
Epigramma cultum, teſte Rhallo, adhuc nulli.
Docto Catullo Syllabæ.
Hos ſi quis inter cæteros locat Vates,
Onerat quam honorat verius.

Hæc autem ut hominis infelicitatem agnoſcamus, propius & ſingulatim ſunt inſpicienda. *Amor* inquit *Tibullo debet*. Ut condonemus tibi Marulle Tibullum in Latina Elegia principem

eſſe,

eſſe, quid ſi quis ad tuum tribunal Propertium producat, numnam illi amor quippiam debebit? minime inquis: quia ſcilicet non poteſt duobus tribuſve ſimul debere. Quis te docuit, bone Marulle, non poſſe in quocunque ſcriptorum genere ſecundas & tertias inquam dari, non tamen ſine ſumma eorum laude, qui vel primis vel ſecundis proximi fuere? Hoc ſi neſciebas, poteras ex Quintiliano diſcere, quem tum tu Romanum Ariſtarchum (eodem Crinito teſte) appellabas, non id ex animo loquebare, ſed te potius Quintiliani Ariſtarchum, Romanos vero Poetas, qui ferro perſequerere, Phalarim Grammaticum obtrudebas. At is de Græca Elegia ſic inquit: *Tunc & Elegiam vacabit in manus ſumere, cujus princeps habetur Callimachus: ſecundas confeſſione plurimorum Philætas occupavit*: Quid eſt porro Philætam ſecundas confeſſione plurimorum occupaſſe, ſi (ut ipſe cenſes) nec ſecundæ dantur, nec tertiæ? Inquies autem, propior fuit Callimacho Philætas, quam Tibullo Propertius. Quin potius cum tuo perverſo judicio ab is in maximam malam crucem! Sic n. tibi ad aurem clamat idem Quintilianus: *Elegia*, inquit, *Græcos provocamus, cum mihi terſus atque elegans maxime videtur author Tibullus, Sunt qui Propertium malint. Ovidius utroque laſcivior ſicut durior Gallus.* Vide obſecro quantum diſtet à tuo Quintiliani ſenſus, quando tu unum Tibullum probas, cæteros excludis, ille non modo Propertium non excluſit, ſed omnibus etiam aliquorum judicio antepoſuit: qua in re id ſibi maxime videtur voluiſſe, ut cum illorum uterque in Elegia celeberrimus fuerit, unicuique liberum ſit, quem malit, imitari. Quid? tu Fabio oculatior? minime: ſed ſi quem præter Tibullum nomines, oneres Elegiam, quam honores verius. Quamvis autem nihil ſit odioſius, quam de æqualibus ſtatuere velle, & fere apud plæroſque ſit receptum, Tibullum Propertio cultiorem eſſe, niſi vererer magnos in me rumores excitare minime dubitarem in eorum album, qui Propertium malunt, dare nomen? quippe qui non videam, quid in hujus Poëtæ ſcriptis deſiderari valeat. Ita omnia abſoluta culta, concinna, elegantiaque ſunt, nihilque habent, quod caudam trahat. Atque ut illum Tibullo in reliquis parem ſtatuamus, in hoc certe Propertius magis eſt laudandus, quod primus ex Italis tanta cum venuſtate Elegiam Latio donavit: ut nihil quicquam ejus inventis poſteri addere potuerint: quæ neſcio an Romanorum alicui (ſi Horatium, quamvis in diverſo opere, excipias) adhuc contigerit. Sed de Propertio haſtenus.

Quid ſi Marullo incorrupto judici Ovidii Elegiam proponamus? Rejiciet nempe, quia vel Quintiliano teſte, laſciviam quandam ſapit. Reſponde mihi, Græcule, num ſi laſciviam in Ovidio deprehendis, ſummum tamen ingenium in illo deſideras? num Latinæ linguæ elegantiam & proprietatem? num miram eruditionem? Haud equidem auſim hac in parte à Quintiliano diſſentire. Atque in reliquis non video, ubi reprehendi poſſit. Habeat autem hoc in Elegia judicium: videamus, quid in aliis potuerit, quid nam hic ſapientum octavus de reliquis hujus Poëtæ ſcriptis pronunciarit. Sed eraſit illum omnino ex Poëtarum albo. Hic ergo, Marulle, diffiteri non poſſum, quod de te ſentio, te videlicet fuiſſe omnium qui ſunt, qui fuere, quique adeo futuri ſunt, impuriſſimum, audaciſſimum, omniſque rationis, humanitatis, indiciique expertem, dignum quem apud inferos Poetæ omnes facto impetu excarnificent, & in crucem deniq; cum tam impudenti carmine agant: ſiquidem tantæ ſemper omnibus admirationi Ovidius fuit, ut non ingenioſus, ſed ingenium ipſum: non Latinus, ſed ipſa Latinitas: non Muſarum ſacerdos, ſed ipſum Muſarum numen ſit habitus. Quis enim plura? quis elegantiora hoc Poëta ſcripſit. Nec velim porro ex ſcriptorum multitudine ſummam eſſe Naſonis authoritatem, ſed cum perrarum apud noſtros fuerit, ut qui abſolute multa idem ſcripſerit. Hinc certe Ovidium ſummum in ſuo genere fuiſſe colligitur, quæ infinita & abſolutiſſima ingenii ſui monumenta nobis dedit: ſed in divino Metamorphoſeωn opere tale ſui ſpecimen exhibuit, ut diverſas fabulas diverſiſſima temporum ratione, ac ſerie geſtas tam admirabili ordine explicarit, ut non varias, ſed una tantum videri poſſit, & ab eo illas inventores Græci tanquam ab aliis accipiant,

Maximuſque Planudes unum ex Latinis omnibus Græciæ donavit.

Quod autem ad Latinam linguam attinet, eruditi omnes uno ore confitentur, ſi funditus illa eſſet amiſſa, unius autem Ovidii ſcripta extarent, ex illis commodiſſime poſſe reſtitui. Quid, quod & idem Tragœdiam cum tanto omnium ſtupore ſcripſit, ut ex illius Medea colligi poſſe Fabius Quintilianus aſſeveret, quantum Ovidius præſtare potuerit, ſi ingenio temperare, quam indulgere maluiſſet.

Sed reclamabit hic impuriſſimus Marullus, in reliquis ſcientiis mediocres authores tolerari poſſe, in poëſi non item, ex Horatii ſententia in Arte poëtica ita monentis:

---- *Conſultus juris, & actor*
Cauſarum mediocris abeſt virtute diſerti
Meſſalæ, nec ſcit quantum Caſſelius Aulus,
Sed tamen in precio eſt, mediocribus eſſe Poëtis
Non homines, non Dii, non conceſſere columnæ.

Quo in loco mediocre illud nomen non in eum cadit, qui ſummus eſſe non poteſt, ſed in illum, in quo plura improbare, quam laudare queas: quod & idem Horatius in quarto Carminum libro abunde teſtatur his verſiculis:

Non ſi priores Mæonius tenet
Sedes Homerus, Pindaricæ latent,
Cææque & Alcæi minaces
Steſichorique graves Camænæ.
Nec ſi quid olim luſit Anacreon,
Delevit ætas. Spirat adhuc amor,
Vivuntque commiſſi calores
Æoliæ fidibus puellæ.

Quorſum & illa ſpectant quæ in Epiſtolis, quamvis in alio ſenſu, dixit:

Non poſſis oculo quantum contendere Linceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.
Nec quia deſperes invicti membra Gliconis,
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.

Nec enim ideo à ſcribendo ipſe Flaccus deterritus fuit, quod Pindarus nulli ob beatam rerum verborumq; copiam ſit imitabilis: ſed magni ſibi laudi fore arbitratus, ſi inter mediocres lyricos poſſet adſcribi. Jam Cornelii Galli ſcripta, quamvis durior plæriſque viſus fuerit, utinam non penitus intercidiſſent: nam quæ illius nomine circumferuntur, nihil minus quam veterem antiquorum elegantiam leporemque ſapiunt: ut ex primis quatuor verſiculis quivis vel mediocriter in bonis Poëtis verſatus, nebulonem aliquem, illam nobis fecem obtruſiſſe, acu (quod ajunt) tangere poſſit: prout in Macri de herbis opuſculo factum videmus: quicunque etenim libellum illum pro Macri poëmate nuper divulgavit, næ ille ſe & macrum, & macilentum, & inſulſum eſſe abunde oſtendit.

Sed ad te redeo, lutulente Marulle: ſi hercule idem de Græcis Poëtis judicium facere voluiſſes, in anguſtiſſimum locum illos, & perexiguum numerum coarctaſſes. Quandoquidem cum unus tantum in quovis genere gradus de autore ſit dandus, ex Græcis heroicis unum Homerum admittes, Antimacho, Heſiodo Arato, Apollonio, ac aliis plæriſque excluſis, quorum quiſque longe eſt ab Homero remotior, quam Vergilio Ovidius, & Statius forte ac Lucanus. Si de Lyricis pronunciaſſes, uno Pindaro fuiſſes contentus: Steſichorus tibi, quia redundat, atque effunditur, minime placuiſſet: Alcæum non laudares, quia majoribus aptus, non ita feliciter ad minora deſcendit: Simonidis tenuitatem derideres: Alcman tam acuto judicio non feciſſet ſatis: Sapphus puellæ amores ſemivir Marullus rejeciſſet: Ibyco, quia Italus fuit, nigrum theta præfixiſſet: Anacreonti, ac Bacchylidi dixiſſet diem, & ne nimis omnia exquiramus, quam minimus eſſet Græcorum Poëtarum numerus: niſi enim in tuis idem feciſſes, nemo non Latinos omnes tibi pariter inviſos fuiſſe ſuſpicaretur.

Unum admiror, Vergilium inventum eſſe, qui Momo huic placere potuerit, ut (quæ eſt hominis benignitas) nonnihil illi Martem debuiſſe indicarit: & ſequitur ſordidiſſimus Marullus, *Terentio ſoccus levis*. Nos quia de Plauto, Terentioque ſuperius, non pauca diximus, locum hunc leviter pertranſibimus: Nam Plautum iſte, ſat ſcio, non probaret, qui Poëtas honorare verius, quam onerare decrevit, & ſubdit: *Cothurnus olim nemini ſatis multum*. At ne ſanum judicium tibi admodum debuit, Marulle, quod cum praviſſimum retroverſumque habueris, non contentus de illis, qui ad manus noſtras pervenerant, judicare

care de his etiam, quos nunquam legiſti, prave ſentis.

Quicunque autem dignoſcere cupit, quam aperte hic cenſor in meridie caligaverit, ſciat Pacuvium olim Acciumque, graviſſimos viros digne ac eleganter Tragœdiam ſcripſiſſe: in quibus cum multæ enituerint virtutes, Pacuvius tamen *docti*, Accius *alti* nomen Flacco Quintilianoque teſtibus ſunt aſſecuti. Verum ut aliquid iis olim cothurnus debuerit, in Varii Thyeſte, quem idem Fabius cuilibet Græcorum comparari potuiſſe affirmat, quid optaſſes ex argilla homule, & luto ficte? Quid in Ovidii Medea? Dicet vero, iſtorum ego ſcripta nunquam legi. At tu dum, *olim*, inquis, illos etiam excludis, quorum ſcripta nunquam videras, niſi Æthalides Mercurii filius quondam fueris, deinde in Euphorbum Panthoidem, qui Trajano bello interfuit, immigraris, poſtea in Hermotimum, tum in Pyrrhum Delium piſcatorem, atque inde in Pythagoram, per longam demum annorum ſeriem in Marullum Byzantium deſieris, qui tanquam è tripode de Romanis Poëtis reſponderes, & poſtquam Cothurnum nemini olim ſatis multum debuiſſe affirmaveras, hunc verſiculum ſubjungeres; *Horatio Satyra, & chelys*, quo in loco demiror, Marulle, quonā pacto te judice aliquid in lyricis meruerit Horatius, cum ipſe in carminibus, ubi Pindari laudes mirifice artificioſeque exequitur, quem cygno nubium tractus vocis dulcedine ac magnitudine ſuperantem comparat, ſemetipſum apiculæ ſimilem dicat, quæ cum exiguæ ſit vocis, circa humillima ſemper volitat, nec quicquam niſi per plurimum laborem aſſequitur.

Sed hæc fuit nimirum conſilii tui ratio, ut pro certo haberes, iſtos tuos verſiculos in latrinam quampiam diſciſſos, laceratoſque conjiciendos fore, ſi tam cultum, tam elegantem Poëtam, tam denique eruditiſſimo cuique probatum, ut nemo non eum Vergilio, quamvis longo intervallo, ſecundum eſſe contendat, omnino rejeciſſes. Verum dum hanc Scyllam vitas in rapaciorem Charybdim incidiſti, dum illi uni Satyram neſcio quid debuiſſe decernis: qua in re diſſimulare non potes, hoc fuiſſe conſilium tuum ut cū Horatium Poëtæ nomine ornare velles, hoc innueres, niſi Horatium Latini habuiſſent, & Lyra pariter & Satyra fuiſſe carituros. Qua in re quam ſtulte hallucinatus fueris, omnibus eſt perſpicuum. Quamvis enim Satyra à Tragœdia primo, mox ab antiqua Comœdia emanarit, Horatio hoc in Sermonibus teſtante, dum omnem Lucilium ab Eupoli, Cratino, & Ariſtophane pendere ait; Satyra tamen quæ nova dicitur, Quintiliano teſte, tota Latinorum eſt, in qua primus floruit Lucilius, qui quamvis Horatio lutulentus fluere ſit viſus, aliis tamen adeo placuit, ut nihil in eo, niſi quod incultiori ſæculo vixerit, reprehendi potuerit. Scripſit poſt illum Horatius ipſe, non eadem acerbitate, ſed per riſum quodammodo jocumque vitia hominibus exprobrans, quod ipſe de ſe autor fatetur, cum inquit:

---- quanquam ridentem dicere verum
Quid vetat? Et Perſius his verſibus apertius,
Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico
Tangit, & admiſſus circum præcordia ludit,
Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.

Floruit poſt Horatium *Aulus Flaccus Perſius Volaterranus* cum tanta multorum admiratione, ut palmam illi de Satyra ſtatuere non dubitent, quem Quintilianus quoque multum veræ laudis, quamvis uno libro, meruiſſe affirmat. Scripſit hoc poëma ultimo loco *Junius Juvenalis Aquinas*, de quo, cum coætanei fuerint, paucis attigit idem Quintilianus: *Sunt clari*, inquit, *hodie quoq;, & qui olim nominabuntur. Quis autem ex horum numero ſit in Satyra præcipuus, quamvis multi (ut fieri ſolet) Lucilium, omnibus etiam poëtis prapoſuerint, nonnulli Horatium, Perſium plærique maluerint, communi tamen meliorum conſenſu palma Juvenali delata eſt, quod unus Lucilii ſales & acerbitatem, Horatii candorem ac elegantiam, Perſiiq; gravitatem feliciſſime ſit aſſecutus.* Idque ut cuique perſuaſum eſt, ita & Acron Horatii interpres non diffitetur his verbis: *Denique niſi Juvenalis ſcripſiſſet, iſto* (de Horatio loquitur) *nemo eſſet melior.*

Quæ cum ita ſe habeant, quis non hunc Marullum Anticyram navigare compellat? quod in eo poëmate, quod proprium eſt Latinorum, unum Horatium probet, aliosque meliores excludat.

Sed ad reliqua pergamus. *Natura*, inquit, *magni verſibus Lucretii Muſæo lepore illitis.* Aliqua

venia dignus Marulle, videri poteras, ſi idcirco te Juvenalem ac Perſium rejicere dixiſſes, quod parum ad eloquentiam poſſent conferre, niſi tantum Lucretio tribuiſſes: quem in hac parte abjectum eſſe à Fabio Quintiliano, ita in decimo ſcribente admonemur: *Nam Macer, inquit, & Lucretius legendi quidem ſunt, ſed non ut phraſim, hoc eſt, corpus eloquentiæ faciant: elegantes in ſua quiſque materia, ſed alter humilis, alter difficilis.* Ex quibus verbis non obſcure apparet quam parum ſobrium, quam ſibi conſtans ſit judicium tuum. Cum enim Ovidium quaſi laſcivum rejiceres, non erat cur Lucretio difficili tantopere faveres, ut & magnum Lucretium diceres, & illius verſus muſæo lepore illineres: quæ quorſum ſpectent, non video, niſi forte Lucretio impenſius, quam Vergilio faveris. Et ſubdit Poëtarum irriſor, *Epigramma cultum teſte Rhallo adhuc nulli.* Quis ſit iſte Rhallus, non intelligo, nec ſcire admodum laboro: hoc certe non me latet, epigramma cultum, teſte Plinio juniore, & Joviano Pontano, aliquid Valerio Martiali artificioſiſſimo illorum ſcriptori debuiſſe: Epigramma cultum Rhallo & Marullo teſtibus, adhuc nulli, multis tamen teſtibus Rhallo & Marullo melioribus nonnihil Auſonio Gallo debuit: qui vel in hoc eſt plurimum laudandus, quod unicum Epigramma in Niobem à Praxitele ſculptam luſit, Marulli judicio (ſi Crinito credimus) abſolutum, & undequaque elegans: illud autem eſt:

Vivebam, ſum facta ſilex, quæ deinde polita
Artificis manibus vivo iterum Niobe.
Reddit artificis manus omnia, ſed ſine ſenſu:
Hunc ego cum læſi, numina non habui.

Epigramma cultum, teſte Rhallo, adhuc nulli debet. At Cicerone teſte (qui ſi non Rhallo par, proximus tamen fuit) multum Q. Catulo debuit cujus ſcripta quamvis omnia interciderint, ex epigrammate quod in Roſcium luſit, facile conjicere poſſumus, illud nempe eſt:

Conſtiteram exorientem auroram forte ſalutans,
Cum ſubito à læva Roſcius exoritur.
Pace mihi liceat cœleſtes dicere veſtra,
Mortalis viſus pulchrior eſſe Deo.

Quod tamen ſi cum Auſoniano conferatur, hoc aureum, illud vero ferreum videbitur.

Quid ſupereſt autem? *Docto Catullo Syllabæ.* Hic tibi, Marulle Latini omnes uno ore gratias agunt, quod Catullo Hendecaſyllabam nonnihil, te judice, debuerit. Verebantur enim, ne qui laſcivum Ovidium rejeceras, durum etiam vel utriuſque Plinii judicio Catullum excluderes. *Hos*, ait Marullus, *ſi quis inter cæteros locat vates, onerat, quam honorat, verius.* Itaque nil reliqui aliud eſt, niſi ut omnes poſthac Marulli nomine admoneamus, ut à reliquis Poëtis in poſterum abſtineant. Si quis enim Ovidium legerit, aut Propertium, operam ludet, autore Marullo: tum à Plauto ſapiens quique abſtineat, qui Comœdiam non honoravit ſed oneravit verius. Perſium porro aut Juvenalem quæcunque legerit, in patrios cineres minxiſſe videbitur: Lucanum, aut Statium qui aliquatenus commendavit, ſacer ac inteſtabilis erit. Nam Auſonium & Cl. Claudianum, hunc Ægyptium, illum vero Gallum, facile contemnet homo Græcus.

Quin tu potius, Marulle, abi cum tuis Rhallis in malam peſtem malumque cruciatum: quique iſtud tuum edictum iterum æquo animo legere poterit, is fateatur ſe, quid æra à lupinis diſtent, non dignoſcere. Tum quicunque Crinitum, tuæ laudis cupidiſſimum, non eſſe Æſopi corniculam judicarit, is nihil ſe invita Minerva dicere aut facere minime ambigat. Verum de Marullo multa: qui ſi de Poëtis Latinis peſſime ſenſit, Græcus tamen fuit, nec omnes paſſim rejecit, ſed Vergilium, Horatium, Terentium, Tibullum, Lucretium, Catullumque admiſit. Quicunque certe de illis, qui Marullo placuere, prave ſentit, is ſciat, longe ſe peſtilenti Marullo nequiorem eſſe: quorum numerus utinam non maximus hodie inter Italos vigeret! Eo enim res poſt aliquot annos eſt relata, ut non quæramus, qui meliores autores fuerint, qui metam propius contigerint: ſed omnes paſſim tanquam exteros ſupervacaneoſque explodamus, dum omnibus perſuadere nitimur, Romanam linguam tunc fuiſſe Italis neceſſariam, cum lippis & tonſoribus erat promiſcua, hoc autem tempore poſthabendam eſſe, quando aliam ſortiti ſumus, quæ Latinæ non conferri modo, ſed præponi etiam valeat: quamque non minus extollere ac ornare debemus, quam

quam Græci ſuam olim, & poſt hos Romani propriam illuſtrarint: quæ ſi à Scythis aut à Medis audirentur, cuivis cordato ſtomachum movere poſſent: Cum vero ab Italis emanent, quis non exclamet, ſæcula iſta cæcitatis, caliginiſque plena eſſe cum Hiſpani, Galli, Germani, Britanniq; & aliæ plurimæ nationes Latinam linguam colant, admirenturque; nos vero diverſam appetamus, quam qui vulgarem appellant, condigne illam in luto provolvunt.

Quid, quod aliquot dies in eodem verſati, vulgaris linguæ periti à plebecula vocantur? quid, quod & Academias ubique (ſi Academias vocamus, in quibus nihil diſcere poſſis, ne id quidem, quod nihil ſcias) à vulgaris linguæ profeſſoribus inſtitui videmus? Proh Dii immortales, quanta eſt quorundam vecordia?

Secundus jam agitur menſis, cum Græcũ adoleſcentem ab Italo interrogari audivi, ſi duarum ei linguarum, Latinæ ſcilicet & vulgaris, optio daretur, utram mallet. Sed non tam me Italus commoverat, quam Græcus refecit, qui homini ne quatuor quidem verbis proinde reſpondit, ſed inconſultum à ſe, tanquam Sibylla, dimiſit.

Jam vero Latinos poëtis, hiſtoricis, ac oratoribus provocant, & *Franciſcum Petrarcham* non Tibullo, Propertioque ac Ovidio ſolum, ſed & Vergilio ipſi præponunt: quin & *Iohannem Boccatium*, ſi Diis placet! M. Tullio comparant, ac frigidiſſima illius verba hujus fulminibus opponere minime verentur. Quam autem debilibus argumentis vernaculæ linguæ neceſſitatem utilitatemque confirment, perſpicere non ab re fuerit. Cum enim omnia pervolverimus, hanc tantum rationem adduci videbimus, quod eam linguam amplecti, in ea nos exercere debemus, quam nos matres ipſæ docuerint, quæque pluribus uſui eſſe poſſit: quæ tamen futilis, nulliuſque adeo eſt momenti, quando neminem hoc movere deberet, vel ſi certiſſimum eſſet, majorem inveniri illorum numerum, qui vulgariter, quam qui Latine intelligerent.

Si enim cerdonibus vulgaris & pharmacopolis eſt promiſcua, Latina quidem, ſi tribus tamen eruditis proderit, tanto erit vulgari utilior, quanto literatus unus centum ineruditorum millibus eſt præſtantior: quamvis res ſe ipſa ſecus habeat: nec enim in tota Italia, ſi hac lingua utaris, intelligere. Quid enim, ſi in Apuliam aut Calabriam concedas, & vernaculo hoc idiomate loquare? Næ omnes te Syrophœnicem, aut Arabem arbitrentur. At ſi Latine ibi loquaris quamvis opiliones non ſint protinus tua verba intellecturi, plæroſque tamen ibi Latine doctos comperies, quibus facile animi tui ſenſum explicare queas. Quid ſi in Siciliam, Corſicam, aut Sardiniam naviges & vulgarem hanc linguam crepes? non mehercule magis ſanus videbere, quam qui inſaniſſimus. Nam ſi in Hiſpaniam, Galliam, Germaniam, aut Pannoniam contendas, & vulgarem hanc linguam reſones, omnes te pueri & puellæ agitabunt, & tanquam album elephantum inſequentur. At ſi Latine loquaris, non principes viri ſolum, ſed & pueri, & mercatores, & ſubulci, non ſecus, quam ſi materna illorum lingua loquereris, exacte quæ dixeris percipient.

Nec ego nunc omnes orbis terræ partes, in quibus Latina lingua floret, enumerare in animum induxi, quas quicunq; recenſere velit, vix longo tandẽ volumine poterit. Eodem pertinet, quod unumquemque in ea lingua, quam à nutricula doctus fuerit, exerceri debere, ac domeſtica etiam, ſi velit, facta celebrare prædicant. Cui v. ſi cæteris hoc nationibus perſuaderi poſſet, non tantum laboris in aliena acquirenda exhaurirent: ſed dua contenti, hoc ſcriberent, quod à ſuæ viciniæ hominibus intelligi poſſet: cum nulla hodie ſit provincia, quæ non varia ac diverſa admodũ habeat idiomata: ut etiam in ipſius Italię gremio decimo quoque lapide imitanda tibi ſit loquendi ratio, ſi intelligi velis. Quo fit, ut & vulgaris hæc lingua, cui tantum hodie tribuitur, quantum ipſa poſtulare nunquam auderet, neſciat ubi tandem conſiſtere queat, ubi certam habeat ſedem. Nonnulli etenim ex intimo illam Ethruriæ ſinu expetendam contendunt: aliqui eam ſolum probant, quæ in Romana aula frequentatur. Quid, quod & in ipſa Ethruria non eodem omnes pacto loquuntur: aliter Lucenſes, Aretini alio modo, cum tamen harum urbium quælibet vulgarem linguam à ſe expetendam dejeret.

Ex qua re non dubito id omnino eſſe futurum, ut cum

ut cum Græci olim quinque tantum linguas habuerint, vulgares iſti multo plures propediem ſint producturi. Sed ſtrenua nimirum ignavia nos exercet, parum ſumus ad ferendos labores conſtantes. Dum enim in utramque aurem obdormimus, dum in Latina comparanda oſcitanter Deos nobis omnia confecturos opinamur, & optimos quoſque annos in meris nugamentis ſedentes conterimus, plærumq; fieri ſolet, ut irreparabilem errorem adulti jam agnoſcamus, cum diſſimulantes deſperata re in vulgarem hanc provinciam, velut in aſylum, confugiamus: ac ut apertius loquar, ii, quibus parum feliciter in Latinis litteris ſucceſſit, hanc potiſſimum appetant, & antiquo proverbio notari queant, eos fieri aulœdos, qui Citharœdi eſſe non poſſunt.

Sed aliquos hic reclamantes audire videor: Quid tu? cenſes ne *Dantem*, *Franciſcum Petrarcham*, *Joannemque Boccatium* Latinæ linguæ imperitos fuiſſe? Minime gentium. Imo & plurimum laudis meruit inter eos Petrarcha, qui primus (niſi fallor) apud Italos Latinam linguam ex ruderibus ac vetuſtate eripere, in libertatemq; aſſerere eſt adortus. Quod tamen cum parum illi feliciter ſuccederet quia bona optimorum librorum pars deſiderabatur, & opus illud majus erat, quam quod exacte ab uno præſtari poſſet, in maternam ſe linguam invitus contulit, quod ipſe edito de hac re carmine confitetur: tantum abeſt, ut quiſquam id inficiari audeat.

Itidem fecerat & ante illum *Dantes*, ſed quod ad vulgaris linguæ elegantiam attinet, adverſa (ut ajunt) Minerva: vel quia vulgaris lingua incomptior erat, vel quia ejus captus immenſo operi non eſt idoneus.

Floruit poſt hos *Joannes Boccatius* tertius antiquorum vulgarium Cato: quod nec minimum eſt inter hujus linguæ incommoda: cum trecentorum, aut circiter, annorum ſpatio tanquam ſæculo cuique ſcriptorem unum acceptum referre debeant, quibus hercle in tanta antiquorum egeſtate vulgares omnes applaudere deberent.

Sed nec tres iſti paſſim probantur. Dantes quidem tanquam qui parva cum elegantia vulgariter ſcripſerit communi omnium conſenſu rejicitur. Joan. Boccatii plurima quaſi obſoleta in uſu eſſe deſiere: quo fit, ut unicus Petrarcha omnibus arridens relinquatur: qui Poëtis, Oratoribus, Hiſtoricisque veluti exemplar ſit propoſitus. Verū ne quis mediocri Petrarcham ipſum judicio fuiſſe credat, hunc unum vulgaris linguæ nervos dignoviſſe ſcire operæ precium eſt, dum ſolos illi amatores, aliaque ludicra impoſuit: quæ quod ut illi proſpere ceſſit, ita non feliciter admodum majus opus præſtare valuiſſet: Dantis exemplo re ipſa experti majeſtatem roburque maternæ linguæ deeſſe. Quod ſi hiſtoriam, aut orationem vernaculo idiomate ſcribamus, mirum eſt, quam omnia frigida ſint futura. Ne quis tamen in hac parte, quam alii delicias, lenitatem nonnulli, plærique dulcedinem vocant, Latinam linguam vulgari poſtponendam arbitremur, is ſciat non minus in hac re Propertium aut Tibullum, quam Franciſcum Petrarcham fuiſſe aſſecutos: qui tunc demum honori nominique ſuo optime conſultum iri cenſuit, cum ex his duobus cuivis conferri ſe poſſe ſperaret.

Jam quod bona vulgaris linguæ ſtudioſorum pars, aut parum, aut nihil prorſus in Latinis litteris ſit verſata, ex hoc manifeſte conjici poteſt, quod Dantem, in quo major eſt eruditio, majus ingenium, major denique quam in Franciſco Petrarcha ſpiritus, tanquam Capharei m vitant, imo & hoc etiam nomine lacerant, quod ita obſcure ſcripſerit, ut data opera à nemine intelligi poſſe voluerit: quaſi eadem facilitate Philoſophiæ Theologiæque intima, qua virginum luſus & amantium convivia ſcribi queant. Quocirca ut incommode cum Latina lingua ageretur, ſi unum Tibullum haberet, ita infeliciſſime cum vulgari, uno Petrarcha contenta, agi neceſſe eſt.

Ad hæc ſi quonam pacto vulgaris lingua ad nos fluxerit, animadvertamus, næ illam non vulgarem, ſed immundam potius, non barbaram, ſed ipſam eſſe barbariem cognoſcemus.

Enimvero ut ejus aſſertores conſulamus, à primo poſt imperii Romani excidium, in Italiam Gotthorum adventu originem duxiſſe, & quo plura magiſq; diverſa barbararum nationum genera in eam immigrarint, eo locupletiorem copioſioremque factam eſſe comperiemus: quare quid turpius dici, aut excogitari poteſt? quod ſi ad unam

ad unam tantum nationum colluviem principia referret, utcunque certe tolerari poſſet: cum vero multa in eam contulerint Gotthi plærique Vandali, non pauca Heruli, & bonam partem Longobardi, quorum trecentis & amplius annis res in Italia floruere, non video, cur tantum huic linguæ deferre debeant.

Quid, quod & metrorum genera, non à Græcis aut Latinis, ſed ab exteris eciere? quanta autem ſit in illis obſervatio, quanta porro varietas, vel pueris eſt perſpicuum. Illorum n. qui frequentior eſt, undecima ſyllaba clauditur, quique elegantiæ gratia interponitur, ſeptima, quorum alterum à Latino Hendecaſyllabo ſeu à Sapphico, ab Ariſtophanio, alterum olim derivatos eo deteriores reddidere, quo nulla ſyllabarum aut pedum ratio in vulgaribus adhibetur, ut quicquid velis, impune in illos ingerere poſſis, dum tamen ultimarum ſyllabarum non obliviſcare, ſed tertium quemque aut quartum verſiculum invicem ſibi reſpondentes conſtituas.

Quid vero, quod & ſumma adhuc verborum inopia laborant? quod tot ſæcula, tam diverſæ regnorum mutationes nondum unam linguam abſolvere potuerunt? ut alia Italiæ calamitate ad hoc idioma abſolvendum opus ſit?

Hæc quidem tot tantaq; incommoda, ſi Græcæ quiſpiam aut Latinæ linguæ objiceret, inſulſus non immerito videri poſſet: præſertim quod ſuam Græci à majoribus acceperant, & Latini item propriam, cui tamen, ſi quicquam defuit, à Græcis omnium bonarum artium inventoribus accepere, cum tanta ſcilicet venuſtate, ut in multis parentes, vel æquarint, vel ſuperaverint: quod tamen vulgaris linguæ ſacerdotibus nunquam uſu venturum confido: quin potius cælum terris, & mare cælo miſcere licebit, cum Latinos illi ſcriptores vel unica tamen in re adæquaverint.

Quid, quod omnia fere nomina, quibus vulgaris lingua utitur, duas tantum voculas habent, in ſingulari numero alteram, alteram in plurali? Nonne hoc puram Scythiam ultimamq; Africam ſapit? nam articuli, quos iſti jactare ſolent, frigidiſſimi per ſe ſunt, niſi vocum mutationibus (prout Græcæ linguæ contigit) adjungantur.

Quid vero, quod aliqua Latinæ linguæ veſtigia, quæ vulgari adjuncta erant, ne nihil non Gotthis debeamus, rejicere laborant? Sic n. apud pleroſq; hodie receptum eſt, qui vulgariter ſcribunt, aut loquuntur, ita demum laudabiles fieri poſſe, ſi ab omni Latinitate ſint quam remotiſſimi.

Dicet vero hic mihi quiſpiam: Miſſos obſecro hos faciamus: veniamus ad hoc ſæculum potius, in quo neminem fere Latinæ linguæ ſtudioſum nanciſcare, quin vulgares Muſas itidem colat? Si tam illæ contemnendæ forent, unuſquiſque Græca aut Latina contentus, plebeiam linguam, tanquam inutilem, evitaret.

Primum huic ego reſponſum volo, talium virorum laudem nomenque non à vulgaris linguę, ſed à Græcæ atque Latinæ cognitione comparatum eſſe: cum tamen in hanc ſe linguam poſtea contulerint, non quod illam probarent, factum eſt, ſed vel ut receptum errorem ſequerentur, vel (quod verius eſt) ut quam facile vulgaris linguę cognitio comparari poſſit, oſtenderent: nimirum ut qui vix quarto aut quinto luſtro in Græcis Latiniſve literis proficere potuerint, trimeſtri ſpatio quicquid ad vernaculam linguam attineret, abſolute diſcerent.

Ridiculum eſt prçterea, quod veterum recentiumq; ſcriptorum paucitatem boni conſulunt, nec cuivis Corinthum adire datum eſſe jactant.

Bona ſiquidem ingenia non in vulgari, ſed in Latina lingua comparanda optimos quoſque annos impenderunt, quorum numerus eſt prope infinitus: contra iſtorum contractus, perexiguuſque admodum, ut nemini dubium ſit, longe melius cum Romana lingua extincta prope, quam cum florente vivaque adhuc vernacula agi. Quandoquidem longe plures ac eruditiores in Latina reparanda, quam promovenda vulgari elaborarunt; præſertim quod *Actium Syncerum Sannazarium*, *Petrumque Bembum*, cujus maxima merito eſt hodie inter literatos omnes authoritas, & à quo nihil niſi ſummum hucuſque accepimus, vel totos ſibi Latini vendicant, vel certe æqualem in ipſis portionem repoſcunt.

Quamvis enim in utraque lingua celeberrimi fuerint, eo tamen aliis præſtantiora ſunt, quæ Romane ſcripſerunt, quo Latinus ſermo eſt vulgari nobilior, elegantior, atque abſolutior.

His

His duobus exceptis vix quatuor pręterea, vel juratus, reperire poſſis: pro quibus myriadas hic reponere poſſem, ſi omnes qui ducentos ab hinc annos ad veterum Latinorum exemplaria properarunt, recenſere præſentis eſſe negotii.

Ne tamen & omnes ſilentio involvantur, aliquos tantum, nec ſeriatim, qui prius, quive poſterius floruerint, nominare contentus ero: ex quibus omnium ſummum ac principem fuiſſe *Johannem Jovianum Pontanum* nemo eſt, qui indignetur. In quo quidem cum omnia tum duo maxima fuere, quod talem in ſcribendo proprietatem, ſuperioribus annis amiſſa pœne Latina lingua, reddidit, ut feliciſſimo Auguſti ſæculo natum cenſere cogamur: quodque unus carmine ſolutaque oratione tantum veræ gloriæ adeptus eſt, quantum vix in eorum unoquoque ſeparatim non recentiores modo, ſed antiquorum plærique aſſequi potuerunt.

Cumq; nihil ex iis, quæ ſcripſit, non ſit divino ejus ingenio conveniens, unus tamen dialogus, quem de Vergilianis numeris, hiſtoriæq; virtutibus & proprietate ſcripſit, neminem trecenteſimum ac milleſimum ab hinc annum, vim, robur, artificiumq; Lat: autorum illo exactius ſcrutatũ fuiſſe, abunde oſtendit: ut minime mirum ſit omnia illi tam proſpere in ſcribendo ſucceſſiſſe.

Sed & in tanto viro aliquid nonnulli deprehendere: recte ne, an perperam aliorum erit judiciũ. Hoc autem eſt, quod nimium ſibi in formandis verbis, noviſq; inducendis, licentiæ attribuerit: quandoquidem *officientiam, maleficentiam, rixoſitatem, inofficioſitatem, conviventiam, inconviventiam, convivalitatem, commeſſabilitatem, verſatilitatem, animalitatem, habentiam facetiam, facetudinem, Vergiliocarpos*, & ſimilia prope infinita contra antiquorum præſcriptum induxit.

Siquidem majores hæc omnia, niſi in verborũ formationibus admodum parci fuiſſent, nominare poterant, cum tamen ſine nomine relinquere maluerint, & lepidiſſimis alioqui ſuis hiſtoriis Comites, Marchiones, Principeſq; Latio oſtendit: quod tamen tolerabilius videri poteſt, cum tales Regulos antiqui non habuerint.

Qua etiam in re nonnihil reprehenditur à plęriſque *Theodorus Gaza*, qui non contentus à Græco fonte parce verba detorquere, à ruſticis etiam permulta ſumpſit: quem ſecutus deinde eſt *Hermolaus Barbarus*. Nec deſunt tamen, qui iſtos minime carpendos autument, cum id locupletandæ ſolum Latinæ linguæ gratia fecerint.

Qui porro ęqua lance rem expẽdunt, hoc in rebus tantum recens emergentibus concedi debere ajunt, eoſq; qui noſtro ſæculo res aliter, quã majores fecerint nominare audent, non eſſe uſquequaq; probandos. Hanc autem præcipuam adducunt rationem, quod ſi Cicero Latinæ eloquentię fons uberrimus, verba à ſe inducta reformidavit, cujus ætate hoc fieri, vivente præſertim adhuc Latina lingua, licebat: ſi Quintilianus, qui poſt Ciceronem floruit, non ſine ſummo periculo fieri hoc aſſeverat: quonam pacto noſtro ſæculo, in quo tum demum aliquid Latinum eſſe ſcimus, cũ apud antiquos authores illud invenimus, concedetur? Nec enim attendi debere, quod Horatius in Arte Poëtica de formandis verbis protulit.

---- licuit ſemperque licebit
Signatum præſente nota, producere nomen.

De Poëtis enim eo in loco Flaccus loquitur, quorum longe major eſt, quam Oratorũ licentia: quanquam nec noſtro ſęculo pręſens nota, quę verbũ ſignet, dari poſſet: nec conſuetudo illa, cujus eodẽ in loco meminit Horatius, hodie viget. Atqui eodem in loco Flaccus *invideor* paſſiva ſignificatione in prima voce protulit: quo verbo neminem poſt illum uſum fuiſſe opinor: & Cicero acerrime in M. Antonium virum eloquentiſſimum decimaquarta Philippica invehitur, quod *piiſſimum*, apud Latinos primus protuliſſet. Tum quod dixit Horatius, *ſemperque licebit*, iccirco in futurum etiam verba formari poſſe conceſſit, quod Latinã linguam in eodem ſemper ſtatu permanſuram rebatur: nunc vero immutari etiam debet Horatii præceptum, cui ſimile eſt Ovidianum illud:

Tityrus, & ſegetes. Æneïaque arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.

Quid ergo: cum jam Roma non ſit orbis triumphati caput, Tityrus & ſegetes & Æneia arma non legerentur? imo maxime. Cur igitur talem legendis Vergilii operibus terminum præfixit Ovidius? quia Romam totius orbis caput perpetuo futuram cenſebat.

Quis

Quis autem hos Horatii verſus eodem in opere à nobis hoc tempore conſiderari debere dicat?

Ut ſylvæ foliis pronos mutantur in annos:
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas:
Et juvenum ritu florent modo nata, vigentque.

Et inferius:

Multa renaſcentur, quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc ſunt in honore vocabula.

Quicunque enim altius rem inſpicere cupit, unicum tantum verum ac perfectum uſum in Latina lingua fuiſſe intelliget, qui ſcilicet Ciceronis temporibus viguit, quique multa ex his, quibus Nævius, Cæcilius, Plautus, Terentius, & alii complures uſi fuerant, velut obelo expunxit: hunc unicum uſum ſi excipis, nullam præterea ætatem comperies, quæ verba ab illa conſuetudine approbata rejecerit.

Quin & Fabius Quintilianus, & poſteri omnes ad illius ſæculi candorem aſſequendum ſummo cum ſtudio feſtinarunt.

Quam vero ferrei fuerint, qui ſervata temporum ſuorum ratione poſtea ſcripſere, ſi cum candidiſſimis Ciceroniani ſæculi ſcriptoribus conferantur, plane dignoſcere poſſumus.

Quod ſi ducentos aut trecentos poſt Ciceronem annos, cum Latina lingua adhuc vigeret, poſterorum conſuetudo non alium loquendi modum induxit, quid fiet hoc tempore poſt quingenteſimum demum & milleſimum annum? poſt tantas orbis regnorumque mutationes?

Utcunq; tamen ſe res habeat, illud certum eſt, Pontano tam bene de Latina lingua merito Theodoroq; item, ac Hermolao Barbaro poſſe condonari: cum Græcus ille, hic Italus, non mediocriter nobis ad Latinam linguam reſtituendam, vetuſtiſſimaque exemplaria expurganda profuerint.

Sed ut eo unde digreſſa erat, revertatur oratio, habuit præter hos Latina lingua *Georgium Trapezuntium* ſuæ laudis eo uſque ſtudioſum, ut quamvis intima Græcia natus, Romanam eloquentiam pro viribus promovere ſit auſus: & gentis ejuſdem *Agyropilum* ac *Beſſarionem*, viros mehercule nunquam ſatis laudatos. Quantum vero *Laurentio Vallenſi* debeamus, dici vix poteſt: in quo præter calumniandi ſtudium, nihil eſt, quod reprehendere valeamus, & merito eſt à Quintiliano in ſuo genere alter; plus tamen eruditioni, quam eloquentiæ collaturus.

Nam *Angelus Politianus* quam facile veterem illum in ſcribendo candorem aſſecutus fuerit cũ omnia ejus ſcripta, tum epiſtolæ indicant, adeo cultæ, adeo elegantes, ut bona illas eruditorum pars, quam Plinianas malit. *Blondum Flavium, Pomponium Lętum, Leonardum Aretinum, M. Antonium Sabellicum, Baptiſtam Platinam, Ioannem Picum Mirandulanum, Rodolphum Agricolam, Cælium Rhodiginum, M. Antonium Caſanovanum, Raphaelem Volaterranum, Andream Haugerium, Chriſtophorum Longolium* præterire ſatius eſſet, quam non cujuſque illorum excellentiam ſingulatim celebrare. *Nicolaus Perottus* mihi non excipitur, ſed in eorũ claſſe ponendus videtur, qui in veteres authores commentarios ſcripſere: quorum tamen conatus plærique omnes improbant, ut qui Latinam linguam prope funditus extinxerint.

Sic enim ajunt, mortalium animos illorum opera ſegniores in perquirendis rebus redditos, magis commentatoribus, quam authoribus ipſis eſſe intentos: ex qua re multa etiam incommoda velut neceſſario emanant. Quandoquidem cum vix unum aut alterum ex recentioribus commentatoribus reperiamus, qui ab impuris minuſq; Latinis verbis abſtinuerit, quive aliquo in oratione ſtructuræ artificio uſus fuerit, incompoſitam ex illorum lectione phraſim diſcimus, & quendam quaſi mucorem contrahimus: cum contra ſi nudos haberemus authores, nihil non Latinum candidumque ex vivis fontibus haurire liceret, ut mittamus ea, quæ majori labore comparantur, firmius, tenaciuſque memoriæ inhærere, quam quæ ob oculos nobis etiam nolentibus coacervatores iſti proponunt.

Præterea cum optima quæque aut difficillima loca leviſſimi iſti commentatores aut prætereant, aut invertant, aut non intelligant, & inviſos pueris Latinos autores faciunt, & indigeſta quadam farragine juveniles animos opprimunt.

Nec quiſquam hic mihi *Aſconii Pædiani, Ælii Donati, Serviique*, aut ſimilium veterum authoritatem exemplumq; prætendat: Si quidem tam abſunt ab illorum veſtigiis recentiores, quam à M. Tullio, Terentio, Vergilioque illi, in quibus

tamen admirabilem quandam brevitatem eruditis dignam, doctorumque auribus gratiſſimam, ea tantum, quę obſcuram hiſtoriam aut latens habet artificium, exequentem diſpicimus, in aliis vero infinitam dicacitatem, innatumque chartas impune oblinendi pruritum. Sicubi enim, verbi cauſa, Vergilius poëtico more in M. Marcelli, aut C. Marii mentionem unico verbo inciderit, magna illico advolabit commentatorum manus, quæ integros ibi, Livium, Plutarchum, Appianum Alexandrinum explicet, quaſi Marcelli vitã, aut Marii eo in loco ſcribere Vergil. voluerit.

Rurſus ſi Corinthium ille aut Carthaginem obiter nominarit, Strabonem, Plinium, Pomponium Melam longo ibi ordine recitabunt: ac forte urbium ipſarum initia, excidiaque intempeſtive advolventes, cur Corinthus à Lucio Mumio fuerit deleta, quotque exercitibus Romani cum pœnis bella geſſerint, edocebunt: quæ quidem, quamvis cognitu digna ſint, non à Vergilio, ſed ab hiſtoricis expetenda ſunt: & nunc, inquit Flaccus, non erat his locus.

Utinam vero omnes recentiorum Commentarios unius Aſconii in Ciceronis orationes lucubrationibus nobis permutare liceret: ac veterum ad nos commentaria evaſiſſent: quæ enim ſuperſunt adeo lacerata ſunt, ut aliis ipſa commentaria egeant: quanquam plurima etiam illorum nominibus inumbrata circumferantur, quę illorum non ſunt. Donati ejuſdem in Virgilium commẽtaria, Ælium Donatum, cujus extant adhuc in Terentium lucubrationes, non ſapiunt, nec Servii in Terentium, nec Laurentii Vallenſis in Salluſtium ſcripta eos redolent, quibus aſſignantur.

Sed alii diſpexerint, quantum commentatorum nobis induſtria obfuerit: plurimi certe viri haudquaquam pœnitendi hoc munus peregerunt: inter quos omnium confeſſione primas, *Nicolaus Perottus* occupavit, qui tam appoſite, tam erudite in commentariis in Val. Martialem cuncta connexuit, ut à ſua gravitate nunquam receſſerit, & vere ſuum opus *aureæ copiæ cornu* appellarit.

Quam autem laudari *Perottus*, tam reprehendi jure optimo poteſt *Ambroſius Calepinus* monachus cum ſuo illo inſulſo fœtidoque dictionario, quem ex Sypontini ſudoribus, ſervato literarum ordine ita diſpoſuit, ut à ſe ne gry quidem in eo protulerit, ut optime illis conſuli poſſe nemo ambigat, ſi fex illa publico edicto ſupprimatur: quamvis *Nicolai Perotti* authoritatem auxerit potius, quam imminuerit.

Sypontini enim nomini multa in reddenda verborum ratione ab eruditis deferuntur, cũ Calepino vix credant, quod veterum authorũ exemplis comprobarit, ac ille denique honoris, hic ludibrii cauſa in doctorum cœtibus nominari ſoleat.

Suſcepit etiam hanc provinciam *Domitius Calderinus Veronenſis*, doctiſſimus alioqui, acerrimoque judicio præditus: melius tamen laudi ſuę conſulturus, ſi tam felix ingenium in graviori negotio collocaſſet.

Plurimam in hoc munere laudem adeptus eſt *Philippus Beroaldus*, multiplicis variæq; doctrinæ vir: ſed in reprehendendis aliorum erratis quavis aquila oculatior: Servio quidem doctiſſimo graviſſimoq; Grammatico tam infenſus, ut acerbius illum ſibi inſectandum propoſuerit, quam Bupalum Hipponax olim, aut infidum Lycambem Archilochus. Quicunque certe loca illa, quæ Servio tanquam errata Beroaldus objecit, altius penſitare velit, vix decẽ ex iis omnibus, in quibus vere erarit Servius, invenire poterit: in cujus commentariis, quia non pauca deſiderantur, plærique pro ſuo illa ingenio reſtituere conati ſunt: qui quidem cum illiterati fuerint, manifeſtos iis in locis errores admiſerunt, quos qui Servio adſcribat, deliriorum ipſe errorumq; plenus merito videri poteſt: Quid ſi quis me interrogaret, mallemne Cicero fuiſſe, an ejus inſectator Aſinius Pollio?

Scripſit in varios authores non inelegãter *Georgius Merula Alexandrinus*, non pauca *Paulus Piſcinenſis* cognomento *Marſus*, multo plura ejus conterraneus *Petrus Marſus Ceſenſis*, diverſa *Antonius Mancinellus Veliternus*. Nec poſtremus fuiſſet hoc in negotio *Chriſtophorus Landinus*, niſi in Vergilii operũ expoſitione omnes Poëtæ ſenſus ad futiles conjecturas reducere voluiſſet: quas dum undiq; aucupatur, à commentandi munere ad allegorias eliciendas, tanquam ab equis ad aſinos ſæpiſſime deſcendit: & eandem fabulam perpetuo quodam tenore, velut data opera, occinit. Ut autem appareat, quã bene divino Maronis ingenio tales allegori-

goriæ conveniant, unicum hic locũ ex ejus in Æneida Commentariis excerptum ſubjiciam. *Prolixe*, inquit Landinus, *& conſtanti ordine ita exprimimus allegorias ſive morales ſenſus Poetę, ut quod ſemel in una ſignificatione poſitum ſit, in eadem deinceps ſemper ponatur. Tendit igitur Æneas in Italiam, id eſt, laude dignus vir tendit ad ſummum bonum, quod eſt poſitum in contemplatione rerum divinarum, teſte Platone quem ipſe ſequitur. Hinc implacabilis inimica eſt Iuno: nam Dea regnorum fingitur ab antiquis: ergo erit cupiditas regendi adminiſtrandiq; in vita civili rempublic. hæc enim virum excellentem ab Italia Carthaginem, id eſt, à vita contemplativa ad activam traducere conatur. Sed cum ille à propoſito non flectatur, ipſa per Æolum tempeſtatem citat, ſcilicet per rationem inferiorem: quæ cum circa particularia verſetur, facile fallitur quia perturbationibus commovetur. Sed Neptunis, i. e. ratio ſuperior & intellectus, non corrumpitur à Iunone, ſed ſedat tempeſtatem: quę omnia quæſo te lector in libris noſtris Chamaldulenſibus legas: puto enim fore, ut te minime pœniteat.*

Hactenus ille. Quæ cum deliram quampiam anum ſpirent, Maroni certe in mentẽ venire nunquam potuerunt: qui nec activam ibi, nec paſſivã vitam deſignare voluit, nec ſuperiorem, aut inferiorem, aut infimam rationẽ unquam, ſed elegantiſſimum poëma ad Homeri exemplar ex veris fictiſque confectum nobis porrigere conſtituerat. Dignus itaq; fuit Landinus cum ſuis Allegoriis, qui Deorum effigies ac templa tueretur, & Vergilianum opus ad Euangel: doctrinam in frequenti ocioſarum mulicrcularum concione reduceret: quibus ne deeſſet, quod ante fanum bene potæ garrirent, Livium Pliniumque graviſſimos autores non ſine manifeſto crimine vulgavit, ut inter lanas illæ ac ſtamina de antiquorum geſtis diſſerere, & orbis ſitum, ſoliſque ac Lunæ meatus fuſis in cinere deſcribere poſſent. Quod ſi quis duos illos autores vulgariter loquentes legat, non poteſt Landini manibus diras non imprecari.

Sexcentos plus minus exoticæ linguæ Commentatores omitto, nedum eos qui Romanam linguam reſtituere conati ſunt, perquirimus, in ejus depravatoribus diutius immoremur. Sed ex iis quos præteriero, non erunt *Iodocus Badius Aſcenſius*, ac *Guido Iuvenalis*, qui ſummam commentandi muneri manum impoſuere, in objiciendiſque abſtruſioribus veterum autorum ſenſibus non poſtremi fuere, ut qui primi quando apud bonos autores *que*, pro *&*, capi debeat, adnotaverint.

Ac utinam non eſſent & iis multo deteriores. Inventus enim nuper eſt in tanta chartarum vilitate, qui *doctrinalem librum* (hoc enim nomen indidit morboſo poëmati ſuo *Alexander à Villa dei*, omnium hominũ qui unquam nati ſunt, infimus) quaſi Cicer: Philippicas interpretaretur, & pueri poſthabitis ſcriptoribus bene Latinis in eo cœno volutarentur. Neve tam ſordidi Commentatoris nomen in obſcuro ſit, *Dementius* quidam *Babax* ac ſi ſtulte barbarum dicas, peſtilentem Alexandri ſegetem maligno dementię ſuę fimo ſtercoravit: cujus monſtri infelicitas, tanquam non deterrimũ ſęculo pœdorem inhalaſſet, ut putridũ Alexandri opus blattarum eſca, laridiq; pœnularum armariũ quam caſtigatiſſimum in lucem exiret, *Bambalio* neſcio quis ac *Lentulus Segnitius* piger operi diligenter imprimendo adhibiti ſunt: nimirũ ut ſtupidi Bambalionis inſania lentaq; Segnitii pigritia impuriſſimi Bambacis dementiam condirent.

Sed his in malum carcerem abire juſſis, eos ſtrictim exequamur, quorum in bonis literis expurgandis induſtria enituit. Quis igitur neſcit quantũ illæ nuper in *Alberti Pii Carporum Principis* morte jacturæ fecerint? Niſi equidem in illius familia Romæ biennium, Luteti ę Pariſiorum, ubi etiam diem obiit, poſt urbis direptionem quadrienniũ vixiſſem, quo nihil mihi gratius contingere potuit, pluribus verbis tanti viri laudes celebrarem. Illud tam expertus ſcio, nec acerbo eum exilio, nec inveterata podagra, à qua miris modis vexabatur, à bonarum literarum ſtudiis divelli unquam potuiſſe: quibus nulla die non octo ſaltem horas, homo quintum & quinquageſimum annũ agens, impertibat, quanquam & inter prandium & cœnam aliquid ſemper Ciceronianum audiebat, & velut pauca eſſent hæc quæ diximus incommoda, illud etiam multo maximum accedebat, quod quamdiu in Gallia vixit, neminem eruditum domi habuit, cujus colloquio recreari & laboribus interdũ levari poſſet: ut onera illa non aptius mihi, quam bovi clitellas imponere coactus fuerit: nam & anagnoſtę ſolus, & amanuenſis

officio tam commode fungebar, quam à ſeptimũ decimumque annum agente præſtari poterat.

Non poſſem ſine crimine *Decium Syllanum Spoletanum*, prę ceptorem meum, virum undequaque doctiſſimum, præterire: qui cum Romæ diu magna cum laude publice docuiſſet, reviviſcentemque eloquentiam conſtanter promoveret, paucis poſt urbis direptionem diebus acerbiſſimo funere abſumptus fuit: quo etiam tempore *Franciſcus Palmerius*, *Troiluſque Sabini*, *Iulianus* item *Camers*, ac *Iulius Gelcus Siculus*, viri omni laude digniſſimi inter vivos eſſe deſierunt.

Cumq; hi omnes hoc in munere acriter inſudarint, non facile video, cuinam iſtorum cedere debeat *Aldus Manutius Romanus*. Enimvero ut aliqui plura illo ſcripſerint, in librorũ certe caſtigatione, ſuccinctaq; illos imprimendi ratione talem apud eruditos omnes laudẽ eſt adeptus, ut quidam celi benignitate natũ qui bonas literas ſolertiſſime expurgaret, omnes fateantur. Quid enim Aldus, dum noſtro commodo inſervire poſſet, intẽtatum reliquit? Cuinam impendio, dũ ex ultimis terrarum partibus caſtigatum aliquod Exemplar afferri curaret, unquam pepercit? Nec mirum idcirco fuit ſi tam bonos omnes illius obitus commovit, quã vita juverat. Illud interim nos conſolari poteſt, quod Germania Galliaq; hoc opus exequũtur & Gręcos enim, & Latinos libros pulchre emendatos, elegantiſſimiſque characteribus conſpicuos nobis certatim ſuggerunt, ac alios itidem diverſis in locis latentes ſagaciſſime odorantur.

Multos relinquo, ut ad illos tandem, qui viventes immortalem ex Latinis literis gloriã aſſecuti ſunt, deveniam: ne vulgaris linguę aſſertores pauciſſimorũ numero fulti tantopere ſibi placeant: nec ex ordine illos, aut ætatũ diſcrimine, ſed prout nobis in mentem venerint, pauciſſimis verbis proponam. Inter eos autẽ primus mihi ſeſe offert *Guilelmus Budæus*, omnium qui vivunt eruditiſſimus, quo nemo noſtrorum temporum Latinę linguæ magis profuit, dum obſcuriſſima quæque ac impervia ſumma cum laude nobis aperuit: nam tanta præterea eſt homini Græcarum literarum peritia, ut neminẽ illi vel in media Gręcia ortum conferendum judices. Nec quemquam moveat quod durior plæriſque in ſcribendo viſus fuerit: id enim plus quam humanę rerum omnium cognitioni tribuendum eſt: quod & Terentio Varroni, & majori Plinio, & Fabio Quintiliano contigiſſe ſcimus: hunc igitur qui non amplectitur, qui non ſummis laudibus ad cælum effert, illius nomen ex bonorum albo merito eradi poteſt.

Eraſmum Roterodamum alterum orbis jubar, maximumque rei literariæ decus ſi laudare velim, vereor ne omnes me inſanire proclament: tam multa enim tamque erudite ſcripſit, ut ex antiquis plurimos non æquarit modo, ſed longo etiam poſt ſe intervallo reliquerit.

Iacobum Sadoletum, *Baptiſtam Egnatium*, *Vidam Cremonenſem*, *Andream Alciatum*, viros eruditiſſimos, omnique laude majores quis non novit? Quis non *Philippum Melanchthonem*? quis non *Lazarum*? quis non *Romulum Amaſæũ*, in cujus lepidiſſimo ore omnes dicendi veneres certatim conſedere? *Ioannem Sepulvedam Cordubenſem*, Hiſpaniæ? ſeculiq; noſtri delicias, prout par eſſet celebrare, majus eſt opus, quam quod à nobis commode præſtari poſſit, Quandoquidem exactam ſcripta ejus rerũ cognitionem, merumq; in Lat: candorem præ ſe ferunt, ut, ſi fata illũ diu nobis ſervaverint, nulli ſecundus procul dubio ſit futurus.

Sed nimis patentem Campum ingredior, ſi ſingulos me ornate recenſere poſſe confidam. Quis n. digne I. *Moiſam*, *Lampridium*, *Cælium Calcagninum*, *Antimachũ*, *Petrum Curſium*, *Thomam Linacrum*, *Baptiſtam Pium*. *Achillem Bocchium*, *Sebaſtianum Delium*, *Alexandrum Maniolum*, *Flaminios* patrem ac filium, *Theocrenum*, *Bioſium Palladium*, *Petraſanctam*, *Antonium Thebaldeum*, *Hieronymum Fundulum*, *Ioh. Beroaldum Panormitanum*, *Angelum Colottum*, *Baſſianum Laudum*, *Nicolaum Beraldum*, *Laurentium*, *palitium Veientem*: alioſque innumeros, ſcribere queat? *S. Voconium*. Iureconſultum conterraneum meum, in qua claſſe ponam neſcio: quamvis enim in omni politiori literatura diu ſit favente Minerva verſatus, vulgares tamen Muſas minime aſpernatus eſt, Plurimũ hac in arena gloriæ adeptus eſt. *Sebaſtianus Corradus* multis mihi nominibus, ſed hoc maxime charus, quod Plautũ ſtudioſiſſime colit. Maximam de ſe expectationẽ ſuſtinet *Arnoldus Arlenius Colõnieſis* Græce juvenis Latineq; doctiſſimus. Plurimum de ſe pollicetur *Barthol. Cipellus Buxetanus*, non minus *Baptiſta Mazonarius Cremonenſis* acer judicio, ſingularique doctrina præditus.

Multos habet Bononia hujus rei candidatos, ſed *Baptiſtam Sigicellum Scipionem Blanchinum*, ac *Thomam Lilium* præcipuos, omnibus rebus, quas aut natura hominibus, aut fortuna elargiri poteſt ornatiſſimos.

Reliquos conſulto prætereo, qui hos idcirco recenſuerim, ut maternæ linguæ cultores talium virorum judicio non vulgarem, ſed Græcam Latinamq; linguas arriſiſſe intelligant. Nec tamen aliquorum qui vivunt, quique nuper naturæ conceſſere in promiſcuo ſermone gloriam imminutam cupio: quin illos rogarim potius, ut ſi vulgarẽ linguam, quam Latinam malunt, ſinant & noſtri arbitrii eſſe quancunq; lubuerit ſectari. Tum ſi Dantem, Petrarcham, Boccatium, & quotquot ſunt hujus farinæ, amplexantur, condonent nobis, ut his poſthabitis Vergilium, Ciceronem, Plautum, Terentium, Livium, Salluſtium, Cæſarem, Horatium, Ovidium, Catullum, Tibullum, Propertium, Quintilianum, Quintum Curtium, ac ſimiles lectitare valeamus: minime ambigentes, niſi vulgarem hunc ſermonem ſæculo incommode obtruſiſſent, brevi fieri potuiſſe, ut Latinus in priſtinum ſtatum redigeretur, ac omnibus etiam vel cauponibus fieret communis.

F I N I S.

FRANCISCI VAVASSORIS E SOC. JESU

OBSERVATIONES DE VI ET USU VERBORUM QUORUMDAM LATINORUM.

TYPOGRAPHUS LECTORI.

Licet non ignorem religioſe Auctorum ſcripta eſſe tractanda manuſque ab iis abſtinendas, non partem tamen me in ſcriptorem noſtrum peccaſſe, verum è contrario conſuluiſſe lectorum commodis atque ſumptibus quod ſeriem ſolummodo juxta Alphabeticum transpoſuerim ordinem. Si quid tamen peccatum putes & Auctoris noſtri manes & Tu, Benivole Lector, vitii ut id ignoſcat ex animo rogo. Vale.

FRANCISCUS
VAVASSOR,

PAtria Burgundus, ex Comitatu Caroleſio, annum agens ætatis XVI adſcriptus eſt in Societatem Jeſu, anno Chriſti M. DC. XXI. die XXV. Octobris. Docuit in ſchola humanitatis, duos annos: quinque, in ſchola Rhetoricæ: in Poſitivæ, quam vocant, ſeu expoſitivæ Theologiæ, ſex & triginta. Vir in æſtimandis veterum recentiorumque ſcriptis acerrimi judicii, eruditione multiplici, Græcæ & Hebraicæ linguæ ſciens, ut pauci; Latinæ, ut nemo magis ab omni memoria. Orator comptiſſimus, poëta perelegans, interpres ſcripturæ ſemper fidus. Adhæc candore morum, ingenuitate apertiſſimi & firmiſſimi pectoris, fide in amicos, pietate in Deum & obſervantia religioſæ diſciplinæ multo etiam clarior, quam pervagatiſſima opinione doctrinæ.

Conſcripti ab eo & vulgati libri:

In librum Iob poëtica metaphraſis, anno M. DC. XXXVII.
Theurgicon ſive de miraculis Chriſti liber, an. M. DC. XLIV.
Orationum volumen, anno M. DC. XLVI.
De forma Chriſti liber, anno M. DC. XLIX.
Cornelius Ianſenius Iprenſis ſuſpectus. anno M. DC. L.
Claudii Avauxii Elogium & funus. anno M. DC. LI.
De Libello ſuppoſitio diſſertatio. anno M. DC. LIII.
Elegiarum liber. anno M. DC. LVI.
De ludicra dictione liber, in quo tota jocandi ratio ex ſcriptis ve-

terum æſtimatur. anno M. DC. LVIII.

De Epigrammate liber: & Epigrammatum libri tres. an. M. DC. LXIX.

Iobus brevi commentario illuſtratus, cum Metaphraſi poëtica aucta & emendata. anno M. DC. LXXIX.

Obiit magno litteratorum omnium mœrore, & rei litterariæ damno, Pariſiis: anno M. DC. LXXXI. XIV. Decembris.

Hoc Epitaphium
Illi poſuit

Ioannes Commirius Societatis Ieſu.

Vavaſſor jacet hic, quem poſtquam fata tulerunt,
Auſoniæ Charites dedidicere loqui.

Hoc poſuit
Vir clariſſimus Ægidius Menagius.

Tu quoque; tu Latiæ vindex clariſſime linguæ;
Tu columen Pindi, culte VAVASSOR, obis.
Tecum obit, illa tuo quæ ſedem fixerat ore,
Præceptis fulgens lingua Latina tuis.
Quid loquor? an diro mihi mens turbata dolore?
In libris vivit, vivet & illa tuis.

Hoc poſuit
Ioannes Martinus ex Societate JESU.

Romanæ vindex linguæ Graiæque VAVASSOR
Hîc jacet. Aonides vos date juſta Deæ.
Hic etenim veſtros acer defendit honores,
Barbariemque bonis depulit à ſtudiis.
Fama viri maneat; ſermonis gratia vobis
Donec erit cordi, cultaque munditiès.

Ho

Hoc poſuit
Ioannes Lucas Societatis JESU.

SI quem Muſa mori vetet Poëtam;
Si quem Suada poteſt beare cœlo
Dignum laude virum : & beatus eſſe,
Et non debuerat mori VAVASSOR:
Qui longe optimus omnium Poeta,
Et Suadæ eximium decus Latinæ,
Et ſacræ pater Eruditionis,
Et quid non aliud ? Cruenta Parca,
Quemvis tollere pertinax , recuſas
Sed huic parcere : & ecce tot decorus
Hîc per te titulis jacet VAVASSOR.

In Franciſci VAVASSORIS *Critici olim acerrimi carmina emendatiſſima.*

Doctus erat nulli VAVASSOR parcere mendo.
Quod parcas ipſi , nil , bone lector , habes.

Ioſephus de Iouvancy ex eadem Societate.

IN FRANCISCUM VAVASSOREM SOC. JESU SACERDOTEM LATINÆ LINGUÆ INSIGNEM MAGISTRUM

EPIGRAMMA.

NEC mihi VAVASSOR, tot Vates inter amicos,
Quippe tua dignus laude, tacendus eris.
Romani ſermonis amans ſi dicere quiſquam
Cogitet, ille tuo diſcat ab ore loqui.

REN. RAPINUS SOC. JESU.

IN OBITUM FRANCISCI VAVASSORIS

ELEGIA.

TUNE mihi rapiêre meis ſine queſtibus, ipſa
Dum paſſis Erato flet tua fata comis?
Ut taceam mores niveos, cor mite, benignam
Ingenii venam, dulcis & eloquii.
Tot teretes numeros, tot dia effata, tot omni
Doctrina plenos, & pietate libros.
Me tua tot benefacta mihi jam dicere laudes
Invitent, adigant, dulcis Amice, tuas.

Læta

Lætabare mihi partâ per carmina famâ,
  Illaque laudabas qualiacunque volens.
Me teretem fandi late geminaque canebas
  Fortia non humilem pangere facta lyra.
Exſuperanſque tui faciebat pectoris ardor
  Detegeres culpas ut minus ipſe meas.
Sed quid ego inde tuum decus ordiar? an tibi quidquam
  Tale optes, tanto ſufficiamve tibi?
Hi dulces quondam Socii qui nomine JESU
  Gaudent conſpicuum tollere ad aſtra caput
Hi totum ſumant tua tot decora alta per orbem
  E Claro inſolitis ſpargere Monte ſonis:
Monte, nihil docto colli cedente Sororum
  Quoque ſuam mutet Delius ipſe Clarum.
Præcipue cantat dum florea rura Rapinus
  Fructifera, umbroſis irrigua & ſylvis:
Aut magni ingreſſus LODOICI bella canoro
  Ære, procul grandi digna Marone ſonat.
Te Lucas celſo ore, lyra Comirus acuta,
  Martinius dulci te canat & calamo.
Utque meos aliquo teſter tibi munere cultus,
  Laudibus interſim plaudere ſponte tuis.
Affuſus tumulo calathis effundere plenis
  Candida purpureis lilia mixta roſis.

V. C. CAROLUS DU PERIER.

P. JOAN-

Excuſat ſe SANTOLIUS *ab epitaphio* VAVASSORI *ſcribendo.*

QUID me multa rogas, extincti in funus amici
Pro tumulo ornando lugubres ſcribere verſus?
Scilicet id curant Manes: & poſtulat ille
Qui, dum vita fuit, ſolitus ridere Poëtas,
Famæ avidos, fumo quos gloria paſcit inani.
Hæc volventem animo, & cui me parêre deceret,
Huc illuc volitans, tumuloque excîta profundo,
Ecce VAVASSORIS me durius increpat umbra,
Ponere continuò calamum jubet: O mea, dixit,
Funera poſt, ſine pace frui, & me morte beatum
Nunc ſine inornato tandem requieſcere ſaxo.
Nonne ſatis, quando me conſulturus adibas,
(Et memini, & me mordet adhuc ea cura ſepultum.)
Noſtram incompoſitis violaſti cantibus aurem?
Si neſcis, placidâ quamvis tellure repoſti,
Nos etiam Vates turbamur: abi, improbe Vatum,
Et fatis me linque meis, nec denique tentes
Ingrato cineri miſerum ſuperaddere carmen,
Vulgares decet hæc vulgaris pompa Poëtas.
Nec plura: ex oculis ſe ſe ſubduxit, & imo
Ocyus effugiens immugiit umbra ſepulcro.
Scribere me poſthac ecquis perſuadeat auctor?

DE VI

DE VI ET USU QUORUMDAM VERBORUM

cum ſimplicium, tum conjunctorum.

A.

A *Quo tempore, à longo tempore, à multis annis, à ſex menſibus,* aut rarum, aut nullo modo Latinum. Sic effer potius, *quam dudum, jamdudum, pridem, jampridem, jamdiu. Diu eſt cum. Ante annos complures, abhinc ſex menſes, aut ſex menſibus. Annus eſt, menſes ſunt cum, aut ex quo. Quamdudum abes ab urbe? abſum jam menſem, tres omnino menſes.* Nec facit contra nos illud IV. Verr. XXX. *Habuit ſecum eos ab illo tempore.* Hæc enim alia ratio loquendi eſt: ut expendenti locum patebit. Sicut nec iſtæ *ab adoleſcentia, ab ineunte ætate, à primis temporibus ætatis, à primo tempore ætatis,* I. de Nat. Deor. I. de leg.

Abortus. Et prægnans abortitur, & abortitur fœtus, apud Varronem, Plinium, Celſum, & alios. Quid ergo ſibi vult Donatus in Terentium? *Non eſt*, inquit, *Latinum: aborſa eſt, ſed, abortum fecit.*

Acer & vehemens. Quis non exiſtimet hoc utrumque: *acer, & vehemens*, idem fere eſſe? At Ciceroni aliter viſum, de Clar. Orat. num. CV. *Carbonem canorum oratorem, & volubilem, & ſatis acrem, atque eundem & vehementem & valde dulcem, & perfacetum fuiſſe Gellius dicebat.* Et infra paulo num. CVII. *Cum in omnibus rebus vehementem, tum acrem ajebat in dicendo fuiſſe.* Quo loco mihi minus probatur Nonius Marcellus, qui acrem equum interpretatur celerem; acrem Turnum, fortem: acrem dixerim potius equum animoſum, & ardentem; Turnum audacem & actuoſum: licet Servius fortem quoque velit eſſe, qui Virgilio acer Turnus dicitur. Proprie videtur locutus Phædrus, & vim expreſſiſſe verbi lib. II. Fab. VII. Canis de ſe.

Quia videor acer, alligant me interdiu.

Hoc eſt, *aſperior, intractatus, ferocior, inquietus.* Pertinet quoque ad majorem intelligentiam hujus vocis, quod habet Tullius de Clar. Orat. CCCXVII. *Acrem oratorem, incenſum, & agentem, & canorum, concurſus hominum forique ſtrepitus deſiderat.*

Actor. Actor, quem factorem vulgo appellant, is eſt, ſive ſervus, ſive liber, ſive rure, ſive domi atque in urbe, qui negotium gerit alterius, minus aliquid aliquanto, quam procurator, aut Œconomus, aut diſpenſator, aut villicus. Columella lib. I. de re ruſt. cap. VIII. *Idem actori præcipiendum eſt, ne convictum cum domeſtico, multoque minus cum extero habeat.* Et l. X. I. c. III. *Nihil nocebit ſi villicæ atque actoribus, & aliis in honore, ſervilis veſtis domi confecta fuerit.* Plin. lib. III. epiſt. XIX. *Poſſe utraque prædia, ſub eodem procuratore, ac pene iiſdem actoribus habere.* Hac voce ſcienter & perite uſus eſt vulgatus interpres, cum Græca Pauli ad Gal. c. IV. verſu II. νήπιος ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐςὶ καὶ οἰκονόμους, Latine redderet, *Parvulus ſub tutoribus & actoribus eſt.* §. ult. inſt. de Curatoribus. *Quod ſi tutor adverſa valetudine vel alia neceſſitate impediatur, quominus negotia pupilli adminiſtrare poſſit: & pupillus vel abſit vel infans ſit: quem velit actorem, periculo ipſius tutoris prætor vel qui Provinciæ præerit,*

decreto conſtituet. Latius patet ea notio vocis apud Cic. III. ad Att. XVIII. *Scripſeras... cauſam noſtram Pompeium certe ſuſcepturum: actorem etiam daturum.*

Ad vivum exprimere: Tirer au vif, au naturel. Non memini alias me legere apud ullum veterem probatum ſcriptorem, id quod vulgo nunc omnes loquuntur, *exprimere ad vivum.* Interrogati juniores ſtudioſi, utrum aliquid ejuſmodi, recenti memoria, legiſſent, negarunt: cumque amplius ac diligentius inquiſiiſſent iterum, nihil inventum à ſe reſponderunt.

Adducere aliquem illuc, ut quid exiſtimet, loquatur, agat, eſt inducere eique perſuadere. Et ſimpliciter adduci, eſt aliquando adduci, ut quis credat. l. XI. ad Att. ep. XVI. *Ego non adducor quemquam bonum ullam ſalutem putare mihi tanti fuiſſe, ut eam peterem ab ullo.* II. de Leg. VI. *Ut jam videar adduci, hanc quoque, quæ te procreavit, eſſe patriam tuam.*

Adhibere vero fidem alicui, pro *adjungere fidem*, aut *alicui credere*, ut paſſim loquuntur plerique omnes, aut nuſquam apud Tullium aut perraro legas. Semel in lib. II. de divinatione, n. CXXII. *Inſanorum viſis fides non eſt adhibenda.* Ac ne id quidem in editionibus optimis nonnullis: Roberti ſiquidem Stephani editio anni 1538. Gruteriana Hamburgi, itemque Paulus Manutius in commentariis idem omnes repræſentant; *fides habenda eſt.*

Adire, & convenire. Cic. Famil. l. VI. epiſt. XIV. *Cum rogatu fratrum tuorum veniſſem mane ad Cæſarem, atque omnem adeundi & conveniendi illius indignitatem & moleſtiam pertuliſſem.*

Adoleſcentia, juventus. Cave confundas adoleſcentiam cum juventute, quam Cicero aliique Scriptores antiqui diſtinxerunt certo quodam modo. Adoleſcentia peculiare & ſuum aliquod & privatum tempus ætatis cõplectitur, ut & pueritia; juventus vero accipitur generatim ſæpius, & pro triplici ætate, ut ſecum ambas priores includat. Hæc exemplo patebunt magis. Dixit Cic. in l. de Cl. Or. n. CXXVI. *Legendus eſt hic orator, ſi quiſquam alius, juventuti.* & num XLVII. *Certe & boni aliquid attulimus juventuti, & nocuimus fortaſſe.* Tum, neſcio quo loco: *Non patiar diutius iſta deberi juventuti.* Hoc eſt pueris, adoleſcentibus, junioribus. Jam ſi quis in locum, *juventuti*, adoleſcentiæ, aut, pueritiæ vocem reponat, ut efferat ſic, *legendus pueritiæ, adoleſcentiæ deberi*; barbare omnino & inuſitate loquatur. In illo parum vidit Carolus Stephanus, qui ipſo ſtatim initio dictionarii, ut appellat, ſui, brevi ad Carolum Lotharingium Cardinalem epiſtola, *Remenſem adoleſcentiam* dixit: non aliter quam ſi, ubi Maro, *Trojana juventus*, aut Horatius, *Romana juventus*, dicat quis explicandi cauſa, Trojana, Romana adoleſcentia, quo nihil poteſt eſſe inſolentius. Hic erravit quoque Franciſcus Sylvius, proœmio in artis oratoriæ exercitationes, a quo: adoleſcentia, pro: juventute, dicta eſt diſcendi cupida. Et, quod miror magis, idem non ſemel excidit Adriano Turnebo, cum in Pet. Ramum diſputaret de fato, ſcriberetque in hunc modum. *Adoleſcentiæ noſtræ, quam improbus magiſter in deteriorem partem pleruṁque inducis, oſtendo, qui ſis.* Et, *Calumnia tua formidanda quæ contra legem Lectoriam ad inducendam adoleſcentiam tota comparata eſt.* Nam alios ejuſdem memoriæ, qui toties hoc idem peccarint, ut Leodegarium à quercu, miſſos facio, quippe minus diligentes & emendatos, tametſi loqui conentur eleganter.

Ætas jam firmata. Animadverſum mihi ſæpe eſt, ab oratore poëtam complures loquendi formulas ſumpſiſſe. Cic. pro Cœl. XLIII. *Multi... quorum cum adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent, eximiæ virtutes firmata jam ætate extiterunt.* Virg. Ecl. IV.

Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas.

Ætas, ſtatura. Cum aliud *ætas*, aliud *ſtatura* apud Latinos ſignificet, tum ἡλικία Græca vox una utrumque ſonat. Cujus ignoratione differentiæ peccant nonnulli interdum, qui

qui Latina aut Gallica faciant ex Græcis. Luciani quidem interpretes Gallici duo, Perrotus Ablancurtius, & ante eum Philibertus Bretinus, cum Vincentio Obſopæo interprete Latino errarunt in iſto, quod Lucianicum illud imaginum, τῆς ἡλικίας τὸ μέγεθος ætatem verterint, cum *ſtaturam*, vertere debuiſſent. Cui enim dubium, quin ſi quis Scriptor pulche rimam fœminarum ex multiplici Dearum forma & ſimulacris depictam compoſitamque velit, non ſpectandam potius putet ſtaturam & proceritatem Deæ ſive Heroinæ, quæ ad formæ dignitatem pertineat, quam ætatem, quæ aut nulla ſit proprie ſtatuarum, aut junior eſſe debeat, mulieris formoſæ, quæcunque tandem ex ſtatua petatur?

Æther, favor, urbanitas, redamo, beatitas, beatitudo. Vocabula primum cœpta Tullii ætate uſurpari. ii. de Nat. xci. *Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam æther Latine, quam dicitur aër.* Nam ut menter erat aër, Græcum illud quidem, ſed receptum jam tamen uſu à Romanis. Tritum eſt enim pro Latino. Quinctil. Lib. viii. c. iii. *Favorem & Urbanum Cicero nova credidit.* Alterius exemplum affert ex epiſtola ad Brutum quæ non extat: alterius, ex epiſtola viii. ad Appium Pulcrum quæ habetur lib. iii. ad Famil. Addo ego Quintiliano ex Cicerone pro Sextio num. cxv. locum inſignem unde conſtet quoque *favorem* tum vocabulum novum fuiſſe. *Qui rumore, & , ut ipſi loquuntur, favore populi tenetur & ducitur.* Alius iſta voce uſus tantummodo ſemel Cic. Orat. pro Roſcio. Com. xxix. *Quam enim rem, & expectationem, quod ſtudium & quem favorem ſecum in ſcenam detulit Panurgus.* Verbum quoque, *redamo*, novum putavit Tullius, ac velut ætatis illius, qua erat ipſe. Uſus eſt autem iſto, ut recordor, non ſæpius quam ſemel, idque cum præmunitione ſolemni ſua, *ut ita dicam.* De amic. xxxix. *Animo virtute prædito, eo, qui vel amare, vel, ut ita dicam, redamare poſſit.* i. de Nat. Deor. xvc. *Iſta ſive beatitas, ſive beatitudo dicenda eſt. Utrumque omnino durum, ſed uſu mollienda nobis verba ſunt.*

Alapa, colaphus. *Alapa* Latine, Græce *colaphus*, pro quovis ictu ſumitur, inflicto manu, ſive capiti, ſeu genis; ſive palma, ſive pugno. Apud Phædrum lib. v. fab. iii. ubi ſcriptum,

Alapam ſibi duxit gravem,

percuſſio capitis intelligitur, non os verberatum manu, palma, ſive, ut ita dicam, *depalmatio*. Quamobrem qui ex Latino Gallice vertit: *il ſe donna un grand ſoufflet*, peſſime vertit. Agitur enim de nudato capite calvi, quod muſca momordit: neque credibile eſt tam imprudentem calvum ac præcipitem, tamque præpoſterum fuiſſe, ut cum ferire muſcam vellet infeſtam capiti, genas feriret, quas non attigiſſet muſca. Jam addita injuriæ contumelia nihil eſt aliud, quam digna riſu fruſtratio calvi hominis, cujus petitionem muſca eluſit aufugiendo. Atque hoc quidem, male, ut dixi, converſum, ſic emendandum videtur: *Un homme chauve, qui avoit la teſte découverte, étant picqué d'une moûche, ſe donna un grand coup, penſant écraſer la moûche. Alors celle-cy luy dit en ſe mocquant: Tu as bien voulu faire mourir une petite beſte, pour te vanger d'une legere picqueure: comment te vangeras tu de toy-meſme, qui outre le mal que tu t'es fait, as donné ſujet de riſée par ta ſotte mépriſe?*

Albedo, nigredo. Muretus lib. i. epiſt. 36. *Albedo, Latinum non eſt, non magis quam Nigredo.* Quod ſi ita habet, philoſophis nunc, quæſo, quid fiet, quibus nihil tam, quam albedo in pariete, familiare eſt: Sed hujus vitii culpam ſuſtinent collectores vocum, qui utramque hanc, ut uſitatam, nullo auctore nobis, nullo exemplo, tamen obtrudunt.

Alere, educare, exhibere. Plaut. Menæch. ſc. Juventus.

PE. *Nam illic homo hominem non alit, verum educat.* Nonius: *Alere eſt victu temporali vitam ſuſtentare: Educare autem, ad ſatietatem perpetuam educere.* Quibus verbis ſuis verſum Plauti quaſi teſtem producit, ſed corruptum & parum idoneum.

Namillic, inquit, *homo homines non aves educat.* Quo loco neque habetur mentio verbi *alo*: neque conſtat in verſu ratio & numerus ſyllabarum. *Exhibeo* vero *aliquem*, pro, *alicui præſto alimenta*, modus eſt loquendi juriſconſultorum. Ulpianus p. lib. XXV. tit. III. leg. V. idque eodem loco ſæpius: *Si liberi deſiderent, ut a parentibus exhibeantur. - Idem in liberis quoque exhibendis a parentibus, dicendum eſt. - Divus Pius reſcripſit, ut filiam ſuam pater exhibeat. - Sed ſi filius poſſit ſe exhibere. - Quibus alimentis neceſſario filiam tuam exhibuiſti. -- A milite filio exhibendos parentos eſſe. - Si ſit unde ſe exhibeant. - Patroni filium negat exhibendum.*

Aliquid monſtri alunt. Terentius, Andria, act. I. ſc. V. Satiſne ſanus, in dictionario Carolus Stephanus, ita qui reddat: *Ils nourriſſent quelque grande méchanceté en leur courage.* Atqui agitur de gnato Chremetis, uxore danda Pamphilo.

> *Aliquid monſtri alunt: ea quoniam nemini*
> *obtrudi poteſt,*
> *Itur ad me.*

Donatus enim: *Dum monſtrum dixerat, ea, ſubjunxit, tanquam non verbis, ſed ſententiæ ſerviens. Et mutavit genus, dicendo ea, quoniam femina eſt.*

Aliena loqui, deſeri à mente, errore mentis affici. Cic. ad Att. III. XV. *Ad primam tibi hoc ſcribo; me ita dolere, ut non modo à mente non deſerar, ſed id ipſum doleam, me, tam firma mente ubi utar, & quibuſcum, non habere.* Ovid. III. Triſt. Eleg. III.

> *Quinetiam ſic me dicunt aliena locutum,*
> *Ut foret amentis nomen in ore tuum.*

Celſus lib. III, cap. VIII. *Illud ante omnia ſcire oportet, interdum in acceſſione ægros deſipere, & loqui aliena.* ad Att. III. XIV. *Quod ſcribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici: mihi vero mens integra eſt.*

Alta vox, alte loqui. Quis non ita loquitur recentiorum, pro *elata vox*, *elate loqui*. *Contendere vocem & voce attollere vocem.* Sed ex vetuſtioribus quis omnino ac loquutus eſt? Unus uno loco in hendecaſyllabis Catullus:

> *Conclamate iterum altiore voce.*

Quod ſi non dicitur Latine, miror quomodo optimus Latinitatis auctor uſurparit; ſi Latine dicitur, miror magis cur eorum, quos habemus in manibus, nemo ſcriptor uſurparit. Cicero, pro, *alte & alta voce* hæc adhibet: *clare & clara voce* IV. ad Att. VIII. *Dic, oro te, clarius, vix enim mihi exaudiſſe videor* Pro Cluent. CXXX.V. *Africanus, clara voce, ut omnis concio audire poſſet, dixit ſe ſcire.* Pro Cæcinna XXII. *Æbutius ſervo clara voce imperavit.* Pro P. Sylla XXXI. *Non intelligebat, ea, quæ clare diceret, ita illos audituros, quibus ſe venditabat, ut vos quoque audiretis, qui id non probabatis.* Notandum etiam illud ex eodem loco. *De Supplicio P. Lentuli, de carcere, magna queribunda voce dicebat.*

Amarantus, ſive *amarantum*. Eſt illud parum docti & intelligentis, vel parum attenti certe, *amaranthum* ſcribere, aſpirata ſyllaba ultima. Quo tamen modo & Carolus Stephanus in prædio ruſtico, & is in dictionario, & Paſſeratius, & alii vocum collectores ſcripſerunt. Ac turpiter quidem errant, qui ne cogitarint quidem quæ ſit hujus origo vocis. Sed multo illi turpius, qui falſam huic voci originem attribuunt, dicique volunt conjectura futili & plane inſcita, ἀμάρανθος, quaſi ſit amoris ἄνθος. flos amoris. Etenim ſi hybrida ea vox eſt, id eſt, ex lingua diverſa duplici compoſita, quis non videt non jam ἀμάρανθος, ſed ἀμόρανθος dici debuiſſe; ſiquidem florem amoris intelligi placet; quod non nemo falſo putavit?

Amare, diligere. Quin ſit plus aliquid *amare*, quam *diligere*, neminem ſinit dubitare Tullius. Nonius, *Amare & diligere, & contentus. Sic igitur facies, & me aut amabis, aut quo contentus ſum, diliges.* XIII. Famil. XLVII. *Ut ſcires eum non à me diligi ſolum, verum etiam amari, ob eam rem tibi hæc ſcribo* [ad Attic. X. V.] *Tantum acceſſit, ut mihi nunc denique amare videar antea dilexiſſe.* Vid. Ep. I. ad Brut.]

Ambulare maria, terram navigare. Excerpenda

penda diſtione multiplici, & vocabulis in unum congerendis ad imitationem, niſi prudenter & caute fiat, inducitur ſtudioſa juventus in errorem. Exemplum hoc eſto Scriptum Cicero reliquit II. de Fin. CXII. *Maria ambulaviſſet, terramque navigaſſet.* Si quis hoc collector, ut Methodicus, etiam aliud agens, protulerit in medium ſolum modo, neque quidquam addiderit, neque monuerit de quo illud dicatur, quidve ſibi velit: quis puer legens, non ſibi facile perſuadeat, *ambulare maria* idem eſſe ac *iter mari facere*: *navigare terram*, eſſe quoque non aliud, quam *obire terram navigiis*, ſive quis litus maris radat, ſive legat ripas amnium,

Dum circum pictis vehitur ſua rura phaſelis,

Ut poeta loquitur. Sed neutrum ita eſt. Significandum igitur fuit quale quid id eſſet, quem in oratione uſum haberet: non univerſe dici, neque ad omnes pertinere: Xerxem intelligi, qui, Atho perfoſſo, terram navigabilem; Helleſponto conſtrato navibus, mare durum quodammodo & ſolidum, & terendum pedibus, quaſi ſolum effecerit. Itaque non proprie dictum illud, ſed valde figurate, quodque transferri alio non debeat, niſi re ſimillima. Ut qui perfodere Iſthmum aggreſſi, ſi conata perfeciſſent, in iſtos ea vox caderet, terram ut navigarent: aut idem quoque diceretur, cum lacus Velinus interciſo monte in Nar influxit. Jam vero hoc præclarum & memorabile de Perſarum Regis laudibus cave putes Ciceronis eſſe; qui ab Iſocrate in panegyrico mutuatus ſit: ac ne Iſocratis quidem, qui fateatur ipſe ore omnium & ſermone illud idem celebrari.

Amicitur, *amictus*. In oratore, aut declamatore etiam, qui ſurrexit ad dicendum, amictus non tam veſtis eſt quæ mutatur vel injicitur ex integro ſive induitur de integro, quam certa quædam ratio componendæ togæ ad aptam conformationem & condecentiam præſentis habitus, & actionis futuræ. Plinius junior. Lib. II. epiſt. III. de Iſæo declamatore. *Surgit, amicitur, incipit.* Seneca pater de oratore Scauro, lib. V. contr. in præfat. *Scaurus dicebat negligenter ſæpe cauſam in ipſis ſubſelliis, ſæpe dum amicitur, dicebat.* Atque in ipſo quidem amictu dicentium fuiſſe momenti aliquid ad dicendum ſignificat vel locus iſte Tullii de Cl. Orat. CCXXIV. L. *Apuleius Saturninus eloquentiſſimus viſus eſt. Magis ſpecie tamen & motu, atque ipſo amictu capiebat homines, quam aut dicendi copia, aut mediocritate prudentiæ.* Quo loco firmari poteſt non levis conjectura nonnullorum ad hunc Ovidii verſum, lib. II. eleg. V. de Ponto.

Spemque decens doctæ vocis amictus habet.

Ubi legi volunt, & recte, meo quidem judicio, etiam ex antecedente verſu:

Dumque ſilens aſtat, ſtatus eſt vultuſque diſerti,
Spemque decens doctæ vocis amictus habet.

Sed de amictu Quintilianus lib. XI. capite IX. plenius atque uberius.

Amitto, *perdo*. Eſt inter Scriptores, qui, *amitto*, a, *perdo*, vocem priorem a poſteriore diſtinguat. Cornificius, ſive quis alius, ad Herennium lib. IV. n. LVIII. *Decius, qui ſe devoviſſe dicitur, amiſit vitam, at non perdidit: re enim viliſſima & parva, maximam redemit.*

Animadvertere. *Animadverti* paſſivum quoniam Cæſar in commentariis ſæpius poſuit, Adrianus Cardinalis notandum duxit. Multo mihi magis notandum videtur, quod Virgilius in carmine huic verbo locum eſſe poſſe exiſtimavit Georg. lib. II.

His animadverſis terram multo ante memento
Excoquere.

Et lib. III.

His animadverſis, inſtant ſub tempus, & omnes
Impendunt curas denſo diſtendere pingui.

Ante, *prius*, pleonaſmo juncta duo, cum alterutrum ſatis eſſet. Cicero VIII. in Ant. XXIII. *Virgula ſtantem circumſcripſit, dixitque ſe non ante renunciaturum ſenatui, niſi prius ſibi reſpondiſſet, quid acturus eſſet, quam ex illa circumſcriptione excederet.* Virg. V. Æneid.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat.
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras.

Ante, pudor, quam te violem, aut tua jura reſolvam.

Dativus rei accedit aliquando, ut ſupra monuimus, ad dativum perſonæ ſignificantis fere commodum aut incommodum, laudem aut vituperationem. Sed in his omiſſa duo, triave minime omittenda, *eſſe bonitati, eſſe morti, amictui eſſe* Cic. I. ad Att. XIV. *Si ita ſtatueris eſſe hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiemque naturæ plerumque bonitati.* Philip. IX. num. II. *Etenim cui legatio ipſa morti fuiſſet.* V. Tuſc. ſub finem. *Anacharſis Hannoni ſalutem. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen*: ſic enim legitur in optimis editionibus Roberti Steph. & Gruterana Hamburg. cum alii legant: *mihi amictus eſt.*

Antiquum & vetus. Novum & recens. Comes & ſocius. Inter & inter. Sanus & recte valens. Supra commemoratum eſt a me, eſſe verba quædam quæ redundent, propterea quod eadem videantur, ideoque in oratione fruſtra ſimul poni. *Antiquum & vetus.* Cicero Philippica V. num. XLVII. *Majores noſtri, veteres illi, admodum antiqui, leges annales non habebant* Quod ſi mendum hic ſubeſt, ut non nulli ſuſpicantur: minime eſt, opinor, illud mendoſum de univ. 34. *Credendum nimirum eſt veteribus & priſcis, ut ajunt, viris.* Plinius lib. III. epiſt. VI. *A tergo aes ipſum, quantum verus color indicat, vetus & antiquum.* Juvenalis Satyra VI.

Antiquum & vetus eſt alienum, Poſtume, lectum Concutere.

Apud, prope, vel, *in:* ſive hoc, *proxime, juxta, ſecundum, propter:* ſive, *cum, domi, intus, intra. Apud,* nuſquam reſpondet quæſtioni *quo.* Itaque Caſauboni epiſtolæ in quibus habetur: *Iveram heſterna die apud Principem Heſſum*, magnum mendum, quod neque Thuano, neque Scaligero, amiciſſimis duobus probaverit, continent.

Apud, à Tullio ſæpe uſurpatum, pro *juxta*, vel *proxime.* I. cont. Rullum V. *Agros in Hiſpania, apud Carthaginem novam.* XV. ad Fam. ep. IV. *Quinque cohortes apud Philomelium conſediſſent. -- Annéius legatus caſtra in Lycaonia apud Iconium faceret. - In Cappadocia extrema, non longe a Tauro, apud oppidum Cybiſtra caſtra feci.* II. ad. Fam. epiſt. X. *Ita victoria juſta imperator appellatus apud Iſſum.* V. ad Att. XX. *Caſtra paucos dies habuimus, ea ipſa, quæ contra Darium habuerat apud Iſſum Alexander.* VIII. ad Att. XX. *littere.... in quibus ſcribis Cæſarem apud Cornificium caſtra poſuiſſe.* Pompeius ad Domitium. Uſurpavit vero Cicero rarius, *apud*, pro, *intus* loco deſignato. I. Tuſc. X. *Triceps apud inferos Cerberus.* XI. *Si ergo apud inferos miſeri non ſunt, non ſunt quidem apud inferos miſeri ulli.* Propertius:

Sunt apud infernos tot millia formoſarum.

Virg. Æn. VI.

Quæ quis apud Superos......
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Virg. Ænei. I. *Ad Troiam.* Servius: *Ad & apud accuſativæ ſunt præpoſitiones. Sed apud, ſemper in loco ſignificat. Ad, & in loco, & ad locum.* Ex quo cognoſcas licet, opinor, motum ad locum, ſive ad quæſtionem *quo*, non hic ſignificari.

Uſque adeo non refugit Tullius ab iis, quæ dura putaverimus nos, alii etiam vitanda omnino cenſuerint, ut ea uſurparit non eodem verſiculo tantum, ſed conjuncte & continentibus verbis lib. VI. ad Att. epiſt. I. *Hæc non noram tum, cum cum Democrito tuo locutus ſum.*

Ardeo. Verbum neutrum; quod aliquando tamen patientis habet ſignificationem, caſum agentis. Virg. ecl. II.

Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim.

Id eſt, *ardebat Alexidis amore*, ſive *deperibat Alexim.* Hic per ſummam imprudentiam provectus eſt nimium Methodicus, atque offendit, &, quod pejus eſt, falſo teſtimonio turpe erratum confirmavit. Primum enim,

Ardebat, inquit, *Sirius Indos.* Virg.

Id eſt, *adurebat.* Agendi vim tribuit huic verbo, qua caret. *Ardebat* videlicet eſt *urebatur*, non *urebat*. Deinde vero quarto caſu verbum donat, quem nullum habet apud Virgilium, iſto quidem loco. Unde igitur, *Indos,*

Indos, qui quartus eſt caſus, regitur, aut cui verbo reſpondet? Non verbo ulli, ſed participio activo, quod idem eſt, reſpondet: *torrens*, inquam, *Indos Sirius*. Nec homini venit in mentem conſtruendam aliter & ordinandam orationem fuiſſe, atque ſic interpungendam III. Georg.

Jam rapidus, torrens ſitientes Sirius Indos,
Ardebat cælo:

Et vero admonere potuit, ſi quod erat periculum offenſionis, vel Erythræus in indice, cum dixit plene & integre, continenterque poſuit, *Torrens ſitientes Sirius Indos*. Qui torret Indos Sirius.

Methodi novæ erratum illud quoque non poſtremum. *Exorare*, inquit, *eſt expetere & expoſcere aliquid Deos & a Diis*, Cic. & alii, *demander*. Sed iſto nihil falſum magis. *Exorare aliquem* eſt *impetrare ab aliquo*, non *orare*, non *expoſcere*, non *expetere*. *Orare* igitur & *exorare* apud Tullium diverſiſſima ſemper duo: *exaudire* & *audire* nunquam non idem.

Verba quædam Græca adjectiva, quæ u diphthongum habent, dum tranſeunt ad Latinos, vel e, abiiciunt vel i, & longa ita, ut erant, ſunt: Areopagus & Ariopagus, Areopagitæ, & Ariopagitæ. v. Att. XI. *Cum Patro mecum egiſſet, ut peterem a veſtro Ariopago. Non dubitabat Xeno, quin ab Ariopagitis invito Memmio impetrari non poſſet*. I. de Div. LIV. *Aſcendit in Ariopagum Sophocles: detulit rem. Ariopagitæ comprehendi jubent eum*, I. Att. XIII. *Clamare præclari Ariopagitæ*. Ariſtoteleus, Ariſtotelius, Carneades, Carneadeus, Carneadius. Thucydides, Thucydidius, III. de Orat. LXXI. *Aut vobis hæc Carneadia, aut illa Ariſtotelia vis comprehendenda eſt*. LXXX. *Qui Ariſtotelio more de omnibus rebus in utramque ſententiam poſſit dicere*. Orat. XXX. *Ecce autem aliqui ſe Thucydidios eſſe profitentur*. De Opt gen. Orat. XVI. *Si quis erit qui Thucydidio genere cauſas in foro ſe dicturum eſſe profiteatur*. IV. Acad. quæſt. CXLVIII. *Ad patris revolvor ſententiam, quam quidem ille Carneadeam eſſe dicebat*. V. de Fin. XVI. *Carneadea nobis adhibenda diviſio eſt*. *Ille igitur vidit*. Quis? Carneades. Vide ſupra, *Iovem Cretenſem*.

Aſpernari, contemnere, ac negligere. Cic. lib. IV. in Verr. CXIII. *Quas illorum querimonias nolite, per Deos immortales, aſpernari; nolite contemnere, ac negligere*. Gradatim, ſive aſcendat oratio, ſeu deſcendat, aut res una non unis verbis, aut oratione ac per amplificationem dicatur.

Aſpicio, cerno. *Aſpicere*, eſt intendere, aut adjicere oculos ad aliquid aut aliquò. *Cernere*, eſt videre aut intueri, quo conjeceris oculos. III. de Or. CXXIV. *Neque tanta tamen in rebus obſcuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio cernat, ſi modo aſpexerit*. Aliquanto poſt: *ut poſſit is illa omnia cernere, qui tantummodo aſpexerit*. Itaque nihil eſt aliud apud Latinos aſpicere & cernere, niſi quod apud nos, *regarder*, & *voir*.

Nihil attinet, nihil attinent. I ad Her. I. *Illi Græci Scriptores, ne parum ſciſſe multa viderentur, ea conquiſierunt, quæ nihil attinebant*. Cic. ad Att. lib. XII. XIX. *Primum mihi non venit in mentem: deinde ea re venit, quia nihil attinuit*. Horatius lib. I. Ode XIX.

Venus
nec patitur Scythas,
Et verſis animoſum equis
Parthum dicere, nec quæ nihil attinet.

Hæc Tullii Horatius expreſſit imitando. *Nihil attinet, nihil attinent*, nulla re adjecta. Quæ loca è Cicerone alia Gothofredus attulit eodem, falſo attulit. Nam ubi, *nihil attinet* legitur, ibi additus infinitus modus.

Auctus filio. *Filiolo auctum me ſcito*. Cic lib. I. Att. I. Qui, *unum*, adjunxerit, & *filio auctum uno* dixerit, Gallice locutus fuerit, non Latine.

Auſus. *Auſa fortia* & *fortibus auſis*, ſcriptores paſſim *fortes auſus*, fruſtra quæſieris apud eoſdem. Quæ tamen vox eo caſu, & eo genere poëtis noſtratibus Latinis valde ſolet in ore eſſe.

B.

Beatitas, beatitudo. Vide *Æther*, &c.

Bene Latine loqui, bene Græce. Certo quodam modo nonnulla exprimuntur verbis, quæ nunquam ſic exprimas, niſi quia mos iſte loquendi gentis Latinæ proprius fuit & ve-

& veterum Romanorum. Hac ratione & forma ſignificare vis bene loquentem Latine? Significat Cic. III. de Orat. XXIX. *Quid jucundius auribus . . . hujus oratione Catuli, quæ eſt pura ſic, ut Latine loqui pœne ſolus videatur.* Bene Græce loquentem? II. de Orat. II. *Illud ſæpe intelleximus Graſſum Græce ſic loqui, nullam ut noſſe aliam linguam videretur.* Virum eſſe doctiſſimum? Lib. eodem: *Doctoribus noſtris ea ponere in percunctando, eaque ipſum omni in ſermone tractare, ut nihil eſſe ei novum, nihil, inauditum videretur.* Doctorem minime aptum ad docendum? Pro Flacc. XLVI. *Habebat rhetor iſte adoleſcentes quoſdam locupletes, quos dimidio redderet ſtultiores, quam acceperat, ubi nihil poſſent diſcere, niſi ignorantiam literarum* III. de Orat. XCIII. XCIV. *Ob eam cauſam juventus noſtra dediſceret pœne diſcendo. -Hos novos magiſtros nihil intelligebam poſſe docere niſi, ut auderent. - Hoc cum unum traderetur, & impudentiæ ludus eſſet.* Hiſtoricum, qui ab optimo longe abeſſet? I. de leg. VII. *Siſenna in hiſtoria puerile quiddam conſectatur, ut unum Clitarchum, neque præterea quemquam de Græcis legiſſe videatur.* Item quædam ſolerter, & ingenioſe elata, quæ quo appelles nomine, quod ad caput adverſariorum referas, non habes? Cic. ad Att. l. X. *Velim ut tibi amicus ſit. Hoc cum tibi, opto, opto ut beatus ſis, erit enim tamdiu.* IV. de Fin. VII. *Scripſit artem rhetoricam Cleanthes, Chryſippus etiam: ſed ſic, ut ſi quis obmuteſcere concupierit: nihil aliud legere debere.*

Blanda Ciceronis dicta, Blandis, & ſuavibus, & officioſe dictis, quibus tota eſt ejuſs oratio refertiſſima, veluti illud, ſuperius: *gratiſſimum eſt &, ſimile tuorum omnium*; reſponœt iſta non minus honorifica & comis locutio, *ut omnia ut multa, ut alia.* Quaſi dicat quis, laudis & approbationis cauſa: *id tuo more*; *præclare tibi, humanitati tuæ, reliquis factis tuis conſtas.* XII. ad Att. XV. *Quod me ab hoc mœrore recreari vis; facis ut omnia: ſed, me mihi non defuiſſe tu teſtis es.* XV. Att. XVII. *Tu vero facis, ut omnia, quod Serviliæ non dees, id eſt, Bruto.* Scilicet, quod Brutum omni ope juvas, facis tu quidem, ut ſoles, qui omnibus omnia gratificere. Et alio loco ad Att. *Ego autem ſine iracundia dico, ut omnia, nec tamen ſine dolore.* II. de Nat. Deor. LXV. *Euripides autem, ut multa præclare, ſic hoc breviter.* IX. Philip. III. *Ut igitur alias, ſic hoc, Panſa, præclare, quod nos ad ornandum Ser. Sulpicium cohortatus es.* Ita quoque Quintilianus. I. lib. cap. VI. *In plurimis quæ Tullius in oratore divine, ut omnia, exequitur.* Quæ potius affero, quia Cicero Quintiliani teſtimonio digne ac meretur commendatus eſt, quam quia Quintilianus ita loquitur.

Bonus homo. Quantum mihi animadvertiſſe videor, ſemel aut iterum ad ſummum a Cicerone relictum in ſcriptis, *Bonus homo*: millies, *vir bonus.* XVI. ad Famil. XVIII. *A. Ligurius, Cæſaris familiaris, mortuus eſt, bonus homo, & nobis amicus.* I. ad Att. XVI. *Coſſinius hic, cui dedi literas, valde mihi bonus homo, & non levis, & amans tui viſus eſt.*

C.

C*Ado. Cadit aliquid in aliquem.* Cic. pro Cœlio LXIX. *Nihil eſt quod in ejuſmodi mulierem non cadere videatur.* Methodicus: *Il n'y a rien qui ne luy ſiée fort bien.* E Scriptoribus Latinis excerpta qui Gallice vertunt, excerpſerint ipſi, oportet: adierint per ſe fontes: legerint ſuo quidque loco: non alii ab aliis ſumpſerint. Aliter, facere non poſſunt, quin ſtulte ſæpenumero turpiterque errent. Dictum à Tullio vituperandi cauſa, nihil eſſe quod in Clodiam non cadat. Subjecit enim paulo poſt, *omnia quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in iſtam videri apte quadrare.* Accepit contra in optimam partem Methodicus, a quo ſic redditum, nihil eſſe quod non illam magnopere deceat. Male omnino, conjuncta nimirum cum turpitudine nequaquam decebant mulierem nobilem & notam: conveniebat fortaſſe tale aliquid probri in merentem conjici.

Cælum. Cæli. Cælitus. *Si Cælum annuerit, juverit, faverit, cœlo duce, auſpice, propitio, ſecundo.* Nil minus Latinum, nihil Gallicum magis. Habere tamen aliquid ejuſmodi videtur

Virgilius

Virgilius cum dicat, Æneid. I.

Cælo gratiſſimus amnis.

Et Statius in primo libro Sylvarum, in Soteria pro Rutilio Gallico.

Es cælo, Dis es, Germanice, cordi.

Sed illud Virgilianum interpretor, non quemadmodum Servius, *cælum*, pro his qui in cælo ſunt, verum cælum pluvium, ſive aërem, qui in nubem cogitur, fluvioſque augeat imbribus. Hoc autem Statianum, *Es cælo cordi*, obſcurum per ſe, ipſe Poëta facit clarius, cum addit, *es Dis cordi.* Neque minus dixerim, *conſcia ſidera, conſcius æther connubii*: ac neſcio quis Poëta vetus, *æther annuit*, aut *reſpicit*, aut *adjuvat*, dixit. Hic tamen verbo res confici poteſt; quod ad ſimilia quoque pertineat. Ubi ſemel tantummodo quid in ſcriptoribus dictum invenitur, iis cum millies dicendi fuerit occaſio, immo ſæpiſſime dictum oportuerit, parum uſitate, hoc eſt, vel nove, vel obſolete, ideoque perperam dici exiſtimandum eſt.

Cæli cælorum. Qui negant *cæli* nomen, appellari numero multitudinis, non idcirco, defugiunt authoritatem, aut Lucretii, cujus eſt hic verſus lib. II.

Qui pariter cælos omnes convertere.

Aut Ciceronis, qui in hunc modum ſcripſit lib. IX. ep. XXVI. ad Pætum: *Ille te quæſiturum putavit, unum cælum eſſet an innumerabiles*: Sed utrumque volunt ita locutum ex opinione & ſententia Epicuri, quam explicarent, placuit enim Epicuro non modo cælum plus uno eſſe; ſed etiam innumerabiles. Certe Orator de cælo alias cum meminit, nuſquam, niſi ἑνικῶς, dixit. At Epicureum aliquid cum afferret, & hoc attulit, quod proxime laudavi, & illud in Hortenſio apud Servium, *Epicurei plures volunt eſſe cælos.* Atque hic emendandus Cicero ex Cicerone, qui enim cælos nunc non dubitavit dicere, non video, cur non dixerit antea cælos innumerabiles, non ut vulgo legitur, innumerabilia. Quid ſi vocem hanc ex parte novavit, cum numero augeret, explicanda Epicureorum doctrinæ cauſa, quomodo ob eam rem ex toto finxit, *individua & intermundia.* Sed illa ſe vox quomodo habeat apud antiquos, explico ordinatius. Primum è Gellii, lib. XIX. cap. VII. intelligimus in ea ſententia Caium Cæſarem fuiſſe ut exiſtimaret ſingulo numero duntaxat cælum dici, idque in libris, quos ad Marcum Ciceronem de analogia compoſuit ſcriptum reliquiſſe. Deinde Frontoni, qui inducitur ibi loquens, idem viſum, deinde Gellio ipſi. Contra vero uſurpatum legimus pluraliter & à ſolutæ Orationis ſcriptore pervetuſto uno, & à duobus Poëtis. Varro de lingua Lat. lib. 4. ab initio non procul. *Cæli dicuntur loca ſupera, & ea Deorum.* Præter Lucretium, cujus modo verba protuli, Silius Ital. lib. IX verſ. 287.

Diſcordia demens
Intravit cælos, ſuperoſque ad bella coegit.

Atque hic Soſipatrum quidem Chariſium non ignobilem grammaticum miror tam multa peccare, qui affirmet ut *cælum*, ita *ſolem*, *ingenium* carere numero multitudinis. Levius falli Voſſium puto, ſed falli tamen, cum ait *cælum* in plurativo licentia Poëtica dici. Quid enim hoc licentiæ Poëticæ eſt, quod oratores ſibi & alii ſcriptores, ut ſupra oſtendi, permittant?

Cælitus. Mureto non diſplicuit hoc adverbium, in lib. XV. c. I. obſerv. Sed ut auctoritate probaret Latine dici, quæſo, quid fecit? confugiendum putavit ad Lactantium, ante quem nemo ſit ita locutus auctor ſatis idoneus, præter Servium: Si tamen hic & ille idonei videri debent auctores iſtius linguæ.

Capi, falli Cic. IV. Acad. XLIV. *Cavere, ne capiatur: ne fallatur, videre.*

I. De Officiis num. XCIV. *Quid ſit veri videre & tueri, decet: contraque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam, &c.*

Capio conſilium, capio voluptatem, conſtitio, ſuſcipio moleſtiam et eo modo infinita. Digna vetere Roma locutio, digna Cicerone,

qui, quemadmodum vere gloriatur, exquiſitius & minime vulgare genus orationis attulit. XIV. ad Att. XIII. *Nec alia cauſa profe ctionis mihi ulla fuit tum cum conſilium cepi le gari à Cæſare* lib. II. in Verr. XLI. *Cepit con ſilium de amicorum & propinquorum ſententia, non adeſſe ad judicium.* De Clar. CXLVII. *Ce pi voluptatem, tam ornatum virum, tanque excellens ingenium fuiſſe in noſtra rep.* VI. ad Fam. ep XVIII. *Q. Curtius conſenſit cum Hiſpanis quibuſdam, ſi in oppidum Pompeius veniſſet, eum comprehendere.* I. contr. Rull. XV. *Si conſenſerint poſſeſſores non vendere, quid futurum eſt?* II. Philip. XVII. *Cum homines confite rentur ſe urbem inflammare conſenſiſſe.* III. de nat. Deor LXIII. *magnam moleſtiam ſuſcepit & minime neceſſariam . . . commentitiarum fa bularum reddere rationem, vocabulorum, cur quidque ita appellatum ſit causas explicare.*

Capite minutus, caput perdidit, pro caput abſciſſum, vel abſciſſum cervicibus hoc eſt, ſecuri percuſſus eſt: *il à eu la teſte tranchée*; barbariſmi duo quorumdam, qui ſe putent eleganter locutos. Triplicem enim diminu tionem capitis in jure, ſive maxima ſit, ſeu minor, ſive etiam minima, aliud eſſe quid dam ſatis conſtat ex digeſtis, eque inſtitu tionibus: unde ejuſmodi nulla in ſcriptis ve terum docta tranſlatio. Neque illud quod Plauti ſimul & Terentii eſt, *diminuere ali cui caput*, putes interpretandum, *ſecare ca put*, ſed *diffringere.*

Cardinalis. Vox minime Latina, *Cardina lis*, quia nulli veterum Romanorum uſurpa ta, ſed neceſſaria tamen propter dignitatis inſtitutum deinde gradum & ordinem: in auferendi caſu quomodo tandem habet? O pinor, *Cardinale & Cardinali.* atque id utrumque ex æquo. Unde nos novimus? Proportione. *Ædilis*; Romæ minor magiſtratus, in ſexto caſu, *Ædile & Ædili*, ita Cicero dupliciter una oratione de Har. reſp. terminavit XXII. *Vis innumerabilis collecta ſer vorum ab hoc Ædili religioſo, repente in ſcenam irrupit.* XXIV. *Tota, hoc Ædile, ſervorum Megaleſia fuerunt.* Tum pro Sextio XCV. *Nam quid ego de Ædile ipſo loquar?* Apud Varronem ea quoque dictio exit in e, libro de re ruſt. primo, cap. II. *Accerſitus ab Ædile, cujus procuratio hujus templi eſt.* Omitto Livium, Plinium, alios, qui alterutro modo, qui utroque terminent hujus vocis ablativum. Non enim id ago ut doceam, quod Grammatici eſt, fieri duobus modis: Sed, cum ita fiat, moneo recte hunc vocabuli, *Cardinalis*, caſum, inſtar illius, qui eſt, *Ædilis*, formari. Cui dicto conſentaneum eſt, *ut* adjungam, *Generalem & Provincialem* eodem caſu in alteram aut tertiam vocalem, e, &, i, ſimiliter exire. Ceterum de *Ædilis* poſitione duplici cum diſerte Alvarus docuerit, etiam verſu, miror hoc ab illo non didiciſſe neque, Methodium, neque Ceuxium.

Careo. Cic. I. Tuſc. n. LXXVII. *Triſte eſt nomen ipſum carendi, quia ſubjicitur hæc vis: habuit, non habet: deſiderat, requirit, indiget.* Et n. LXXXVIII. *Carere igitur hoc ſignificat, egere eo, quod habere velis, ineſt enim velle in carendo, niſi cum ſic tanquam in febri dicitur alia quadam notione verbi.*

Celantiſſimus. Placebat ea mihi locutio valde, *celantiſſimus arcanorum*, pro occulto & tecto homine, qui facile contineat linguam, & omnia cl uſa habeat conſilia ſua: præſertim cum vocabulorum novi collectores eam Q. Curtio tribuerent. Sed evolue hunc ſcriptorem diligenter; perlege, ſi tanti eſt, verſus ad unum omnes: Sic reperias, adduci Perſas non poſſe ut occulta aperiant, commiſſa prodant, conſcios indicent; *celantiſſimos arcanorum* Perſas non appellavit Curtius, ut Carolus Stephanus ſcribit. Hunc porro taciturnum, prudentem virum ac fidelem, cui ſeria & arcana recte commiſeris, qui nemini ſit ipſe indicet, Horatius lib. II. Serm. Sat. VI vocat.

Egregii mortalem aliique Silenti.

Contra Terentius de eo, qui tacere non poſſet;

Plenus rimarum ſum: hac atque illac perfluo.

Horat. eadem Sat. VI.

Et

Et quæ rimoſa bene deponuntur in aure.

Certum ſcio ; *certiorem facio.* *Eo viſere* vi *deo viſo. certo ſcio* Quid hæ voces valeant ſeparatim diverſiſque locis, nôrunt omnes: quomodo à jungendis peculiari quadam ratione non refugerint antiqui, non ita conſtat pleriſque, quod planum fiet exemplis. Cic. IX ad Fam. ep. XXIII. *Conſtitui ad te venire, ut & viderem te, & viſerem, & cœnarem etiam. Eo viſere.* Terent. Hecyra, ſc. Senex ſi quæret,

P A. Noſtra illico
It viſere ad eam.

Phorm. act. I. ſc. II.

G E. Vultiſne eamus viſere.

Plaut. Rud. act. I. ſc. II.

P L. Nunc huc ad Veneris fanum venio viſere.

Cic. IX. ad Fam. ep XXIII *Cum certum ſciam, faciam te paullo ante certiorem.* Ep. X. *De quo, etiam nihil ſcribente me, te non dubitare certo ſcio . . . Te hoc ſcire volo, vehementer populum ſolicitum fuiſſe de P. Syllæ morte, antequam certum ſcierit. Nunc quærere deſierunt quomodo perierit. Satis putant ſe ſcire, quod ſciunt.*

Ceſſo. Ceſſare non id modo ſonat auribus, quod quivis intelligit, id eſt, deſinere aut intermittere; ſed valet etiam illud, negligenter aliquid & languide obire, aut minus recte emendateque facere. Horat. de art. poët.

Sic mihi, qui multum ceſſat, fit Chœrilus ille.

Ovidius lib. III. Triſt. Eleg. VII.

Aut ego præbebam factis modo verſibus aures:
Aut, ubi ceſſaras, cauſa ruboris eram.

Non erat iſta ceſſatio, omiſſio aut interruptio, & dilatio operis; & tarditas, & cunctatio: neque non feciſſe tanti fuit, neque res digna in qua Perilla erubeſceret: ſed ſi quid peccaſſet in verſu gravius, afferebat pudore [illegible] reprehenſio.

Cetus. Quid vero Servius in Virgilium? Negat [illegible] apud ullum uſquam ſcriptorem. *hic cetus, hujus ceti* leg. [illegible] Plinius lib. XXXII. c. I. *Cetos*, ait ex ſcriptis Jubæ ad C. Cæſarem, *ſexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum ſexaginta latitudinis, in flumen Arabiæ intraſſe.*

Ciceronis viſæ negligentiæ. M. Tullium ſæpenumero deprehendi nec tam accuratum in ſermone, ut non aliquando aliquid negligentiæ præ ſe ferat, nec tam varium & copioſum, ut non idem aut fere idem vocabulum paucis iteret verſibus, atque frequenter, nec tam politum & elegantem, ut reſpuat delicias, & ambitiones, & faſtidia ætatum conſequentium aut hominum etiam, ſi ſuperis placet, noſtrorum. Locus illuſtris. X ad Att. ep. IV. *Ea vero quæ voluminis inſtar erat, ſæpe legenda, ſicuti facio: in qua non fruſtra laborem ſuſcepiſti: mihi quidem pergratum feciſti. Quare, ut id, quoad licebit, id eſt, quoad ſcies, ubi ſimus, quam ſæpiſſime facias, te vehementer rogo. At deplorandi quidem, quod quotidie facimus, ſit jam nobis aut finis omnino, ſi poteſt, aut moderatio quædam; quod profecto poteſt.* Quid quod Publius Virgilius, Ciceronis exemplo, unde multa ſumpſit, idem vel peccat, vel recte facit.

Qualis populea mœrens philomela ſub umbra
Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator
Obſervans, nido implumes detraxit: at illa
Flet noctem, ramoque ſedens miſerabile carmen
Integrat, & mœſtis late loca queſtibus implet.

En paucul is verſibus, iiſque continuis, ferme una quaſi periodo participia tria, *mœrens, obſervans, ſedens*: duæ voces cognatæ *queritur, queſtibus, mœrens mœſtis.* Vocabula duo *late loca, la, lo. loca queſtibus, ca, ques*, vel ut complosione quadam ſyllabarum, aut alteratione inſignia.

---- Rurſum quædam, quæ nonnihil negligentiæ videntur habere, dici non poteſt quin Tullius fecerit prudens. Ut illud lib. XII. epiſt. IX. ad Fam. *Sed tamen, ut omnia, ut ſpero, proſpere procedant, multum intereſt te venire* Quis enim Ciceronem putet non animadvertiſſe, hic hic à ſe poſitum, *ut*, diverſa ſtructura, diverſoque ſenſu, tam prope utrumque.

— Sententiæ repetita. Non videtur omnino inutile Ciceronem notari, ſi quando una & eadem ſententia, & iiſdem verbis utatur ſæpius. VII. ad Fam. ep. XV. *Quod vero in C. Marii, ſuaviſſimi doctiſſimique hominis, familiaritatem veniſti, non dici poteſt, quam valde gaudeam: qui fac, ut te quam maxime diligat. Mihi crede, nihil ex iſta provincia potes, quod jucundius ſit, deportare.* Lib. VI. ep. I. ad Att. *Plane te intelligere volui, mihi non excidiſſe illud, quod tu ad me quibuſdam literis ſcripſiſſes ſi nihil aliud de hac provincia, niſi illius benevolentiam deportaſſem, mihi id ſatis eſſe.*

Horatius lib. I. ſerm. ſatyra II.

Leporem venator ut alta
In nive ſectatur, poſitum ſic tangere nolit:
Cantat & apponit: meus eſt amor huic ſimilis. nam
Tranſvolat in medio poſita, & fugientia captat.
Hiſcene verſiculis, &c.

Mirum profecto cur hoc tam ſit obſcurum atque cæcum, cum tot explanationes adhibitæ ſint interpretum ad hanc diem, vix que adhuc quiſquam rem ex toto, quæ ſit tamen in promptu, intelligat. Sic igitur habeto: Ex amatore ſi verum quæris, cur matronas potius quam libertinas & ancillas tam ardenter amet atque depereat, ſtatim pro ſe, Callimachi carmine iſto reſpondeat: ut leporem venator per altas nives ſcrutatur in montibus; poſt autem ſic poſitum, ſive, ita ut eſt, relinquit. Cantat, inquam, hos tibi Callimachi poëtæ verſiculos amator: quibus & ſequentes ejuſdem poëtæ apponit ſive adjungit. Meus amor talis eſt: & fugientia captat, & in medio poſita præter volat. His autem verſiculis, hac poëtæ cantilena ſperas, opinor, omnes moleſtias & ſollicitudines, ſenſum doloris omnem à te depulſum iri? Eſt hoc antiqui Scriptoris Epigramma Græcum ad Epicydem, & quaſi canticum, quod Latine ad verbum expreſſi quo me verſibus.

Ὡ' γρευτὴς Ἐπίκυδες, ἐν οὔρεσι πάντα λαγωὸν
Διφᾷ καὶ πάσης ἴχνια δορκαλίδος
Στίβῃ καὶ νιφετῷ κεχαρημένος· ἢν δέ τις εἴπῃ,
Πῆ τόδε βέβληται θηρίον· οὐκ ἔλαβεν.
Χ' οὐμὸς ἔρως τοιόσδε· τὰ μὲν φεύγοντα διώκειν
Οἶδε τὰ δ' ἐν μέσσω κείμενα παρπέταται.

Venator leporem ſaxis, Epicydes, in altis,
Et capream ſequitur preſſaque ſigna pedum,
In nive pone legit. Quod ſi quis dixerit illi,
En cape: percuſſa eſt bellua: non capiat.
Talis amor meus eſt. Longe fugientia novit,
Quærere, &, in medio quæ ſita, negligere.

Ex quibus ita propoſitis ac probe intellectis, deprehenſum apparet hic primum apud Horatium, *ſic*, particulam ſimilitudinis, in ſecundo verſu, non reſpondere adverbio, *ut*, quod eſt in verſu primo, neque reddere ſimile, aut ullo modo ſignificare *ſimiliter*: quod quidem ſi fiat, bis eodem loco, ideoque negligenter & abſurde fiat. Sequitur enim: *Meus eſt amor huic ſimilis.* Patet deinde, ubi habemus, *ſic poſitum*, &, *apponit*, ibi nequaquam agi de lepore poſito in epulis: deque appoſita convivis quacunque eſca: nec voce ejuſmodi, *tangere*, expreſſum intelligi, *comeſſe*, aut *cibum attingere digitis*, aut *ad os admovere.* Quid ergo eſt, *ſic poſitum?* Nihil aliud, quam vel ex Latino Horatii, temere atque ante pedes poſitum, ita ut eſt, quo ſit cunque ſtatu. Eadem forma & ratione loquendi uſum lego Virgilium non ſemel. IV. Georg.

Sic poſitum in clauſo linquunt.

Et Æn. IV. quoque.

Sic te ut poſita crudelis abeſſem.

Vel ex Callimachi Græco βέβληται proſtratam telo, ſive jacentem ex vulnere beſtiam, ut Homerus ſæpe, Iliados E λ. Βέβληται μὲν ὁ Τυδείδης βελέεσσι. εἴσω, ἰῷ. Et ſimpliciter, Βέβληται nullo addito. Stratus, afflictus, atque abiectus, ſive perculſus & proſtratus jacet. Tertium vero illud, *cantat & apponit*, quod unius Horatii proprium eſt, nec è Græco, ut reliquum carmen, petitum, eo magis certum & evidens, mihi quidem, videtur eſſe quo à pleriſque, ad hoc uſque tempus, neſcio quo modo minus intellectum. Quid vere proprieque ſignificat hic, & valet,

let Horatiana vox, *cantat*, in iſto verſu, niſi ut in ſoluta oratione, *inquit*, ſive reſpondet amator ex Callimacho, & quaſi ex ejus ore priorem partem carminis profert. Quid ſibi vult, *apponit*, niſi *adjicit*, ac velut applicat primis illis hos conſecutos ejuſdem poëtæ verſus quodammodo per ἀπόδοσιν, & reddendæ ſimilitudinis cauſa: Meus quoque amor eſt ejuſmodi. At hæc, ut jam dixi, duo, *cantat & apponit*, neque antiqui interpretes, neque novi ſatis, quale id eſſet, ceperunt: non Porphyrion, qui alia omnia diſſeruit in eam ſententiam: non Acron, qui interpretandi laude, quam Porphyrion, inferior. Atque hic quidem ab initio recte cum dixit, *apponit, addit ad cantum.* Poſtremum rem pervertit, cum ait, *ſociis apponit ad comedendum.* Recentiores iſti, à quibus eſt hoc de Callimacho primis & ſolis exploratum atque compertum, Joſephus Scaliger, Daniel Heinſius, Tanaquillus Faber, ſuum quique non dico vitium habent, ſed erratum, aut incogitantiam potius & oblivionem. Ac primum iſta de voce duplici, *cantat, apponit*, nihil explicat Scaliger, nihil meminit. Deinde quod idem Horatium furti accuſat Scaliger, quia ſumpſerit à Callimacho verſiculos aliquot, & inſeruerit ſuis aliquid trivialis cantilenæ; quis putet Scaligerum proprie locutum, cum Horatium ait furtum feciſſe, qui palam & aperte, quod eſſet in ore omnium tunc quidem, recitarit, & operi ipſe ſuo ludens ac nihil diſſimulans intexuerit: immo vel poëtam notiſſimum ſic canentem, vel amantem unum aliquem induxerit. Frequens hoc olim nimirum, & quaſi familiare Romanis, etiam mulieribus, non modo Græca transferre, quæ Latine verſu canerent, ſed mera etiam Græca concinere, quæ itidem, ut Latina & patria pulcre noſſent, quod quidem ejuſmodi ut fieret, Ovidius præſcripſit:

Sit tibi Callimachi, ſit Coi nota poëtæ,
Sit quoque vinoſi Teïa Muſa ſenis.
Nota ſit & Sappho.

Ac notiora etiam tum Græca Romanis, quàm extera quævis & peregrina ſive Italica, ſive Hiſpanica, nunc quidem Gallis, ob eamque rem uſurpata frequentius & magis trita.

Colo, vereor. Verendi major quædam vis eſt, quam colendi LXXXIII. de Amic. *Neque ſolum colent amici inter ſe ac diligent, ſed etiam verebuntur. Nam maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam.* Itaque non erat quamobrem Beza immutaret vel leviter illud vulgati interpretis, Matt. XXI. XXXVII. Luc. XX. XIII. *Verebuntur filium meum*, poneretque *reverebuntur: ils n'ont pas eu égard à mes ſerviteurs: ils auront du reſpect pour mon fils.*

Communis Mercurius. In commune. Ex duobus una iter facientibus, ſi quid unus inveniret in via, alter autem ſibi partem peteret, ſucclamabat hic ſtatim apud Græcos Κοινὸς Ἑρμῆς, apud Romanos, *In commune.* Quo dicto jure ſibi aliquid tanquam ſuum vindicare ex præda communi cenſebatur. Ac facit id quoque nunc vulgus noſtrorum hominum, cum dicat invenienti continuo ſub rem inventam: *J'y retiens part.* Repetunt hoc proverbium critici recentiores è Theophraſto charact. Βδελυγίας, è Luciano in votis, è Phornuto in Mercurio ex Heſychio, è Phædri lib. V. Fab. VI. è Seneca ep. CXIX.

Comes & ſocius à Cicerone copulantur, quaſi unum & idem ſint. I. Fam. IX. *Me quidem certe tuarum actionum, ſententiarum, voluntatum, rerum denique omnium ſocium, comitemque habebis.* XI. ad Att. XIV. *Cum, ut nihil aliud, comites me & ſocios habere putabam.* Pro Sylla LXVI. *P. Sylla, hoc importuniſſimo tum honoris, tum etiam calamitatis ſocio atque comite, & ſecundas fortunas amittere coactus eſt, & in adverſis ſine ullo remedio atque allevamento permanere.* Alias ita diſtinguit alterum ab altero, ut aliquid eſſe inter utrumque diſcriminis ſignificet VIII. ad Att. epiſt. XXII. *Sed me movet unius vir, cujus fugientis comes, remp. recuperantis ſocius videor eſſe*

debere. Horatius conjungit. I. Carm. Ode VII.

Quo nos cunque feret melior fortuna parente,
Ibimus, o ſocii comiteſque.

Conſentio. In eum omnes illud conſentiunt elogium. Cic. *Tous luy accordent cét éloge d'un commun conſentement.* Ita Methodicus verbo, *conſentio*, quem video, uno in elogio, unaque in locutione, bis graviterque erraſſe. Primum quod verbum *conſentiunt* activum fecerit è neutro, cui quartum caſum rei adjunxit, & eundem caſum perſonæ cum præpoſitione *in*. Quaſi vero dictum ſit, *in eum illud omnes conſentiunt*, ſive uno conſenſu conferunt, *elogium*. Deinde quod, quæ locutus ipſe Tullius ſit per ſe, à verbis elogii non diſtinxerit. Is hæc ſolummodo, lib. de Seneſt. n. LXI. *In quem illud elogium:* ſupple, extat, ſcriptum eſt. Et II. de Fin. CXVI. *Velut hoc elogium ad portam.* Verba vero ſunt elogii, quæ ſequuntur: *Uno ore quem plurimæ conſentiunt gentes populi primarium fuiſſe virum.* Confudit igitur Methodicus verba elogii cum Tullianis, inſcitia diſtinguendi. Sed idem elogium neque Methodicus, neque alius, quod ſciam, diſtinxit, utrum ſoluto eſſet, an adſtricto numeris ſermone conſcriptum. Merum certe iambicum, meros ſenarios fuiſſe, magna mihi opinio eſt. Quod quidem carmen Cicero diſſolverit, cum ad inſtitutum ſuum referret, ac primo memoriter in Catone majore, deinde expreſſius & fidelius in II. de Finibus recitaret: Cui ſi numeros reddere ac reſtituere ſuos poſtremo velis, facile poſſis, nulla re ferme addita, vel immutata. Iſto enim quid magis in promptu, aut quid eſt negotii pauculas voces, & duos treſve ſic ordinare verſus, atque nectere?

Hoc in ſepulcro eſt Lucius Atilius ſitus,
Populi ſui ſe quem virum primarium,
Uno ore gentes plurimæ conſentiunt.

Porro ne dubitemus, quin communis iſte conſenſus gentium de laudibus Atilii Calatini, pars ſit elogii in monumento, declarant & hæc Ciceronis: *Idne conſenſiſſe de Calatino plurimas gentes arbitramur, primarium populi fuiſſe?* & illa ejuſdem: *Jure igitur gravis Atilius, cujus de laudibus omnium eſſet fama conſentiens.* Atque hoc quidem loco ridicule indoctus Methodicus, cum præcepta artis grammaticæ daret. Nec minus in culpa fortaſſe Gaſpar Scioppius fuit, qui hoc ipſum antea uſurpaſſet ſcribendo in paradoxis liter. Epiſt. V. *Uno ore omnes hoc Bembi cardinalis elogium in Sannazarium conſentiunt.* Utrique, ut apparet, occaſio allata errandi in Nizolio, qui hæc è Cicerone deprompta parum diſtincte exſcripſerit, *In quem illud elogium unicum plurimæ conſentiunt gentes*, cum neuter neque Ciceronis inſpexiſſet locum, neque mentem ſatis attendiſſet.

Conſilium eſt, ſententia eſt, cum infinitivo, pro *deliberatum, propoſitum, ſtatutum, conſtitutum, certum eſt*, cum eodem modo. Lib. IX. ad Att. VI. *Primum, conſilium eſt ſuffocare urbem & Italiam fame, deinde agros vaſtare, urere.* III. ad Her. XI. *Pluribus verbis ad eam te hortari non eſt ſententia.*

Conſtitutum habeo, id eſt, *contractum*. Cic. l. VII. ep. IV. *Si quid conſtitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas... & me hoc biduo aut triduo expecta: Si vous êtes d'accord & comme d'intelligence avec voſtre goutte; ſi vous avez quelque choſe d'arreſté enſemble, differez à un autre temps d'eſtre malade & ne permettez pas que voſtre mal vous prenne à l'ordinaire. Attendez de me voir au plûtoſt. Dans deux ou trois jours je ſuis à vous.* Hoc figurate tranſlateque dictum, *conſtitutum aliquid cum podagra*, ſic tanquam cum homine *habere*. Illud proprie XII. Att. XXIV. *Sica reſcripſit conſtitutum ſe cum Silio habere.* Sed id ſuperius quod tranſlatum eſt, Cicero per jocum ſcripſit ad Marium identidem laborantem ex pedibus, quicum ſæpe jocari ſolere. Itaque male hunc locum interpretatur Manutius, & ex eo Gothefridus, quaſi ſerio locutus ſit Tullius ita: *Si conſtitui ſi cum ave podagram, has curationes tuas differ in aliud tempus:* quæ eſt expoſitio petita longius, nec tam elegans.

Minuti

Minuti ac nimium diligentes, qui, ne verbis utantur tribus, eadem prima litera continenter, cavent. Non ita Cicero v. Tuſc. xcvi. *Corpus gaudere tamdiu, dum præſentem ſentiret voluptatem: animum & præſentem percipere pariter cum corpore.*

Contineo. Illud verbi, *contineo*, præclarum & inſigne, eo ſignificatu, quo dicitur paſſim, *premo, comprimo, ſupprimo, cælo, exire non patior.* In una eademque epiſtola plus ſemel uſurpavit Tullius: neque tamen id ulli obſervatum grammatico memini fuiſſe. Cic. xiii. ad Att. epiſt. xxi. *Tu autem commode feceris, ſi reliquos continueris -- Ea vero continebis, quoad ipſe te videam.* Contrario ſenſu, *edo*, ſimpliciter, *emitto, divulgo, evulgo, foras do, apparere volo, emanaturum puto.*

Corpus, caro. Qui Latine ſciunt ac loquuntur, opponere ſolent *animo corpus*: ſacri Scriptores *carnem.* Nihilominus apud Tullium ſemel *corpus*, pro *carne*, pro *corpore carnem* poni videor animadvertiſſe. ii. de Nat. Deor. cxxxiv. *Quid dicam de oſſibus, quæ ſubjecta corpori miſerabiles commiſſuras habent?* i. de Leg. lx. *Nam cum animus à corporis obſequio indulgentiaque diſceſſerit, . . . ſocietatemque carnis ejecerit.* Niſi forte aliud hic legi oportet: de quo non habeo quid affirmem.

Cupio, exopto. Incredibile eſt quantum ſit in M. Tullio Synonymorum: cum tam pauci, credo quod non advertant, imitentur. Quæſo te, quod diſcrimen inter *cupio* & *exopto*, inter *rego* & *guberno*? Aut nullum, aut certe perexiguum. At duo tamen Cicero, quæ ſignificent idem, conjungit, & quaſi pro uno ponit. i. de Orat. ii. *Neque vero nobis cupientibus atque exoptantibus fructus otii datus eſt.* Ibidem, viii. *Jam vero conſilio ac ſapientia qui regere ac gubernare remp. poſſent, multi noſtra, plures patrum memoria, atque etiam majorum extiterunt.*

Culpa peccatum, facinus, ſcelus. Rurſum levius aliquid, *culpa* & *peccatum*, quam *facinus*, aut *ſcelus*. Cic. pro Marcello xiii. *Et ſi aliqua culpa tenemur erroris humani, à ſcelere certe liberati ſumus.* Ovidius lib. i. Triſt. Eleg. ii.

A culpa facinus ſcitis abeſſe mea.

Et lib. iv. eleg. i.

Scit quoque cum perii, quis me deceperit error,
Et culpam in facto, non ſcelus, eſſe meo.

Vel quia peccavi citra ſcelus. Triſt. lib. iii. Eleg. i.

In quo pœnarum, quas ſe meruiſſe fatetur,
Non facinus cauſam, ſed ſuus error habet.

Et lib. iv. Triſt. Eleg. 4.

Hanc quoq; qua perii, culpam ſcelus eſſe negabis.

Ibidem,

Ergo ut jure damus pœnas, ſic abſuit omne
Peccato facinus conſiliumque meo.

Hunc porro verſiculum Ovidii ſuperiorem,

A Culpa facinus ſcitis abeſſe mea.

male intellexit Carolus Stephanus, vel potius non intellexit, qui ſic reddiderit, *Vous ſçavez bien que je n'en ſuis pas coupable, que ce n'eſt pas ma faute.* Contra vertendum fuit: culpa quidem hic aliqua noſtra eſt, ſed imprudentiæ culpa; à ſcelere certe, ut ſcitis, liberati ſumus.

Cur aliquid vidi? Cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi?

Cum, adverbium, quomodocunque ſcribatur, ſive litera una, ut ſcribo hic, ſive duplici, ut ſcribunt nonnulli *q* & *u*, *quum*, poni poteſt conjuncte, & uno loco cum præpoſitione ejuſdem nominis. Ita Cicero loqui non dubitat, vel potius, ſi quid in eo eſt offenſionis, vitare non curat. xiii. ad Att. xix. ep. *Commodum diſceſſerat Hilarus librarius, – cum venit tabellarius cum tuis literis pridie datis.* ep. xxxviii. *Ante lucem cum ſcriberem contra Epicureos . . . deinde cum, ſomno repetito, ſimul cum ſole experrectus eſſem, datur mihi epiſtola à ſororis tuæ filio.* ii de Orat. cclxvii. *Scipio apud Numantiam, cum ſtomacharetur cum C. Metello, dixiſſe dicitur.* xi ad Fam. vi. *Idem ego cum L. Clodium Corcyræ conveniſſem, hominem ita tibi conjunctum, ut mihi, cum illo cum loquerer, tecum loqui viderer.* & lib. iii. ad. Q. Fr. *Præſertim*

tim cum, ut ſcribis, cum Cæſare communicaris.

Cypris, Paphie, Charites. Has eſſe voces meras Græcas nemo non videt. Pro Latinis uſurpatas olim plerique putant, in quo falluntur, ut & recentiores Poëtæ, qui utuntur iiſdem. *Cypris* ergo & *Paphie* pro Venere, nuſquam extat, *Charites* vero habet Propertius lib. IV. eleg. I.

Arcerſis lacrymis Charites averſus Appollo.

Sed locus ſuſpectus. Plinius lib. XXXVI. cap. 5. *Non poſtponuntur & Charites in propylæo Athenienſium, quas & Socrates fecit.* Ovid. V. Faſt.

Protinus accedunt Charites, &c.

Vide Alvarum, de anomalis.

Et mirum, quod nemo alius, ac ne ipſe quidem aliis in locis adhibuerit. Nam quod legimus in collectione Pithœana epigrammatum verſum hunc.

Cui formam Paphie, charites tribuere decorem.

Id forſan fuerit ſatis argumenti nobis, ut ſuſpicemur ab antiquis epigramma non profectum. Certe non ulli dubium quin *Paphia* vocabulum aut ſit propter vetuſtatem obſoletum prorſus, aut in morem noviſſime inductum. Atque id mihi cauſæ fuit, quamobrem cum ſcite ſcriptum & venuſte hoc diſtichum.

Τέσσαρες αἱ χάριτες, Παφίαι δύο, καὶ δέκα Μῶσαι.
Δερκυλὶς ἐν πάσαις, Μῶσα, χάρις, Παφίη.

Latine redderem, utramque vocem, *Charis*, & *Paphie*, transferendo vitarem.

Bina Venus Muſæque decem, bis Gratia duplex:
Dercylis has inter, Gratia, Muſa, Venus.

D.

Damnum, detrimentum, pati. Non dubitat Gaſpar Scioppius, quin barbarum ſit, *damnum*, aut *detrimentum pati* eoque nomine reprehendit Bembum, Manutium, Maffeium, alioſque ſcriptores clariſſimos, ita locutus. Nec vero auctoritate movetur Senecæ, cuius hæc extant lib. I de ira, cap. II. *Totos populos capitis damna paſſos.* Atqui ſi Latine dicitur *damnum ferre*, non video, cur vitioſe dicatur, *damnum pati* Ovidius autem lib. III. Triſt. Eleg. VIII.

Nec melius valeo, quam corpore, mente: ſed ægra eſt

Utraque pars æque, binaque damna fero.

Et Lucanus lib. II.

Dii melius belli tulimus quod damna priores.

Adde huc quod Ciceronis eſt, *detrimenta atque damna cum maximis injuriis contumeliiſq; perferre:* & illud quod eſt complurium, *injuriam accipere, injuriam pati; facere jacturam, pati jacturam*: non tamen aut *accipere jacturam*, pro *pati*; aut *injuriam facere*, ut *damnum*, pro *accipere*, vel *pati*.

Dativus rei, accedit Aliquando, ut ſupra monuimus, ad dativum perſonæ, ſignificantis fere commodum aut incommodum, laudem aut vituperationem. Sed in his omiſſa duo, triave minime omittenda, *eſſe bonitati, eſſe morti, amictui eſſe.* Cic. I. ad Att. XIV. *Si ita ſtatueris eſſe hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiemque naturæ plerumque bonitati.* Philip. IX. num. III. *Etenim cui legatio ipſa morti fuiſſet.* V. Tuſc. ſub finem. *Anacharſis Hannoni ſalutem. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen:* ſic enim legitur in optimis editionibus Roberti Steph. & Gruterana Hamburg. cum alii legant: *mihi amictus eſt.*

De ſuo, de ſuis rebus, & de publico. IV. Fam. III. *Aliquid, atque adeo multa addunt, & afferunt de ſuo.* Ad Att. XVI. XVI. *Atticus qui civitatem conſervatam cuperet, pecuniam numeravit de ſuo*, id autem eſt, ut pecuniam, quam Buthrotii deberent, ſolveret à ſe.

Debemur. Horat, de Arte poëtica.

Debemur morti nos noſtraque.

Favetur, invidetur. Cic. II. de Orat. CCVII. *Invidetur commodis hominum ipſorum, ſtudiis autem eorum ceteris commodandi favetur.* I. ad Fam. VII. *Simul quod video non, ut antehac putabam, novitati eſſe inviſum meæ.* Horat. de arte poët.

Ego cur acquirere pauca
Si poſſum, invideor.

Denique, poſtremo. Ad Famil. II. ep. XV. *Denique nunc ſollicitus non ſum; poſtremo, non tam mea ſponte.* I. Cont. Rull. II. *Urbes, agri regna denique, poſtremo, etiam vectigalia veſtra venierint.*

Depravate

Depravate, & corrupte. Duo hæc non omnino idem, aut pro eodem. Lib. I. de Fin. num. LXXI. *De quibus neque depravate judicant neque corrupte.*

Deprædari. vide *Prædari.*

Depulſus, depulſus a lacte. vide *Excretus.*

Deſeri à mente. vide *Aliena loqui.*

Diadema. Atq; iſta mere Græca vox *thronus* non uſitata Latinis, admonet nos ut in *diadema* quod utrumque eſt, ortu Græcum, Latinum uſu, proferamus, ſi quid habemus. Regium igitur inſigne, diadema, faſcia ſeu vitta fuit, quæ cingeret tempora, cujus quæ eſſet ſpecies & conformatio, ſuſpicari poſſumus ex his Valerii Maximi verbis lib. VI. c. II. *Pompeio Magno, candida faſcia crus alligatum habenti, Favonius, Non refert, inquit, qua in parte corporis ſit diadema: exigui panni cavillatione regias ejus vires exprobrans.* Pro *diademate coronam* quo modo nunc vulgo loquuntur omnes, vix ullus unquam veterum Latinorum poſuit in ſcriptis. Regni quidem coronam & ſceptrum Hetruſci dixit Virgilius: ſed ita forſan ut nove dixerit, neque ante eum quiſquam, neque poſt. Multo certe minus licet, id quod audio quotidie dici, *coronas* pro regnis uſurpare.

Dicere, habere orationem, agere tragœdiam, Ballionem, ante aliquem, pro *coram, vel præſente aliquo, vel ad, vel apud aliquem,* nuſquam reperias in Latinis Scriptoribus. Id è ſermone Gallico ſumptum. Neque nos movere debet, quod Cicero dixit, *ante oculos veſtros trucidari;* Virgilius, *Ante ora patrum oppetere.*

Diligo ſive *amo, carumque habeo.* Alterum ſupervacaneum in ſpeciem, revera non eſt tamen: cum frequentius nihil ſit quam illud apud Tull. I. Famil. VII. *Quem nos in primis amamus, carumque habemus.* II. Att. XX. *Pompeius amat nos, caroſque habet.* Pro Corn. IIX. *Eos, qui principes fuerunt conſervandæ ſalutis aut dignitatis meæ, diligitis, & caros habetis.* I. de Fin. LIII. *Diligi & carum eſſe jucundum eſt.* II. de Off. XXIX. *In has clades incidimus, dum metui, quam & cari eſſe & diligi maluimus.*

Diminutiva. vide *Imminutus.*

Do, largior. XIII. Fam. L. *Hoc mihi da, atque largire, ut M. Curium ab omni incommodo, detrimento, moleſtia ſincerum integrumque ſerves.* Hæc autem & generis ejuſdem eo ſunt magis inveſtiganda nobis & obſervanda, ſi modo ſcriptores antiquos imitari velimus, quod minus nota ſint, neque tale quidquam ipſi nullo exemplo facere debeamus. Retrahenda huc, quæ ſupra attulimus, *relinquo,* & *deſero; ago,* & *facio:* aut hæc eo revocanda. *Erudio, doceo.* I. de Off. CLVI. *Neque ſolum vivi atque præſentes ſtudioſos dicendi erudiunt, atque docent.*

Donum, munus. Donum à munere quid differat non tam video, quam differre ſcio. Et hæ quidem voces interdum junguntur copulate quaſi unum idemque ſint; alias diſſolute ſequuntur ut diverſa duo. Apud Tullium frequens conjunctio: *Poëtæ quaſi deorum aliquo dono atque munere commendati.* Pro Archia XVIII. *Tantum donis datis muneribuſque perfecerat.* Pro Clu. LXVI. *L. Cincius legem de donis & muneribus tulit* II. De Or. CCLXXXV. Diſtinctio vero apud Plinum Secundum lib. V. Epiſt. XIV. ex qua ſatis conſtat donum inter & munus eſſe aliquid diſcriminis. *In cauſis agendis, non modo pactione, dono, munere, verum etiam Xeniis ſemper abſtinui.* Differunt igitur *donum* & *munus* inter ſe. Sed quo tandem modo? Donatus in Terentii Eunuchum act. V. Sce. V. *Donum Deorum eſt: munus hominum.* Servius in illud Virgilii, V. Æn.

Strueremque ſuis altaria donis.

Dona ſunt enim tantum ſuperorum: munera ſunt inferorum. Ulpianus D. de verb. Sign. *Inter donum & munus hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. Nam genus eſſe donum Labeo à donando dictum, munus ſpeciem. Nam munus eſſe donum cum cauſa, ut puta, natalicium, nuptalicium.* Addunt alii quartum quoddam diſcrimen, ut *donum* ſit rerum majo-

rum & immobilium; *munus*, moventium & minorum.

Duco, pro *exiſtimo & judico*, non ubique locum habet. Ubi valeat, utendo magis, quam præcipiendo, intelligi poteſt. Habet hic locum, ubi minus videtur habere: *ſprevit Siculos, duxit pecudes.* Quod de Verre dictum, qui Siculos pecudes potius, quam homines eſſe exiſtimaret.

Dures, as. Terentius Heautontimor. act. II. ſc. III.

SY. Imo, ut patrem tuum vidi eſſe habitum, diu etiam duras dabit. --

Placet in primis mihi hæc mea conjectura, legendum eſſe ex una ſolummodo litera mutata, *dures dabit*, recto & convenienti ſenſu iſto, quo Syrus Cliniam alloquitur. Clinia ante ad Syrum;

Syre, vix ſuffero.

Hoc eſt, durare vix queo. Cui Syrus:

Imo, ut patrem tuum vidi eſſe habitum, diu etiam dures dabit.

Id eſt, *atqui, quantum cognovi ex animo & affectu, patris, tibi iratiſſimi, velis, nolis, durandum tibi etiam diu, idque pater efficiet.* Quare quod ſubintelligit Calphurnius Brixienſi, *duras vel lites vel partes*, & quod manuſcriptus liber optimæ notæ apud nos habet quoque, *duras*, nihil hoc aliud ſignificat niſi vetuſtum eſſe errorem iſtius loci, quem corrigimus.

E.

Efficax. vide *Subſidio ſum.*

Eleganter loqui tertium quiddam eſt quod adjungitur ad illa, ſuperiuſque eſt, cui tanquam cumulus accedit eloquendi vis & facultas. Itaque hic ordo eſt, & hi ſunt quaſi gradus elocutionis, ut primum pura ſit, deinde ut emendata, tum ut elegans, denique ut ornata. Elegantiam ſermonis Julio Cæſari Cicero tribuebat, prætereaque M. Bruto.

Eo viſere. vide *video viſo.*

Erint. vide *Sum.*

Errore mentis affici. vide *Aliena loqui.*

Eſſe amori: Eſſe admirationi. Saluti eſſe, militati, voluptati, honori, fraudi invidiæ, moleſtiæ, odio, ſimilia ſexcenta reperias apud Ciceronem: vix ac ne vix quidem *amori eſſe*, *admirationi eſſe.* Unus apud eum Caſſius lib. xv. Fam. xIV. illud prius habet: *Spero homines intellecturos quanto ſit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas, & clementia.* Hujus poſterioris, *admirationi eſſe*, exemplum adhuc quæro, cum dixerit Plinius, *in admiratione eſſe.*

Melli eſſe. Horat. Serm. II. Sat. VI.

Ad Mecænatem memori ſi mente recurras.
Hoc juvat, & melli eſt: non mentiar.

Eſſe junctum cum variis nominibus in dandi caſu. vide *Eſſe amori* & *Dativus rei.*

Eſſe junctum cum ablativo. vide *Sum.*

Europa. Tota Europa celeberrimus, totius Europæ doctiſſimus, totam Europam gloria implevit nominis ſui, aut peragravit. Vulgo dictum nunc quidem, antiquis inauditum. Manavit è lingua vernacula in Latinam iſta, credo, ratio loquendi: quam vix advertunt in aliis etiam ii, qui in ſe non admittunt. Ut intelligas autem quantum ſit hac in locutione flagitii: repone, ſi lubet, *Europæ* nomen, ubi ſic locutus Cicero eſt, *princeps orbis terræ Pompeius, ager Campanus orbis terræ pulcherrimus*: tum excute notiones antiquas, & memoria repete, num quis olim Romanorum tale aliquid eo verbo expreſſerit. Nimirum infinite cum loquimur, *terras & orbem terrarum* uſurpamus: definite & ſingulariter, pro parte univerſi orbis una ex quatuor, *Europam*, item ut *Africam*, aut *Aſiam*, appellare licet Latine, atque ita conſuevimus.

Exardens. Animadverterunt grammatici quidem inchoativa verba præteritum, à verbis, unde naſcuntur, mutuari poſſe. Sed iiſdem minime obſervatum, participium inde non ſemper repeti. Ut dicatur *exardeſco*, *exarſi* ab *exardeo*; *incaleſco*, *incalui*, ab *incaleo*: non dicatur *exardens*, *incalens*, ab *exardeo* & *incaleo.* Neque, opinor, *ingemens* ab *ingemiſco.*

Excretus. Virg. III. Georg.

Multi jam excretos prohibent à matribus hœdos.

Excretos

Excretos nolo, qui jam excreverunt, à creſcendo: id quod probari video Methodico, p. CCLXXXII. & LVI. Malim excretos ab excernendo, ſeparatos, *ſevrés*, depulſos. *Excretos prohibent*, id eſt, *excernunt & prohibent.* Jam vero *depulſus à lacte*, & *depulſus* ſimpliciter, III. Eclo.

Dulce . . . depulſis arbutus hœdis.

III. Georg.

Atque hæc jam primo depulſus ab ubere matris
Audiat.

Et *depulſus à lacte*. Ecl. VII.

Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos.

Hæc tria Virgilii. Quartum illud Horatius, carm. lib. IV. Ode IV.

Fulvæ matris ab ubere
Jam lacte depulſum leonem.

Neque nobis Servius in Virgilium adverſatur, cum *excretos* interpretetur *validiores*: quippe qui depulſi jam primum lacte parvuli, paululum ſint per ætatem firmiores. Neque niſi iſto habitu virium lacte ali prohibeantur.

Exiſtimo, & judico. Idem valent hæc verba duo fere apud omnes ſcriptores. Eſt tamen, ubi diſtinguantur. Cicero in Topicis: *Vulgi opinio mutari vix poteſt, ad eamque omnia dirigunt & qui judicant, & qui exiſtimant.*

Exorare. vide *Ardebat.*

Expono, explico. De genere priorum eſt illud, *expono, & explico.* Ac ſæpe quidem pro eodem accipiuntur: ſed alias diverſe, ut exponi quid dicatur, cum proſtat palam, & in publicum proponitur ad aſpiciendum, etiam involutum, & integumentis obductum ſuis; dicatur autem explicari, cum rejectis involucris oſtenditur, & evolutum quodammodo eſt. Merces in foro & taberna ad vendendum exponuntur quidem, ſed complicatæ & obvolutæ: tum explicantur, ubi quis licere parat & incipit. Expoſiti libri in officina libraria, diſpoſiti ordine & à tergo inſcripti; alias explicati etiam & aperti in propatulo magis habentur ſub porticu è pergula Fruſtra quæ ſunt. de Cl. Or. CLXXIV. *Plura etiam dicta, quam ſcripta, quod ex quibuſdam capitibus expoſitis, nec explicatis intelligi poteſt,* id eſt, perſtrictis leviter, nec ſatis copioſe tractatis. III. de Off. *Quæ dijucanda ſunt. Non enim ut quæreremus, expoſuimus, ſed ut explicaremus.*

F.

Facere tempus. Veteres hoc probi Scriptores, tum ſacri, cum alii uſurpant, *facere tempus, dies, & horas*, ut ſit hic accuſativus tranſitivus, pro *peragere ſpatium temporis in re aliqua*, non autem, *peragere rem in temporis aliquo ſpatio.* Recte dictum, ſcio, & à pleriſque jamdudum animadverſum. Sed notavit nemo, à Gaſpare Scioppio hujus dicti teſtem productum falſo Tullium. Scioppius igitur pag. CLIII. inſtitutionum grammaticæ Latinæ: *Si cui*, inquit, *inſolentius videtur, Factum eſt tempus, noverit Ciceronem dixiſſe*, v. Att. xx *Apameæ quinque dies morati, Iconii decem fecimus.* At ſi quando Scioppius, quod plerumque, hic profecto turpiter, & ridicule erravit. Ita enim Cicero: *Laodiceam venimus. Ibi morati biduum, perilluſtres fuimus, honorificiſque verbis omnes injurias revellimus ſuperiores, quod idem dein. Apameæ quinque dies morati, & Synnadis triduum, Philomelii quinque dies, Iconii decem, fecimus.* Quis autem tam cæcus non videt, *Iconii decem*, jungi cum antecedente voce, *morati*, non ad inſequentem vocem pertinere, *fecimus?* Ut ſit hæc ſtructura atque hic ſenſus, morati Iconii decem dies, fecimus, ut injurias veteres revelleremus: nullo modo intelligi Cicero voluerit, aut dixerit ipſe, *Iconii fecimus decem dies.*

Facere litem ſuam. vide *Scribere mea magni.*

Facere magni. Legere paſſim licet apud Scriptores non ineptos, *magni, maximi, parvi, minoris, minimi, pluris, plurimi facere; majoris & multi facere*, nequaquam. Conveniebat tamen certe, id etiam poſtremum dici. Sed ubique convenientiam quis exigat ab uſu, domino potius quam magiſtro loquendi. Contra hanc animadverſionem objici poſſe locum ſentio unicum Ciceronis, in II. de Orat. numero

61. *Nonnulli dum operam ſuam multi æſtimari volunt.* Sed præterquam quod plerique omnes libri habent, *multum æſtimari*, vel, *operam multam*; ne illud quidem advertunt, fuiſſe negligentis, ita ſcribere, *volunt nonnulli multi æſtimari operam ſuam*: quo nihil à Cicerone alienius.

Facio, feci, facerem. Miror quomodo in tam multiplici ſignificatu verbi *facio*, tamque diligenti obſervatione peritiorum non venerit in mentem, vel Adriano cardinali, vel Antonio Schoro, qui maximè omnium inſignis eſſet uſus & poteſtas vocis admonere. Cic. xv. Fam. epiſt. xviii. *Facio, me alias res agere, ne convicium Platonis audiam*, id eſt, *fingo, me alia omnia agere*, neque σπουδάζειν neque philoſophari, neque πολιτεύεσθαι, ſed jocari omnino & ludere. Epiſtola namque ſuperiore. xvi. *De re*, inquit, *nihil ſcribere poſſum. Neque enim quod ſentio, libet ſcribere.* Pro Plancio lxv. *Deſtiti ſtomachari & me unum ex iis feci, qui ad aquas veniſſent.* Idem Catullus, & ex Tullio forſan, in hendecaſyllabo, cujus initium, Varus me meus,

Ego, ut puellæ
Unum me facerem beatiorum.

Moy, pour montrer à cette perſonne, & pour luy faire croire que j'ètois un de ces aiſez, & des opulents du temps. pro Flacco xlvi. *Cum verbis ſe locupletem faceret, haberet nihil præter illam impudentiam, quam videtis*

Cic. xvi. ad Att. ultima ad Capitonem. *Adjuvabis igitur, mi Capito: quod ut facias, vehementer etiam atque etiam rogo.* Hic attende, nihil opus addi, *te rogo*, ſatis intelligi. Quo nos modo alibi:

Divina poeſis,
Quam colis, ad ſuperos evehit uſque Deos.

Evehit, clare dictum, prætereaque melius, quam *te vehit*. Horat. Ode xxx. lib. i.

Sperne dilectam Cypron & vocantis
Thure te multo Glyceræ decoram
Transfer in ædem.

Facile patior. Non moleſte fero. Si quid in dico, Gallus eſt noſtratibus: *Je ſuis très-aiſe.* Ut leviter Latini, & minuendo, graviter & affirmate augendo Galli loquantur. Cic. lib. xv. epiſt. Att. ii. *Conſilium meum à te probari, quod ea non ſcribam, quæ tu à me poſtularis, facile patior. -- Flamma quod bene loquitur, non moleſte fero.* lib. xvi. ad Att. ii. *Conſilium meum quod ais quotidie magis laudari, non moleſte fero.*

Cic xv. ep. Att. xi. *Exclamat tua familiaris: Hoc vero neminem unquam audivi. Ego repreſſi.* Erravit hic, ni fallor ego vehementer, Simeo Boſius. *Servilia*, inquit, *exclamabat ſe neminem audiſſe, qui prudentius conſilium daret, quam id quod modo Cicero dederat, de Senatu vocando.* Contra vero exclamavit Servilia. *Qui hoc loqueretur quod Cicero, neminem ſe unquam audiviſſe.* Quid enim ſibi vult, quod Cicero ſubjecit: *Ego repreſſi*, niſi iſtud: *Cum negaret Servilia tale ſe quidquam audiviſſe de quoquam, quale proferrem, contra qui me omnino diceret, nihil tum ego videlicet aliud feci, niſi tacui.*

Falli, & decipi. Ovid. iv. Triſt. elegia. i.
Fallitur ancillæ decipiturque labor.
Virg. iv. Æneidos.
Poſtquam primus amor deceptam morte fefellit.

Capi, falli. Cic. iv. Acad. xliv.
Cavere, ne capiatur: ne fallatur, videre.

i. De Officiis num. xciv. *Quid ſit veri videre & tueri, decet: contraque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam*, &c.

Favetur. vide *Debemur.*

Favor. vide *Æther.*

Febris. Aliquem febris reliquit, à febre relictus aliquis, ab aliquo febris diſceſſit; acceſſit febris, deceſſit. Cic. xii. ad Att. vi. *Audivi quartanam à te diſceſſiſſe . . . Tironem noſtrum ab altera relictum audio.* vii. ii. *Etſi alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit deceſſiſſe, & alteram leviorem accedere.* Loci duo Tulli obſcuriores, quos ne ſtrictim quidem interpretes tangunt. Sed eo lux affulget, & certa fides à Celſo de re medica. In libro enim tertio, cap v. *Si impares*, inquit, *acceſſiones ſunt, conſiderandum eſt quo diſſent.*

Nam

Nam ſi altera gravior, altera levior eſt . . . Si altera longior, altera brevior . . . Si altera gravior, altera longior eſt; conſiderandum eſt utra magis affligat, illa vi, an hæc tempore. Tum capite XVI. *At ſi duæ quartanæ ſunt . . . Aut ſi duæ febres pæne junguntur, poſt utramque cibum ſumere.*

Ferre & pati, perferre, perpeti. Haud equidem ſcio quid differant: uſurpari video quaſi diverſa, ſive unum altero majorem vim habeat, ſive æqualem & parem ſed diſſimilem. Certe efferuntur aliquando hæc verba duo non συνωνύμως Cic. Tuſc. quæſt. lib. II. num. LVIII. *Honeſtatis ſi quaſi lumen aliquod adſpexerimus, nihil eſt quod, ut eo potiamur, non parati ſimus & ferre & perpeti.* In L. Piſonem: *Neque hæc mea natura fert, neque municipii dignitas patitur.* Ac ſatis quidem copula duplex, quæ magis affirmat, voces inter ſe duas diſtingui indicat. Multo etiam magis ſubindicatur diſcrimen illud ex hoc loco Ciceronis, Tuſc. qu. V. n. LXXIX. *Omitto quæ perferant, quæque patiantur ambitioſi, honoris cauſa.* Non quo modo alia juncta ſimpliciter quæ videntur eadem: *ut relinquere & deſerere.* Cic. Tuſc. lib. II. n. XXIII. *Fortitudo te, niſi ita facies, cuſtos dignitatis, relinquet & deſeret.* Ut *agere & facere*: Philipp. III. XXXIII. *Nullum tempus dimittam, neque diurnum, neque nocturnum, quin, quod agendum atque faciendum ſit, id non modo non recuſem, ſed appetam etiam atque depoſcam.*

Videndum aliis in locis, numquidnam augeatur oratio, cum dicitur *ferre & perpeti.* Ut Phil. III. XXIX. *Multa quæ in libera civitate ferenda non eſſent, tulimus & perpeſſi ſumus.* Aut cum, *perferre & pati* dicitur. Horatius lib. I. epiſt. ad Vallum.

Rure meo poſſum quidvis perferre patique.

Vel . . um *perpeti ac perferre.* II. de Or . . LXXVII. *Facile omnes perpetior ac perfero.* No . uno in loco disjuncte I C. XIX *Non feram . non patiar.* II. Tuſc. XV I. *Expectas fortaſſe dum dicat, Patietur, perferet, non ſuccumbet.*

Fictitius. Commentitium, factitium, alia ſimili forma & poſitione nomina uſurpemus licet. *Fictitium* ulli uſurpatum, qui quidem dignus ſit, quem ſequamur auctorem, non meminimus.

Fide mea, tua, ſua, alicujus, non *ulla propria.* Cic. pro Flacco XLVI. *Cum iſte ſeſe pecuniam, quam hujus fide ſumpſerat (mutuam) à diſcipulis ſuis, diceret ſe Fufiis perſoluturum.* Propertius lib. IX. eleg. *Sacra facit vates.*

Vincit Roma fide Phœbi.

Id eſt, præſtat Phœbus Apollo, tum prædicendo, tum auxiliando Cæſari ſecuritatem, & certam in Actiaca pugna victoriam.

Flagitium, ſcelus. Illud in obſcenitate & libidine, hoc in aliis facinoribus. Lib. IX. epiſt. II. ad Varronem: *Cum omnes in omni genere & ſcelerum & flagitiorum volutentur.* Geminata copula diverſitatem indicat. Tritum iſtud, quod huc ego non afferrem, niſi aliter Manutius, &, meo judicio, non bene hanc interpretaretur diverſitatem. Flagitium, inquam, cum turpitudine conjunctum, ſcelus habet aliquid atrocitatis. IX. ad Att. XII. *Spes quædam me ſuſtentabat, fore, ut aliquid conveniret potius, quam aut hic tantum ſceleris, (Pompeius) aut ille tantum flagitii (Cæſar) admitteret.*

Flagito. vide *Poſtulo.*

Florus contra Cl. Græviun defenſus. vide in *Idem.* Florus lib. IV. cap. XII. *Defuncto ibi fortiſſimo juvene ipſi, quod nunquam alias, ſenatus cognomen ex provincia dedit.* Huic ſimile & germanum eſt illud: quod ego exempli cauſa propono. Defuncto Romæ cardinali Toleto, homine Hiſpano, funus ei ampliſſimum faciendum curavit Lutetiæ Pariſiorum Henricus IV. Rex Galliæ. Itaque nec dicto Flori demendum, *ipſi*, nec noſtro, *ei*, emendata ut ſit, minime eget vitioſa oratio. Nec vero quidquam vetat quominus abſoluto ablativo alius caſus jungatur; qui ſupervacaneus videri poſſit. Ita locutus aliquando Cicero Pro Sextio LIV. *Conſules ſtatim me perculſo ad meum ſanguinem hauriendum, & ſpirante etiam republica, ad ejus ſpolia detrahenda advolarunt.* Vide hic Joan. Georg. Græ-

vium, recte alioquin de literis & ſcriptoribus judicantem, à quo ego invitus, & repugnans diſſentio.

Fœtus. Fœtum de hominibus dici, inveneris quidem aliquando, ſed non ſæpe. Quamvis & animi fœtus, & mulier effœta dicatur. En quomodo, quod ſæpius dixi, ab uſu pendet ſermo Latinus, non ratione nititur ex toto.

Formoſus & pulcher. Apparet quiddam eſſe quo differant inter ſe forma & pulchritudo. Verum quid & quale id ſit, non ita compertum. Epiſt. Fam. lib. IX ep. XIV. *Nihil virtute formoſius, nihil pulcrius.* Videntur formoſa non poſſe dici, quæ ſenſu carent, aut quibus quaſi ſenſus non tribuitur: ut oratio, veſtis, domus, formoſæ non dicantur ſed pulcræ: formoſus tamen annus appelletur, ceu quædam quaſi perſona.

Fulmino. Quam noſtris nunc poëtis frequens eſt, tam parum antiquis uſitatum, *fulminare arces.* Ut hoc deponens, *fulminor*, vim agendi perraro obtineat. Itaque Juppiter rubente dextera ſacras jaculatur, non fulminat, arces. Et quamvis fulminati homines, fulminatæ arbores Plinio dicantur, vix tamen dux belli fulminarit urbes. Quod autem Herculis Oetæi ſcriptor tragicus habet, *Fregimus quidquid fuit tibi fulminandum;* ſi tam corruptus eſt & vitioſus elocutione, quam rebus & ſententiis turgidus ac inflatus, nihil eſt quod illum audire magnopere velimus.

Furcilla extrudi, furcilla ejicere, furca expellere. Eſt hoc quiddam proverbii, quo quis intelligitur vi expelli, aut depelli, aut cogi omnino, & invitus quid facere. Cic. XVI. II. ad Att. ex emendat. Lambini, *Sed quoniam furcilla extrudimur, Brundiſium cogito.* Catullus à Tullio, vel, ſi quidem eſt proverbium, ex ore vulgi.

Muſæ furcillis præcipitem ejiciunt.

Horat. lib. I. epiſt. X.

Naturam expellas furca, tamen uſque recurret.

G

Glycerium &c. Joannes Deſpauterius libro de orthographia, in extremo. *Glycerium & Glycera, vel Glycere Glyceres, proprium mulieris, interpretatur dulcis amor.* Γλυκὺς, *id eſt, dulcis:* ἔρως, *id eſt, amor.* Hic mirari ſubit tam diligentem grammaticum in grammaticis erraſſe tam graviter, ut ſæpe dixerit è duplici voce eſſe compoſitam vocem Γλυκερὸς. Non enim hæc iſtius etymologia vocis è ſubſtantivo eque adjectivo, ſed idem γλυκερὸς, quod γλυκὺς poëtis. Ut apud Homerum neque γλυκέριον quiſquam dixerit per diminutionem, ſed & γλυκέρως, & γλυκερώπιον, ſi quid tale fictum compoſitumque voluerit Græcorum more. Vidit hoc vero Robertus Stephanus in theſauro ſuo, & alii hunc ſecuti, quorum nemo ejuſmodi etymon attulit, cum doceret unde ea vox peteretur, neque γλυκερὸς, & γλυκέριον, interpretatus eſt amorem dulcem, aut dulciculum, ſed dulce duntaxat aut dulciculum ſimpliciter, id quod è Græco transferret. Ac neque apud quemquam inter veteres Latinos grammaticos hæc etymologia blandi, & blanduli amoris.

Gratitudo, ingratitudo. Non eſſe Valerium Maximum auctorem inſcriptionum cujuſque capitis, vel illud argumento eſt, quod in libro V. caput II. *de Gratitudine* inſcribitur & cap. III. *de ingratitudine:* quas voces neque uſquam apud probum ſcriptorem reperias, nec ipſe Valerius toto duplici capite uſurpavit: cum occaſio uſurpandi, imme prope neceſſitas non deeſſet. Contra in A. Gellio accidit, qui profitetur ipſe ſe capita rerum, quæ cuique commentario inſunt expoſuiſſe & ſpeciatim & univerſe. Habemus autem ſcriptum manu Valerium Maximum, in quo non jam *de gratitudine & ingratitudine*, ſed *de gratis & ingratis* capita inſcribuntur.

Gratus in aliquem, ingratus in aliquem, five erga, five adverſus. Ingratum tamen alicui legere licet, apud Comicum. Plautus, Perſ. act. V. ſc. ult.

Nihil fecit: ni ei maledixit, ni grato ingrato repertus eſt.

Cic

Cic. pro Planc. xci. *Si bene de me meritis gratum me præbeo :* Velleius Paterc. l. ii. *Sulla gratus Dianæ, cujus numini regio illa ſacrata eſt, ſolvit aquas, ſalubritate in medendis corporibus nobiles, vel potius agros omnes addixit Deæ.* Quanquam in locis primis duobus, non reſpondet fortaſſe nomen nomini, *grato ingratus, bene meritis gratum,* ſed nomini verbum, ut ſit *grato repertus, bene meritis præbeo.* Tertium vero locum, non interpretor ſic ut *gratus Dianæ* dicatur, ſed ut ſolvere aquas Dianæ quaſi voti reus intelligatur. Plinius tamen ſecundus aperte ac ſine controverſia, *gratus alicui* l. x. ep. cxxi. *Mihi parum gratus tibi fore videbar ſi diſſimulaſſem inter alia beneficia hoc unum, quod me debere ſciebam indulgentiæ tuæ.*

Gratus in aliquo. Fam. l. iii. ep. viii. *Studia mihi eorum placere, quod in te bene meriti grati eſſent.*

H.

Habere fidem, de eo, qui credit, uſitatiſſimum, neque exempli indigens. Sed *habere fidem*, de eo cui creditur, non ita tritum & cognitum. Hoc autem ſenſu *habere fidem*, eſt invenire, & obtinere fidem. Ut Acad. quæſt. lib. iv, num. lviii. *Viſa fidem nullam habebant, ſublata veri & falſi nota.* vi. ad vi. ep. lib. Fam. *Debet habere fidem noſtra prædictio.* Digna, cui fides habeatur. Itaque non tam vitioſum, quam plerique exiſtimant, illud Joſephi Scaligeri, *Miranda Bataviæ, peregrinis non habitura fidem*, ita ſi intelligatur: apud peregrinos non habitura fidem. Aliter, ſi dandi velimus eſſe caſum, quem vox, habitura, regat : non is effugerit crimen orationis inemendatæ. Cum autem, quando hic aliquem habere fidem dicimus, ſit ei fidem potius haberi, & vis patiendi quædam intelligatur, non debet adhiberi ullus caſus, ſed ſimpliciter dici, non habent hi vel hæc fidem, id eſt non eis creditur. Nam, *hi non creduntur*, de perſonis dictum, barbarum quoque eſt : cum, *hæc non creduntur*, de rebus dicatur recte. Vide *Adhiberi fidem.*

Has, unas &c. Cum Gallice dicatur vulgo : *I'ay receu a vôtre. I'ay receu deux des voſtres. Ie vous écris celle cy :* ubique vel epiſtola, vel literis intellectis, nec expreſſis : apud Ciceronem legere licet, *has, nullas, binas, duas, triplices,* ſic ut nomen *literarum* ſubaudiatur : nunquam, *unis tuarum, binis tuarum, trinis tuarum* quamvis hæc partitiva ſint. xiii. ad Att. xv. *Triduo abs te nullas acceperam.* Ibidem : *Quo die has Valerio dabam.* xv. ad Att. viii. *Poſt tuum diſceſſum binas a Balbo.* ix. ad Att. x. *Nihil habebam quod ſcriberem, & ad tuas omnes reſcripſeram pridie.* xi. ad Att. xxiv. *Tu ad me velim quam ſæpiſſime ſcribas; eoque magis, quod præterea nemo : ac ſi omnes, tuas tamen maxime expectarem.* Porro, ſi quid memini, ſemel duntaxat uſurpatum Tullio, *has*, cum *literas* ſuppleret. Ovidius, *hanc*, cum uſurparet, non amplius quam ſemel ſub audiri voluit, *epiſtolam.*

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Ulyſſe.

Quare & *hanc* & *has* ſæpius à Cicerone dictum Vaugelaſius falſo prodidit.

Haud vidi magis. Nihil vidi magis. Tanto melior. Si Diis placet. Optimum eſt. Egregium vero. Scilicet is ſuperis. Dicta quædam intelligenda ex contrario, ac per ironiam. Plautus Amphitruone, ſc. *Satin' parva.*

AM. Expectatuſne advenio? SO. haud vidi magis
Expectatum.

Id eſt, *qui magis expectatus adveniret.* Captivis, ſc. *Quo illum.*

HEG At etiã te ſuum ſodalẽ eſſe aiebat. TYND
Haud vidi magis.

Id eſt, *qui magis ſodalis eſſet.* Pœnulo, ſc. *Sæpe ego res multas.*

AG At amans per amorem ſi quid feci, Milphio,
Ignoſcere id te mihi æquum eſt. MI. *Haud vidi magis.*

Id eſt, *quidquam eſſe æquum.* Cic. pro Sex. cx. *Eſt enim homo iſte populo Romano deditus. Nihil vidi magis qui uſque eo non fuit popularis, ut bona ſolus comeſſet.*

Horride & inculte dicere eſt minime oratoriæ dicere.

dicere. Cic. Orat. XXVIII. *Putant qui horride inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum ſolum Attice dicere.* Huic loco Ciceronis jungendus alter ejuſdem IX. Att. I. Ubi horridiora quædam ab Attico de Conſulatu Tullii Tullius ipſe ſignificat conſcripta fuiſſe. *Tua illa*, inquit, *horridula mihi atque incompta viſa ſunt.* Ut *horride inculteque ſcribere* ſit, *inornate neque copioſe ſcribere*: quamvis pure quis & emendate atque etiam eleganter ſcripſerit. Quo loco animadverti par eſt, loquendi elegantiam neque grammaticæ proprie eſſe neque rhetoricæ; ſed medium quiddam, vel expers amborum vel particeps; conſuetudinis domeſticæ, aut privatæ obſervationis. Cic. de Cl. Orat. CLIII. *Adjunxit etiam, ad dialecticam Servius Sulpitius, & literarum ſcientiam, & loquendi elegantiam.* Ibidem CXL. *In Antonio: verba ipſa, non illa quidem elegantiſſimo ſermone: itaque diligenter loquendi laude caruit, neque tamen eſt admodum inquinate locutus.* CXLIII. In Craſſo *latine loquendi accurata & ſine moleſtia diligens elegantia.* De Jul. Cæſare, CCLII. *De Cæſare ipſe ita judico, illum omnium fere oratorum loqui elegantiſſime: nec id ſolum domeſtica conſuetudine, ſed, ut eſſet perfecta illa bene loquendi laus, multis literis, & iis quidem reconditis & exquiſitis, ſummoque ſtudio & diligentia eſt conſecutus.* CCLXI. *Cæſar rationem adhibens, conſuetudinem vitioſam & corruptam pura & incorrupta conſuetudine emendat. Itaque ad hanc elegantiam verborum Latinorum adjungit illa oratoria ornamenta dicendi.* De M. Bruto. XV. ad Att. ep. I. *Quod judicium Brutus habet de optimo genere dicendi, ita conſecutus eſt in ea oratione, ut elegantius nihil eſſe poſſit.* Et proxime ſupra: *Eſt autem oratio ſcripta elegantiſſime, ſententiis, verbis: ut nihil poſſit ultra.*

Hoſpes. Diſtinguitur quidem *hoſpes à caupone*, tum quia ille recipit hoſpitio aut recipitur, hic recipit ſolummodo: tum quia ille gratis, & officii cauſa, pro amicitia, & neceſſitudine aliqua, hic pretio & mercede, lucri gratia. Cic. lib. I. de div. n. LVII. *Cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent, & Megaram veniſſent: alterum ad cauponem diverſiſſe, ad hoſpitem, alterum.* Interdum tamen videtur hoſpes ſic confuſe dici, ut non tantum hoſpes hoſpitem, ſed caupo quoque hoſpites accipiat. Pro Clu. CLXIII. *Hominem multorum hoſpitum A. Bivium quemdam cauponem.* Quanquam ſi verum quærimus & locus à nobis totus conſulitur, jocus eſt ac luſus in verbis *caupo, hoſpes, invitare, hominem accipere, de via decedere.* Rurſum *hoſpes* atque *peregrinus* ſæpe pro eodem. Sunt in eam rem apud Tullium teſtimonia quamplurima. Alias diſtincte. II. contra Rull. XCIII. *Nos autem, hinc Roma qui veneramus, jam non hoſpites, ſed peregrini atque advenæ nominabamur.*

I.

Imminutus. Diminutus. Imminuta & diminuta. Habent illa quidem eandem vim ac ſignificatum apud omnes Latinos ſcriptores: ſed in arte tradenda ſua trahunt alio grammatici & rhetores, bifariamque diſtribuunt. Imminuta ſunt tum verba, tum nomina, quibus detracta ſit aut litera aut ſyllaba initio dictionis, in media dictione, in extrema: quæ eadem contrahi & contracta dicuntur: idque per ſyncopen, ſive conciſionem; præter aut etiam contra leges artis præſcriptas, quibus rurſum plena reſpondeant ex contrario. Horum Cicero certus auctor & fundus. In Orat. CLIII. *Vocales ſine vocalibus ſæpe contrahebant, ut ita dicerent, multi modis. Quid vero licentius quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quæ eſſent aptiora? Nam ut duellum bellum, ſic Duellium eum, qui Pœnos claſſe devicit, Bellium nominaverunt, cum ſuperiores appellati eſſent ſemper Duellii. Quinetiam verba ſæpe contrahuntur non uſus cauſa, ſed aurium.* Iidem CLV. *Idem poëta qui inuſitatius contraxerat:*

Patris mei meûm factûm pudet –

pro, *meorum factorum.* Rurſus ibidem CLVII. *Quid, quod, inquit, ſic loqui, noſſe, judicaſſe vetant: noviſſe jubent: & judicaviſſe. Quaſi vero neſciamus in hoc genere & plenum verbum recte dici & imminutum uſitate.* Qua etiam velut ſectione

Itaqu

Itaque utrumque Terentius;

Eho tu cognatum tuum non noras? -- Poſt idem, Stilphonem, inquam, noveras? Siet, plenum eſt; ſit, imminutum: licet utare utroque verbo.

Ad hanc imminutionem, quæ quoque modo pertineant, tria quædam licet apud Tullium animadvertere; ſed hoc inprimis, quod is inter imminuta, *Alam* recenſeat pro *Axilla*, *maxillam* & *taxillum*, pro *mala* & *taxo*; *vexillum*, *paxillum*, pro *velo*, *paloque*. Sic enim in Oratore. CLIII. *Quomodo veſter Axilla, Ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris? Quam literam etiam è maxillis & taxillis, & vexillo, & paxillo, conſuetudo elegans Latini ſermonis evellit.* At contra quis non potius exiſtimet has ex aliis voces diminutas per ſignificationem, quam imminutas per ſyllabæ aut literæ detractionem? Nemo certe in diminutis paulo doctior non reponit: quæ quidem conſentiens & conſtans opinio eſt grammaticorum. Eundem porro Tullium miror bis idem argumentum uno ferme loco tractare de imminutis: ubique de diminutis omnino tacere. Fecit hoc ipſum tanto poſt intervallo Emmanuel Alvarus, ut iterum ac tertio ageret de imminutione; prætermiſſis diminutis.

Idem. Idem ſentio, Cum illis ſentio. Nequaquam, *idem cum illis ſentio.* Non dicitur, inquam, ab ullo vetere, quod à Joſepho Scaligero, ceteriſque ſimilibus, & novis, & non malis Scriptoribus, *Idem cum illo.* At, *idem illi*, & Cicero uſurpavit, & Horatius lib. IX. ad Fam. ep. 6. *Quaſi quidquam de noſtra ſalute decreviſſemus, quod non idem illis cenſuiſſemus.* De arte poëtica.

Invitum qui ſervat, idem facit occidenti.

In mentem venire, apud Tullium legi millies: ſed, obſecro, apud eundem eodem ſenſu ſicubi legeris, *in animum venire*; ſuggere locum. Contra, *in animo habere*, *in animo eſſe*, ſæpius. *In mente habere*, nunquam; *in mente eſſe*, aliquando ſicut & *mens eſſe* dicitur.

Inculte dicere. vide *Horride.*

Indolentia. Vox eſt *indolentia* ex eo genere verborum quæ plurima Cicero finxit, cum philoſophiam primum literis illuſtrandam Latinis ſuſcepiſſet. Sed & hic fecit more ſuo, ut molliret utendo, quæ nova feciſſet, & novata etiam interpretaretur. II. de Fin. XI. *Nondum id quæro, num propterea idem voluptas eſt, quod, ut ita dicam, indolentia.*

Atque is eodem libro *indolentiam* paſſim, *vacuitatem doloris*, *privationem*, *amotionem*, *depulſionem* exponit. Agit autem in hoc ſecundo libro pluribus contra Epicureos, eorumque iſtam refellit indolentiam. Ex quo facile intelligitur in eo nonnullos errare, quod vocabula diverſa duo confundant, tantumque falli qui *indolentiam* tribuant Stoicis, quantum falluntur ſi qui ἀπάθειαν Epicureis tribuendam exiſtiment. Aliud eſt enim omni vacare dolore, in quo, præter voluptatem, poſuerunt ſummum bonum Epicurei: aliud vacare omni animi perturbatione atque affectu, quæ fuit tota ratio ſummi boni Stoicorum. Induxit videlicet imperitos in errorem vocum harum ſimilitudo ἀναλγησία, ἀπονία, ἀλυπία, quas eaſdem, atque ἀπάθειαν, falſo putent, in utraque ſecta philoſophorum.

Indicare, indicatio indicatura, eloqui, pretium ſtatuere, pretium dicere, taxare, indicare ſemel. Verba ſunt hæc forenſia, & negotiationis, ſive quis vendat, ſive emat, ſeu liceatur. *Dites au dernier mot ce que vous en voulez avoir, ce que vous en voulez donner ſans marchander d'avantage, je vous le laiſſe au prix qu'il m'a coûté, ſans tant marchander.* Plautus Perſa, actu IV. ſcena IV.

Po. *Modo ut ſciam quanti indicet.*
Sa. *Siquidem hanc vendidero pretio ſuo.*
Sa. *Indica, fac pretium.* Po. *Tua merx eſt: tua indicatio eſt.*
Sa. *Age, indica prognariter.*
Po. *Indica, minimo daturus qui ſis, qui duci queat.*
Po. *Tum tu pauca in verba confer; qui datur, tanti indica.*
Sa. *Habe tibi centum minis.*
Po. *Nimium eſt.* Sa. *Octoginta.* Po. *Nimium eſt.*
Sa. *Nummus abeſſe hinc non poteſt.*

Quod nunc dicam. Po. *Quid id eſt ergo? eloquere actutum atque indica.*

Sa. *Tuo periculo ſexaginta hæc datur argenti minis* Cicer. III. de Off. LXI.

Uterque, (venditor & emptor.) *ſi ad eloquendum venerit, non plus, quam ſemel, eloquetur. Q. quidem Scævola, P. filius, cum poſtulaſſet ut ſibi fundus, cujus emptor erat, ſemel indicaretur, idque venditor ita feciſſet, dixit ſe pluris æſtimare.* Plinius ſecundus in præfatione: *Nec fiducia operis hęc eſt, ſed indicatura. Multa valde pretioſa ideo videntur, quia ſunt templis dicata.* Seneca tragicus.

Quo pœna taxatur modo.

Induſtria. Non eſt *induſtria*, quod putatur vulgo, quodque ſua Gallicis auribus vox ſonat, *l'induſtrie.* Non eſt, inquam, *induſtria*, ſolertia ingenii, perſpicacitas, acumen, dexteritas, ſagacitas, excogitandi cognoſcendique ratio; quæ ſingula naturæ ſunt & indolis: ſed hac voce ſignificatur acre ſtudium, cura vehemens, ſedulitas major, vigilantia animi & contentio, quæ ſunt in omnium poteſtate ſita, & à quolibet exigi queunt. Atque hunc mentis navum & conſtantem habitum proprie nos Galli & ſignificanter nominamus, *application*: unde iſta ſunt, *il à de l'application, il s'applique beaucoup, il n'a point d'application, il ne s'applique pas à ce qu'il fait.* Cum quis enim incumbit in aliquam rem, & enixe dat operam, atque applicat ſe ſtudioſe vel ad Philoſophiam, vel ad jus civile; ita loqui conſuevimus. Quamobrem ſi quiſquam à ſe aliquid elaboratum induſtria profiteatur, non is gloriatus fuerit, quia tantummodo laborem ſuum & operam oſtendit. Contra gloriatur ſeque jactat, ſi quid ingenio perfectum à ſe prædicet. Sed hæc exemplis clarius apparebunt, in quibus nemo peritior ſecus, ac dixi, capiat *induſtriam*: ibi præſertim, ubi hanc Cicero cum ſtudio, opera, labore conjunxit, & oratores intelligi vult, qui ſe laborioſe & aſſidue, & anxie, & quaſi quadam cum miſeria exerceant De Clar. Orat. CXIII. *Multaque opera multaque induſtria Rutilius fuit.* CCXXXVII. P. *Murena multę induſtrię & magni laboris.* CCXL. *Q. Pompeius incredibili labore atque induſtria.* CCLXXI. *Studio neminem, nec induſtria majore cognovi.* Acad. quæſt. lib. IV. num. VI. *Qui Carneadem audierant, admodum floruerunt: è quibus induſtriæ plurimum in Clitomacho fuit: declarat multitudo librorum. Il paroiſt par la multitude de ſes livres qu'il avoit beaucoup d'application.* Lib. III. ad Fam. epiſt. IX. *Non eſt meum, qui in ſcribendo tantum induſtriæ ponam, committere, ut ſcribendo negligens fuiſſe videar.* Neque tamen negaverim, ſi quando res ſubtilius agitur, induſtriam à ſtudio, eandemque à diligentia ſeparari. Ita ipſe quoque Cicero diſtinguit, de Clar. Orat. CCLXXX. *C. Curio à magiſtris parum inſtitutus, naturam habuit admirabilem ad dicendum: induſtriam non ſum expertus: ſtudium fuit.* XV. Att. XIII. *Enitar igitur, ne deſideres aut induſtriam meam, aut diligentiam.* Quod autem proxime dictum eſt à me, *induſtriam* haudquaquam nomen eſſe laudis & gloriationis indecoræ, ſi quis eam ſibi tribuat, illud conſtat & manifeſto tenetur inſigni dicto Tullii de Clar. Orat. CCCXVIII. *Nimis multa videor de me, ipſe præſertim. Sed omni huic ſermoni propoſitum eſt, non ut ingenium & eloquentiam meam perſpicias, unde longe abſum, ſed ut laborem & induſtriam.* Hic nimirum non oſtentat ſe Cicero, qui induſtriam ſibi arroget: non plus quam, dum laborem ſibi, ingenio & eloquentia ademptis, relinquit, gloriatur. Sed quid ego plura, cum capite uno Maximus Valerius rem totam ſatis indicet, atque teſtetur. Ac primum quidem exprimit verbis omnibus ſuis laborem & occupatam agitationem mentis, non ullam ſolertiam. Deinde quæ proferuntur exempla, ſive Romanorum, ſive externorum, complectuntur non quod quiſque ingenio & acie mentis perfecerit, ſed quod labore & conſtantia & attentione, & nitendo executus ſit. Denique *induſtriæ* opponitur *otium laudatum*: ut *induſtria* proprie ſit geſtio rerum & functio animi; *otium*, requies ac ceſſatio.

Infans

Infans. Methodicus ita ſcribit. *Entre les adjectifs, qui n'ont qu'une terminaiſon pour les trois genres, doit eſtre compris,* Infans, *puiſqu' Horace a dit,* Infantes ſtatuas: *Ovide,* Infantia guttura: *& Valere Maxime,* Infans puer. Cum quidem ſæpius dixerit Cicero, *puer infans*; Horatius, *infans puella*; Ovidius, *os vagiens*: nihil erat, quod Methodicus ad Valerium Maximum confugeret, ut nomina adjectiva quædam, unam tantum habentia terminationem, tribus generibus communia reperiri ſignificaret. Quin etiam ſolo contenti Tullio eſſe potuimus non modo ad intelligendum genus triplex hujus unius vocis, ſed etiam ad numerum utrumque, & ſingularem & pluralem comprobandum. Ab hoc enim & puer dictus *infans*, & oratio *nec nimis infans*, & præcipue atque inſigniter, x. ad Att. ep. ultima. *Nam illa Hortenſiana omnia fuere infantia.*

Infractus. Ambigi poteſt utrum præpoſitio *in* privet ea vi, quam vocabulum ſimplex habeat, an firmet potius ac roboret. Servio videtur *infractus* valere, aut *valde fractus* ſeu *fractus antea*, aut *omnino non fractus*. Ita adeo ſentit, quia loci Virgilii quinque ſexve ſenſum admittant utrumvis. Meo quidem judicio ſonat idem *infractus* atque *fractus*, ut *curvus* & *incurvus*: *canus* & *incanus*: quod aliter de *invicto* ſentiendum. Sed & *infractio animi* demiſſionem ſolummodo & abjectionem notat, non animum fortem, magnum & invictum.

Ingenioſe & acute dicta. Præter jocos & ſales, quos alias ſeparatim collegimus ex Tullio, ſunt apud eundem ingenioſe & ſolerter & acute dicta quamplurima, quorum tango partem leviter, vel ut invitem atque acuam ſtudioſos ad obſervationem locutionum dictorum, ſententiarum ſimilium. Quæ belle ſic efferas, VIII. Att. VI. *Modo audivi quartanam à te diſceſſiſſe: moriar, ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet. Piliæ, dic, non eſſe æquum, eam diutius habere, nec id eſſe veſtræ concordiæ.* XII. Att. XXXIX. *Legere iſti lævi, qui me reprehendunt, tam multa non poſſunt, quam ego ſcripſi... Nunc ipſum, ea lego, ea ſcribo, ut ii, qui mecum ſunt, difficilius otium ferant, quam ego laborem.* III. Fam. II. *Tullius non convenerat me: nec erat jam quiſquam mecum tuorum, præter omnes meos, qui ſunt omnes tui.* Paradox. V. *Reviviſcat eorum aliquis, quorum in villa ac domo nihil ſplendidum, nihil ornatum fuit præter ipſos.* III. ad Quinct. Fr. I. *Ea villa quæ nunc eſt, tanquam philoſophia videtur eſſe, quæ objurget cæterarum villarum inſaniam.* V. de Fin. II. *Equidem etiam curiam noſtram, Hoſtiliam dico, non hanc novam, quæ mihi minor eſſe videtur poſteaquam eſt major, ſolebam intuens,* &c. V. Tuſc. CII. Divites *pungit aliquid, cum ſigna & tabulas unde habeant, recordantur.* Paradox. V. *Aetionis tabula te ſtupidum detinet, aut ſignum aliquod Polycleti. Omitto, unde ſuſtuleris, & quomodo habeas.* III. Fam. XII. *Neque non me tamen mordet aliquid.* I. de Nat. Deor. LXXII. *Cum quidem gloriaretur Epicurus ſe magiſtrum habuiſſe nullum. Quod & non prædicanti facile equidem credam... Xenocratem audire potuit, quem virum, Dii immortales! & ſunt, qui putant audiviſſe: ipſe non vult, credo plus nemini.*

Ingratitudo. vide *gratitudo.*

Ingratus in aliquem. vide *Gratus in aliquem.*

In honorem alicujus, in gratiam, in laudem. Quam multa, oro te, dedocendi ſumus, ut Latine diſcamus? Quid uſitatius inter nos, quam quid *in honorem, in gratiam alicujus facere*: quo ſe tamen Cicero & ante eum omnis ferme antiquitas incorrupta abſtinuit? Atque illud quoque dubito, an uſquam apud probos ſcriptores extet, *quidquam in alicujus laudem ſcribere aut loqui.* Contra vero celebratum ſermone paſſim videmus in ſcriptis veterum, *alicujus cauſa, alicujus gratia, honoris cauſa, honoris mei, tui, illius cauſa, gratiæ cauſa, in aliquem* denique, ſeu *de laudibus alicujus. Pour honorer quelqu'un, pour l'obliger, à ſa loüange, par reſpect, pour luy faire plaiſir, pour avoir ſes bonnes graces,* officii cauſa, *par civilité, par compliment.* Cic. XIII.

 epiſt.

epiſt. LXV. *Peto à te majorem in modum, ut, honoris mei cauſa, hac laude Hiſponem affici velis.* Plautus Amphitruone.

Nunc huc honoris veſtri venio gratia.

Cic. XIII. epiſtol. XXVI. *Id ut honoris mei cauſa ſuſcipias, vehementer te etiam atque etiam rogo.* Ep. XXXI. *Quamobrem velim, honoris mei cauſa, quibus rebus honeſte, & pro tua dignitate poteris, quam honorificentiſſime, & quam liberaliſſime C. Flavium tractes.* XXXVII. *Quoquo modo autem ſe res habet, peto à te, ut honoris mei cauſa eum expedias.* LXIX. *Peto à te, ut quantum commodo tuo poteris, tantum ei, honoris mei cauſa, commodes.* LXXVI. *Vehementer vos etiam atque etiam rogo, ut honoris mei cauſa liberaliſſime C. Valgium Hippianum tractetis.* Tot à nobis auctoritates, cum una alterave ſatis ſuperque fuerit ad inſtitutum, ſubjectæ de induſtria, depromptæque ex uno libro XIII. epiſtolarum, ut admoneantur ſtudioſi has eſſe formulas uſitatas poſtulationum in literis commendatitiis. Quibus illud apud nos ferme reſpondet, *en ma conſideration, pour l'amour de moy faites moy cet honneur, cette grace, cette amitié.* Cic. lib. XI. ad Att. ep. IX. *Hic Ligurius furere. Se enim ſcire, ſummo illum in odio fuiſſe Cæſari: illum tamen non modo foviſſe, ſed & tantam illi pecuniam dediſſe honoris mei cauſa,* lib. XV. ad Att. epiſt. XV. *Magna cura & ſollicitudine Atticum & me liberaris, ſi hoc, honoris mei cauſa, ſuſceperis.* Plautus Curc.

Tui honoris gratia feci, quod mandaſti.

Cic. pro Arch. XXV. *Malus poëta de populo quod epigramma in Syllam feciſſet.* I. Tuſc. LXXXIV. *Callimachi quidem epigramma in Ambraciotam Cleombrotum eſt.* II. de Orat. CCCLII. *cum ceciniſſet Simonides id carmen, quod in Scopam ſcripſiſſet, in quo multa, ornandi cauſa, poëtarum more, in Caſtorem ſcripta & Pollucem fuiſſent.* Quo loco deponant errorem ſuum licet, qui particulam, *in*, ſi perſonæ accuſativo præponatur, malam in partem ſemper accipi exiſtiment, nihilque aliud eſſe, *in aliquem*, quam *contra aliquem ſcribere.*

Nam quod objicit aliquis Senecas duos, quibus iſta locutio; *in honorem*, primum uſurpari cœpta eſt, hos minime morabitur, qui attenderit, quantum degeneret à patre filius, uterque à M. Cicerone, & à Jul. Cæſare, nec non à primis Auguſti Cæſaris temporibus. Neque vero Seneca pater potior ducendus declamatoribus, quos bene multos commemoravit, & quorum quædam attulit quaſi fragmenta: qui tamen ipſi rurſum ſuperioris memoriæ ſcriptoribus plurimum concedant verborum delectu ac puritate. Seneca filius epiſt. LXXIX. *Si hæc mihi perſcripſeris, tunc tibi audebo mandare, ut in honorem meum Ætnam, quoque aſcendas.* Seneca pater lib. V. controv. In præfat. initio. *Quomodo L. Magius, gener T. Livii declamaverit, cum illum homines non in ipſius honorem laudarent; ſed in ſoceri ferrent.* Plinius ſecundus lib. VII. ep. XXIV. *Alieniſſimi homines in honorem Quadratillæ (pudet me dixiſſe honorem) in theatrum curſitabant, exultabant.* Magis moveat Velleius Peterculus qui l. II. ut me amicus admonuit, ſemel iterumque ita locutus ſit. *Cum M. Piſo conſularis Anniam, quæ Cinnæ uxor fuerat, in Sullæ dimiſiſſet gratiam* & eodem libro antea. *M. Aquillio aliiſque vinctis libertas in unius Theophanis gratiam poſtea à Pompeio reſtituta eſt.* Legitur etiam Flori lib. IV. capite XII. *In illius honorem* ſic enim loquitur de Aug. *Quatenus ſciebat Patrem ſuum Cæſarem bis trajecto ponte Rheno quæſiſſe bellum in illius honorem concupivit facere provinciam.*

Inſcribo, inſcriptio. Inter varias verbi hujus poteſtates intelligitur hæc ei ſubjecta vis inſignis & notio, ut qui ſcribit epiſtolam, nomen apponat illius ad quem ſcribit, præponat ſuum, quamvis inferior multo dignitate. Ita Græci & Latini. Plato ad Dionyſium, Syracuſarum tyrannum, Ariſtoteles ad Alexandrum, Macedonum regem. Πλάτων, Διονυσίῳ, Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ. *C. Plinius Secundus T. Veſpaſiano ſuo Sal. C. Plinius, Cæcilius Trajano imperatori.*

Lucianus

Lucianus denique ac divites per eum cum Deo, literas inſcribunt, ſe prius, quam Dei nomen adſcribunt. Ἐγὼ, inquit, Κρόνῳ χαίρειν. οἱ πλούσιοι τῷ Κρόνῳ χαίρειν. Atque ille mos, ut dixi, veterum utriuſque linguæ diverſis temporibus fuit. Quem etiam morem Auſonii poëtæ ætate retentum, & ſervari tunc ſolitum ipſe plane & aperte, epiſtola xx. ad Paulinum, indicat.

Paulino Auſonius. Metrum ſic ſuaſit, ut eſſes
Tu prior: & nomen prægrederere meum.

Quod enim præter conſuetudinem inſcriptionum initium facit à Paulino, non à ſe, ut debuit, ſive ab Auſonio, neceſſitatem carminis excuſat. Unus videtur excipiendus Valerius Martialis à quo iſta, forſan per aſſentationem novam, inſcriptio epiſtolæ in octavum librum epigrammatum, *Imperatori Domitiano Valerius Martialis ſalutem.* Si tamen hæc ejus eſt inſcriptio, qui pleraſque epigrammatum inſcriptiones certe non fecit. Plerique vero omnes aliquot abhinc ſeculis honorificentius eſſe putarunt, ſi cujus nomen adſcriberent epiſtolæ prius ſuo. Ac putidius etiam nonnulli nunc, qui nefas ducant aut non ſatis decorum, *te*, *&*, *vos*, ſine majuſcula initio litera ſcribere. Perinde quaſi honos ſit in grandioribus literis aliquis: quod ſæpe Græci ne tum quidem cum propria nomina ſcribunt, obſervare curant.

Integra ætas. Ætatem integram plerique dici de flore ætatis volunt. Vere. Nam Terentius de Chryſide.

Egregia forma, atque ætate integra. Quem in in locum Donatus: *Integra eſt ætas quæ in flore conſiſtit, cui neque addendum jam ſit, neque quicquam adhuc ſit imminutum.* Nihilo tamen minus accipitur pro ætate plena ſeu robore ipſo ætatis. Servius in hunc Virgilii locum.

Vos ô quibus integer ævi,
Sanguis:

Plenam ætatem ſignificat ex ſanguine, qui non eſt integer niſi in juvenibus. Quin enim integram ætatem tributam video à Cornelio Tacito, homini ſex jam & quinquaginta annos nato. Is enim de Agricola ſocero: CXLIV. *Exceſſit ſexto & quinquageſimo anno.* Tum paulo poſt: *Et ipſe quidem quanquam medio in ſpatio integræ ætatis ereptus, quantum ad gloriam longiſſimum ævum peregit.* Apud Suetonium quoque in Vitellio, num. VII. *Advenientem Vitellium male animatus erga principem exercitus, pronuſque ad res novas, libens ac ſupinis manibus excipit, velut dono Deûm oblatum ter conſulis filium ætate integra, facili ac prodigo animo.* Atqui dictum id de Vitellio paulo ante, id eſt, menſe antequam conſalutaretur imperator, cum natus jam tum eſſet quinquaginta ſex aut ſeptem annos: ſiquidem imperium octo modo menſes obtinuit Suetonius autem, *Periit*, inquit, *anno vitæ* VII. *quinquageſimo.*

Inter & inter. Sed nihil in ſpeciem magis ſupervacaneum ac inutile, quam, *inter*, congeminatum; quod apud Horatium tamen, lib. I. epiſt. ad Lollium, habetur.

Neſtor componere lites.
Inter Peliden feſtinat & inter Atriden.

Atque hic unus ſolum mihi primo videbatur ita locutus: uſque eo mihi novum illud accidebat. Sed inquirenti obtulerunt ſe, & occurrerunt loci apud Tullium duo, quos legeram millies nec animadverteram. I. de Fin. XXX. *Intereſſe enim inter argumentum, concluſionemque rationis: & inter mediocrem animadverſionem: atque admonitionem.* De Fat. XIX. *Sed intereſt inter cauſas fortuito antegreſſas, & inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem.* Atque hæc minime neceſſaria repetitio præpoſitionis ejuſdem apud Latinos; ſed Hebræis familiaris ac prope perpetua. Initio ſtatim Geneſis verſu IV *Diviſit lucem à tenebris.* verſ. VII. *Diviſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum.* XIV. *luminaria dividant diem ac noctem.* XVIII. *Ut dividerent lucem ac tenebras.* Totidem enim ſcriptum locis, הִבְדִּיל בֵּין וּבֵין Dividere inter & inter.

Invenio, reperio. Eſt quoque, qui hæc inter verba duo diſcrimen conſtituerit manifeſtum: ut alterum ſit cogitantis & quærentis, alterum imprudentis & fortunati: ille rem conſulto inveſtigarit, hic in eam caſu & fortuito inciderit. Ovidius lib. I. Metamorphoſeon extremo.

Tunc es quæſita per omnes,
Nata, mihi terras? Tu non inventa, reperta es.

Inachus Io filiam tunc cum minime quæreret, offendit. Quid ſi hoc differentiæ ſit, quod Fronto grammaticus attulit: *Reperimus noſtra, invenimus aliena.*

Invidetur. vide *Debemur.*

Iudico. Quin dicatur nullo vitio, *accuſare, condemnare, abſolvere aliquem*, nemini unquam dubium fuit: at non perinde dici, *judicare aliquem* in re forenſi, *aut judicatum eſſe*, pro, *jus ei dicere*, vel *dictum eſſe*, pauci advertunt. Id vitii tractum vel à ſacris Scriptoribus, vel ex conſuetudine patrii ſermonis: ubi cauſa cognita & judicata, finita lis, ſtatutum & decretum de re intelligitur: ſed in alterutram partem tantum. Vidit quæ loquimur, ut talia multa, Paulus Manutius, in Romano, cujus eſſe fertur ſcriptor, catechiſmo. Is cum exponeret caput ſeptimum profeſſionis Chriſtianæ de Chriſto ad jus orbi terrarum dicendum venturo, non venturum dixit ad univerſum hominum genus judicandum, ſed de univerſo hominum genere judicaturum eſſe. Quod ſi ab iſta locutione non deinde cavit, ideo fecit, quia ipſa ſacrarum paginarum verba ſæpe immiſceret in ſermone, non quia dici emendate putaret. Sed omitto alia: iſto modo ſi locutus eſt aliquando aliquis probatus ſcriptor; cedo exemplum. Nam quod affertur contra, *judicare aliquem pecuniæ & judicatum eſſe*, ex Livio atque ex Gellio, vel potius ex Ambroſio Calepino; non enim repetierunt longius, qui attulerunt; nihil ad rem, neque id agitur. Contendimus tantum nullo auctore dici vere Latino & Romano, *judicare aliquem, aut judicari*, ſed *de aliquo judicare, aut pronunciare ſententiam ſecundum vel contra aliquem.*

Jungi, & copulari. Cic. de or. CXXI. *An hæc inter ſe jungi copularique poſſint.* El. eo libro qui Orator inſcribitur num. CLIV. *Libenter etiam copulando verba jungebant.* Orat. CLIV.

Iuvaturus, præſtaturus. Plin. lib. IV. ep. XV. *Tuum quemcunque quæſtorem in petendis honoribus, omni ope, omni labore, gratia ſimus juvaturi.* Cic. l. I. Fam. ep. VIII. *Otium nobis exoptandum eſt, quod ii, qui potiuntur rerum, præſtaturi videntur.* Balbus Ciceroni lib. IX. ad Att. ep. IX. *Benevolentiam utrique te præſtaturum confido.* XIV. ep. XVIII. *Puto, ſi quid in homine pudoris eſt, præſtaturum cum ne pro ſe quodammodo dependatur.*

Iuvo vide, *Subſidio ſum*,

L.

Labor laboro. Acad. IV. num. CXXXIX. *Laboro ut aſſentiar Epicuro aut Ariſtippo: revocat virtus vel potius reprehendit manu. Je panche du coſté d'Epicure. Je ſuis ſur le point de m'accorder à ce que dit Epicure; mais la vertu m'arreſte & m'en detourne. Laboro, ut aſſentiar Epicuro. J'ay peine à conſentir à ce que veut Epicure. La vertu m'en empeſche & me retient.* Priorem lectionem videntur exigere ea quæ proxime antecedunt: *Video quam ſuaviter voluptas ſenſibus noſtris blandiatur.* Poſteriorem aſtruunt quæ ſequuntur: *Pecudum illos motus eſſe dicit: hominem jungit Deo.*

Lapis, ſaxum. Saxum quidem pro lapide ponitur, ut jacere ſaxa, peti ſaxis, ut Grammatici & vocabularii animadvertunt. Sed viciſſim & peræque, quantum animadverto, lapis pro ſaxo non ponitur, *Ex ſpelunca ſaxum in crura Icadii prædonis incidit:* ut loquitur Tullius libro de Fato, non *lapis*, opinor, nec præruptum illud, quod cecidit, appellatur proprie lapis.

Latine loqui ex Tullio eſt, *pure & emendate loqui.* De opt. gen. Or. *Pure & emendate loquentes, quod eſt Latine.*

Lectio. Gallica hæc, *étudier ſa leçon, apprendre ſa leçon, dire ſa leçon*, quæ partes ſunt diſcipuli, &, *faire ſa leçon*, quod magiſtri officium eſt, ſi quis efferre Latine velit

ne voce *lectionis* utatur, ad eas res declarandas minime apta. Quis enim vel orator, vel poëta, aut grammaticus antiquior, & paulo magis tolerabilis, ſic unquam locutus: *ſtudere lectioni, diſcere lectionem, recitare lectionem, facere* denique? At enim iſthæc ſi dicuntur parum Latine, doce tu, quo tandem modo pure & emendate dixeris. Primum, non id ago nunc, ut demonſtrem, qui ſint Latina ex Gallicis: tantum quædam vitioſe dici, id quod vulgo non advertitur, velut in tranſcurſu admoneo. Deinde placet audire, qui ſe grammaticum novum profiteatur, reprehenſoremque veterum, barbare autem loquatur ipſe, ac deprehendatur in ſermonis vitio. Vide Methodicum, quid attulerit de ſuo in gerundiis, & à ſe fictum exempli cauſa: *Diſcenda eſt*, inquit, *lectio*.

Lene & leve. Hæc à Cicerone juncta duo, quæ pœne eadem, itemque à Catullo. XIII. ad Att. XXI. *De Attica optime, quod levius ac lenius, & quod fert εὐκόλως.* Epigr. de Arrio.

Audibant eadem hæc leniter & leviter.

Leviter dolere. Parce dolere. Cic. XI. ad Att. VI. *Id ſi ita putarem, levius dolerem.* Mart. VIII. XXXVII.

> *At ſi quis dare nomini relicto,*
> *Poſt manes tumulumque perſeveret,*
> *Quærit quid niſi parcius dolere?*

Lingua utraque. vide *Utraque lingua.*

Litera, cognitiones, ſcientia. Ut literam, pro literis ſive ſtudio literarum, numero ſingulari; ita cognitiones & ſcientias, pro multiplici ſcientia & cognitione rerum, plurali numero, apud Tullium non memini legere.

Locus Horatii Illuſtratus. vide *Sententiæ repetita.*

Loqui, pronunciare, proprie eſt *ore verba proferre.* Sed utrumque, ſi uſum quærimus, ad ſcriptorem epiſtolæ, ad hiſtoriæ ſcriptorem transfertur. I. Att. X. *Accepi tuas tres jam epiſtolas unam - alteram - tertiam. quæ fuerunt omnes rhetorum. Pure loquuntur, cum humanitatis ſparſæ ſale, tum inſignis amoris notis.* De Clar. Orat. CCLXXVII. *Thucydides rerum geſtarum pronunciator ſincerus & grandis etiam fuit.*

Loqui Latine. vide *Latine loqui.*

Luculentus. Quoties ante præmunit Cicero, vel interponit ejuſmodi aliquid, *ut ita dicam, ut ſic loquar*, toties ſigni eſt eum vel durum verbum mollire velle, vel inſolens & parum tritum notare, vel illius loci minus proprium quaſi excuſare, vel tranſlatum licentius vereri ſe, nec ignorare. Ex quo etiam perſpici poteſt quæ ſit vis & notio vocis. De Cl. Orat. CCXXIX. *C. Fimbria habitus eſt ſane, ut ita dicam, luculentus patronus.* Quid autem ſibi vult, ita qui loquatur? minuſne proprie luculentus patronus dicitur, quam luculentus ſcriptor, quod non ſemel Cicero dixit? Itaque mihi ſuſpectus eſt ille locus errati, eoque magis, quod ſtatim poſt idem Fimbria, quem hic luculentum patronum appellat, tolerabilis patronus fuiſſe dicatur. Iſto nomine ſuſpectum quoque habeo illud ejuſdem libri, num. CCCXII. *Cauſæ deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas, etiam quam elucubratas afferebamus.* Rectiſſime emendatur unius literæ mutatione, *& tanquam elucubratas.* Sive autem ſic corrigatur, ſive non; noli exiſtimare, iſtud, *non minus diligenter*, pertinere ad conſequentia, quaſi dicatur, cauſas afferebamus non minus diligenter elaboratas, quam elucubratas; ſed ad ſuperiora iſto ſenſu: cauſas deinde multas afferabamus non minus diligenter elaboratas & elucubratas, quam antea, & initio attulimus.

M.

Major natu. Audio addubitatum eſſe nonnullis, ſatiſne Latine diceretur de fratribus, aut filiis, *major natu, natu minor, maximus natu, minimus natu.* Cauſa dubitandi fuit, quod apud Tullium *major* aut *minor natu* dicatur antiquior aut recentior quivis alius, filius autem aut frater, *major*, & *minor*, & *æqualis* duntaxat, nude & ſimpliciter, nunquam addita voce, *natu*, uſurpetur. Adde quod

quod Terentio, cum de binis fratribus in comœdiis tribus agit, nunquam accidit, ut *natu majorem* aut *minorem* fratrem diceret; dixerit *majorem*, *minorem*, ſolummodo. Sed omnem ſcrupulum tamen nobis & dubitationem tollit Valerius Maximus lib. v. c. v. cujus hæc ibi verba habentur: *Scipio Africanus legatum ſe L. Scipioni, (fratri ſuo) in Aſiam iturum, promiſit, major natu, minori.* Itidem, cap. x. *Xenophon è duobus filiis majorem natu nomine Gryllum, &c.* Auctor quoque incertus argumenti in Eunuchum Terentianam. *Ejus*, inquit, *frater, minor natu, virginem amare cœpit.* Miror autem tam raro inveniri, ut quæſito opus fuerit, & majore quadam diligentia ad inveſtigandum.

Malo. Cum ex interpretatione Ciceronis, atque etymologia verbi, *malo* ſit pro *magis volo*, *malle* pro *magis velle*; redundet oportet adverbium, *potius*, in iſto exemplo, lib. xiv. ad Att. ep. xiv. *Arbitror malle te quietam ſenectutem & honorificam potius agere, quam ſollicitam.* Quanquam hoc ipſum; *malle potius* videtur non adſcribendum M. Tullio, ſed M. Antonio cujus epiſtolam Tullius incluſit in ſuas. Sed hic quoque Gaſparis Scioppii in grammaticis inſtitutionibus Latinis erratum duplex, qui velit *potius*, cum, *malle*, à Cicerone conjungi loco iſto per pleonaſmum: *Caſum potius, quam te laudari mavis.* Primum enim editiones Roberti Stephani, Dionyſii Lambini, Pauli Manutii, Mamerti Patiſſonii, Jani Gruteri, aliæ aliorum ferme cunctæ habent, *potius laudari vis*, non, *laudari mavis.* Deinde vero, ut ita non eſſet, epiſtola illa xv. libri quinta ad Famil. ubi hæc leguntur, Catonis eſt ad Ciceronem, non Ciceronis ad unum ex familiaribus aliquem.

Methodi. vide *Infans.*

Mi. Cum recte dicatur, *Mi homo*, facile fuit imprudenti eo labi, ut non vitioſe dici exiſtimaret, *Mi mulier*: præſertim cum de iſto nihil fere grammatici admonerent: quod tamen erratum non leve eſt. Neque enim hic vocandi caſus accommodatur ad genus femininum, neque ad neutrum. Unde novimus? Ex eo quod & apud Plautum paſſim, *anime mi, mi lepus, mea roſa, voluptas mea, meum mel*, non aliter, legamus: & Terentius ſæpe quidem hæc uſurpet, *mi pater, mi gnate, mi Laches, mi Pamphile; mi Thraſo*, pro *meus*; nunquam autem pro *mea*, aut pro *meum*, vocativum ſingularem, *mi*, adhibuerit, ſed *O mea Glycerium*, *o Thaïs mea*, poſuerit. Nec vero Apuleium moramur, aut alios aliquot præterea, quibus contra viſum ſit docere ac loqui. Nec Soſipatrum falli putamus, qui ita ſcripſerit lib. i. cap. de Pronomine: *In omnibus fere comœdiis Mi ad maſculinum dicitur: ad femininum nunquam;* citiuſque dixerim rudem hic, ut in multis, & horridum fuiſſe Apuleium, & peccaſſe mille alios, qui à pura & incorrupta antiquitate deinceps degenerarunt.

Moleſtus. *Moleſtum* in verbis videtur eſſe durum & inſolens; & ſtudio accerſitum. *Cauſa ſive quæſtio --- aut inficialis aut conjecturalis prima appelletur: definitiva altera: tertia, quamvis moleſtum nomen hoc ſit, juridicialis.* Topicis In Craſſo n. xcii. *Latine loquendi accurata, & ſine moleſtia diligens elegantia.* De Clar. Orat. cxliii. *Volo enim laudari eos etiam, quos ſtatarios appellant, quorum ſit illa ſimplex in agendo veritas non moleſta.* De Clar. Or. n. cxvi.

Sed lateant vires, nec ſis in fronte diſertus,
Effugiant voces verba moleſta tuæ.

Octavius Cæſar epiſt. ad Agrippinam neptem: *Sed opus eſt dare te operam, ne moleſte ſcribas, aut loquaris.* Sueton. in Octavio lxxxvi.

Munus. vide *Donum.*

Multum, plurimum. Adverbia duo quorum alterum poſitivum, alterum ſuperlativum, promiſcue tamen, proque uno & eodem video accipi. Quod cum ita ſit, diſtinxit inter ſe Cicero nihilominus. xvi. ad Att. v. *Mihique credas multum allaturam vel plurimum potius ad illius judicium confirmandum, auctoritatem tuam.*

Mutæ artes. III. de Orat. XXVI. *Et, ſi in his quaſi mutis artibus eſt mirandum; & tamen verum.* Virg. XII. Æn.

Scire poteſtates herbarum, uſumque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

N.

Nepotes nuſquam pro poſteris in ſingulari reperiuntur, ſicuti neque *majores*, neque *minores*, neque *priores*, neque *poſteri* ſimpliciter, ac ne apud poëtas quidem. Ubi enim lectum aut auditum, *major*, *minor*, *prior*, *poſterus* & *nepos* pro poſteritate?

Nex, necis. Nex, necis, non ſolum pro morte violenta, quæ ferro, aut laqueo, aut fame, aut veneno, aut igni & aqua conſciſcitur; id quod grammatici & vocabulorum collectores obſervant; ſed etiam, quod nemo advertit, pro morte naturali ex morbo aut aliqua invaletudine, aut ſenio. Ovidius Triſt. lib. v. eleg. I.

Utque jacens ripa deflere Cayſtrius ales
Dicitur ore ſuam deficiente necem.

Idem in conſol. ad Liviam.

Stabis & in roſtris tituli ſpecioſus honore:
Cauſaque dicemur nos tibi, Druſe, necis.

Atqui Druſus morbo periit. Quod ne dubitemus, Suetonius in Claudio cap. I. *Inito*, ait, *conſulatu, atque expeditione repetita, supremum diem morbo obiit.* Hoc ipſum Dio diſerte, & Velleius ſatis ſignificanter: Nec non idem perſpici ex Flori verbis his poteſt, lib. IV. cap. XII. *Defuncto ibi fortiſſimo juvene.* Et paulo poſt. *Poſtquam vero Druſus defunctus.*

Nigredo. vide *Albedo.*

Nihil aliud niſi ſola virtus. Falſo attribuit Nizolius Ciceroni hoc παρέργον, *ſola*. Nizolius quidem; *Zeno nihil aliud numeravit in bonis niſi ſolam virtutem.* Cicero vero I. Acad. XXXVI. *Zeno qui omnia in una virtute poneret, nec quidquam aliud numeraret in bonis.* Rurſum ibidem affcta quædam verba Ciceroni à Nizolio videmus, ut, *circumſtantias*, & ſimilia, quæ nunquam, aut non iſto modo uſurpavit Cicero. Itaque ſtudioſis junioribus maxime providendum & cavendum puto, ne quod Nizolii tantummodo eſt, Tullianum continuo exiſtiment.

Noceo. Nocere videtur levius, quam injuriam facere. De Fin. III. LXXI. *Alienum eſſe à ſapiente non modo injuriam cui facere, verum etiam nocere.*

Noto, animadverto. Dixi paulo ante de verbis inter ſe conjunctis, quorum unum majorem vim, quam alterum habeat, cum tamen idem ſignificare videantur. Dicendum nunc mihi de verbis quoque conjunctis, quæ idem ferme valeant, ideoque fruſtra videantur una poni. Cic. de Clar. Or. CCCXVI. *Quid tanquam notandum & animadvertendum ſit in Hortenſio breviter licet dicere.* II. de Div. XCI. *Chaldæi animadvertunt & notant ea ſidera.* Or. CLXXXIII. *Notatio naturæ & animadverſio peperit artem.* I. de Or. CIX. *Hæc ab hominibus callidis, ac peritis animadverſa ac notata ſunt.* I. de Div. XII. *Obſervata ſunt hæc tempore immenſo, & ſignificatione eventus animadverſa & notata.* Neque obſtant ea tamen, quominus aliquid interdum diſcriminis deprehendatur in iſtis. Primum quale eſt in aſpicere & cernere. II. de Or. XXXII. *Non eſt dubium, quin, ſi quis animadverterit, quid ſit, quare alii melius, quam alii dicant, id poſſit notare.* Deinde ut ſit, &, *infamare & puniri.* III. Off. CXI. *Notationes, animadverſionesque cenſorum.*

Nullus, nulli, nullo. Non fuit quod Alvarus ex Salluſtio in bello Jug. longe repeteret, & quaſi peregre, *nullo*, in dandi caſu, cum id habeamus apud Tullium in proximo. Pro Mur. XXVI. *Ei carmen compoſitum eſt cum ceteris rebus abſurdum, tum vero nullo uſui.* II. ad Herennium. *Nos vero arbitramur non modo nullo adjumento eſſe, ſed potius maximo impedimento.* Pro Quint. V. *Quod ſi tu judex nullo præſidio fuiſſe videbere contra vim & gratiam ſolitudini atque inopiæ.* Pro Cæcinna LVIII. *Tuus libertus nullo tuo præpoſitus negotio.*

O.

Offendo, violo. Violare homines non omnino idem

idem eſt atque *offendere.* I. Off. xcix. *Iuſtitiæ partes ſunt, non violare homines : verecundiæ, non offendere.*

Officia, merita. Merita in aliquem, multo plus, quam *officia*, valere, Cicero manifeſto declarat. xi. ad Fam. xvii. *Magna Lamiæ in me non dico officia, ſed merita.* xii. xxix. *Ad hæc officia vel merita potius, jocundiſſima conſuetudo accedit, ut nullo prorſus plus homine delecter.*

Opem & auxilium : ope & auxilio. Antea loco ſuo fugit me admonere, has voces duas jungi ſæpius, ſive συνωνύμως, ſive εἰς ἔμφασιν. Pro Dom. xxvii. *Qui meæ ſaluti opem & auxilium tuliſſet.* pro C. Rab. num. v. *Ab Iove opt. max. ceteriſque Diis, quorum ope & auxilio reſp. gubernatur.* l. ii. in Verrem num. ix. *Si vobis indigni eſſent viſi, quibus opem auxiliumque ferretis.*

Operarum harum. Habet illud Quintilianus lib. ix. cap. iv. in præceptis compoſitionis, de junctura verborum : *videndum ne Syllabæ verbi prioris ultimæ, ſint primæ ſequentis.* Minime porro mirum videri debere cuiquam, ita ſi præcipiat ; ſiquidem id vitii Ciceroni in epiſtolis exciderit, & in carmine. Quid ſi vero Tullius fecit interdum prudens, ſic ut loqueretur ? Pro Mur. xxi. *Servius aſſiduitatis & operarum harum quotidianarum putat eſſe conſulatum.* In Verr. lib. iv. de ſignis cxxiv. *Quam multi Græci de Valvarum harum pulcritudine ſcriptum reliquerint.*

Opus eſt. Idem eſſe arbitror atque, *refert, expedit, utile eſt.* Non idem eſſe atque, *neceſſarium*, aut, *oportet.* Cic. ii. de Or. xliii. *Illud etiamſi opus eſt, tamen eſt minus neceſſarium.* i. ad Fam. ix. *Legem curiatam conſuli ferri opus eſſe, neceſſe non eſſe.* xiii. ad Attic. ep. xxv. *Hoc fieri & oportet & opus eſt.* iv. Att. vi. *Si loquor de rep. quod oportet, inſanus : Si, quod opus eſt, ſervus exiſtimor.*

P.

Palinodia, canere palinodiam, recantare palinodiam. Palinodiam recanto, ideo videtur vitioſe dici, quia ex ſupervacuo dicitur, *recanto* : cum in voce, *palinodiam* vis jam inſit & poteſtas contrariæ repetitionis. Satis enim eſt ſignificari, *dico contra quam dixi* : non addendum, quod falſo addatur, *rurſum dico contra quam dixi.* Idem fere peccat qui ſic loquitur, *per* κατ' ἐξοχὴν cum ſatis ſit, κατ' ἐξοχὴν. *per*, addatur fruſtra. *Palinodiam* autem *canere* nemo dixit veterum Scriptorum. Itemque *palinodia* ita vox Græca ſemper fuit, ut apud priſcos Romanos nunquam pro Latina uſurpata ſit : quo tamen modo complures aliæ voces venerunt è Græcia in conſuetudinem Latini ſermonis. Nam quod Cicero iſtam vocem tertio adhibuit in epiſtolis ad Atticum ; & fecit more ſuo, ut Græca interdum admiſceret Latinis, nec uſquam alibi uſus eſt eo vocabulo.

Particulatim. Particularis. Adverbio uſi ſunt iſto ; Lucretius, auctor ad Heren. Seneca, Columella, & ſi qui alii. *Particularem* nemo dixit veterum, niſi qui fuerit hoſpes & peregrinus Romæ.

Peccare in rep. peccare in matrona. Cic. vii. ad Att. i. *Hæc enim cogitabamus ; nec mihi, conjuncto cum Pompeio, fore neceſſe peccare in republica aliquando ; nec, cum Cæſare ſentienti, pugnandum eſſe cum Pompeio : tanta erat illorum conjunctio.* Horat. lib. i. Sat. ii.

Quid inter
Eſt in matrona, ancilla, peccesve togata ?

Pergo præterita. Cicero iii. ad Att. xv. *Sed pergo præterita*, id eſt, pergo præterita meminiſſe, quod non debeo, quod fruſtra facio. Parum intellexit novæ methodi auctor, aut is unde hic auctor ſumpſit, qui ita reddidit, *Ie paſſe ſous-ſilence.*

Peto, ſive *jaculor*, βάλλω. Blaſium Vigenerium, Philoſtrati Gallicum interpretem, recordor multum vel potius nimium in citandis & proferendis undique ſcriptis Græcorum fuiſſe, qui Græca tamen non ex Græcis ἀμέσως, ſed ex Latinis Gallice reddidiſſe videatur. Eundem animadverto in hiſce Latinis, quæ ſola conſuluit vertendi cauſa, vel negligentem

negligentem ſe, vel parum intelligentem aliquando præbuiſſe, virum alioquin acrem & ſtudioſum. Unde hæc habes, inquies, aut quomodo probas? Recognoſce, quæſo, ſi grave non eſt, in dialogo Doridis & Galateæ iſta Luciani, εἰ ποιμένι καὶ ἐνδεεῖ καλὴ τὴν ὄψιν ἔδοξας, ἐπίφθονος οἴει γεγονέναι. Quæ converſa ſic à Vigenerio. *Te ſemble t'il donc qu'on te doive porter envie de cela, ſi à celuy qui eſt un paſtre en premier lieu, & puis aprés demy aveugle, tu as ſemblé la plus belle.* Quia eſt in Latinis videlicet, quæ abſunt à Græcis, *ſi primum paſtori, deinde luſco formoſa viſa ſis.* Non igitur inſpexit Græca Vigenerius: ſed neque Latina intellexit interdum. Is in uno Theocriti idyllio VI. ter prodidit neſcire ſe, quid, *petere*, eſſet. Theocritus primum.

Βάλλει τοι Πολύφαμε, τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια
Μάλοισιν.

Latinus interpres, *Petit tibi Polypheme gregem ovium Galatea malis.* Vigenerius: *Galathée te demande, o Polypheme, un troupeau de brebis à coups de pommes.* Idem Theocritus paulo poſt:

Πάλιν αὖ (ἴδε) τὰν κύνα βάλλει
Ἅ τοι τᾶν οἴων ἕπεται σκοπός.

Interpres: *Iterum illa ecce canem petit: Quę te ovium ſequitur cuſtos.* Vigenerius: *Et voicy qu'elle te recherche d'un autre coſté d'avoir ce chien qui te ſuit, gardien du troupeau.* Denique poëta Græcus:

Εἶδον ναὶ τὸν Πᾶνα τὸ ποίμνιον ἁνίκ᾽ ἔβαλλε.

Interpres Latinus: *Vidi per Pana, ovium gregem cum peteret.* Gallicus: *Par le Dieu Pan j'ay aſſez veu quand elle me demandoit un troupeau.* Iſtis vero Gallicis: *demander un troupeau à coups de pommes; rechercher d'avoir un chien.* Quid eſt non dico mendoſius, & ab auctoris ſententia alienius, ſed ridiculum magis: cum quidem Galatea nequaquam peteret, ut ſibi donaretur aut grex ovium aut canis, ſed peteret malis & gregem ovium, & canem, id eſt, malis appeteret, impeteret, inceſſeret: quippe quæ laſciviret, ac delicias aceret inſpectante Polyphemo amatore. Qua ratione, quoque ſenſu in idyllio V. Theocritus idem:

Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα.

Petit & pomis caprarium Cleariſta. In Ecl. III. Virg. ex Theocrito.

Malo me Galatea petit laſciva puella.

Galatea porro apud Theocritum ibidem διαθρύπτεται, id eſt, quod dixi, delicias facit, & quaſi petulce ſe gerit: apud Scholiaſten, μηλοβολεῖ, ſive μήλοις βάλλει τὸν Κύκλωπα, τὴν κύνα, τὸν αἰπόλον, τὸ ποίμνιον, ſive εἰς ἔρωτα ὑπάγεσθαι πειρᾶται.

Pleniore ore. Non affine modo illud, ſed par ac prope idem Cic. lib. I. de Off. LXI. *ea neſcio quo modo quaſi pleniore ore laudamus.* Cui adjicias & hoc licet, initia diverſarum vocum continua eadem. II. de divin. CXLIII. *Alcibiades viſus eſt in ſomnis amicę eſſe amictus amiculo.*

Proxime ſupra (ſc. operarum harum) vetuit quoque Quintilianus, ne S. ultima cum X. proxima committeretur. Sed neque minus dure configunt atque colliduntur inter ſe, *ex*, & *ex*, ſive in uno vocabulo, ut *ex lex*, ſive in duobus, ut *rex erit*: à quo tamen non ſemper Cicero refugit. III. de Off. n. XXXVIII. *Sic repente annuli beneficio rex exortus eſt Lydię.* Quinetiam videtur ſic de induſtria locutus. III. de Orat. XLI. *Nolo verba exiliter exanimata exire.* Item XLII. *Hanc dico ſuavitatem, quę exit ex ore.*

Plenis jam nubilis annis. (vide *plenam ætatem.*) Femina quidem minor duodecim annis, legibus nubere non poteſt: cum expleverit duodecim annos, nubilis. Sed tamen plena pubertas cenſenda, tum ſolum, cum ad decimum octavum annum pervenerit. D. Lib. I. tit. VII. l. XXXX. *Cum quis adrogat, major eſſe debet eo, quem ſibi per adrogationem filium facit. Et utique plenę pubertatis, id eſt, decem & octo annis eum precedere debet.* Hic vero Servius nimia juris prudentia, ut opinor, peccat. Cum ait: *Non eſt iteratio, ſed ſecundum jus dictum: in quo & ex annorum ratione, & ex habitu corporis ętas comprobatur.* Lex iſta duplex valet in

in maribus : ad feminas non pertinet. Inſtit. Quibus modis tutela finitur : *Pubertatem veteres quidam non ſolum ex annis, ſed etiam ex habitu corporis in maſculis ęſtimari volebant, antiquitatis normam in feminis bene poſitam in ſuo ordine relinquentes, ut poſt duodecimum annum completum viripotentes eſſe credantur.*

Plerorumque. Durum & inſolens, neque uſquam in probis Scriptoribus, eo caſu multitudinis, poſitum vocabulum: quicquid contradicat Gaſpar Scioppius, contraque ipſe ſæpe fecerit.

Plurimum, vide *Multum.*

Podagra, vox una quidem eſt ex duplici Græca compoſita, ut ſit ποδῶν ἄγρα cum quis captus pedibus eſt, aut *chiragra*, cum manibus captus. Sed quia Iſidorus *podagram* ait vocatam à ferali dolore, ſiquidem omne quod immite fuerit, abuſive agreſte vocamus: & quia Chariſius à pedum ægritudine podagricum dici vult, ille ab agro, hic ab ægro etymologiam ſive interpretationem nominis ducunt Seneca epiſt. LIII. *Pedes, dolent articuli, punctiunculas ſentiunt, adhuc diſſimulamus, & aut talum extorſiſſe nos dicimus, aut in exercitatione aliqua laboraſſe. Dubio & incipiente morbo, quęritur nomen: qui talaria cœpit intendere, & utroſque pedes dextros fecit, neceſſe eſt podagram fateri.* Nodus impeditiſſimus, *utroſque pedes dextros fecit.* Quo loco Muretus ſilet: Nihil ſe extricare fatetur Lipſius, cum ſic immutet, *dextros fecit*, diſtorſerit. Tanaquillus Faber rem ſe factam habere exiſtimavit, qui reſtituerit hunc in modum, *utroſque pedes tumefecit.* Solvo ſic expeditius, & meo judicio ſatis feliciter, duarum tantum literarum mutatione, ut *ęgros* legamus, non autem *dextros.* Primum enim tollatur *de*, quod eſt è ſuperiori voce, *pedes*, malo & uſitato exſcriptorum more, repetitum. Relinquitur *xtros*, vel, *ſtros.* Ex quo facile fuit, æ, &, e, concinnare, ut fieret *ęgros.* Jam vero & *morbo ęger.* Latine dicitur, & *ęger pedibus*, qui podagra laboret. Itemque perfecta eſt hic alluſio, & ex parte etymologia: *cum morbus pedes ęgros fecit, neceſſe eſt Podagram fateri.*

Nam ubi habetur minus claro, qui talaria cœpit intendere, nihil eſt negotii, *quum* adverbium, pro, *qui* pronomine, ſubſtituere. Nec Guillelmi tamen Pellicerii conjectura diſplicet, quam ipſe manu ſua Senecæ noſtro adſcripſit olim: *utroſque pedes clodiaſtros fecit.* Et erit quidem clodaſter: qui leviter claudicet, ut ſurdaſter, qui aliquantum male audiat.

Ponere. Nihil neque frequentius, neque notius, quam *bene apud aliquem beneficium collocare* aut *ponere*, ſed illud ſingulare forſan & unicum, *apud aliquem pręclariſſime ponere*, ut hic verbum, *pono*, quaſi neutrum ſit. XIII. Fam. LXIV. *Hoc in genere ſi eum adjuveris eo ſtudio, quo oſtendiſti; apud ipſum pręclariſſime poſueris.* Quanquam videtur iſte mihi locus depravatus. Sequitur enim: *ſed mihi etiam gratiſſimum feceris.* In quo ſupplendum aliquid ejuſmodi, ut tota ſit & emendata & perſpicua dictio: *hoc in genere ſi eum adjuveris eo ſtudio, quo oſtendiſti, non modo ſtudium apud ipſum pręclariſſime poſueris, ſed mihi etiam gratiſſimum feceris.* De Pet. XXI. *Modo intelligat te magni ęſtimare, ex animo agere, bene ſe ponere.* Ubi ſubaudiri quoque *beneficium* poteſt ex antecedentibus verbis. Sed hæc etiam ſignificatio verbi, *pono*, elegantior minuſque vulgaris; cum dicitur à Tullio IV. Acad. II. *Erat memoria illa pręſtantior, quam fuiſſe in Themiſtocle, quem facile Gręcię principem ponimus, ſingularem ferunt.* Aut illa ejuſdem Tullii, cum ait IX. ad Fam. XV. *Et quidem cum in mentem venit, ponor ad ſcribendum*, aut cum illud IV. acad. *Cum in ea arte tantum ponitis.*

Pono. *Ponere panem, cibum, obſonia, aprum, leporem convivis*; recte Latine dixeris: *ante convivas*, nullo modo; hoc eſt nullo exemplo veterum, qui pure ſint & emendate locuti. Nec facit contra, ſi rem interpretari velis, locus inſignis Plinii lib. IX. cap. XXXVI. de margarita, ſive unione, ſeu bacca, quam diluerit aceto Cleopatra, itaque

ebiberit.

ebiberit. *Ex præcepto miniſtri unum tantum vas ante eam poſuere aceti.* Non eſt enim hic illud miniſtrare menſis, ſed antequam miniſtraretur, inſtruere menſas, eaſque certo ordine, & re quadam onerare.

Poſtulo, flagito. Patet eſſe majus quiddam, flagitare quam poſtulare. I. de leg. v. *Poſtulatur à te jamdiu, vel flagitatur potius hiſtoria.* Pro Quint. XIII. *Verum his de rebus non neceſſe habeo dicere ea, quæ me P. Quinctius cupit commemorare: tametſi cauſa poſtulat: tamen, quia poſtulat, non flagitat, præteribo.* Atque hæc, opinor, obſervata habent, qui voces ordine certo literarum collegerunt. Sed omiſerunt iidem ſignificari hac voce, aſſiduum eſſe & moleſtum in petendo: *être fort preſſant & importun en ſes demandes.* Ita ut aliquid inverecundius, & magno clamore, & convitio exigatur, & inſtet aliquis etiam atque etiam, & urgeat. Servius in illud Virgilianum, *notum efflagitat enſem: efflagitat: cum clamore magno depoſcit.* Et vero Plautus longe antea, Pſeu. ſc. v. act. I. *Si non dabis, clamore magno & multum flagitabere.* Tull. II. ad Quinctum, ep. x. *Epiſtolam hanc convitio efflagitarunt codicilli tui.* Quinctil. in ep. ad Thryphonem. *Efflagitaſti quotidiano convitio, ut libros .... jam emittere inciperem.* Sed Tullius quoque vim verbi magis aperit lib. IX. ep. ad Varronem VIII. quam à ſe diligenter & ſtudioſe conſcriptam, credo, ſignificat Attico epiſt. XXV. lib. XIII. his verbis: *Sed, quæſo, epiſtola mea ad Varronem valdene tibi placuit? male mihi ſit, ſi unquam quicquam tam enitar: at ego ne Tironi quidem dictavi, qui totas περιοχὰς perſequi ſolet: ſed Spintheri ſyllabatim.* Marcus igitur Tullius ſuperiore epiſtola: *Munus flagitare ... ne populus quidem ſolet ... expectatione promiſſi tui moveor, ut admoneam te, non ut flagitem: miſi autem ad te quatuor admonitores non nimis verecundos, qui metuo, ne te forte flagitent ego autem mandavi, ut rogarent.* Ac de re eadem, Acad. quæſt. lib. I. n. III. *Et ego iſta quidem, inquam, Varro jamdiu expectans, non audeo tamen flagitare.*

Præcidere. Præter varios ac multiplices hujus verbi ſignificatus, duplex eſt peculiaris. Priori idem valet ac *dicere breviter, abſolvere paucis. Abſcindere ſermonem,* & ut Plautus loquitur; *verba conferre maxime ad compendium.* Milite glorioſo. Tullius IV. Acad. quæſt. CXXXIII. *Præcide, inquit: ſtatue aliquando quid libet.* Poſterior verbi vis & poteſtas eſt, omnino quid alicui negare. Tull. ad Att. Lib. VIII. epiſt. IV. *Nunquam reo cuiquam, tam humili, tam præciſe negavi, quam hic mihi. Plane ſine ulla exceptione præcidit.* Et alio loco: *Balbus minor aiebat, nihil malle Cæſarem, quam ut Pompeium aſſequeretur. Balbus quidem major ad me ſcribit, nihil malle Cæſarem, quam principe Pompeio ſine metu vivere.*

Que Ceſar ne demandoit pas mieux.

Prædari. Quis non licitum exiſtimet dicere, ut *ſpoliare* & *exuere aliquem, depopulari agros, depeculari civitates*, ita *prædari?* Atqui nemo *prædari aliquem* dixerit, pro *adimere aliquid ei:* prædetur quis alium quidem, ſed ſi rapiat ipſummet. Neque obſtat hoc tamen, quo minus omnium templorum atque lectorum totiuſque urbis prædo dicatur Clodius à Cicerone.

Cave autem unquam uſurpes, quod plerique ſæpe adhibent in oratione, nullus Scriptor probus antea dixit, *deprædari.* Quod eſt tamen apud Gallos reliquum forenſe verbum, *les depredations.*

Præeo. Anteeo quidem ſicut ejuſmodi cetera, & præſtantiam quandam notat, & accuſandi caſum vel dandi admittit. At vero, cum quis præire dicitur, neque excellere dicitur, & præit alicui verba vel iter, ſed non alios præſtantia quadam tranſit. Aliud Emmanuel Alvarus, ſenſit recentium Grammaticorum cum doctiſſimus, tum diſertiſſimus, qui Plinium tanquam teſtem & auctorem citet qua ſi dixerit, *de Scripto præire aliquem.* Sed hæc illum ſua auctoritas & teſtimonium vehementer fefellit. Plinius enim lib. XXVIII. c. II. *Vidimus, inquit, certis precationibus obſecraſſe*

ſummos magiſtratus: & ne quid verborum prę-tereatur, aut præpoſterum dicatur, de Scripto præire aliquem. Vides-ne hic, ut verbum infiniti modi, *præire*, ante ſe accuſativum, *aliquem*, habeat; non regat, aut admittat poſt ſe?

Præſtaturus. vide *Juvaturus.*

Præter, præterea: ſic tanquam: quodammodo quaſi. Haſce binas voces, quarum una redundet, quis auſit noſtrum in oratione, niſi ſcriptoris alicujus fide, ita ut poſui, ponere? Præſtat id tamen locuples auctor Cicero ad Quin. Fr. I. XXII. *Præter communem fidem, quæ omnibus debetur, præterea nos iſti hominum generi præcipue debere videmur.* III. de leg. XLV. *Præter enim quam quod comitia illa eſſent armis geſta ſervilibus, præterea neque rata eſſe poſſent.* XV. Att. XV. *Saram autem, pręterquam quod nefarium hominem cognovi pręterea in me contumacem, ſemel eum omnino domi meæ vidi.* IX. Att. XVIII. *Pręterquam quod te moveri arbitror oportere injuria, quę mihi à quoquam facta ſit; pręterea, teipſum quodammodo hic violavit, cum in me tam improbus fuit.* De Cl. Or. num. LXXI. *Nam Odyſſea Latina eſt, ſic tanquam opus aliquod Dædali.* l. XIII. ep. XXVI. *Literas ad te à Marco Lepido conſule, non quę te aliquid juberent, ſed quodammodo quaſi commendatitias ſumpſimus.* Atque hæc eo magis notanda duxi, quod diligentiam fugerint illius, qui particulas Latinæ orationis omnes etiam tenuiſſimas, ſcienter accurateque digeſſit, à membris ſeparatim, vereque articulatim diviſas.

Primum, deinde, deinde, &c. In Famil. VII. *An ego tibi obviam non prodirem? Primum Appio Claudio? Deinde imperatori? Deinde more majorum? Deinde, quod caput eſt, amico.*

Primum, tum, denique ad extremum. Poſt red. ad Quir. XVI. *Cujus oratio fuit tripartita. Primum vos docuit.... tum in perorando poſuit .... denique ipſe ad extremum.*

Primum, deinde, poſtremo, denique poſtremo. I. de Nat. CIV. *Primum ubi habitet... deinde quę cauſa ... poſtremo, cum hoc proprium ſit ... ad quam denique rem ... poſtremo quo modo beatus ſit.* Quæ vero ſequitur multiplex enumeratio & longior & liberior, maxime eſt ſine dubio inſignis, in primo de Oratore libro, num. CXLII. *Primum-deinde-tum ea denique-poſt-ad extremum.* Num. CXLIII. *Initio-deinde-poſtea-tum-poſt-extrema autem oratione.* Num. CXLIV. *Primum-deinde-tum-poſt.*

Promitto, polliceor. Donatus in Terentium. *Promiſſio & pollicitatio eandem vim habent. Sed pollicitatio, majoris aſſeverationis eſt: item pollicemur magis ſponte, promittimus rogati.*

Polliceor, recipio. Ita demum diſtat *recipio à polliceor*, ut plus aliquid virium habere videatur. Cic. ad Att. XIII. I. *Quoniam de ęſtate polliceris vel potius recipis.* Augetur quoque ſignificatus hujus verbi, ſi *in me, in te, in ſe*, addatur. *Je prens cela ſur moy, je vous en répons, je m'en charge.* XIII. Fam. X. *Promitto in meque recipio, fore eum tibi & voluptati, & uſui.* XVII. *Spondebo tibi, vel potius ſpondeo; in meque recipio, eos eſſe M. Curii mores.* Ac ne illud quidem hic prætermittendum, à Cicerone adjungi receptum promiſſo, in Verrinis, in Antonianis.

Promitto & ſpondeo. Juncta ſic inter ſe verba duo apud Tullium ſæpius, quam ut debeat auctoritatibus & exemplis probari.

Proſum. vide *Subſidio ſum.*

Proximus. Proximum, quod ad tempus ſpectat, non ſolum dicitur Latinis illud quod antecedit, ſed hoc etiam quod ſequitur poſt. Illius omitto exemplum, quia in promptu eſt omnibus: hujus autem ſubiicio, quod non ita obvium cuivis. Cic. X. Famil. ep. XXVI. *Scilicet id agitur utrum hac petitione an proxima prętor fias.* Id eſt, utrum hoc anno præturam petas, an petitionem in conſequentem annum ſive venientem differas. II. de Fin. LIV. *Ita aperte cepit pecunias ob rem judicandam, ut anno proximo P. Scęvola Tribunus pleb. ferret ad plebem.* Id eſt, ut anno, poſt quam cepiſſet pecunias. III. ad Att. XXIII. *Tu ad me, velim, proximis literis, ut ſe initia dederint, perſcribas.* Cœlius lib. VIII. ep. IX.

Ut videa

Ut vides, cauſa hæc integra in proximum annum transferetur. VIII. ad Att. 11. *Conculcari miſeram Italiam videbis proxima æſtate.*

Pulcher. vide *Formoſus.*

Q.

Quandoque. Non eſt, *quandoque*, eo ſenſu Latinum, quo ſenſu parum accurati Scriptores ſive interpretes accipiunt, ut ſignificet, *aliquando*, *aliquoties*, *interdum*, *rarius* : ſed idem valet atque, *quando*, *quandocunque*, *quoties*, *quotieſcunque*, *ſi quando*, *tunc cum.* Excute Horatium tribus locis : ſic intelliges, ſine iſta acceptione verbi conſtare non poſſe ſententiam verſuum. In IV. lib. Carm.

Concines majore poëta plectro
Cæſarem; quandoque trahet feroces
Per ſacrum clivum merita decorus
Fronde Sicambros.

In Oda prima :

Et quandoque potentior
Largis muneribus riſerit æmuli.

In de arte poët. Chœrilum :

Bis terque bonum cum riſu miror, & idem
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.

Ægre fero ſi quando quid excidat tam bono poëtæ ; Chœrilum rideo peſſimum poëtam, qui ſi toto in opere iterum ac tertio recte & emendate ſcripſerit, miror.

Expreſſa verbis nimis ſimpliciter. vide *Sententiæ quædam.*

R.

Recens & novum. Cic. lib. XI. ep. XXI. *Seulius res novas quærit : non quo veterem comederit : nullam enim habuit : ſed hanc ipſam recentem novam devoravit.* Quo loco Paulum Manutium ad harum vocum diſcrimen cognoſcendum utiliter legas. Sed & in orat. pro Flacco Cic. XIII. *A vobis peto, judices, ut memineritis, quarum rerum invidia, lege hac recenti & nova, certus eſt inquiſitioni comitum numerus conſtitutus.*

Recondita, & abſtruſa. Similiter iſta quoque duo juncta Tullius adhibet, quorum exempla tam ſunt in promptu, quam proxime ſuperiora.

Redamo. vide *Æther.*

Rem aliquam non habere pretium, eſt eſſe vilem, nullius aut parvi pretii, ejus jacere pretium. Quod autem nos Galli loquimur de re pretioſiſſima & cariſſima, & quæ pecunia æſtimari non poſſit : *cette choſe n'a point de prix : elle eſt ſans prix.* Nunquam ſic Latini locuti : *res iſta pretium non habet, caret pretio, eſt ſine pretio.* A quo tamen plerique parum cauti non abſtinent, cum rem ſignificari inæſtimabilem volunt, nec gemmis, auro, purpura, ut ait Horatius, venalem.

Retruſa atque abdita. Huc adde, *retruſa atque abdita*, quæ cum ſæpe ita jungantur à Tullio, veriſimile eſt eam tum fuiſſe formam & conſuetudinem jungendi. I. de Orat. LXXXVII. *Hæc autem eſſe penitus in media philoſophia retruſa, atque abdita.* III. in Ver. *Simulacra Deorum jacent in tenebris retruſa, atque abdita.*

Ridiculus. Is eſt etiam ridiculus, qui movet riſum facile : non tantum qui ridetur facile ipſe. Cic. de Cl. Orat. CCXVI. *Cn. Sicinius homo impurus, ſed admodum ridiculus, neque alind in eo oratoris ſimile quidquam.*

Rogo obſecro. Poſt red. ad Quir. 16. *Pro mea vos ſalute non rogavit ſolum, verum etiam obſecravit.*

Rogo, oro. Plus hoc habet virium, quam illud. XVI. ad Att. XVI. *Igitur, mi Plance, rogo te, & etiam oro.* II. Fam. VII. *Te, mi Curio, pro tua incredibili . . . . . rogo atque oro, ne patiare.*

Roma ſepticollis. Compoſitam hanc vocem, nemo, quod ſciam, veterum Romanorum, quos maxime oportuit, uſurpavit. Ita loquendi cauſam ceteris videtur Plutarchus præbuiſſe, cujus hæc in quæſtionibus Romanis verba habemus : τὸ δὲ σεπτομούντιον ἄγουσιν ἐπὶ τῷ τὸν ἕβδομον λόφον τῇ πόλει κατανεμηθῆναι, καὶ τὴν Ῥώμην ἑπτάλοφον γενέσθαι. Septimontium feſtum diem agunt ob adjunctum urbi ſeptimum collem, & quod Roma ſit facta ſepticollis.

ticollis. Hoc enim vocabulum ab neſcio quo formatum inſtar vocabuli Græci; vel, ut verius dicam, à Latino imitatione quadam & exemplo expreſſum: ut ſeptimontium, feſtum dicatur; ſepticollis urbs dicatur, quæ in ſeptem collibus ſita. Quo modo τετράπολιν Atticæ regionem Attius nominavit quadrurbem ficto ſic nomine; ita ἑπτάλοφον ſepticollem, appellavit, quiſquis hoc primum nomen fecit.

S.

Sanus, & *recte valens.*

Idem Horatius lib. epiſtolarum I. nec ſemel.

Si me vivere vis ſanum recteque valentem.

Et epiſtola ad Quinctium in l. eodem I.

Neu ſi te populus ſanum rectéque valentem
Dictitet.

Saucius, *vulneratus.* Non idem proprie. Prius apud Græcos τραυματίας, poſterius τετρωμένος. Cum *Saucium* dicimus, vulneratum quidem intelligimus, ſed indefinite ac ſine deſignatione vulnerum, quot, quæ, qualia, aut qua in parte acceperit. cum *vulneratum* loquimur, ſignificamus percuſſum certa parte ſui aut quoties, aut quo vulnere. Itaque proprie efferri ſaucios ex acie, non vulneratos, hiſtorici dicere ſolent, qui melius, quam ceteri, Latine loquuntur.

Scelus. vide *Flagitium.*

Scripſerunt, *ſcripſere.* Prius eſſe verius Cicero cenſet, hoc eſt, magis ex communi præſcripto regularum. Poſterius uſitatum aliquando, non tamen uſitatius. Et vero modi hujus rara apud Tullium uſurpatio, quæ nunc frequens & familiaris. Cic. Tuſc. qu. lib. v. n. CVII. *In perpetua peregrinatione ætates ſuas conſumpſerunt innumerabiles alii, qui ſemel egreſſi nunquam domum revertere.* Lib. v. in Verrem. *Bona ſibi erepta eſſe dixere.* I. de Leg. VI. *Ecce autem ſucceſſere huic Clodius, Aſellio.* Lib. IV. ad Heren. *Spartiatas ſuperavere Thebani.* Contra, qui modus eſt verus ac rectus: *fatearis*, *de[illegible]aris*, vix uſurpatus à Tullio, ſed potius: *[illegible]* Lib. IX. epiſt. XIV. *Me ex aliqua parte in ſocietatem tuarum laudum venire patiare.* Et paulo infra: *Te imitere oportet.* Et in optandi modo, *ſequerere* potius, quam *ſequereris.* III. de Fin. XII. *Eadem dicere poſſes, ſi ſequerere Pyrrhonem.* Item III. de Fin XIV. *Id ſi ſolum eſt bonum, quid habebis præterea quod ſequare?*

Scribere mea manu, *ſua manu*, *non propria manu*, *quod nuſquam apud bonos auctores reperitur*: vere dictum, & ab Adriano cardinale his totidem verbis obſervatum: ſed nimis anguſte, cum latius pateat, & ad plura pertineat tam prudens animadverſio. Dicitur enim primum. *Judex in ſua cauſa* aliquis, *in propria cauſa* non item. Ulpianus lib. II. tit. I. l. X. *Qui juriſdictioni præeſt, neque ſibi jus dicere debet.* Marcianus lib. IV. tit. VIII. l. pen. *Si de re ſua quis arbiter factus ſit, ſententiam dicere non poteſt.* Calliſtratus, tit. II. leg. XIII. *Iſque ſibi jus in eam rem dixiſſe: jus crediti non habebit.* Nullo modo faciunt *cauſæ propriæ* mentionem. Deinde vero *Litem facere propriam* nunquam ab ullo dictum vetere & eleganti juriſconſulto, ſed *litem ſuam facere.* Ulpianus lib. v. tit. I. l. XV. *Judex tunc litem ſuam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit.* Cic. II. de Orat. CCCV. *Quid, ſi, cum pro altero dicas, litem tuam facias.* Tum ne illud quidem ſcribi video, *lite cadere*, quod ait Carolus tamen in dictionario, ſed *litem perdere*, qua Tullius dictione utitur I. de Orat. CLXVII. *Neque intelligebat, ſi ita eſſet actum litem adverſarium perditurum.* Rurſum utrumque uſurpari, *cauſa cadere*, millies; aliquando, *cauſam perdere*; *cauſam ſuam facere*, vix ac ne vix quidem. Pro Q. Roſc. X. *Amplius ſeſtertio nummo petiiſti, quam tibi debitum eſt cauſam perdidiſti.* Ibid. *Ad judicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus.* Poſtremo ſexcenta ejuſmodi proferre licet, quæ dicantur Latine, quæ eu Latine non dicantur: *oculis ſuis*, non *propriis*: *pedibus ſuis*, non *propriis*: *ſuo gladio* non *proprio*: *heredes ſui*, non *proprii*: *ſorte ſua contentus*, no

tus, non *propria*: *modulo*, *ſuo* non *proprio*. *De ſuo*, ac non ita bene & uſitate *de proprio*. Niſi forte illud Martialis, *vivere de proprio*, tam barbarum tamque fictum, quam, *domicœnium*, qua is voce primus, atque, ut opinor, ſolus apud veteres, probos & emendatos ſcriptores uſus fuit. Cic. I. Tuſc. XXXIX. *errare cum Platone, quem tu quanti facias ſcio, & quem ex tuo ore admiror.* Luc. XIX. XXII. *De ore tuo te judico, ſerve nequam.* I. de Div. LV. *Lecticula in curiam delatum, -- pedibus ſuis ſalvum revertiſſe.* Pro Cæc. LXXXII. *Aut tuo, quemadmodum dicitur, gladio, aut noſtro defenſio tua conficiatur neceſſe eſt.* III. de Or. X. *P. Craſſum ſuapte interfectum manu.*

Secus, adverbium, id eſt, *aliter*, *contra*, *minus recte*, *male*: ut & negandi vim habeat, & malam in partem accipiatur. Siquidem opponitur recto malum, ſic tanquam aliud quiddam, & diverſum aut etiam contrarium. Cic. in Piſ. LXVIII. *Recte an ſecus, nihil ad nos.* III. de Fin. XLIV. *Nobis aliter videtur: recte, ſecuſne, poſtea.* Sed hoc inſtitui loco quæſtiuncula duplex poteſt. Prima, utrum *ſecus*, ſimplex in oratione ac ſolitarium poſitum, nulla re antecedente ex adverſo, cui repugnet, vel expreſſa, vel ſubintellecta ſaltem, idem ſonet ac valeat, quod, *prave*, *perperam*, *minus bene*, *omnino male*. Exemplum hoc eſto: Vertit Marcus Cicero locos Platonis quoſdam *ſecus*, id eſt, *male*, aut ſimile illud: Quæ Cicero Græca habet in ſcriptis, ſunt interpretati Latine ſcriptores novi *ſecus*, id eſt, *male*. Ego vero iſta vitioſe dici arbitror, neque auctore veteri ullo probo & digno, cui credatur. Nec favet Tullius ſic loquentibus, qui hoc loquatur ipſe III. ad Fam. ep. VI. *De tuo in me animo iniquis ſecus exiſtimandi videris nonnihil loci dediſſe.* Quis enim, ſi pauliſper aciem mentis intendat, non videt, ſuppreſſum quidem, ſed ſubauditum aliquid. De tuo in me animo amico & benevolo, ſive de tua mecum reconciliatione gratiæ, fictam hanc eſſe gratiam & ſimulatam, non ſinceram, neque bona fide initam, exiſtimandi. Præterea vero cum de iniquis & malevolis hic agat Cicero; non eſt dubium, quin male ſentientes intelligantur, neque expectandum ab inimicis, ut de iis, quos oderint, bene exiſtiment. Hoc alterum habet, ni fallor, plus aliquid etiam quæſtionis, num quidnam, quemadmodum dicitur, *recte an ſecus*, pro *recte an male*, ita viciſſim dicatur, *male an ſecus*, pro *male an recte*: cum quidem videatur idem jus, eadem ratio ac diſciplina, & tractatio contrariorum: &, ſi malum oppoſitum ſit bono, ut eſt; non poſſit bonum non eſſe oppoſitum malo. Ego autem, quamvis fatear libenter prius illud, *rectene an ſecus*, emendatum & Latinum eſſe: non facile tamen conceſſerim poſterius hoc, inverſo ordine & præpoſtere dictum, *malene an ſecus*, labe & vitio carere. Cur ita? quia publicus uſus, ex quo id totum pendet, alterum admittit, alterum repudiat, & aſpernatur. Similiter nos ita Galli loqui conſuevimus: *Si j'ay bien ou mal fait, le temps le ſera paroiſtre.* Qui ſi contra loquimur: *Si j'ay mal ou bien fait*; inuſitate ac præter morem etiam vulgi loquamur, ut ab iſto os & aures refugiant noſtrorum hominum. Quod cum ita ſit, nihil Mureti, viri in primis diſerti, nos movere debet auctoritas, cujus hæc extant in lib. XIX. Var. lect. cap. X. *Id num temere an ſecus judicem, res ipſa indicium faciet*, quæ ſint meo quidem judicio, vitioſa. Secundum hæc vix videri debet correcte & emendate ſatis locutus, qui dixerit, *falſo an ſecus*, ſed qui *vere an ſecus*: non quod ulla regulæ & normæ ratio prohibeat, ſed quia non appareat uſus.

Secus. Præpoſitio, *juxta*, *ſecundum*. Uſi ſunt hac voce, *ſecus*, ut præpoſitione, ſcriptores aliquot antiqui graves, & ante Ciceronem, & poſtea aliquanto. Cato de re ruſt. cap. XXI. *Dextra ſiniſtraque, foramina utrinque, ſecus laminas.* Sempronius Aſellio in libris hiſtoriarum rerum geſtarum, *Non poſſent ſtationes facere ſecus hoc.* Plinius lib. XXIV.

c. xv. in Eraſmi editione Baſileenſi: *Camæleuce naſcitur ſecus fluvios.* Ex Quintiliani lib. VIII. cap. II. *Conductus eſt cæcus ſecus viam ſtare -- Ingenioſa hæc & fortia, ut ex ancipiti diſerta credantur, perficiunt.* Hæc cum ita ſint, cumque vox ea teſtimoniis & auctoritatibus tot tantiſque veterum nitatur: non video, quamobrem Soſipater Chariſius nobilis grammaticus, hanc è finibus, ut ita dicam, Latii ableget, atque etiam non ſine contumelia verborum quodammodo dimittat. Quippe quam vocem & fatuam & ſordidam appellet. Niſi forte Chariſium male interpretamur, qui non univerſe, neque funditus exterminet hanc præpoſitionem: ſed id ſolummodo, quod vulgus uſurparet, *ſecus illum ſedi*, hoc eſt, *ſecundum illum*, cum fatuum exiſtimet, tum etiam ſordidum. Certe in ſacris utriuſque teſtamenti literis crebrum & frequentem uſum iſtius præpoſitionis animadverto: nec verbum rejiciendum idcirco ullum, quia vel novi ſcriptores, vel ſacri uſurpant ſæpiſſime: ſed neque improbandum prorſus & ex toto, cum probati & ſpectati in omni antiquitate, & quaſi claſſici aliquando uſurparint. Nam quod dixit Franciſcus Sanctius vocem hanc inauditam Latinis, eamque ſe adverbium duntaxat putare; quod Gaſpar Scioppius interpolator Sanctii, & velut refector addidit de ſuo aliquid; nihil utrumque grammaticum moror, & hoc iſtorum, ut plurima alia eorumdem, frivolum atque inane duco.

Sedet animo. Vere ac proprie non eſt iſtud, *placet* aut *ſuave eſt*: ſed, *mihi ſtatutum, conſtitutum, ratum, fixum, definitum, decretum, deliberatum, certum eſt, ſive ſtatutum, conſtitutum, decretum habeo*, id eſt, *je ſuis tout reſolu, j'ay arreſté cela, c'eſt ma volonté, c'eſt mon plaiſir.* Non ita tamen ut eſca dicatur ſedere, quæ palato ſapiat, & jucunda ſit. Quare tribus locis, ubi Maroni dictum, *ſedere*; non jam illud, *placere*, ſignificat, & *jucundum eſſe*, aut *gratum*, aut *acceptum*; ſed *velle prorſus*, & *ratum*, & *firmum habere.* Verſus autem Horatianus:

> . . . . , *Memor illius eſcæ,*
> *Quæ ſimplex olim tibi ſederit.* . . . .

Si verum quærimus, hanc habet ſententiam: *eſca, quæ ſimplex tibi appoſita fuerit, nulla condimenti admiſtione, varietate ciborum nulla*: contra Servium tamen, & eos, qui leviter huic aſſenſi, Henricum Stephanum, Alvarum, Methodicum.

Sentio. vide *Idem. Idem Sentio.*

Sententiæ quædam. Videntur expreſſe verbis nimis ſimpliciter, & vernacule ſeu Gallice potius, quam Latine, quæ tamen recte loquentium commendat uſus: & ipſe interdum Cicero in oratione poſuit. lib. V. ad Att. XXI. *Scaptius me rurſus ſeducit & rogat ut rem ſic relinquam.* Id eſt, ut integram rem & cauſam relinquam: *il me prie de laiſſer là toute l'affaire, ſans rien decider, ou ſans m'en mêler d'avantage.* XIII. ad Att. I. *Iſtuc jam pro facto habeo: Je tiens cela pour fait.* VIII. Fam. IV. *Nunciatum nobis, & pro certo jam habetur.* XIV. Att. XVII. *Incipit res melius ire, quam putaram.* Ibidem XVIII. *Nunc, mi Attice, me fac ut expedias.* XII. Att. XXIV. *De Attica optime it, ei ſalutem dices & Piliæ.* I. Acad. XLII. *Errorem & temeritatem & ignorantiam & opinationem & ſuſpicionem, & uno nomine omnia quæ eſſent aliena firmæ & conſtantis aſſenſionis: En un mot.* I. ad Famil. VI. *Facile ſecundo loco me conſolatur recordatio meorum temporum.*

Serius. Seria res, Sermo Serius, Paſſim: *ore Serio*, apud. Gellium lib. I. cap. XIX. *Homo Serius* nuſquam, niſi apud Afranium in Nonio, qui quidem Afranius antiquior eſt, & apud Macrobium lib. III. Saturn. cap. XIV. & XV. qui parum vetus, nec ſatis magnæ auctoritatis eſt.

Significo, declaro. Nulla, ſi quid judico, certior via & ratio inveſtigandi, quid quæque vox ſonet, quantumque valeat, quam ſi altera cum altera comparetur. *Significo*, aliquid minus: aliquanto plus, *declaro.* Cic. V. Fam. XIII. *Hoc ſæpius dicendum tibique*

tibique non ſignificandum ſolum, ſed etiam declarandum arbitror.

Simile tuorum omnium. Illud quoque, ut alia quæ ſupra attuli, concinne ac venuſte dictum à Tullio, ac libenter quidem, cum bis eodem tempore, hoc eſt, ſub interitum Cæſaris dixerit. xiv. ad Att ep. xxi. *De Patulciano nomine, quod mihi ſuppeditatus es, gratiſſimum eſt, & ſimile tuorum omnium.* De Fato iv. *Tum Hirtius, Gratiſſimum, inquit, & tuorum omnium ſimile: nihil enim unquam abnuit voluntas tua meo ſtudio.*

Socius. vide *Comes.*

Soluta oratio. Orationem ſolutam dixit Tullius, ac vulgo dici ſignificavit. iii. de Orat. clxxxiv. *Liberior eſt oratio, & plane, ut dicitur, ſic eſt vere ſoluta.* Nunquam autem, quo modo plerique nunc, orationem dixit *ſtrictam*, ac ne *adſtrictam* quidem, aut *vinctam*, niſi adjungeret, *numeris*, uſurpavit.

Solutor. vide *Vendere.*

Splendidus & illuſtris. Cum dicimus, *ſplendidus & illuſtris*, una conjunctione, nihil vetat quominus dici intelligatur συνωνύμως, & ſignificatione una eademque. At cum conjunctio geminatur, *& ſplendidus & illuſtris*, videtur intelligi neceſſario diverſitas ſignificationis verborum, ſive ſignificatio augeatur, ſive non. v. de Fin. ix. *Atque his de rebus, & ſplendida eſt eorum & illuſtris oratio.*

Statura. vide *Ætas.*

Strenuus. Strenuus, navus eſt & induſtrius proprie, ſive *celer ac diligens*, non *fortis*. Cic. ii. in Ant. lxxviii. *Celeriter iſti, rediſti, ut cognoſceret te ſi minus fortem, attamen ſtrenuum.* xv. ad Att. vi. Noli *me tam ſtrenuum putare, ut ante Nonas recurram.* xvi. vi. *Magis commode quam ſtrenue navigavi.* iii. ad Heren. xxiv. *Strenuo quod volumus oſtendere factum, celeriuſcule dicemus. At aliud otioſe retardabimus.*

Subſidio ſum, juvo, proſum, efficax, cum dandi aut accuſandi caſibus legitimis ſuis, ſenſu tamen prope contrario. Cic. pro Sylla xlv *Cum literæ poſteritatis cauſa repertæ ſint, quæ ſubſidio oblivioni eſſe poſſint.* Id eſt, contra oblivionem, ſive ne quid oblivîſceretur poſteritas. Horatius lib. i. epiſt. ii.

Juvant fomenta podagram.

Id eſt, *remedium ſunt*, aut *remedio ſunt, contra podagram.* Apud Plinium vero itemque apud Celſum multa paſſim dicuntur prodeſſe, apta eſſe, utilia, efficaciſſima morbis, id eſt, morbis tollendis, ſive contra morbos. Pari ratione ac figura loquendi dici poſſe arbitror *hamos piſcibus aptos*, etiamſi non adjiciatur, *capiendis.* Propterea quod ea vox maxime propria hujus rei, atque hamus fere ſolum comparatus ad capiendos piſces. Contra vereor, id dici poſſit, *calamus, arundo, lina, linea, rete, retia, apta piſcibus, avibus, feris,* cum pateant latius & in alia plura conveniant. Sed hæc omnia deciderit uſus, & auctoritas veterum ſic unde aliqua erui poterit, etiam nulla, immo adverſante ratione.

Subſtantiva quædam, quum ad laudem vel vituperationem referuntur, genitivo vel ablativo gaudere, & quædam genitivo ſolum, aut ſolum ablativo. Sed obſervat nemo, quod meminerim, uno & eodem loco genitivum ſimul & ablativum uſurpari: immo vero nonnulli vetant fieri ... contra quam tamen Cicero factitare conſuevit. iii. de Leg. xlv. *Vir magni ingenii ſummaque prudentia L. Cotta dicebat.* i. Fam. ep. vii. ad Lent. *Lentulum noſtrum, eximia ſpe, ſummæ virtutis adoleſcentem.* iv. ep. viii. *Neque monere te audeo præſtanti prudentia virum, nec confirmare maximi animi hominem virumque fortiſſimum.* Ex quo perſpici poteſt ſermonem Latinum non minus uſu & notatione, quam præceptis & regulis grammaticis niti: nec facile, quod fit à nonnullis, reprehendenda multa, quæ videantur cum arte doctrinaque literarum parum congruere.

Subtilis & acutum. Ex loco hoc M. Tullii lib. de Orat. iii. num. lxvi. apparet à ſubtili acutum diſtingui. *Stoïci orationis etiam genus habent fortaſſe ſubtile, & certe acutum: ſed, ut in oratore, exile.*

Succeſſum eſſet, ſucceſſum eſſe, ſucceſſum iri.

Tria hæc habet Cicero una eademque epiſtola VI. libri III. ad Famil. *Te antea, quam tibi ſucceſſum eſſet, deceſſurum fuiſſe, — Cum poſſes jam ſuſpicari tibi eſſe ſucceſſum, Qui brevi tempore ſibi ſucceſſum iri putarent.* IV.

Sum. In verbo ſubſtantivo *ſum*, nuſquam, *erint*, reperias: ſed ubique legendum, *erunt.* In futuro indicativi eſt, *erunt.* In futuro ſubjunctivi, *erunt*, vel *fuerint.* In decem aut undecim verbis ex ſubſtantivo verbo compoſitis, ſemper, *aberunt*, *aderunt*, & his ſimilia: nunquam, *aberint*, *aderint*, *ſub erint*, *ſupererint*, nec ejuſmodi cetera. Ac ne in patiendi quidem verbis, ubi neceſſario tempora quædam ex ſubſtantivo verbo ſupplentur, aliud, numero plurali, tertia perſona, futuro ſubjunctivo, niſi, *erunt* aut *fuerint*, legas. Habent videlicet quatuor conjugationes verborum, *amati erunt vel fuerint*, *docti erunt vel fuerint*, *lecti erunt vel fuerint*, *auditi erunt vel fuerint*: de voce barbara, *erint*, nulla mentio. Hæc monenda duxi propter eos, qui non ſatis internoſcunt librariine aliquid, an ſcriptores peccarint, quippe cum in libellos editos irrepſerit iſte ſæpe error vitio & negligentia operarum. Etenim apud Ciceronem, Philipp. XIV. num. XXVII. cum alii legant, *ſi aberint*, alii, ſic *abierint*, mendum ſublatum video in editione omnium optima, Hamburgenſi, Gruterana, ubi ſic habetur ex codice Palatino. C. *Panſa, A. Hirtius, Conſules, aut ſi aberunt, M. Cornutus, prætor urbanus, &c.*

Sum. Artis literarum magiſtri præcipiunt ad unum omnes, verbum ſubſtantivum, *ſum*, jungi cum dativo, ea ratione qua Cicero dixit I. de Or. XXXIV. *Et vobis honori, & amicis utilitati, ac reip. emolumento eſſe poſſitis.* Verumtamen, utrum idem verbum admittat aliquando ablativum, prorſus tacent: de quo certe celandi non fuimus. Cicero ergo ad Att. & lib. V. epiſt. prima ex edit. Aſcenſii Badii, Caroli Stephani, Chriſtophori Plantini, Pauli Manutii: *Multa præterea, quæ tum mihi majore ſtomacho, quam ipſi Quincto fuerunt.* Et lib. X. epiſt. ultima ex iiſdem editionibus & Gruteri præterea: *Me mirificæ tranquillitates adhuc tenuerunt, atque majore impedimento fuerunt, quam cuſtodiæ, quibus aſſervor.*

Suo periculo rem eſſe velle, non *proprio ſumptu*, non *malo*, non *damno*. *Suapte ſponte & voluntate*; nequaquam *propria*. *Suo Marte.* Ita Cicero ſemper. II. in Ant. XCV. *Rex ipſe* (*Dejotarus*) *ſua ſponte, nullis Commentariis Cæſaris, ſuo Marte res ſuas recuperavit.* Contra *proprio Marte*, nemo dixit, niſi forte quis de turba ſtudioſorum, aut plerique illiterati prorſus: tametſi paſſim, *Mars communis*, & recte quidem: cui reſpondeat, *proprius*, inuſitata vox, ut dixi, & ſcriptoris nullius. *Suo aut alicujus periculo aliquid facere, dixerunt ii, qui puriſſime ſunt locuti: qui vero ab iis diſcedunt, aliter loquuntur: ut ſuo damno, ſuo ſumptu, alicujus damno aliquid facere.* Ita totque verbis, quot protuli, Antonius Schorus. Verumtamen quid hoc eſſe dicam, quod Schorus adverſatur maxime ſibi, & non modo non cohærentia loquitur, ſed etiam teſtimonium contra ſe dicit ex ore Tullii? Neget hic Schorus recte dici *ſuo ſumptu aliquid facere*, pro, *ſuo periculo aliquid facere*: cum ſtatim proferat exempli cauſa ex Tullio. In Verr. lib. V. XLIX. *Qui ex fœdere ipſo navem vel uſque ad Oceanum, ſi imperaſſemus, ſumptu periculoque ſuo armatam atque ornatam mittere debuerunt.*

Supplicare. Hujus elegans & præclara vis verbi in negando, cum dicimus quem ei non ſupplicare, quo facile careat, & quo præditus ſit. *Tu vero, inquam, Piſo, ut ſæpe alias, ſic hodie ita iſta noſſe viſus es, ut, ſi tui copia nobis ſemper fieret, non multum Græcis ſupplicandum putarem.* De Fin. lib. V. n. LXXV.

Nec pluvio ſupplicat herba Jovi.

Ager Niliacus nihil indigens pluviæ, quem ſatis Nilus redundando irriget.

Suſcipio: Suſcepti: Suſcepta: Suſcipere aliquem, ejus cauſam, patrocinium, & defenſionem

ſuſcipere

ſuſcipere, illum amplecti illius rationem & curam habere, ejus ſtudere partibus. Cic. xvi. Fam. ep. xii. *Ego A. Varroni diligentiſſime te commendavi, ut totum te ſuſciperet ac tueretur.* Vatinius apud Cic. l. v. ep. Fam. ix. *Si me, ſicut ſoles, amas, ſuſcipe me totum.* *Suſcepti*, id eſt, clientes. Servius in Virg. vi. Æn. ver.

Fraus innexa clienti.

Vult intelligi prævaricatores, qui patroni ſunt clientum, quos nunc *ſuſceptos* vocamus. *Suſcepta*: cliens cujus perſonæ aut rei ſuſceptum patrocinium. Auguſtinus contra Julianum libidinem ſive concupiſcentiam carnis, cuius ille defenſionem ſuſceperat, ſex libris octies appellat ejus *ſuſceptam.* Locus iſte ex omnibus maxime inſignis lib. iv. c. xv. *Tu autem defenſorem quidem libidinis profiteris, ſed de tua ſuſcepta, quod fidem libertatemque patroni non decuerat, erubeſcis.* Ceteri ſeptem loci, non exſcribendi quidem illi omnino, ſi breves eſſe ſtudemus: ſed indicandi tamen, ſi conſultum labori pariter & intelligentiæ lectoris volumus. Vide ſis ergo lib. iii. c. xiv. lib. iv. c. ii. xii. xiii. xv. lib. v. c. vi. vii.

T.

Tanto melior. Videtur hæc formula dictum alterius aut factum probantis, atque gratulantis ſive ſerio, ſive per jocum & fallaciam. Phædr. lib. iii. fab. v.

Æſopo quidam petulans lapidem impegerat.
Tanto, inquit, melior? aſſem deinde illi dedit.

Quintil. lib. viii. c. ii. *Unde illa ſcilicet egregia laudatio, Tanto melior: ne ego quidem intellexi.* Quaſi dicant hi: *Bene, quod lapidem mihi impegeris. Bene, quod obſcures orationem. Nihil potuit melius.* Seneca epiſt. xxxi. *Rurſus ad honeſta nitentes, quanto minus ſibi vinci ac ſtrigare permiſerint, admirabor & clamabo: tanto melior; furge & reſtriga.*

Tellus, humus, domus, ædes. Utilis hæc vel ad imitationem principis poëtarum obſervatio, binas adhiberi voces ſic tanquam diverſas, quæ unum prorſus idemque ſonent. *Tellus fundit humo victum: domus vomit ædibus undam ſalutantum.* In Georgicon lib. ii. *Urbs, civitas, oppidum.* Similiter princeps quoque oratorum facit, qui urbem ſeparet à civitate, & cum oppido confundat. Separat quidem iv. Acad. cxxxvii. *Ego tibi, Carneade, prætor eſſe non videor, nec hæc urbs, nec in ea civitas.* Ibid. *Ariſtoteles aut Xenocrates non dubitaſſet, quin & prætor ille eſſet, & Roma, urbs. & eam civitas incoleret.* Confundit vero, i. de Div. *Eudemum Cyprium Pheras veniſſe, quæ erat urbs in Theſſalia admodum nobilis: in eo igitur oppido, &c.*

Notavit certe Nonius inter Urbem & Civitatem hoc intereſſe, quod urbs ſit ædificia: civitas, incolæ, idque ipſum multis & inſignibus teſtimoniis confirmavit, inprimiſque loco Ciceronis de rep. nobili: ſed iſto caret quem attulimus non inferiore iſtis. ix. lib. xiv. *Liberaſti & urbem periculo, & civitatem metu.* Pro Sylla, *In qua civitate res tantas geſſerim, memini; & in qua urbe, intelligo.*

Teneor facere. *Teneor* cum infinito modo, pro *debeo, cogor, oportet, officium eſt, partes ſunt, contra officium eſt, non poſſum, ſalva fide, ſalvo officio, ſalvo jure, ſalva lege*, tam vitioſe dicitur, quam vulgariter ab omnibus Latini ſermonis ignaris. Da, ſi quis eſt ſcriptor modo tolerabilis, qui ſic locutus ſit. Quid quod ne juris quidem conſultis veteribus, qui millies agant de obligationum vi nexuque, venit in mentem, cum dicant *lege teneri*, dicere *teneor* aut *tenemur facere.* In inſtitutionibus legas modo, *ipſe de re ea, quam accepit, reſtituenda tenetur.*

Tertium Jovem Cretenſem, Saturni filium, cujus in illa inſula ſepulcrum oſtenditur. iii. de Nat. Deor. num. liii. Nomen, inſula, reſpondet nomini, Cretæ, quod ſubauditur, non Cretenſi, quod exprimitur.

Eodem libro n. lxiii. *Magnam moleſtiam ſuſcepit, & minime neceſſariam Zeno. Commentitiarum Fabularum reddere rationem:*

vocabulorum ; cur quæque ita appellati ſint , cauſas explicare. Structura hæc non obvia cuivis , *ſuſcepit moleſtiam explicare , reddere rationem.*

Thronus. Agedum , lector. Qui poëtæ tragici conſcripſerunt octo numero tragœdias, quæ Senecæ omnes attribuuntur , cur ii non ulla voce hic , *thronus* ne ſemel quidem ? Cum agerent de regibus & reginis aſſidue , de ſceptro, & diademate , & ſolio , & ſella aurea , & ceteris regum inſignibus ; aptus vero inprimis hic iambus eſſet ad terminandum verſum? Utrum illis non venit in mentem ea vox , quæ tam ſit in promptu ? An Latinam non putarunt , quam nunquam legerint in libris , neque cum quiſquam ore proferret ? Sic eſt. Ac ne poſtea quidem teri cœpit verbum hoc Græcum pro Latino. Extat apud Plinium ſolummodo in libro xxxv. cap. ix. *Magnificus eſt Jupiter Zeuxidis in throno , adſtantibus Diis.* Nam quod habet Suetonius in Octavio, num. lxx. ignoti auctoris notiſſimos verſus , ubi præter cetera legitur,

Fugit & auratos Jupiter ipſe thronos.

Melius multo legas , *toros.* Sicut & in Pervigilio Veneris :

Cras Dione jura dicit , fulta ſublimi throno.

Quo loco nihil videtur obſtare , quominus , *ſublimi toro ,* legamus : immo vero eſt ita legi convenientius.

Tolo. Exquiſita & valde propria florentis & beatæ illius ætatis ſignificatio verbi , *Tollere : tolli in currum , rheda tollere : Prendre quelqu'un dans ſon carroſſe , ou dans ſa litiere , pour le mener avec ſoi.* Cic. ad Quinct. Fr. lib. ii. epiſt. ix. *Mea factum eſt inſulſa verecundia, ut te proficiſcens non tollerem ... Marium autem noſtrum in lecticam conjeciſſem ... cum hominem portarem ad Baias ... Hunc , ut dico , certe ſuſtuliſſem* iii. de Off. xciv. *Phaeton optavit , ut in currum patris tolleretur : ſublatus eſt.* Horat, lib. i. Serm. Sat. vi.

Mæcenas me cœpit habere ſuorum
In numero, duntaxat ad hoc ; quem tollere rheda
Vellet iter faciens.

Eodem fere pertinet & illud Tullii, pro Quint, xii *Tollitur ab atriis Liciniis , atque à præconum conceſſu in Galliam Nævius , & trans Alpes uſque transfertur.* Atque in eandem quoque ſententiam Horat. lib. iii. Od. iv.

Veſter , Camenæ , veſter in arduos
Tollor Sabinos.

Inter duo ſubſtantiva quorum ſit alterum genitivi caſus , ponunt ſæpenumero aliquid idonei ſcriptores , inprimiſque Cicero , atque id neſcio cujus elegantiæ cauſa , certe nulla neceſſitate , imo minore in ſpeciem claritate orationis. iii. de Off. v. *Si gladium quis apud te ſana mentis depoſuerit.* Virg. i. Georg.

Urit enim lini campum ſeges.

Ad annotata quinque aut ſex ab Horatio Turſellino , accuratiſſimo ſcriptore , in adverbiis ordinis addo ego totidem , aut etiam plura.

Tribuo , do. Quid diſſimile habent duo hæc, *tribuo & do ,* quod ita junguntur ? i. de Or. *Quibus ego , ut de his rebus omnibus in angulis conſumendi otii cauſa diſſerant , cum conceſſero , illud tamen oratori tribuam & dabo , ut , &c.*

Tullii loci. *Jocoſe dictum.* xiv. ad Att. xxi. *O hominem pudentem ! Kal. Jan. debuit : adhuc non ſolvit. Præſertim cum ſe maximo ære alieno Faberii manu liberarit , & opem ab eo petierit. Licet enim jocari , ne me valde conturbatum putes.* Ad hujus intelligentiam joci. Vide ſupra eodem lib. ep. xvi. *Rapinas ſcribis ad Opis fieri.*

Belle quoque dictum , ſed Attici in eundem Dolabellam. xiv. ad Att. xxii. *Me facere magnam* πρᾶξιν *Dolabellæ - Tibi vero aſſentior, majorem* πρᾶξιν *ejus fore, ſi mihi , quod debuit, diſſolverit.* Alluſum eſt eodem, xxiii. *Antonii horribilis concio : Dolabellæ præclara. Jam vel ſibi habeat nummos , modo numeret idibus.* Neque abſimile illud , & pariter amarum. De Ar. reſp. xxix. *Alter eſt rex judicio Senatus , per nos ... alterum putabo regem , ſi habuerit unde tibi ſolvat , quod ei per ſyngrapham credidiſti.*

V. *Vaco.*

V.

Vaco. *Vaco*, ſi audimus Senecam epiſt. LIV. Plin. ad Trajan. lib. x. Quintil. lib. XII. cap. I. quorum Alvarus teſtimonia & auctoritates protulit, eſt idem interdum, atque *operam do.* Ac Cicero quoque cum dicat, *vacare ſtudiis, vacare philoſophiæ*, nihil veriſimilius, quam hoc eum intelligi velle; *dare operam ſtudiis, philoſophiæ operam dare*: quod à vero tamen plurimum vel potius omnino abeſt. Nam III. de Orat. XLIII. ubi habetur, *Athenis jamdiu doctrina ipſorum Athenienſium interiit, domicilium tantum in illa urbe remanet ſtudiorum, quibus vacant cives, peregrini fruuntur. Quibus*, eſt auferendi caſus; &, *vacant cives*, eſt, *vacui ſunt* ſive *carent cives*; &, *fruuntur peregrini*, opponitur tanquam contrarium, huic verbo, *vacant cives.* Primo autem de Divin XI. ubi legitur, *Ego vero Philoſophiæ ſemper vaco. Philoſophiæ*, eſt dandi quidem caſus, quem regat verbum *vaco*, ſed iſto ſenſu, *Philoſophiæ cauſa vacuus ſum*: quem ſenſum verba quæ proxime ſupra poſita ſunt, poſtulant: *Ita tamen ſi vacas animo, neque habes aliquid, quod huic ſermoni prævertendum putes.* Quare erravit hic Nizolius graviter, qui &, *vaco*, interpretatus eſt, *operam navo*, & locos Ciceronis duos, quos proxime ſupra poſui, firmandæ rei cauſa, falſo attulit. Errantem vero Nizolium ſecutus eſt tanto poſt novæ methodi magiſter, cum iſtud, *Philoſophiæ vaco*, quod Ciceronis eſſe vult, ut re vera eſt, interpretatur, *étudier en Philoſophie*, quod falſum eſt. Atqui [illegible] iſte novus, ab Alvaro, à quo multa didicit, dedoceri hoc certe potuit. Sed quid pluribus opus eſt? Apud Tullium nuſquam *vacare doctrinæ & libris*, pro *ſtudere literis, doctrinæque ſe dedere*, reperies: nuſquam *officio, muneribus vacare*, pro *fungi*, & *applicare eo mentem, ac ſe totam impendere.*

Varium, diverſum. Hac ſuper duplici voce notanda animadvertendaque duo. Primum: has voces duas conjuncte M. Tullius ſæpiſſime uſurpat, ſive ſignificatu pæne eaſdem, ſive diſſimiles. I. de Orat. CCLXII. *Cetera quæ collegiſti ex variis & diverſis ſtudiis.* III. de Orat. LXI. *Variæ & diverſæ & in omnem partem diffuſæ diſputationes.* Pro lege Manil. *Varia & diverſa genera bellorum.* Alterum, diſſimili ratione tamen utrumque uſurpari. Nam & hoc dictum à Tullio hoc eſt, diverſum à reliquis; & illud, *Epicurus qui à te totus diverſus eſt*: in quibus nec, *varium*, nec, *varius* locum habeat.

Vehemens. vide *Acer.*

Vendere, emere agrum recte dixeris, non *agrum ſolvere*, ſed *ſolvere pro agro aut agri pretium, aut nummos, aut pecuniam, aut debitum.*

Et *venditor* quidem, & *emptor*, & *creditor*, & *debitor*, uſitatæ voces: rara vox, *ſolutor*, neque niſi in Codice reperta.

Venuſte dicta. Illud quoque, ut alia quæ ſupra attuli, concinne ac venuſte dictum à Tullio, ac libenter quidem, cum bis eodem tempore, hoc eſt, ſub interitum Cæſaris dixerit. XIV. ad Att. ep. XXI. *De Patulciano nomine, quod mihi ſuppeditatus es, gratiſſimum eſt, & ſimile tuorum omnium.* De Fato IV. *Tum Hirtius, Gratiſſimum, inquit, & tuorum omnium ſimile: nihil enim unquam abnuit voluntas tua meo ſtudio.*

Quis vero auſit, vel potius cui veniat in mentem ſic loqui, ut Cicero locutus eſt, niſi hunc habeat dicti graviſſimum auctorem. II. de Div. CXIV. *Sed neſcio quomodo iſti philoſophi, ſuperſtitioſi, & pene fanatici, quidvis malle videntur, quam ſi non ineptos.*

Ab eadem ingenii ſolertia, parique jucunditate orationis nata hæc, III. de Orat. LXIV. *Epicureos admoneantus, ut illud tacitum, tanquam myſterium teneant, quod negant verſari in rep. eſſe ſapientis. Nam ſi hoc nobis perſuaſerint, non poterunt ipſi eſſe, id quod maxime cupiunt, otioſi.* LXV. *Stoicos, quos minime improbo, dimitto tamen: nec eos iratos vereor, quoniam omnino iraſci neſciunt.*

Pro Dejotaro IX. *Cum facile exorari Cæſar, tum ſemel exorari ſoles.* Pro Lig. XXXVI. *Memoria teneo — Sed parum eſt me hoc meminiſſe; ſpero*

ſpero etiam te, qui oblivìſci nihil ſoles, niſi injurias. XXIX. *Nihil habet nec fortuna tua majus, quam ut poſſis, nec natura tua melius, quam ut velis conſervare quamplurimos.*

Verbera lenta. Nihil quicquam tam frequens & familiare Virgilio, quam *lentum* pro *flexibili. Lenta ſalix, lentum vimen, lentum flagellum.* Quo magis miror grammaticæ methodi novum artificem *lenta* Virgilii *verbera* interpretatum fuiſſe *modicos & leves ictus. Verbera*, inquit, *lenta pati: endurer de petit coups.* At aliud profecto ſuadet illius loci ſententia. Domitores enim equorum adhibent ad domandum, & fræna dura, & faciles virgas ac verſatiles: quæ duo primum equi nondum domiti pati recuſent, ſi quis iis uti equis velit intractatis & novis. III. Georg.

Namque ante domandum
Ingentes tollent animos, prenſique negabunt
Verbera lenta pati, & duris parere lupatis.

Atque hoc ferme illud eſt, quod aurigarum poëta appellat *undantia lora.*

Verum, veritas. Præter communem ſignificatum hujus vocis, & alterum à communi paulo remotiorem, pro eo quod rectum & æquum eſt; ut apud Ciceronem pro Mur. n. LXVII. *Negat Cato verum eſſe, allici benevolentiam cibo.* II. Att. I. *Quid verius quam in judicium venire, qui ob rem judicandam pecuniam acceperit?* II. Famil. XVII. *Rationes mei queſtoris nec verum fuit me tibi mittere.* Apud Virgilium l. XII. Æn.

me verius unum
Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.

Apud Horatium lib. I. epiſt. VII. ad Mæcen.

Metiri ſe quemque ſuo modulo, ac pede, verum eſt.

Et lib. II. Satyræ III.

An quodcunq; facit Mecęnas, te quoque verum eſt,
Tanto diſſimilem & tanto certare minorem?

Tertia quædam vis eſt & poteſtas, quam, licet ſuam, & grammaticam, & valde peculiarem, non tamen ipſi grammatici, quod mirum eſt, ſeu veteres, ſive novi, notarunt. *Verum* igitur & *veritas*, eſt, natura, neceſſitas, lex, norma, ratio in uſurpandis emendate, & ex artis præſcripto vocibus, ut jus, & rectum eſt, & oportet, & certæ, & communes regulæ jubent: quibus opponitur uſus, & conſuetudo, per quam peccare, hoc eſt, ab artis grammaticæ ſtatis legibus & definitis diſcedere, aurium ac ſuavitatis cauſa liceat. Cicero in eo libro qui orator inſcribitur, n. CLVI. *Quid verum ſit, intelligo: ſed alias ita loquor ut conceſſum eſt: alias, ut neceſſe eſt.* num. CLVII. *Nec vero reprehenderim Scripſere alii rem. Et ſcripſerunt, eſſe verius ſentio; ſed conſuetudini auribus indulgenti libenter obſequor.... In templis iſdem N. probavi Ennius. at, eiſdem, erat verius, male ſonabat iiſdem ... Amovit, dicimus, & abegit, & abſtulit ut jam neſcias, abne verum ſit, an abs ... Noti erant, & navi, & nari, quibus cum, in, preponi oporteret, Dulcius viſum eſt ignoti, ignavi, ignari dicere, quam ut veritas poſtulabat.* n. CLIX. *Conſule veritatem, reprehendet: refer ad aures, probabunt... Aliquando, idque ſero, convitio aurium, cum mihi extorta veritas eſſet, uſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſervavi.* Cave autem locum hunc extremum ſic interpretere; cum eſſem coactus verum fateri: ſed ita potius accipe: à me conſuetudo obtinuit ut ſe ſequerer, vera & legitima ratione loquendi relicta: perinde quaſi aures multitudinis hoc à me convitio efflagitarent, neque me ferre populus poſſet inuſitate, id eſt, aliter, ac ipſe loquitur, loquentem.

Verba numero tria, diverſa modis, temporibus, ſignificatu trajicit Cicero, & continenter ponit in oratione, idque ita, ut non hæc tamen fiat obſcurior. Non faceremus vero niſi auctoritate freti & exemplo tanti ſcriptoris. IV. in Catil. XIX. *Atque hęc non ut vos, qui mihi ſtudio pœne pręcurritis, excitarem, locutus ſum.* I. de Or. C. *Jam noſtra culpa fuerit, ſi te, niſi omnia, quę percunctati erimus, explicaris, dimiſerimus.* num. CXXX. *Studia nihil proſunt perveniendi aliquo, niſi illud, quod eo, quo intendas, ferat deducatque, cognoris.* Cœlius Ciceroni lib. X. ad Att. ep. IX. *Sa tem, dum, quid de Hiſpaniis agamus, ſcitur expecti*

ſpecta. v. Tuſc. LXXVI. *Ut jam à laqueis Stoicorum, quibus uſum me pluribus, quam ſoleo, intelligo, recedamus.*

Vereor. vide *Colo.*

Vetus. vide *Antiquum.*

Vidua. Mulier vidua, quæ & eadem orbata viro, non dicitur recte vidua illius quem morte amiſerit, eſtque hæc locutio inuſitata Latinis. Quare quæ mulier mortuo conjuge librario, viduam ſe profitetur & proſcribit illius, prima ſtatim librorum pagina, vel hoc ipſo neſcire Latine exiſtimanda eſt.

Violo. vide *Offendo.*

Vir magni ingenii ſummaque prudentia. vide *Subſtantiva quædam.*

Vir & homo. Ex eo quod Tullius jungit hominem viro ſæpiſſime, ſuſpicari licet aliquid inter utrumque eſſe diſcriminis. Quale ſit facilius exemplis declarari poteſt, quam verbis exprimi. II. Tuſc. LIII. *C. Marius, ruſticanus vir, ſed plane vir, cum ſecaretur,* ſive cum varices ei ſecarentur .... *crus alterum non præbuit, ita & tulit dolorem ut vir; & ut homo, majorem ferre ſine cauſa neceſſaria noluit.* II. Qu. Fr. X. *Cum veneris, virum te putabo: Si Salluſtii Empedoclea legeris, hominem non putabo.* II. Fam. XIV. *M. Fabio, viro optimo, & homine doctiſſimo, familiariſſime utor.* IV. Fam. VIII. *Neque te monere audeo, præſtanti prudentia virum, nec confirmare maximi animi hominem, virumque fortiſſimum.* VI. ep. IV. *Quotidianus congreſſus & ſermo cum familiariſſimi hominis, cum optimi & prudentiſſimi viri.* VII. ep. V. *De quo tibi homine hoc ſpondeo . . . probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem eſſe neminem.* XIII. ep. VII. *Hoc cum mihi gratiſſimum feceris, tum viros optimos, homines honeſtiſſimos, eoſdemque gratiſſimos, & tua neceſſitudine digniſſimos, ſummo beneficio in perpetuum tibi tuiſque devinxeris.* XIII. ep. LIII. *Lucio Genucilio Curvo jampridem familiariſſime utor, optimo viro, & homini gratiſſimo.* XIII. LV. *Jam, apud ipſum, gratiſſimum hominem, atque optimum virum, quam bene poſiturus ſis ſtudium tuum, atque officium, dubitare te non exiſtimo.* Pro C. Rabir. XXV. *An non intelligis, primum quos homines & quales viros ſummi ſceleris arguas?* XII. ad Att. XLVIII. *Quoniam Cæſaris omnis poteſtas eſſet viri optimi & hominis liberaliſſimi.* IV. Att. VI. *Virum bonum, & magnum hominem perdidimus.* II. de Fin. CXIX. *Credo Syronem dicis, & Polydemum, cum optimos viros, tum doctiſſimos homines.* III. de Orat. XIII. *Propter tot, tantos, tamque præcipites caſus clariſſimorum hominum atque optimorum virorum.* De Cl. Or. CXXXV. *Catonem, magnum mehercule hominem, vel potius ſummum & ſingularem virum.*

VIVa vox. Videtur nondum Latine dictum Tulliano tempore: quamvis ipſe Tullius Græce iſtud quaſi quiddam communis proverbii dixerit, lib. II. ad Atticum, epiſt. XII. *Ubi ſunt,* inquit, *qui aiunt* ζώσης φωνῆς? *quanto magis vidi ex tuis literis, quam ex illius ſermone, quid ageretur?* Suppletur autem ita, quod mutilum more ſuo Cicero ex communi ſermone laudavit: ζώσης φωνῆς μεῖζον ἐνέργειαν εἶναι. Poſtea Latini tres Scriptores *vivam vocem* uſurparunt, ſed ita, ut adderent vulgo dici: quod argumento eſt novetum & communiter dici cœptum eſſe. Plinius Secundus lib. II. epiſt. III. *Multo magis, ut vulgo dicitur, viva vox afficit.* Fabius Quintilianus, lib. II. cap. II.

Viva illa, ut dicitur, *vox alit plenius.* Aulus Gellius lib. XIV. c. II. *Ut rem judiciariam, quoniam vocis, ut dicitur, vivæ nimia penuria eſt, ex mutis, quod aiunt, magiſtris cognoſcerem.*

Urbs, civitas. vide *Tellus.*

Urbanitas. vide *Æther.*

Ut omnia, ut multæ. vide *Blanda Ciceronis dicta.*

Utraque lingua. Utramque linguam Latini cum dicunt ſimpliciter & abſolute, nulla re præmiſſa, verbo nullo aut ſermone ſubintellecto, Latinam atque Græcam intelligi volunt, & nullam aliam. Sic autem locuti

Romani, quaſi qui ceterarum gentium ſermones pro nihilo putarent, præ ſuo & Græcorum. Horatius lib. III. carm. Ode VIII.

Docte ſermones utriuſque linguæ. Traxit ab Horatio longo poſt tempore Gellius, lib. XVII. cap. V. *Rhetoricus quidam Sophiſta, utriuſque linguæ callens.* Non eandem vim habet ac poteſtatem Horatius alio loco ſuo, ubi habet, Sermonum lib. I. Sat. X.

Sermo lingua concinnus utraque.

Ibi nimirum facta paulo ante mentio de verbis Græcis, quæ Latinis admiſceantur.

At magnum fecit, quod verbis Græca Latinis
Miſcuit.

Quibus, *utraque lingua*, reſpondet, & ſatis, quænam ſit, declaratur. Contra Ovidius, cum *duas linguas* dixit alicubi, neque ante aut poſt addidit quidquam, unde, quid ſibi vellet, ſignificaret, intelligi voluit linguas Latinam & Græcam.

Nec levis, inquit, *ingenuas pectus coluiſſe per artes*
Cura ſit, & linguas edidiciſſe duas.

Iſto fere pacto vulgus ſtudioſorum, juris utriuſque doctorem cum appellat, jus civile & canonicum, tametſi taceat, ita interpretatur, itaque nobis interpretandum profert.

Ut ut erit, ut ut hæc ſunt, ut ut hæc erant. Ut ut eſt. Recte quidem, *Ut ut eſt, quoy qu'il en ſoit.* Ita Plautus, Terentius, Cicero: cum vulgus tamen loquentium ſemper nunc, *ut ut ſit*, uſurpet; nemo veterum. Cicero nihilominus. *Verum ut ita ſit, tamen. Verum ut hoc ſit, tamen.*

Quare quod in libro ad Att. XV. ep. XXV. emendavit Boſius ex Cruſellii codice, itaque repoſuit, *Ut ut ſit res*, ſuſpecta mihi eſt ea emendatio vel eo nomine, quod nuſquam alibi ſic Cicero locutus ſit. Marcus tamen Muretus lib. XI. cap. I. Var. lect. *Sed ut ut ſit, quoniam de eo Taciti loco*, &c. uſque adeo rarum eſt ab imperiti vulgi conſuetudine diſcedere omnino, etiam ſcriptores ætatis ſuæ politiſſimos.

F I N I S.

GODESCALCI
STEWECHII
HUSDANI,
DE PARTICULIS
LINGUÆ LATINÆ
LIBER,

In quo, de iis, quibus tanquam nervis, nodiſque, orationis membra vinciuntur, & conſtringuntur.

Adjecti ſunt duo indices, ſtudioſis ad uſum, atque imitationem Particularum utiliſſimi.

NOBILISS. CLARISS. Q. VIRIS

D. JOANNI WYTSIO:

DOMINO DE BOUCHARDERIE

D. Paulo & D. Lamberto Wytſio, germanis fratribus Godeſcalcus Stewechius Huſdanus, S. D.

ETSI non dubito, Nobiliſſ. & Clariſſ. Viri, quin plus ſatis exploratum ſit, nec pauca, nec exigua, de ſermonis Latini copia, elegantia, phraſibus, obſervationibus, & cæteris id genus ſcriptis, volumina, à multis, & iis præſtantiſſimis viris in lucem edita eſſe; attamen in eodem hoc ſcripti genere, omnem omninò anſam nobis aut præreptam, aut ſublatam eſſe, nullo modo confitendum videtur. Quidquid enim iis licuit, quare idem nobis, poſteris item noſtris, quibus aliquid deeſſe videbitur, denegari debeat, cauſam nullam video. Nam, ut capita hominum infinita ſunt, & pro eo non minus variæ ſingulorum ſententiæ: ſic item infinitus veterum librorum numerus, & exinde varius eorundem ſtylus atque uſus diverſus. Simul enim ſcriptorum Romanorum (quos ſolos hîc ſpectamus) lectitare libros in animum inducimus, occurrunt, qui ſola verborum ſuavitate, ac gravitate ſententiarum nos invitant atq; pelliciunt: alii, qui vivendi præceptis, exempliſq; optimis, & ipſo rerum pondere magis nos capiunt, & ad ſe trahunt. Qui alterum hoc ſtudii genus ſequuntur, quique, non tam ut doctiores, quàm ut meliores evadant, elaborandum ſibi putant; eorum certè inſtitutum, ut optimum, ita maximè imitandum fateamur neceſſe eſt. quanquam & illi ſua quoq; laude non careant, qui, dum per ætatem ad ſumma illa faſtigia, atque intima rerum penetralia præcluſum ſibi vident aditum, in vermiculato illo verborum emblemate toti ſunt, ibi ſe delectant, & in eo diſpiciendo animi vires intendunt, atque exercent. Qua in ipſa verborum conſideratione, quanta ingenii acie, quàm accurata diligentia verſandum ſit, qui ignoret, arbitror eſſe neminem. hîc enim à novis, obſoleta; ab apertis, obſcura; à tralatis, propria; ab illicitis & inſolentibus; licita, & uſitata ſecernenda veniunt. tum obſervandum, quid in alienum locum immigrarit, quid conciderit in ſuo: quid ornatus, quid neceſſitatis cauſa adhibitum: quid inſertum, quid loco poſitum: quid deniq; lene ſit, quid ſtridens, & aſperum. tum alia id genus nec pauca, nec vulgaria. Quæ quidem res, ſi Romanæ quoque juventuti moram, & impedimentum ſæpè intulit, cui tamen & ipſa rerum vocabula in matris gremio naſcebantur, neq; deerant poſtea, unde & præceptis inſtrui, & juvari exemplis poſſent: debet certè eadem illa nobis, quibus peregrina lingua addiſcenda eſt, quibuſque à mutis magiſtris petenda ſunt omnia, non

nia, non modò non facilis; ſed, ſine longa exercitatione, nequaquam comparanda videri. Quod equidem probè perſpexiſſe videntur omnes illi, quotquot in lexicis componendis, in phraſibus ſeligendis, in elegantia verborum obſervanda, toto deniq; orationis ornatu oſtendendo, ut multum temporis, ita laboris quoque plurimum poſuerunt. Quibus omnibus licet unum, atque idem fuerit propoſitum, juventuti, ad perfectam Latinæ linguæ cognitionem contendenti, in tenebris lumen pręferre; eidem quovis loco labore ſuo, ſuaq; induſtria adeſſe: pari tamen omnes methodo uſos, & eandem ad latinitatem viam patefeciſſe, vel tacente me, eorum libri apertè negabunt. Hinc eſt, quòd non tantùm nobis, verùm poſteris quoq; noſtris, ſi alibi, certè in hoc ſcribendi genere, voluntatem liberam, liberumq; conatum relinquendum exiſtimem. Quæ quidem opinio tantum apud me ponderis habuit, ut non modò colligere Latinæ linguæ particulas, verùm etiam de iis in lucem proferendis cogitare auſus fuerim. Unum illud relinquebatur, ut libro huic noſtro de patronis proſpiciendum eſſet, iis & acerrimis, & pluribus, quòd his, ſi qui alii, maximè indigere videantur homines incogniti, & quaſi in ſcena novi. Ego præter vos, Nobiliſſ. & clariſſ. Viri, alios adhibere nec volui, nec debui: ut vellem, pręter humanitatem veſtram, ſingularis illa in me benignitas monuit: ut deberem, præter artium liberalium, quæ in vobis eſt, ſcientiam; &, quod caput eſt, Juris noſtri perfectiſſimam cognitionem, ſumma ex utroque parente generis nobilitas, nominiſq; celebritas effecit. Nominis celebritatē vos ex eo maximè conſecutos arbitror, quòd ſuperior ætas non tantùm patrem veſtrum, ſed & avum, per omnes vitæ dies, totius Flandriæ Watergravios viderit. avi quoq; virtutem eximiam, ſingularem in rebus gerendis fidem atque induſtriam, poſt Imperatorem Maximilianum Auſtrium, ejuſdem filius Philippus, & dein invictiſſimus ipſe Imperator Carolus V. diu, multumque experti ſint. Matris autem veſtræ D. Catharinæ Vilain quanta fuerit prudentia, & in liberis educandis ſolicitudo; quàm graves, & quàm integri mores; quam admiranda, & ſuprà quàm in eum ſexum cadere ſolet, animi fortitudo atque conſtantia, tacente me, inter reliqua Belgii oppida, una Mechlinia ſatis, ſuperq; teſtabitur. Patriis porrò viis illis quam gnaviter ipſi vos ſitis ingreſſi, ut ego prætercam, teſtes erunt, quas domum duxiſtis, cum dote lautiſſima, nobiliſſimæ, optimæque conjuges veſtræ. His omnibus aliæ etiam cauſæ privatæ acceſſerunt, quibus in tantum acquievi, ut jam ab ea hora, qua pedem primum in hoc opere poſui, quicquid hoc muneris futurum erat, non aliis, quàm vobis conjunctim deferre ſtatuerem. Tum ad extremùm, qui ad ſuſcipiendum hoc negotium primos admoveras ſtimulos, idem quoq; ad perficiendum acerrima ſępè calcaria addidit, meus & in rem litterariam, & in omnem humanitati deditam juventutem amor, ac benevolentia. Inter eam tamen, certo delectu adhibito, poſt mellitos filiolos veſtros, inter ceteros nepotes & conſanguineos, primum locum tribuo Maximiliano & Antonio Bernardiis ex D. Guilielmo Bernard. Tornacen. & Maria Wytz chariſſima vobis ſorore prognatis, adoleſcentibus bonę ſpei, ac modeſtis. Eodem quoq; loco eſſe cupio, Joan. Guilielmum à Spangen, Do. de Spangen, Boudry, &c. filium ejuſq; conſobrinum Walravium ab Haeften, Dom. in Haeften, Herwynen, &c. juvenes ſtirpis nobilitate clariſſimos, modeſtia ſingulari, & mihi, cujus nunc fidei commiſſi ſunt, obſequentiſſimos. Ne longus ſim: Habetis Nobil. & clariſſ. viri, munus per ſe quidem exiguum, at tale, unde colligere ſit, aut quid effecerim, aut quid efficere conatus ſim. Quale quale tandem eſt, vobis, veſtroq; nomini, totum illud affero, do, dedicoque. Nunc autem, ſi, ut aliis non male doctis laborem atq; inſtitutum hoc meum placuiſſe ſenſi, veſtris itidem calculis probari intellexero; tum profectò me pretiū operæ feciſſe putabo, &, quod me Seneca docuit, judicia ęſtimabo, non numerabo. Valete. Et primitias haſce noſtras, eodem quo vobis oblatas iri animo cognoſcitis, accipite, &, quod poteſtis, tuemini, atque defendite. Colonia Agrippina in Ubiis. cIↃ. IↃ. LXXX. a. d. 6. Id. Auguſti.

AD LECTOREM
PRÆFATIO.

NON injuria, benevole lector, Homericus ille Phœnix Achillem ſuum ῥητῆρα μύθων πρηκτῆρα τ' ἔργων, in ſua inſtitutione formare voluit, animadvertit enim perſpicaciſſimus juventutis formator, duabus potiſſimum rebus, actione ſcilicet, & ſermone, omnia contineri, quibus & ipſi vitam tueri, & aliis quàmplurimis prodeſſe debemus. Actiones gubernat cognitio, cujus primum munus in pietate, inde in omni virtutum genere & liberalium artium perceptione verſatur: alterum illud tanti eſt, ut vel Craſſo ipſo apud Cic: nihil poſſit aut jucundius eſſe, aut magis proprium humanitatis, quàm ſermo facetus, ac nulla in re rudis. Præſtamus ſiquidem feris hoc uno vel maximè, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo ſenſa poſſumus. Quamobrem quis hoc non jure miretur, ſummeq; in eo elaborandum eſſe arbitretur, ut quo uno homines maximè beſtiis præſtent, in hoc hominibus ipſis antecellat? Antecellere autem in Lat: lingua neminem unquam putavi, niſi quis eo ſermone utatur, qui & hominum Romanorum auribus, & foro erudito non ſit intolerabilis. Quod equidem præſtare noſtros non arbitror poſſe, niſi diu, multumque in ea lingua & cognoſcenda, & exprimenda ſtudioſiſſimè exercitatos.

Exercendi autem via commodiſſima, & expeditiſſima ſemper viſa eſt, perceptis ſtatim Lat: linguę elementis, à perito, & induſtrio præmonſtratore ad eos deduci ſcriptores, à quibus ſimul cū moribus optimis, verba quoq; & phraſes puriſſimæ imbibantur. Horum primum locum communi omnium calculo unus & tenuit, ſemperque tenebit M. Tul: Cicero, cui tandem & alii, quibus non minus limpidè fluat oratio, adjungi poterunt coëtanei. Quorum in ſcriptis quemadmodum verſari nos oporteat, oſtenderunt ii, qui de imitandi ratione præcepta dedere. De qua ipſa re quot, & quam variæ fuerint ſententiæ, dum inter Angelum Politianum, & Paulum Corteſium: D. Eraſmum Rot: Stephanum Doletum, & Iulium Cæſ: Scaligerum: Franciſ. Picum Mirandul. & Petrum Bembum decertatum eſt, neque loci eſt hujus, neq; inſtituti noſtri. Tantum dico illos imitationem, tanquam à natura alienam non admiſiſſe; hos contrà, nobis neq; utilius quicquam, aut magis neceſſarium imitatione hac, contendiſſe. Quæ quidem imitatio (ut, quò contendimus, tandem aliquando perveniamus) tribus potiſſimum conſtat; ſplendida verborum copia, & delectu: arguta ſententiarum varietate: & ſuavi componendi ratione. Verborum puram, & ſplendidam ubertatem, ſi quis uſu comparare ſibi minus potuit, præſtò ſunt, unde petat, ſi aliàs unquam, hodie imprimis lexica Lat: ſententiarum illam varietatem & argutiam natura potius, quàm imitatio ſuppeditabit, hinc compoſitionis ratio ſequitur, de qua præcepta daturi Rhetores, eam tripartitā faciunt. Prima pars verborum ſingulorum eſt, quæ ad eum modum jungenda, & aptanda illi pręcipiunt, ut ne duriore conſonantium concurſu verba extrema cum ſequentibus aſperius collidantur; neve hiulco vocalium concurſu vaſtius diducatur oratio. In altera, de inciſis & membris, κόμματα & κῶλα Gr: vocant: diſſer: omnis: illorum magnitudinē, ſex, horum, 18 ferè ſyll: circumſcribunt. Ter: loco periodus ſequitur, quæ ſent: & rationē concludit. omnis enim oratio, aut inciſis disjuncta eſt, aut membris abſolvitur, aut uno ambitu eſt circumducta.

Præclara quidem, & utiliſſima illa omnia: quanquam ad meum ſenſum non uſq; eò abſoluta, ut in iis nihil deſiderari, nihil adjungi poſſe videatur. Nam ad illa Rhet: non minimùm facere eas voces arbitratus ſum, quibus tanquam nervis, nodiſq; in connectendis orationum membris, Rom: illo ſæculo, perfectiſſimi ſcriptores uſi ſunt. Qui nodi quòd orationem vinciunt, ita longo ſæpè intervallo, ut ſagaciſſimum quoq; lectorem non rarò fugiant: putavi equidem me non male operam collocaturum, ſi omnes id genus voces (Part: appellare placuit) in unum volumen congeſtas, & quaſi in taberna diverſis loculis diſtinctas, exponerem. Fuit namq; id mihi ſemper, neſcio quo modo, perſuaſiſſimum, eas ad ſermonis ubertatem, ornatum, vim, ac varietatem adjumenti allaturas eſſe non parum, plurimum etiam ſubſidii his, qui meliorum ſcriptorum imitationi deditos ſeſe profitentur. Si enim in vaſis, cæteriſq; rebus manufactis ad aliarum ſimilitudinem formandis, poſt comparatam materiam, partibuſq; ſingulis jam effectis, nihil æquè ſolicitum habet fabrum, quàm ut partium aptiſſima fiat compoſitio, & coagmentatio: Si in ædibus ad aliarum ſimilitudinem extruendis, non longitudinis, altitudinis, latitudiniſque; ſed etiam commiſſuræ & contignationis rationem habere ſolet diligens, atque induſtrius faber

Ann

Anne conveniens eſt, qui ad Cic: & reliquorum Rom: elegantiam accedere quàm proximè conantur, de Particulis, ceu claviculis orationis, ut fabrum, itidem illos laborare? Quarum illa vis eſt, & efficacitas, ut iis neglectis; non aliter quàm ſine clavo navis; huc atque illuc fluctuans oratio, neq; confirmare ſe: neq; in curſu perſeverare poſſit: adhibitæ verò non vinctam modò ſed etiam nervoſam, numeroſam deniq; efficiant, etiam ſine induſtria. Hinc eſt quòd viri aliquot celeberrimi de Particulis colligendis jam antè cogitarint, & de iis proferendis, non exiguam ſpem rerum hujuſmodi ſtudioſis quandoq; fecerint. qui rebúſne gravioribus, quò ſecius fidem liberarint, impediti; an verò laboris tœdio ab inſtituto & ſententia deceſſerint, non meum judicium eſt. Illud dicam, quid quid hoc libelli eſt, à me ſummo labore, multiſq; vigiliis nec parvo meo in ſtudiis gravioribus damno, confectum, ſi tibi benevole lector placere intellexero (uſui certè fore dubitavi nunquam) jam ego quod intendi, abundè me conſecutum arbitrabor: quanquam, utrumq; ut efficerem, quantum potuit, quantum per occupationes privatas, hujuſque inteſtini belli tumultus, & calamitates licuit, adnixum me eſſe diffiteri non poſſum.

Nunc autem, ne qua in parte operam, aut diligentiam meam ultra deſiderare quis poſſit, viſum eſt, quicquid ad libri noſtri ordinem uſumq; pertinet, paucis hic abſcribere. In primis ordo ille litterarius, quem à capite ad calcem uſq; ſervatum vides, exceptis iis, quæ aliis appendenda videbantur, nedum juventuti commodus, ſed etiã in hoc ſcribendi genere facillimus ſemper judicatus eſt. ea in re, ſi forte alicui non fecerimus ſatis, loquetur pro nobis prior ille & luculentiſſimus, & utiliſſimus proculdubiò index. Hoc amplius, in toto hoc opuſculo nihil propinabitur: niſi ex iis fontibus hauſtum & depromptum, ex quibus ſolis incorrupta latini ſermonis integritas peti & poteſt, & debet: quanquam ex omnibus non perquè multa, ut paulo poſt tabula ſtatuimus oſtendere. unde exemplaribus quoque uſum me animadvertes & caſtigatiſſimis & maximè probatis Ex iis autem, ut caſtis auribus non intolerabilia, item juventuti maximè uſu futura teſtimonia, ſeu exempla deſumpſimus. quibus tamen prolixioribus, & quandoque pluribus utendum fuit, quò Particularum uſus magis eluceſceret.

Sicubi verborum longiores videbantur ambages, adjecta notula, (&c.) aliquid præcidiſſe me indicium feci. mirum enim quas plagas, ex illa ſententiarum mutilatione, à Grammaticis regularum cauſa, ut illi loquuntur, introducta, boni olim ſcriptores paſſi ſint.

In exemplis ipſis orthographiæ rationem, licet diverſam ſępè, ſuam cuiq; ſartam tectam relinquere, quàm vel in minimo alteri derogare, maluimus. Eandem diligentiam, & fidẽ in verbis quoq; præſtitimus: niſi tamen quia uſu venit, ut ex collatione libr; variæ lectiones ſubinde emergerent; facere non potui, quin eos, quibuſcum ſentirem: etſi ſuis ſcriptis, ac monumentis ſatis ſuperq; celebres, cum modeſtiſſima laudis ſignificatione nominarem: ſicubi verò me Vel judicium, vel opinio, ut ab aliis diſſentirem, fecit; factum illud multo quidem, quàm illud alterum, modeſtius ne ipſo quidem, à quo ſtare non poſſum, nominatim appellato. Semper enim mihi mirabilem in modum placuit illud Socrat: probare ea, quæ ſimillima veri videantur, conferre cauſas, & quid in quamque ſententiam dici poſſit, expromere, nulla adhibita ſua auctoritate, judicium audientium relinquere integrũ, ac lib:. Quam quidem conſuetudinem M. T. Cic: tenuiſſe, ipſius de divinatione libri teſtantur, qui alibi quoque & refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia paratũ ſeſe profitetur. Quàm velim noſtri itidem ſeculi homines, ea inter ſe quàm ſępiſſimè uti, qui nonnunquã unius aut emendationis, aut varię lectionis, ne dicam ſyllabę aut litteræ minutiſſimę cauſa ſe mutuò infeſtè adeò petunt, & acriter adeò digladiantur, ut quę media eſt Minerva, quò latere tecto abſcedere liceat, non abs re caſſide, clypeo, & haſta, à Iove patre, donata eſſe videatur.

Si qua in re aliorum vel inventione vel labore profeci, me, quibus debui, egregiè acceptum retuliſſe, diligens Lector facilè conſiderabit. In teſtimoniis excerpendis, quò ſua cuique exemplaria uſui ſint, librorum numerum, & capita adſcribere, quam, ut adhuc fere alii, certis paginis, certiſque editionibus te adſtringere conſultius putavi. In eo ne quid aberres, monendus es, priore numero librum, vel actum: altero cujuſque libri epiſtolam, ſcenam, caput, elegiam, epigramma, &c. unde quæque deſcripta ſunt, deſignari.

Quoties autem hujuſcemodi notulam („) præmiſſam videbis, ſcito ibi phraſin eſſe, aut à pręcedenti diverſam, aut ſingulari obſervatione dignam. Illud, amice lector, extremum eſt, ut, ſicubi incurriſſe, aut offendiſſe fortè videbor, quod, quin fiat, in tanta turba caveri vix poteſt; æquum te, non iniquum æſtimatorem præbeas: de cætero, fœtum hunc noſtrum, me tanquam poſt tabulam hîc latente, ſic excipias, ut laboris ſuſcepti non modò non pœniteat: ſed etiam, ut ad ea, quæ tibi tuoque judicio etiamnum reſervavi, proferenda, facilius invites, atque pellicias. Vale.

TABULA SCRIPTORUM

ET LIBRORUM, QUIBUS USUS SUM.

Scriptores.	Caſtigavit.	Excudit.	Forma.	An.
Cic. epiſt. Fa.	*P. Manut.*	*Plantin.*	8.	77.
Cic. ad Atti.	*P. Manut.*	*Plantin.*	16.	57.
Cic. alia opera.	*D. Lambi.*	*Pariſ.*	*fol.*	65.
Plautus.	*D. Lambi.*	*Lugdun.*	*fol.*	75.
Terentius.	*A. Muretus.*	*Plantin.*	16.	65.
Pandectæ.	*L. Ruſſardus.*	*Plantin.*	8.	67.
Var. re ruſt.	*P. Victorius.*	*R. Stepha.*	8.	43.
Var. lin. lat.	*M. Vertran.*	*Lugdu.*	8.	63.
Cæſar.	*F. Urſinus.*	*Plantin.*	8.	74.

Quibus frequenter uſus ſum.

Cato.	*P. Victorius.*	*R. Stepha.*	8.	43.
Salluſtius.	*Aldus N.*	*Plantin.*	8.	64.
Livius.	*H. Glareanus.*	*Lugdu.*	*fol.*	53.
Virgilius.	*T. Pulman.*	*Stelſius.*	16.	63.
Horatius.	*T. Pulman.*	*Plantin.*	16.	77.
Ovid.	*A. Nauger.*	*Plantin.*	16.	75.

Quibus non ita frequenter uſus ſum.

Lucretius.	*D. Lambin.*	*Pariſ.*	16.	65.
Martialis.	*H. Junius.*	*Plantin.*	16.	68.
Catul. &c.		*Plantin.*	16.	60.
Columella.	*P. Vic. & Be.*	*R. Stepha.*	8.	43.
Suetonius.	*T. Pulman.*	*Plantin.*	8.	74.
Val. Max.	*S. Pighius.*	*Plantin.*	8.	74.
Quintilian.		*Pariſ.*	*fol.*	49.
Plinius.		*Froben.*	*fol.*	54.
Gellius.		*Pariſ.*	16.	60.
Pom. Feſtus.	*Scaliger F.*	*Santant.*	8.	75.

Quibus rariſſime uſus ſum.

GODE-

GODESCALCUS STEWECHIUS HUSDANUS.

De particulis linguæ Latinæ.

Adeò, Dum. *id eſt, uſque adeò, tamdiu, donec.*

PLaut. Merca. *Quanto te ſatiùs eſt rus aliquò abire, ibi eſſe, ibi vivere,*
Adeo, dum *illius te cupiditas, atque amor miſſum facit.* ſc. Sumne.

Plaut. Merca. *Adeò, dum quæſtum haberet, peperiſſet bona.* Prologo.

Adeo uſque, Dum.

Plaut. Amphi. *Erroris ambo ego illos, & dementiæ complebo, atque omnem Amphitruonis familiam. Adeò uſque ſatietatem dum capiet pater, Illius quam amat.* ſc. Benè proſpereque.

Plaut. Aſin. *---- age age manſero. Tuo arbitratu, vel adeò uſq; dum peris.* ſc. Vbi ego.

Adeò, Donec.

Ter. Phor. *---- iſtæc mihi res ſollicitudini eſt, Neque defetiſcar unquam adeò experirier, Donec tibi id quæ pollicitus ſu, effecero.* ac 4. ſc. 1.

Adeo, Donicum, *id eſt, uſq; donec. vide* Vſq; adeò.

Plaut. Pſeu. *Exploratorem hunc faciamus ludo ſuppoſiticium,*
BAL. Adeò, donicum *ipſus ſeſe ludos fieri ſenſerit.* ſc. Malus.

I. *Appen.* Donicum abſolutè poſitum. *pro Donec vide* Uſque adeò.

Plaut. Aſin. *---- ſi reſpexeris donicum ego te juſſero.* ſc. Exi. Item Moſtel. ſc. 1.

Plaut. Capti. *Ego me amitti, donicum ille huc redierit, non poſtulo.* ſc. Jam ego.

Cato. *Satiſque dato arbitratu domini, donicum ſolutum erit, aut ita ſatiſdatum erit,* quæ in fundo illata erunt, pignori ſunto. De re Ruſti. c. 146. Itidem 149. & ibi P. Victorius.

Lucret. *Donicum eos vita privarant vermina ſæva.* lib. 5. & alibi ſæpe.

II. *Appen.* Donec abſolutè poſitum. *vide* Eouſque. Tandiu.

Hirtius. *Conſtituerat gloriam, exultationemq; eorum pati, donec ſibi veteranarum legionum pars aliqua in ſecundo commeatu occurriſſet.* de bello Afri.

Adeo, ut. *comparationem ſignificat.*

Cic. *Tu adeò mihi excuſſam ſeveritatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquiæ priſtinæ frontis appareant?* lib. 9. epiſt. 10.

Cic. *Adeône me injuſtum eſſe exiſtimaſti, ut tibi iraſcerer?* lib. 7. epiſt. 13.

Aſin. Pollio Cic. *Adeò eſt inviſus mihi, ut nihil non acerbum putem quod commune cum illo ſit* l. 10. 31.

Cæſar. *Quòd non adeò ſit imperitus rerum, ut ſuis copiis populum R. ſe ſuperare poſſe confidat.* lib. 5. de bello gallico.

Livius. *Numquámne ergo, inquit, ulla adeò à vobis ſpectata virtus erit, ut ſuſpicione violari nequeat?* Dec. 1. lib. 2.

Livius. *Adeône eſt fundata leviter fides, ut ubi ſim, quàm qui ſim magis referat.* Decad. 1. lib. 2.

Suetonius. *Beſtiariis, meridianiſque adeò delectabatur, ut etiam prima luce ad ſpectaculum deſcenderet.* Clau. c. 34.

Pomponius. *Adeò morte ſocii ſolvitur ſocietas, ut nec ab initio paciſci poſſimus, ut hæres ſuccedat ſocietati.* l. Adeo. 59. ff. pro ſocio. & l. Juriſgentium. ff. de pactis.

Cic. *Neminem adeò infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet.* Pro Flacco.

Pl. Merc. *---- nullus unquam amator adeò eſt callidè Facundus, quæ in rē ſint ſuam, ut poſſit loqui.* Prol.

Horat. *Nemo adeò ferus eſt, ut non miteſcere poſſit.* lib. 1. epiſt. 1.

Ovid. *Nulla dies adeò eſt auſtralibus humida nimbis. Non intermiſſis, ut fluat imber aquis.* 4. de Pont. 4.

Ovi. *Nil adeò fortuna gravis miſerabile fecit, Ut minuant nulla gaudia parte malum.* 4. de Pont. 4.

Virg. *Non adeò has exoſa manus victoria fugit, Ut tanta quicquam pro ſpe tentare recuſem.* 11. Æn.

I. *App.* Adeò, ut nihil ſuprà. *vide* Sic *vide* Ita.

Terent. Andr. *-- & vultu Soſia. Adeò modeſto, adeò venuſto, ut nihil ſuprà.* ſc. 1.

II. *Appen.*

II. *Appen.* Ut ſi, abſolutè poſitum.

Cicero Bruto. *Magno admiratio, ut ſi eſſet recitatum Dolabella imperator.* epiſt. 6.

Suetonius. *Abſtinuit alieno, ut ſi quis unquam.* Tit. 7. *id eſt,* ut qui maximè.

Adeò ut, *id eſt*, Eò ut.

Ter. Phor. *Adeon' rem rediiſſe, ut, qui mihi conſultum eſſe optimè velit,*
Phædria, patrem extimeſcam, ubi in mentem ejus adventi venit? ac 1. ſc. 3.

Idem Phor. *Præſertim,ut nunc ſunt mores: adeò res redit:* (ac. 1. 2.
Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia.

Idem Heau. .... *ſcilicet,*
Facturum me eſſe. in eum jam res rediit locum,
Ut ſit neceſſe .... ac. 2. 2.

Adeo, quaſi.

Ter. Heau. .... *gaudere adeò occepit, quaſi qui cupiunt nuptias.* ac. 5. ſc. 1.

Adeò, quòd.

Cœlius Cic. *Sed tamen quodnam ob ſcelus iter mihi neceſſariũ retrò ad alpes verſus incidit? adeò quòd Intemelii in armis ſunt, neq; de magna cauſa.* l. 8, 15

Append. Adeò abſolutè poſitum.

Virgil. .... *adeò à teneris conſueſcere multum eſt.* 3. Georg.

Id. *Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni.* 1. æn.

Ter. Heau. *Poſtremò adeò res rediit, adoleſcentulus Sæpè eadem, & graviter audiendo victus eſt.* ac. 1. 1.

Adhuc, dum.

Cic. *Adhuc, dum mihi nullo loco deeſſe vis, nunquam te confirmare potuiſti.* lib. 16. 6.

Cic. *Indulge valetudini tuæ, cui quidem tu adhuc, dum mihi deſervis, ſerviſti non ſatis.* lib. 16. 18.

Adverſam, quàm, *id eſt*, Contra quàm.

Plaut. Trinum. *Utrum indicare me ei theſaurum æquum fuit,*
Adverſum, quàm ejus me obſecraviſſet pater:
An ego alium dom: paterer fieri ædibus? ſc. Laren.

Æquè, ac.

Cic. *Quis eſſet tantus fructus, in proſperis rebus, niſi haberes, qui illis, æquè, ac tu ipſe gauderet?* In Læl.

Cic. *Me certè habebis, cui carus æquè ſis, & perjocundus, ac fuiſti patri.* lib. 2. 2.

Cic. *Sed illi crepitus ajunt æquè liberos, ac ructus eſſe oportere.* lib. 9. 22.

Matius Cic. *Civibus victis ut parceretur, æquè, ac pro mea ſalute laboravi.* lib. 11. 28.

Cic. *Cùm omnes meos æquè, ac tuos obſervare pro noſtra neceſſitudine debeam.* lib. 13. 49.

Cic. F. *Sed quod ad rem pertinet, me tum tibi defuiſſe, æquè ac tu doleo* 16. 21.

Cic. Att. *Meaque officia, ac ſtudia ſic exequar, ut me æque tibi, ac fratri, & liberis noſtris reſtitutum putes.* lib. 3. 15.

Balbus Cic. *Te tanti facio, ut paucos æquè, ac te caros habeam.* lib. 9. 7. ad Atti.

Cic. *In quibus enim eadem ſtudia ſunt, eædem voluntates: in iis fit, ut æque quiſque altero delectetur, ac ſeipſo.* 1. Officiorum.

Cic. *Pollicebor numen veſtrum æquè mihi grave & ſanctum, ac deorum immortalium in omni vita futurum.* poſt reditum ad Quirit. fin.

Varro. *Æque latum, ac mutulus à parietè extare poteſt.* lib. 3. 8.

Ter. Phor. .... *nunquam æquè (inquit) ac modò Paupertas mihi onus viſum eſt, & miſerum, & grave.* ac. 1. ſc. 2.

Plaut. Bacchi .... *quam ego fabulam æquè ac me ipſum amo.* ſc. Mirum eſt.

Hor. .... *conducto navigio æquè,* (lib. 1. 1.
Nauſeat, ac locuples, quem ducit prima triremis.

Marcianus. *Servus etiam per procuratorem domini, æquè ac per dominum defendi poteſt.* l. Servus. 11. ff. de publicis judiciis.

Æquè, ac ſi.

Cic. *Egnatii abſentis rem ut tueare æquè à te peto, ac ſi mea negotia eſſent.* lib. 13. ep. 43.

Ad Heren. *Conſuetudine jus eſt id, quod ſine lege æquè ac ſi legitimum ſit, uſitatum eſt.* lib. 2.

Appendix.

Obſervandum putavi genus loquendi, quo Jureconſultos uſos eſſe animadverti, qui particulas, Atque, Ac ſi, Atque ſi, etiam abſolutè in oratione collocarunt, ut ſuppreſſiſſe videantur, Æquè, Perinde, Non aliter.

Paulus. *Æquum videtur, ipſum quoq; agnoſcere onus uſurarum, ac ſi ita fidejuſſiſſet.* in quantum illum condemnari ex bona fide oportebit, tantum ſi de tua eſſe jubes? &c. l. quæro 54. ff. loc. con.

Paulus. *Placet conditionem ineſſe ſtipulationi, atq; ſi hoc expreſſum fuiſſet.* l. Item quia. 4. ff. de pact.

Papinia-

Papinianus *Teſtamentum infirmet patris, ac ſi conditio non eſſet in ejus poteſta*, l. filius. ff. de con. inſt.
Paulus. *Sed ex ſtipulatu ob rem non defenſam agi poſſe, ac ſi juſtas cauſas habeat, cur judicium accipere nolit.* l. non cogendum. 45. ff. de procurat.
Plau. Bacchi. *Atque ii, ſe cum fruſtrantur, fruſtrari alios ſtolidi exiſtimant.*
Sicut eſt hic, quem eſſe amicum ratus ſum, atque ipſus ſum mihi. ſc. reddidi.
Tryphoninus. *Cur ei non remittatur obligatio per condictionem, atque ſi ſtipulanti quivis alius promiſiſſet.* l. Si pater 76. ff. de jure dot.
Paulus. *Nunquid adire non poſſit, atque qui in teſtamento portionem ſuam neſcit.* l. Illud 5. ff. Si pars hær. pet.
Paulus. *Dominus qui ſervum in ſua poteſtate eſſe confitetur, aut exhibere eum debet, aut abſentem defendere. quod niſi faciat, punitur, atq; ſi præſentem non noxę dederit.* l. ſi ſervus. 21. ff De noxal. act
Plaut. Caſi. *Nebula haud eſt mollis, atque cutis hujus eſt.* ſc. Senſim.
Quo in loco Plaut. etſi vir doctiſſimus, particulam Aequè præmittendam reponendamq; putaverit; me tamen, cum ipſius Pla., tum aliorum hîc poſita exempla, ut ab eo diſſentiam, faciunt.
Hirtius. *Ab opidanis, ac ſi ſuarum partium eſſent, conſervati.* De bello Hiſp.

Aequè, Atque.

Cic. *Sed me colit & obſervat æquè, atque illum ipſum patronum ſuum.* lib. 13. epiſt. 69.
Cic. *Fratres tuos, ęquè atque te, ſumma benevolentia ſum complexus.* lib. 6. 15.
Cic. *Quę beneficia ęque magna non ſunt habenda, atque ea quę judicio conſiderate conſtanterque delata ſunt.*
1. Offi. Item in Oratore.
Teren. And. *Quis videor? C. miſer ęque atque ego.* ac 4. 2.
Plaut. Merc. *Nempe uxor ruri eſt tua, quam dudum dixeras*
Te odiſſe, ęque, atque angueis. ---- ſc. Ante.
Cic. Atti. *Ipſum per ſe ęque amo, atque illum amavi.* lib. 13. 1. Item ad Brutum. ep. 10.
Cic. *Nibil ęque in rep. atque illam veterem judiciorũ vim gravitatemque requirit.* Divinatione.
Plaut. Caſi. ---- *nunquam edepol jejunium*
Jejunium eſt ęque atque ego ruri reddibo te. ſc. 1.
Ter. Phor. *Te mihi fidelem eſſe æque, atque egomet ſum mihi.*
Scibam. ---- ac. 4. ſc. 1.
Plau. Aulu. *Pumex non æque eſt aridus, atque hic eſt ſenex.* ſc. Poſtquam.
Plau. Capt. *Vidi ego multa ſæpè picta, quæ Acherunti fierent*
Cruciamenta: verum enimvero nulla adæquè eſt Acherons,
Atque ubi ego fui in lapicidinis. ---- ſc. ult.
Plau. Trin. *Aequè mendicus, atque ille opulentiſſimus,*
Cenſetur cenſu ad Acherontem mortuus. ſc. minus.

Aequus, atque.

Cæſar. *Murorum contignationem facere inſtituerunt, æqua ferè latitudine, atque ille congeſtus ex materia fuerat agger.* 2. De bello civili.

Aequè, et.

Cic. *Nam verſus æquè prima & media, & extrema pars attenditur.* lib. 3. de Orat.
Cic. *Eoſdem labores non eſſe æquè graveis imperatori & militi: quòd ipſe bonos laborem leviorem faceret imperatum.* 2. Tuſcul. extrema.
Cic. *Quia nullo modo ſine amicitia firmam & perpetuam jucunditatem vitæ tenere poſſumus, neque verò ipſam amicitiam tueri, niſi æquè amicos & noſmetipſos diligamus.* libr. 1. de Fin. fi.
Ad Heren. *Egens æquè eſt is, qui non ſatis habet, & is, cui nihil ſatis poteſt eſſe.* lib. 4.
Cic. *Aequè enim tabulæ condemnantur ejus, qui verum non retulit, & ejus qui falſum perſcripſit.* pro Roſcio Comœdo. princ.

Aequè, quàm.

Livius. *In mentem venit tres & LX. annos æquè multa volumina occupaſſe mihi, quàm occuparint quadringenti lxxxviij. anni, à condita urbe ad Appium Claudium conſulem.* dec. 4. l. 1. princ.
Suetonius. *Sed nihil æque, quàm timidus, ac diffidens fuit.* Clau. c. 35.
Plau. Mili. *Neque eques, neque pedes profectò nunquam tanta audacia*
Qui æque faciat confidenter quicquam, quàm quæ mulieres
Faciunt. ---- ſc. Inde ignem.
Plaut. Sti. *Ridiculus æque nullus eſt, quàm quando eſurit.* ſc. famem.

Plau. Epid. *Nullum eſſe opinor ego agrum in agro Attico Aeque feracem, quàm hic eſt noſter Periphanes.* ſc. Nullum.

Sueton. *Nihil æquè facere ad viperæ morſum, quàm taxi arboris ſuccum.* Clau. 16.

Plaut. Sti. *Mercurius Iovis qui nuncius perhibetur, nunquam æquè patri*
Suo nuncium lepidum attulit, quàm ego nunc meæ heræ nunciabo. ſc. Mercurius.

Columel. *Nullæ æquè quàm prædictæ ſalſuræ pabula.* lib. 8. cap. 17.

Aequè, quaſi.

Vlpian. *Illud cecidit in quęſtionem, an ęquè pręſcribi ei poſſit ab his, quorum nomina comprehenſa non ſunt, quaſi adverſus ipſos acquieverit ſententiæ.* l. ſcio. 3. ff. de appel.

Aequè, ut.

Cic. *Poſſumus ne igitur in Antonii latrocinio ęquè eſſe, ut hi,* Philip. 12.

Cic. *Itaque libentiſſimè pręędicabo Cn. Pompeium ſtudio, & auctoritate, ęque, ut unumquemque veſtrum opibus, contentione, precibus, periculis deniq; pręcipuè pro ſalute mea laboraſſe.* Pro domo ſua.

Appen. Adæquè, ut.

Pl. Ciſtel. *Neque munda adęquè es, ut ſoles* --- ſc. 1.

Aequè, ut, quaſi, ſi.

Plau. Aſi. ---- *an tu eſſe me triſtem putas?*
De. *Putem ego? quem videam ęquè eſſe mœſtum, ut quaſi dies ſi dicta ſit.* ſc. Agedum decumbamus.

Aequè, prout, *id eſt*, perinde prout.

Vlpianus. *Oportebit autem ęquè & in effractores, & in cęteros ſupraſcriptos cauſa cognita ſtatui, prout ammiſſum ſuggerit.* l. 1. ff. De effractoribus & expil.

Aequè, cum, ut mecum, tecum. *id eſt, juxta tecum.*

Terent. Phor. ---- *novi ęquè omnia tecum.* ſc ult.

Plaut. Aſi. *Animum adverte, ut ęquè mecum hęc ſcias.* ---- ſc. Ubi.

Idem Aſi. *Tecum una poſteà ęquè pocula potitet.* ſc. Agedum iſtum.

Idem Pœnu. ---- *ęquè ut mecum ſitis hujus gnari rei,* Pro log.

Appen. Aequè abſolute poſitum.

Cic. *Tamen erat nemo, quicum eſſem libentius quàm tecum, & pauci quibuſcum ęquè libenter.* ---- *lib.* 5. 21.

Cic. *Quantum pręſens me adjuvare potueris, & conſolando, & propè ęque dolendo.* lib. 4. 6.

Sallustius. *Gloriam, honorem, imperium, bonus & ignavus ęquè ſibi exoptant.* In Conjuratione.

Hor. *Aequè neglectum pueris ſenibuſque nocebit.* Epiſt. 1.

Ovid. *Nec melius valeo, quàm corpore, mente; ſed ægra eſt*
Utraque pars æquè, binaq; damna fero. 3. triſti. 8.

Ter. Hec. ---- *an quiſquam uſquam gentium eſt ęquè miſer?* ac. 3. 1.

Ulpianus. *Si quis per potentiam adverſarii non invenire ſe advocatum dicat, æquè oportebit ei advocatum dare.* l. nec quicquam. 9 ff. de Offic. procon.

Livius. *Patres quoque non temerè pro ullo æquè annixi ſunt.* Dec. 1. lib. 1.

Varro. *Hos nunquam minus, ut per æquè ducerent dena millia ſextertia ex melle recipere eſſe ſolitos,* lib. 3. 16.

Plaut. Aſi. ---- *neque me Athenis eſt alter hodie quiſquam,*
Cui credi rectè æquè putent. ---- ſc. Quid hoc.

Idem Bacchi. ---- *ambo æquè amicas habent* ---- ſc. Quicunque.

Alias quam, *id eſt*, aliter. Non aliàs quàm, & quàm ſi.

Martianus. *Licet in confirmatione codicillorum paterfamiliâs adjecerit, ut non aliàs valere velit quàm ſua manu ſignatos, & ſubſcriptos.* l. divi. 6 ff. de ju. cod.

Ulpianus. *Non aliàs ædificandi jus habebis, quàm ſatiſdederis,* l. non ſolùm. ff. de ope. no. nunt

Ulpianus. *Non aliàs cogetur ei hæres legatum ſolvere, quàm ſi caverit indemnem hæredem hoc nomine futurum.* l. cum pater. 29. ff. de jur. dot. & 37. eod.

Idem. *Quæritur an non aliàs judex æſtimare damnum debeat quàm ſi remittatur actio legis Aquili.* l. Non ſolùm 13. ff. de rei vindicat.

Non aliàs, niſi.

Marcianus. *Sed & in condicionali obligatione non aliàs obligantur, niſi condicio exſtiterit.* l. Re 5. ff. de pig. & hyp.

Ulpianus. *Non aliàs exiſtit hæres ex ſubſtitution niſi & ex inſtitutione hæres fuerit.* l. 8. ff. de vulga. & pupil.

Paulus. *Non redhibiturus aliàs, niſi vellet eos fraudare.* Bovem. 43. ff. de ædil. edicto.

Aliàs, in præſenti: *temporis ſignificationem habet.*

Ad Heren. *Placet eam nobis eſſe artificioſam memoriam: quare plàceat aliàs oſtendemus: in præſenti cujuſmodi ea ſit, aperiemus.* lib. 3.

Aliàs, nunc.

Cic. *Sed de hoc aliàs, nunc redeo ad Augurem.* in Lel.

Cic. *Sed jocabimur aliàs coràm, & ut ſpero brevi, nunc ades ad imperandum.* lib. 9. 24.

Cic. *Licebit aliàs, nunc id agamus, quod cœpimus* lib. 1. de legibus fin.

Appen. Præter quam aliàs ſemper, tum.

Gellius, *Declamaverat Antonius Julianus rhetor, præterquam ſemper aliàs, tum verò nimium quàm delectabiliter.* lib. 15. cap. 1.

Aliàs, abſolutè poſitum.

Cic. *Sed plura ſcribemus aliàs.* lib. 7. 6.

Cic. Att. *Sed hæc ad te ſcribam aliàs ſubtilius.* l. 1. 11

Alibi, quàm.

Livius. *Coacti vendere prædam, ne alibi quàm in armis animum haberent.* dec. 1. lib. 10.

Aliquis, is.

Cic. *Si eſt ſpes aliqua rebus communibus, ea tu, quicunque ſtatus eſt futurus, carere non debes.* lib. 6. 1.

Alius, ac.

Cic. *Tum illa, quæ maxime quaſi irrepit in hominum mentes, alia dicentis, ac ſignificantis diſſimulatio.* lib. 3. de Orat.

Cic. *Aliud de ſumma religione hoc tempore ſenſuros, ac me abſente ſenſerint arbitrere?* pro domo ſua. princ.

Cic. *Num aliud videtur eſſe, ac meorum bonorum direptio?* Pro domo ſua.

Cic. Attic. *Quod quidem agerem, ſi liceret alio modo, ac nunc agendum eſt.* lib. 7. 3. & lib. 11. 10.

Vatinius Cic. *Longè alia conditione ego ſum, ac cæteri imperatores.* lib. 5. 10.

Cæſar. *Qui longè alia ratione, ac reliqui Galli, bellum gerere cœperunt.* 3. de bello gal.

Varro. *Armentarius non aliud ac bubulcus.* De re ruſtic. lib. 2. princ.

Cic. *Poteſt enim non ſolum aliud mihi, ac tibi, ſed mihi ipſi aliud alias videri.* In Oratore. fi.

Teren. Phor. *Ebo verbero, aliud mihi reſpondes ac rogo?* ac. 4. ſc. 4.

Teren. Hec. *Neque voce alia, ac res monebat ipſa poterat conqueri* ac. 3. ſc. 3.

Teren. Hec. *Nam modo me intro ut corripui timidus, alio ſuſpicans*
Morbo me viſurum affectam, ac ſenſi eſſe uxorem. Ibidem.

Salluſt. *Ne ſe alium putarent, ac Numantiæ cognitus eſſet.* Iugurt.

Aliuſmodi, ac.

Cic. *Opinio dupliciter fallit homines, cum aut res aliuſmodi eſt, ac putatur, aut non is eventus eſt, quem arbitrati ſunt.* lib. 2. de Inventione. princ.

Alius, atque.

Cic. *Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima, tamen in rep. non alius eſſem, atque nunc ſum.* lib. 1. ep. 9.

Cic. *Graviore etiam ſum dolore affectus, noſtra factum eſſe negligentia, ut longè alia in fortuna eſſet, atque ejus pietas ac dignitas poſtulabat,* lib. 14. ep. 11.

Cic. *Sæpè etiam ſine ulla aperta cauſa ſit aliud, atque exiſtimamus.* Pro Murena. Itidem pro Flacco. & 1. de Oratore.

Cic. Atti. *Sed mihi videris aliud tu honeſtum meque dignum in hac cauſa judicare, atque ego exiſtimem.* lib. 8. 2.

Cæſar. *Longè aliam eſſe navigationem in concluſo mari, atque in vaſtiſſimo, ac apertiſſimo Oceano.* lib. 3. de bello Gallico.

Varro. *ubi ſalubritas non eſt, cultura non aliud eſt, atque alea domini vitæ ac rei familiaris.* De re ruſt. l. 1. 4.

Idem. *Poteſt enim eſſe Saturnus hìc alia de cauſſa dictus, atque in Sabinis.* lib. 4. De lin. lat.

Cæſar. *Docet longè alia ratione eſſe bellum gerendum atque ante ſit geſtum.* 7. de bel. gal.

Cæſar. *Cum propè omnis civitas eò conveniſſet, doceretur que paucis clam vocatis, alio loco, alio tempore, atque oportuerit fratrem à fratre renunciatum.* 7. de bel. gal.

Cæſar. *Longè aliud ſibi capiendum conſilium, atque antea cenſerat, intelligebat.* libro eodem.

Cæſar. *Aliæ ſunt legati partes, atque imperatoris.* 3. De bello civili.

Hirtius. *Quod ſi alia eſſet litoris Ægyptii natura, atque omnium reliquorum.* De bel. Alex.

Idem. *Neque enim aliud jus eſſe Cappadociæ, atque Armeniæ.* Ibidem.

Cic. *In aliis rebus aliiſque ſententiis verſaris, atque ille.* l. 2. de Legibus.

Ter. Andria. *Alium eſſe cenſes nunc me atque olim, cùm dabam.* ac. 3. ſc. 3.

Plaut. Aſin. *Aliam nunc orationem diſpolato prædicas. Longè aliam præbes inquam nunc, atque olim quum dabam, Aliam atq; olim. quum illiciebas me ad te blandè, ac benedicè:* ſc. Unumquodque.

Salluſt. *Quicunque aliarum atque ſenatus partium erant.* In Conjurat.

Plaut. Pſeu. ſc. Si de. Item ſc. Malus.

Alius, à.

Brutus & Caſſius Anto. *Nos ab initio ſpectaſſe otium, nec quicquam aliud à libertate communi quæſiſſe, exitus declarat.* lib. epiſt. Famil. 11. 2.

Alius, et.

Cœlius Cic. *Solet enim aliud ſentire, & loqui.* l. 8. 1.

Cic. *Lux denique alia eſt ſolis, & lychnorum.* pro M. Cœlio.

Cic. *Non enim alia cauſa eſt æquitatis in uno ſervo, & in pluribus.* pro Cæcinna.

Varro. *Ignorantes non idem eſſe agriculturam, & paſtionem. alius enim opilio, & arator.* de re Ruſt. lib. 2. princ.

Papin. *Aliud in legatis, & libertatibus dictum eſt.* l. Si ſuperatis. ff. de pig. & hyp.

Ulpianus. *Sed ſi aliud impedimentum ſit, de non adeunda hæreditate, vel aperiendarum tabularum & ſenatuſconſulti: nihil prodeſſe impedimentum ſenatuſconſulti.* l. 3. §. ult. ff. de S. C. Silla.

Alius, niſi.

Cic. *Cum Pompeio complures dies nullis aliis, niſi de repub. ſermonibus verſatus ſum.* libr. 2. 8.

Cic. *Nihil aliud egerunt, niſi me ut opprimerent.* lib. 9. 24.

Cic. *Amare autem nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere quem ames nulla indigentia, nulla utilitate quæſita.* in Lælio.

Cic. *Neque alia fuit ulla cauſa intermiſſionis litterarum, niſi quòd, ubi eſſes, planè neſciebam.* lib. 7. 13.

Cic. *Sic tibi mi Pæte perſuade, me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare, niſi ut mei cives ſalvi, liberique ſint.* lib. 9. 24.

Cic. Atti. *Non mehercule alius ullus ſermo, niſi de te.* lib. 5. 10.

Cic. *Bellum ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud niſi pax quæſita videatur.* 1. Offic.

Cæſar. *Romani verò quid quærunt aliud, aut quid volunt, niſi invidia adducti, quos fama nobiles, potenteſque bello cognoverunt, horum in agris, civitatibuſque conſidere, atque his æternam injungere ſervitutem?* 7. de bel. Gal.

Appen { Nihil aliud, niſi quòd / Nihil aliud, niſi ut / Nihil aliud, quàm / Nihil aliud, quàm ut } *vide* Nihil

Appen. Neque aliud quicquam. Niſi.

Cic. *Neq; aliud quicquam, niſi inane nomen Capuæ reliquerunt.* De lege Agrar. con. Rul. in Senatu.

Alius, præter.

Cic. *Rogavit, nunquid aliud ferret, præter arcam.* lib. 2. de Oratore.

Modeſtin. *Qui alias perſonas occiderint, præter matrem, & patrem: & avum, & aviam, quos more majorum puniri ſupra diximus, capitis pœna plectentur.* l. pœna 9. ff. de lege Pomp. de parricid.

Alius, quàm.

Cic. Atti. *Nec quicquam aliud opus eſt, quàm abrogari.* lib. 3. 15.

Livius. *Sed plebi creverant animi, & longè alià, quàm primò inſtituerant, via graſſabantur.* Dec. 1. lib. 2.

Ulpian. *Quid enim aliud agebat prætor, quàm hoc, ut controverſias eorum dirimeret.* l. 1. ff. de operis nunt.

Marcellus. *Dici ſolet, alii quàm marito, dotis nomine mulierem non poſſe obligari.* l. Si ſponſalibus. 58. ff. de jur. dot.

Livius. *Quid igitur aliud, quàm tollit ex civitate auſpicia, qui plebeios conſules creando, à patribus, qui ſoli ea habere poſſunt, aufert?* Dec. 1. li. 6. fin.

Ovid. *Nec tu aliud Veſtam, quàm vivam intellige flammam.* 6. Faſto.

Appen. Alius cum ſexto caſu. *ut* Aliud melle. *id eſt*, Aliud, quam mel.

Varro. *Erithacen vocant, quo favos extremos inter ſe conglutinant, quod eſt aliud melle, propoli: itaque in hoc vim eſſe illiciendi.* De re Ruſt. lib. 3. c. 16.

I. Appen.

I. *Appen.* Nulla alia re, quàm.

Cor. Nepos. *Multas hæreditates nulla alia re, quàm bonitate conſecutus.* In vita Attici.

II. *Appen.* Alius. quàm qui.

Colu. *Ne cibum, niſi in conſpectu familiæ capiat: neve alium, quàm qui ceteris præbetur.* libr. 1.8.

Marcellus. *Transferre ad alium, quàm cui debet, fidei commiſſum non poteſt.* l. Si ſponſalib. 58. ff. de ju. do.

III. *Appen.* Alius, adſumit quandoque alius.

Cic. *Dolus malus eſt, cùm aliud agitur, aliud ſimulatur.* In Topic.

Cic. *Intelligo te frater alias in Hiſtoria leges obſervandas putare, alias in poëmate.* li. 1. de legib. prin.

Cic. Att. *Alia legatio dicta erat, alia data eſt.* l. 2. 7.

Cic. *Homines autem hominum cauſa eſſe generatos; ut ipſi inter ſe alii aliis prodeſſe poſſent.* 1. Offic.

Ad Heren. *Cum in eodem loco manemus, & aliud atque aliud dicere videmur.* lib. 4.

Salluſt. *Diſpari genere, diſſimili lingua, alius alio more viventes.* In conjurat.

Ulpian. *Aliud eſt auctorem eſſe ſervo delinquenti, aliud, pati delinquere.* l. in omnibus. ff de nox. act

Cic: Bruto. *Aliis rebus, aliis temporibus locus eſſe ſolet.* epiſt. 6.

Varro. *Et radicum materiam aliam, quam aliam longius projicit natura: & quòd alia terra, aliā facilius viam dat.* De re Ruſtic. lib. 1. 45.

Ovid. *Obſtabatque aliis aliud, quia corpore in uno Frigora pugnabant calidis, humentia ſiccis.* 1. Met.

IV. *Appen.* Alius ponitur abſolutè.

Cic. *Mea ratio fuit alia.* lib. 1. 9.

Cic. *Nunc alia ratio eſt omnium rerum.* lib. 10 3.

Cic. Atti. *Aliam rationem hujus belli gerendi nullam video.* lib. 9. ult.

Terent. Andr. *Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat.* ac. 1. 2.

Aliter, ac.

Cic. Atti. *Ne ſim ſalvus, ſi aliter ſcribo, ac ſentio.* lib. 16. 12.

Cic. *Aliter res cecidiſſet, ac putaſſes.* lib. 5. 19, & 20. ſeq.

Cic. *Cum rem aliter inſtitutam offendiſſem, ac mihi placuiſſet.* lib 5. 17.

Cic. Atti. *Humanitatem perſpexi, quo majorem ſpem habeo, nihil fore aliter, ac deceat.* li. 6. 3.

Cic. Atti. *Aliter enim mihi de illis, ac de me ipſi conſulendum eſt.* lib. 7. 13.

Cic. *Neque de cauſa quicquam noſtra aliter, ac nos vellemus à ſenatu judicatum eſt.* Pro Milone.

Cic. *Aliter de nobis, ac de illis judicamus.* 1. Officiorum princ.

Cæſar. *Sed ratio, ordoq; agminis aliter ſe habebat. ac Belgæ ad Nervios detulerant.* lib. 2. de bel Gal.

Cæſar. *Coactus eſt aliter, ac ſuperioribus annis exercitum in hibernis collocare.* de bell Gal.

Livius. *Qua audita longè aliter patres, ac plebem affecere.* Dec. 1. lib. 2.

Varro. *Aliter quadrigarius, ac deſultor,* lib. 2. 7.

Ter. Phor. *Iſte me fefellit, ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui.* ac. 3. 2.

Salluſt. *Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit.* Jugurt.

Aliter, ac ſi.

Cic. Atti. *Nec me hercule ſcripſi aliter, ac ſi πρὸς ἴσον ὅμοιον ſcriberem.* lib. 13. 49. *id eſt, ad æqualem ſimilemque.*

Aliter, atque.

Cic. *Sed aliter, atque oſtenderam, facio.* lib. 2. 3.

Cic. *Aliter cecidiſſe rem exiſtimas, atque opinatus ſis,* lib 4. 4.

Cic. *Qui Chryſogono nunciarent aliter cauſam agi, atque ille exiſtimaret.* Pro Roſcio. Ameri. Itidem pro Flacco.

Cic. *Illud profectò confitemini, longè aliter rem ſe habere, atque hominum opinio ſit:* l. 3. de nat. deorum. Item 1. de Inventione.

Varro. *De emptione aliter dico, atque fit.* De re Ruſt. lib: 2. 2.

Idem. *Nec multo aliter tuendum hoc pecus in paſtu, atque ovillum,* Ibidem. Item. lib. 3. 15.

Ter. Heau. *Aliter tuum amorem, atque eſt, accipis.* ac. 2. 2.

Plaut. Trucu. *---- longè aliter eſt amicus, atque amator,* ſc. Ad fore.

Paulus. *Ut excludatur ad exhibendum agi poteſt. Aliter atque in tigno juncto ædibus.* l. Gemma. 6. ff. ad exhibendum.

Ter. Ade. *---- numquam te aliter, atque es, in animum induxi meum,* ac. 4. 3.

Pompo. *Qui re ſibi commodata, vel apud ſe depoſita uſus eſt aliter, atq; accepit,* l. Qui re, 76, ff. de furt.

Salluſt. *Ad ea rex aliter, atque animo gerebat, placidè reſpondit.* Jugurt.

Varro *Hoc nunc aliter fit, atq; olim.* l. 5. De lin. lat.

Aliter, atque ſi.

Gajus. *Si idem eundem ſervum vulneraverit, poſteà deinde etiam occiderit, tenebitur, & de vulnerato, & de occiſo: duo. n. ſunt delicta. aliter, atque ſi quis uno impetu, pluribus vulneribus aliquem occiderit.* l. illud. 32. ff. ad leg. Aquil.

Pompon. *Si ſervus meus à liberto meo operas ſibi dari ſtipuletur, inutilem ſtipulationem eſſe Celſus ſcribit, aliter atque ſi non adjecto hoc verbo* ſibi *ſtipulatus fuerit.* l. ſi ſervus 38. ff. de ſtip. ſer.

Paulus. *Si per eum ſervum injuriam paſſus injuriæ nomine egerit, non reddet venditori, aliter forſitan, atque ſi loris ab aliquo caſus: aut quæſtione de eo habita, emptor egerit.* l. Bovem. 43. ff. de ædil. edicto.

Idem. *Aliter, atque ſi certis regionibus poſſideatis eum fundum.* l. 8. ff. de rei. indicat.

Ulpian. *Aliter, atque ſi ſervus communis eſſet.* l. 17. ff. de injuriis.

Aliter, atque ut.

Cic. *Quo aliter ager poſſideatur, atque ut ex legibus Juliis.* lib. 2. 8.

Cic. *Quod iſte aliter, atque ut edixerat decreviſſet.* In Verrem.

Cic. *Qui ſuos caſus aliter ferunt, atque ut aliis auctores ipſi fuerunt, non ſunt vitioſiores, quàm ferè plerique, qui avari avaros, gloriæ cupidos glorioſi reprehendunt.* 3. Tuſcu.

Cic. Atti. *De Antonii itineribus neſcio quid aliter audio, atque ut ad te ſcribebam.* lib. 16. 12.

De prædicto loquendi genere viri quidam docti uſque eò dubitarunt, ut & locum illum Verrina mendoſum, & particulam Atque ſine Ut ſufficere exiſtimarint. quos aliter longè ſpero judicaturos, ubi exempla, quæ ex ejuſdem Ciceronis libris plura collegimus, viderint. Tum neque ſolus ita locutus Cicero.

Plaut. Caſi. ---- *nec fallaciam*
Aſtutiorem ullus fecit poeta, atque
Ut hæc eſt fabrefacta à nobis. ſc. Acceptæ.

Ad eundem modum dixit Plaut. Amph. Pariter atque ut. & I.C. Proinde atque ut. Ut infra ſuo loco oſtendemus.

Aliter, atque uti.

Ulpian. *Si ob id aliter aqua fluit, atque uti priore æſtate fluxit.* l. 1. § 7. ff. ne quid in flumine publ

Idem. *Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque uti priore æſtate fluxit.* ff. hoc titulo.

Aliter, niſi.

Cælius Cic. *Quod Cn. Pompeius conſtituit non pati C. Cæſarem conſulem aliter fieri, niſi exercitum, & provincias tradiderit*, lib. 8. 14.

Cic. *Nec mihi aliter potuiſſe videor hominum perditorum de me conſilia frangere, niſi cum præſidiis.* lib. 1. 9.

Non aliter, niſi.

Cic. *Qui aliter obſiſtere fato fatetur ſe non potuiſſe, niſi ad has commentitias declinationes confugiſſet.* de Fato.

Marcianus. *Si aliter veritas inveniri non poſſit, niſi per tormenta: licet habere quæſtionem.* l. Divus. 9. ff. de quæſt.

Calliſtratus. *Multa ſunt principalia reſcripta, quibus cavetur, non aliter, fiſcum debitorum ſuorum debitores convenire, niſi principales debitores defecerint.* l. 3. §. 6. ff. de Iu. fiſc.

Macer. *Ex cauſa deſertionis reſtitutus in militiam, non aliter medii temporis ſtipendium & donativa accipit, niſi hoc liberalitas principalis ei ſpecialiter indulſerit.* l. 10. ff. de re milit.

Aliter, quàm.

Cic. *Ne aliter, quàm ego velim, meum laudet ingenium.* lib. 1. in Verrem.

Varro. *An aliter hoc fit, quàm in aëre, in aqua?* de lin. lat. lib 8.

Paul. *Dotem quæ in prius matrimonium data eſt, non aliter converti in poſterius matrimoniũ dicendum eſt, quàm cum hoc agitur.* l. dotem. ff. de Iur. dot.

Menand. *Omne delictum eſt militis, quod aliter, quàm diſciplina communis exigit, committitur.* l. 5. ff. de rem. l.

Gajus. *Neque exquiri veritas aliter poteſt, quàm inſpectis, cognitiſque verbis teſtamenti,* l. De his 6. ff. de tranſact.

Vlpian *Non aliter autem pupilli rata habebitur nunciatio, quàm intercedente tutore auctore,* l. 5. ff. de ope. no. nunt.

Columel. *Ab aſpectu non aliter probari debet, quàm ut ſit*

ut ſit ampliſſimi corporis, cervice valida. l. 6. c. 37.

Plaut. Aſin. ------ *Si illi improbi ſint, atque aliter Nos faciant quàm equùm eſt.* ------ ſc. 1.

Plaut Caſi. *Quid ſi ſors aliter, quàm voles, evenerit?* ſc. Unam edepol.

Ovid. *Non aliter ſtupui, quàm qui Iovis ignibus ictus.* 1. triſt. 3.

Append. Aliter, quàm quia, *id eſt alia de cauſſa.*

Colu. *Niſi aliter exiſtimamus diverſum orbem gentes univerſas petiiſſe, quàm quia malos vicinos ferre non poterant.* lib. 1. 3.

Non aliter, quàm ſi.

Papinia. *Ante tabulas Teſtamenti codicilli facti, non aliter valent, quàm ſi teſtamento, quòd poſtea factum eſt, vel codicillis confirmentur.* l. Ante. 5. ff. de Iu. cod.

Gajus. *Plerique non aliter putaverunt eam noſtram eſſe, quàm ſi eam ceperimus.* l 5. ff. de acq. re. do.

Pompon. *Sed poteſt dici officio judicis, qui de proprietate cognoſcit, contineri: ut non aliter jubeat reſtitui, quàm ſi condictionem petitor remitteret.* l. Ei, qui. 9. ff. de furtis.

Vlpian. *Non aliter hominem venditori reſtituere jubetur, quam ſi indemnem eum præſtiterit.* l. cum aut. ff. de ædil. edict.

Gajus. *Furem interdiu deprehenſum non aliter occidere lex duodecim tabularum permiſit, quàm ſi telo ſe defendat.* l. Si pignore 54. ff. De furtis.

Virg. *Non aliter, quàm ſi immiſſis ruat hoſtibus omnis Carthago.* 4. æn. fi.

Ovid. *Dividor haud aliter, quàm ſi mea membra relinquam.* 1. triſti. 3.

Suetonius. *Aliter rata non haberent, quàm ſi eadem iiſdem, & ipſi dediſſent.* Tit. 8.

Non aliter, quin.

Cæſar. *Vehementer huic illos loco timere, nec jam aliter ſentire, imo colle ab Romanis occupato, ſi alterum amiſiſſent, quin pœnè circumvallati, atque omni exitu, & pabulatione interclusi viderentur.* 7. de bel. gal.

Appen. Quam ut, *abſolutè poſitum pro,* Aliter, quam ut.

Suetonius. *Ne ad geſtandum quidem unquam iter egreſſus, quàm ut ſecum vehiculo proximo decies* ℒ *LS, in auro efferret.* Galb. 8.

Aliter. ut.

Cic. Atti. *Illud quidem mutari, ſi aliter eſt, ut oportet, non video poſſe.* lib. 11. 23.

Plaut. Capt. *Vale, atque ſalue, etſi aliter, ut dicam, meres.* ſc. Inijcite.

Aliter, et.

Cic. Atti. *Quod de puero aliter ad te ſcripſit, & ad matrem de filio, non reprehendo,* lib. 10. 9.

Varro. *Itaque quædam aliter olim, & nunc.* De lin lat. lib. 8.

Appen. Aliter ponitur abſolutè.

Cic. *Tu ſi aliter exiſtimas, non errabis.* lib. 3. 7.

Cic. *Nemo unquam eſt oratorem, quòd latine loqueretur, admiratus, ſi eſt aliter, irrident.* lib. 3. de Oratore.

Cic. Atti. *non fuit faciendum aliter.* lib. 6 9.

Cic. Atti. *Longè aliter eſſe intelligo: teque ipſum ita exiſtimare arbitror: aliter autem ſcribere non fallendi, ſed confirmandi me cauſſa.* lib. 11. 12.

Teren. And. *Verùm aliter evenire multo intelligit.* Prologo.

Ter. Adel. ---- *Sed ſi aliter putas, Egomet narrabo quæ mihi dixti.* ---- ac. 4. 3.

Teren. Phor. ---- *hic me hujuſmodi ſcribat eſſe: ego hunc eſſe aliter credidi.* ac. 3. 2.

Hirtius. *Quæ res aliter adverſariis cecidit,* De bel. African.

Salluſt. *Aliter, ſine populi juſſu, nulli earum rerum conſuli jus eſt.* in Conjurat.

Aliorſum, atque.

Ter. Eu. ---- *Vereor ne illud gravius Phædria Tulerit, néve aliorſum, atque ego feci, acceperit.* ac. 1. 2.

Alter, Alter.

Cic. *Omniaque alter pro altero ſuſcipiet.* In Lælio.

Cic. *Neque quicquam unquam niſi honeſtum, & rectum, alter ab altero poſtulabit.* In Lælio.

Salluſt. *Utrumque per ſe indigens, alterum alterius auxilio eget.* In conju.

Cæſar. *Si fortuna in contentione, & certamine utrumque verſavit, ut alter alteri inimicus, auxilio, ſalutique eſſet.* 5. de bell. Gal.

Hirtius. *Hic alteri alteris non ſolum mortem morti exaggerabant, ſed tumulos tumulis exæquabant.* De bell. Hiſpan.

Plaut. Bacchi. *Alteram ille amat ſororem, ego alteram Bacchidis.* ſc. Hunc.

Hor. --- *quicquid negat alter, & alter.* l. 1. epiſt. 10.

Hor.

Hor. ---- *Alterius ſic*

Altera poſcit opem res, & conjurat amicè. In arte.

Admonitio.

Ante, quam, Antea, quàm, Poſt, quàm, Poſtea, quàm, Prius, quàm, Præterquàm, eę particulę ſunt, quę etſi conjunctim ſcriptæ reperiantur: eleganter tamen ſeparatim, & ſcribi, & in oratione collocari poſſunt, prout exempla ex ſcriptoribus latinis petita, ſatis ſuperque teſtantur, de quibus omnibus ſuo loco.

Ante, quàm.

Cic. Q. Fra. *Quòd ante occupatur animus ab iracundia, quam providere ratio potuit ne occuparetur.* lib. 1. 1.

Cic. *Si ei contigiſſet, ut te ante videret, quàm è vita diſcederet.* lib. 2. 2.

Idem. *Contendere cœpit, ante ſe oportere diſceſſionem facere, quàm conſules.* lib. 1. 2.

Cic. *Tibi de noſtris rebus nihil ſum ante mandaturus per litteras, quàm deſperaro coram me tecum agere poſſe.* lib. 3. 5.

Cic. Atti. *Inde ante profectus eſt, quàm ego eum veniſſe cognovi.* lib. 15. 1.

Cic. Atti. *Is erat ante manu miſſus, quàm productus.* lib. 4. 15.

Cic. Atti. *Viſus eſt monere, ne ante in ſenatum accederem, quàm rem confeciſſem.* lib. 7. 4.

Cic. Atti. *Quos puto ante venturos, quàm noſtrum Saufeium.* lib. 6. ult.

Livius. *Ante tamen, quàm prædicta dies veniret, morbo moritur.* dec. lib. 2.

Varro. *Ante rorat, quam pluit.* De lin. lat.

Scævola. *Non ante juris ratio, quam perſona quęrenda eſt.* l. quidam. 14. ff. de ju. cod.

Virgil. *Ante leves ergo paſcetur in æthere cervi,*
Quam noſtro illius labatur pectore vultus. eclo. 1.

I. *Appen.* Non antè, quàm ſi.

Paulus. *Non ante ad hæreditatem admitteretur, quàm ſi omnem ſummam dediſſet.* l. Qui hæredi 4. 4. ff. de condit. & demonſtrat.

Papinianus *Neque enim ante amiſſam poſſeſſionem videri, quam ſi tradita fuiſſet emptori.* l. cum fundum 18 ff. de vi, & de vi armata.

II. *Appen.* Quam ſi, abſolutè poſitum. *vid:* Quàm

III. *Appen.* Antè, abſolutè poſitum.

Cic. Q. fra. *De iſto genere honorum quid ſentirem ſcripſi ad te ante.* lib. 1. 1.

Cic. eidem. *Ut ante compares, quotidieque meditere, reſiſtendum eſſe iracundię.* Ibidem.

Varro. *Qui etiam nunc vellunt, ante triduo habent jejunas.* lib. 2. ult.

IV. *Appen.* Antè te cognitum, *id eſt*, antè quàm te cognoſcerem.

Salluſt. *Et me herculè Silla, antè te cognitum, multis orantibus aliis, ultro egomet opem tuli.* Iug. fin.

Cic. *Afflictus antè te conſulem.* lib. 1. 9.

Antea, quàm.

Cic. *Quin niſi ego & ſucceſſor eſſem, quem tu cuperes videre, te antea, quam tibi ſucceſſum eſſet, deceſſurum fuiſſe.* lib. 3. 6.

Antè, & Antea, nunc.

Cic. *Unum illud audeo, quòd antea tibi ſæpè ſignificavi, nunc quoque re perſpecta, & cognita, ſcribere.* lib. 1. 7.

Cic. *Antea aut obſcuris hominibus, aut etiam ſontibus opitulari poteram, nunc P. Nigidio uni omnium doctiſſimo, ne benignè polliceri quidem poſſum.* lib. 4. 13.

Cic. *Modo ſtet nobis illud, unà vivere in ſtudiis noſtris, à quibus antea delectationem modò petebamus, nunc verò etiam ſalutem.* lib. 9. 2.

Cic. *Sed tamen, & feci ante, & facio nunc.* lib. 15. 14.

Cic. *Facilitate mea iſta ferebantur antea, nunc mutata res eſt.* lib. eod. 16.

Cic. *Moleſte ferebam antea te invitum iſtic eſſe & nunc angor, quidquam tibi ſine me eſſe jucundum.* lib. 7. 15.

Varro. *Antea muſtea vocabant, nunc melimela appellant.* lib. 1. 59.

Plau. Trinum. *Si antea voluiſſes, eſſes, nunc ſero cupis.* ſc. Minus.

Antea, nunc jam.

Cic. *Quanquam non eſt dubium, quin cum antea noſtra cauſa, nunc jam etiam tuæ conſtantia gratia manſurus ſis in eadem iſta liberalitate.* lib. 13. 41.

Ante hac, nunc.

Cic. *Antehac quidem ſperare ſaltem licebat, nunc etiam ereptum eſt.* lib. 12. 23.

Antè, &, Antea, hoc tempore.

Cic. *Etſi antea ſcripſi, quæ exiſtimavi ſcribi oportere, tamen hoc tempore breviter commonendum putavi.* lib. 5. ult.

Cic.

Cic. *Ita enim ſperant, atq; confidunt, ut antea rege, ſic hoc tempore regno te rempub. liberaturum.* l. 11.7.

Cic. *Cum antea diſtinebar maximis occupationibus, tum hoc tempore multo diſtineor vehementius.* lib. 12. ult.

Cic. *Nunc ero brevior, teque ut antè conſolabar, hoc tempore monebo.* lib. 6. 21.

Cauſa, cur.
Cauſa, cur non.
Cauſa, qua re.
Cauſa, quin.
Cauſa, quamobrem. } Vide Eſt.

Cetera, præter.

Salluſt. *Mauris omnibus rex Boecbus imperitabat præter nomen cetera ignarus populi R.* Jugurt.

Cetera, abſolutè poſitum.

Livius. *Quia proximum regnum cetera egregium, ab una parte haud ſatis proſperum fuerat, aut neglectis religionibus, aut pravè cultis.* lib. 1.

Martialis. *Hic Scarus æquoreis qui venit obeſus ab undis, Viſceribus bonus eſt, cætera ut ille ſapit.* l. 13.

Plaut. Capt. ---- *Argentum accepi, nihil curavi cæterum.* ſc. Hegio, Item Pœnu. Prolog.

Cæteroqui, autem.

Cic. Atti. *O loca ceteroqui valde expetenda, interpellantium autem multitudine pœnè fugienda.* lib. 14. 16.

Citra, quàm.

Ovid. *Neve domi præſume dapes, ſed deſine citra Quàm cupias, paulò quàm potes eſſe minus.* In arte lib. 3.

Confeſtim, ut.

Marcellus. *Experiri poteſt, confeſtim ut fuerit alienatus, petere libertatem.* l. cum fidei, 9. ff. de fideicom. libertat.

Suetonius. *Confeſtim ut Apollonia rediit, Brutum, Caſſiumque deferre ſtatuit.* Octavi. 10.

Continuò, ut.

Cic. *Iſte, continuò ut vidit, non dubitavit illud inſigne penatium, hoſpitaliumque deorum, ex hoſpitali menſa tollere.* lib. 4. In Verrem.

Continuò, ſimul ac.

Cic. *Ut hoc ſummum beneficium Quinto Maximo debuerim, quòd continuò conſilium dimiſerit, ſimul ac me fractum, ac debilitatum metu viderit.* lib. 1. de Orat.

Continuò, ubi, *Vide ubi.*

Teren. Hec. ---- *Aderit continuò, hæc ubi ex te audiverit.* ac. 5. 3.

Virg. *Continuoque avidis ubi ſubdita flamma medullis.* 3. Georg.

Contrà, ac.

Cic. *Ut contrà, ac dicat, accipi, & ſentiri velit.* In Orator.

Salluſt. *Petreius ubi videt Catilinam contra, ac ratus erat, magna vi contendere, cohortem prætoriam in medios hoſtes inducit.* In conjurati. fin.

Contrà, atque.

Cic. *Iam faciam criminibus omnibus fere diſſolutis, contrà atq; in cæteris cauſis fieri ſolet.* Pro P. Silla.

Cic. *In excelſum collocare, contra atque antea fuerat.* In Catil.

Cæſar. *Ad eum in caſtra venerunt, ſimul, ut dicebatur ſui purgandi cauſa, quòd contra atque eſſet dictum, & ipſi petiſſent, prœlium pridie commiſiſſent: ſimul, ut, ſi quid poſſent, de induciis fallendo impetrarent.* 4. de bell. Gall.

Varro. *Contrà, atque apud nos fieri ſolet.* De re ruſt. lib. 1. c. 7.

Cæſar. *Illi vero daturos ſe negare: neque portas conſuli præcluſuros, neque ſibi judicium ſumpturos, contra, atque omnis Italia, populuſque R. judicaviſſet.* 3. De bello civili.

Contrarius, atque.

Cic. *Verſantur retro contrario motu, atque cœlum.* Som. Scipi.

Cic. *Inter alios contrarium ſine ulla religione decernebat, ac proximis paulo ante decreverat.* lib. 1. in Verrem.

Contrà, quàm.

Planc. Cic. *Concupiſco autem nihil mihi contra, quàm ipſe pugno.* lib. 10. 9.

Cic. Q. Fra. *Factum eſt enim mea culpa contra, quàm tu mecum, & proficiſcens, & per literas egeras.* lib. 1. 1.

Cic. *Ediceré eſt auſus, ut ſenatus contrà, quàm ipſe cenſuiſſet, ad veſtitum rediret.* In Piſonem.

Ad Heren. *Contra faciunt, quam polliceri videntur.* lib. 4. princ.

Cic. *Adoleſcentis, contrà quàm fas erat, amore capta.* Pro Cluentio.

Paulus. *Si ex pluribus hæredibus unus contra, quam cautum ſit, fecerit.* l. eadem 4 ff. de verb. obl.

Gellius. *Contrà, quàm nos ſuprà ſcripſimus.* l. 6 c. 8.

Cic. *Cum contrà fecerint, quàm polliciti, profeſſique ſint.* lib. 2. de legibus.

Varro. *Ab eodem falli, falſum, & fallacia: quæ, propterea, quod fando quem decipit, ac contra, quàm dixit, faciat.* De lingua lat. lib. 6.

Contrà abſolute poſitum. *pro quo vulgò, è contra, E contrario apud I.C. ſæpè eſt obvium.*

Cic. *Eo tempore me conſolabar, quòd & in ſummum otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis diſcedere: utrumque contrà accidit.* lib. 12. 18.

Cic. *Ut hi miſeri, ſic contrà illi beati.* 5. Tuſcul.

Ulpian. *Ex contrario eum quoque procuratorem dari poſſe manifeſtum eſt.* l. Servum. 33. ff. de proc.

Ulpian. *Ceterum cogi eum etiam in provinciam de Roma abire, vel e contrariò, durum eſt.* l. Sed et. 35. ff. eodem tit.

Balbus & Oppius Cic. *Si ex contrario putaremus Cæſarem id non facturum.* Ad Atticum lib. 9. 7.

Labeo. *Si averſione navis conducta eſt, pro duobus milibus debetur merces: ſi pro numero impoſitarum amphorarum merces conſtituta eſt, contrà ſe habet.* l. 10. ff de Inſtit. ac.

Cæſar. *Ut reliquorum imperatorum res adverſæ auctoritatem minuunt: ſic hujus ex contrario dignitas commodo accepto in dies augebatur.* 7. de bell. Gall.

Cic. *Peccaſſe enim ſe, non anguntur: objurgari moleſtè ferunt. quod contra oportebat, delicto dolere, objurgatione gaudere.* In Lælio.

Cum, particula temporis, tam Indicativo, quàm Subjunctivo juncta. Latinam efficit phraſin, ſi ei nomē temporis prę miſſum ſit. ut: dies, nox, diu, tempus, annus, biennium, triennium, jam, jamdudum, jam tum olim, vix, vixdum, dudum, nondum, ſæpè.

Cic. *Scis profecto fuiſſe quoddam tempus, cùm homines exiſtimarent te nimis ſervire temporibus,* lib. 10. 3.

Gellius. *Dies hic ſextus, cum nihil egi.* li. 10. c. 24.

Plaut. Aulu. *----hanc domum Iam multos annos eſt, cùm poſſideo, & colo.* Prologo.

Cic. *Sententiam meam tu facillimè perſpicere potuiſti, jam ab illo tempore, cùm in Cumanum mihi obviam veniſti.* lib. 2. 16.

Cic. *Et ipſe affui primis temporibus tui conſulatus; cùm accuratiſſimè monuiſti ſenatum.* li. 4. 3.

Cic. Atti. *O tempora, fore, cùm dubitet Curtius conſulatum petere?* lib. 12. 48.

Cic. *Paucis poſt diebus, cùm minimè expectarem, venit.* lib. 9. 2.

Cic. *Secutum illud tempus eſt, cum me ad Pompeium proficiſci ſive pudor meus coegit, ſive officium, ſive fortuna.* lib. 11. 27.

Cic. *Multi enim anni ſunt, cùm ille in are meo eſt.* lib. 15. 14.

Ter. Eu. *Nunc tempus profecto eſt, cùm perpeti me poſſum interfici.* ac. 3. 5. Item Heau. ac. 5. 4.

Cic. *Unum atque idem tempus, cum L. Elaco Coſ. portas tota Aſia claudebat.* pro Flacco.

Cic. *Dies nondum decem interceſſerant, cùm ille alter filius infans necatur.* Pro Cluent.

Ter. Hec. *--- Hunc videre ſæpè optabamus diem Cùm ex te eſſet aliquis, qui te appellaret patrem.* ac. 44. Idem Adel. ac. 3. 5.

Cic. *Nunquàm obliviſcar noctis iſtius, cùm tibi vigilanti pollicebar.* Pro Plancio.

Sallust. *Illa, quàm hæc tempora magis placent, cum regna, provinciæ, &c. penes paucos erant.* Iugurt.

Varro. *Superioribus temporibus, cum homines paſtoritiam vitam agerent.* De re Ruſt. lib. 1. 2.

Varro. *Cœperas nuper dicere, cum ſimus interpellati,* lib. 2. 1.

Cic. *Si jam biennium, aut triennium eſt, cùm virtuti nuntium remiſiſti, delenitus illecebris voluptatis, in integro res nobis erit.* lib. 15. 16.

Cic. Att. *Veniet tempus cum graviter gemes.* l. 2. 19.

Virg. *Scilicet & tempus venit, quum finibus illis Agricola, incurvo terram molitus aratro, &c.* 1. Georg. fin.

Cic. Atti. *Utinam diem illum videam, cùm tibi agam gratias.* lib. 3. 3. & lib. 16. 10.

Cic. Atti. *Verſabatur mihi tempus illud antè oculos, cùm ille, aut lictores dimitteret, aut vi evelleretur ex complexu meo.* lib. 3. 9.

Cic. Att. *Triginta dies erant ipſi, cùm has dabam litteras, per quos nullas à vobis acceperam.* l. 3. 21.

Cic. *O præclarum diem, cùm in illud animorum concilium cœtumque proficiſcar.* In Catone.

Cic. *Fuit quoddam tempus, cum in agris homines paſſim*

ſim beſtiarum modo vagabantur, & ſibi victu feri no vitam propagabant. 1. De Invent. principio.

Varro. *fuit tempus, cùm rura colerent homines, neque urbem haberent.* lib. 3. c. 1. princ.

Livius. *Fuit, cum hoc dici poterat.* Decad. 1. lib. 7.

Cic. *Sed incidunt ſæpè tempora, quum ea, quæ maximè videntur digna eſſe juſto homine &c. commutantur.* 1. Offic.

Cic. Atti. *Sed tu omnia conſilia differebas in id tempus, cùm ſciremus quæ Brundiſii eſſent acta.* lib. 9. 14.

Cic. Atti. *Biennium præteriit, cum, &c.* lib. 13. 12.

Cic. *Longior epiſtola fuiſſet, niſi eo ipſo tempore petita eſſet à me, cùm jàm iretur ad te.* li. 15. 18.

Salluſt. *Multum diei proceſſerat, cùm etiam tum eventus in incerto erat.* Iurgurt.

Cc. Att. *Sed quando illum diem, cùm tu edendam putes?* lib. 15. 13.

Cic. *Erit, erit illud profectò tempus, & illuceſcet aliquando ille dies, cùm &c.* Pro Milone.

Cic. Atti. *Aliquot anni ſunt, cùm.* lib. 9. 9.

Cic. Atti. *Commodùm diſceſſerat Hilarus, cum venit tabellarius.* lib. 13. 19.

Plaut. Capt. *Nunc illud eſt, cùm me fuiſſe, quàm eſſe nimio mavelim:*
Hic ille eſt dies, cum nulla vitæ meæ ſalus ſperabilis eſt. ſc. Nunc illud.

Ovid. *Nondum tantus eras, cum te contenta marito*
Edita de magno flumine Nympha fui. 5. Heroid.

Cic. Att. *Eas non dum legeras, cùm has proximas ſcripſiſti.* lib. 13. 35.

Virg. *Septima poſt Troiæ excidium jam vertitur æſtas.*
Cùm freta, cùm terras omnes, tot inhoſpita ſaxa.
Sideraque emenſæ ferimur. ----- 5 *Aene.*

Virgil. *Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum*
Intactum Pallanta. ---- 10. *Aene.*

Cic. *Tantùm ex Arpinati veneram, cum mihi à te litteræ redditæ ſunt.* lib 7. 23 Sed ibi Lambinus legit. *Tantum quòd ex Arpinati. &c.*

Ovid. *Tempus erit, cùm vos, orbemque tuebitur idem.* 1. Faſto.

Hor. *Jamque dies aderat, cum nil procedere lintrem*
Sentimus ---- Ser. 1 Sat 5.

Ter. And. *Prope adeſt, cùm alieno more vivendum eſt mihi* ſc. 1.

Plaut. Merca. *Quid ais tu? jam biennium eſt, cùm tecum habet rem?* ſc. Amicè.

Plautus Aſin. *Iube dare vinum, jamdudum factum eſt, quum primum bibi.* ſc. penult.

Plaut. Bacchi. *Jam aderit tempus, cùm ſeſe etiam ipſe oderit.* ſc. Nunc experiar.

Plaut. Moſtel. --- *Septem menſes ſunt, cum in haſce ædeis pedem*
Nemo intro tetulit, ſemel ut emigravimus. ſc. Habeo.

Virg. ---- *nuper me in littore vidi,*
Quum placidum ventis ſtaret mare. Ecl. 2.

Cic. *Sæpè ex ſocero meo audivi, cum is diceret, ſocerum ſuum Lælium ſemper ferè cum Scipione ſolitum ruſticari.* lib. 2. de Oratore.

Cic. *Jam id quidem ſæpè, inquit Catulus, ex eo audivi, cùm diceret, ſibi certum eſſe à judiciis, cauſiſque diſcedere.* lib. 2. de Oratore.

Idem. *Atque ego hoc ex iſtis ſæpè audivi cum dicerent.* Ibidem 3.

Idem. *Sæpeque ex eo audivi, cum ſe ſcribere neque conſueſſe, neque poſſe diceret.* In Bruto.

Plaut. Merc. *Biennium jam factum eſt, poſtquam abii domo.* Prologo.

Plaut. Menæch. *Hic annus ſextus, poſtquam rei huic operam damus*, ſc. Nulla.

Cic. Atti. *Facile patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum.* lib. 16. 15.

Plautus Sti. *Nam tertius hic eſt annus, ut noſtri domo.*
Viri abierunt. ---- ſc. 1.

Ter. Phor. *Diis gratias agebat, tempus ſibi dari, Ubi ſe oſtenderet.* ---- ac. 4. 2.

Ter. Hec. --- *poſtquam ad te venit, menſis hic agitur ſeptimus.* ac 3. 3.

Plautus Trucu. *Verum tempeſtas memini cùm quondam fuit.*
Cum inter nos ſorderemus unus alteri. ſc. Num tibi.

Cum, *pro quamvis*, tamen.

Cic. *Cum etiam plus contenderimus quàm poſſumus, minus tamen faciemus, quàm debemus.* lib. 1. 8.

Cic. *Qui cum illa ſentirent in Rep. quæ ego agebam, me tamen non ſatisfacere Pompeio gaudere ſe ajebant.* lib. 1. 9.

Idem. *Cui cum Cato & Caninius interceſſiſſent, tamen eſt perſcripta.* lib. 1. 2

Cic. *Quæ cogitatio, cum mihi non omninò excidiſſet (etenim penitus inſederat) vi tamen tempeſtatum, & concurſu calamitatum erat aliquantum labefactata* lib. 5. 13.

Idem. *Et in Atilii negotio te amavi, cum enim ſerò veniſſem, tamen honeſtum equitem Romanum beneficio tuo conſervavi.* lib. 13. 62.

Cæſar. *Milites cum toto tempore, frigore, & aſſiduis imbribus transderentur, tamen continenti labore omnia hæc ſuperaverunt.* 7. de bel. Gal.

Plaut. Ruden. ---- *cum exiviſſem ex aqua, arerem tamen.* ſc. Qui homo.

Varro. *Cum hæc adminicula addas ad erudiendum voluntatem impoſitorũ, tamen latent multa.* lib. 6. De lingua lat. princ.

Hor. ---- *cum ſis nihilo ſapientior ex quo*
Plenior es, tamen uteris monitoribus iiſdem.
--- lib. 2. epiſt. 2.

Idem. ---- *Teucer, Salamina patremque,*
Cum fugeret, tamen uda Lyæo
Tempora populea fertur vinxiſſe corona l. 1. Od. 7

Ovid. *Omnia cum ſubeant, vincis tamen omnia conjux.* 3. triſt. 3.

Idem. *En ego cum patria caream, vobiſque, domoque & cæt.*
Ingenio tamen ipſe meo comitorque, fruorque. 3. triſt. 7.

Cum, attamen.

Martialis. *Nil benè cùm facias, facis attamen omnia bellè.* lib. 2. 7.

Cum, nihilo minus.

Julianus. *Nam & cum ante nuptias pater moreretur, nihilo minus hæredes ejus ex promiſſione obligati manebunt.* l. Si pater. 44. ff. de Jure dot.

Hirtius. *Qui, cum in illa ſocietate verſarentur rapinarum, nihilo minus oderant eum, cujus nomine peccabant.* De bello Alexandrino.

Cum, utique.

Ulpian. *Si filio injuria facta ſit, cum utrique, tam filio, quàm patri, acquiſita actio ſit, non eadem utique facienda æſtimatio eſt.* l. Servo. 30. ff. de Injuriis.

Cum, tamen nihilo minus.

Varro. *Itaque in veſtitu, cum diſſimilima ſit virilis toga tunicæ muliebri, ſtola pallio, tamen inæqualitatem hanc ſequitur nihilominus.* De lin. lat. lib. 9.

Appen. Cum pro quamvis, abſolutè poſitum.

Cic. *Nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, cum ad multa acceſſerim, ut vix pede tentare id poſſim.* lib. 2. De legibus.

Cum, tum, Particulæ conjunctivæ ſeu copulativæ, ut elegantes, ita nuſquam non apud Latini iſtius ſeculi ſcriptores legentibus obviæ ſunt.

Cic. *Cum cæteris, ut quidem videor, tum mihi ipſe diſpliceo.* lib. 4. 13.

Cic. *Omnino cum miſerior res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior.* lib. 4. 2.

Cic. *Te verò moneo cum beneficiis tuis, tum amore incitatus meo* lib. 1. 7.

Idem. *Turpis enim excuſatio eſt, & minimè accipienda, cum in cęteris peccatis, tum ſi quis contra Remp. ſe amici cauſa feciſſe fateatur.* In Lælio.

Cic. *Lentulum noſtrum eximia ſpe, ſummæ virtutis adoleſcentem, cum cæteris artibus, quibus ſtuduiſti ſemper ipſe, tum in primis imitatione tui fac erudias.* lib. 1. 7.

Idem. *Neque enim Alexander ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimum pingi, & à Lyſippo fingi volebat, ſed quòd illorum artem, cum ipſis, tum etiam ſibi gloriæ fore putabat.* lib. 5. 12.

Cic. *Cum per ſe mihi gratum fuit, tum quòd ſignificaſti tibi omnia mea mandata curæ fore.* lib. 3. 8.

Cic. *Cum ipſam cognitionem juris auguralis conſequi cupio, tum mehercule tuis incredibiliter ſtudiis erga me, muneribuſque delector.* libr. 3. 9.

Cic. Atti. *Purè loquuntur literæ, cum humanitatis ſparſæ ſale, tum inſignes amoris notis.* lib. 1. 11.

Cic. Atti. *Sed accipienda plaga eſt, ſumus enim flagitioſè imparati, cum à militibus tum à pecunia.* lib. 7. 11.

Cic. Atti. *Statim dedi litteras, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent, ob eamque cauſam, tum ob ceteras Salaminii nos in cælum decretis ſuis ſuſtulerunt.* lib. 6. 2.

Livius. *Servilius lenibus remediis aptior: concitatos animos flecti, quam frangi, putabat cum tutius, tum facilius eſſe.* dec. 1. libr. 2.

Cum, tum etiam.

Cic. Atti. *Ut ego perſpicio cum mea conjectura, tum*

etiam

etiam tua. lib. 3. 13.

Cic. F. *Cujus cum frugi, ſeveraque eſt vita, tum etiam jocundiſſima convictio.* lib. 16. 21.

Idem. *Juvitque me tibi cum ſummam humanitatem, tum etiam tuas litteras profuiſſe.* libro 6. 6.

Cic. *Nam cum te ipſum, ex quo tempore tu me diligere cœpiſti, quotidie pluris feci, tum acceſſerunt etiam conjunctiones neceſſariorum tuorum.* lib. 3. 4.

Lentulus Senatui. *Homo mihi cum familiaritate tum etiam ſenſibus in Rep. conjunctiſſimus.* lib. epiſt. famil. 12. 15.

Cic. *Cum virtutibus, tum etiam fortuna, ſi quid hoc ad rem pertinet, ornatus.* lib. 13. 13.

Caſſius Cic. *Cum ipſius cauſa gaudeo, tum me herculè etiam omnium noſtrorum* lib. 15. 19.

Cæſar. *Qui cum magnæ partis harum regionum, tum etiam Britanniæ imperium obtinuerit.* 2. de bel. Gal.

Cum, tum, verò.

Cic. Q. Fr. *Quæ cum abhorrent à litteris, ab humanitate, tum verò contraria ſunt imperio, ac digni tati.* lib. 1. 1.

Cic eidem. *Quod vitium cum in hac privata, quotidianaque vita levis eſſe animi, atque infirmi videtur: tum verò nihil eſt tam deforme, quàm ad ſummum imperium etiam acerbitatem naturæ adjungere.* Ibidem.

Cic. *Propterea, quòd cum omnia mihi tempora ſunt miſera, tum verò, cum aut ſcribo ad vos, aut veſtras lego, conficior lacrymis* lib. 14. 4.

Cic. Atti. *In quibus ego cum antea, tum verò poſt diſceſſum fratris te, ſermoneſque noſtros deſidero.* lib. 1. 15.

Cic. *Socrates omnium eruditorum teſtimonio totiuſque judicio Græciæ, cum prudentia, & acumine, & venuſtate & ſubtilitate, tu verò eloquentia, varietate, copia, quam ſe cunque in partem dediſſet, omnium fuit facile princeps.* 3. de Oratore.

Cic. *Quorum cum adventus graves, cum faſces formidoloſi: tum vero judicium, ac poteſtas erit non ferenda.* De lege Agra. contra Rul. in Senatu.

Cum, tum verò etiam.

Cic. Q. fra. *Alienus autem noſter, cum animo & benevolentia, tum verò etiam imitatione vivendi.* lib. 1. 1.

Idem eidem. *Hominis eſt, & cum ipſa natura moderati, tum verò etiam doctrina, atque optimarum artium ſtudiis eruditi.* Ibid.

Cum, tum, tum.

Cic. *Veliſque per te me hoc muneris, cum ipſis amicis hominibus, tum municipio Caleno, qui cum mihi magna neceſſitudo eſt, tum Leptæ, quem omnibus antepono, dare.* lib. 9. 13.

Cum, tum, denique.

Cic. *Quo audito vehementer ſum commotus, cum de Syria, tum de mea provincia, de reliqua denique Aſia.* lib. 15. 4.

I. *Appen.* Cum, *aſſumit*, tum, *unà cum ſuperlativo.*

Cic. *Sed cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis, & diligendis, & colendis.* In Lælio.

Marcellus Cic. *Plurimum valuiſſe apud me tuam ſemper auctoritatem, cum in omni re, tum in hoc maximè negotio potes exiſtimare.* lib. 4. 11.

Cic. *Diligentia cum omnibus in rebus, tum in cauſis defendendis plurimum valet.* lib. 2. de Orat.

Cæſar. *Idque adeò haud ſcio mirandum ne ſit, cum compluribus aliis de cauſſis, tum maximè, quòd, &c.* lib. 5. de bel. Gall.

Gellius. *Conſuetudo vicit, quæ cum omnium domina rerum, tum maximè verborum eſt.* libr. 12. c. 13.

Cic. Atti. *Solicitum eſſe te, cum de tuis, communibuſque fortunis, tum maximè de me, ac dolore meo, ſentio.* lib. 11. 6.

Colu. *Præcipua cura domini requiritur, cum in cæteris rebus, tum maximè in hominibus* libr. 1. 7.

Plau. Mili. *Scio & perſpexi ſæpè, verùm cùm antehac, tum hodie maximè, ſc.* Quid modi.

Colu. *At ego cum omne genus ruris, niſi diligenti cura, ſciteque exerceatur, fructuoſum eſſe non poſſe judicem; tum vel maximè vineas.* libro 4. 3.

II. *Appen.* Cum *aſſumit* tum, *cum voce graviore, ut: certè præcipuè, profectò meherculè imprimis, utique &c.*

Cic. *Et ſermo cum familiariſſimi hominis, tum optimi, & prudentiſſimi viri.* lib. 6. 4.

Cic. *Hoc ego cum reip. cauſa cenſui, tum meherculè in primis retinendæ dignitatis tuæ.* lib. 12. 22.

Cic. *Cum mihi multa grata ſunt, quæ tu adductus mea commendatione feciſti, tum in primis quòd M. Marcilium, amici atque interpretis mei filium liberaliſſimè tractaviſti.* lib. 13. 54.

Cic. *Ego cum antea ſtudioſè commendabam Marcilium, tum multo nunc ſtudioſius.* Ibid.

Cic. *Id fit cum plurimis ejus officiis, tum ſumma probitate & ſingulari modeſtia.* lib. 13, 63.

Cic. Atti. *Quoniam tecum ſcripta tum res, meæ delectant.* lib. 2. 1.

Cic. Q. fr. *Servos cum omnibus in locis, tum præcipuè in provinciis regere debemus.* lib. 1. 1. & ad Brutum, epiſtola. 8.

Cic. Atti. *Quod profectò cum ſua ſponte, tum te inſtante faciet.* lib. 3. 15.

Cic. Atti. *Quam ego cum mea ſponte, tum tuis ſermonibus æſtimo plurimi.* lib. 5. 12.

Cic. Atti. *Ex victoria cum multa mala, tum certè tyrannis exiſtet.* lib. 7. 5.

Cic. *Te cum ſemper valere cupio, tum certè dum hic ſumus.* lib. 7. 4.

Cic. Bruto. *Me quidem cum rationes, quas collegeras, tum auctoritas tua à nimio mœrore deterruit.* epiſtola. 13.

Varro. *Cum is humor modicus, cum ad multas res, tum ad agriculturam pertineat vehementer.* De re Ruſt. lib. 1. 55.

Varro. *Cum hæc eadem ut habeant verres videndum, tum utique ſint cervicibus amplis.* lib. 2. 4. Itidem. lib. 39.

Cic. *Cum alia multa certi homines, tum hoc vel maximè moliuntur, ut.* Pro Flacco.

Cæſar. *Fortuna, quæ plurimum poteſt cum in reliquis rebus, tum precipuè in bello.* 3. de bello civili.

III. *Appen. Fit interdum ut* Tum *vocem graviorem, ſimulque ſuperlativum ſibi adſciſcat.*

Cic. *Qui cum conſuetudine quotidiana, tum officiis plurimis maximiſque mihi conjunctus eſt.* l. 13. 43.

Cic. *Mirum in modum gaudeo, idque cum ipſius cauſa, tum quòd te omnibus ſecundiſſimis rebus digniſſimum judico.* lib. 15. 9.

Ad Heren. *Exornatio hæc cum multum venuſtatis habet, tum gravitatis, & acrimoniæ plurimum.* lib. 4.

IV. *Appen* Cum, tum, *Verbis indicativi modi libenter copulantur.*

Hoc ſatis teſtantur exempla magno numero premiſſa.

V. *Appen.* Cum, tum, *inveniuntur etiam ſubjunctivo juncta.*

Cic. F. *Nam cum maximam cepiſſem lætitiam ex humaniſſimi, & cariſſimi patris epiſtola: tum verò jocundiſſimæ tuæ litteræ cumulum mihi gaudii attulerunt.* lib. 16. 21.

Cic. Atti. *Planè illum ab ſe alienatum, cum antè intelligeret, tum verò proximè judicaſſet.* lib 7. 4.

Cic. Atti. *Quos ego equites R. quos ſenatores vidi qui accerimè cum cetera, tum hoc iter Pompeii vituperarent?* lib. 7. 5.

Cic. *Qui, cum ſuis laudibus, tum verè te filio ſuperaſſet omnium fortunam.* lib. 2. 2.

VI. *Appen.* Cum, tum, *uno verbo copulata.*

Cic. *Cum multa eximia, divinaque videntur Athenæ tuæ peperiſſe, tum nihil melius illis myſteriis.* lib. 2. De legibus.

Cic. Q. fra. *Etſi diſtentus, cum opera, tum animo ſum multo magis.* lib. 3. 8.

Livius. *Cum ea res animos facit, tum agri fœcunditas, & multitudo hominum.* dec. 4. lib. 8.

Cic. Atti. *Valdè mihi placebat, cum ſenſus ejus de rep. tum ſcribendi cura.* lib. 15. 7.

Cic. *Cum enim te ſemper magnum hominem duxi, tum quòd his temporibus es prope ſolus in portu.* lib. 9. 6.

Colu *Hæc autem cum hominibus afferant perniciem, tum & armentis.* lib. 1. 5.

VII. *Appen.* Cum, tum, *diverſis verbis ejuſdem modi copulata.* Hac de re Valla lib. 2. c. 22.

Cic. *Et cum ipſi, quæ feciſti pergrata ſunt: tum Pompeius quotieſcunque me videt (videt autem ſæpiſſimè) gratias tibi agit ſingulares.* lib. 13. 41.

Idem. *Eum tibi unicè commendo, eoque magis, quòd, cùm ipſum diligo, tum quòd negotià procurat L. Egnatii Ruffi.* lib. 13. 43.

Idem *Et cum tua, & mea maximè intereſt te valere; tum multis eſt curæ.* lib. 16. 6.

Idem. *Mea quidem ratio cum in præteritis eſt rebus cognita: tum in reliquis explorata, atque proviſa eſt.* lib. 1. in Verrem

Teren. Phor. --- *Cum mihi paveo, tum Antipho me excruciat animi.* ac. 1. 4.

Cic. Brut. *Quòd cum honoribus ampliſſimis à ſenatu eſſet Lepidus ornatus, tũ etiam paucis antè diebus preclaras litteras ad ſenatum miſiſſet.* epiſtola. 16

VIII. *Appen.* Cum, tum *Diverſis verbis diverſorum modorum copulata.*

Cic. *Sed cum me vobis purgatum eſſe cuperem: tum etiam*

etiam veſtra in me attentè audiendo benignitas provexit orationem meam. Pro domo ad Pontifices.

Cic. *Sentio jus legatorum cum hominum præſidio munitum ſit, tum etiam divino jure eſſe munitum.* De aruſpi. reſponſis.

IX. *Appen.* Cum, tum *ejuſdem verbi iteratione connexa.*

Cic. Atti. *Avere te certo ſcio, cum ſcire quid hic agatur, tum à me ſcire.* lib. 4. 3.

Cic. Bruto. *Cum multa graviter ferrem, tum nihil tuli gravius, quàm me non poſſe matris tuæ precibus cedere* epiſtola 16.

X *Appen.* Cum, tum, *ſine verbo copulata.*

Cic. *Credo Syronem dicis & Philodamnum, cum optimos viros, tum doctiſſimos homines.* lib. 2. de Finibus, extremo.

XI. *Appen. Interdum,* Cum, *generale quid habet conjunctum,* tum, *verò ſpeciale.*

Cic. *Luxuria cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt.* 1. Offic.

Cæſar. *Multum cum omnibus in rebus, tum in re militari fortuna poteſt.* 6. de bel. gal.

Hirtius. *Qui cum in omnibus dimicationibus, & ſcientia & virtute præſtitiſſent, tum maximè illo tempore totum onus ſuſtinere non recuſabant.* De bello Alexand.

XII. *Appen. Interdum per,* cum, tum, *duo ſpecialia connectuntur.*

Cic. Q. fr. *Cum ſpe ſum maxima, tum majore etiam animo.* lib. 1. 2.

Cic. *Mirifice eum diligo, cum propter ſummum ejus ingenium, ſummamque doctrinam, tum propter ſingularem modeſtiam.* lib. 2. 14.

Cæſar. *Cum loci natura, tum munitio caſtrorum aditum prohibebat* 2. de bello civili.

XIII. *Appen.* Cum *propter,* tum, *propter.*

Cic. *Cui, cum propter virtutes, tum etiam propter ſtudia communia ſum amiciſſimus.* lib. 12. 24.

XIV. *Appen.* Cum *propter* tum *quòd.*

Cic. *Valde eum diligo, cum propter ſummam probitatem ejus, tum quòd in iis controverſiis, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis, optima ejus opera uti ſoleo.* lib. 9. 25.

Salluſt. *Cum propter bonas artes, tum maximè quòd.* Jugurt.

XV. *Appen.* Cum aliis de cauſis, tum ut.

Cic. Q. fra. *Accipiendum non putavi, cum aliis de cauſis, tum etiam ut animo æquiore ferrent.* l. 1 1.

XVI. *Appen.* Cum propter, tum quia.

Salluſt. *Cum propter uſum belli, tum quia res aſpera videbatur.*

XVII. *Appen.* Cum multum hoc, tum non minimum illud.

Cic. Atti. *Nos cum multum litteræ, tum non minimum Idus quoque Martiæ conſolantur.* l. 14 13.

XVIII. *Appen.* Cum multum, tum plus.

Columella. *Nam cum multum prodeſt peritè quid facere, tum plus obeſt perperam feciſſe.* l. 1. c. 8.

XIX. *Appen.* Cum quòd, tum quòd.

Cæſar. *Id erat perexiguum, cum ipſius agri natura, quòd ſunt loca aſpera, &c. tum, quòd Pompeius hæc providerat.* 3. de bello civili.

XX. *Appen.* Ob eamque cauſam, tum ob ceteras.

Cic. Att. *Ob eamque cauſam, tum ob ceteras, Salaminii nos in cœlum decretis ſuis ſuſtulerunt.* l. 6. 2.

XXI. *Appen.* Cum ob ea, tum quòd.

Cic. Atti. *Non fuit eundum, cum ob ea, quæ ad te ſcripſi, tum quòd Cæſar adeſt.* lib. 13. 46.

Cùm, *ſignificatione temporis,* Tum.

Cic. *Si valebis, cùm rectè navigari poterit, tum naviges.* lib. 16. 11.

Idem. *Sed caſu neſcio quo, in ea tempora noſtra ætas incidit, ut, cùm maximè florere nos oporteret, tum vivere etiam puderet.* lib. 5. 15.

Idem. *Cùm aliquid videbatur caveri poſſe, tum id negligi dolebam.* lib. 6 22.

Idem. *Quem cùm objurgarem, quòd parum valetudini parceret, tum ille nihil ſibi fuiſſe longius, quàm ut videret.* lib. 11. 27.

Idem. *Cùm inimici noſtri venire dicentur, tum in Epirum ibo.* lib 14. 3.

Plau. Trucu. *Hoc nobis vitium maximum eſt: cum amamus, tum perimus.* ſc. Ad fores.

Cic. *Cum incendiſſes cupiditatem meam conſuetudinis augendę noſtrę (nam ad amorem quidem nihil poterat accedere) tum diſcedis à nobis.* l. 15. ult.

Cic. Atti. *Cum erimus congreſſi, tum ſi quid res feret, coram inter nos conferemus.* lib. 1. ult.

Teren. Phor. *Quamobrem, cum ſecundæ res ſunt maximè, tum maximè*
Meditari ſecum oportet, quo pacto adverſam ærumnam ferant. act. 1. 5.

Cum, tum denique.

Cic. *Apud judicem cauſam priore loco dicat: & eam cum perorârit, tum denique vocem accuſatoris audiat.* Pro Quintio.

Varro. *Cum oblivione jam lactis non deſiderant matrem, tum denique compellendum in gregem ovium.* lib. 2. 2.

Cum, tum, jam.

Gellius. *Cum vero prope ad manus ventum eſt tum jam è propinquo hoſtis, & impetu propulſandus, & clamore terrendus eſt.* lib. 1. c. 11.

Cum, jam, tum.

Cic. Atti. *Hæc cum ſcriberem, jam tum exiſtimabam ad te orationem eſſe perlatam.* lib. 15. 13.

Cum, jam tunc.

Ter. Eu. ---- *cum inde ab eo, jam tunc inceperat Turba inter eos.* ---- ſc. 4. 4.

Cum *admittit etiam particulas,* jam, tunc, ſtatim, continuò.

Cic. *Cum hæc legeres, jam decretum arbitrabar fore:* lib. 10. 10.

Ovid. *Septimus huic oriens, cum ſe demiſerit undis, Fulgebit toto jam Lyra nulla polo.* 1. Faſt.

Ovid. *Cum Patriam amiſi, tunc me periiſſe putato* 3. triſt. 3.

Plaut. Mercat. *Senex cum ex templo eſt, jam nec ſentit, nec ſapit.* ſc. Profecto.

Cic. *Cum rem penitus, cauſamque cognovi, ſtatim, occurrit animo, quæ ſit cauſa ambigui.* lib. 2. de Orat. Item ad Bru, 18. epiſtola.

Plaut. Amphi. ---- *quum in mentem venit, Illic hos homo denuò volt pallium detexere.* ſc. 1.

Cic. Atti. *Cum in ſpem venero, de compoſitione aliquid me conficere, ſtatim vos certiores faciam.* lib. 9. 11.

Cic. *Cum te ſummis laudibus extulerunt, mihi continuò maximas gratias agunt,* lib. 9. 14.

Cæſar. *Cum Lentulus conſul ad aperiendum ærarium veniſſet, protinus.* 1. de bello civili.

Idem. *Cum Siciliam recepiſſet, protinus in Africam transducere exercitum jubet.* Ibidem.

Hirtius. *Caſtra cum movere vellet, ſubitò ex oppido erupit multitudo.* de bel. Afric.

Idem. *Quæ res cum animadverſa eſſet, ſubitò legionarii conſiſtunt.* Ibidem.

Plaut. Capt. *Memini cum dicto haud audebat, facto nunc lædat licet.* ſc. Jam.

Plau. Moſtel. *Illicò intra limen aſtate illic, ut, cùm extemplò vocem, continuò exiliatis.* ſc. penult.

Demum, ſi.

Plaut. Mer. --- *Servata res eſt demum, ſi illam videro,* ſc. Divum.

Demum cum, tunc. *vide* Tunc.

Pl. Mer *Demum igitur cum ſenex ſis, tunc in ocium Te colloces, dum poteſtur* --- ſc. Tandem.

Diu eſt, cùm.

Plaut. Mer. --- *Puer eſt ille quidem ſtulta. Nam illi quidem haud ſane diu eſt, cum dentes exciderunt.* ſc. Amice.

Diu eſt, quod, *vide* Jamdiu.

Gellius. *Induciarum autem vocabulum, qua ſit ratione factum, id diu eſt, quod quærimus.* l. 1. c. 25.

Diu eſt, poſtquam, *vide* Jamdiu.

Diutius, quàm quoad.

Cic. *Id ſperaſti remp. diutius, quàm quoad mecum ſimul expulſa careret his mœnibus, eſſe laturam?* Pro domo ſua. fin.

Diverſus, quàm, *id eſt*, Alius, quàm.

Plinius. *Eruca diverſæ eſt, quàm lactuca, naturæ.* lib. 19. c. 8.

Quintil. *Pranſus quoque, & potus diverſum valent, quam indicant.* lib. 1.

Diu, denique.

Ovid. *Tuta diu volucrum proles, tum denique cæſa eſt.* 1. Faſt.

Dudum, cùm.

Plaut. Menæch. *Nimis ſtultè dudum feci, cùm mar ſupium Meſſinioni cum argento concredidi.* ſc. Nimis.

Plaut. Menæch. *Scilicet qui dudum tecum venit quò pallam mibi Detuliſti, quam ab uxore tua ſurripuiſti.* ſc. Sin fores.

Dum non, *id eſt*, modo non.

Plinius. *Atque adeò nihil largiatur princeps, du[m] nihil auferat: non alat, dum non occidat.* Pane[g.]

Venuſeius. *Hos accuſare non licet, legatum Imp[e]ratoris, &c. eumve, qui reipublicæ cauſa à furri[s] dum non retractandæ legis cauſa abeſt.* l. 12. ff. [de] accuſationibus.

Dum ne.

Brut. Cic. *Interpellent me quominus honoratus ſi[m] di*

dum ne interpellent, quo minus reſpublica à me commodè adminiſtrari poſſit. lib. 11. 10.

Cic. Atti. *Tu autem meminiſti nos ſic agere, ut quot vellet præfecturas ſumeret, dum ne negotiatori.* lib. 6. 1.

Cic. Atti. *Ego ſi cui adhuc videor ſegnior fuiſſe, dum ne tibi videar, non laboro,* lib. 8. 11.

Ter. An. *Quidvis cupio, dumne ab hoc me falli comperio.* ac. 5. 3.

Cato. *Id faciat ſæpè, dum ne laſſus fiat.* De re Ruſt. lib. 1. 5.

Idem. *Quàm altiſſimam vineam facito, alligatoque recto, dum ne nimium conſtringas.* lib. 1. 33.

Plaut. Capt. *Dumne ob malefacta per eam, parvi id æſtimo.* ſc. Injicito.

Plau. Bac. -- *Paciſcere ergo obſecro, quod tibi lubet, Dumne manifeſto homine opprimat, neve enecet.* ſc. meam.

Plaut. Aulu. ---- *ne id te pigeat proloqui. EV. dum quidem ne quid perconteris quod mihi non lubeat loqui.* ſc. Præſagibat.

Ovid. *Vel patiare licet, dum ne contempta relinquar.* 3. Heroid.

Plau. Trin. *Dum ille ne ſis, quem ego eſſe nolo, ſis mea cauſa quod lubet.* ſc. huic.

Hor. -- - *Cum te neque fervidus æſtus*
Dimoveat lucro, neque hiems, ignis, mare, ferrum.
Nil obſtet tibi, dumne ſit te ditior alter. Sati. 1.

Celſus. *Sufficit tibi permitti tollere ex his rebus quæ poſſis: dum ita, ne deterior ſit fundus,* l. in fundo 38. ff. de rei vindicat.

Gaius. *His autem poteſtatem facit lex, pactionem quam velint ſibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant* l ult. ff. de collegiis & corporibus.

Dummodo, *id eſt, Si modo, Tamen ut, Dum tamen.*

Cic. F. *Sed omnia poſtpoſui, dummodò præceptis patris parerem.* lib. 16. 21.

Plaut. Amphi. ---- *abſit, dummodò*
Laude parta domum recipiat ſe. ſc. Satin.

Livius. *Dummodò virum honoratum videret* lib. 1.

Teren. Eu. *Mea nil refert, dum potiar modò* ac. 2. 3

Ter. Heau. *Sumat, conſumat, perdat: decretum eſt pati, Dum illum modò habeam mecum.* ac. 3. 1.

Ter. Adel. *Satis mihi id habeam ſupplicium, dum illos ulciſcar modò.* ac. 3. 2.

Ulp. *Periculum rei ad emptorem pertinet: dum modò cuſtodiam venditor ante traditionem præſtet.* l. eum qui. 14. ff. de furtis.

Dum modò, ne.

Cic. Q. Fr. *Sit ſumma in jure dicendo ſeveritas, dum modò ea ne varietur gratia.* lib. 1. 1.

Cic. Atti. *Id ipſum ſcribas velim, te nihil habuiſſe, quod ſcriberes, dum modò, ne his verbis.* lib. 12. 44.

Ulp. *Dum modò ne quis in plebeio operis publici pœnam excedat.* L. ff. de effractoribus & expilat.

Dum, pro dummodo.

Pl. Bac. *Næ ille edepol Epheſi multo mavellem foret, Dum ſalvus eſſet quàm reveniſſet, domum,* ſc. Atridæ Idem Capt. ſc. Injicite.

Ter. Adel. ... *quaſi tibi quicquam ſint viginti minæ. Dum huic obſequare,* ---- ac. 2. 2.

Ter. Phor. ---- *non pudet.*
Vanitatis? DO. minime, dum ob rem. -- ac. 3. 3.

Hirtius. *Nullumque periculum deprecaturos, dum per eos Cæſari provincia reſtitueretur.* De bello Alexand.

Salluſt. *Nihil tam aſperum, neque tam difficile eſſe, quin cupidiſſimè facturi eſſent, dum ea res civitatem ære alieno liberaret.* In conjurat.

Dum tamen.

Marcianus. *Permittitur tenuioribus ſtipem menſtruam conferre, dum tamen ſemel in menſe coeant.* l. 1. ff. De collegiis & corporibus.

Idem. *Religionis cauſa coire non prohibentur, dum tamen per hoc non fiat contra ſenatus conſultum.* Ibid.

Ulpianus. *In his igitur publicè licet cuilibet ædificare & deſtruere: dum tamen hoc ſine incommodo cujuſquam fiat,* L. fluminum 24. ff. De dam. infecto.

Dum modò, ne quid.

Cic. *Veniendum cenſeo, dummodò ne quid hæc ambitioſa feſtinatio imminuat ejus gloriæ, quam conſecuti ſumus.* lib. 13. 25.

Dum modò, non.

Ulpian. *Si ſervus ad hoc erit manumiſſus, ne torqueatur: dummodo in caput domini non torqueatur, poſſe eum torqueri divus Pius reſcripſit.* l. 1. §. 8. ff. de quæſt.

Idem. *Solent autem ex hoc extra ordinem plecti: dummodò non debeat opus metalli hæc pœna in plebeis egredi,* l. 3. ff. Stellionatus.

Dum, interea, *tempus ſignificat.*

Dum, interea loci.

Cic. *Hæc dum Romæ geruntur, Quintus interea, contra jus, conſuetudinem, edicta prætorum, de ſaltu, agroque communi, à ſervis communibus vi detruditur.* Pro Quint.

Cic. *Dum is in aliis rebus erat occupatus, qui ſummam rerum adminiſtrabat: erant intereà, qui ſuis vulneribus mederentur.* Pro Roſ. Ameri.

Ter. Eu. *Hæc dum mecum reputo, accerſitur intereà virgo.* ac. 3. 5. Item Virg. 12. æn.

Ter. Heau. *Tu hîc nos, dum eximus, interea opperibere.* ac. 4. 6. Item Adel. 5. 2.

Idem. *Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci*
Conlocupletaſti te Antiphila --- act. 2. 2.

Plaut. Aſi. *Dum reperiam, qui quæritent argentum in fœnus, hîc vos*
Dormitis intereà domi, atque herus in hara, haud ædibus habitat. ſc. Quid hoc.

Plaut. Amphi. --- *Dum hæc aguntur, interea uxorem tuam*
Neque gementem, neque plorantem noſtrum quiſquam audivimus. ſc. Spes.

Ter. Eu. *Dum hæc loquimur, intereà loci ad macellum ubi advenimus,*
Concurrunt læti mi obviam cupedinarii. act. 2.2.

Dum, Interim.

Plaut. Mili. *Dum te obtuetur, interim linguam oculi præciderunt,* ſc. Hera.

Cujus loci perelegans reſtitutio, viro longè doctiſſimo Juſto Lipſio, amico noſtro debetur.

Plaut. Menæch. --- *dum coquitur, interim potabimus.* ſ. anime mi.

Hirtius. *Dum hæc opera, quæ ante dixi, fiebant à legionibus, interim pars aciei ante opus inſtructa ſub hoſte ſtabat.* de bell. Africano.

Plaut. Trinum. *Sed dum illi ægrotant, interim mores mali,*
Quaſi herba irrigua ſuccreverunt uberrimè. ſc. Amicum, & ſc. ut mihi. Item Ruden. Prologo. & ſc. Quam mox.

Dum, tantiſper. *Vide* Tantiſper.

Terent. Adel. *Dum id reſcitum iri credit; tantiſper cavet:*
Si ſperat fore clam; rurſum ad ingenium redit. ſc. 1.

Dum, nunquam.

Plaut. Pſeu. --- *Dum ego vivus vivam, nunquam eris frugi bonæ.* ſc. Pſeudole.

Dum, necdum.

Virg. *Ac dum prima lues udo ſublapſa veneno*
Pertentat ſenſus atque oſſibus implicat ignem,
Necdum animus toto percepit pectore flammam. 7. æn

Dum, dum.

Catull. *Sic virgo dum intacta manet, dum cara ſuis.* In carmine nupt. Prius dum ſignificat quoad: ſequens, uſque eò, ut monet Quintil. lib. 9. c. 3.

Plau. Trucu. *Is amatur apud nos, qui quod dedit, id oblitus eſt datum.*
Dum habeat, dum amet: ubi nihil habeat, alium quæſtum cœpiat. ſc. 2.

Cujus loci reſtitutionem Dionyſio Lamb. acceptam ferimus.

Appen Dum, particula temporis, poſt Nomina.

Cic. *Ubi perpaucos dies, dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, commorabor.* lib. 3. 5.

Ter. Heau. *Unus eſt dies, dum argentum eripio.* --- ac. 4. 2.

Plaut. Trucu. ſc. Num tibi. & ſc. --- Blitea. Item Varro. lib. 2. 2.

Ter. Heau. --- *noſti mores mulierum:*
Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt, act. 2. 1.

Ter. Adel. --- *hæc dum dubitas, menſes abierunt decem,* act. 4. 5.

Teren. Phor. *Nequeo exorare, ut maneat, & illo cum ut mutet fidem.*
Triduum hoc, dum id, quod eſt promiſſum, ab amicis argentum aufero. act. 3. 2.

Ter. Hec. --- *ubi totum deſedi diem, Myconium hoſpitem dum expectò.* act. 5. 3.

Cæſar. *Hoc unum eſſe tempus de pace agendi, dum ſibi uterque confideret.* de bello civili.

Dum; abſolutè poſitum, *vide* Interim.

Ter. Phor. --- *dum igitur licet, dumque adſum, loquimini mecum Antipho.* act. 3. 3.

Ea, quia, *cauſſale.*

Plaut. Perſa. *Ea vobis grates habeo atque ago, quia probe ſum ultus meum inimicum.* ſc. Hoſtibus.

Ea re, quia.

Cic. Atti. *Ea re non venit in mentem, quia nihil attinuit.* lib. 12. 18.

Ea re

Ea re, quòd.

Brutus Atti. *An hoc ipſum ea re facit, quòd illi propter amplitudinem omnia jam, ultroque deferenda putat?* Brutum epiſt. 21.

Eà, qua. *loci.*

Cæſar. *Seſe poſſe, & audere eà tranſire flumen, quà tranſductus eſſet equitatus.* lib. 1. de bello civili.

Eatenus, quoad, *id eſt, hactenus, eò uſque.*

Cic. Q. Fr. *Quorum ſi quis forte eſſet ſordidior, ferres eatenus, quoad per ſe negligeret eas leges, quibus eſt adſtrictus.* lib. 1. 1.

Cic. *Nec vero eos qui ei muneri prẹfuerunt, univerſi juris expertes fuiſſe exiſtimo: ſed hoc, civile quod vocant, eatenus exercuerunt, quoad populo prẹſtare voluerunt.* lib. 1. de legibus.

Quoad, abſolutè.

Ad Heren. *Reliquas prẹceptiones, quoad videbitur, in tertium librum transferant.* lib. 2.

Cic. *Quoniam P. Seẹvola id ſolum eſſe ambitus ẹdium dixerit, quoad parietis communis regendi cauſa tectum projiceretur.* In Topicis.

Eatenus, quatenus.

Javolonus. *Furti eatenus habet actionem, quatenus ejus intereſt.* l. Fullo. 90. ff. De furtis.

Ulpian. *Dicendum eſt eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt.* l. Sed & ſi, 25. §. 8. de hæred. petit.

Labeo. *Eatenus eam obligationem contrahi puto, quatenus vir bonus de ſpatio temporis ẹſtimaſſet.* l. Inſulam. 58. ff. loca conduc.

Florentinus. *Quod verò ita conductum ſit, ut in pedes menſuraſve prẹſtetur, eatenus conductoris periculo eſt, quatenus admenſum non ſit.* l. opus. 36. ff. eodem.

Gaius. *Eatenus tamen dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior eſt.* l. eatenus 10. ff. de inſtit. act.

Paulus. *Hẹ actiones heredibus dantur, in heredes eatenus dandẹ ſunt, quatenus ad eos pervenit,* l. Pedius 4. ff. De incendio, ruina, naufra.

I. *Appen.* Ex ea parte, quatenus.

Cic. *Sed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum qui epiſtolas accipiant, fieri ſcribis ne ad nos perferantur.* .... lib. 4. 4.

II. *Appen.* Ex illa parte, qua.

Macer. *Sepulchri violati crimen poteſt dici ad legem Juliam de vi publica pertinere, ex illa parte qua de eo cavetur, qui fecerit quid, quo minus aliquis funeretur.* l. 8. ff. De ſepul. violato.

Eatenus, qua, pro quatenus.

Quintilianus. *Dandum aliquid Comœdo quoque, dum eatenus, qua pronuntiandi ſcientiam futurus orator deſiderat.* lib. 1. c. 11.

Col. *Caules lactucẹ ab imo depurgatos eatenus, quà tenera folia videbuntur, in alveo ſalire oportet.* lib. 12. c. 9.

Javolenus. *Litus publicum eſt eatenus, qua maximè fluctus exẹſtuat.* l. litus 112. ff. de verb. ſign.

Ulpian. *Condemnatus, eatenus qua facere poteſt, cogitur ſolvere.* l. Miles. 6. ff. De re judicata.

Idem. *Condemnatus, eatenus quà facere poteſt, cogitur.* l. item miles 18. ff. de re judicata.

In poſteriori capite ab exemplari meo diſcedere viſum fuit, & viri longe doctiſſimi Anto. Auguſtini emendationem, fidemque ſequi.

Appen. Quà, abſolutè poſitum.

Ulpian. *Attamen ubi deceſſit, quà extinctum legatum & libertas eſt, ſenatuſconſulto fore locum dicit.* l. 1. ff. de S. C. Silla.

Marcel. *Urbs eſt Roma, quà muro cingeretur. Roma eſt etiam, qua continenti ædificia eſſent, nam Romam non muro tenus exiſtimari, &c.* l. ut Alfenus ait. 87. ff. de verb. ſig.

Ovid. *Et modo, quà poterat latum ſpectabat in æquor, Nunc in arenoſa laſſa jacebat humo.* 2. Rem. amo.

Cato. *In hoc modo putato, quà locus rectè ferax erit, qua arida erunt, &c. quâ locus ferax non erit, id plus concidito, aratoque.* cap. 4. 4.

Eatenus, Ut.

Cic. *Quorum ego orationes, ſi ut ſpero, ita expreſſero, virtutibus utens illorum omnibus, id eſt, ſententiis, & earum figuris & rerum ordine, verba perſequens eatenus, ut ea non abhorreant à more noſtro, &c.* de opti. ge. orat. Itidem Colu. lib. 5. c. 1.

Eatenus, ne.

Sueton. *Ac primo eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret.* Tiber. 33.

I. *Appendix.*

Quàm latè hujus vocis Eatenus ſignificatio apud Jureconſultos pateat, diſcere mecum Juris

 ſtudioſi

ſtudioſi poterunt ex Bartolo, in princ. l. 1. ff. De operis novi nunciatione.

II. *Appen.* Eatenus abſolutè poſitum.

Plau. Moſt. *Eatenus abeunt à fabris.* ſc. Recordat.

III. *Appen.* Quatenus, abſolutè poſitum.

Cic. *Aliter leges, aliter philoſophi tollunt aſtutias: leges, quatenus tenere manu poſſunt: philoſophi, quatenus ratione, & intelligentia.* 3. Offic.

Cic. *In omnibus rebus videndum eſt quatenus, etſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium, quàm parum.* In Oratore.

Suetonius. *Vicem ſuam conqueſtus eſt, quod ſibi non liceret amicis, quatenus vellet iraſci.* Octavio. 66.

Paulus. *Bonæ fidei poſſeſſorem teneri quatenus locupletior eſt.* l. Julianus. 30. ff. de hæred. pet.

Suetonius. *Nunc conſolando per edicta: nunc opitulando quatenus ſuppeteret facultas.* Tit. 8.

Ulpian. *Æſtimabunt quatenus interſit.* l. Prætor. 3. ff. De ſepul. violato.

Cic. *Ut Bibuli ſententia divideretur, quatenus de religione dicebat.* lib. 1. 2.

Eò, quo. *cauſſale eſt.*

Cic. Atti. *Neque hæc eò ſcribo, quò te non meo caſu maximo dolore eſſe affectum ſciam.* lib. 3. 15.

Cic. Att. *Nam quod teſtificor, me expertem belli fuiſſe, etſi id re perſpectum eſt, tamen eò ſcripſi, quo in ſuadendo plus auctoritatis haberem.* lib. 8. 9.

Cic. *Non eo dico* C. *Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides & conſtantia.* Pro Quintio. princ.

Salluſt. *Atque eo dictare feciſſe, quo inter ſe magis fidi forent.* In Conjurat.

Cic. Atti. *Quarum rerum eò gravior eſt dolor, quo culpa major.* lib. 11. 11.

I. *Appen.* Magis ut: quàm ut.

Ter. And. ---- *magis id adeò, mihi ut incommodet. Quam ut obſequatur gnato.* ---- ſc. 1.

II. *Appen.* Magis eò, ut: quàm quò.

Cæſar. *Mercatoribus eſt ad eos aditus, magis eò, ut quæ bello ceperint quibus vendant, habeant: quàm quò ullam rem ad ſe importari deſiderent.* 4. de bell. Gal. princ.

III. *Appen.* Interdum harum particularum fit tranſpoſitio.

Teren. Eun. *Non pol quo quemquam plus amem, aut plus diligam eo feci,* act. 1. 2.

IV. *Appen.* Interdum Quò ſolum in oratione ponitur, neque id ſine venuſtate.

Cic. *Tum velim mihi credas, accidere id etiam, quo magis expetam promiſſum tuum.* lib. 6. 18.

Teren. And. *Forma bona memini videre, quo æquior ſum Pamphilo,* act. 2. 4.

Varro. *Præcox, & miſcella, quàm nigram vocant, multo ante coquitur, quo prior legenda.* De re Ruſt. lib. 1. 54.

Eo, quo, *ablativi ſunt, & comparationem habent elegantem, qua de re infra dicemus plura.*

Cic. *Unde eo plus opis auferret quo minus attuliſſet.* Pro Quintio.

Varro. *Arationes eo fructuoſiores fiunt, quo calidiore terra aratur.* De re Ruſt. lib. 1. c. 32.

Eò, quòd.

Cic. *Eoque tardius ſcripſi ad te, quod quotidie te ipſum expectabam.* lib. 3. 7.

Idem. *Hæc eo pluribus ſcripſi, quod mihi ſignificabant tuæ litteræ ſubdubitare te, qua eſſem erga illum voluntate.* lib. 2. 13

Idem. *Quod autem à tuis abes, id eo levius ferendum eſt, quod eodem tempore à multis, ac magnis moleſtiis abes* lib. 4. 3.

Cœlius Cic. *Has ego tibi litteras eo majore miſi intervallo quod comitiorum dilationes occupatiorem me habebant.* lib. 8. 4. & 11.

Cic. *His de rebus eo magis laboro, quod agitur res Cn. Pompeji etiam, noſtri neceſſarii.* lib. 13 6.

Cæſar. *Ad hoſtes contendit, eo minus veritus navibus, quod in littore molli, atque aperto, deligatas ad anchoras relinquebat.* 5. de bel. gal.

Varro. *Neque eo dico, quod non habeant & utilia, & communia quædam.* De re ruſt. lib. 1. 5.

Ter. Heau. *Neque eo nunc dico, quod quicquam illum ſenſerim.* ac. 3. 2.

I. *Appen.* Prior particula non raro ſupprimitur.

Cic. *Primum tibi ago gratias, quod me omni moleſtia liberat.* lib. 13. 62.

Idem. *Conſolatione non utebar, quod ex multis audiebam, quàm fortiter, ſapienterque ferres injuriam temporum.* lib. 6. 11.

Idem. *Neq; hoc dico, quod diffidam huic cauſæ.* l. 8. 1

Idem. *Nomen autem Aviani conſecutus eſt, quo homine nullo plus eſt uſus, quam Flacco Aviano.* lib. 13. 35.

Idem

Idem. *Diploma ſtatim non eſt ratum, quod mirifica eſt improbitas in quibuſdam.* lib: 6. 13.

Varro. *Tu, inquit, ſcientia quod præſtas, dicere debes.* De re ruſt: lib: 1. 3.

Eò, quoniam.

Gellius. *Hoc eo, ſtrictim notavi, quoniam in M: Ciceronis oratione quā Voconiam Legem ſuaſit, quæri ſolet, quid claſſicus, quid infra claſſem* lib: 7. c: 13.

Eò, quia.

Cic: *Id autem eo facilius credebatur, quia ſimile vero videbatur.* lib: 12. 5.

Cic: *Quod eo nunc magis facit, quia vivunt mecum fere quotidie illius familiares* lib: 9. 16.

Plaut: Amphi: ---- *eo fit, quia mihi*
Plurimum credo, & ſcio iſtæc facta proinde ut proloquor. ſc: Satin.

Plautus Capt: *Juventus nomen indidit ſcorto mihi, Eo, quia invocatus ſoleo eſſe in convivio.* ſc: 1. Item Ciſtel: ſc: Credo.

Ter: Eu: *Eone es ferox, quia habes imperium in belluas?* ac. 3. 1.

Ter: Heu: -- *an eô fit, quia in re noſtra, aut gaudio Sumus præpediti nimio, aut ægritudine* ac 3. 1.

Cato: *Convenit arundinetum cum corruda, eo quia foditur, & incenditur.* lib: 1. 6.

I. *Appen:* Non eo, ſed quia.

Cic: Atti: *Quod ego non eo vereor, ne mihi noceat: ſed quia ingrati animi crimen horreo.* lib: 9. 2.

II. *Appen:* Non eò, quin; ſed.

Plaut: Trinum. *Non eo hoc dico, quin quæ tu vis, ego velim, & faciam lubens.*
Sed ego hoc verbum cum illi cuidam dico, præmonſtro tibi. ſc: Quò illic.

III. *Appen:* Non eo, quin non: Verùm.

Plaut: Aſina: *Scio equidem quamobrem me pater tu triſtem credas nunc tibi,*
Quia iſta eſt tecum, atque ego quidem hercle, ut verum tibi dicam Pater,
Ea res me male habet. at non eo, quin tibi non cupiam quæ velis:
Verùm iſtam amo, aliam tecum eſſe equidem facile poſſim perpeti. ſc: Agedum.

Eò, ne.

Cic: *Eo te ne laudandi quidem cauſa interpellavi, ne quid de hoc tam exiguo ſermonis tui tempore verbo uno meo diminueretur.* libro 3. de Orat:

Cic: Atti: *Quod ego non eo vereor, ne mihi noceat.* lib: 9. 2.

Ter: Phor: ---- *verùm iſtoc de nomine*
Eo perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris Effutiretis. ---- ac. 5. 1.

Plaut: Aulu: *Eo dico, ne me theſaurum repperiſſe cenſeas.* ſc: Præſagibat.

Idem Mili: *Eo minus dixi, ne hęc cenſeret me adverſum ſe mentiri.* ſc. Jamne.

Eò, ut ne quidem.

Ad. Heren. *Eo diligentius omneis ejus parteis perſcrutati ſumus, ut ne parvula quidem titubatione, aut offenſione impediremur* lib. 2.

Eò, ut ne.

Cic. *Suſpicor eo ſemihoram mihi à Labieno præſtitutam eſſe, ut ne plura de pudicitia dicerem.* Pro C. Rabirio. princ.

Eò ut.

Cic. *Hæc ad te eo pluribus ſcripſi, ut intelligeres, me non vulgariter, nec ambitioſè, ſed ut pro homine intimo ac mihi per neceſſario ſcribere.* lib. 13. 69.

Idem. *Marionem ad te eo miſi, ut tecum ad me quàm primum veniret.* lib. 16. 3.

Idem. *Ideo feci, ut tanquam à præſentibus coram haberi ſermo videretur.* In Lælio.

Idem. *Hæc eo pertinet oratio, ut perditis rebus omnibus, tamen ipſa virtus ſe ſuſtentare poſſit.* lib. 6.

Idem, *Ego eram in illis locis, in quibus maximè me tuto eſſe arbitrabar. eò factum eſt, ut ad te Lupus ſine meis litteris rediret.* lib. 11. 5.

Cic. Atti. *Omnes meas vindemiolas eo reſervo, ut illud ſubſidium ſenectuti parem* lib. 1. 8.

Cic. Att. *Hæc eo ſcripſi, ut potius relevares me, quod facis, quam aut caſtigatione, aut objurgatione dignum putares.* lib. 3. 16.

Eò, uti.

Cato. *Eo lotium ſuillum aut ſtercus ad radicem addere oportet, uti ſtabilia mala fiant.* De re Ruſt. lib. 1. 7.

I. *Appen.* Eò cauſale ſępius circumloquimur, ut & particulam Ideò de qua infra dicemus.

Cic. *Hæc ego ad te ob eam cauſam maximè ſcribo, ut jam de tua quoque ratione meditere.* lib. 1. 8.

Idem. *Neque vero eam ob cauſam, quo ipſe facilius conſequerer.* lib. 3. 9.

Idem. *Nihil ſcripſi ad te ob eam rem, quod ædificationis*

cationis tuæ conſilium nolebam impediri. lib.13.1.
Idem. *Ob eam cauſam impetravit, quòd te abjeciſſe illam ædificationem conſtabat.* Ibid.
Plaut. Trinum. *Ob eam rem hæc pater autumavi, quia* ſc. Quo illic.
Gaius. *Ob id, quod ex teſtamento heredem ſe eſſe putaret.* l. quod ſi, 17. ff. de hæreditat. pet.
Varro. *Ut eò aqua influat, eo nomine faciunt.* De re Ruſt. lib. 1. 13.
Ter. Heau. *Tui Clitiphonis eſſe amicam hanc Bacchidem*
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxiſſe, ne tu id perſentiſceres. ac. 4. 4.
Ter. Adel. ---- *Si ob eam rem vobis mea vita inviſa eſt, quia.* ſc. ult.
Ulp. *Si hac mente ei dederit nummos, ut perferret, &c.* l. falſus creditor, ff. de furtis.
Idem. *Neque debeo deterioris conditionis ob hoc eſſe, quòd uſumfructum habeo.* l. 17. de Injuriis.

II. *Appen.* Eò, quandoque in poſteriori orationis parte, & ſolum ponitur.

Cic. *Dederam triduo ante pueris Cn. Planci litteras ad te, eo nunc ero brevior.* lib. 6. 21.
Plaut. Trucu. ---- *Is nunc dicitur*
Venturus peregrè, eò nunc commenta eſt dolum. ſc. 1.

Eò, quò, *locum ſignificat.*

Cic. *Si eò, quò conſtitueras, venire voluiſſes.* l. 5. 20.
Cic. *Eò diſceſſiſti, quò ego te ne perſequi quidem poſſem triginta diebus.* lib. 3. 6.
Aſin. Poll. Cic. *Compulſus eò, quò minimè volebam.* lib. 10. 31.
Cic. Atti. *Quòd is in eadem loca, quæ nos petebamus, profectus; celerius etiam, quam nos poſſemus, eò quò intenderat, venturus eſſet.* lib. 8. 11.
Ter. Phor. *Imò, non potuit melius pervenirier*
Eò quò nos volumus ---- ac. 4. 3.
Ulpian. *Si quis in aſylum confugerit, aut eò ſe conferat, quò ſolent venire, qui ſe venales poſtulant.* l. quid ſit, ff. de æd. l. edicto.
Hor. *Ibit eò, quò vis, qui zonam perdidit, inquit.* lib. 2. epiſt. 2.

Eò loci quò.

Ulpian. *Si cum re furtiva fuerit adprehenſus prius, quàm eo loci rem pertulerit, quò deſtinaverat.* l. fur eſt. 3. ff. de furt.

I. *Appen.* Eò, ſæpius circumloquimur.

Cic. *Animus verò non me deſerens, ſed reſpectans, in ea profectò loca diſceſſit, quò mihi ipſi cernebat eſſe veniendum.* In Catone.
Cic. Atti. *Res eodem eſt loci, quo reliquiſti.* lib. 1. 11.
Salluſt. *Ubi ad id loci ventum, quò Numidis præceperat.* Jugurt.

II. *Appen.* Quò, abſolutè poſitum.

Cic. Atti. *Itaque veniam quo vocas, modo adjutore te.* lib. 16. 12.
Varro. *Difficulter conſueſcunt, quo ſunt translatæ, manere.* lib. 3. 16.
Cato. *Si ita non caveris, quo impuleris, triennii fructum amittes.* lib. 1. 5.

Eò, ubi.

Cic. *Venit in agrum communem, eo denique ubi non modo res erat, ſed ratio quoque omnis.* Pro Quintio.
Varro. *Si è bono loco transtuleris eo, ubi idonea pabulatio non eſt, fugitivæ fiunt.* lib. 3. 16.
Arrius Menand. *Nec remittendus eo, ubi reus poſtulatus.* l. Qui cùm 4 ff. De re militari.
Salluſt. *Et eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus gloria æterni fierent.* In Jugurt.

Eò loci, ubi.

Ulpianus. *Labeo ait ibi exhibendum, ubi fuerit cum lis conteſtaretur, periculo & impendiis actoris perferendam, per ducedamve eo loci, ubi actum ſit.* l. ſedet. 11. ff. ad exhibend.

Eo, unde.

Cic. Att. *Eo unde diſcedere non oportuit, aliquando revertamur.* lib. 2. 16. & 12. 21.
Cœlius Cic. *Ne te ſciens, prudenſque eò demittas unde exitum vides nullum eſſe.* lib. 8. 16.
Cic. *Ut ſi Galli à majoribus noſtris poſtularent, ut eò reſtituerentur, unde dejecti eſſent.* Pro Cecin.
Ulpianus. *Multo magis fugitivum eſſe qui eò ſe conferat, unde abduci non poſſit.* l. quid ſit. 17. ff. de ædil. edicto.
Salluſt. *Poſtquam eò ventum eſt, unde à ferentari prælium committi poſſet, maximo clamore infeſt ſignis concurrunt.* In conjurat.
Liv. *Qui ubi redierunt, retuleruntq; eò ſe progreſſo unde in omnes partes circumſpectus eſſet.* de. 1. l.

Eodem, unde

Cæſar. *Aliæ eodem, unde erant profectæ referre-*

ti

tur. 4. de bell. Gal.

Cæſar. *Ibi cognoſcit XL. naves, quæ in Meldis factæ erant, tempeſtate rejectas, tenere curſum non potuiſſe, atque eodem, unde erant profectæ, relatas.* 5. de bel. Gal.

Plau Ali. *Ego pol te redigam eodem, unde orta es, ad egeſtatis terminos.* ſc. Siccine.

Appen. Synonymorum.

Cæſar. *Cum in eum locum, unde erant egreſſi reverti cœperant.* 5. de bel. Gal.

Cic. *Reſtituique in eum locum cupere, ex quo decidit.* lib. 2. 23.

Cæſar. *In eandem partem, ex qua venerat, rediit.* 3. de bello civili.

Cic. *Ad eam partem ſermonis, ex qua egreſſi ſumus, revertamur.* lib. 2. De legibus.

Eò, Ut.

Cic. Atti. *Univerſa res eò eſt deducta, ſpes ut nulla ſit.* lib. 2. 18.

Planc. Cic. *Dum perducerem eò rem, ut dignum aliquid, & conſulatu meo, & veſtra expectatione efficerem.* lib. 10. 7.

Cæſar. *Eoque illos compulerim, ut neque pedeſtri itinere, neque navibus commeatu juvari poſſint.* 2. de bello civili.

Horat. *Cum ſperamus eò rem venturam, ut ſimul atque*
Carmina reſcieris nos fingere. ---- lib. 2. epiſt. 1.

Appen. Illò, Ut.

Ulpian. *Præterea illò ſpectat, dici, certum de injuria, quam paſſus quis ſit; ut ex qualitate injuriæ ſciamus, an in patronum liberto reddendum injuriarum judicium.* l. prætor edixit. 7. ff. de Injuriis.

Eò, Uti.

Salluſt. *Intelligit eò proceſſum, uti regnum aut relinquendum, aut retinendum armis eſſet.* Jugurt.

Plautus. Mili. *Sin benè quid, aut, fideliter faciendum eſt, eò deveniunt,*
Obliviosæ extemplo uti fiant: meminiſſe nequeunt. ſc. Rem.

I. *Appen.* Eò, & hic circum locutionem patitur.

Cic. *In eum locum res deducta eſt, ut niſi quis Deus, vel caſus aliquis ſubvenerit, ſalvi eſſe nequeamus.* lib. 16. 11.

Cœlius Cic. *Tranſierant illuc, ut ratio eſſet ejus habenda, qui neque exercitum, neque provincias traderet.* lib. 8. 12.

Planc. Cic. *Cum in eum caſum me fortuna demiſiſſet, ut celeriter pollicendo, magna in ſpe ad proficiendum impedimenta opponerem.* lib. 10. 8.

Cæſar. *Huc jam rem duxerat, ut, &c.* 1. de bell. civi.

Idem. *Res huc deducitur, ut.* Ibidem.

Cic. Bruto. *Itaque res in eum locum venerat, ut, niſi Cæſari Octaviano Deus quidam illam mentem dediſſet, in poteſtatem perditiſſimi hominis, & turpiſſimi M. Antonii veniendum fuerit.* epiſt. 6.

Illud quoque obſervandum cenſeo, quòd Romani ſcriptores, ut aliis multis Adverbiis, ita & particula Eò. & Quo. uſi ſint: ut Pronominum relativorum locum teneant. Vide Ibi, Ubi, Unde, Præterea.

II. *Appen.* Eò, poſt Nomina.

Varro. *In ſole ponere aquæ catinos, quòd eò conveniunt, ut ipſi ſe necent curculiones.* De re Ruſt. li. 1. 63.

Cato. *Si carioſam terram tractes, cicer quod vellitur, & quod ſalſum eſt, eò malum erit.* c. 37.

Idem. *Sumito teſtem picatam, eò prunam levem indito,* c. 11. 3.

Hirtius. *Quæ pars corporis nuda, ſine tegmine relinqueretur, ut eo tela conjicerentur.* De bello Afri.

Salluſt. *Poſtquam Roma egreſſus eſt, fertur eo ſæpè tacitus reſpiciens, poſtremo dixiſſe.* Jugurt.

III. *Appen.* Quò, poſt Nomina.

Cic. *Me ad eam partem provinciæ eſſe venturum, quo te maximè velle arbitrarer.* lib. 3. 5.

Cic. *Eſt certus locus, certa lex, certum tribunal, quo hoc reſervetur.* lib. 5. in Verrem.

Varro. *Providendum, quo ſe recipiunt, ne frigidus locus ſit.* lib. 2. 5. & lib. 3. 6.

Idem. *Sulcant foſſas, quo aqua pluvia delabatur.* lib. 1. 29. & 40.

Varro. *Prope arcam faciundum umbracula, quo ſuccedant homines in æſtu tempore meridiano.* lib. 1. 51.

Idem. *Hæc, quo ſuccedant è campo cives, illa quo equæ, & aſini.* lib. 3. 2.

Cato. *Dolia, quo vinaceas condat decem.* De re Ruſtica. c. 10.

Idem. *Palo prius locum ne feceris, quo taleam demittas.* c. 45. & c. 66.

Cic. Att.

Cic. Att. *Noſti hunc fundum, quò, ut venimus, &c.* lib. 5. 1.

Varro. *Meliori genere, ut ſit ſurculus, quàm eſt, quò veniat arbor.* lib. 1. 40.

Hirtius. *Nullum portum, quò claſſes decurrerent.* de bello Africano.

Plaut. Capt. *Ad fratrem, quò ire dixeram, mox ivero.* ſc. 2.

Plautus. Amphi. --- *facere ut ſit Comœdia,*
Reges quò veniant & dii. --- Prolo. & Mer. ſc. 1.

Plaut. Aſi. --- *digniſſimi, quò cruciatus confluant.* ſc. ubi.

Idem. *I nunc jam ad herum, quo vocas, jamdudum quò volebas.* ſc. Quid hoc.

Item. Sti. ---- *nam quo dediſti nuptum, abire nolumus.* ſc. 2. & 3.

IV. *Appen.* Quà, poſt Nomina.

Varro. *Si viæ ſunt, quà plauſtra agi facilè poſſint, aut flumina propinqua, quà navigari poſſit.* De re Ruſt. lib. 1. ca. 16.

Idem. *Quà vehebantur, viæ dictæ; quo fructus convehebant, villæ; quà ibant, ab itu iter appellarunt; quà id anguſte, ſemita, ut ſemiter dictum.* De ling. lat.

Cato. *Oppidum validum propè ſiet; aut mare, aut amnis, quà naves ambulant.* cap. 1.

Idem. *Operculum imponito, relinquito, quà interſpiret.* c. 1. 13. bis iiſdem verbis.

Cic. *Omnes introitus, quà adiri poterat in eum fundum.* Pro Cecinna.

V. *Appen.* Inde, poſt Nomina.

Varro. *Afranius puticulos in Togata appellat: quod inde ſuſpiciunt perpetuo lumen.* De lingua lat.

Ter. Adel. ---- *uxorem duxit, nati filii*
Duo: inde ego hunc majorem adoptavi mihi. ſc. 1.

Plaut. Curcu. *Ad prætorem, nam inde rem ſolvo omnibus quibus debeo.* ſc. ult.

Idem. Capt. *Eo protinus ad fratrem, inde abii, mei ubi ſunt alii captivi.* ſc. Quid.

Idem. Sti. *Iam ego domi adero, ad meam majorem filiam inviſo domum.*
Si quis me quæret, inde vocatote aliqui. ſc. 2.

VI. *Appen.* Unde, ut aliis Nominibus, ita & perſonæ quoque tributum.

Cic. *Illo extincto, unde diſcerem fore neminem.* In Catone.

Ter. Adel. *Domi habuit, unde diſceret* --- ac. 3. 4.

Ter. Phor. *Aliis, aliunde eſt periculum, unde aliud abradi poteſt:*
mihi ſciunt nihil eſſe ---- act. 2. 1.

Plaut. Epidi. *Nunquam hominem quenquam conveni, unde abierim lubentius.* ſc. 1.

Plura hac de re infra in particula, Unde.

VII. *Appen.* Aliò & Alibi pari phraſi collata.

Ter. Eu. --- *metuet ſemper quem ipſa nunc capit*
Fructum, ne quando iratus alio conferas. ac. 3. 1.

Ter. Heau. *Quippe forma impulſi noſtra nos amatores colunt.*
Hæc ubi immutata eſt, illi ſuum animum aliò conferunt. ac. 2. 3.

Ter. Hec. *Prius quam hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum.* act. 3. 1.

Plaut. Sti. *Si manere hic ſeſe malint, quàm alio nubere.* ſc. 2 & ſc. Sed ita. Itidem Trucu. ſ. Blitea.

VIII. *Appen.* Hinc, pari phraſi collatum.

Ter. Adel. *Sed eccum ire Syrum video, hinc ſcibo jam ubi ſiet.* act. 4. 2.

Ter. Phor. *Petam hinc, unde inſtitui: ſi ſi dat, ſat eſt.* act. 4. 2.

X. *Appen.* Qui, *id eſt,* Unde, ſimiliter collocatum poſt Nomina. *vide* Habeo, qui.

Ter. And. ---- *multa concurrunt ſimul*
Qui conjecturam hanc nunc facio. --- act. 3. 2.

Terent Hec. *Neque detractum ei tum quicquam eſt qui poſt poſſit noſci, qui ſciet.* act 4. 1.

Ter. Phor. *Sed mihi opus erat, ut apertè tibi nunc fabuler*
Aliquantulum, quæ afferret, qui diſſolverem quæ debeo. act. 4 3.

Plau. Ru. *Quin tu in paludem is exiccaſque arundines.*
Qui pertegamus villam, dum ſudum eſt. --- ſc. 2. & ſc. Senio.

X. *Appen.* Quamobrem, poſt Nomina.

Ter. Adel. *Ego verò hinc ab eo, quando is, quam brem huc veneram,*
Rus abiit ---- act. 3. 4.

XI. *App.* Hic adverbiale, loco Pronomin.

Plaut. Aſin. *Quid ſi hic animus occupatus eſt mate quid faciam? mone.* ſc. Nequeon. *hic, id eſt, hu amore, erga hunc.*

Ad eundem modum dicimus; idq; non ſine elegantia: Cauſa, quare. Cauſa, quamobrem. &c. Pariphraſi Varronem, Similiter, quo, pro, Simili modo, quo, dixiſſe cenſeo, de quo vide ſuo loco, neque abſimile puto illud Terentii.

Ter. Phor. *Me cupidum eò impuliſſet; quod mihi principium eſt mali.* act. 1. 3.

Plaut. Ciſtel. *Iſtuc ago, atque iſtic mihi cibus eſt, quod fabulare.* ſc. Niſi quid.

Idem Epid. *Ipſi hi quidem mihi dant viam, quo pacto ab ſe argentum auferam.* ſc. St.

Idem Mercat. --- *id mihi adimitur, qua cauſa vitam cupio vivere.* ſc. Pentheum.

Idem Pſeu. --- *hinc quidem à me non poteſt Argentum auferri.* ſc. Si de. Ubi ipſe phraſim interpretatus poëta.

Plaut. Pſeu. *Verba multa facimus, herus ſi tuus domi eſt, quin provocas.*

Ut id agam, quo miſſus huc ſum. --- ſc. Hi joci

Item Pſeu. --- *Hic omnes Voluptates, in hoc omnes venuſtates ſunt.* ſc. Quid Item hic ſibi interpres Plautus.

Idem. Ruden. *Mane, jam reperi rem, quo pacto nec fur, nec ſocius fies.* ſc. Heus mane.

Cic. *Uno utor argumento, quamobrem me ex animo, vereque arbitrer diligi.* lib. 9. 16.

Plaut. Ruden. *Omnia iſthæc facilè patior, dum hic hinc à me ſentiat.*

TRA. *Atqui nunc abs te ſtat.* --- ſc. Serio. Et hîc ſibi interpres Plaut.

Idem. St. *Principium ego, quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor.* ſc. 2.

Varro. *Aſparagi, quòd ex aſperis virgultis naſcuntur, & ipſi ſcapi aſperi ſunt, non leves, niſi Græcum; illic enim quoque dicetur,* ἀσπάραγος. De lin. lat. lib. 4.

Eouſque, ut: *id eſt*, Uſque ad id.

Paul. *Reſpondit non eouſque ſilentium patris eis nocere debere, ut à bonis libertorum avitorum repelli debeant.* l. Paulus, 47. ff. de bon. libert.

Ulpianus. *Non tamen eouſque procedendum erit, ut, ſi decem millia petantur, & exiſtant duo defenſores parati in quinta defendere, audiantur.* l. non tamen. 38. ff. de procurat.

Africanus. *Quod tamen non eouſque producendum ait, ut etiam ſi liber ſit factus, cum ipſo agi poſſe dicamus.* l. ſi ſervus. 61. ff. De furtis.

Eouſque, ut ne quidem.

Cic. *Eo enim uſque progreditur, ut ne defenſionem quidem maleficiorum ſuorum ſine aliis maleficiis reperire poſſit.* lib: 1. in Verrem extremo.

Eouſque, quouſque, *id eſt*, *Eatenus, quatenus.*

Paulus. *Eouſque fructuum rationem habendam, quouſque haberetur, ſi res non periſſet.* l. fructus. 33. ff. de rei vindic.

Quouſque, abſolutè.

Celſus. *Modus ex facultatibus, ex dignitate mulieris, maritique ſtatuendus eſt, quouſque ratio patitur.* l. Quæro, 60. ff. De jure dot.

Idem. *Litus eſt quouſque maximus fluctus à mari pervenit,* l. 96. ff. de verb. ſig.

Eouſque, dum, *id eſt*, *tamdiu donec.*

Colu. *Jubebis rutabulo ligneo agitari, quod decoxeris, eouſque dum defrigeſcit.* lib. 12. c. 20.

Idem. *Concitatè agitur pecus eouſque, dum anhelet.* lib. 6. c. 6.

Eouſque, donec.

Gaius. *Quicquid eorum ceperimus, eouſque noſtrum eſſe intelligitur, donec noſtra cuſtodia coercetur.* l. 3. ff. de acq. re. do.

Idem. *Trebatio placuit ſtatim noſtram eſſe, & eouſque noſtram videri, donec eam perſequamur,* l. 5. eodem.

Idem. *Talis regula comprobata eſt, ut eouſque noſtra eſſe intelligantur, donec revertendi animum habeant.* Ibidem.

Idem. *Per adoptionem quæſita fraternitas eouſque impedit nuptias, donec manet adoptio.* l. per adoptionem 17. ff. de ritu. nupt. idem l. ſi noxale ff. de noxal. act.

Appen. Donec, abſolutè poſitum.

Javolenus. *Ea promiſſio in pendenti eſſet, donec obligatio in ea cauſa eſt,* l. ſi debitor 80. ff. de jure dot.

Cato. *Conductor* 11. *menſes paſtorem præbeat, donec domino ſatisfecerit, aut ſolverit, pigneri eſto.* c. 150.

Eouſque, quo ad.

Tryphoninus. *Sed in ſuperiore caſu, pro libertate*

 à patre

à patre illa data illa dici poſſunt: nunquid quo ad utatur jure conceſſo filius in caſtrenſi peculio, eouſque jus patris ceſſaverit. l. de hæreditate. 19. ff. de caſt. pec.

Appendix. Quoad, abſolutè poſitum.

Cic. Bruto. *Quoad Bruti exitum cognorimus, cuſtodiendum puto.* epiſt. 5.

Admonitio.

Eſt. *cauſam ſignificat, præpoſitum particulis,* cur, quòd, quare, quapropter, quin, ut, *cum ſubjunctivo modo : Indicativo interdum.*

Eſt, cur.

Cic. *Nihil eſt præterea, cur advenientibus te offerre geſtias.* lib. 6. 21.

Cic. *Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis eſſem.* lib. 3. 10. & lib. 7. 3.

Plaut. Sti. *Neque eſt, cur nunc ſtudeam has nuptias mutarier.* ſc. 1.

Eſt, cur non.

Cic. *Quod cum ita ſit, quid eſt, cur non omnis pronuntiatio vera aut falſa?* de Fato.

Cic. *Quid eſt, cur is non beatus ſit?* 5. Tuſcul.

Eſt, quòd.

Cic. *Eſt quod gaudeas, te in iſta loca veniſſe.* l. 7. 10.

Idem. *Quòd majore in varietate verſata eſt adhuc tua cauſa, non eſt pro malis temporum quòd moleſtè feras.* lib. 6. 2.

Idem. *Quid eſt, quòd te horter, ut dignitati, & gloriæ ſervias?* lib. 9. 14.

Ter. Hec. -- *eſt, quòd me tranſire ad forum jam oportet.* ac. 2 2. Nota Indicativum.

Cic. Atti. *Quid ſit, quòd ſe à me removit, ſi modo removit, ignoro.* lib. 4. 8. Nota Indicativum.

Ter. An. -- *Sed eſt, quòd ſuccenſet tibi.* ac. 2. 5. Nota Indicativum.

Plaut. Ruden. *Bonam eſt quòd habeas gratiam merito mihi,*
Qui te ex inſulſo ſalſum feci opera mea. ſc. Qui homo.

Ter. Eu. *Jam hoc aliud eſt quòd gaudeamus : miles pellitur foras.* ſc. ult.

Plaut. Trinum. *Tu ſi animum viciſti, potius quàm animus te, eſt quòd gaudeas* ſc. Quo illic.

Ovid. *Non eſt quòd timeas: fortuna miſerrima noſtra eſt.* 3. triſt. 11.

Ter. Heau. -- *Quid eſt, quòd tam à nobis graviter crepuere fores.* ac. 3. 3. Nota Indicativum.

I. *Appen.* Hoc eſt, quòd.

Plaut. Caſi. *Ut properarem arceſſere hanc ad me vicinam meam : hoc erat*
E caſtor, quòd me tanto vir opere orabat meus:
Liberæ ædes ut ſibi eſſent, Caſinam quò duceret. ſc. Ut.

Idem Aſi. *Hoc ecaſtor eſt, quod ille it ad cœnam cotidiè.* ſc. Ain. tu.

Idem Sti. *Hoc eſt, quòd ad vos venio, quodque eſſe ambas conventas volo.* ſc. Qui manet.

II. *Appen.* Quid hoc, quòd.

Plaut. Aſi. *Sed quid hoc, quòd picus ulmum tundit?* ---- ſc. Herclè.

Idem Epi. *Quid eſt pater, quòd me exciviſti ante ædes?* ---- ſc. Quid eſt.

Idem Menœch. *Scin quid eſt, quòd ego ad te venio?* ---- ſc. Quis hic.

III. *Appen.* Quid illuc, quòd.

Plaut. Aſi. *Sed quid illuc, quod exanimatus currit huc Leonida?* ſc. Herclè.

IV. *Appen.* Quid illuc, quòd.

Plaut. Epi. *Quid illuc eſt, quod illi caperat frons ſeveritudine?* ſc. Malè.

Idem Mercat. *Quid illuc eſt, quòd ſolus ſecum fabulatur filius?* ſc. Homo.

Idem Merca. *Quid illuc eſt, quòd ſolus ſe in conſilium ſevocat.* Ibidem.

V. *Appen.* Quid illud eſt, quòd.

Plaut. Merca. *Quid illud eſt, quòd ille tam expedite exquirit curſuram ſibi.* ſc. Ex ſummis.

VI. *Appen.* Quid iſtuc eſt, quòd.

Plaut. Sti. *Quid iſtuc eſt, quod huc exquiſitum mulierum mores venit?* ſc. Qui manet.

VII. *Appen.* Quid hoc negotii eſt, quòd.

Plau. Ciſtel. *Quid hoc negotii eſt, quod omnes homines fabulantur per viam,*
Mihi eſſe filiam inventam. ---- ſc. Quid hoc.

Idem Ru. *Quid iſtuc eſt obſecro negotii, quod duæ mulierculæ.*
Hic in phano Veneris ſignum flentes amplexæ tenent. ſc. Quid iſtuc.

Idem Aſi. *Quid hoc eſt negotii, neminem meum dictum magni facere?* ſc. Quid hoc.

Idem Ru. *Proh dii immortales, quid illuc eſt Sceparnio*

Homi-

Hominum ſecundum littus ? ---- ſc. Et vos.

VIII. *Appen.* Hinc illud eſt, quòd.

Plaut. Caſi. *Profectò hinc illud eſt, quòd hic Olympionem fecit iſtum villicum.* ſc. Sine.

Ter. An. ---- *at at, hoc illud eſt.*
Hinc illæ lacrumæ, hæc illa eſt miſericordia. ſc 1.

IX. *Appen.* Illud eſt, quamobrem.

Cic. *Verùm illud eſt, quamobrem hęc commemorarim; quòd exiſtimare vos hoc volo, mirum quendam dolorem accidere iis ex quorum urbibus hęc auferantur.* lib. 4. in Verrem.

X. *Appen.* Fuit, cum, *vide* Cum.

XI. *Appen.* Nunc illud eſt, cum.

Nunc, id eſt, cum

Plaut. Capt. *Nunc illud eſt, cum me fuiſſe, quàm eſſe nimio mavelim.* ſc. nunc illud.

Idem. Ru *Nunc id eſt, cum omnium copiarum, atque opum,*
Auxilii, præſidii viduitas nos tenet. ſc. Nunc Id.

XII. *Appen.* Iſtud eſt, quòd.

Cic. *Et nimirum iſtud eſt, quod ab hoc tribuno pl. dictum eſt in ſenatu, urbanam plebem nimium in rep. poſſe: exhauriendam eſſe.* De Lege agr. contra Rul. 2.

Eſt, quare.

Ad Heren. *Quid enim eſt, quare non omnes iſtam rem fugere, ac vitare debeant.* lib. 4.

Ad Heren. *Quid fuit Judices, quare in ſententiis ferendis dubitaveritis ?* Ibidem.

Cn. Pompeius L. Domitio *Miror quid cauſæ fuerit, quare conſilium mutaris.* Ad Atti. lib. 8. 12.

Cic. *Quid eſt? quare quiſquam ſe mihi ipſa populari ratione anteponat ?* Pro domo ſua.

Lucret. *Eſt etiam quare proprio cum lumine poſſit*
Volvier, & varias ſplendoris reddere formas. li. 5,

Eſt, quapropter.

Plaut. Bac. *Quid eſt quapropter nobis vos malum minitamini.* ſc. Quis ſonitu.

Ter. Hec. ---- *credo ædepol te*
Non nihil mirari, Bacchis, quid ſit, quapropter te huc juſſi
Foras puerum evocare. -- ac. 5. 1.

Eſt, quamobrem.

Cic. *Quid eſt, quamobrem hac cuiquam vita videatur.* Pro P. Silla.

Cic. *Quamobrem autem in hoc provinciali delectu ſpem habeatis, cauſa nulla eſt.* lib. 15. 1.

Ter. Hec. ---- *ſed demiror*
Quid ſit, quamobrem tantopere hunc omnes nos celare voluerit
Partum --- ac. 4. 1.

Pl. Pſeu. *Quid opus me multas agere ambages ? hoc*
Eſt homini, quamobrem vitam amet. ſc. Quid hoc.

Eſt, qua gratia.

Plaut. Aulu. *Quid eſt, qua prohibeas nunc gratia nos coquere hic cœnam ?* ſc. Redi.

Eſt, quin.

Cic. *Quin ad diem decedam nulla cauſa eſt, præſertim, ſublato metu Parthico.* lib. 2. 17.

Cic. *Cum in in altera re cauſſa nihil eſſet, quin ſecus judicaret ipſe de ſeſe.* Pro Quintio.

Ter. An. *Quid cauſæ eſt, quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar via.* ac. 3. 4.

Horat. *Quid cauſæ eſt, meritò quin illis Jupiter ambas*
Iratus buccas inflet ? ---- Sat. 1.

Plaut: Ruden. *Quid cauſæ eſt, quin virgis te uſque ad ſaturitatem ſauciem ?* ſc. Exi.

Eſt, quò.

Ovid. *Hoc quoque præmoneo, de nave noviſſimus exi,*
Non eſt, quò properes, terra paterna tibi. 13. Heroid.

Eſt, ut.

Cic. *Magis eſt, ut ipſe moleſte ferat erraſſe ſe, quàm ut iſtius amicitiæ crimen reformidet.* Pro Cœlio.

Cic. *Senatus, ne quid eſſet, ut lugerent boni ſemper, vi tribunitia teneretur.* Pro domo ſua.

Horat. *Si rectè ſueris, non eſt, ut copia major*
Ab Jove donari poſſit tibi, tolle querelas. lib. 1. epiſtola. 12.

Cic. *Etiamſi eſt, ut alius gravitatem ſequens, ſubtilitatem fugiat.* de optimo gene. Orat.

Ter. Hec. *Manere affinitatem hanc inter nos volo,*
Si ullo modo eſt, ut poſſit, quòd ſpero fore. ac. 4. 4. & 1.

Cic. Atti. *Sed erit cura, & eſt, ut regatur.* lib. 10. 8.

Ter. Phor. *Si eſt patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit.* ac. 1. 5. Ibidem. ac. 5. 7.

Ter. Hec. *Si eſt, ut velit reducere uxorem, licet.* ac 3. 5.

Ovid. *Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas;*
Icarus immenſas nomine ſignet aquas? 3. triſt. 4.

Item.13. Heroid.

Plau. Merca. ---- *Quod rideas magis eſt; quam ut lamentere.* ſc. Amicè.

Terent. Adel. *Si eſt, ut facturus officium fiet ſuum, Faciat* ---- ac. 3. 6.

Virg. *En, erit ut liceat totum mihi ferre per orbem.* eclog. 8.

I. *Appen* Magis eſt, ut: *vide* magis.

Paulus. *Et magis eſt, ut ager in cauſam dotis revertatur.* l. Si, is 56. ff. eod.

Ulpian. *De eo quoque ſervo, in quo uſumfructum re- us habuit, magis eſt, ut quæſtio haberi poſſit.* l. Si poſtulaverit. 27. ff. ad leg. Iul. de adul. Item. l. 12. De Iure dot.

II. *Appen.* Magis eſt, ne.

Ulpian. *Et magis eſt, ne puniatur, ob hoc, quod ſub eodem tecto fuit, niſi particeps ſceleris fuerit.* l. 1. ff. de S. C. Silla.

III. *Appen.* Eſt, abſolutè poſitum.

Cic. Atti. *Pontinium cupio valere: & quòd ſcribis in urbem introiſſe, vereor quid ſit.* lib. 7. 7.

IV. *Appen.* Sæpe verbo *Eſt* adjunctum reperitur nomen *Cauſa*, eadem manente conſecutionis elegantia.

Cauſa, cur.

Cic. *Mortem mihi cur conſciſcerem, cauſa nulla viſa eſt.* lib. 7. 3.

Idem. *Quid eſt cauſæ, cur repudietur.* l. 3. de Orat.

Idem. *Non erat cauſa, cur à te hoc tempore aliquid contenderem.* lib. 13. 7. 17.

Cic. *Duæ cauſa ſunt, cur tu frequentior in iſto officio eſſe debeas, quam nos.* lib. 15. 20.

Cic. Atti. *Sed erant cauſæ, cur hoc tempore iſtic eſſe nollem.* lib. 12. 28.

Livius. *Quid enim aliud eſſe cauſæ credamus, cur, veteranus dux, fortiſſimus bello, compreſſis, quod ajunt, manibus, ſedeas?* Dec. 1. lib. 7.

Alfenus. *Reſpondit ſi cauſa fuiſſet, cur periculum timeret.* l. habitatores, 27. ff. loca conduct.

Cic. *Quam attuliſti rationem populo Rom. cur eum reſtitui oporteret.* Philip. 2.

Cic. Atti. *Præmiſeram, me mea facere, & reip. cauſa, cur illum oderim.* lib. 16. 14.

Cauſa, cur non.

Cic. *Quid eſt cauſæ, cur non pertimeſcat?* pro Flacc.

Ulpianus. *Si quis ita ſtipulatus fuerit,* illum ſiſtas? *nulla cauſa eſt, cur non obligatio conſtet.* l. ſtipulatio. 38. §. 17. ff. de verb. obl. ig.

Cic. *Quid eſt cauſæ, cur mihi non ſit in optatis complecti hominem.* lib. 2. 13.

Cic. *Siſennam video cauſam, cur ille vetus inſtitutum non ſervaret, ignorare.* lib. 2. de leg.

Appen. Cur non, abſolutè poſitum.

Cic. *Dii immortales, cur ego non adſum ſpectator laudum tuarum?* lib. 2. 7.

Cauſa, quò.

Plaut. Pœnu. *At verò non juſta cauſa eſt, quò curratur celeriter.* ſc. Ita.

Cauſa, quòd.

Cœlius. Cic. *Cauſa eſt quòd eum non mediocriter Cæſar contempſit.* lib. 8. 4.

Lentulus. Cic. *Quòd huc properent in magiſtratu venire, cauſam non habent.* lib. 1. 2. 14.

Cic. Atti. *Si ob eam cauſam, quòd ratio ejus non habeatur, exercitum adducat.* lib. 7. 9.

Cæſar. *Cauſa mittendi fuit, quod iter per Alpes pateſieri volebat.* 3. de bell. Gal. princ.

Ter. Adel. -- *vereor coram in os te laudare amplius, Ne id aſſentandi magis, quàm quòd habeam gratum facere exiſtumes.* act. 2. 4.

Plaut. Aulu. *Quod quiſquam ignem quærat, extingui volo.*
Ne cauſæ quid ſit, quòd te quiſquam quæritet. ſc. Nunc.

I. *Appen.* Temerè eſt, quòd.

Ter. Phor. *Non pol temerè eſt, quòd tu tam times.* act. 5. 8.

Plaut. Aſin. *Sed quid hoc, quòd picus ulmum tundit? non temerarium eſt.* ſc. Herclè.

Plaut. Aulu. *Non temerè eſt, quòd corvos cantat mihi nunc ab læva manu.* ſc. Non.

II. *Appen.* De nihilo eſt, quòd.

Ter. Hec. *Non hoc de nihilo eſt, quòd Laches nunc me conventam eſſe cupit.* act. 5. 1.

Appen. Temerè eſt, *abſolutè poſitum.*

Teren. Eu. *Non temerè eſt, & properans venit* -- act. 2. 2.

Idem Heau. *Dignam me putas quam in ludas, S. non eſt temerè.* act. 4. 3.

Ter. Hec. *Quo magis, omnes res cautius, ne temerè faciam, accurro.* act. 5. 1.

Cauſa

Cauſa, quin.

Cic. *Collegium veſtrum conſuluit, num quid eſſe cauſæ videretur, quin id ſignum, curiamque Concordiæ dedicaret.* pro domo ſua.

Plaut. Amph. *Nunquid cauſam dicis, qui te hoc multem matrimonio?* ſc. Satin parva.

Idem Moſtel. *Verùm ſi poſt hac me pedem latũ modò Scies impoſuiſſe in undam, haud cauſa, Stillico Quod nunc voluiſti, facere, quin facias mihi.* ſc. Habeo. Item Pſeu. ſc. Si de.

Ter. Phor. *Non cauſam dico, quin quod meritus eſt, ferat.* act. 1. 5. Idem And. act. 3. 4.

Plaut. Caſi. *Nulla cauſa eſt, quin pendentem uxor virgis verberes.* ſc. Ubi tu. Idem Ruden. ſc. ult.

Ter. Hec. -- *neu cauſa ulla reſtet relliqua,*
Quin tua Philumena ad te redeat. --- act. 4. 2.

Plaut. Aulu. *Nulla mihi controverſia tecum erit: ſed nuptias*
Hodie quin facimus, num quæ cauſa eſt? -- ſc. Præſagibat.

Cauſa, quamobrem.

Teren. And. -- *dictum, ac factum: invenerit*
Aliquā cauſam, quamobrem ejiciat oppido. act. 2. 3

Idem. *Ubi ea cauſa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, deſinent.* act. 5. 1.

Teren. Eu. *Multæ ſunt cauſæ, quamobrem cupio abducere,* ---- act. 1. 2. & act. 5. 6.

Ter. Hec. *O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit, cauſam vides.* act. 3. 3. & 5.

Ter. Hec. ---- *nam ei cauſa alia quæ fuit,*
Quamobrem abs te abiret? act. 4. 4.

Gellius. *Quænam eſſe cauſa videatur, quamobrem terræ motus fiant.* lib. 2. c. 28.

Cauſa, ut.

Teren. Eu. *Ubi veni, cauſam, ut ibi manerem, reppe-rit.* act. 3. 3.

Cauſa, qua.

Plaut. Epi. *Eſt cauſa, qua cauſa ſimul mecum ire veritus eſt.* ſc. 1.

Ter. Heau. --- *inventa eſt cauſa, qua te expellerent.* act. 5. 2.

Cauſa, quia.

Ter. Hec. -- *ſin ea eſt cauſa retinendi apud vos*
Quia ægra eſt ---- act. 2. 2.

Cauſa, quare.

Ad. Heren. *Cauſam oſtendemus Ulyſſi fuiſſe, quare interfecerit Ajacem.* lib. 2.

Cic. *Neque erit juſta cauſa ad portas ſedenti imperatori, quare terrorem ſuum falſo jactari, opemque patiatur,* Pro Sextio.

Cæſar. *Satis eſſe cauſæ arbitrabatur, quare in eum aut ipſe animadverteret: aut civitatem animadvertere juberet.* 1. de bell. Gall.

Ovid. *Nec cauſas aperi, quare divortia malis.* 2. Remed. amo.

Ulpianus. *Qui juſtas cauſas habuiſſent, quare bona ad ſe pertinere exiſtimaſſent.* l. item veniunt. 20. §. 6. ff. de hæred. pet.

I. *Appen.* Ea cauſa, ut ne.

Ter. Hec. - -- *nempe ea cauſa, ut ne id fiat palam.* act. 1. 2.

II. *Appen.* Ejus rei cauſa, ne.

Cæſar. *Idque ejus rei cauſa antiquitus inſtitutum videtur, ne quis ex plebe, contra potentiorem, auxilii egeret.* 6. de bell. Gall.

III. *Appen.* Ejus rei cauſa, uti ne.

Cato. *Hæc omnia ejus rei cauſa fiunt, uti ne cupa in lapide conteratur,* De re Ruſt. c. 21.

IV. *Appen.* Non cauſa, Sed.

Teren. Eu. ---- *unum hoc ſcito, contumeliæ*
Non me feciſſe cauſa, ſed amoris. ---- act. 5. 2.

V. *Appen.* Non cauſa, ſed qui.

Plaut. Epi. *Non oris cauſa modo homines equum fuit*
Sibi habere ſpeculum, ubi os contemplarent ſuum:
Sed qui perſpicere poſſent cor ſapiētię, ſc. non oris

VI. *Appen.* Non cauſa, ſed uti.

Cæſar. *Se non maleficii cauſa ex provincia egreſſum: ſed uti ſe à contumeliis inimicorum defenderet.* 1. de bello civili.

VII. *Appen.* Non ejus rei cauſa, quo minus.

Gellius. *Quæ non ejus rei cauſa in eum diem collatæ ſint, quo is eo die minus ibi eſſet.* lib. 16. c. 4.

VIII. *Appen.* Cauſa, abſolutè.

Pl. Perſa *Ea cauſa ad hoc exemplum te exornavi ego.*
Vtnibus tu hodiè virgo? ---- ſc. Quæ res.

Plaut. Sti. *Perquirunt, quid fiet cauſæ illicò,*
Alienum æs cogat, an pararit prandium. ſc. Famē.

Eſt, qui.

Interdum Eſt tertiæ tantum perſonæ, quamvis perſonaliter ſumi videatur, antecedens tamen ſupprimit, cujus cauſa relativum à tergo admittit, cum Indicativo & Subjunctivo.

 Cic.

Cic. *Sunt, qui diſceſſum animi à corpore putant eſſe mortem.* 1. Tuſc.

Cic. *Sunt, qui urbanis rebus bellicas anteponunt.* 1. Offic.

Cœlius Cicer. *Erit, qui intercedat.* lib. 8. 5.

Cic. *De impudentia ſingulari, quod adeſt, quod reſpondet, ſunt qui mirentur.* lib. 1. in Verrem princ.

Varro. *Vineam ſunt qui putent ſumptu fructum devorare.* De re ruſt. lib. 1. 8.

Hor. *Sunt qui non habeant, eſt qui non curet habere.* lib. 2. epiſt. 2.

Ovid. *Facta canam, ſed erunt, qui me finxiſſe loquentur.* 6. Faſt. prin.

Plaut. Ciſtel. ---- *mulier mane, ſunt.*
Qui volunt te conventam. --- ſc. Niſi quid.
Item pœn. ſc. Ain tu.

Idem Trinum. *Sunt, quos ſcio eſſe amicos: ſunt quos ſuſpicor.* ſc. Larem.

I. *App.* Antecedens aliquando exprimitur.

Cic. *Sunt homines quod libidinis, infamiæque, neque pudeat, neque tædeat.* 2. in Verrem.

Ter. Eunu. *Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt.* act. 2. 2.

Gellius. *Renunciatum eſt nobis eſſe homines, qui novum genus diſciplinæ inſtituerunt, ad quos juventus in ludum conveniat.* lib. 15. c. 11.

Ovid. *Et tamen eſt aliquis, qui vulnera cruda retractet.* 3 triſt. 11.

Salluſt. *Fuere tamen cives, qui ſeque remque publicam obſtinatis animis perditum irent.* In Conjurat.

Plaut. Capt. *Eſt profectò Deus, qui quæ nos gerimus auditque & videt.* ſc. Jam.

Idem. Ciſtel. ---- *eſt quidem homo, qui illam ait ſe ſcire ubi ſit.* ſc. Niſi quid.

Idem Trinum. *Atque edepol ſunt res, quas propter tibi tamen ſuccenſui.* ſc. Neque.

Cic. *Eſt enim quoddam genus eorum, qui ſe philoſophos appellari volunt.* 2. Thuſc.

Eſt, Ubi.

Cæſar. *Ut eſſet, ubi tegumenta perpendere poſſent.* 2. de bello civili.

Cic. Atti. *Quid eſt, ubi acquieſcam?* lib. 11. 10. & lib. 12. 27.

Ter. Phor. *Vel oculum exſculpe: eſt, ubi vos ulciſcar probè.* act. 5. 7.

Plau. Pſeu. *Erit, ubi te ulciſcar, ſi vivo.* --- ſc. Vox.

Hor. *Interdum vulgus rectum videt, eſt ubi peccat.* lib. 2. epiſt. 1.

Plau. Capt. *Eſt etiam, ubi profectò damnum præſtet facere, quam lucrum.* ſc. Jam ego.

Plaut. Trucul. *Si rem ſervaſſem, fuit ubi negotioſus eſſem.* ſc. Ad fores.

Cato. *Uti ſiet, ſtipites ubi ſtent.* c. 18.

Eſt, unde.

Cic. Att. *Velim conſideres, ut ſit, unde nobis ſuppeditentur ſumptus neceſſarii.* lib. 11. 13.

Cato. *Salix per tempus legatur, uti fiet, unde corbulæ fiant.* c. 31.

Terent. Adel. ---- *nam ſi eſſet, unde id fieret, Faceremus.* ---- 2c. 1. 2.

Ter. Adel. --- *diſcidit*
Veſtem? reſarcietur eſt, diis gratia,
Et unde hæc fiant, & adhuc non moleſta ſunt.
Ibidem.

Cæſar. *Unde agger omnino comportari poſſet nihil erat reliquum, omnibus arboribus, longe, lateque in finibus Maſſilienſium exciſis.* 2. de bello civili.

Cic. *Simul, dum eſt unde jus civile diſcatur, adoleſcentem ei in diſciplinam tradite.* l. 1. In Verrem.

Eſt, qui, *id eſt*, Habet, Unde, *vide* Habeo.

Ter. Phor. --- *etiam argentum eſt ultro objectum ei,*
Ut ſit, qui vivat, dum aliquid aliud flagitii conficiat. act. 5. 2.

Cæſar. *Unam fore tabellam, qui liberandos omni periculo cenſerent; alteram, qui capitis damnarent; tertiam, qui pecunia multarent. Poſtremo omnes aut de honoribus ſuis, aut de præmiis pecuniæ, aut de perſequendis inimicis agebant.* 3. de bello civi.

Cato. *Silicem græcam circum arundinetum ſcripto uti fiet, qui vineam alliges.* c. 6.

Plau. Moſtel. --- *nihil eſt, qui tergum tegam.* ſc. Illi.

Plaut. Menæch. --- *Non mihi cenſebas eſſe, qui te ulciſcerer.* ſc. ut hoc.

Plaut. Ruden. --- *Tibi quidem edepol copia eſt,*
Dum lingua vivet, qui rem ſolvas omnibus. ſc. Qui homo.

Varro. *Si exigere mavis ſint mularum fœtura, & nutricatu numerum octoginta & unum: eſt, qui expleas duplicem iſtam lacunam.* De re Ruſtica. lib. 2. c. 1.

Eſt, quò.

Cic. Bruto. *Ne ſit, quò ſe Latronum duces ex Mutinenſ*

tinenſi fuga conferant. epiſtola. 9.
Cic. *Nihil eſt præterea, quò confugere poſſimus.* Pro Flacco.
Plaut. Capt. *Ni illum recipit, nihil eſt, quo me recipiam.* ſc. 2.

Eſt, *pro Habeo poſitum,* quòd.

Cic. *Nec eſt, quod iis præterea magnopere poſſit adimi.* lib. 9. 13.

Appendix.

Huc pertinet Latina & Ciceroni familiariſſima Illa tabellarii circumlocutio. *Eſt cui des:* Habes *cui des:* Eſt *qui perferat* pro quibus nos fere dicere ſolemus, habes nuntios.

Eſt, cui des.

Cic. *Sed quis unquam tuorum mihi dixit eſſe, cui darem quin dederim.* lib. 12. 30.
Cic. *Multi erunt, quibus rectè litteras dare poſſis, quòd ad me libenter perferant.* lib. 16. 1.
Cic. *Quia nactus eram, cui darem.* lib. 16. 7.
Cic. *Nec ſæpè eſt, cui litteras demus, nec rem habemus ullam, quam ſcribere velimus.* lib. 14. 6.
Cic. Atti. *Crebrò velim ad me ſcribas, erit autem quotidiè cui des.* lib. 16. 12.
Cic. Atti. *Nunquam enim à Pompeia noſtra certior ſum factus, eſſe, cui litteras dare poſſem.* lib. 1. 4.
Cic. Att. *Tu quidem ſcribito, cum erit cui des.* lib. 11 11. & lib. 12. 15.

II. *Appen.* Habes, cui des, Habes, qui ferat. Habes, qui proficiſcatur.

Cic. *Litteras ad te nunquam habui, cui darem, quin dederim.* lib. 12. 19.
Cic. *Scribo ad vos cum habebo, qui ferat.* lib. 14. 16.
Idem. *Ego ſi ſemper haberem, cui darem, vel ternas in hora darem.* lib. 15. 16.
Idem. *Cura ut valeas, litteraſque ad me mittas, quotieſcunque habebis cui des.* lib. 16. 10.
Idem. *Cum haberem, cui rectè darem litteras.* l. 16. 20
Cic. Atti. *Non habebam idoneum, cui darem.* l. 1. 14.
Cic. Att. *Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem litteras.* lib. 5. 17.
Cic. Atti. *Neque mihi accidit, ut haberem, qui in Epirum proficiſceretur.* lib. 1. 4.
Cic. Atti. *Quicquid veniet tibi in mentem, cum habebis, cui des, & dum erit, ad quem des.* l. 11. ult. & 13.
Cic. Atti. *Quotidie ne, inquis, à te accipiendæ litteræ ſunt? ſi habebo cui dè, quotidie.* l. 7. 9. & l. 12. 41

III *Appen.* Synonymorum.

Cic. *Ego nunquam quenquam ad te, cùm ſciam, ſine meis litteris ire patiar.* lib. 15. 17.
Cic. *Epiſtolas requiris meas ego autem nunquam, cum mihi denunciatum eſſet à tuis, ire aliquem, non dedi.* lib. 12. 18.
Cic. *Si quem cui rectè committam, invenero.* lib. 1. 9.
Cic. Atti. *Si quenquam nactus fueris, qui perferat: litteras des antè, quàm diſcedimus.* lib. 10. 13.
Cic. Atti. *An his illuc euntibus mandem, ut me excuſent.* lib. 11. 22.
Cic. *In Italiam euntibus omnibus ad me litteras dabis, ut ego euntem Patras neminem prætermitto.* lib. 16 7.
Cic. Att. *Multò tu facilius reperias qui Romam proficiſcantur, quàm egò, qui Athenas.* lib. 1. 7.
Idem. *Tantùm igitur noſtrum illud ſolemne ſervemus, ut ne quem iſtuc euntem ſine litteris dimittamus.* lib. 7. 6.
Cic. Q. Fr. *Ego cum Romam venero, nullum prætermittam Cæſaris tabellarium, cui litteras ad te non dem.* lib. 2. 13.
Cic. *Cum Theophilus proficiſceretur, non potui nihil ei litterarum dare.* lib. 4. 10.
Cic. *Caninio ad te eunti, non potui nihil dare.* l. 9. 3.

Admonitio.

Etſi, etiamſi, quanquam, quamvis, licet, tametſi, ut, cum, *ſynonyma ſunt, quæ in altera orationis parte libenter aſſumunt* tamen, ſed tamen, nihilo minus, certè, tamen certè, &c.

Etſi, tamen.

Cic. *Etſi abeſt maturitas ætatis: jam tamen perſonare aures ejus hujuſmodi vocibus, non eſt inutile.* lib. 6. 19.
Cæſar. *At Cæſar, etſi nondum eorum conſilia cognoverat: tamen, & ex eventu navium ſuarum, & ex eo, quòd obſides dare intermiſerant, fore id, quòd accidit, ſuſpicabatur.* 4. de bel. Gal.
Cæſar. *Etſi, aliquo accepto detrimento, tamen ſummâ exercitus ſalva, locum, quem petant capi poſſe.* 1. de bel. civili.

Plau. Perſa. --- *Etſi res ſunt fractæ, amici ſunt tamen.* ſc. Satin.

Cic. Antonium. *Etſi ejus in me officia omnes deſiderent; tamen in Senatu graviſſimè, ac diligentiſſimè defendi.* lib. 5. 6.

Ter.

Ter. Her. *Etſi ſcio Philumena, meum jus eſſe, ut te cogam*
Quæ ego imperem, facere: ego tamen patrio animo victus faciam
Uti tibi concedam, neque tuæ libidini adverſabor. ac. 2. 2.

Virg. *Ergo, etſi conferre manum pudor, iraque monſtrat, Objiciunt portas tamen, & præcepta faceſſunt.* 9. Aeneid.

Paulus. *Etſi percuſſor certus ſit, tamen habenda quæſtio eſt, ut cædis mandator inveniatur.* l. 6. ff. de S. C. Silla.

Etſi, at.

Varro. *In quibus, etſi non tantum acuminis, ac plus litterarum.* lib. 5. de lin. lat. princ.

Cic. *Etſi idem magiſter ejus Iſocrates, at non Thucydides.* In Oratore.

Cæſar. *Etſi pars aliqua circumventa ceciderit, at reliquos ſervari poſſe confidunt.* lib. 6. de bel. Gal.

Etſi, attamen.

Ter. Heau. *Nam Clinia hic, etſi is quoque ſuarum rerum ſatagit, attamen*
Habet benè, ac pudicè eductam, ignaram artis meretriciæ. ac. 1. 2.

Etſi, ſed, *pro tamen.*

Cic. *Nam, etſi non facilè dijudicatur amor verus, & falſus, &c. ſed ego uno utor argumento, quamobrem me ex animo, vereque arbitrer diligi.* lib. 9. 16.

Idem. *Etſi poſuiſti joco verſus Aſtianos: ſed quæ eſt invidia?* Ibid.

Cic. Atti. *Rhodum volo puerorum cauſa: inde quam primum Athenas: etſi Eteſiæ valdè reflant: ſed volo his magiſtratibus, quorum voluntatem in ſupplicatione ſum expertus.* lib. 6. 7.

Sed etſi, nihilominus.

Triphoninus. *Sed etſi non ſit fundi domina, nihilo minus competit dotis actio.* l. cum in fundo. 78. ff. de jure dot.

Sed etſi, attamen.

Ulpian. *Sed etſi non poſſit, attamen ratio haberi debet ejus, quod fecit.* l. Servi. 17. ff. de furtis.

Tryphoninus. *Sed etſi Senatuſconſultum ſtricto jure contra omnes tutores nititur, attamen ſummæ affectionis avitæ intuitu hujuſmodi nuptiæ concedendæ ſunt.* l. non ſolum ff. de ritu nupt.

Etſi nequaquam, at tamen.

Cic. *Atque ei, etſi nequaquam parem illius ingenio, at pro noſtro tamen ſtudio, meritam gratiam, debitamque referamus.* lib. 3. de Orat. princ.

Sed etſi, nihilo minus tamen.

Ulpian. *Sed etſi optimo conſilio uſus ſit auxilio prætorio juriſdictionis, nihilo minus tamen* l. Non ſolum. 67. ff. de ritu nupt.

Ulpian. *Sed etſi egit procurator meus ex ea ſtipulatione me invito, nihilo minus tamen mihi ex ſtipulatu actio tribuetur.* l. Si procurator ff. de procurat.

Etſi, ſed tamen.

Cic. *Etſi me quidem non offendunt: ſed tamen cum à me diſcedunt, flagitant litteras.* lib. 15. 17.

Cic. Atti. *Etſi impediet Faberius, ſed tamen cum licebit.* lib. 13. 2.

Cic. Atti. *Hæc velim explices, & me juves conſilio, etſi te ipſum iſtic jam calere puto: ſed tamen quantum poteris.* lib. 7. 19.

Cic. *Quod ego his literis efficere volui: etſi id ipſa per ſe neceſſitudo quæſturæ effeciſſe debet: ſed tamen nihilo infirmius illud hoc addito.* lib. 13. 10.

Etſi, Veruntamen.

Cic. Atti. *Suaves tuas litteras, etſi acerba pompa: verumtamen ſcire omnia non acerbum eſt.* l. 13. 43

Cic. Atti. *Etſi Latinitas erat non ferenda: veruntamen.* lib. 14. 12.

Ter. Phor. *Etſi facta mihi injuria eſt, veruntamen*
Potius, quàm lites ſecter, aut quàm te audiam
Itidem ut cognata ſi ſit, id quod lex jubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe act. 2. 2.

Etſi, certè.

Ter. Hau. -- *id quidem etſi tu neges, certè ſcio.* ac. 4.

Etſi, nihilo minus.

Paulus. *Etſi poſtumus natus ruperit teſtamentum, & deceſſerit: nihilo minus codicilli valent.* l. Si con ficiuntur. 8. ff. de jur. cod.

Ulpian. *Sed etſi negaverint, nihilo minus publicatur.* l. Si poſtulaverit. 27 ff. ad leg. Jul. de adu.

Etiamſi, nihilo minus.

Ulpianus. *Etiamſi alii juſſu mariti dos detur, nihilo minus maritus de dote obligatur.* l. etiamſi. 19. de ju. dot. Item. l. 62. ff. de condit. & demc

Etiam

Etiamſi, nihilo minus tamen.

African. *Etiamſi ignoraverit, qui certum hominem emi mandaverit, furem eſſe: nihilo minus tamen damnum decidere cogetur,* l. Si ſervus. 16. ff. de furtis.

Etiamſi, tamen.

Cic. *Etiamſi in nos non is eſſet, qui eſt tamen ornandus videretur.* lib. 1. 9.

Idem. *In quo etiamſi multi mecum contendent: tamen, cum reliquis omnibus, tum Craſſis tuis judicibus, omnes facile ſuperabo.* --- lib. 5. 8.

Idem. *Etiamſi inter cauſas armorum aliquantum interſit, tamen inter victorias non multum interfuturum.* lib. 6. 4.

Cic. Atti. *Nam iſta veritas, etiamſi jucunda non eſt, mihi tamen grata eſt.* lib. 3. 24.

Appen. Interdum harum particularum fit tranſpoſitio.

Cic. *Quæ tamen ipſa effloreſcit ex amicitia, etiamſi tu eam minus ſecutus ſis.* In Lælio.

Etiamſi, certè.

Cic. *Etiamſi eſt in genere tolerabili, certè non eſt in optimo.* de optimo ge. Orat.

Idem. *Speravi etiamſi honos noſter vobis vilior fuiſſet, ſalutem certè caram futuram.* Pro Flacco.

Idem. *Quibus etiamſi ingenium, ut tu putas, non maximè defuit, doctrina certè, & otium & hercule etiam ſtudium illud dicendi acerrimum defuit.* lib. 1. de Oratore.

Etiamſi, tamen certè.

Trebonius Cic. *Cum etiamſi odio par fuerit in eos quos læſit: tamen certè non magis dignos habuerit in quos tanta libertate verborum incurreret.* -- lib. 12. 16.

Etiamſi, æquè.

Ulpian. *Æquè bonis adnumerabitur, etiamſi quid eſt in actionibus, petitionibus, perſecutionibus.* l. Bonorum. 49 ff. De verb. ſing.

Etiamſi non utique, tamen.

Quintil. *Etiamſi non utique vocis ſunt vitia, quia tamen propter vocem accidunt, potiſſimum huic loco ſubjiciantur.* lib. 1. 3.

I. *Appen.* Etſi, *abſolutè poſitum tam in priori quàm poſteriori orationis membro.*

Cic. Atti. *Id coram conſiderabimus quale ſit, habet enim res deliberationem: etſi ex parte magna tibi aſſentior.* lib. 7. 3.

Cic. Atti. *Etſi, quæ fuit illa temeritas.* lib. 9 9.

Ter. Heau. *Etſi conſilium, quod cepi, rectum eſſe ſcio.* act. 2. 2. act. 3. 1.

Ter. And. *Ibo etſi hercle ſæpè jam me ſpes hæc res fruſtrata eſt.* act. 2. 2.

Ulpian. *Etſi venditio remanſiſſet, nihil hæc res emptori proderat.* l. 23. ff. de ædil. edict.

II. *Appen.* Etſi tamen, *abſolutè poſitum.*

Ter. Heau. *Ambo accuſandi: etſi illud inceptum tamen*
Animi eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui, ſc. 1.

III. *Appen.* Etiamſi, *abſolute poſitum.*

Ulpian. *Julianus quidem libro ſexto decimo digeſtorum ſcribit, etiamſi pater promiſit, periculum reſpicere ad maritum.* l. Si extraneus. 33. ff. de Jur. dot.

Sed tamen etſi, tamen.

Cic. *Sed tamen etſi anteà ſcripſi, quę exiſtimavi ſcribi oportere, tamen hoc tempore breviter commonendum putavi.* lib. 4. 15.

Appen. Nihilominus tamen, *abſolutè poſitum.*

Ter. Heau. --- *jam loquere; nihilo minus ego hoc faciam tamen.* act. 5. 3.

Nihilo minus tamen, ut, *vide* Ut.

II. *Appen.* Sed tamen etſi, *abſolutè uſurpatum.*

Cic. Att. *Sed tamen, etſi uberior liberalitas hujus; gratior eſſe videbatur eorum, qui occuparant.* lib. 4. 15.

III. *Appen.* Libenter admodum Cicero epiſtolam exordiri ſolet particula *Etſi*, teſtantur epiſtolarum principia, quæ ſubjiciuntur.

	lib.		epiſtola
In Familiaribus	3		8
	4		7
	4		9
	4		10
	4		12
	5		16
	5		18
	5		19
	6		14
	6		22

In Familiaribus lib. … epiſtola

lib.	epiſtola
8	7
9	3
9	8
9	14
10	10
10	12
11	15
11	18
13	1
13	28

In Familiaribus lib. … epiſtola

lib.	epiſtola
13	43
13	44
13	55
13	75
15	12
15	15
16	10
16	24
16	25

Ad Atticum. *lib.* 3. 22. *lib.* 5. 16. 6. 3. *lib.* 9. 1. *&* 2. *lib.* 14. 18.

Ad Brutum. *lib.* 1. 16.

Ad Q. Fratrem. *lib.* 1. 1.

Etſi, tamen, quater, in principio unius epiſtolæ Ciceronem repetiiſſe ante me vir clariſſimus, & de litteris optimè meritus Paulus Manutius obſervavit, nobiſque imitandum non eſſe admonuit. lib. 6. Familiarium, epiſt. 1. Uſus etiam Cic. particulis Etſi, tamen, bis in epiſtola licet breviſſima. lib. 10. 6.

Extemplò, poſtquam, *id eſt*, Statim ut.

Plaut. Merca. --- *extemplo ex ephebis poſtquam exceſſerit.* Prologo.

Extemplò, ubi.

Plaut. Bacch. *Vendam ego, venalem quem habeo, extemplò ubi oppidum expugnavero.* ſc. Atridæ.

Appen. Quàm extemplò, illicò.

Plaut. Mil. *Quàm extemplò erit factum, ubi intro hæc abierit, tu illicò facito venias ornatus huc ornatu nauclerico.* ſc. Sequimini. Idem Trinum. ſc. Multas.

Extemplò ut, confeſtim.

Plaut. Mercat. --- *extemplò inde ut ſpectaviſſet peplum,*

Rus rurſum confeſtim exigi ſolitum à patre. --- Prologo.

Exinde, ex quo. *ſignificatione temporis.*

Non exinde, ex quò: ſed ex quo.

Martianus. *Annus exinde computandus eſt, ex quo ea adnotatio innotuit.* l. 4. ff. de requirem. vel abſendam.

Ulpian. *Dicendum eſt tempora bonorum poſſeſſionis petendæ credere municipibus exinde, ex quo decernere de petenda potuerunt.* l. 1. ff. de libertis univerſi.

Ulpian. *Credendum eſt videri legatum habere juriſdictionem, nòn exinde ex quo mandata eſt, ſed ex quo provinciam proconſul ingreſſus eſt.* l. 4. ff. de off. proc.

Papinianus. *Exinde ſui juris videtur fuiſſe ex quo pater hoſtium potitus eſt.* l. Quòd ſi. 11. ff. de captivis & poſtlim. & l. Si quis. 21. eod.

I. *Appen.* Ex eò, ex quo.

Ex eo tempore, quo.

Ulpian. *Petitam autem fiſco hæreditatem ex eo tempore exiſtimandum eſſe, quo primum ſcierit quiſque eam à ſe peti.* l. item veniunt. 20. ff. de hæred. per.

Idem. *Ex eo, ex quo dies ſtatutus præteriit.* l. Si ſe 4. ff. de re judicat.

Exinde, ut, *idem quod*, Pro ut, Pro eo, ac.

Varro. *In qua re alii aſellis, alii vaccis, ac mult utuntur, exinde ut pabuli facultas eſt.* lib. 1. 20.

Idem. *Exinde, ut vaſa olearia quot, & quanta habeant.* lib. eodem. 24.

Vide infra, Ut, exinde. Plaut.

Faxo, ut.

Plau. Aſin. --- *ſine venias modo domum, faxo ut ſcia*
Quid pericli ſit dotatæ uxori convicium dic
re. ſc. penult.

Appen. Faxo, *abſolutè.*

Ter. Eu. *Qui mihi uno digitulo fores aperis fortun*
tus,
Næ tu iſtas faxo calcibus ſæpè inſultabis fr
ſtrà, ſc. 2. 2.

Plautus Amphi. --- *niſi actutum hinc abis,*
Familiaris accipiere faxo haud familiarit
ſc. 1.

Plaut. Amph. *Ego faxim te Amphitruonem eſſe*
lis, quàm Jovem. ſc. Benè vale.

Ter. Heau. ---- *ademptum tibi jam ſaxo omnem metum.* act. 2. 2.

Fit, Ut.

Cic. *Sic fit, ut, ſi quid præterea de me audiat, non audiendum putet.* lib. 9. 16.

Cic. *Ita fit, ut & ſuperiorum conſiliorum conſcientia, & præſentis temporis moderatione conſoler.* lib. 9. 16.

Ter. And. *hoc niſi fit, puerum ut tu videas, nil moventur nuptiæ.* act. 3. 2.

Fit, uti.

Cæſar. *Qua ex re fieri, uti earum rerum memoria magnam ſibi auctoritatem, magnoſque ſpiritus in re militari ſumerent.* 2. De bel. Gal. princ.

Idem. *Quod ferè fit, quibus quiſque in locis miles inveteraverit, uti multum earum regionum conſuetudine moveatur.* 1. de bello civili.

Fit, ne.

Cic. *Improbitate eorum, qui epiſtolas accipiant, fieri ſcribis, ne ad nos perferantur.* lib. 4. 4.

Cæſar. *Id, ne fieri poſſet, obſidione, atque oppidi circummunitione fiebat.* 1. De bello civili.

Idem. *Aegrè retentis Domitianis militibus, eſt factum, ne prœlio contenderetur.* 3. De bello civili.

Fit, ut ne.

Ter. And. *Si poterit fieri, ut ne pater per me ſtetiſſe credat,*

Quo minus hæ fierent nuptiæ, volo. ---- act. 4. 2.

Fit, uti ne.

Ter. Adel. ----*fieri potis eſt, uti ne quà exeat,* act. 4. 4

Fit, ut non.

Ulpian. *Sic fit ut non teneatur furti, & agat.* l. itaque, 12. ff. de. furtis.

Fore, ut.

Cic. *Hujus me conſtantiæ puto fore, ut nunquam pœniteat.* lib. 2. 16.

Cic. *Suſpicor fore, ut infringatur hominum improbitas.* lib. 1. 6. & 5. & 7.

Varro. *Si omne eximas, fore ut diſcedant.* lib. 3. 16.

Cic. *Ais fore, ut te Cæſar reſtituat.* lib. 7. 27.

Cæſar. *Fore videbat, ut ſi hoſtes eſſent pulſi, celeritate periculum effugerent.* 4. de bel. Gal.

Futurum, ut.

Cic. *Quorum ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior, futurum fuiſſe, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur.* 3. Tuſc.

Ulpian. *Item ſi futurum eſt, ut niſi pecunia intra diem ſolvatur, pignus diſtrahatur.* l. 5. ff. de hæred. pet.

Africanus. *Futurum, ut ſumma iniquitate bonæ fidei poſſeſſor adficiatur.* l. & generaliter. ff. de nox. act.

Cic. *Si eſſet aliquando futurum, ut aliquis de L. Flacci pernicie cogitaret.* Pro Flacco.

Cæſar. *Exiſtimabant plerique futurum fuiſſe, ut amitteretur.* 3. de bello civili.

Fore uti, Futurum uti.

Cæſar. *Quod ſi diutius alatur controverſia, fore, uti pars cum civitatis parte confligat.* 7. de bell. Gal.

Salluſt. *Fore, uti ſolus imperio Numidiæ potiretur.* Jugurt.

Cic. Atti. *Scripſeras fore, uti ſecundum comitia aliquid de nobis in ſenatu ageretur.* lib. 3. 13.

Cæſar. *Futurum eſſe paucis annis, uti omnes è Galliæ finibus pellerentur.* 1. de bel. Gal.

Idem. *Qua ex re futurum, uti potius Galliæ animi à ſe averterentur.* 1. De bel. Gal.

Fore, cùm, *vide* Cum.

Fore, ut non.

Cic. Atti. *Puto fore, ut me non ſuſtineat,* lib. 14. 18.

Idem. *Putas ne fore, ut legem non ferat?* lib. 4. 8.

Verbum Habeo, antecedens ſæpè ſupprimit, cujus ratione relativum à tergo aſſumit, & cum Subjunctivo modo conſtruitur.

Habeo, qui.

Cic. *Non habui, cui potius id negotii darem.* l. 5. 20.

Cic. Atti. *Ego vero quem fugiam, habeo, quem ſequar non habeo.* lib. 8. 7.

Teren. Adel. *Nec habeo, quem ad obſtetricem mittam, nec qui accerſat Æſchinum.* act. 3. 1.

Idem Phor. --- *niſi haberet, cui malediceret.* Prologo.

Habes, cui des. Habes, qui ferat.

vide Eſt, qui.

Habeo, quid.

Cic. Atti. *Nec tamen jam habeo, quid aut mandem tibi, aut narrem.* lib. 5. 6.

Ter. Phor. --- *non multum habet.*

Quod det fortaſſe ---- ac. 1. 2.

Habeo, quò.

Cic. *Habebam, quò confugerem, ubi conquieſcerem.* lib. 4. 6.

Cic. *Quo me conjectura ducat habeo.* lib 9. 2.

Plaut. Menæch. *Quaſi non habeam, quò intromittar.* ſc. Ut hoc.

Cic. *Habeant quò ſe referant, unde ſtatim expedita poſſint argumenta depromere.* lib. 2. de Oratore.

Habeo, ubi.

Cœlius Cic. *Cùm otioſus ſum planè, ubi delectem otiolum meum non habeo.* lib. 8. 3.

Cic. F. *Habes ubi deponendæ tibi ſunt urbanitates.* lib. 16. 21.

Habeo, unde.

Plaut. Trucu. *Nunc puero utere, & procura: quia unde procures habes.* ſc. Blitea.

Cato. *Si non habebis unde irriges: gerito, inditoque leniter.* c. 151.

Plaut. Aſin. *Habeo unde iſtuc tibi, quod poſcis, dem.* ---- ſc. Unumquodque.

Ovid. *Nec habet, unde ſuum paupertas paſcat amorem.* Rem. Amo. 2.

Habeo, qui, *idem quòd* Eſt, *vel* Habeo unde, *vide* Eſt.

Plaut. Trinum. *Deûm virtute habemus, & qui noſmet utamur pater,*
Et aliis, qui comitati ſimus benevolentibus. ſc. Quo illic.

Ter. Eu. ---- *nemo poſſet, ſat ſcio,*
Qui haberet quî pararet alium, hunc perpeti, ac. 3. 1. ----

Idem. Eu. *Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo.* ac. 5. 3.

Plaut. Aulu. *Pol ſi animus eſt æquus tibi, ſatis habes, qui benè vitam colas.* ſc. Præſagibat.

Idem Ruden. ---- *ademit ciſtulam ei, quam habebat: ubique habebat,*
Qui ſuos parentes noſcere poſſet. ---- ſc. Intelligo.

Appen Habeo, quî, *id eſt, Habeo, quo cum.*

Cato. *Privaſque ſcopulas in dolia facito habebas illi rei, quî labra doliorum confrices,* c. 26.

Idem. *Facito ſcopas virgeas ulmeas eridas, in aſſerculo alligato, eabus latera doliis intrinſecus uſque benè perfricato, ne fex in lateribus adhæreſcat.* c. 1. 52.

Plaut. Aſin. *Etiam opilio, qui paſcit mater alienas oveis,*
Aliquam habet peculiarem, quî ſpem ſoletur ſuam. ſc. Nequeon'.

Frequentèr autem veteres, præſertim Comici, loco ablativorum quo, qua, quo, particula Quî, uti ſolent.

Plaut. Amphi. ---- *pateram, Pterela rex qui potavit* ---- ſc. Benè vale.

Plaut. Bacchi. - *Uti fiet mulſum, qui triumphent milites.* ſc. Arridæ.

Plaut. Bacchi. *Ille olim habuit ignem, qui ſignum daret.* ſc. Arridæ.

Plaut. Bacchi. ---- *qui dedit argentum fœnori*
Qui amica emta. ---- ſc. Sceleſtiorem.

Idem Ruden. ---- *ne copia eſſet ejus,*
Qui ſuos parentes noſceret. ſc. Intelligo. & ſc. Seriò. & alibi ſæpè.

Habeo, quid, *id eſt, ſcio quid.*

Cic. *De quibus habeo ipſe quid ſentiam, non habeo autem quid tibi aſſentiar.* lib. 3. De nat. Deor.

Cic. Atti. *Planè oppreſſi videmur, nec quid conſilii capiam ſcio, nec me herculè de me laboro, de pueris quid agam non habeo.* lib. 7. 18.

Ter. An. *Teneo quid erret, quid ego agam habeo.* ---- ac. 3. 2.

Habeo, eleganter adſumit particulas, quòd, quare, unde, ejuſdem ferè ſignificationis, cum verbo Eſt imperſonali.

Habeò, quòd.

Cic. *Neque tamen adhuc habeo, quòd te accuſem,* lib. 2. 8.

Cic. Atti. *Nec me herculè habeo, quòd adhuc quem accuſem meorum,* lib. 5. 11.

Habeo, quare.

Ad Heren. *Quare velit in vita manere non habebis,* lib. 4.

Habeo, ubi.

D. Brutus. *Ubi conſiſtamus non habemus, præter Sex, Pompejum.* lib. 11. Famil. epiſt. 1.

Habeo, unde.

Plaut. Trinum. ---- *Habeo dotem, unde dem.* ſc. Larem.

Plaut. Ciſtel. ---- *neque unde auxilium expetam habeo.* ſc. Niſi.

Ulpian. *Cùm habeat unde ſatisfaciat.* l. Si quis. 52 ff. de furtis.

Appen

Appen. Fit etiam ut antecedens exprimatur.
Cic. *Etiam ſine meis litteris intelliges te aliquid habere, quod ſperes.* lib. 6. 2.

Hactenus, ne. *id eſt, uſque eò, uſque ad eum finem, eatenus.*

Cic. Atti. *O provincia: etiamne hic mihi curandus eſt? curandus autem? hactenus, ne quid ad ſenatum.* lib. 5. 4.

Hactenus, ut.

Cic. *Qui hactenus aliquid legit, ut earum rationem rerum explicaret, quæ in mari, cœlove fierent.* lib. 1. De divinat. princ.

Idem. *Niſi verò hactenus iſta formula teſtimonii, atque orationis tuæ deſcribi, ac diſtingui poteſt, ut pro Flacco abſenti aliquid civitates tribuiſſe dicantur.* Pro Flacco.

Ovid. *Ales Itin, Sappho deſertos cantat amores: Hactenus, ut media cætera nocte ſilent.* Saph.

Africanus. *Eaque ratione hactenus is, qui rem defenderet, punietur: ut jure ſuo probare neceſſe haberet.* l. Si priuſquam 15. ff. De ope. no. nunt.

Cic. *Præcepta duntaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur.* l. 2. De Oratore.

Hactenus, quatenus.

Ulpian: *Si res minoris valet, quàm comparata eſt, hactenus locupletior factus videbitur, quatenus res valet.* l: Si etſi. 25. ff: de Hæred: petit:

Ulpian: *Videri dotem ab avo profectam Neratius ait hactenus, quatenus avus eſſet dotaturus neptem ſuam* l: Profectitia. ff: De jure dot:

Ulpian: *Deinde remitteretur prohibitio hactenus, quatenus prohibendi jus, is, qui nuntiaſſet non haberet.* l: 1. ff: de ope: no: nunt:

Ulpian: *Si domini debitor ſit ſervus, & ab alio mutuatus ei ſolverit: hactenus non vertit. quatenus domino debet.* l: Si pro patre ff: De in: rem verſo.

Hactenus, quoad.

Cic: *Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem rectè adhibitam eſſe, quoad certior ab homine amiciſſimo fieres iis de rebus.* lib: 4. 3.

I. *Appen:* Hactenus, abſolutè poſitum.

Cic: *Sed hæc hactenus.* lib: 6 2.

Qua tranſeundi particula ſæpiſſimè uſus eſt Cicero ad Atticum, qua de re infra. In tranſitionum Particulis, dicturi ſumus.

Livius. *Hactenus quiete utrinque ſtationes fuere.* Dec: 1. Libro 7.

II. *Appen:* Quatenus abſolutè, *vide* Eatenus.

Tryphoninus. *Quæſitum eſt. quatenus emancipatus bonorum poſſeſſionem habiturus ſit,* l: filium ff: De bono poſſeſſ: cor: tabulas.

Haud, niſi.

Cic: *Haud poſſem vivere, niſi in litteris viverem.* lib: 9 26.

Admonitio.

Pronomen Hic, ſatis notum, uſus non item: cum eo enim ſæpiſſimè comparatur Ille, certa tamen adhibita obſervatione, & elegantia, de ſententia Grammaticorum, ut nimirum Ille, de eo, quod in præcedenti membro primo loco poſitum erat, dicatur, tanquam de remotiori: Hic vero de poſteriori. In contrarium tamen exempla ſubjiciemus.

Hic, ille.

Cic: *Nunquam tanto odio civitati Antonius fuit, quanto eſt Lepidus. ille enim ex turbulenta Repub: hic ex pace, & victoria bellum excitavit.* li: 12. 10.

Cic: *Nam quum duo ſint genera decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim: quumque illud proprium ſit hominis, hoc belluarum: confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore,* 1. Officiorum.

Sall: *Imperium bonus & ignavus æquè ſibi exoptant, ſed ille vera via nititur, hic quia bonæ artes deſunt dolis atque fallaciis contendit.* In Conjurat:

Feſtus. *Exemplum eſt, quod ſequamur, aut vitemus: exemplar ex quo ſimile faciamus, illud animo æſtimatur, & hoc oculis conſpicitur.*

Salluſt: *Cæſar beneficiis, ac munificentia magnus habebatur, integritate vitæ Cato. ille manſuetudine, & miſericordia clarus factus; huic ſeveritas dignitatem addiderat.* In Conjurat:

Paulus. *Nec multum refert, inter cacabos, & aënum, quod ſupra focum pendet, hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitur,* l: Cum de lanionis 18. ff: De fun: inſtruc:

Ovid: *Quid fuit, ut tutas agitaret Dedalus alas, Icarus immenſas nomine ſignet aquas?*

Nempè quod hic altè, demiſſius ille volabat. 3. tr. 4.

Cic. *In Sempronio ſi meis litteris obtemperaſſes, maximam ab omnibus laudem adeptus eſſes, ſed illud, & præteriit, & levius eſt: hæc magna res eſt, fac ut provinciam retineas in poteſtate reip*. lib. 12. 22.

Cic. *Quibus ille reſpondit, Lacedæmonios claſſe illa amiſſa aliam parare poſſe: ſe fugere ſine ſuo dedecore non poſſe: atque hæc quidem Lacedæmoniis plaga mediocris: illa peſtifera, qua, cum* Cleom*brotus invidiam timens, temerè cum* Epaminonda *conflixiſſet, Lacedæmoniorum opes corruerunt*. 1. Offic.

Cic. *Ut in ſuperiore exemplo reus ab ſuo officio ac poteſtate factum dimovebat: ſic in hoc ab ejus officio ac poteſtate, qui accuſatur, ipſe accuſator factum removendo, hac ipſa ratione confirmat accuſationem*. lib. 2. De inventione.

Idem. *In ſuperiore genere de tractandis argumentis, in hoc etiam de inveniendis cogitandum eſt*, lib. 2. de Oratore.

Cic. *Senex nec quod ſperet habet, at eſt eò meliore conditione quàm adoleſcens, cum id quod ſperat ille, hic conſecutus eſt. Ille vult diu vivere, hic diu vixit*. In Catone.

Idem *Quid eſt, quòd negligenter ſcribamus adverſaria? quid eſt, quòd diligenter conficiamus tabulas? quia hæc ſunt menſtrua, illæ ſunt æternæ. hæc delentur ſtatim; illæ ſervantur ſanctè*. Pro Roſ. comœdo princ.

Ovid. *Quocunque aſpicio, nihil eſt niſi pontus & aer,*
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax. 1. triſt. 2. Itidem 1. faſto.

Salluſt *Omnibus Romanis, hoſtibuſque prælio intentis magna vi utrinque: pro gloria, atque imperio his, illis pro ſalute certantibus; repentè à tergo ſigno canere*. Jugurt.

Plaut. Capt. *Hic Favonius ſerenus eſt, iſtic auſter imbricus:*
Hic facit tranquillitatem: iſte omnes fluctus conciet. ſc. Divum.

Hic, qui.

Cic. *Cui me herculè hic, cujus in poteſtate ſumus, multum tribuit*. lib. 6. 5.

Hic, qui, *id eſt, talis qui.*

Cic. Atti. *Lætari te noſtra moderatione, & continentia video, tum id magis faceres, ſi adeſſes; atque hoc foro, quod egi ex idibus* Febr. lib. 6. 2.

Hic, ut, *id eſt*, Talis, *vel tantus.*

Cic. *Et hic honos veteri amicitiæ tribuendus eſt, ut is in culpa ſit, qui faciat, non qui patiatur injuriam*. In Lælio.

Cic. *Hanc eſſe in te ſapientiam exiſtimant, ut omnia tua in te poſita eſſe ducas*. in Lælio.

Cic. *Hanc in opinionem diſceſſi, ut mihi tua ſalus dubia non eſſet*. lib. 6. 15.

Cic. *Qui omnes hi ſumus, ut ſine his ſtudiis nullam vitam eſſe ducamus*. lib. 2. de Oratore.

Cæſar. *Seſe tamen ſcire, hoc eſſe in Ciceronem, populumque R. animo, ut nihil niſi hiberna recuſent*. 5. de bell. Gal.

Cæſar. *Hic dies noſtris longè graviſſimus fuit, ſed tamen hunc habuit eventum, ut eo die maximus numerus hoſtium vulneraretur*. Ibidem.

I. *Appendix*. Ad hoc exemplum, ut, *id eſt*, hoc modo, ut.

Plaut. Merca. *Amavi herclè equidem ego olim in adoleſcentia,*
Verùm ad hoc exemplum nunquam, ut nunc inſanio. ſc. Miris.

II. *Appen*. Ad hunc modum, quaſi; *vide* Idem.

Hujuſmodi, ut.

Cic. *Quod erit hujuſmodi, ut ſi à Cæſare, quod ſpe ramus, impetraverimus: tuo beneficio nos id con ſecutos eſſe judicemus*. lib. 13. 7.

Cic. Atti. *Quod confectum eſſe audieramus, er hujuſmodi, ut mihi ultra quadringenta millia l ceret eſſe*. lib. 3. 4.

Appen. Hic, eadem ſignificatione, *abſolutè poſitum.*

Cic. Atti. *Noſter autem ſtatus eſt hic: apud bon iidem ſumus quos reliquiſti*. lib. 1. 14.

Hoc comparandi ablativus, admittit à terg quò, & quòd.

Hoc, quò.

Cic. Atti. *tamen hoc audio lubentius, quò ſæp* lib. 13. 36.

Plancus Cic. *Certè hoc majus habes teſtimoniu moris mei, quò maturius tibi, quàm cæteris ſilia mea volui eſſe nota*. lib. 10. 9.

Hoc, quòd.

Cœlius Cic. *Hoc vehementius laboro nunc, q*
ſeo

ſeorſum à collega puto mihi omnia paranda. l 8.6.

Cic. *Quod quidem hoc vehementius lætor, quòd ex ipſo Meſſinio te video magnam capturum voluptatem.* lib. 3. 28. & lib. 10. 3.

Hirtius. *Ut hoc majori animo contenderent, quòd omnium ſalutem ſibi commendatam viderent.* De bello Alexand.

I. *Appen.* Hoc magis, quòd.

Cic. *Nunc verò hoc magis, quòd illa gens, quid de imperio noſtro ſentiret, oſtendit armis.* Pro Flacco.

II. *Appen.* Hoc magis, ut.

Cæſar. *Hoc magis properare Varro, ut cum legionibus quàm primum Gades contenderet.* 2. de bello civili.

Hoc, quia, *id eſt, eò, ob id, quia.*

Plaut. Ruden. -- *Hoc ſeſe excruciat animi,*
Quia leno ademit ciſtulam ei. --- ſc. Intelligo.

Cic. *Quod hoc etiam mirabilius videri debet, quia cæterarum artium ſtudia ferè reconditis, atque abditis è fontibus hauriuntur: dicendi autem ratio omnis in medio poſita.* lib. 1. de Orat. princ.

Jam, cùm.

Cæſar. *Jamque ab eo non longius bidui via aberant, cùm duas veniſſe legiones miſſu Cæſaris cognoſcunt.* 6. de bell. Gal.

Salluſt. *Jamque paullum à fuga aberant, cùm Sylla, &c.* Jugurt.

Virg *Et jam finis erat, cùm Juppiter æthere ſummo Deſpiciens,* ---- 1. æn.

Plaut. Merca. *Jam addicta, atque abducta erat, cum ad portum venio.* ſc. ſummè.

Jam olim, cùm: jam tum.

Virgil. *At jam olim, ſeras poſuit, cùm vinea frondes,*
Frigidus & ſylvis Aquilo decuſſit honorem;
Jam tùm acer curas venientem extendit in annum
Ruſticus. ---- 2 Georg.

Jam tum, cùm.

Cic. *Ejus libertum Apollonium jam tum equidem, cùm ille viveret, & magni faciebam, & probabam.* lib. 13. 16.

Cic. *Jactat ea, quæ jam tum, cùm aderas, offendere ejus animum intelligebam.* lib. 1. 9.

Catullus ---- *namque tu ſolebas*
Meas eſſe aliquid putare nugas,
Jam tum, cùm auſus es unus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis. 1.

Ter. Eu. *Jam tum, cùm primùm juſſit me ad ſe accerſier.* act 3. 3.

Jam, tunc, cùm.

Paulus. *Quod ſi jam tunc debitor, cùm ſub conditione promitteret, ſolvendo non fuerit periculum viri eſt.* l. promittendo 41. ff. de jure dot.

Paulus. *Quia damnum jam tunc acceperit, cùm paries vitioſus factus ſit.* l. 18. ff De damno infecto.

Jam tunc, ex quo.

Papinianus. *Jam tunc deceſſiſſe intelligitur, ex quo captus eſt.* l. Pater. 10 ff. de capt. & poſtlim.

Jam, quando, *id eſt,* quandoquidem,
vide Nunc, quando.

Plaut. Menæch. --- *taceo jam, quando hic rem non meminit ſuam.* ſc. Ut hoc.

Plaut. Perſa. ---- *abi jam, quando ita certa res eſt.* ſc. Satin'.

Jam, poſtquam.

Plaut. Trucu. --- *jam abi, poſtquam aurum habes.* ſc. ult.

Jam, mox.

Horat. *Torquet ab obſcenis jam nunc ſermonibus aurem:*
Mox etiam pectus præceptis format amicis. lib. 2. epiſt. 1.

Ter. Eunu. *Nam aut jam revertere, aut mox noctu te adigent horſum inſomnia.* act. 2. 1.

Jamdiu eſt, quòd.

Plaut. Merc. *Syra non redit, quam accerſitum patrem jamdiu eſt, quòd miſeram.* ſc. Syra.

Quam ſcenam vel 54. verſus continentem, cum alia proximè præcedente, cùm vetuſtiora Plauti exemplaria agnoſcant: à Camerario, Sambuco, & Lambino, abſque ulla omninò mentione præteritam eſſe, non ſemel jam ſum admiratus. Extat enim utraque in editionibus Hervagij, anni 68. & Colo. Gym. anni 36. & Lugdu. Gryphij ann. 54.

Plaut. Amphi. *Agite pugni jam diu eſt, quòd ventri victum non datis.* ſc. Qui me.

Jamdiu eſt factum, cum.

Plaut. Aſi. *Jam diu eſt factum, quum diſceſſiſti ab hero.* ſc. Herclè.

Jam diu factum eſt, poſtquam.

Plaut. Perſa. *Jam diu factum eſt poſtquam bibimus, nimis diu ſicci ſumus.* ſc. ult.

Jamdu-

Jamdudum factum eſt, quum.

Plaut. Aſi. *Jube dare vinum. jamdudum factum eſt, quum primum bibi.* ſc. penult.

Plaut. Trinum. *Adde gradum, appropera, jamdudum factum eſt, cùm abiſti domo.* ſc. Staſime.

Jam pridem eſt, cùm.

Cic. Atti. *Jam pridem ſcito eſſe, cùm unum te pluris, quàm omnes illos, putem.* lib. 12. 21.

Jam pridem factum eſt, quòd.

Plaut. Amphi. *Jampridem videtur factum, heri quòd homines quatuor*
In ſoporem collocaſtis nudos. -- ſc. Qui me.

Jam pridem, nunc.

Cic. *Quæ miretur, jam pridem multa habet, nunc etiam, quæ laudet expectat.* Pro M. Marcello.

Jam pridem, ex quo.

Virgil. *Jam pridem inviſus Divis, & inutilis annos*
Demoror, ex quo me divum pater, atque hominum rex
Fulminis afflavit ventis, & contigit igni. 2. æn.

Ibi, ubi.

Cic. *Tu ibi eris, ubi omnia ſcire poſſis.* lib. 6. 21. & lib. 3. 6.

Varro. *Ibi, ubi paſcuntur, in eadem regione.* li. 2. 2.

Paulus. *Ibi dos eſſe debet, ubi onera matrimonii ſunt.* l. Si is. 56. ff. de jur. dot.

Modeſtinus. *Ibi eum plecti pœna debere, ubi facinus admiſſum eſt.* l. 3. ff. de re militari.

Admonitio.

Ibi, Hic, particulæ ſunt Adverbiales, quæ interdum eandem conſtructionem habent, atque Hic, Ille. ut nimirum Ibi, id quod longo intervallo præceſſit, referat, Hic autem, quod proximè anteceſſit.

Ulpian. *Eritque hæc differentia inter hoc edictum, & ſuperius, quod ibi de eo damno prætor loquitur, quod dolo malo hominibus coactis datum eſt: at hic de eo damno, quod dolo malo in turba datum eſt.* l. 4. §. 4. ff. vi bonorum raptorum.

Ibidem, ubi.

Plaut. Bacch. *Ibidem ego meam operam perdidi, ubi tu tuam.* ſc. Jamdudum.

Plaut. Bacch. *Atque ibidem, ubi nunc ſunt lecti ſtrati, potetis citò.* ſc. Hunc hominem.

Ibi, quò.

Varro. *Et quò deſcenderant, ibi proceſſerunt longè.* lib. 2. 1.

Admonitio.

Adverbium Ibi, poſt appellativa & propria loci, Relativi vice fungitur: eadem loquendi elegantia, qua particula Ubi, nominibus loci ſubjicitur, & Cùm, temporum nomina comitatur, de quibus ſuo loco exempla poſuimus ſatis multa.

Cic. [*Herculis templum eſt apud Agrigentinos non longe à foro, ſanè ſanctum apud illos, & religioſum. Ibi ex ære ſimulacrum ipſius Herculis.* lib. 4. in Verrem.

Varro. *Videre oportet, ſi eſt collis, & niſi quid impedit, ibi potiſſimum ponatur villa.* lib. 1. 13.

Varro. *Qui ager frigidior, & macrior ſit, ibi oleam licinianam ſeri oportere.* De re Ruſt. lib. 1. 24 & alibi ſæpiſſimè.

Cato. *Qui ager frigidior, & macrior erit, ibi oleam licinianam ſeri oportet.* De re Ruſt. c. 6.

Cato. *Si locus humectus erit, ibi cacumina populorum ſerito.* Ibid. & alibi plus millies.

Cæſar. *Pompejus naves magnas onerarias, quas in portu Brunduſino deprehenderat, adornabat: ibi turres cum ternis tabulatis erigebat.* 1. de bello civili.

Hirtius. *Adrumetum acceſſit, ibi præſidium erat adverſariorum.* De bello Africano princ.

Plaut. Capt. *Tandem abii ad prætorem, ibi vix requievi* --- ſc. Quid.

Varro. *Quarum rerum uſus erat ſimplex, ibi etiam vocabuli declinatus.* De lin. lat. lib. 7.

Idcirco, quòd.

Cic. *Putaret me idcirco diſcedere, quòd quoſdam homines oculi mei ferre non poſſent.* lib. 9. 2.

Cic. Atti. *Idcirco ſum tardior, quòd non invenio fidelem tabellarium.* lib. 1. 11. & lib. 6. 1.

Cic. Q. Frat. *Quod quidem mihi idcirco jocundius eſt, quòd idem faciunt Græci.* lib. 1. 1.

Ulpian. *Si à venditore fuerit idcirco conſecutus quòd tardius ei hominem reſtituit.* l. cum autem 23. ff. de ædil. edict. & l. 7. ff. de Injuriis.

Non idcirco, quòd, ſed quòd.

Cic. *Etſi non idcirco eorum uſum dimiſeram, quòd ſuccenſerem: ſed quòd eorum me ſuppudebat.* l. 9

Brutus Cicero. *Neque hæc idcirco tibi ſcribo, quò te non eadem animadvertere ſciam: ſed quòd mihi perſuaſiſſimum eſt Lepidum rectè facturum ne*

qu

quam, lib. 11. 9.

App. Interdum fit harum particularum tranſpo.

Cn. Magnus Marcello. *Ego quòd exiſtimabam diſperſos nos, neque reipub: utiles, neque nobis præſidio eſſe poſſe, idcirco ad L. Domitium litteras miſi.* lib. 8. 12. Ad Atti.

Cic. *Sed quòd haberet tres ille filios, idcirco ſe ab his nuptiis abhorrere reſpondit.* Pro Cluentio.

Idcirco, quò.

Cæſar. *Legatos ad Cæſarem mittit, ſe idcirco à ſuis diſcedere, atque ad eum venire noluiſſe, quò facilius civitatem in officio contineret.* 5. de bel. Gal.

Idcirco, quia.

Cic. *Idcirco judices, quia veram cauſam habebam, breui perorabam.* lib. 1. de Invent.

Ulpian. *Idcirco hæreditati furtum non fieri, quia poſſeſſionem hereditas non habet.* l. 1. §. 9. ff. ſi is qui teſtam. liber.

Ulpian. *Idcirco notetur, quia publico judicio damnata eſt.* l. Palam ff. de ritu nupt.

Idcirco, quoniam.

Ulpian. *Qui idcirco agnoverat ſententiam, quoniam geſſiſſe ſe ſcit.* l. 10. ff. de Apel.

Javolenus. *Hæc idcirco, quoniam furti eatenus habet actionem, quatenus ejus intereſt.* l. fullo. 90. ff. de furtis.

Idcirco, ne.

Cic. *Quæ idcirco non commemoro, ne, de miſeriis meorum neceſſariorum conquerens, homines quos nolo, videar offendere.* lib. 13. 7.

Cic. *Qui idcirco capite, & ſupercilijs ſemper eſt raſis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur.* Pro Roſ. comœdo.

Ulpian. *Intereſt viri, res non eſſe æſtimatas, idcirco; ne periculum rerum ad eum partineat.* l. Plerumque. ff. de jure dot.

Hirtius. *Hoc enim idcirco exiſtimo feciſſe ne maritima opida poſt ſe vacua relinqueret.* de bel. Afri:

Idcircò, qui, *id eſt*, *Ideo ut*.

Plaut. Pſeu. *Suſpicio eſt mihi nunc, vos ſuſpiciarier,*
Me idcirco hæc tanta facinora promittere,
Qui vos oblectem ---- ſc. Si de.

Idcirco, ut.

Cic. *In quo nihil eſt præter viam longam, quam idcirco non fugiunt, ut & vivant cum ſuis, & moriantur domi.* lib. 9 13.

Cato Cic. *Hæc ego idcirco ad te contra conſuetudinem meam pluribus ſcripſi, ut quod maximè volo, exiſtimes me laborare, ut tibi perſuadeam* lib. 15. 5

Cic. Atti. *Qui me idcirco putent benè audire velle, ut ille malè audiat.* lib. 6. 1. & lib. 16. 2.

Calliſtratus. *Etenim idcirco filios filiaſve concipimus atque edimus, ut ex prole eorum, earumve, diuturnitatis nobis memoriam in ævum relinquamus.* l. Liberorum, 220. ff. de verb. ſig.

Idem, ac.

Ter. Heaut. *Nam & vita eadem eſt, & animus te erga idem, ac fuit.* ac. 2. ſc. 2.

Quintilianus. *In certaminibus ſacris non eadem ratione concitant animos, ac remittunt.* lib. 9. c. 4.

Idem, ac ſi.

Cic. *Idemque valere debet, ac ſi pater judicaret.* Pro P. Silla.

Cæſar. *Neque verò idem perfici longo itineris ſpatio, cum per alios condiciones ferantur, ac ſi coram de omnibus condicionibus diſceptetur.* 1. De bel. civili.

Venuleius. *Si ſervus ſpoponderit in actione de peculio, eadem obſervari debent, ac ſi liber fuiſſet.* l. Si ex duabus 12. ff. de duobus reis conſt.

Idem, atque.

Cic. *Unum, & idem videtur eſſe, atque id quod de me ipſo nominatim tuliſti.* Pro domo ſua.

Cæſar. *Gallorum eadem, atque Belgarum oppugnatio eſt.* 2. de bel. Gal.

Plaut. Moſtel. *Eundem animum oportet nunc mihi eſſe gratum ut impetravi,*
Atque olim, priuſquam id extudi, quem illi ſubblandiebar. ſc. Jampridem.

Hirtius. *Non oportere illum eodem uti veſtitu, atque ipſe uteretur.* 1. de bel. Afri.

Ad Heren. *Quoniam in eodem virtutis ſtudio ſint, atque ille, qui laudatus fuerit.* lib. 2.

I. *Appen.* Eodem modo, atque.

Cato. *Denſas eodem modo componito, atque ſpiram.* c. 82.

II. *Appen.* Ad eundem modum, tanquam.

Cato. *Alligato integitoque ad eundem modum, tanquam oleas* c. 41.

III. *Appen*: Ad eundem modum, uti.

Cato. *Ad eundem modum facito, uti placentam ſine melle.* c. 78.

Cato. *Encytum ad eundem modum facito, uti globos* c.80.

IV. Appen. Ad hunc modum, quaſi.

Plaut. Sti. *Utrum ego perplexim laceſſam oratione ad hunc modum,*
Quaſi nunquam quicquam in eas ſimulem, quaſi nihil inaudiverim. ſc. 2.

V. Appen. Eodem pacto, quo.

Plaut. Tri. *Eodem pacto, quo huc acceſſi, abceſſero ----* ſc. Sta.

V. Appen. Illo pacto, ut.

Plaut. Ru. *Sed cum inde ſuam quiſque ibant divorſi domum,*
Nullus erat illo pacto, ut illi juſſerant. ſc. Quàm mox.

VII. Appen. Ejuſdem generis, atque.

Hirtius. *Cum ſe inferiores ejuſdem generis, ac ſaporis aqua dicerent uti, atque ante conſueſſent.* De bel. Alexand.

Idem, et.

Cic. *Unum debet eſſe omnibus propoſitum, ut eadem ſit utilitas uniuſcujuſque, & univerſorum.* 3. Offi:

Cic. *Vide ne non eadem cauſa illorum, & Stoicorum* De fato.

Idem. *Non idem judicum, commeſſatorumque conſpectus.* Pro M. Cælio.

Idem. *Sunii erant iidem, & Attici.* lib. 2. de legibus princ.

Cæſar. *In eadem cauſa fuerunt Uſipetes, & Tenchteri.* 4. de bel. Gal.

Ovid. *Veſta eadem eſt, & terra, ſubeſt vigil ignis utrique.* 6. faſtorum.

Varro. *Terra, ut putant, eadem & humus.* lib. 4. de lin. lat.

Idem. *Signa dicuntur eadem, & ſidera.* lib. 6. de lin. lat.

Idem, ut.

Plaut. Merca. *Non ego idem facio, ut alios in comœdiis Vidi facere amatores. ---* Prologo.

Idem, ut ſi.

Cic. *Qui aliis nocent, ut in alios liberales ſint, in eadem ſunt injuſtitia, ut ſi in ſuam rem aliena convertant.* 1. Offic.

Idem, quàm ſi.

Cic. *Hic, qui vetat intercedere; poteſtatem etiam ſi interceſſum ſit, tamen eandem conſtituit, quàm ſi lata eſſet lex.* Orat. 2. contra Rullum.

Idem, qui.

Cic. *Eadem cauſa opes meas fregit, quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit.* lib. 6. 14.

Idem. *Non offendes eundem bonorum ſenſum Lentule, quem reliquiſti.* lib. 1. 9.

Cic. Atti. *Apud bonos iidem ſumus, quos reliquiſti* lib. 14.

Plaut. Sti. *Idem animus eſt in paupertate, qui olim in divitiis fuit.* ſc. 2.

I. Appen. Interdum hæc tranſpoſitione ordinem mutant.

Cic. *Quæ me moverunt, moviſſent eadem te profectò.* lib. 1. 9.

Idem *Quibus alii moventur, iiſdem ego moveor.* l. 3. 8

II. Appen. Idem, Idem.

Quintilianus. *Nec idem ſignorum concentus eſt procedente ad prælium exercitu, idem receptui carmen.* lib. 9. c. 4.

III. Appen. Idem, abſolutè poſitum.

Cic. *Earumque artium, quæ per ſe ipſæ eos, qui voluntate eadem ſunt etiam familiaritate devinciunt.* lib. 13. 29.

Idem. *Etſi quocunque in loco quiſque eſt, idem eſt ei ſenſus, & eadem acerbitas, ex interitu rerum, & publicarum, & ſuarum.* lib. 6. 1.

Cæſar. *Craſſo renuntiaverunt, non eadem eſſe diligentia ab decumana porta caſtra munita.* 3. de bel. G.

Horat. *Non ſemper idem floribus eſt honos*
Vernis: neque uno Luna rubens nitet
Vultu, ---- lib. 2. od. 13.

IV. Appen. Qui, pro qualis, abſolutè poſitum.

Cic. Att. *Erimus nos, qui ſolemus.* lib. 10. 6.

Ideò, ne.

Ulpian. *Ne forte eum ideo adroget, ne rationes reddat,* l: nec ei. 17. ff. de adopt:

Papinianus. *Matrem ideo maximè prætulit, ne filiæ nuptias tutori committeret.* lib: quanquam 62. ff: de rit. nupt:

Paulus. *Si ideo manumiſit, ne furti cum eo agi poſſet.* l. Si ſervus 42. ff. de furtis.

Cic: *An ideo aliquid contra mulieres fecit, ne totum edictum ad Chelidonis arbitrium ſcriptum videretur.* lib. 1. In Verrem.

Ideo, quia.

Cic. *Ideo, quia nihil decet invita Minerva, ut ajunt: id eſt*

id eſt adverſante, & repugnante natura. 1. Offic: Cic. Att: *Erant ornata hoc ipſo, quòd ornamenta neglexerant: & ut mulieres, ideò benè olere, quia nihil olebant, videbantur.* lib. 2. 1.

Ulpian: *Hoc ideo, quia ſuſtinetur hæreditatis petitionis judicium.* l: 5. ff: de Hæreditat. petit.

I. *Appen:* Id, quia.

Ter: Andria. *Si id ſuccenſeat nunc, quia non dat tibi uxorem Chremes.* ac. 2. 3.

Plaut: Sti. *An id doles ſoror, quia illi ſuum officium non colunt?* ſc: 1.

II. *Appen:* Non ideo, quia; ſed quia.

Ulpian: *Competit enim actio, non ideo, quia nunc abeſt; ſed quia nonnunquam afuerit.* l: 46. ff. de furt.

III. *Appen:* Non ideo, quòd non: ſed ut.

Cic. *Neque verò nunc ideo diſputabo, quòd hunc ſtatum reip: non magnopere defendendum putem: ſed ut doceam &c.* De lege Agra: con: Rul.

IV. *Appen:* Non ideo, quòd, verùm quòd.

Colu: *Lanatam quoque amineam quidam maximè probant, quæ hoc vocabulum non ideo uſurpat, quòd ſola ex omnibus amineis, verùm quòd præcipue caneſcit lanugine.* lib: 3. 2.

Ideò, quò.

Varro. *Ideo facerent, quò facilius diminuerent hoſtes.* lib. 4. de lin. lat.

Ideò, quandoquidem.

Plaut: Mer: ---- *voſque ideo eſtis boni, quandoquidem Semper odiſtis malos.* ---- Prologo.

Ideò, quòd.

Lentulus Cic: *Filium tuum videre non potui, ideo, quòd jam in hiberna cum equitibus erat profectus.* lib: 12. 14.

Cic. Atti: *Ad te ideo antea rarius ſcripſi, quòd non habebam idoneum cui darem.* l. 1. 14. & l: 2. ult:

Cic. Atti: *In Epirum, ideò, ut ſcripſeram non ivi, quòd ſubiti mihi univerſi nuntii venerant, & litteræ.* lib: 3. 14.

Paulus. *Non ideo minus eam injuriarum agere poſſe, quòd & vir ſuo nomine agat.* l: Eum qui 18. ff: de injuriis.

Appen. Quòd, ideò.

Cic: Q. Frat. *Quòd multos dies epiſtolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum; ideo multa conjecta ſunt.* lib: 3. 1.

Ideo, quoniam.

Paulus. *In diſputando adjiciebat, ideo non valere, quoniam nec fundi exheres eſſe juſſus, rectè exheredaretur.* l: cum quidam. 19. ff: de lib. & poſt.

Ulpian: *Hoc ideò adjectum eſt quoniam multa genera ſunt miſſionum.* l. 2. ff: De his qui not: infam.

Non quòd, ſed quòd.

Varro: *Non quòd id, quod ſignificant voces commoveat ſed quòd nonnunquam in re diſſimilis figuræ, formas vocum indiſſimiles ponunt diſpariles.* De lin: lat. lib: 8.

Non quin, ſed ut.

Livius. *Non quin breviter reddi reſponſum potuerit, non recipi reges, ideò potius delectos patrum ad eum miſſos, quàm legatis ejus Romæ daretur reſponſum: ſed ut in perpetuum mentio ejus rei finiretur.* Dec. 1. lib. 2.

Non ideò, quòd; ſed ideo, quòd.

Ulpian: *Si debitor hereditarius non ideò nolit ſolvere, quòd ſe dicat heredem; ſed ideo quòd neget, aut dubitet, an hereditas pertineat ad eum, qui petit.* l: Si debitor. 42. ff: de hæred: pet

Varro: *Neque ideo, quòd ſancta, ſed quòd ibi myſteria fiunt.* De lin. lat: lib. 6.

Ideo, ut.

Cic: *Ideo C: Claudius Pulcher retulit, ut C: Verres poſſet auferre?* lib: 4. in Verrem.

Varro: *Ideo videntur medias facere anguſtiſſimas, ut figuram imitentur.* lib: 3. 16.

I. *Appen:* Ideò, vel quod, vel quod.

Varro: *Ideò videtur à Latinis Iuno Lucina dicta, vel quòd eſt è terra, ut Phyſici dicunt, & lucet; vel quòd ab luce ejus, &c.* De lingua lat:

II. *Appen:* Vel ideo, quòd: vel ideo, quòd.

Scævola: *Quòd ſi intendat dari ſibi oportere: vel ideo dari oportet ipſi, quòd hæres extiterit: vel ideo, quòd proprio nomine illi deberetur.* l: Si duo. 93 ff: de ſolut.

III. *Appen:* Quamplurima hujus particulæ ſynonyma apud Romanos ſcriptores reperire eſt, quorum aliquam enumeravimus quoq; partem in particula Eò.

Ter: And: *Ea gratia ſimulavi, vos ut pertentarem.* act: 3. 4. Salluſt: *Ea gratia, quòd.* Jugurt:

Plaut: Aulu: ---- *id ea faciam gratia,*
Quò ille eam facilius ducat. ---- Prologo.

Cicer: *Id cauſa erit, quòd non ejus generis meæ litteræ*

teræ ſunt. lib. 1. 7.

Cic. *Propter hanc cauſam, quòd ipſi Leontini publicè non ſanè me multum adjuverunt*. In Verrem.

Cic. *Ob eam cauſam, quòd ea ſocietas univerſa in mea fide eſt*. lib. 13 65.

Cic. *Ea re ad te ſtatim Ariſtocritum miſi, ut ad me continuò initia rerum poſſes ſcribere*. li. 14. 3.

Idem. *Eo nomine ſum Dyrrachii hoc tempore, ut quàm celerrimè quid agatur audiam*. lib. 14. 3.

Salluſt. *Abducit eo conſilio, uti*. In Conjurat.

Cic. *Cum hac opinione è Cappadocia diſcederem, ut*. lib. 15. 2.

Idem. *Cumque eo animo veniſſem ut utrique provinciæ, ſi ita tempus ferret, ſubvenirem*. li. 15. 4.

Idem. *Id ea re; quia turpe eſt; non eſt faciendum*. lib. 3. Offic.

Plancus Cic. *Conſedi eo conſilio, ut vel celeriter accedere, vel ſalutariter recipere me poſſem*. l 10. 23.

Ulpian. *Si ſervus exiſſet de ulla ea mente, ut profugeret*. l. quid ſit. ff. de ædil. edict.

Lentulus Cic. *Idque Dolabellam ea mente comparaſſe, ut, ſi Syriæ ſpes eum fruſtrata eſſet, conſcenderet in naves*. lib. 12. 14.

Cic. *Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem, quòd veritus eſt, ne, ſi ſemper atomus gravitate ferretur naturali, ac neceſſaria, nihil liberum nobis eſſet*. De fato.

Cæſar. *Ob eam rem ſe ex civitate profugiſſe, quòd ſolus neque jurjurando, neque obſidibus teneretur*. 1. de bel. Gal.

Cæſar. *Ultra eum caſtra fecit; eo conſilio, ut frumento commeatuque Cæſarem intercluderet*. Ibid. itidem. 1. de bel civili.

Idem. *Contrahit eo conſilio, ut in ſummam contemptionem hoſtibus veniat*. 5. De bel. Gal.

Ulpian. *Idem ait interrogatus Proculus de eo, qui domi latuiſſet, in hoc ſcilicet, ut fugæ nactus occaſionem, ſe ſubtraheret*. l. quid ſit. 17. de ædil. edict. Item l. 5. ff. de jur. dot.

Plaut. Amph. *Et id huc revorti, uti me purgarem tibi*. ſc. Durare.

Gellius. *Planè ſtultitiæ plenum eſt, eo conſilio, atque ea fini facere nolle aliquid, uti nunquam id facias, quod velis*. lib. 7. c. 3.

Ille, qui.

Cic. *Illo dolore, quo maximè te confici audio, animum tuum libera*. lib. 6. 1.

Plaut. Tru. *Qui invident, egent: illi; quibus invidetur, rem habent*. ſc. Lepidè.

Plaut. Bacch. *Nam ego illum periiſſe duco, cui quidem periit pudor*. ſc. Nunc experiar.

Ille hic, *vide* hic.

Appen: Ille, abſolutè poſitum; pro talis.

Plaut. Trinum. ---- *quid illum putas*
Natura illa, atque ingenio? jamdudum ebrius eſt. ſc. Ut mihi.

Illò, ut, *vide* Eò.

Illico, ubi, *ſignificatione temporis*.

Plaut. Pſeu. *Illico vixit amator, ubi ille Lenoni placet*. ſc. Pſeudole.

Idem Sti. *Videlicet fuiſſe illum nequam adoleſcentem, qui illico*
Ubi ille poſcit, denegavit ſe dare granum tritici. ſc. Ita me.

Inde, ubi, *temporis ſignificatione*.

Virg. *Inde, ubi prima fides pelago, placataque venti Dant maria*. ---- 3. æn.

Virg. *Inde, ubi venere ad fauces grave olentis Averni*. 6. æn.

Jam inde, ut.

Virgil. *Navita quos jam inde, ut Stygia proſpexit ab unda*. 6. æn.

Inde, unde. *ſignificatione loci*.

Cic. Att. *Nec inde venit, unde mallem*. lib. 13. 39.

Ad Heren. *Rem breviter narrare poterimus, ſi inde incipiemus, unde neceſſe erit*. lib. 1. prin.

Indidem, unde, *id eſt, ex eodem loco*.

Plautus Ciſtel: *Indidem unde oritur, facito, ut facias ſtultitiam ſæpelibilem*. ſc. 1.

Initio, deinde, *ſignificatione ordinis*.

Cic. *Initio ille orationis ſuæ vobis maximas, ut debuit, deinde etiam mihi gratias egit*. lib: 15. 2.

Idem. *Pete, ut ea, quæ initio oſtendiſti, deindeque feciſti, etiam ad exitum augeri, & cumulari per te velis*. l. 13. 41. Initiò, poſt.

Cic. *Ut initio mea ſponte, poſt autem invitatu tuo mitterem*. lib. 7. 5.

Initio, ut.

Cic: *Placet illud meum conſilium, quod initio Ariſtoni noſtro, ut ad me venit, oſtendi*, lib: 2. 18.

Interea, quoad.

Cæſar: *Interea, quoad fides eſſet data, Cæſarem factu*

factūrum, quæ polliceretur, non intermiſſuros Conſules Pompeiumque delectus. 1. De bello civili.

Interea, dum.

Cæſar. *Interea, manerent induciæ, dum ab illo rediri poſſet.* 3. De bello civili.

Cic: *Interea, dum tu abes, qui dies ille collegæ tui?* Philippica. 2. fin.

Idem. *Interea tamen dum hæc, quæ diſperſa ſunt, coguntur, vel paſſim licet carpentem, & colligentem undique repleri iſta juris ſcientia.* l: 2. de Orat:

Varro. *Interea vetus proverbium, quod eſt* Romanos ſedendo vincere, *uſurpemus, dum ille redit.* De re Ruſt. lib: 1. 2.

Ter: Phor: *Interea, dum ſedemus illic, intervenit.* act: 1. 2.

Virg: *Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus, Singula dum capti circumvectamur amore* 3. Geor:

Plau: Aſi: *Atque interea ut diſcumbamus ſuadebo, bi dum litigant.* ſc: ult:

Interim, dum.

Cæſar. *Interim, dum de conditionibus inter ſe agunt, paullatim circumventus interficitur.* 5. de bello Gal.

Hirtius. *Pedites interim reſiſtebant, dum equites rurſus, curſu renovato, peditibus ſuis ſuccurrerent.* de bello Africano.

Gellius. *Interim, inquit, dum ego, atque hic diſputamus, hoc tu age.* lib. 1. c. ult.

Ter. Eu. *Interim, dum ante oſtium ſto, notus mihi quidam obviam venit.* act: 5. 2.

Plaut. Tru. *Ego interim hic rei triticeę præſidebo, iſte dùm ſic faciat.* ſc. Lepide.

Idque ex lectione Jo. Scaligeri, qui tanquam Sol in foro litterario elucens huic etiam loco lumen attulit.

Interim, quandiu.

Marcianus. *Item ſi unum heredem inſtituiſſet, nec quicquam legaſſet: exheredati nihil interim, quamdiu in familia res eſt, petere poſſunt.* l. filius familias. 114. §. 12. ff. De legat. 1.

Intera dum, interim.

Pla. Tru. -- *Interea magiſter dum tu commentabere, Vole interim illa itidem commentari.* - ſc: lepide.

Appen: Dum, abſolutè.

Te: Adel: *Delibera hoc, dum egredior, leno* -- act. 2. 1

Ter: Adel: --- *iram hanc in eos evomam omnem, dum ægritudo hæc eſt recens.* act. 3. 2.

Interdum, quando.

Plaut. Amphi. --- *interdum fio Juppiter, quando lubet.* ſc. Ego ſum.

Interdum, aliàs.

Cic: *Geminatio verborum habet interdum vim, leporem aliàs,* lib. 3. de Orat.

I. *Appendix.* Sæpè, interdum.

Paulus. *Sæpè ita comparatum, ut conjuncta pro disjunctis accipiantur, & disjuncta pro conjunctis: interdum ſoluta pro ſeparatis.* l: 53. ff: de verb: ſign.

II. *Appen:* Nonnunquam, aliàs.

Cic: *Nec ullum genus eſt dicendi aut melius, aut fortius, quàm binis aut ternis ferire verbis, nonnunquam ſingulis, paulò aliàs pluribus.* In Orat:

III. *Appen:* Nonnunquam, ſæpiſſime.

Cic: *Quæ mihi videtur apud majores fuiſſe duplex, ut ad reip: tempus nonnunquam, ad agendi conſilium ſepiſſimè pertineret.* lib: 2. de Legib.

IV. *Appen:* Plerunque, nonnunquam.

Quintil: *Plerumque ipſa delectatione capiuntur, nonnunquam admiratione auferuntur.* li: 8. c: 3.

V. *Appen:* Modo, ſæpius.

Hoc loquendi genere Cor. Tacitum uſum eſſe memini.

VI. Appen: Sæpè, nonnunquam, interdum.

Cic: *Sæpè ſtomachoſum, nonnunquam frigidum, interdum facetum.* In Bruto.

VII. Appen: Sæpè, plerunque ferè.

Cic: *Sępè enim ſingulis utendum eſt, plerumque binis (& utriſque addi pedis pars poteſt) non ferè ternis amplius.* In oratore.

VIII. Appen: modò, Interdum.

Salluſt: *Modò per ſocios ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos ſpes ſocietatis à plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat,* Jugurt.

Idem. *Modò ſe Metello, interdum Mario oſtendere.* Ibidem.

Cornel. Ne. *Modò aliquam quęſtionem poëticam ei proponeret: interdum jocans ejus verboſiores epiſtolas eliceret.* In vita Attici.

In tantum, quantum. In tantum, ut, *vide Tantum.*

Is, qui.

Cic: *Exiſtimabam id, quod erat, omnes me, & induſtriæ*

duſtriæ meæ fructus, & fortunæ perdidiſſe. l:4.6.

Idem. *Itaque orbus iis rebus omnibus, quibus & naturame, & voluntas, & conſuetudo aſſuefecerat.* lib: 4. 13.

Lentulus Cic: *Atque hæc omnia iis feci, qui & ſodalis, & familiariſſimus Dolabellæ eram.* l:12.14.

Is, qui, non is, qui.

Javolenus. *Intereſſe autem ejus videtur, qui damnum paſſurus eſt, non ejus qui lucrum facturus eſſet* l: Si is cui. 71. ff: de Furtis.

I. *App:* Qui & ſæpè, & eleganter præmittitur.

Cic: *Qua injuria nemo unquam in aliquo magiſtratu improbiſſimus civis affectus eſt, ea me Conſulem affecit.* lib: 5. 2.

Cic: *Facillimè vinces, ſi hoc ſtatuaris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes comparentur, in iis eſſe elaborandum.* lib: 2. 4.

Idem. *Quæ primum navigandi nobis facultas data erit, ea utemur.* lib: 3, 3.

Salluſt: *Quem quiſque pugnando vivus locum ceperat, eum amiſſa anima tegebat.* In Conjurat.

Cato: *Quam earum in his locis optimam dicent eſſe, eam maximè ſerito.* c: 6.

Teren: Adel: *Verùm enimvero id demum juvat, ſi quem æquum eſt benefacere, is facit.* ac: 2, 3.

Ter: Phor: *Lex eſt, ut orbæ, qui ſint genere proximi Iis nubant; & illos ducere eadem hæc lex jubet.* ac: 1. 2.

Cœlius Cic: *Simul atque erunt captæ: qui alant eas, & deportent, habes eos, quos ad Sitianam ſyngrapham miſi.*

Plaut: Aſi: *Illos qui dant, derides eos: qui deludunt, deperis,* ſc: Nequeon'.

II. *App:* Nonnunquam Qui, in oratione abſolutè poſitum, ornatum addit.

Cic: Att: *De me hercule eſt, quem facilè diligas.* l.7.2.

Cic: *Negat jus eſſe, qui miles non ſit, cum hoſte pugnare.* 1. Offic:

Idem. *Utinam Reſpub: ſtaret, quo cœperat ſtatu.* In Offic:

Idem. *Meus animus erit in te, liberoſque tuos, quem tu eſſe vis, & qui debet.* lib: 5. 18.

Cic: *Quibus me voluiſti gratias agere, egi.* lib: 14. 1.

Horat: *Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult manus & mens* In Arte.

Ovid: *Quid faceret? color oris erat, qui frondibus olim Eſſe ſolet ſeris, quas nova læſit hyems.* 6. Faſt:

Ovid: *Priſca dea eſt, aliturque cibis, quibus antè ſolebat.* 6. Faſt.

Plaut: Curcu. *Cupio dare mercedem, qui illunc, ubi ſit commonſtret mihi.* ſc. Qui homini.

Cic: *Equidem qui nunc primum huc venerim, ſatiari non queo.* lib. 2. de legibus. princ: Item: Atti: lib: 15. 4.

Idem. *Niſi haberes, qui illis æquè, ac tu ipſe, gauderet.* In Lælio.

Plaut: Pœnu: *Mentire, nam ad te venit, aurumque attulit.*

Id mihi renuntiatum eſt, quibus credo ſatis. ſc: Suſpendant.

Idem Ru. *Quid dare velis, qui iſtæc tibi inveſtiget, indicetque.* ſc: Nunquam.

Idem Aſi: *Dum reperiam qui quæritent argentum in fœnus.* ---- ſc. Quid hoc.

III. *Appen:* Interdum Is, ſignificat, quod Idem, eadem conſecutionis ratione ſervata.

Cic. *Stultum eſt eum tenere cum periculo curſum, quem ceperis.* lib: 1. 9. & lib: 2. 4.

Dolabella Cic. *Erit tuæ quoque fidei, & humanitatis, curare ut is tabellarius, quem ad te miſi, reverti poſſit ad me.* lib. 9. 9.

Cic. Atti. *Eam voluntatem ejus, quæ fuerat erga te, recuperare non potui,* lib. 1. 9.

IV. *Appen:* Ut Qui; ita etiam ab eo compoſita abſolutè ponuntur.

Cic. Atti. *O talus in ea cauſa fuit, cujuſmodi ſolet, nos verbum nullum.* lib. 4. 15.

Plaut. Trinum. *Prò di immortales, conditionem quojuſmodi?* ſc. Minus.

Ter: Adel: *Næ illiuſmodi jam magna nobis civium Penuria eſt.* ---- ac: 3. 4.

Ad Heren. *Si interierit, cujuſmodi mors ejus fuerit, cujuſmodi res mortem ejus ſit conſecuta.* lib: 3.

Ad Heren: *Aut ſi quam hujuſmodi permutationem ordinis faciamus.* lib: 3.

V. *Appen:* Particula Is, & ejus relativum non vulgarem orationi venuſtatem addunt, ubi pro Talis, qualis Tantus, quantus, poſitæ ſunt.

Is, qui, *pro talis, qualis.*

Cic: *Si nos ii ſumus qui eſſe debemus, id eſt ſtudio dignis & litteris noſtris.* lib. 5. 19.

Idem. *Me quidem etiam illa res conſolatur, quod ego i.*

ego is ſum, cui vel maximè concedant omnes. lib: 1. 8 & 6. & lib: 10. 8.

Idem. *Is enim ventis iſtinc navigatur, qui ſi eſſent, nos Corcyræ non ſederemus.* lib: 16. 2

Columel. *Rem ruſticam ſordidum opus, & id eſſe negotium, quod nullius egeat magiſterio præceptoris,* Præfari.

Ter. Hec. *Jam ætate ea ſum, ut non ſiet peccato mihi ignoſci æquum.* ac. 5. 1.

Ulpian. *Ponamus eſſe eum patrem, cui jure, meritoq; curator à prætore conſtitueretur.* l: 17. ff. de injuriis.

Cic: *Cumque eſſet ea memoria, quam ante dixi.* 4. Academ: princ:

Is, qui, *pro tantus, quantus.*

Cic: *Ea perturbatio eſt omnium rerum, ut ſuæ quemque fortunæ maximè pœniteat.* lib: 6. 1.

Cic: *Quod ſi eſſem ea perfidia, qua ſunt ii, qui in nos conferunt,* lib: 3. 10.

Cic: *Is ambitus extare videtur, ut ego omnia pertimeſcam,* lib. 11. 17.

I. *Appen.* Is abſolutè poſitum, pro talis, vel tantus.

Plaut. Trinum. *Illurica facies videtur hominis, eo ornatu advenit,* ſc. Huic.

Idem Trucu. -- *mala fœmina es, A S. ſolens ſum, ea eſt diſciplina,* ſc. Ad fores.

Ter. Phor. ---- *eia, ſudabis ſatis*
Si cum illo incœptas homine, ea eloquentia eſt. ac. 4. 3.

Plaut. Bacchi. *Sicut eum, ſi convenit, ſcio feciſſe, eo eſt ingenio natus,* ſc. Quam magis.

II. *Appen.* Obſervatione dignum putavi hujuſcemodi loquendi genus.

Plaut. Merca. *Promittebas te os ſublinere meo patri, egomet credidi*
Homini docto rem mandare, is lapidi mando maximo, ſc. ſumne.

Idem Pœnu. ---- *in re divina dudum dicebant mihi*
Malum damnumque maximum portendier,
Is explicavi meam rem poſt illa lucro. ſc. ſuſpendat.

Idem Ruden. *Iſtic ſceleſtus liber eſt: ego qui in mari prehendi,*
Rete, atque excepi vidulum, dare ei negatis quicquam, ſc. Iterum.

Is, *pro talis, aut tantus*, quòd.

Cic. *L. Meſſinius ea mecum neceſſitudine conjunctus eſt, quòd mihi quæſtor fuit.* lib: 13. 26.

Is, ac, ſi.

Ulpian. *In ea cauſa eſt, ac ſi lege, quæ de ſicariis lata eſt, facinoris noxius fuerit,* l. 3. §. 6. ff. de S C. Silla.

Is, quaſi.

Cic. Atti. *Proinde eo animo te velim eſſe, quaſi mei negotii cauſa in iſta loca miſſus eſſes.* lib. 1. 8.

Cic. Atti. *Me autem eum, & offendes erga te, & audies, quaſi mihi, ſi qua parta erunt, non modò te præſente, ſed per te parta ſint.* Ibidem.

Is, ut, *id eſt, Talis ut.*

Cic. *Homines nos eſſe, ut miminerimus, ea lege natos, ut omnibus fortunę telis propoſita ſit vita noſtra,* lib. 5. 16.

Idem. *Id ętatis jam ſumus, ut omnia, quę non noſtra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus.* lib. 6. 21. & 1.

Idem. *Bellorum civilium ii ſemper exitus ſunt, ut non ea ſolum fiant, quę velit victor: ſed etiam ut iis mos gerendus ſit, quibus adjutoribus parta ſit victoria* lib. 12. 18.

Paulus. *Si ętas tua ea ſit, ut ignoſci tibi debeat,* l. 1. lecto 26. ff. de noxal. act.

Cic. Bruto. *Nec tamen is ſum, ut mea me maximè delectent.* epiſtola 19.

Ulpian. *In ea cauſa eſt, ut fur manifeſtus ſit.* l. Sive 5. ff. de furtis. & l. 17. bis. ff. ibid. & alibi ſæpè Jureconſulti. l. quoties ff. de noxal. ac.

Ulpian. *In ea conditione eſt, ut magis fur ſit, quàm hoc edicto teneatur.* l. 3. ff. de incendio ruina naufragio, &c.

Scævola. *Cum in eo eſſet pupillus, ut ab hereditate patris abſtineretur.* l. Cum in eo 44. ff. de pactis.

Itidem l. 7. ff. de lib. cau. Item l. 24. ff. Quæ in frau. creditorum.

Ulpian: *Si quis hominem liberum ceciderit, dum putat ſervum ſuum, in ea cauſa eſt, ne injuriarum teneatur.* l. Illud 3. ff. de injuriis.

Arrius Menand. *Qui præpoſitum ſuum non protexit cum poſſet, in pari cauſa factori habendus eſt.* l. Omne. ff. De re militari.

Eadem manet ſequelæ, ſeu conſecutionis elegantia in compoſitis ab Is.

I. Appen.

I. *Appen:* Ejuſmodi, qui.

Cic. *Sed ejuſmodi pax, in qua ſi adeſſes, multa te non delectarent.* lib: 12, 18.

Cic. *Sin autem ille conditionibus ſuis ſtare voluerit, bellum paratum eſt, ejuſmodi tamen, quod ille ſuſtinere non poſſit.* lib. 16. 11. item ad Atti. lib. 2. 20 & 21.

Cic: *Quod eſt difficile ejuſmodi bello, cujus exitus ex altera parte cædem oſtentat, ex altera ſervitutem.* lib: 4. 14. & 11.

II *Appen:* Ejuſmodi, qualis.

Cic: Atti: *Narravit, nec ſecum dormire illam voluiſſe, & cum diſceſſura eſſet, fuiſſe ejuſmodi, qualem ego vidiſſem.* lib: 5. 1.

Cic. *An hoc ejuſdem modi eſt, quale Pherecideum illud, quod eſt à te dictum?* lib. 2. de divinat.

III. *Appen:* Ejuſmodi, quaſi.

Cic. *Nam illud genus tertium deductionis erat ejuſmodi, quaſi non modo liceret, ſed etiam oporteret.* lib. 3. in Verrem.

IV. *Appen:* Ejuſmodi, ut.

Cic: *Ejuſmodi noſtra tempora ſunt, ut nihil habeam, quòd aut à te litterarum expectem, aut ipſe ad te ſcribam.* lib: 14. 16.

Idem. *Verentes ne quid accideret ejuſmodi, ut ne tu quidem mederi poſſes.* lib: 13. 19.

Cic: Atti. *Genus autem mearum ad te litterarum ejuſmodi fere eſt, ut non libeat cuiquam dare, niſi de quo exploratum ſit, tibi eum redditurum.* lib. 4. 15. & lib. 11. 21.

Cic. *Non ejus generis meę litterę ſunt, ut eas audeam temerè committere.* lib: 1. 7.

Cæſar. *Sua eſſe ejuſmodi imperia, ut non minus haberet in ſe juris multitudo, quàm ipſe in multitudinem.* 5. de bello Gal.

Cic: Q. Fra: *Via juris ejuſmodi eſt quibuſdam in rebus, ut nihil ſit loci gratię.* lib: 1. 2.

V. *Appen:* Hujuſmodi, ut.

Cic. Atti: *Omnino res hujuſmodi videtur eſſe, ut ſine cujuſquam gratia.* lib: 16. 15.

VI. *Appen:* Ejuſmodi, uti.

Cic. Atti: *Ejuſmodi ſunt ii verſus, uti in tempus ab inimico Pompei ſcripti eſſe videntur.* lib. 2. 19.

Cæſar. *Ejuſmodi tempeſtates ſunt conſecutę, uti opus neceſſario intermitteretur.* 3. de bell; Gal;

Ille, qui.

Cic: *Si iſta quę alios loqui dicis, ipſe ſentis: tua ſumma culpa eſt.* lib: 3. 8.

Ita, ut, *ſimilitudinis ſignificatione.*

Cic: *Mihi exploratum eſt ita eſſe, ut tu ſcribis.* lib. 2. 16.

Idem. *Ita faciam, ut te velle intellexero.* lib. 6. 23.

Cic. Atti. *Ita ſunt res noſtrę, ut in ſecundis fluxę, in adverſis bonę.* lib. 4. 1.

Salluſt. *Si regum, atque imperatorum animi virtus in pace ita, ut in bello valeret.* In conjurat.

Ter. Heaut. *Non licet hominem eſſe ſępè ita ut vult, ſi res non ſinit.* ac. 4. 1. & 2.

Cic. Q. Fra. *In judiciis, ii ſumus, qui fuimus: domus celebratur, ita ut cum maximè.* lib. 2. 5.

Appen: Non ita, ut: ſed eodem pacto, ut.

Plau. Mer. *Quam ego poſtquam aſpexi, non ita amo, ut ſani ſolent*
Homines: ſed eodem pacto, ut inſani ſolent. ſc. Miris.

App: Interdum dictæ particulæ tranſponuntur.

Cic. *Sin ut ſcripſi ad collegam, ita ſe res habet: omni cura liberati ſumus.* lib. 10. 20. & 26. & l. 15. 13.

Cic: Atti. *Quare ut homini curioſo, ita perſcribe ad me.* lib. 4. 11.

Cic. Atti. *Ut ſcribis, ita eſt.* lib. 3. 20.

Plaut. Trinum. *Nimio ſatius eſt, ut opus eſt te ita eſſe, quàm ut animo lubet.* ſc. Quò illic.

Ita. ut, *ſignificatione cauſali.*

Cic: *Neque ita feci, ut te ad meum arbitrium adducerem.* lib. 5. 20.

Idem: *Hoc à te ita contendo, ut in eo fortunas meas poſitas putem.* lib. 15. 14.

Hor: *Si veteres ita miratur laudatque poëtas,*
Ut nihil anteferat, nihil illis comparet, errat. lib. 2. epiſt. 1.

Ovid. *Nil ita celabas, ut non ego conſcius eſſem.* lib 3. triſt. 6.

Ita, uti, *eadem ſignificatione.*

Cic: *Neque vult ita ſapiens inter ſtultos videri, ut qui audiant, aut illum ineptum, aut Græculum putent.* lib. 1. de Orato.

Varro: *Sed ita, uti eas coanguſtent.* lib: 3. 16.

Cæſar. *Ita Helvetios à majoribus ſuis inſtituto eſſe, uti obſides accipere non dare conſuerint.* 1 de bell. Gal.

Cæſar. *Ita dies circiter quindecim iter fecerunt*

u,

uti inter noviſſimum agmen, & noſtrum, non amplius quinis, aut ſenis millibus paſſuum intereſſet. 1. De bel. Gal.

Idem. *Atque ita montibus anguſtis mare continebatur, uti ex locis ſuperioribus in litus telum adigi poſſet.* 4. De bel. Gal.

Ita, *pro adeo*, ut.

Cic. *Cùm Pompeius ita contendiſſet, ut nihil unquam magis.* lib. 1. 9. & lib. 10. 20.

Ci. At. *Ab eram ab eo ita longè, ut nihil poſſem.* l. 6. 3

Cic Atti. *Incluſum in curia ſenatum habuerunt Salaminium ita multos dies, ut interierint nonnulli fame.* lib. 6. 2.

Cic. Atti. *Ita ſum afflictus, ut nemo unquam.* l. 3. 12.

Ter. Phor. *Ita ſum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere.* act. 15.

Ulpian. *Si ita fatuum vendiderit, ut in eo uſus nullus ſit, vitium videri.* l. 4. ff. de ædil. edict.

Ovid. *Ecquis ita eſt audax, ut limine cogat abire* 1. de Pont. 1.

Ita, ut nihil poſſit ſuprà.

Cic. Att. *Libros confeci, & abſolvi, neſcio quàm benè, ſed ita accuratè, ut nihil poſſit ſupra.* lib: 13. 19.

I. *Appen:* Fit non ineleganter, ut particula Ita ponatur ſine ſequela.

Cic. *Quare velim ita ſtatutum habeas, me tui memoriam ſumma cum benevolentia tenere.* lib. 6. 2.

Cic. *Quod certè non ita eſt.* lib. 3. 8.

Cic. *Te ita velle, certò ſcio.* lib. 4. 14.

Idem. *Quòd me propius vultis accedere, video ita eſſe faciendum.* lib. 14. 19.

Cic. Atti. *Ita tempus ferebat.* lib. 8. 9.

Cic. *Non poſſe ea, quæ inter ſe diſcrepant, iiſdem præceptis atque una inſtitutione formari. Quod non eſt ita.* lib. 3. de Oratore.

Ter. Adelph: --- *ſed oſtendere*
Me ægrè pati, illi nolui: nam ita homo eſt, act: 2. 1.

II. *Appen:* Huc pertinet frequens ille illationis modus Ciceroni familiaris.

Quare ita velim ſtatuas. Cic: *Quæ cum ita ſint.* lib. 13. 50. & alibi.

Ita exiſtimes velim. Cicer: *Hæc cum ita ſint.* l. 13. 52.

Ita, ac, *id eſt, Perindè, Æquè, Tam.*

Varro. *Quod non ſolum ad agrum utile, ſed etiam ad cibum, ita bubus, ac ſuibus; ut fiant pingues.* De re Ruſt. lib. 1. 38.

Ita, quàm.

Prop. *Non ita Carpathiæ variant Aquilonib. undæ,*
Quam facile irati verbo mutantur amantes. li. 2. 5.

Ita, Atque.

Ulpian. *Sed quia commixta familia eſt, & una domus eſt: ita vindicandum, atque in propriis ſervis ſenatus cenſuit.* l: 1: ff. de Senatuſcon. Sillan.

Ita, atque ſi.

Paulus. *Prædo ſi dolo deſierit poſſidere, ita condemnatur, atque ſi poſſideret.* l. Si à domino. 36. §. 3. ff. de hæred. pet.

Ita, quaſi.

Cic: *Multaque ita dicunt, quaſi non gaudeant id bellum incidiſſe.* lib. 6. 13. & 1.

Cic. *Cujus ſermone ita tum cupidè fruebar, quaſi jam divinarem, id quod evenit, illo extincto, unde diſcerem fore neminem.* In Catone.

Cic. Atti. *Ita mecum locutus eſt, quaſi non dubium bellum haberemus.* lib. 7. 4. & lib. 14. 14.

Plaut. Amphi. *Sed ita aſſimilavit ſe, quaſi Amphitruo ſit.* Prologo.

Triphon. *Humanitatis rationi congruum, eos codicillos ita ſuum effectum habere, quaſi in medio nulla captivitas interceſſiſſet.* l. in bello. ff: de capti & poſtli.

Ter Adel. *Ita vita eſt hominum, quaſi, cum ludas teſſeris,* act. 4. 7.

Sall: *Ita ætatem agunt, quaſi veſtros honores contemnant: ita hos petunt, quaſi honeſtè vixerint.* Jugurt

Plaut. Aulu. *Ita is pellucet, quaſi laterna Punica,* ſc. Nimirum. Item Pœnu. ſc. Jam tenes.

Appen: Interdum harum particularum ſit tranſpoſitio.

Cic. Atti. *Quaſi coram adſis, ita cerno* συμπάθειαν *amoris tui,* lib. 5. 18. *id eſt,* parem affectionem.

Idem. *Qui quaſi ſua res aut honos agatur, ita diligenter Sex. Nevii ſtudio, & cupiditati morem gerunt.* Pro Quintio.

Idem. *Quaſi domi nummos haberet, ita conſtituit Scapulis ſe daturum.* Ibidem.

Appen: Interdum altera omittitur.

Cic: *Quòd, quaſi avem albam videntur bene ſentientem civem videre.* lib: 7. 28.

Ita, quemadmodum.

Brutus Cicer: *Crede mihi, niſi iſta omnia ita fiunt, quemadmodum ſcribo, magnum nos omnes adituros*

turos periculum. lib: 11. 26. & 12.

Cic. *Ita certè eveniat, quemadmodum ſit futurum.* de fato.

Cic. Atti. *Quare facies ut ita ſit in lib. quemadmodum fuit.* lib: 13. 21.

Cic. *Qui quæſturam ita geſſiſſet, quemadmodum cognoviſtis.* lib: 1. in Verrem.

Ita, quomodo.

Ad Heren. *Cum ita objurgamus eos, qui audiunt, quomodo ipſi ſe cupiunt objurgari.* lib: 4.

Cic: *Neque me tantummodo conſulem, quod eſt ipſum per ſeſe ampliſſimum: ſed ita feciſtis, quo modo pauci nobiles in hac civitate conſules facti ſunt, novus autem nemo.* De lege Agra. con. Rul. ad popul:

Idem. *Præſertim cum nihil deliberatum, & conſtitutum ſit, ita gerere conſulatum quo uno modo geri graviter, & liberè poteſt.* De lege Agra. con. Rullum. in Senatu.

Ita, tanquam.

Aſinius Pollio Cic: *Ita porrò feſtinavit uterque confligere, tanquam nihil pejus timerent, quàm ne ſine maximo Reip: detrimento bellum componeretur.* lib: 10. 33.

Quintil: *Falluntur, qui ita dicunt, tanquam inter duas leges quæratur.* lib: 7. c: 4.

Appen: Non ita, tanquam: ſed ita, quaſi.

Cic: *Neque enim ita ſe geſſit in his rebus, tanquam rationem aliquando eſſet redditurus: ſed prorſus ita, quaſi aut reus nunquam eſſet futurus: aut, quo plura abſtuliſſet, eo minore periculo in judicium eſſet venturus.* lib. 4. in Verrem.

Ita, uti.

Ter. Heau: *Videre verum, atque ita uti res eſt dicere.* act. 3. 1.

Plaut. Bacch. *Homini amico, qui eſt amicus, ita uti nomen poſſidet.* ſc. Multimodis.

Cæſar. *Cum eſſet Cæſar in citeriori Gallia in Hibernis, ita uti ſupra demonſtravimus.* 2. de bello Gal. princ.

Cato. *Ita uti placenta ſit, eadem omnia facito.* c: 77. & c: 134.

Ita uti, ita.

Cato. *Scalæ ita uti datæ erant, ita reddito.* c. 144.

Ita, ſi.

Cic: *Quo tolerabilius feramus igniculum deſiderii tui, crebris nos litteris appellato, atque ita, ſi idem fiet à nobis.* lib: 15. 20. & 4.

Idem. *Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi jus ſuum retinet.* In Catone.

Idem. *Nam hoc ipſum ita juſtum eſt, quod rectè fit, ſi eſt voluntarium.* 1. Offic.

Brutus Cic: *Tu me amabis, ita, ſi hoc idem, me in te facere ſenſeris.* lib: 11. 10.

Livius. *De frumentis utriſq; reſponſum; ita populum Rom: uſurum, ſi pretium acciperent.* dec: 4. lib: 6.

Varro. *Foſſa ita idonea, ſi omnem aquam, quæ è cœlo venit, recipere poteſt.* De re Ruſt: lib: 1. 14.

Labeo. *Conductor centum nummos petebat, ita ei deberi dico, ſi in earum rerum refectionem eam pecuniam impendi ſatis daret.* l: Inſulam 58. ff: loc: cond.

Ita demum, ſi.

Ulpian: *Ita demum autem ſuſtinentur liberalia judicia, ſi.* l: 7. ff: de hæreditat. petit. Item l: 3. ff: de furtis.

Paul: *Reo latitante poſt litem conteſtatam, ita demum fidejuſſores eum defendere videbuntur, ſi vel unus ex his eum pro ſolido defendat, vel omnes.* l: licet. 42. ff: de procurat.

Ita, ut ſi.

Cic. *Mihique moleſtiſſimis temporibus ita fideliter, benevoleque præſto fuit, ut ſi eſſet à me manumiſſus.* lib: 13. 21.

Ulp: *Niſi fortè quis proponat, ita dotem patrem pro emancipata filia dediſſe, ut ſi nuptiis non conſentiret.* l: In poteſtate 10. ff: de ſponſalibus.

Appen: Eodem modò, ut ſi.

Cic: *Si eodem modo putant exercitu in foro, & omnibus templis, quæ circum forum ſunt, collocato, dici pro Milone decuiſſe, ut ſi de re privata ad unum judicem diceremus, vim eloquentiæ ſua facultate, non rei natura metiuntur.* De optimo ge. orat.

Ita, uti ſi.

Ter. Eu: *Mater ubi accepit, cœpit ſtudioſè omnia*
Docere, educere, ita, uti ſi eſſet filia. ac. 1. 2.

Ita, ne.

Ter. Heau: *Ita tu iſthæc tua miſceto, ne me admiſceas.* ac: 4. 5.

Plaut. Trucu. *------ permittimus,*
Dum quidem hercle ita judices, ne quiſquam à me argentum auferat. ſc. ult.

Sueto: *Solitus etiam in geſtatione ludere, ita eſſedo alveoque*

alveoque adaptatū, ne luſus confunderetur. Clau. c: 33.

Tryphonius. *Ita venierat, ne manumitteretur.* l: In bello 12. ff: de captivis & poſtli.

Ter: Phor: *Ita fugias, ne præter caſam, inquiunt.* --- ac. 5. 2.

Ita, ut ne.

Cic. *Cupio jam vigiliam meam, Brute tibi tradere, ſed ita, ut ne deſim conſtantiæ meæ.* lib: 11. 24. & lib: 5. ult: fin.

Cic. *Sed tamen ita velim, ut ne quid properes.* l: 16. 9.

Cic: Atti. *Rogo ut explores, ad quam diem hîc ita poſſim eſſe, ut ne opprimar.* lib: 12. 31.

Ter: Phor. *Hiſce ego illam dictis ita incenſam dabo, Ut ne reſtinguas, lacrumis ſi exſtillaveris.* act. 5. 7.

Varro: *Ita tamen oportet ætate præſtare, ut ne propter ſenectutem minus ſuſtinere poſſit labores.* l. 2. 10

Idem. *Aluos ita collocant in mutulis parietis, ut ne agitentur, neve inter ſe contingant.* lib. 3. 16.

Idem. *Influat ita, ut ne altitudine aſcendat duo, aut tres digitos* c: eodem.

Ita, ut ne quidem.

Cic: *Cum quidem biduum ita jejunus fuiſſem, ut ne aquam quidem guſtarem.* lib. 7. 26.

Idem. *Græcos verò ita non ames, ut ne ad villam quidem tuam via Græca ire ſoleas.* lib. 7. 1. & 28.

Cic. Q. Fra. *Tertius annus ita debet eſſe emendatus, ut ne minimam quidem rem quiſquam poſſit ullam reprehendere.* lib. 1: 1.

Ita, ut non.

Cic: *Nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit, nec ita reſeranda, ut pateat omnibus.* lib: 2. Offic.

Item, atque. *ſimilitudinem ſignificat.*

Varro. *Non item ſunt ſpectandi, atque habendi.* De re Ruſt. lib. 2. 7.

Varro. *In diſſimili uſu ſimilia vocabula quærunt, & item ea, quæ metimur, atque ea quæ numeramus, dici putant oportere.* de lin: lat: lib: 8.

Item, quam.

Cic. Atti. *Id erat quondam quaſi neceſſe; nunc quoquo modo ſe res habet, non eſt item, quàm dudum.* lib: 14. 12.

Item, quemadmodum.

Cic: *Cauſa componitur, ut item palæſtritæ Bidenſes peterent ab Epicrate hæreditatem: quemadmodum palæſtritæ Syracuſani ab Heraclio petiſſent.* lib: 2. In Verrem.

Item, quaſi.

Plaut. Pœnu. *Soror, cogita, amabo, item nos perhiberi*
Quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantur,
Sine omni lepore, & ſine ſuavitate,
Niſi multa aqua, uſque & diu marcerantur.
ſc. Negoti.

Item, ut.

Varro. *Præda dicta item ut prædes, à præſtando.* De lingua latina.

Cic: *Ita fit, ut non item in oratione, ut in verſu numerus extet.* In Oratore.

Ad Heren: *Exempla quoniam teſtimoniorum ſimilia ſunt, item convenit, ut teſtimonia, ab hominibus probatiſſimis ſumi* lib. 4. princ.

Plaut. Pœnu. ---- *ſine te verberem,*
Item ut tu mihi feciſti ob nullam noxiam. ſc. 1. Item Merc. ſc. Divum.

Plaut. Trucu. *Item, ut de frumento anſeres, clamore abſterret, abigit.* ſc. Ha ha.

Plaut. Pſeu. *Ne malus item erga me ſit, ut erga illum fuit.* ſc: Pejorem.

Plaut. Capt. ---- *item aſperæ*
Sunt, ut tum victum autumabas eſſe. --- ſc. Quanto. Ibidem, Prologo.

Varro. *Quos emimus item, ut equos* l. 2. 8. & l. 1. 31.

Cæſar. *Tigna item ut primò tecta.* 2. De bello civ:

Ter. Heaut. ---- *ſi ex capite ſis meo*
Natus, item ut ajunt Minervam eſſe ex Jove.
ac. 5. 4.

Item ut, item.

Plaut. Pſeu. *Item ut Medæa Peliam concoxit ſenem, &c.*
Item te ego faciam. ---- ſc. Forum.

Item, uti.

Cic. *Feciſti item, uti prædones ſolent, qui cùm hoſtes communes ſint omnium, tamen aliquos ſibi inſtituunt amicos, quibus non modò parcant, verùm etiam præda quos augeant.* lib. 4. in Verrem. Itidem. lib. 2. De inventione fin.

Varro. *Veteres poëtæ nonnunquam milites appellant latrones, quòd item uti milites, cum ferro: aut quòd latent ad inſidias faciendas.* De lingua latina.

Cato. *Mactatoque item, uti prius feceras.* c. 1. 34.

Salluſt. *Quos item conſul, uti priores illectos ad prodi-*

proditionem, domum dimittebat. Jugurt.

Plaut, Curcu. *Item genus eſt lenonum inter homines, meo quidem animo,*

Uti muſcæque, culiceſque, pedeſque, puliceſque, ſc. I tu præ.

Item, abſolutè poſitum.

Cic: *Litteræ iſti mittuntur à patre vehementes, ab amicis item.* lib. 3. In Verrem.

Cic: *Corporum offenſiones ſine culpa accidere poſſunt, animorum non item.* Tuſcula.

Plaut. Curcu. *Quod tibi eſt, item ſibi eſſe, magnam argenti inopiam.* ſc. Date.

Ter. And. ---- *Item alio die querebam.* ---- ſc. 1.

Iterum, & tertiò.

Plinius. *Iterum, & tertiò conſul, multa domi militiæque geſſit.* De viris illuſtr.

Var. *In ſariendo iterum & tertiò.* De re Ruſt. l. 1. 18

Iterum, ac tertiò.

Cic: *Iterum, ac tertiò nominavi.* Pro Sex. Roſ. Amerin.

Valer. Maximus. *Infuſum namque pateræ ejus vinum, in ſanguinem nec ſemel, ſed iterum, & tertiò converſum eſt.* lib. 1. c: 6.

Varro. *Vineas veteres iterum occare, novellas etiam tertiò.* lib. 1. c: 32.

Iterum, ac tertiùm.

Cic: *Nemo eſt, quin ſæpe jactans, venereum aliquando jaciat, nonnunquam etiam iterum, ac tertiùm.* lib: 2. De divinat.

Primùm, iterum, tertiùm.

Cic: *Primùm quidem decipi incommodum eſt, iterum ſtultum, tertiùm turpè.* lib. 1. De Inventione.

Iterum, tertiò.

Cic: *Ille iterum, ille tertiò auctionibus factis pecuniam dedit, qua ad bellum utereris.* Pro Deiotaro.

I. *Appen:* Semel, iterum.

Cic: *Duobus pretiis unum & idem frumentum vendidiſti, ſemel civitatibus, iterum populo Rom:* lib. 3. In Verrem.

Cæſar. *Bis in poteſtatem perveniſſe Cæſaris, atque ab eo eſſe dimiſſum, ſemel ad Corfinium, iterum in Hiſpania.* lib. 3. de bel. civili princ.

Livius. *Semel T: Manilio Conſule, poſt Punicum primum perfectum bellum, iterum, quod noſtræ ætati dii dederunt, ut videremus.* Dec: 1. lib. 1.

Cic: *Audierat ex illo, ſe à me bis ſalutem accepiſſe, ſemel ſeparatim, iterum cum univerſis.* Pro domo ſua, fin.

II. *Appen:* Semel, atque iterum.

Cic: *Cognoſcite nunc illum ita reum eſſe citatum, ut re ſemel atque iterum præjudicata, condemnatus, in judicium venerit.* pro Cluentio.

Cæſar. *Cum his Æduos, eorumque clientes, ſemel, atque iterum armis contendiſſe.* de bell. Gallico.

III. *Appen:* Semel, aut iterum.

Cic: *Antiſtius, Piſo, ſæpe dicebant, minus ſæpe Pomponius, raro Carbo, ſemel aut iterum Philippus.* In Bruto.

Iterum, & ſæpius.

Cic. *Id ut re experiatur, iterum & ſæpius te rogo.* lib: 13. 42.

Idem. *Teſtis eſt Hiſpania, quæ ſæpiſſimè plurimos hoſtes ab hoc ſuperatos, proſtratoſque conſpexit, teſtis eſt iterum & ſæpius Italia.* Pro lege Manilia.

Iterum, ac ſæpius.

Quintilianus. *Cogendus eadem iterum, ac ſæpius dicere litigator.* lib. 12. c: 8.

Iterum, iterumque.

Martialis. *Nam thermis iterum cunctis, iterumque lavatur.* lib. 2. c: 14.

Iterumque, iterumque.

Virg: ---- *mœſtuſque Creuſam*

Ne quicquam ingeminans iterumque, iterumque vocavi. 2. æn.

Idem. *Prędicam & repetens iterumque, iterumque monebo.* 3. æn.

Itidem, ut.

Ter: Hec: *Itidem mulieres ſunt fermè, ut pueri levi ſententia.* ac. 3. 2.

Plaut. Pſeu. *Non itidem cœnam condio, ut alii coqui* ſc. forum Plaut. Aulu. ME. *ætatem meam ſcis?* EV. *ſcio eſſe grandem, itidem ut pecuniam.* ſc Præſagibat.

Idem Amphi. ſc. Satin. Idem Merc. ſc. Jam Idem Capti. Prologo. Idem Moſtel. ſc. Illi Bucædæ.

Plaut. Ruden. ---- *affligam ad terram te itidem, ut piſcem ſoleo polypum.* ſc. Heus, & ſc. Prò.

Ter: Eu: *Aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet.* ac. 1. 2. & ac. 2. 3.

Ter: Heaut: *celabitur itidem, ut adhuc eſt.* ac. 4. 2.

Ter: Phor: *Tum Phormio itidem in hac re, ut in aliis ſtrenuum hominem prębuit.* ac. 3. 1.

Plaut. Tru: *Si volebas participare, auferres dimidium domum.*

Nam itidem, ut Acherunti hic ratio accepti ſcribitur.

Intro accipimus; quando acceptum eſt, non poteſt ferri foras. ſc. Lepidè.

Ter: Hec: - - *integram itidem reddam, ut accepi à ſuis.* ac: 1. ſc: 2. Ibidem ſc: ult.

Itidem, ut ſi.

Ter: Phor: *Potius quàm lites ſecter, aut quàm te audiam;*

Itidem, ut cognata ſi ſit, id quod lex jubet

Dotem dare; abduce hanc, minas quinque accipe. ac. 2. ſc. 2.

Itidem, quaſi.

Plaut: Ruden: *Proripite hominem pedibus huc itidem, quaſi occiſam ſuem.* ſc. Prò.

Plaut. Moſtel. *Ubi ſeſe ſudor cum unguentis conſociavit, ilico*

Itidem olent, quaſi quum unà multa jura confundit coquos. ſc. Jampridem.

Plaut: Sti: *Quid? illas itidem eſſe cenſes, quaſi te, cum veſte unica?* ſc. Quiſnam.

Plaut: Ruden: *Ego jam hic te itidem quaſi penicillus novos exugeri ſolet,*

Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi eſt. ſc. Heus mane.

Itidem, uti.

Plaut: Curcu: ---- *in cavea ſi forent*

Concluſi, itidem ut pulli gallinacei. ſc. Beatus.

Plaut. Curcu. ---- *te nervo torquebo, itidem uti tapultę ſolent.* ſc: ult.

Appen: Itidem, abſolutè poſitum.

Cic: *Nunc itidem ab eodem, & cęteris diis immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia.* lib: 2. de legib:

Ter: Phor: ---- *ego tum ſi adveniſſem, qui mihi*

Cognata eſſet, dicerem: itidem tu face. ac. 2. 2.

Varro. *Incipientes quartum agere annum, itidem ejiciunt.* lib. 2. 7.

Plaut. Bacchi. ---- *Feci ego iſtęc itidem in adoleſcentia.* ſc. Nunc experiar. Item Capt, ſc. Quò.

Gellicus. *Proximum locum clientes habere, qui ſeſe itidem in fidem, patrociniumque noſtrum dederunt.* lib. 5. c. 13.

Ter. And. *Ibo ad eum, atque eadem hęc quę tibi dixi, dicam itidem illi.* ac. 3. 4.

Idem Eu. *Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurrierat bona.* ac. 2. 2.

Juxtà. ac. *idem quod.* Aequè, Perinde.

Salluſt: *Alios omnes malum publicum alebat, quo minus mirandum eſt, homines egentes, malis moribus, maxima ſpe, Reip: juxta, ac ſibi conſuluiſſe.* In Conjurat.

Varro. *Fœminas juxtà, ac mares habere ſolebat.* De re ruſt. lib. 2. 7.

Livius. *Humanum genus veſtrum nomen, imperiumque juxta, ac Deos immortales jampridem intuetur.* De bel. Maced.

Salluſt. *De M: Livio Druſo juxta, ac de ſe, exiſtimarint.* In fragmen. hiſto.

Juxta, ac ſi.

Cic: *Qui me reliquis officiis juxtà, ac ſi meus frater eſſet, ſuſtentavit.* Poſt reditum in Senatu.

Salluſt. *Tranſverſis itineribus quotidie caſtra movere, juxta ac ſi hoſtes adeſſent.* Jugurt.

Livius. *Navales ſocii juxta effuſi, ac ſi inſulas prædarentur.* de bel. Punico.

Juxtà, atque.

Livius. *Abſentium bona juxta, atque interemptorum diviſa fuerunt,* lib: 2. ab Urbe.

Idem. *Trucidant inermes juxta atque armatos.* Ibid.

Idem. *Contendebantque & animis, & corporibus ſuis virilem patientiam ineſſe, & ſe juxta hieme, atque æſtate bella gerere poſſe.* lib: 5. ab Urbe.

Juxtà, cum.

Plaut. Trinum. --- *nunc virgo nempe apud te eſt.* C*A. ita eſt.*

Juxtaque eam curo cum mea. ſc. Larem.

Salluſt. *Quo in loco res noſtræ ſint, juxta mecum omnes intelligitis.* In Conjurat.

Plaut. Aulu. ----- *juxta rem mecum tenes.* ſc: Dixi.

Plaut. Mili. *Dum in regionem aſtutiarum mearum te induco, ut ſcias*

Iuxta mecum mea conſilia --- ſc. Niſi herclè.

Plaut. Pſeu. ---- *an neſcis quæ ſit hæc res? SI. juxta*

juxta cum ignariſſimis. ſc. Malus.

Idem Perſa. ---- *juxta tecum, ſi tu neſcis, neſcio.* ſc. Satin.

Plaut Perſa. *Hæccine illa eſt furtiva virgo; TO. juxta tecum æquè ſcio.* ſc. Cui homini.

Juxta, abſolutè poſitum.

Salluſt. *Juxta boni malique ſtrenui, & imbecilles multi obtruncati.* Jugurt.

Salluſt. *Quibus profecto corpus voluptati, anima oneri fuit, eorum ego vitam mortemque juxta æſtimo.* in Conjurat.

Plinius. *A fœminis juxta, viriſque geſtarentur.* lib: 9. c: 35. & 41.

Salluſt. *Hiemem, & æſtatem juxta pati.* Jugurt.

Idem. *Juxta bonos, & malos interficere.* in Conjur.

Idem: *Cives, hoſteſque juxta metuere.* Jugurt.

Licet, tamen.

Cic: Att. *Licet tibi, ut ſcribis, ſignificarem, ut ad me venires Sidona: tamen intelligo te iſtic prodeſſe, hic ne verbo quidem levare me poſſe.* lib. 3. 12. Item de Aruſpic. reſp.

Cic. *Veritas, licet in cauſſis nullum patronum, aut defenſorem obtineat, tamen per ſe ipſa defenditur.* in Vatinium.

Brutus Attic. *Licet patrem appellet Octavius Ciceronem, referat omnia, laudet, gratias agat: tamen illud apparebit, verba rebus eſſe contraria.* Ad Brut. epiſt. 21.

Ovid. *Qui licet eloquio fidum quoque Neſtora vincat,*
Haud tamen efficiet, deſertum ut Neſtora crimen
Eſſe rear nullum. ---- 13. Metamorph.

Propter. *Ille licet ferro cautus ſe condat, & ære,*
Mors tamen incluſum protrahit inde caput. lib. 3. 16.

Martialis. *Intres ampla licet torvi lepus ora leonis,*
Eſſe tamen vacuo ſe leo dente putat. lib. 1. 61.

Arrius Menander. *Sed hoc licet liquido conſtare non poſſit, argumentis tamen cognoſcendum eſt.* l: 5. ff. de re milit. & l. 14. ff. de vulga. & pu.

Licet, attamen.

Julianus. *Et ideò licet directæ libertates deficiunt, attamen ad fideicommiſſarias eundem eſt.* l: Si ei, 2. ff: de ju: codi:

Paul: *In actionibus, quæ ex contractu, proficiſcuntur, licet famoſæ ſint, & damnati notantur, attamen pactus non notantur.* l: 7. ff: de his, qui not: infa: & l. 17. ff. de hered. pet. & l. Liberti. ff. de officio ad ſeſſo.

Licet, ſed tamen.

Cic: *Licet eodem exemplo ſæpius tibi hujus generis litteras mittam, &c. ſed tamen non parcam operæ.* lib. 13. initio epiſtolæ 27.

Ulpian. *Licet enim ipſo jure priore debito liberatus non ſit, ſed tamen exceptionem habere poteſt.* l. Si res. 12. ff. de jure dot.

Licet, abſolutè poſitum.

Cic. Att: *Vereor Gallica bella, ipſe Sextus quò evadat; ſed omnia licet concurrant, Idus Martiæ conſolantur.* lib. 14. 4.

Cic: *Licet ex his eligant, quæ notatione, & laude digna ſint, omnes oratoriæ virtutes in eis reperientur.* In Bruto.

Ulpian: *Fructus habitationis præſtatur, licet ruinę, vel incendio ſubjecta tranſactio eſt.* l: cum hi. 8. ff: de tranſact.

Modeſt. *Licet non fuit condemnatio ſecuta.* l: 20. ff: de Accuſat.

Longè, à.

Cic: *Non longe à Tauro, apud oppidum Cybiſtra, caſtra fecit.* lib. 15. 4.

Ad Heren: *Eam vitaſtis vituperationem, quę longè à vobis erat abfutura.* lib. 4.

Ter. Eu. *Rus Sunii ecquod habeam, & quàm longe à mari.* act. 3. 3.

Cæſar. *Qui non longè à Toloſatium finibus abſunt.* De bel. Gal.

Longè ab.

Cæſar: *Docet copias Trevirorum, tria millia paſſuum longè ab ſuis caſtris conſediſſe.* 5. de bel. Gal.

Varro. *Non longè ab Tauro.* De re Ruſt. lib. 1. 2.

Plaut. Bacch. *Næ tibi herclè haud longè eſt os ab infortunio.* ſc. Quid iſtuc?

Plaut. Moſtel. ---- *ita faciam patrem tuum*
Non modò ne introeat, verùm etiam ut fugiat longè ab ædibus. ſc. Juppiter.

Longe ex.

Cæſar. *Ab his cognoſcit, non longè ex loco oppidum Caſſivelauni abeſſe.* 5. de bello Gal.

Malo, quam.

Cic. *Nihil in re familiari mea eſt, quod ego meum malim eſſe, quàm tuum.* lib. 4. 13.

Cic. *Quod certè ita fieret, ſi tu maluiſſes benevolentię*

tię quàm litium jura perdiſcere. lib. 7.14.
Cic. *Sed quę faciam, fecerimque pro te, ex illorum te litteris, quàm ex meis malo cognoſcere.* lib. 6.15.
Salluſt. *Optimus quiſque facere, quàm dicere: ſua ab aliis benè facta laudari, quàm ipſe aliorum narrare malebat.* In Coniurat.
Plaut. Mercat. ---- *igitur hoccine eſt*
Amare? arare mavelim, quàm ſic amare. ſc. Homo.
Hor. *Prętulerim ſcriptor delirus, inerſque videri, Quàm ſapere, & ringi.* ---- lib. 2. epiſt. 2.

Malo, quàm non.

Plaut: Aſi. ---- *moriri ſeſe miſerè mavolet*
Quàm non perfectum reddat, quod promiſerit. ſc. 1
Idem Aulu. *Emortuum ego me mavelim lęto malo, Quàm non ego illi dem hodię inſidias ſeni.* ſc. Emortuum.
Appen: Potius malo, quàm.
Plaut. Sti. *Si manere hic ſeſe malint potius, quàm aliò nubere.* ſc. 2.

Malo, abſolutè poſitum.

Cic. *Erat id mihi multo brevius, multoque commodius, cùm pręſertim te ita malle arbitrarer.* li. 3.5.
Cic: *Ego tamen adſcripſiſſe mallem, quando id te video deſiderare.* lib. 5. 20.
Ovid. *Remque mei juris malim tenuiſſe precando.* 6. Faſto.
Appen. Magis volo, *id eſt*, Malo.
Quo de Cicero in Oratore, Libenter etiam, inquit, copulando verba jungebant, ut ſodes, pro ſi audes, malle, pro, magis velle. nolle, pro non velle.
Ter. Eu. *Nunquam ędepol quicquam jamdiu, quod magis vellem evenire,*
Mî evenit, quàm quod modò ſenex intrò ad nos venit errans. act. 5. 7.

Magis, atque.

Ter: And: *Non Apollinis magi verum, atque hoc reſponſum eſt.* act. 4. 2.

Magis, quàm.

Cic. *Experiendo tamen magis, quam diſcendo cognovi.* lib. 1.7.
Idem. *Nihil magis, quàm perfidiam timemus.* l: 1.5.
Idem. *Magis adverſos rerum exitus metuens, quàm ſperans ſecundos.* lib. 6.15.
Plaut. Pſeu. *Magis erit ſolutum, quàm ſi ipſi dederis,* ſc. Hi loci.
Ter. Adel. ---- *Di me pater*
Omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos. act. 4. 5.
Planc. Cicer. *Credulitas error eſt magis, quàm culpa* lib. 10. 23.
Livius. *Decernente ferociſſimo quoque non ſententiis magis, quàm clamore.* Dec. 1. lib. 2.
Ulpian. *Fallax eſt magis, quàm furtum facit: magis decepit, quàm furtum fecit.* l. falſus creditor. 43. ff. de furtis.

Magis, abſolutè poſitum.

Te. Eu: *Neque quenquam hominem eſſe ego arbitror, cui magis bonę*
Felicitates omnes adverſę ſient, act. 2. 3.
Plaut. Ru. ---- *quanto magis extergeo rutilum, atque tenuius fit.* ſc. Nunquam.
Plaut. Per. *Quod ego non magis ſomniabam, neque opinabar.* --- ſc. Jovi. Lambino ἔλλειψις videtur.

Magis pro, quàm pro.

Cæſar. *Quibus rebus confectis, Cęſar magis eos pro nomine & vetuſtate, quàm pro meritis in ſe civitatis conſervat.* 2. de bello civili.

Magis par eſt, quam.

Plaut: Sti: *Et magis par fuerat, me dare vobis cœnam advenientibus,*
Quam me ad illum promittere. --- ſc: ita me.
Magis eſt, ut. Magis eſt, ne. Magis eſt loquendi genera, priſcis Jureconſultis de jure reſpondentibus, ſeu differentibus uſitatiſſima, peculiaria fuiſſe, alibi oſtendemus.

Magis eſt, ut.

Ulpian. *Et magis eſt, ut de impubere nec quęſtio habeatur.* l. 1. ff. de S. Silla.
Idem. *Et magis eſt ut ille hoc pręmio dignus ſit, qui ultro ad accuſationem proſilit.* l. 3. ff. eodem.

Magis, eſt, ne.

Ulpian. *Si quis ędificium vetus fulciat, an opus novum nuntiare ei poſſimus, videamus; & magis eſt, ne poſſimus.* l: 1. ff: De operis, no. nunt. Itidem l: 1. ff. De S. C. Silla.

Magis eſt, abſolutè poſitum.

Ulpian: *Stirpes olęę arbores eſſe, magis eſt* l. 3. ff. arborum furtim cæſarum.
Appen: Quàm, *abſoluè etiam poſitum reperitur.*
Plaut. Ruden. *Quid? iſtę mutę ſunt, quę pro ſe fabulari*

bulari non queant ?

TR. *eò tacent, quia tacita bona eſt mulier ſemper, quàm loquens.* ſc. Seriò.

Hac de re vide plura in particula Tam.

Omnia magis, quàm. *vide* Nihil,

Tam magis, quàm magis. *vide* Tam

Quàm magis, tam magis. *ibidem.*

Minus, quàm.

Cic. *Si mihi tecum minus eſſet, quàm eſt cum tuis omnibus.* lib: 15. 10.

Cic. *Neque me herculè minus ei prolixè de tua voluntate promiſi, quàm eram ſolitus de mea polliceri.* lib: 7. 5.

Planc. Cic. *Non minus enim à te probari, quàm diligi ſemper volui.* lib: 10. 7.

Plaut. Sti. *Uno Gelaſimo minus eſt, quàm dudum fuit.* ſc. Libros.

Nihil minus, quam, *vide* Nihil.

Nihilominus, ut. *pro quamvis, vide* Ut.

I. *Appen:* Nihilo magis, quàm.

Cic. *Commune eſt, quod nihilo magis ab adverſariis, quàm à nobis facit*, lib. 1. de Invent.

II. *Appen:* Nihilo magis, abſolutè collocatum.

Plaut. Aſi. --- *quid? ejus atrienſis ?*

LI. *Nihilo magis domi eſt* ---- ſc. Ut demonſtratæ.

III. *Appen:* Non magis, quam ſi.

Virgil. *Nec magis incepto voltum ſermone movetur,*
Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes. 6. æn

IV. *Appen.* { Nihilo minus, quàm, &, quàm ſi.
Nihilo plus, quàm, & quàm ſi.

Varro. *Nihilo minus eſſe villam eam, quæ eſſet ſimplex ruſtica, quàm ea, in qua eſſet, utrumque.* l. 3. 2

Livius. *Deditio eſt facta, cæterum nihilominus fœdè dedita urbe, quem ſi capta foret.* Dec. lib. 2.

Livius. *Exprobrantibus conſulibus, nihilo plus ſanitatis in curia, quàm in foro eſſe.* Dec. 1. lib. 2.

Ter. Phor. ---- *Phædria ſe oſtenderet nihilo minus*
Amicum eſſe, quàm Antiphoni --- act. 4. 2.

Plaut. Bacchi. *Tum, cùm mea illud nihilo pluris referet,*
Quàm ſi ad ſepulchrum mortuo dicat jocum. ſc. immitiorem.

V. *Append:* { Minus, quàm ſi.
Non minus, quàm ſi.

Ca. *Minus, quàm ſi picare velis, tepeat, ſatis eſt.* c: 69

Ulpianus. *Dicendum eſt extingui, actionem, non minus quàm ſi tempore abolita fuerit injuria.* l: Sed ſi. ff. de injuriis.

Plaut. Rud. --- *libera ego*
Prognata fui maximè, nequicquam fui.
Nunc qui minus ſervio, quàm ſi forem ſerva nata?
ſc. Nimio.

VI *Appen:* Nimio minus, quàm.

Plaut. Trucu. *Cumque eam rem in corde agito, nimio minus perhibemur*
Malæ, quàm ſumus ingenio. ---- ſc. Puero. & ſc. Mirum.

Minus, ac.

Virg. *Haud minus, ac juſſi faciunt.* ---- 3. æn:

Minus, atque.

Horat. *Quî peccas minus, atque ego.* --- lib: 2. ſat: 7.

Catullus. *Ille non minus, atque tu*
Pectore uritur intimo
Flama, ſed penita magis. in nup. Jul. & Man.

Minus abſolutè poſitum.

Ter. Eu: ---- *num formidoloſus obſecro es, mi homo?*
CH. apageſis.
Ego formidoloſus? nemo eſt hominum, qui vivat, minus. ac. 4. 6.

Cic. *Ut nihil minus curandum putem.* 2. Tuſc.

Mirum, niſi. Mira ſunt, niſi.

Plaut. Amphi. *Mirum niſi hic me quaſi murænam exoſſare cogitat.* ſc. 1.

Plaut. Amphi. *Mira ſunt, niſi latuit intus illic in illac hirnea.* Ibid.

Mirum, ſi.

Ter. Hec. *Non mirum fecit uxor, ſi hoc agrè tulit;* ac. 4. 4.

Mirum, ni. Mira ſunt, ni.

Cic: *Quid ploras pater? mirum ni cantem.* lib: 2. de Orat.

Ter. Eu. *Mirum ni tu credas quid iſte dicat.* ac. 4. 4. & ac. 2. 1. & ac. 2. 3.

Ter. Hec. *Et ni id feciſſet, magis mirum foret.* ac. 2. 1

Ovid. *Ille quidem mirum, ni de regione propinqua*
Non niſi vicinas tutus araret aquas. 3. triſt. 12.

Plau. Pſeu. --- *mira ſunt, ni Pſeudolus eſt.* ſc. Malus

Ter. An. --- *mirum ni domi eſt,* act. 3. 4.

Plaut. Caſi. ---- *mirum, ni ſubolet jam hoc huic vicinæ meæ.* ſc. Ut.

Ter. Eu. *Mirum, ni illoc homine quoquo pacto*

opi

opus eſt. ſ: ult:

Plaut: Capt: *Mira edepol ſunt, ni hic in ventrem ſumpſit confidentiam.* ſc: Quanto.

Idem Pœnu: *-- mira ſunt, niſi. ---* ſc. Satis.

Mirum, quin. *id eſt, mirum quòd non, vel, quare non.*

Plaut. Perſa. *Mirum, quin tibi ego crederem. ----* ſc. Curute. bis. & ſc. Quæ res.

Plaut. Moſtel. *--- mirum, quin vigilanti diceret.* ſc. Habeo.

Plaut. Amphi. *Mirum quin te adverſus dicat ----* ſc. Satin'. Idem Aulu. ſc. Nunc.

Plaut. Ciſtel. *Mirum quin grex venalium in Ciſtilla in fuerit unà.* ſc. Niſi. Item Ru. ſc. Ult:

Mirum, quod.

Varro. *Neque mirum, quòd ſunt regiones inter circulum ſeptentrionalem, & inter cardinem cœli.* De re ruſt. lib: 1. c: 2.

Mirum, quàm.

Cic: Atti: *Mirum, quàm inimicus ibat, ut ego objurgarem,* lib. 13. 29.

Modò, ut.

Cic: *Modò, ut tibi conſtiterit fructus otii tui.* li. 7. 1.

Idem. *Videtur, ſi inſaniet, poſſe opprimi, modò ut urbe ſalva.* lib. 16. 11.

Idem. *Modò ut hæc nobis loca tenere liceat.* l. 14. 14.

Ter. Phor: *--- ſcies. Modò ut tacere poſſis. ---* aƈt: 1. 2.

Idem Adel: *Modò facito, ut illam ſerves --* ac: 5. 3

Idem Phor. *Modò ut hoc conſilio poſſiet diſcedi, ut iſtam ducat.* aƈt: 5. 2.

Plau. Perſa. *-- I ſane, hanc eme atque auſculta mihi. DO. modò ut ſciam, quanti indicet. ---* ſc. Satin'.

I. *Appendix.* Ut modò.

Ter. Heaut. *-- at, ut ſatis contemplata modò ſis mea nutrix.* aƈt. 4. 4.

Ter: Phor. *Hæc fient. AN. ut modò fiant. GE. fientis me vide.* aƈt. 4. 4.

II. *Appen.* Tantummodò, ut.

Cic: *Tantummodo, ut eum intercludamus, ne ad urbem poſſit accedere.* lib. 16. 11.

Modò, abſolutè, *idem quod* Dummodò Si modò.

Ovid: *Penelopen ipſam, perſtes modò, tempore vinces.* Arte. 1.

Modò, non.

Ter. Phor. *---- is ſenem per epiſtolas Pellexit, modò non monteis auri pollicens.* ac. 1. 2.

Modò, ne.

Cic: Att. *Quæ de Socinio audiſti, ea mihi probantur, modò ne illa exceptio in aliquem incurrat, bene de nobis meritum.* lib: 5. 4.

Cic: Atti: *Quod alium ad ver mittit, non laboro; nobis modò temporis ne quid proregetur.* lib: 5. 18

Cic: *Quæ placet Peripateticis, & rectè placet, modò ne laudarent iracundiam.* lib: 1. Offic:

Idem: *Si quis eſt paulò ad voluptatem propenſior, modò ne ſit ex pecudum genere.* Ibidem.

Ovid: *--- neque enim benefacta malignè Detrectare meum eſt, modò ne communia ſolus Occupet, atque aliquem nobis quoque reddat honorem* 13. Meta:

Modò ſi, Si modò.

Ter: Adel: *Age jam cupio, modò ſi argentum reddat ---* ac: 2. 1.

Idem Adel: *Id quoque poſſum ferre, ſi modò reddat. ---* Ibidem.

Salluſt: *Vobis, ſi modò viri eſſe vultis, rationem oſtendam, qua tanta mala iſta effugiatis.* In Conjur:

Planc: Cic: *Omnia ei obſequia polliceor, ſi modò rempub: reſpicere volet.* lib: 10. 11.

Appen: Si modò, ne.

Plaut. Ruden. *--- ſi modò id liceat, vis ne opprimat.* ſc: Nunc id.

Modò, nunc. *temporis ſignificatione.*

Cic: *In qua urbe modò gratia, auctoritate & gloria floruimus, in ea nunc iis quidem omnibus caremus.* lib: 4. 13.

Modò, cùm.

Plaut: Aſi: *Modò, quum dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram.* ſc: Penult:

Idem Menæch: *Non ego te modò hîc ante ædeis cum corona florea Vidi aſtare, cùm negabas mihi eſſe ſanum ſinciput,* ſc: Ut hoc.

Modò, ubi.

Ter: And: *Ita Davum modò timere ſenſi, ubi nuptias futuras eſſe audivit.* ſc: 1.

Mox, cùm.

Plaut: Pœnu: *Mox dabo, cùm ab re divina rediero.* ſc: 2. & ſc: Quid eſt.

Plaut: Aſi: *Mox, cùm Sauream imitabor, cavete ne ſuccenſeas.* ſc: Ubi.

Plaut: Caſi. --- *mox magis, cum otium mihi & tibi erit,*
Igitur tecum loquar. --- ſc. Sequimini.
Virg. *Tu facito mox, cùm matura adoleverit ætas.*
Sis memor. --- 12. Æn.

Mox, quando.

Plaut. Menæch. *Ergo mox auferto tecum, quando abibis.* --- ſc. Sine fores.

Mox, ubi.

Horat. ---- *mox, ubi publicas*
Res ordinaris, grande munus
Cecropio repetes cothurno. lib. 2. od. 1.

Mox, ut.

Ter. Adel. *Demea jurgare, & graviter ferre: mox tamen.*
Ut veritas patefacta eſt, ducit Æſchinus
Vitiatam, potitur Cteſipho citharistriam.
Periocha.

Nedum, ſed etiam *vide*, Non tantùm.

Ne, an.

Ne dubitandi, & interrogandi particula jure quaſi ſuo poſcit à tergo An, nunquam. Vel.
Cic: *Unum illud neſcio, gratulérne tibi, an timeam, quod mirabilis eſt exſpectatio reditus tui.* lib: 2. 5.
Idem. *A me conſilium petis, quid ſim tibi auctor, in Sicilia ne ſubſidas, an ad reliquias Aſiaticæ negotiationis proficiſcare.* lib. 6. 8.
Cæſar. *Qui perturbabantur, ut, copiaſne adverſus hoſtem educere, an caſtra defendere, an fugæ ſalutem petere, neſcirent, quid præſtaret.* 4. de bello Gal.
Ter. And. *Nec quid agam certum eſt, Pamphilumne adjutem, an auſcultem ſeni.* act. 1. 3.
Cic. Atti. *Dubito Romæ ne ſis, an jam profectus.* lib. 5. 6.
Horat. --- *diſtat ſumáſne pudenter.*
An rapias -- lib. 1. epiſt. 17.
Ter. Heaut. *Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex hujus vivere?* act. 1. 2.
Ter. Phor. *Viſe redierit ne jam, an nondum, domum.* act. 2. 3.

Ne, nec ne.

Cic. Atti. *Sitne autem excitata, nec ne, tecum cognoſcam.* lib. 15. 20.
Plaut. Capt. *Emitteréſne, nec ne, eum ſervum manu?* ſc. Injicite.

Ne, an ne.

Plaut. Ruden. *Quomodo habeas, illud refert, jurene, an ne injuria.* ſc. Serio.
Ter. Hec. *Pudorine, anne amori obſequeretur magis.* act. 1. 2.

Ne, an, an.

Cic. Atti. *Romam ne venio, an hîc maneo an Arpinum?* lib. 16. 7.
Idem Atti. *Tria ſunt autem, maneam ne Arpini, an propius accedam, an veniam Romam.* lib. 16. 9.

Ne, an non.

Plaut. Capt. *Eſtne invocatum, an non eſt?* --- ſc. 1.
Ter. Phor. *Sed iſne eſt quem quæro, an non?* --- act. 5. 6. Item Heaut. act. 2. 3. Item Hecy. act. 3. 5.
App: Ne, abſolutè poſitum, elegantiam habet certè non vulgarem.
Cic. *Sed hæc ipſa neſcio, recte ne ſint litteris commiſſa.* lib. 2. 5.
Cœlius Cic. *Tui conſilii eſt, ſi tempus, ſi Senatus coget, ſi honeſtè à nobis recuſari non poterit, veliſne perſeverare.* lib. 8. 8.
Cæſar. *Ipſorum eſſe conſilium, velintne prius, quam finitimi ſentiant, eductos ex hibernis milites, aut ad Ciceronem, aut ad Labienum, diducere.* 5. De bel. Gal.
Cic. Atti. *Velim des operam, ut inveſtiges ex conſponſorum tabulis, ſitne ita.* lib. 12. 17.
Cato. *Videto quam minimi inſtrumenti, ſumptuoſuſque ager ne ſiet.* De re Ruſt. cap. 1.

I. *Appen:* An non, abſolutè poſitum.

Ter. Eu. ---- *quiſnam hinc à Thaide exit?*
Is eſt, an non eſt? ipſus eſt. ---- ac. 3. 4.
Idem Eu. *Dicam huic, an non? dicam herclè.* --- act. 5. ſc. 5.

II. *Appen:* Anne, abſolutè poſitum.

Ter. Eu. ---- *ubi ſiem*
Veſtitum hunc nactus, quid mihi quæram, ſanus ſim, anne inſaniam? ac. 3. 3.

Ne, niſi.

Ne, dubitandi & prohibendi ſignificatione, adſumit Niſi.
Cic. Atti. *Ac, ſi per populum, poteritne, niſi de omnium tribunorum, pl: ſententia?* lib. 3. 15.
Cic. *Juſtitiæ primum munus eſt, ut ne cui quis noceat, niſi laceſſitus injuria.* 1. Offic.
Cato. *Rem divinam, niſi compitalibus, in compito, aut in foco, ne faciat.* lib. 1. 5.

Idem.

Idem. *Vento auſtro cavto, ne quam materiem, néve vinum tractes, niſi neceſſariò.* lib. 1. 31.

Ne quidem, niſi.

Cic: *Itaque eos ne ad Remp: quidem acceſſuros putat, niſi coactos.* 1. Offic.

Cic: *Itaque dicebat Carneades, ne Apollinem quidem futura poſſe dicere, niſi ea, quorum cauſas natura ita contineret, ut ea fieri neceſſe eſſet.* De fato.

Cic: Atti: *Ne deceſſiſſem quidem è conſpectu tuo, niſi me planè nihil ulla res adjuvaret.* lib. 12. 16.

Ne quidem, ne quidem.

Cic. *Itidem gloriæ jacturam ne minimam quidem facere vellent, ne Repub: quidem poſtulante.* 1. Offic:

Hujus particulæ plura ſuppeditabimus exempla alibi in Particulis Geminatis, & Iteratis.

Ne quidem, etiam. *id eſt,* Non modò, ſed.

Cic. *Ergo illi ne cauſa quidem itineris, etiam cauſa manendi.* Pro Milone.

Ne quidem, quo minus. *extenuandi ſignificationem habet.*

Cic: *Ne præterita quidem ea, quorum nulla ſigna, tanquam veſtigia, extarent, Apollini nota eſſe cenſebat: quo minus futura.* De fato.

Ne quidem, ne dum.

Suetonius. *Grammatica olim Romæ, ne in uſu quidem, ne dum in honore ullo erat.* De illuſt. Gram. princ.

Idem. *Atque etiam ſub patre principe, ne odio quidem ne dum vituperatione publica caruit.* Tito. princ.

Cic: *Me verò nihil iſtorum ne juvenem quidem movit unquam, ne dum ſenem.* lib. 9. 26.

Sed in poſteriori exemplo Lambini editionem ſecuti ſumus quem tamen lectionis à ſe mutatæ, ne mentionem quidem facere, ne dum rationem reddere, Scholia, ſeu Emendationes ejus teſtantur: cùm Manutius antea legerit, *ne nunc ſenem.* pro, *ne dum ſenem.* Quæ lectio ſi conſervetur, *ne* interpretabor *ne quidem.* Sic Cic: Att: *Ne noti ſunt, Ne paullum otii.* De quo alibi erit dicendi locus. Porrò pro Manutio etiam ſtat codex meus manuſcriptus, quo me donavit Geldrię nobiliſſimus, modeſtiſſimuſq; adoleſcens. Walravius ab Haeften, Dominus in Haeften, Herwynen, &c. nuper mihi diſcipulus factus, & mecum Coloniam Ubiorum, tanquam ad mercatum literarum, amandatus.

Ne quidem, non modò non.

Cic. Atti. *Cui facilè perſuaſi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modò non libere.* li. 14. 19.

Ne, nevè.

Cic. *Efficias, ne quid mihi fiat injuriæ, néve quid temporis ad meum annuum munus accedat.* l. 15. 12

Cato. *Ita ædifices, ne villa fundum quærat, néve fundus villam.* c: 3.

Ter. Adel. *---- dictum inter nos hoc fuit.*
Ex te adeò eſt ortum, ne tu curares meum,
Néve ego tuum. --- act. 5. 8.

Cæſar. *Ne quid eis noceat, néve quis invitus ſacramento cogatur, à Cæſare cavetur.* 1. de bell. civili.

Plaut. Capt. *Ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant: Néve permanet palam hæc noſtra fallacia.* ſc. Si dî.

Ne, neu.

Cæſar. *Ne labori ſuo, neu periculo parceret.* 1. de bello civili. & 2.

Ter. Phor. *--- quod utinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet:*
Neu me cupidum eo impuliſſet, quod mihi principium eſt mali. act. 1. 3.

Cato. *Ne quid emiſſe velit inſciente domino, neu quid dominum celaviſſe velit.* De re Ruſt. c: 5.

Cæſar. *Ne quod in ſe ſcelus concepiſſe, neu ſuos prodidiſſe videantur.* 1. de bello civili.

Ter: And: *Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras.* act. 1. 5.

Plaut. Bacchi. *Imò tibi ne noceat, neu quid ob eam rem ſuccenſeat.* ſc. hunc hominem.

Cato. *Frumento ne curculio noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito.* c: 92.

Nec, neque.

Plaut. Pſeu. *Cui nec paratus nummus argenti ſiet,*
Neque cui libellæ ſpes ſit uſquam gentium. ſc. 1.

Martialis. *Sed dum te nimium Fabula laudas,*
Nec dives, neque bella, nec puella es. lib. 1. 65.

Ter. Adel. *Nec nihil, neque omnia, hæc ſunt, quæ dicit.* act. 1. 2. & act: 3. 5.

Idem Hec. *--- nec gnatus, neque hic mihi quicquam obtemperant.* act: 3. 5.

Cæſar. *Nec militibus quidem, ut defeſſis: neque equitibus, ut paucis, & labore confectis, ſtudium ad pugnandum, virtuſque deerat.* 2. De bello civili.

Nec, neu.

Hor: *Nec quodcunque volet, poſcat ſibi fabula credi, Neu pranſæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo.* In Arte.

Nec, ſed.

Cic: *Nec id ad voluptatem refer, ſed ad communitatem vitæ, atque victus.* lib. 9. 24.

Cic. *Nec ea vulgaris, ſed cum aliquo inſigni judicio meæ erga te benevolentiæ.* lib. 7. 6.

Nec, et.

Cic. *Furnium noſtrum tanti à te fieri, quantum ipſius humanitas, & dignitas poſtulat, nec miror, & gaudeo.* lib. 10. 1.

Idem. *Nec à me alieni, & tibi amiciſſimi.* lib. 4. 6.

Et, nec.

Varro. *Partes & quidem neceſſariæ, nec parvæ,* De re Ruſt. lib. 2. 1.

Nec, aut. *vide* Neque, aut.

Virg. *---- nec ego hanc abſcondere furto*
Speravi (ne finge fugam) nec conjugis unquam
Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni. 4. æn:

Nec, niſi.

Cic. *Nec paraſitorum in comœdiis aſſentatio nobis faceta videretur, niſi eſſent milites glorioſi.* In Lęlio

Plau. Amp. *Venimus, nec te, niſi nunc vidi poſtea.* -- ſc. Di veſtram fidem.

Hirtius. *Neque imperata unquam, niſi exercitu coacta faciebat.* 8. de bel. Gal.

Horat. *Nec Deus interſit, niſi dignus vindice nodus Inciderit.* -- In Arte.

Neque, niſi.

Plaut. Amph. *Neque ego hac nocte longiorem me vidiſſe cenſeo,*
Niſi item unam, verberatus quam pependi perpetem. ſc. 1.

Nec, quin.

Cic. *Benè meritos quin colas, nec exorari fas eſt, neque id Reipub: repetere neceſſe eſt.* Poſt reditum ad Quirites.

Virg. *Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,*
Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi. 2. Geor. fi.

Nè, quin.

Ter. Adel: *Cave nunc jam oculos à meis oculis quoquam dimoveas tuos,*
Ne mora ſit, ſi innuerim, quin pignus in mala hæreat. act. 2. 1.

Appen: Nec, adſumit, Ne quidem, ut vehementius neget.

Cic: Atti. *Nec interim poteſt quicquam ſtatui, ne cogitari quidem.* lib. 9. 11.

Neque, nec.

Cic: *Reliqui reges, tyrannique, neque opibus ſatis firmi, nec voluntate ſunt.* lib. 15. 1.

Idem. *Neque enim obſcuris perſonis, nec parvis in cauſſis res agetur,* lib. 3. 5 & 10.

Cic. Atti. *Rogatio Sextii, neque dignitatis ſatis habet, nec cautionis.* lib. 2. 20.

Ter. Phor. *-- ego in eum incidi infelix locum,*
Ut neque mihi ejus ſit amittendi, nec retinendi copia, act. 1. 3.

Virg: *Sed neque currentem ſe, nec cognoſcit euntem,* lib. 12. æn:

Ulpian: *Quia neque matrimonium qualecunque, nec ſpem matrimonii violare permittitur.* l. Si uxor. 13. ff: ad legem Jul. de adul.

Virgil. *--- nulla neque amnem*
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam. eclo. 5.

Plaut. Bacchi. *Imo neque habebis, nec ſinam.* ſc. Jamdudum.

Ulp. *ſi fortè neque pater pręſens ſit, nec patris procurator velit experiri.* l. filius famil. 8. ff: de proc:

Neque, et.

Cic. *Homo neque meo judicio ſtultus, & ſuo valde ſapiens.* lib: 1. de Orat:

Sub. Cic. *Neque tibi defuiſſem, coramque meum dolorem tibi declaraſſem,* lib. 4. 5.

Varro: *Veſpa: quæ ſimilitudinem habet apis, neque ſocia eſt operis, & nocere ſolet morſu.* lib. 3. c. 16.

Cæſ: *Neq; tempus animadverſionis illud eſſe exiſtimans, & multa virtuti eorũ concedens.* 3. de bel: ci.

Cato: *Si hæc ſic feceris, neque ſcabræ fient, & lana plus; & meliorem habebunt.* c: 96. & c: 129.

Ter: Eu: *vide Parmeno.*
Quid agas, ne, neque illi proſis, & tu pereas. -- act: 5. Ibid. act. 1. 1.

Salluſt. *Quoniam neque ingentem multitudinem haberet; & ſpes opeſque ejus omnes ex patre ſuo penderent,* Jugurt.

Nec, aut. Neque, aut.

Virgil. *--- nec tantos mente furores*

Concipit,

Concipit, aut graviora timet, quàm morte Sichæi, 4. æn:

Ter. Eun. *Neque ſcio quid dicam, aut quid conjectem,* act. 3. 4.

Colu: *Neque depreſſus hieme pruinis torpet ager, aut torret æſtate vaporibus.* lib 1. 4.

Varro: *Nec tamen ibi ſe vidiſſe tabulam pictam, neq; ſignum aheneum, aut marmoreum ullum,* lib. 3. 2.

Appen: Aut, neque.

Varro: *Nulla harum aſſidet in loco inquinato, aut eo, qui malè oleat, neque etiam in eo, qui bona olet unguenta,* lib. 3. 16.

Neque, ſed.

Cic: *Neque Reſp: Conſules haberet, ſed mercatores provinciarum,* lib. 1. 9.

Neve, neu.

Hor: *Neve minor, neu ſit quincto productior actu Fabula, quæ poſci vult, & ſpectata reponi.* In arte.

Neu, et.

Cæſar: *Univerſi cohortantur, magno ſit animo, neu dubitet prœlium committere, & ſuam fidem, virtutemque experiri.* 2. De bello civili.

Neu, néve.

Salluſt: *Neu quis de his poſtea ad ſenatum referat, neve cum populo agat.* In Conjurat.

Nemo, qui.

Cic. *Nemo eſt tam inimicus ei cauſæ, qui nos malos cives dicere, aut homines improbos audeat,* li. 6. 6.

Idem. *Nemo, qui fortitudinis gloriam conſecutus eſt, inſidiis, & malitia laudem eſt adeptus.* l. 1. Offic:

Nemo, quin.

Cic. *Nemo eſt, quin cogitet, quàm ſit metuendus iratus victor armatus,* lib. 6. 4. & 1.

Idem. *Dignitatis autem tuæ nemo eſt, quin exiſtimet habitam eſſe rationem ab ſenatu.* lib. 1. 4.

Cæcinna Cic. *Nemo noſtrum eſt, quin vota victoriæ ſuæ fecerit,* lib. 6. 7.

Cæſar: *Nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris, quin ſtatim caſtris exeundum putaret.* 1. de bel civ.

Plaut. Sti. .... *curioſus nemo eſt, quin ſit malevolus.* ſc. Famem.

I. *Appen:* Nemo quiſquam, quin.

Terent. Hec. .... *nemo illorum quiſquam, ſcito, ad te venit,*
Quin ita paret ſeſe, abs te ut blanditiis ſuis
Quam minimo pretio ſuam voluptatē expleat. ſc. 1.

II. *Appen:* Nemo, omnium, quin.

Cæſar. *In caſtello nemo fuit omnium militum, quin vulneraretur.* 3. de bello civili.

III. *Appen:* Nemo, quin omnes.

Cic. *Neminem conveni &c. quin omnes cùm te ſummis laudibus ad cœlum extulerunt mihi continuò maximas gratias agant,* lib. 9. 14.

IV. *Appen:* Nemo, quin idem.

Cic: *Sic habeto mi Tiro, neminem eſſe, qui me amet, quin idem te amet,* lib. 16. 6.

V. *Appen:* Nemo, quin is.

Salluſt: *Novus nemo tam clarus, neque tam egregius factis erat, quin is indignus illo honore, & quaſi pollutus haberetur.* Jugurt.

Nemo, qui non.

Cic. *Nemo eſt tam afflictus, qui, ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id quod agit, non poſſit navare aliquid, & efficere.* lib. 6. 1.

Cic. Atti. *Ad urbem ita veni, ut nemo ullius, ordinis homo nomenclatorum notus fuerit, qui mihi obviam non venerit,* lib. 4. 1.

Cæſar. *Nemo eſt tam fortis, qui non rei novitate perturbetur.* 6. De bel. Gal.

Cic. *Adhuc neminem novi poëtam, qui ſibi non optimus videretur,* 5. Tuſcu:

I. *Appen:* Nec quiſquam, quin.

Cic. Bruto. *Nec quiſquam eſt, quin ita exiſtimet.* epiſtola: 12.

Plaut. Aſi. *Nec quiſquam eſt tam ingenio duro, nec tam firmo pectore,*
Quin, ubi quicquam occaſionis ſit, ſibi faciat bene, ſc. ult.

II. *Appen:* Nec quiſquam, qui non.

Cor. Nepos. *Ut ne pediſſequus quidem quiſquam eſſet, qui non utrumque horum pulchrè jacere poſſet,* In vita Attici.

III. *Appen:* Nec quiſquam, quin omnes.

Plaut. Amphi. *Nec quiſquam ſit, quin me omnes eſſe dignum deputent.* ſc. Qui me.

Nemo. { niſi. / niſi qui. / niſi is qui. }

Cic: *Complures in perturbatione reipublicæ conſules dicti, quorum nemo conſularis habitus, niſi qui animo extitit in remp: conſulari.* lib: 10. 6.

Idem. *Quamquam iſta aſſentatio quamvis pernicioſa ſit, nocere tamen nemini poteſt, niſi ei, qui eam recipit, atque ea delectatur.* In Lælio.

Idem. *Si familiam tuam dimiſiſſes, quod ad neminem, niſi ad ipſum te pertinet, amici te tui conſtringendum putarent.* In Piſonem.

Pla. Ruden. ---- *dominus huic nemo, ne fruſtra ſies, Niſi ego, nemo natus eſt.* --- ſc. Heus mane.

Ter. An.--- *hanc, niſi mors, mî adimet nemo.* act. 4. 1

Plaut. Pſeu. *Ego, niſi ipſi Ballioni, nummum credam nemini.* ſc. Hi loci.

Nemo, præter.

Cic. *Amicum ex conſularibus neminem tibi eſſe video, præter Hortenſium.* lib. 1. 5.

Cic. Atti. *Sed hoc, præter me, nemini videtur.* l. 1. 1.

Idem. Atti. *Sed habet ſui ſimilem in magiſtratibus, præter Fuſium, neminem.* lib: 1. 12.

Ad Here *Res iſta bono nemini, præter eum fuit.* l. 4.

Cic. Att: *Si petet Fadius, ei volo reddi, præter Fanium nemini.* lib: 15. 15.

Plaut. Sti. *Præter nos, jam dabitur nemini.* ſc. Agite

Appen: Nec quſquam præter, niſi.

Cic: Att: *Nec, præter me, quiſquam Italia ceſſit, niſi qui hunc inimicum ſibi putaret.* lib: 9. 18.

Nemo, extrà.

Plaut. Amphi. ---- *extra unum te mortalis nemo corpus corpore Contigit.* ---- ſc. Satin'.

Appen: Ne quiſquam, extra.

Ter: Phor: *Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam*
Quiſquam aderat, qui adjutaret funus. --- act: 1. 2.

Varro. *Pecus ovillum, quod rectè ſanum eſt, extra luſcam, ſurdam.* De re Ruſt. lib. 2. 2.

Cæſar. *Extra quotidianam conſuetudinem, longius à vallo eſſe aciem Pompeji progreſſam* 3. de bel. civ

Nemo, præterquam.

Cic: Atti: *Affirmatque in ſermonem, ſe poſt idus Mart: præterquam Lepidi, veniſſe nemini.* l. 14. 1.

Nemo, præterquam ſi.

Ulpian. *Alteri ſtipulari nemo poteſt, præterquam ſi ſervus domino, filius patri ſtipuletur.* l. Stipulatio. 48. ff: de verb: ob.

Nil, }
Nihil, } niſi.

Cic. *Nihil video, quod timeam, niſi quod omnia ſunt incerta.* lib. 9. 15.

Cic: *Nihil laboro, niſi ut ſalvus ſis.* lib. 16. 6.

Cic: Atti: *Nihil habeo ad te ſcribere, niſi ſummum odium omnium hominum in eos, qui tenent omnia.* lib: 2. 22.

Ter: Adel: *homine imperito nunquam quicquam injuſtius,*
Qui, niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat. ac: 1. 2.

Ter: Heaut: *Melius, pejus, proſit, obſit, nil vident, niſi quod lubet.* ac: 4. 1.

Nihil, niſi ſi.

Corne: Nepos. *In quo nihil commutavit, niſi ſi quid vetuſtate coactus eſt.* In via Attici.

Nihil aliud, niſi.

Cic: Q: Fra: *Nihil dicam aliud, niſi verebor, ne quando ego tibi, cum ſum unà, moleſtus ſim.* lib: 2. 9.

Ter: Phor: *Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere.* ac: 1. 2.

I. *Appen:* { Nihil aliud, niſi quod. / Nihil aliud, niſi quòd.

Cic: *Quod ſi in his ſcribendis nihil aliud, niſi quod neceſſe fuit, de uno me tam diu cogitaſſes.* l: 15. ult:

Cic: Att: *Nihil me aliud conſolatur, niſi quod illum &c. non arbitror fore tam amentem.* lib:

Plaut: Trinum. ---- *qui nihil aliud, niſi quod ſibi ſoli placet,*
Conſulit. ---- ſc: Non optima.

II. *Appen:* Nihil, niſi ut.

Cit: Atti: *Nihil eſſe jam reliqui quod ageremus, niſi ut.* lib: 15. 11.

Cic: Q: Fr: *Nihil agam, niſi ut audiam doctorem tuum.* lib: 1. 3.

III. *Appen:* Nihil aliud, niſi ut.

Cic: *Obſecrat nihil aliud, niſi ut veſtræ naturæ, bonitatique obſequamini.* Pro Quintio.

IV. *Appen:* Nihil aliud, quàm ut.

Cic: *Agitur enim nihil aliud in hac cauſa, Quirites, quam ut nullum ſit poſthac in rep: publicum conſilium.* Pro Rabirio princ:

V. *Appen:* Non amplius, niſi.

Hirt: *Circumſpicere enim Cęſarem, neque amplius facere, niſi hoſtium jacula vitare.* De bello Afric.

Nihil, quàm.

Sueto: *Nihil tota via, quàm eſſetne ſibi ſalvum imperium, requirens.* Clau: 36.

Nihil minus, quàm.

Cic: *Nihil minus fero, quàm ſeveritatem otioſorum* lib: 9. 5.

Cic: Atti: *Nil minus velim, quàm Pomponiam, & puerum verſari in timore ruinæ.* lib: 2. 4.
Hirtius. *Nil enim minus volebat, quàm ſub diſceſſu ſuo neceſſitatem ſibi aliquam imponi belli gerendi.* 8. De bel: Gal:
Salluſt: *Nihil minus, quàm vim, aut bellum exſpectantem.* Jugurt:

Nihil amplius, quàm, *id eſt* Tantum.

Suetonius *Nihil amplius, quàm ut deſiſterent, monuit.* Tit: 9.
Idem. *Adulteriis famoſum, nihil amplius, quàm monuit, ut.* Clau: 16. Item Galb: 19.

Appen: Omnia magis, quàm.

Salluſt: *Et omnia magis, quàm prœlium exſpectantibus, portam irrumpit.* Jugurt:

Appen: Nihilo magis. Nihilo minus. Nihilo plus. *vide* Magis.

Nihil aliud, quàm. *idem quod* Tantum.

Suetonius. *Nihil aliud, quàm vectabatur, & deambulabat.* Octav: 83.
Ovid: *At pia nil aliud, quàm me dolet exule conjux* 1. triſt: 2.
Gaius. *Nihil eſt aliud hæreditas, quàm ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit.* l: 24. ff: de verb: ſig:
Sueto: *Inermem ſe in conſpectum exercituum proditurum, nec quicquam aliud, quàm fleturum.* Nero: 41.
Idem. *Domo abditus, nihil aliud, quàm per edicta obnuntiaret.* Jul: 20.
Idem. *Nec illam quicquam aliud, quàm cachinnaſſe.* Veſpaſ: 5.

Nihil, præter.

Cic: *Ita velim tibi perſuadeas, te in hac cauſa nihil habere, quod timendum ſit, præter communem caſum civitatis,* lib: 6. 21.
Cic: *Res ſunt ejuſmodi, ut ſi Romæ ſis, nihil te, præter tuos, delectare poſſit.* lib: 4. 4. & 7.
Salluſt: *Poſtremo captus amore Aureliæ Oreſtillæ, cujus præter formam nihil unquam bonus laudavit.* In Conjurat:
Cæſar: *Demonſtrant ſibi præter agri ſolum, nihil eſſe reliqui.* 1. de bel: Gal:
Ter: Eu: *Nihil præter promiſſum eſt.* --- ſc: ult: extrema.

Nihil, præterquam.

Livius. *Illa quidem nocte nihil, præterquam vigilatum eſt in urbe.* dec: 1. lib: 3.
Hirtius. *Nihil præterquam de vita cogitare.* De bel: Alexand:
Livius. *Is cum Volero nihil, præterquam de leg loqueretur.* dec: 1. lib: 2.

Admonitio.

Nihil, in conſecutione quandoque habet particulam Niſi, loco Sed. quod olim animadvertit, & me monuit Paullus Manutius, ſuis in epiſtolas Ciceronis, quas familiares hodie vocamus, annotationibus, cujus ſententiam pluribus cum Ciceronis, tum aliorum exemplis confirmabimus.

Cic: *De re nihil poſſum judicare, niſi illud mihi certè perſuadeo, te talem virum nihil temerè feciſſe* lib: 13 73.
Idem. *Nec cur ille tantopere contendat video; nec cur tu repugnes: niſi tamen multo minus tibi concedi poteſt, quàm illi, laborare ſine cauſa.* lib: 13, 1.
Cic: Atti: *Omnino hæc eodem modo ex hac parte fiunt, niſi illud erat infinitum.* lib: 11. 6.
Cic: Atti: *Tuas litteras expectabam: niſi illud quidem mutari, ſi aliter eſt, ut oportet, non video poſſe.* lib: 11. 23
Cic: Atti: *Nihil mihi gratius facere potes, niſi tamen id erit mihi gratiſſimum, ſi, quæ tibi mandavi, confeceris,* lib: 5. 14
Gellius: *Eſt deridiculæ vanitatis: niſi idcirco planè poſui, quòd oportuit nos dicere, quid de iſtiuſmodi admirationum fallaci illecebra ſentiremus,* lib: 10. cap: 12
Cato: *Eodem modo anſerem alito, niſi prius dato bibere,* cap: 89
Salluſt: *Quod, quæ cæteri miſerias vocant voluptati habuiſſet, niſi tamen reſp: pariter, ac ſæviſſimo imperio, bene, atque decorè geſta.* Jugurt:
Cic: Q: Fra: *Probè premitur, niſi noſter Pompeius, diis, hominibuſq; invitis, negotium invertit,* l: 3. 2
Ter: Phor: *Quo pacto, aut unde hæc hic reſcivit? D: neſcio,*
Niſi, me dixiſſe nemini, id certò ſcio, act: 5. 7
Plaut: Aulu: *Nunc ſervum eſſe ubi dicam meum Strobilum, non reperio.*
Niſi etiam hic operiar tamen paulliſper. --- ſc: penult: Itidem Ruden: ſc: Exi:

Ter: Phorm: --- *ecquid ſpei porrò eſt. G. neſcio. A. ah. G. Niſi Phædria haud ceſſavit pro te eniti.* --- act. 3. 1.

Idem. Adel. *Imò herclè extorque, niſi ita factum eſt Demea.* act. 3. 5.

Idem And. *Quamobrem? P. neſcio, niſi mihi deos ſatis Scio fuiſſe iratos, qui auſcultaverim,* act. 4. 1.

Ter. Eu. *Niſi quicquid eſt, procul hinc libet prius quid ſit ſciſcitari.* act. 3. 4.

Ter. Heau. *Niſi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis,* act. 3. 2.

Ter. Hec. *Niſi ſanè curæ eſt, quorſum eventurum hoc ſiet,* act. 1. 2.

Idem Hec. act. 2. 3. Adel. act. 1. 2. & act. 4. 1. Eunu. act. 5. 1.

Plaut. Capt. *Hegio hoc te monitum, niſi forte ipſe non vis, volueram.*

HE. *Loquere audacter* --- ſc. Jam.

Pla. Caſi. *Profectò herclè non fuit quicquam olerum, Niſi quicquid erat, calamitas profectò attigerat nunquam.* ſc. Neque.

Idem Sti. *Niſi, ut periculum fiat, viſam quid velit.* ſc. Famem & Trinum. ſc. Multas.

Nihil ne quidem.

Cic. *Nihil poſt hominum memoriam glorioſius, nihil gratius, ne tempore quidem ipſo oportunius accidere vidi,* lib. 10. 16.

Cic. Atti. *Mirabarque nihil allatum eſſe, ne rumoris quidem,* lib. 9. 1.

Cic. Q. Fra. *Ad eas ego litteras nihil ſcripſi, ne gratulandi quidem cauſa,* lib. 3. 1.

Cic. eidem. *Nihil ex iſtis locis non modo literarum, ſed ne rumoris quidem affluxit,* lib. 3. 3.

Cæſar. *Quarum rerum illo tempore nihil factum, ne cogitatum quidem.* 1. de bello civili.

Hirtius. *Preter ipſam Africam terram, nihil, ne tectum quidem, quò ſe reciperent, ab illorum ſcelere, inſidiiſque reliquum futurum.* De bello Afric.

Nihil, non modò multum.

Cic. *Quæ res cum ſapientiſſimè, moderatiſſimeque conſtituta eſſet à majoribus noſtris, nihil habui ſanè, non modò multum, quod putarem novandum in legibus,* lib. 3. de legibus.

Nihil, quin.

Cic. Q. Fra. *Nihil prætermiſi quadam epiſtola, quin enucleatè ad te perſcriberem,* lib. 3. 3.

Plaut. Bacchi. *Nihil eſt illorum, quin ego illi dixerim,* ſc. Arridæ.

Plaut. Perſa. *Nihil mihi tam parvi eſt, quin id me pigeat perdere.* ſc. Probati.

Ter. Heau. *Nil tam difficile eſt, quin quærendo inveſtigari poſſiet,* act: 4. 1.

Idem Heau: *Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet, Quam invitus facias.* --- act. 4. 5. & act. 5. 3.

App: Obſervandum duxi hoc genus loquendi.

Cic. *Quo in bello nihil adverſi accidit, non prædicente me.* lib. 6. 6.

Nihil abſuit, quin. *vide* Parum. Nihil, quod.

Cœlius Cic: *Quod melius caderet, nihil vidi,* l. 8. 13.

Nihil, quod non.

Cic: *Nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile.* Paradox: præfat.

Cic: Att: *Nihil eſt, quod non timendum ſit,* lib: 2. 17

Cic: *Nihil exiſtimant eſſe tam difficile, quod non pro te mihi ſuſceptum, jocundum ſit futurum,* li. 6. 10. & 15. Itidem lib. 12. 8. & 23.

Cic: *Sed neſcio quo modo nihil tam abſurdè dici poteſt, quod non dicatur ab aliquo philoſophorum,* lib: 2. de Divinat:

Cæſar: *Nihil adeò arduum ſibi exiſtimabant, quod non virtute conſequi poſſent.* 7. de bell: Gal:

Hirtius. *Conſtat enim inter omnes: nihil tam operosè ab aliis eſſe perfectum, quod non horum elegantia Commentariorum ſuperetur.* 8. de bel. Gal. princ.

Appen: Nihil quod idem.

Cic: *Nihil liberale, quod non ſit idem juſtum.* 1. Off.

Nihil, cur.

Cic: *Quod ego cur nolim, nihil video,* lib: 9. 6.

Scævola. *Reſpondit nihil proponi, cur obſtaret.* l. fidei commiſſum. 26. ff. de S. C. Silla.

Paul: *Reſpondit nihil proponi, cur hi de quibus quæritur, infamium loco haberi debeant,* l. Lucius, 21 ff. de his, qui not. infa.

Nihil, cur non.

Scævola. *Reſpondit nihil proponi, cur non is, qui ſoluiſſet id, quod ita mutuum acceperat, liberatus eſſet,* l: filius 90. ff: de ſolut.

Nihil, quare.

Cic. Atti. *Nihil enim dignum faciebat, quare ejus fugæ comitem me adjungerem,* lib. 9. 9.

Idem Att. *Mihi quidem nihil in mentem venit qua*

quare id putem fieri poſſe, lib: 11. 24.
Idem Att: *Dixit etiam alia quędam de ſervulis ſuis, quare nobiſcum eſſe non poſſet*, lib: 8. 10.
Cic. Q. Fra. *Quanquam multa fecit quare, ſi fas eſſet, jure ei ſuccenſere poſſimus*, lib: 2: 2.
Hirtius. *Eos nihil meruiſſe, quare tali pœna afficerentur.* De bell. Hiſp.
Ad Heren. *Nihil ſupereſſet, quare poſſint in amicitia retineri*, lib: 4.

Nihil, propter quod.

Modeſtinus. *Reſpondit nihil apertè proponi, propter quòd adverſus ſententiæ auctoritatē de falſo agens audienda ſit*, l. cum Titia, 18. ff. de accuſat.

Nihil, quamobrem.

Cic: *Nihil excogitem, quamobrem Oppianico damnari neceſſe ſit?* Pro Cluentio.
Ter: Adel: *Ego in hac re nihil reperio, quamobrem lauder tantopere Hegio*, act: 4. 3.
Ter: Sti: --- *cum nihil quamobrem faciam meruiſſe arbitrer*, ſc: 2.
Cic: *Nec in ipſa atomo mutationis aliquid factum eſt, quamobrem naturalem ſui ponderis motum non teneret*, lib: De Fato, extremo.
Ter: Heau: *Nihil ſatis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum*, act: 2. 2.

Nihil, quò minus.

Cic: Bruto: *Nihil affertur, quò minus ſumma ſupplicia ſubeunda nobis ſint*, epiſt: 16.
Paulus. *Quoniam nihil ejus culpa, neque dolo contigiſſet, quò minus hominem traderet*, l: A. quo 58. ff. de rei vindic.
Cœlius Cic: *Tanquam nihil denegatum ſit ei, quò minus quam paratiſſimus eſſet*, lib: 8. 5.
Varro. *Nihil enim video, quò minus ratio percellere poterat hoc crimen.* De lin. lat. lib. 8.

Nihil, quamobrem non.

Cic. *Conſiderare debes, nihil tibi eſſe committendum, quamobrem eorum, quos laudas, non te ſimilem præbeas*, lib: 6. 13.

Nihil, quod.

Ter. Phor. *Atqui nil fecit patrue, quòd ſuccenſeas*, act. 1. 5.

Nihil eſt, quòd. (14. 4.

Cic: *De familia liberata, nihil eſt, quod te moveat.* l.
Cic: Atti: *Si nondum profectæ ſunt, nihil eſt, quod ſe moveant*, lib: 7. 16.
Cic: *Quod ſocium tibi eum velles adjungere, nihil erat.* pro Quintio.
Ter. Heaut. *Nam quod ſperem de argento, aut poſſe poſtulem me fallere,*
Nihil eſt --- act. 4. 1
Plaut. Amph. *Nihil eſt, quod timeas.* --- ſc. penul.
Cic. Q. Fra. *Cognovi ex tuis litteris, nihil eſſe, nec quod metuamus, nec quod gaudeamus*, lib. 3. 1.
Ter: Heau: *Nihil adhuc eſt, quod vereare Clinia*, act. 1. 2. & act. 4. 6.
Ter. Phor. --- *adoleſcenti nihil eſt, quod ſuccenſeam*, act: 2. 2. & act: 5. 1.
Virgil: --- *Nihil eſt, quod pocula laudes*, eclo. 3.

Nihil eſt, quamobrem.

Cic: *Nihil erit, quamobrem ille neſcio quis ſapiens homo ac multarum rerum peritus, ad res judicandas requiratur*, Pro Fonteio.

Nihil eſt, quò }
Nihil eſt, unde } *locum ſignificat.*

Cic. *Nihil eſſe, unde proficiſcantur, nihil quo revertantur*, Pro Flacco.
Hirtius. *Nihil, ne tectum quidem, quo ſe reciperent, reliquum futurum*, de bel: Africano.

Nihil eſt, quà.

Plaut. Mili. *Nam nihil eſt, quà hinc huc tranſire ea poſſit, niſi recto oſtio.* ſc. Niſi quidem.
Nihil eſt, qui, *id eſt*, qua re, unde. *vide* Eſt, qui.
Plaut. Trinum. *Occluſti linguam, nihil eſt, qui reſpondeam.* ſc. Larem.
Idem Trinum. *Is eſt immunis, cui nihil eſt, qui munus fungatur ſuum*, ſc. Quò illic.
Idem Trinum. *Lepidè herclè de agro ego hunc ſenem deterrui.*
Nam qui vivamus nihil eſt, ſi illum amiſerit, ſc: Minus.
Idem Trinum. ---- *nec quicquam hîc tibi ſit, qui vitam colas*, ſc. Sta.

Nihilominus. ut. *vide* Ut.
Nihilo minus, etſi.

Cic: *Quare meo quidem animo, nihilo minus eloquentiæ ſtudendum eſt, etſi ea quidam, & privatim, & publicè perverſè abutuntur*, lib. 1. de Invent. princ.

Niſi quòd.

Cic: *Cum Patrone Epicureo mihi omnia ſunt, niſi*

quòd in philoſophia vehementer ab eo diſſentio. lib: 13. 1. Item Atti: lib: 9. ult.

Plaut: Perſa: *Ego tantundem ſcio, quantum tu, niſi quòd pellegi prior.* ſc: Cui homini.

Ter: Heaut: *Nec rationem capio, niſi quòd tibi benè ex animo volo,* act: 5. 2.

Varro. *Quòd far ferro cæſa, farrago dicta, aut niſi quòd primum in farracia ſegete ſeri cœptum.* De re Ruſt: lib: 1. 31.

Plaut: Capt: *---neque mihi eſſe morbum, niſi quod ſervio,* ſc: Quò.

Niſi, quia.

Ter: Eu: *--- at neſciebam id dicere illam, niſi quia Correxit miles, quod Intellexi minus: nam me ex truſit foras.* act: 4. 5. & act: 5. 6.

Plaut: Ruden: *Neſcio, neque ego iſtas veſtras leges urbanas ſcio,*
Niſi quia hunc meum eſſe dico. ---- ſc. Heus mane. Item Pſeu. ſc. Si.

Plaut. Trinum. *Niſi quia lubet experiri, quò evaſurus eſt.* ſc. huic ego.

Niſi ut.

Cic. *Ille qui ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducere, tum neminem, niſi ut virum à viro lectum eſſe diceres,* Pro Milone.

Ter: Phor. *--- quid vis? niſi ut maneat.* act. 2. 1.

Ter: Hec. *Quid reſtat, niſi porrò ut miſer fiam?* act. 3. 1.

Niſi ne, *id eſt*, non.

Plaut: Moſtel: *Nunc hinc exemplum capere vult, niſi tune vis.* ſc. Melius.

Quanquam hîc Nevis conjunctim legi poteſt. vide apud Non. Marcellum Nevult.

Plaut. Trinum. *Benè volo ego illi facere, ſi tu non nevis,* ſc. Quò illic.

Niſi, ut ne.

Niſi, ut ne quidem.

Livius. *Quid ſequitur, niſi ut ne beneficium quidem debeat populo ſi cum duobus patritiis unus petierit plebeius,* Dec. 1. lib. 6.

Cic Atti *Quicquam ne me putas curare in toto, niſi, ut ei ne deſim?* lib. 13. 20.

Plautus Ciſtel. *--- ego neque hanc ſuperbiæ cauſa Repuli ad meretricium quæſtum, niſi, ut ne ego eſurirem,* ſc. 1.

Niſi, ne quidem.

Cic: *Ubi te viſurus ſim, niſi ad me ſcripſeris, ne ſuſpicari quidem poſſum,* l. 3 6. Item 5. De Finib. fin.

Ni, nive.

Plaut. Ruden. *Ni dolo malo inſtipulatus ſis, nive etiam dum ſiem*
Quinque & viginti natus annos. --- ſc. Sequere.

Niſi ſi. &, Niſi ſi non.

Plaut. Menæch. *---- quin nos hinc domum Redimus, niſi ſi hiſtoriam ſcripturi ſumus.* ſc. Nulla.

Varro. *Neque analogia, neque anomalia eſt repudianda, niſi ſi non eſt homo ex anima quòd eſt homo ex corpore & anima.* De lin. lat. lib. 8. princ.

Ter. Adel. *--- quod peccatum à nobis ortum eſt, corrigo:*
Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero &c. act. 4. 3.

Varro. *De forma videndum, ut ſint firmæ, magnæ, corpus lene & habeant, crebro pilo, niſi ſi glabræ ſunt.* De re ruſt. lib. 2. 3.

Quintil. *In laudationibus (niſi ſi funebres erunt) gratiarum actione, exhortatione &c. magnifica, & ſublimis eſt actio,* lib. 11. 3.

Non, niſi.

Plaut. Amphi. *Non loquar, niſi pace facta.* ---- ſc. 1.

Cæſar. *Juravit, ſe, niſi victorem in caſtra non reverſurum,* 3. de bello civili.

Hirtius. *Frumento ſe in Africa, niſi importato, uti non poſſe,* de bel. Afric.

Ulpian. *Obſides teſtari non poſſunt, niſi eis permittatur,* l. 11. ff: qui teſta. fa. poſ.

I. *Appen:* Hæ particulæ etiam tranſponuntur.

Cic. *Quod tuum judicium niſi mea ſumma benevolentia erga te omnibuſque meritis comprobare, ipſ me hominem non putabo,* lib. 11. ult.

Idem. *Primum ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſ non poſſe.* In Lælio.

Idem. *Quoniam tu, niſi perfecta re, de me non conquieſti,* Epiſt. 1.

Cæſar. *De rep: niſi per concilium, loqui non conceditur,* 6. De bel. Gal. & lib. 1.

Varro. *Terram boves proſcindere, niſi magnis vir bus, non poſſunt,* lib. 2. c: 19.

II. *Appen:* Niſi, tum.

Plaut. Ruden. *Niſi offerumentas habebis plures tergo tuo,*

Qu

Quàm ulla navis longa clavos, tùm ego ero mendaciſſimus. ſc. Exi.

III. *Appen:* Niſi, abſolutè poſitum.

Cato. *Cum ignem ſubdideris, ſi qua flamma exibit, niſi per orbem ſummum, luto oblinito.* c: 38.

IV. *Appen:* Fit, ut pro particula *Non*, alia vox negativa ſubſtituatur, eaque vel expreſſa, vel cum nomine, aut verbo compoſita, eadem ſervata conſecutionis ratione.

Cic. *Ut prorſus niſi confirmato corpore, nolles navigare,* lib. 16. 3.

Idem. *Negant enim quemquam virum bonum eſſe, niſi ſapientem.* In Lælio.

Cic: *Tu ne nunc quidem es civis, niſi forte idem hoſtis, & civis eſſe potes.* Paradox.

Idem. *Negabunt, id niſi ſapienti poſſe concedi.* In Lælio.

Ovid. *Fine carent lacrymæ, niſi cum ſtupor obſtitit illis,* 1. Ponto. 2.

V. *Append:* Interdum in locum particulæ, Niſi ſubſtituere ſolemus Si, non.

Ter. Phor. ---- *Non ſat tuum officium te feciſſe, ſi non id fama approbat?* act. 5. 4.

Plaut. Moſtel. ---- *quomodo pultare potui, ſi non tangerem,* ſc: Habeo.

Ovid. *Non foret Euminides orbus, ſi filius ejus Stultus Achilleos non adamaſſet equos.* 3. triſt. 4.

Cæſar. *exercitum dimittat: ſi non faciat, eum adverſus remp: facturum videri.* 1. de bello civili.

Cic: *Si mihi tecum non & multæ, & juſtæ cauſæ amicitiæ privatim eſſent.* lib. 6. 17.

Cato. *Si non antè ea exportaveris, dominus vino, quid volet faciet.* c: 147. & 148. ſæpius.

Niſi, *pro* Sed. *vide* Nihil. Non, præterquam.

Varro. *Non producunt ex haris matrem, præterquàm potum.* lib. 2. 4.

Idem. *Intelligi negant poſſe, præter quàm cùm dentes ſint facti brocchi.* libro eodem c. 7.

Hirtius. *Hoc acciderat, quòd aqua, præterquàm in ipſo opido non erat.* De bel. Hiſpan.

Non, at.

Cic: *Non valuit rebus iiſdem quibus fortè nonnulli: at valuit aſſiduitate, at valuit ſervandis amicis, valuit liberalitate.* Pro Cn. Plan.

Non, ſed.

Cic: *Tantum dicam brevi, non mihi exercitum, ſed duces defuiſſe,* lib. 1. 9.

Cic: *Non ego cauſam noſtram, ſed conſilium improbabam.* lib. 6. 1. & 4.

Non, ſed certè.

Cic. Atti. *Tum poterimus deliberare, non ſcilicet integrare, ſed certè minus infracta, quàm ſi unà projeceriſte.* lib. 9. 9.

Non dico, ſed.

Quod ſervit { amplificationi, ſeu intenſioni, extenuationi, ſeu remiſſioni correctioni.

Cic: *Magna ejus in me non dico officia, ſed merita* lib. 11. 17.

Cic. Atti: *Conjectis ignibus magna querela & gemitu, non dicam bonorum, qui neſcio an ulli ſint ſed plane hominum omnium.* lib. 4. 3. & lib. 12. 40.

Cic: *Quod tam divinum, atque incredibile genus orationis? quo quiſquam poſſit veſtra in nos univerſa promerita, non dicam complecti orando, ſed percenſere numerando.* Poſt reditum in Sena. princ.

Cic. *Nemini exploratum poteſt eſſe, quo modo ſeſe habiturum ſit corpus, non dico ad annum, ſed ad veſperum.* 2. de fin.

Cic. Atti. *Ut ea, non dicam comprobes, ſed ſtudioſe, libenterque comprobes.* lib: 16. ult.

Non dico, ſed certè.

Cic: *Depugnarem potius cum ſummo non dicam exitio, ſed periculo certè veſtro, liberorumque veſtrorum, quàm non id, quod omnibus impendebat, unus pro omnibus ſuſciperem, ac ſubirem.* Pro P. Sexto

Non, ceterum.

Sallust. *Non temerè omnibus locis pugnandi copiam facit: ceterùm haud procul ab Cirtha caſtris munitis, reges opperitur.* Jugurt.

Non, verùm.

Cic: *Erant anea præterea duo ſigna non maxima, verùm eximia venuſtate.* In Verrem.

Ter. Heaut. *Non ego perpetuò dicebam illam illi ut dares,*
Verùm ut ſimulares, --- act: 4: 4.

Plaut. Bacchi. *Atque hic equus non in arcem, verùm in aream faciet impetum.* ſc. Atridæ.

Idem Perſa. --- *non emiſti hanc, verùm feciſti lucri,* ſc. Poſtquam.

Idem Trinum. *Non ætate, verùm ingenio adipiſcitur ſapientia,* ſc. Quò illic.

Ovid: *Non mea mors illi, verum ſua vita gemenda eſt.* 13. Meta.

Non, tamen.

Cic: Atti: *Munitur quædam nobis ad retinendas opes noſtras tuta, ut ſpero, via; quàm tibi litteris ſatis explicare non poſſum, ſignificatione parva oſtendam tamen.* lib: 5. 15.

Non, ſed tamen.

Cic: *Admodum autem tenenda ſunt ſua cuique non vitioſa, ſed tamen propria; quò facilius decorum illud, quod quærimus, retineatur,* 1: Offi.

Non, ne dum.

Cic. *In ſcelere religio non valeret, ne dum valeat id, quod imperitus adoleſcens, novus ſacerdos, &c mente, ac lingua titubante feciſſe dicatur.* Pro domo ſua fin.

Non, ne quidem.

Cic. *Quidam etiam Theopompum reprehendunt, quòd eas litteras tantopere fugerit: etſi idem magiſter ejus Iſocrates, at non Thucydides, ne ille quidem haud paulo major ſcriptor Plato.* In Oratore.

Idem. *Non enim prætereundem eſt ne illud quidem,* lib: 1. In Verrem fin.

Non, quin.

Planc: Cic: *Facere non poſſum, quin in ſingulas res, meritaque tua tibi gratias agam,* lib. 10. 24.

Non, quin etiam.

Cic: *Horum ego ſermone non movebar, quin etiam levari me putabam moleſtia,* lib: 3. 6.

Non quin, ſed. *id eſt* non, quòd non, ſed.

Cic: *Etſi novi nihil erat, iiſdem de rebus volui ad te ſæpius ſcribere: non quin conſiderem diligentiæ tua: ſed rei me magnitudo movebat,* lib: 16. 24. Item lib: 13. 16.

Cic: Atti: *Primum enim præ me tuli, me nihil malle, quàm pacem: non quin eadem timerem, quæ illi: ſed ea bello civili leviora ducebam,* lib: 1. 11.

Cœlius Cic: *Hunc laborem alteri delegavi, non quin mihi ſuaviſſimum ſit, tuæ memoriæ dare operam: ſed ipſum volumen quod tibi miſi, facile, ut ego arbitror, me excuſat,* lib: 8. 1.

Cic: Att. *Non quin in rep: rectum idem ſit utrique noſtrum: ſed ea non agitur: regnandi contentio eſt* lib: 10. 6.

Cic. Q. Fra. *Non quin poſſint multi eſſe provinciales viri boni: ſed hoc ſperare licet, judicare periculoſum eſt,* lib: 1. 1.

Cic: *Non quin iidem ſint numeri: ſed.* In Oratore.

Non quin, ſed quia.

Cic: Atti. *Ego me ducem in civili bello, quo ad de pace ageretur, negavi eſſe: non quin rectum eſſet: ſed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit.* lib. 7. ult.

Quintilianus. *Non quin frequenter ſit hoc melius, ſed quia interdum plus valent ante geſta,* lib. 9. 4.

Non quin, ſed quòd.

Cic: *Eo te adhuc conſilio uſum intelligo, ut id reprehendere non audeam, non quin ab eo ipſe diſſentiam, ſed quòd ea te ſapientia eſſe judicem, ut meũ conſilium non anteponam tuo,* lib: 4. 7.

Salluſt: *Publicam miſerorum cauſam pro mea conſuetudine ſuſcepi: non quin æs alienum meis nominibus ex poſſeſſionibus ſolvere poſſem &c. ſed quòd, non dignos homines honore honeſtatos videbam.* In Conjurat.

Non quòd, ſed quia.
Non quò, ſed.
Non quò non, ſed.
Non quò, ſed quia. — *vide Quo.*
Non quò non, ſed quia.
Non quòd non, ſed quòd.

Nondum, cum. *vide* Cùm.

Cic: *Nondum erat auditum te ad Italiam adventare, cum Sex. Villium Milonis familiarem, cum his ad te litteris miſi.* lib. 2. 6.

Admonitio.

Non modò, Non ſolùm, Non tantùm, Nec modò, Neque modò. Nec ſolùm, Neque ſolùm, particulæ ſunt pearppoſitæ, ad diverſa orationis commata inter ſe conſtringenda: aſſumuntque à tergo, Sed, Sed etiam, Sed quoque, Verumetiam, Verùm et. Verùm quoque, &c. quo loquendi genere Ciceronem video uſum, vel duodecies in una epiſtola. l: 1. 9.

Non modò, { *ſed. / ſed etiam. / ſed quoque. / verum etiam.* }

Cic: *Præſertim cum id impendeat, in quo non modò dolor nullus, verùm finis etiam doloris futurus ſit.* lib: 6. 4.

Plautus Cic. *Mortuo non modò honorem, ſed miſericordiam quoque defuturam,* lib: 10. 21.

Cic:

Cic: *Itaque mihi venire in mentem nihil poteſt, non modò quod ſperem, ſed vix jam quod audeam optare.* lib. 4. 1.

Idem. *Tenebat non modò auctoritatem, ſed etiam imperium in ſuos.* In Catone.

Salluſt: *Muniti adverſum hoſtes non mœnibus modò, & armis, atque viris: verùm etiam multo magis locorum aſperitate.* Jugurt:

Cic: *Magna me affeceris non modò lætitia, ſed etiam quodam modò gloria,* lib: 13. 8.

Idem. *Sed eſt unum perfugium doctrina, ac litteræ, quibus ſemper uſi ſumus, quæ ſecundis rebus delectationem modò habere videbantur, nunc verò etiam ſalutem.* lib: 6. 13.

Cæſar. *Non modò de regno, ſed etiam de ea, quam habeat, gratia deſperare.* 1. de bello Gal.

Te. Ad. *Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt*
Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt
Proſpicere: --- act: 3. 4.

Non tantummodò, ſed etiam.

Cic. *Qui me non accipere tantummodò à majoribus voluerunt, ſed etiam poſteris tradere.* In Cato.

Neque modò, verùm etiam.

Cic. *Neque auxilium modò defenſioni meæ, verum etiam ſilentium pollicentur.* Pro Milone, princ.

Non modò, non.

Varro. *Sub dio furem modò non metuunt; adverſus tempeſtatem nocentem non reſiſtunt.* De re Ruſt. lib. 1. cap. 13.

Non modò, ſed etiam, denique.

Cic. *Id facies, ſi omne genus liberalitatis, quod & ab humanitate, & poteſtate tua proficiſci poterit, non modo re, ſed etiam verbis, vultu denique expreſſeris.* lib. 13. 6.

Appen: Tantummodo, neque.

Salluſt: *Ætas tantummodò quæſtui, neque luxuriæ modum fecerat.* In Conjurat:

II. *Appen:* Tantum, non etiam.

Quint: *Fulmina ipſa non tam nos confunderent, ſi vis eorum tantum, non etiam fulgor timeretur.* l. 8. c. 3

III. *Appen:* Tantummodo, & non.

Salluſt: *Quaſi verò mali, atque ſceleſti tantummodo in urbe, & non per totam Italiam ſint.* In Conjurat.

IV. *Appen:* Non, tantummodo.

Salluſt: *Non jam mortem, neque ærumnas tantummodo: inimici imperium, & cruciatus corporis deprecor,* Jugurt.

Idem: *Neque prælium facere, neque otium pati, tantummodo hoſtem ab incepto retinere.* Ibidem.

V. *Appen:* Modò, cætera.

Plaut. Aſin. *Modò tecum unà argentum afferto, facilè patiar cætera.* ſc. Unumquodque.

Non modò, ſed quòd majus eſt.

Quint. *Periculoſiſſimum dabit præceptum, non orationi modò, ſed (quod majus eſt) vitæ.* lib. 1: c. 6.

Non modò, ſed vel magis.

Idem. *Non modò quæ diſerta, ſed vel magis, quæ honeſta ſunt, diſcant.* lib. 1. c. 8.

Non modò, ſed etiam.

Cic: *Non modò ut tu ſentias, ſed ut omnes gentes, etiam ut poſteritas omnis intelligat,* lib: 1. 9.

Non ſolùm, ſed etiam, atque adeò.

Ad Heren. *Non mihi ſoli, ſed etiam, atque adeò multo potius natus ſum patriæ.* lib. 4.

Non modò, ſed multo magis.

Cic: *Fortes non modo fortuna adjuvat, ut eſt in vetere proverbio, ſed multo magis ratio.* 2. Tuſcul. princ.

Non, etiam. *vide* Ne quidem etiam.

Cic: *Sed ejuſmodi tamen infantia, ut ea qui utantur, non ſtulti homines haberi poſſint, etiam plerumque prudentes.* In Oratore, fin.

Non modò, ne quidem, ſed ne quidem.

Cic: *Decemviri veſtra vectigalia, non modò ne vobis quidem arbitris, ſed ne præcone quidem publico teſte vendent?* Orat. 2. cont. Rullum.

Non ſolum, {
ſed.
ſed et.
ſed etiam.
ſed quoque.
verum etiam.
verùm et,
verùm quoque.

Cic: *Non ſolum fortuna ipſa cæca eſt, ſed eos etiam plerunque efficit cæcos, quos complexa eſt* In Læl.

Idem. *Hominem non ſolum ſapientem, verum etiam, ut nunc loquimur, urbanum.* lib. 3. 8.

Cæſar. *Cum leges duos ex una familia vivo utroque, non ſolum magiſtratus creari vetarent, ſed etiam in ſenatu eſſe prohiberent.* 7. de bel. Gal.

Ulpian. *Non ſolum autem quod ei debetur, qui*

conventur, deducendum eſt: verùm etiam ſi quid ſocio ejus debetur, l. Si noxali. 11. ff. de pecul.

Gellius. *Cœnarum tenuitas non domeſtica ſolùm obſervatione, ſed publica quoque animadverſione, legumque complurimum ſanctionibus cuſtodita eſt*, lib. 2. c. 24.

Prop. *Non ſolùm taurus ferit uncis cornibus hoſtem, Verùm etiam inſtanti læſa repugnat ovis*, lib. 2. 5.

Cic. *Dixi non ſolùm re & ſententia, ſed verbis quoq; hoc interdictum ita eſſe compoſitum*. Pro Cecinna

Ulpian. *Non ſolùm adverſus extraneum dabimus, verùm & contra ipſum quoque dominum furti actionem*. l. Itaque 12. ff. de furt.

Idem. *Senatuſconſultum Sillanianum non ſolùm ad patres familias, verùm ad liberos quoque pertinet*, l. 1. ff. ad S. C. Sylla.

Non ſolùm, ſed.

Cic. *Qui omnibus negotiis non interfuit ſolùm, ſed præfuit*, lib. 1. 6.

Idem. *Tu non ſolùm temporibus iis, quæ per te ſum adeptus, ſed jam olim, naſcenti propè noſtræ laudi, dignitati, virtutique præſuiſti*, lib. 1. 7.

Non ſolum, &.

Cic. *Quanquam hæc quidem res non ſolùm ex domeſtica eſt ratione, attingit & bellicam, quoniam vi, manuque confecta eſt*, lib: 1. Offic.

Non ſolùm, ſed &.

Tryphon. *Non ſolùm vivo tutore, ſed & poſt mortem ejus, filius tutoris ducere uxorem prohibetur eam, cujus tutelæ rationi obſtructus pater fuit*, l: Non ſolum ff: de ritu nupt.

Ulpian: *Dari autem non id ſolum accipiemus, quod numeratur venditori, ut puta pretium, & uſuras ejus: ſed & ſi quid emptionis cauſa erogatum eſt*, l: debet: 27: ff: de ædil. edicto.

Appen: Non ſolùm ob eam cauſam, quòd ſed etiam quòd.

Cic: *Itaque mihi ſemper Peripateticorum, Academiæque conſuetudo, de omnibus rebus in contrarias partes diſſerendi, non ob eam cauſam ſolùm placuit, quòd aliter non poſſet quid in unaquaque re veriſimile eſſet, inveniri; ſed etiam quòd eſſet ea maxima dicendi exercitatio*. 2. Tuſcul. princ.

Appen: Non modò quia, verùm etiam quia.

Cic: *Non modò quia neceſſe eſt mori, verũ etiam quia nihil habet mors, quod ſit horrendum*. 2. Tuſc: prin.

Non ſolùm, verum etiam ceteroquin.

Cic: *Non poëta ſolùm ſuavis, verum etiam ceteroquin doctus*. lib: 1. de natura Deorum.

I. Appen: Non ſolus, qui, ſed & is, qui.

Ulpian. *Hoc autem edicto tenetur non ſolus, qui damnum in turba dedit: ſed & is, qui dolo malo fecerit, ut in turba damni quid daretur*, l: 4. ff: vb. bonorum raptorum.

II. Appen: Non ſolus is, qui: ſed & qui.

Paulus. *Transfuga non is ſolus accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut in bello transfugit: ſed & qui per induciarum tempus, aut ad eos, cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta transfugit*, l: poſtlimin. ff: de capt. & poſtlim.

III. Appen: Solus, non etiam.

Ulpian: *Ideo ſoli bonæ fidei poſſeſſori, non etiam malę fidei, furti actio datur*, l: Itaque, 12. ff. de furtis.

IV. Appen: Non ſolùm qui, ſed & qui.

Ulpian. *Non ſolùm autem qui rapuit: ſed & qui abſtulit, vel amovit, vel damnum dedit, vel recepit, hac actione tenetur*, l: 3 ff: de incend. ruin: naufr.

V. Appen: Non ſolùm is, qui: verùm ille quoque, qui.

Ulpian: *Non ſolùm is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, hoc eſt, qui percuſſit: verùm ille quoque continetur, qui dolo fecit, vel qui curavit, ut cui mala pugno percuteretur*. l: Non ſolùm. 11. ff: de injuriis.

VI. App: Neque ei ſoli, qui: ſed etiam ei, qui.

Cic: *Sacrilego pœna eſt, neque ei ſoli qui ſacrum abſtulerit: ſed etiam ei, qui ſacro commendatum*, lib: 2. de leg.

VII. Appen: Non tantùm qui, verùm is, quoque, qui.

Ulpian *Non tantùm autem, qui rapuit, verùm is quoque, qui recepit, ex cauſis ſupraſcriptis tenetur*, l: 3. ff: de incend: ruin. naufra.

VIII. App: Non tantùm is, qui: verùm is quoque, qui.

Idem. *Feciſſe convicium non tantùm is videtur, qui vociferatus eſt: verùm is quoque qui concitavit ad vociferationem alios*, l: Item 15. ff: de Injuriis.

Idem. *Abduxiſſe autem non tantùm is videtur, qui per vim abduxit: verùm is quoque, qui perſuaſit comiti, ut eam deſereret*. l: eadem.

IX. *Appen:* Interdum in priori membro ſupprimitur

primitur partic. *Tantùm, Modò, Solùm.*

Cic: *Verebar, ne mulierum formoſarum gratia, &c. virorumque, quibuſcum illæ nuptæ erant, nimia in iſtum non lenitudine, ſed etiam liberalitate oppugnarer,* lib: 4 In Verrem,

Ubi vir doctiſſimus putavit melius legi poſſe *Non modò lenitudine*. ſed melior prior lectio.

Paulus. *Non enim ſolutio eſt hereditatis reſtitutio, ſed & ſucceſſio.* l: Non enim. Ad S.C Trebel.

Plura vide apud Anton: Auguſtinum. lib: 2. Emendationum, c: 1. fin.

Cic: *Cum ſenatus duces nullos, ac pro ducibus proditores, aut potius apertos hoſtes haberet, equeſter ordo reus à conſulibus citaretur, &c. eaque non ſilentio conſulum diſſimularentur; ſed & voce & ſententia comprobarentur,* Pro P. Sextio.

Cic: *Mihi autem non eſt in hac re ſolùm moleſtum contra illum dicere, ſed multo id magis, quòd in ea cauſa contradicendum eſt, in qua quædam,* Pro Cn: Planc: princ.

Sed locus iſte à D Lambino hunc in modum reſtitutus. *Mihi autem non id eſt in hac re moleſtiſſimum contra illum dicere: ſed multo illud magis, quòd in ea cauſa contrà dicendum eſt, in qua quædam hominum ipſorum videtur facienda eſſe contentio.* In priori lectione ex *moleſtiſſimum, ſolùm moleſtum* à ſciolo quodam factum fuiſſe, omninò vero ſimilem conjecturam habere mihi videtur.

Quintil: *Cum Ciceroni dormitare interim Demoſthenis oratio, verùm etiam Homerus ipſe videatur.*

Vide Linacrum de Adverbiorum eclipſi.

App: Neque ſolùm, Sed etiam, Sed &.

Cic. *Neque id ſolùm mea ſponte, ſed multo etiam magis monente, & denunciante te,* lib. 4.3.

Cæſar. *Neque ſolum domi, ſed etiam apud finitimas civitates largiter poſſe.* 1. de bel. Gal.

Cic: *Neque ſolum officio, ſed & delectatione.* In Catone.

Appen: Neque ſolùm, ſed præterea.

Cic: Q: Fra: *Neque ſolum illud extorſi oppidulum, &c. ſed præterea togam ejus ſum cavillatus,* lib: 2. 10.

Appen: Nec ſolùm, ſed etiam.

Cic: Atti: *Tuas igitur expecto, nec actorum ſolum, ſed etiam futurorum,* lib. 15. 4.

Non tantùm, { ſed &. / ſed quoque. / ſed etiam. / verùm etiam. / verum quoque. }

Sueton. *Recitantes & benigne, & patienter audivit: nec tantum carmina, & hiſtorias ſed & orationes, & dialogos.* Octa.

Modeſtinus. *Non tantum dotis nomine maritus in quantum facere poſſit, condemnatur: ſed ex aliis quoque contractibus.* l: Non tantùm 20. ff: de re judi.

Ulpian: *Sed ſi exaudiſſent, & opem non tuliſſent, plectendi erunt non tantum ſi proprii eſſent mulieris, ſed etiam ſi mariti* l: ſi quis. 3. ff: de S.C. Silla.

Ulpian: *Pomponius rectè ait, non tantum ad perpetuos morbos; verum ad temporarios quoque hoc edictum pertinere.* l: 6. ff: de ædil: edicto. & l: ſciendum 63. eodem.

Juſtinus. *Epaminondas dum non ducis tantum, verum etiam fortiſſimi militis officio fungitur, graviter vulneratur.* lib: 6.

Ulpian: *Furem eſſe non tantum eum qui extraneo, ſed & qui domino ſuo res ſubtraxit, intelligendum eſt.* l: quod ſi. 13. ff: de ædil. edicto.

Ovid. *Perque feros enſes, non tantum mœnia Troia, Verum etiam ſummas arces intrare.* -- 13. Meta.

Nec tantùm, ſed et.

Colu. *Nec tantum operis agreſtis ſit artifex: ſed & animi, quantum ſervile ingenium patitur.* l: 1. c. 8.

Neque tantùm, ſed.

Quintil. *Neque enim acutè tantum ac venuſtè, ſed ſtulte, iracundè, timide dicta, aut facta ridentur.* lib: 6. 3.

Non duntaxat { ſed etiam. / ſed quoque. }

Paulus. *Cum tutor non rebus duntaxat, ſed etiam moribus pupilli præponatur: imprimis mercedes præceptoribus, non quas minimas poterit, ſed pro facultate patrimonii, pro dignitate natalium conſtituet.* l. cum plures ff. de admi. & peri. tut.

Papinianus. *Fraudis interpretatio ſemper in jure civili, non ex eventu duntaxat; ſed ex conſilio quoque deſideratur.* l. fraudis 79. ff. de diver: reg. ju.

I. *Appen:*

I. *App:* Interdum prædictæ loquendi formulæ uno verbo contentæ ſunt.

Cic. *Non jucunda ſolum, ſed etiam admirabilis viſa eſt*, lib: 1.7.

II. *Appen:* Interdum duobus verbis connexa ſunt.

Cic: *Non modò virum bonum me exiſtimabis, verum etiam te à me amari plurimum judicabis*. l: 15. ult.

Idem. *Non modò ut tu ſentias, ſed ut omnes gentes, etiam ut poſteritas omnis intelligat*. lib. 1. 9.

III. *Appen:* In affirmatione, id quod minus eſt, præmittendum hic eſſe, Grammatici admonent.

Cic: *A me inita ratio eſt, quam quidem omnes non ſolum probant, ſed etiam laudant*. lib. 5. 10.

Cic. *Quorum quidem animum tu non perſpexiſti ſolum, cum de me ageres; ſed etiam confirmaſti, atque tenuiſti*. lib: 1. 9.

Idem. *Nec enim tu mihi gratiam modò habuiſti, verumetiam cumulatiſſimè retuliſti*. lib. 5. 11.

Idem *Cum id non modò negligentis, ſed etiam ingrati animi crimen futurum ſit*. lib: 3. 9.

Idem. *Me tibi non amicum modò, verum etiam amiciſſimum exiſtimes velim*. lib: 3. 7.

Cic: Atti: *Melioris medius fidius civis, & viri putabam, quovis ſupplicio affici, quàm illi crudelitati non ſolum præeſſe, verumetiam intereſſe*. lib: 6. 9.

IV. *Appen:* Fit item, ut, minore præmiſſo, neget oratio.

Cic. *Quid eſt enim jam non modò pudori, probitati, virtuti, rectis ſtudiis, bonis artibus, ſed omnino libertati, ac ſaluti loci?* lib. 5. 16.

V. *Appen:* Prædictos loquendi modos etiam ἀντιθέοις ornare ſolet.

Cic. *Tu ipſe mihi dixiſti, orationem meam non ſolum in te honorificam, ſed etiam in collegas tuos contumelioſam fuiſſe*. lib. 5. 2.

Idem: *Ex tuis litteris non modò non reſtinctum bellum, ſed etiam inflammatum videtur*. lib. 11. 12.

Idem. *Aliter quidem non modò non appetendum, ſed etiam fugiendum puto*. lib. 6. 20.

Cic. Atti. *Tu id non modò non prohibebas, verum etiam approbabas*. lib. 16. 6.

Hirtius. *Quæ provincia ſuperioribus menſibus retenta non tantum ſine ignominia, ſed etiam cum laude erat*. De bello Alexand.

VI. *Appen:* Interdum prædictæ formulæ, tam in priori, quam poſteriori membro, aliis interpoſitis verbis, disjunctionem patiuntur.

Cic. *Nec ea ſolum in claris, & honoratis viris, ſed in vita etiam privata, & quieta*, In Catone.

Quintil. *Ideo eruditiſſimo cuique perſuaſum eſt, valere eam quamplurimum, non ad delectationem modò, ſed ad motum quoque animorum*. lib. 9. 4.

Quintil. *Quod quidem non juſtum modò, ſed neceſſarium etiam eſt*. lib. 12. 7.

Idem. *Iidem autem non ad pronunciandum modò utiliſſimi, verum ad augendam quoque eloquentiam maximè accommodati erunt*. lib. 1. 11.

VII. *Appen:* Prædictæ formulæ eleganter quoque aſſumunt. *Ne quidem*.

Cic. *Nullam partem tuorum meritorum, non modò referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia conſequi poſſum*. lib. 1. 8.

Idem. *Non modò dignitatis, ſed ne libertatis quidem partem reliquit*. lib. 1. 9.

Cic. Atti. *Cum omnia feciſſem non modo eam voluntatem ejus, quæ fuerat erga te, recuperare non potui, verùm ne cauſſam quidem elicere immutatæ voluntatis*. lib. 1. 9.

Cic. *Ego nullum locum prætermitto (nec etiam debeo) non modo laudandi tui, ſed ne ornandi quidem*. lib. 12. 24.

Cæſar. *Ut non modo demigrandi cauſa de vallo decederet nemo, ſed pæne ne reſpiceret quidem quiſquam*, 5. de bel. Gal.

Cic. Atti. *Nec quidquam poſthac, non modo tantum, ſed ne tantulum quidem prætereris*. lib: 15. 27.

VIII. *Appen:* Obſervandum, præcedens loquendi genus non nunquam uno verbo contentum eſſe: idque tam in priore, quàm poſterio orationis parte collocari.

Cic. *Nunc non modo agendi rationem nullam habeo, ſed ne cogitandi quidem*. lib. 4. 13.

Idem. *Non modo certa res ulla, ſed ne genus quidem litterarum uſitatum veniebat in mentem*. l. 4. 13.

IX. *Appen:* Non nunquam duobus verbis conſtringi.

Cic. *Cujus rei non modo non præteriit tempus, ſed ne maturum quidem etiam nunc, meo quidem judicio fuit*. lib. 10. 10.

Cic.

Cic: *Non modò ut non præeſſet ulli negotio: ſed etiam ut ne intereſſet quidem*, lib: 13. 29.

X. *Appen:* Nonnunquam verbum ſupprimi.

Cic: Atti. *Hàc non modò nemo, ſed ne rumor quidem quiſquam*, lib: 5. 10.

XI. *App:* Fit quoque non raro, ut, *Non modo*, in priori orationis parte negationem geminet id quod Laurentius Valla, quando dictionibus adeſt contrarietas, neceſſario obſervandum judicavit, Vide Val. c. 128.

Cic: *Ut ſumma ſeveritas animadverſionis, non modò non invidioſa: ſed etiam popularis eſſet*. lib: 9. 14.

Cic. *Ut ſciret exercitum pop: R. non modò non cedere his nuntiis allatis, ſed etiam propius accedere*, l: 15. 1.

Cic: *Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur unà non modò non contra legem, ſi ulla nunc lex eſt, ſed etiam intra legem, & quidem aliquanto*. lib. 9. 26.

Cic: Atti: *Dies non modò non levat luctum hunc, ſed etiam auget*, lib. 3. 15.

Cic. *Non modò dignitas nulla erit, ſed erit ſumma deformitas*, lib. 10. 6.

Cic: Atti. *Eam, quam mihi dicis obtigiſſe σπαρταν non modò nunquam deſeram; ſed etiam, ſi ego ab illa deſerar, tamen in mea priſtina ſententia permanebo*, lib. 1. ult.

Cic: *Cum tu ipſe mihi dixiſti, orationem meam non ſolùm in te honorificam, ſed etiam in collegas tuos contumelioſam fuiſſe*, lib. 5. 2.

Varro. *Quid in Italia utenſile non modò non naſcitur, ſed etiam non egregium fit*. De re ruſt. lib. 1. 2.

Idem. *Herba non modo non evellenda in nutricatu; ſed etiam non calcanda*, lib. eodem cap. 47.

Idem. *Nunc jam primum dicam pro univerſa analogia, cur non modò videatur eſſe reprehendenda, ſed etiam cur in uſu quodammodo ſequenda*. De lin. lat. lib. 8. princ:

XII. *Appen: Non modò*, in poſteriori orationis membro poſitum, pro *Nedum*.

Cic: *Cum ſecundas etiam res noſtras, non modò adverſas pertimeſcebam*, lib. 4. 14.

Idem. *Nullum meum minimum dictum, non modò factum pro Cæſare intereeſſit, quod ille non ita illuſtri gratia exceperit, ut ego eum mihi devinctum putarem*, lib. 1. 9.

Cic: Atti: *Magis me hercule, quàm vellem, non modò quàm putaram*. lib. 2. 19.

Cic: Att. *Nihil prætermiſſū eſt, quod non habeat ſapientem excuſationem, non modò probabilē* l: 8. 12

Plaut: Pſeu: *Cum haſce herbas hujuſmodi in ſuam alvum congerunt.*

Formidoloſas dictu, non eſu modò. ſc. Forum.

Cic: Atti: *Noſcenda eſt natura, non facultas modò*. lib: 12. 5.

Brutus Att. *Servitutem, honorificam modò, non aſpernatur*. Ad Bru. epiſtola 20.

XIII. *Appen: Non ſolum*, in poſteriori membro poſitum.

Cic: *Vultus me herculè tuos mihi expreſſit omnes, non ſolùm animum, ac verba pertulit*, lib: 12. ult. Item. 1. de Inven.

Cic. Atti: *Ut dimiſſus erat, ut ipſe etiam ſibi, non iis ſolùm qui aderant, diſplicebat*, lib: 2. 21.

XIIII. *Appen:* Non tantùm, abſolutè.

Paulus. *Cum de fructibus ſervi petiti quæritur, non tantùm pubertas ejus ſpectanda eſt*, l. ceterum 31 ff: de rei vindicat.

XV. *Appen: Non ſolùm*, abſolutè uſurpatum.

Cic: *Hoc non dolere ſolum voluptatis nomine appellaret, illud Ariſtippeum contemneret*. lib: 2. de Finibus princ.

XVI. *Appen:* Mitto, Verùm ne quidem.

Cic: *Non conditio, non ſponſio, non denique ulla unquam interceſſit poſtulatio, mitto ęqua, verùm ante hoc tempus ne fando quidem audita*, Pro Quintio.

Nihil, non modò multum. *vide* Nihil.

XVII. *Appen:* Nedum, ſed etiam.

Balbus & Oppius Cic. *Nedum hominum humilium, ut nos ſumus, ſed etiam ampliſſimorum virorū conſilia ex eventu, non ex voluntate, à pleriſque probari ſolent*, lib: 9. 7. Ad Atti.

Nequidem, etiam Ne quidem, nedum. Ne quidem, quo minus, *vide ſupra*, Ne.

Non, nedum. *vide* Non.

Non dico ſed. *vide* Non.

Non, quinetiam. *vide* Non.

Nunquam, nedum. *vide* Nunquam.

Nullus, niſi.

Cic. *Statueram nullas ad te litteras mittere, niſi commendatitias* lib: 5. 5.

Idem. *Neque me tamen ulla res alia Romæ tenet, niſi expectatio rerum Africanorum*, lib: 5. 21.

Cœlius Cic: *Adhuc S. C. niſi de feriis Latinis,*

nullum facere potuerunt, lib: 8. 9.

Cic: Atti: *Nullos honores mihi, niſi verborum decerni ſino*, lib: 5. ult.

Ter: Heaut. *Nulla adeò ex re iſtuc fit, niſi ex nimio otio*, ſc: 1.

Plaut: Pſeu: *Juraviſtin' te illam nulli venditurum, niſi mihi?* ſc: Pſeudole.

Livius. *Tanquam nulla, niſi in eruptione ſpes eſſet*, dec: 1. lib. 9.

Varro: *Agrum oliveto conſerundo, niſi qui in ventum favonium ſpectet, & ſoli oſtentus ſit, alium bonum nullum eſſe*. De re Ruſt: lib: 1. 24.

Nullus, niſi qui.

Plaut: Bacchi. *Nullus frugi eſſe poteſt homo niſi qui & benè & malefacere tenet*, ſc. Hunc hominem.

Plaut. Mili. --- *nulli mortali ſcio obtigiſſe hoc, niſi duobus*. ſc. Hera.

Nullus, niſi ſi.

Cic: *Mulis, equis, aſinis, feriæ nullæ, niſi ſi in familia ſunt*, c: 138.

Nullus, extra.

Cic: *Nullus eſt igitur numerus extra poëticos, propterea, quòd definita ſunt genera numerorum*, In Orat.

Nullus, præter.

Cic: Att. *Ad quas litteras tibi reſcribi velis, neſcio nullas enim adhuc acceperam, præter quæ mihi binæ ſemel in Trebulano redditæ ſunt*, lib: 5 3.

Cic: Att: *Neque nunc mittendi tamen ulla cauſa fuit, præter eam, de qua tibi reſcribi voluiſti*, lib: 11. 3.

Nullus, præterquam.

Cic: *Itaque nullas iis, præterquam ad te, & ad Brutum, dedi litteras*, lib: 3. 7.

Cæſar. *Si nullam præterquam vitæ noſtræ, jacturam fieri viderem*. 7. de bel. Gal.

Livius. *Vocata ad conſilium multitudine, quæ coaleſcere in populi unius corpus nulla re, præterquam legibus poterat, jura dedit*, lib: 1.

Sueton. *Neque enim exſtare ullum ſuum factum pœnitendum, excepto duntaxat uno*, Tit: 10.

Nullus, præterquam ſi.

Plin: *Colla aſpidum intumeſcere nullo ictus remedio, præterquam ſi confeſtim partes contactæ amputentur*, lib. 8. c. 23.

Nullus, quin.

Cic. Atti. *Dies ferè nullus eſt, quin hic Satyrus domum meam ventitet*, lib. 1. 1.

Cic. Att. *Ut ab urbe diſceſſi, nullum adhuc intermiſi diem, quin aliquid ad te litterarum darem*. l. 7 15.

Ter. Hec. -- *voſtrarum nulla eſt, quin gnatum velit Ducere uxorem*. --- ac. 2. 1.

Plaut. Bacchi. *Populo præſente: nullus eſt Epheſi quin ſciat*. ſc. Ibo in Piræeum.

Cæſar. *Totius hyemis nullum tempus intermiſerunt, quin trans Rhenum legatos mitterent*. 5. de bello Gal.

Plaut. Bacch. -- *Immo Chryſale hem non tantulum Unquam intermittit tempus, quin eum nominet*, ſc. Mirum.

Nullus, quò minus.

Cæſar. *Nullam exoriri moram poſſe, quo minus cum veniſſet, ſi imperata non facerent, ad nutum è veſtigio diriperentur*. 2. de bel. civili.

Nullus, qui non.

Cic. *Nulla eſt acerbitas quæ non omnibus, hac orbis terrarum perturbatione, impendere videatur*. lib. 2. 16.

Brutus Att. *Nulla erit tam bona conditio ſerviendi, qua non deterrear*. Ad Brut. epiſt. 20.

Cic. Q. Fra. *Diem ſcito eſſe nullum, quo die non dicam pro reo*. lib. 3. 3.

Plaut. Bacch. *Nullus eſt, qui non invideat rem ſecundam obtingere*. ſc. Reddidi.

Colu. *Nullus dies tam intolerabilis eſt, quo non ſub divo moliri aliquid poſſit*. lib. 1. 8.

Nullus, ne quidem.

Plancus Cic. *Nullum enim in te officium, ne minimum quidem, ſine maxima culpa videor poſſe prꝑterire*. lib. 10. 4.

Cic. *Maris igitur tranquillitas intelligitur, nulla, ne minima quidem aura fluctus commovente*. 5. Tuſc.

Cic. Brut. *Nullas adhuc à te litteras habebamus, ne famam quidem*, epiſt. 14.

Nunc, cum.

In quo obſervandum, particulam Cum, non nunquam idem ſignificare, quod Quando quidem, Quoniam.

Ter. And. *Simul ſceleratus Davus, ſi quid conſili Habet, ut conſumat nunc, cùm nihil obſint doli*. ſc. 1

Ter. Heaut. *Nunc, cum ſine magno intertrimento non poteſt Haberi, quidvis dare cupis*. --- act: 3. 1.

Ovid. *Nunc quoque, cum fiunt antiquæ ſac*

Vac

Vacunæ, 6. Faſt.

Ter. Heau. *Multo omnium nunc me fortunatiſſimum Factum puto eſſe gnate, cum te intelligo Reſipiſſe.* --- act. 4. 7.

Nunc, dum.

Ter. Adel. --- *Tu illum tuum, ſi eſſes homo. Sineres nunc facere, dum per ætatem licet* act. 1. 2.

Plaut. Tru. *Nunc, dum iſti lubet, dum habet, tempus ei rei ſecunda.* ſc. Lepidè.

Nunc, poſtquam.

Plaut. Aulu. *Nunc defæcato demum animo egredior domo, Poſtquam perſpexi ſalva eſſe intus omnia.* ſc. Nunc.

Idem Bacch. -- *nunc nunc, poſtquam.* ſc. Reddidi.

Nunc, jam.

Dolobel. Cic. *Præcipuè nunc, jam inclinata victoria*, lib. 9. 9.

Nunc, modò.

Plaut. Amph. *Qui nunc primum te adveniſſe dicas, modò qui hinc abieris*, ſc. Satin'.

Nunc, dudum.

Plaut. Moſtel. *Nunc aſſentatrix ſceleſta eſt, dudum adverſatrix erat*, ſc. 2. Item Menæch. ſc. Edep.

Nunc, tunc.

Ovid. *Quæ nunc ære nitent, ſtipula tunc tecta virebant*, 6. Faſt.

Idem. *Hîc ubi nunc Roma eſt, tunc ardua ſylva virebat*, 1. Faſt.

Nunc, tùm.

Cic. *Tu illum animum nunc adhibe quæſo, quo me tùm eſſe oportere cenſebas*, lib. 6. 1.

Ter. Adel. --- *tu nunc tibi Id laudi ducis, quod tum faciebas inopia.* act. 1. 2.

Nunc, olim.

Ter. Heau. *Ex ſua libidine moderantur, quæ eſt nunc, non quæ olim fuit.* act. 1. 2.

Nunc, quando.

Animadverti, Nunc, toties recipere à tergo, Quando, pro Quandoquidem, ut viſum fuerit obſervatione dignum.

Cic. *Nunc ſi me tanti facis quanti certè facis, quando equitum turmas tenes, mitte ad Lupum.* lib. 11. 16. & lib. 7. 2. & lib. 8. 7.

Idem. *Nunc, quando mihi ab amico officioſiſſimo tantum oneris imponitur, ego quoque tibi imponam pro tuis in me ſummis officiis.* lib. 13. 56.

Idem. *Nunc, quando ſperare nos amici jubent, dabo operam, ne mea valetudo tuo labori deſit.* lib. 14. 1.

Ter. Adel. *quando hoc benè ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem.* act. 2. 4.

Nunquam, dum.

Ter. Adel. *Quid reſpectas? nihil pericli eſt: nunquam, dum ego adero, hic te Tanget* ----- act. 2. 1.

Nunquam, nedum.

Ter. Heau. --- *ſatrapes ſi ſiet, Sufferre amator nunquam ejus ſumptus queat, Nedum tu poſſis.* --- act. 3. 1.

Nunquam, ni.

Livius. *Nunquam unum militem habituros, ni præſtaretur fides publica.* Dec. 1. lib. 2.

Ter. Phor. *Nam, ni ita eum exiſtimaſſem, nunquam tam graves Ob hanc inimicitias caperem in voſtram familiam.* act. 2. 2.

Nunquam, niſi.

Cic. *Nunquam, niſi honorificentiſſimè Pompeium appellat.* lib. 6. 6.

Cic. Atti: *Nunquam huc veniſſent, niſi ad alias res peſtiferas aditus ſibi compararent.* lib: 2. 16.

Varro. *Quid enim intereſt utrum morticinas editis volucres, an piſces, quos niſi mortuos eſtis nunquam.* De re Ruſt: lib: 3. 2.

Nunquam, niſi ſi.

Colu: *Nunquam, niſi ſi cœli major vis, aut prædonis inceſſerit, detrimentum affert*, lib: 1. 7.

Nunquam, ut non. *quo rarius puto utendum.*

Sueton: *Nunquam filios ſuos populo commendavit, ut non adjiceret*, Si merebuntur. Octa. 5. 6.

Nunquam unquam, niſi modo.

Plaut: Moſtel: --- *nunquam edepol me ſcio Vidiſſe unquam ablectas ædes, niſi modo haſce.* ſc: Qui tibi.

Nunquam, præterquam.

Varro. *Præterquam lepuſculum, è venatione vidit dit nunquam*, lib: 3. 3.

Nunquam, ſi non.

Plaut: Ruden. -- *ſi te unquam in urbe offendero, Nunquam herclè quiſquam me lenonem dixerit, Si non te ludos peſſimos dimiſero* ſc. Utrum.

Nunquam, priuſquam.

Plaut. Mili. *Nunquam hodie quieſcet, priuſquam id quod petit, perfecerit,* ſc. Niſi herclè.

Nunquam, quin.

Cic: *Equidem nunquam domum miſi unam epiſtolã, quin eſſet ad te altera,* lib. 2. 10. & lib: 3. 8.

Ter: Adelph: --- *nunquam unum intermittit diem, Quin ſemper veniat* . -- act: 3. 1.

Plaut. Tru *Nunquam hoc uno die efficiatur opus, quin opus ſemper fiet,* ſc: ult.

Nuſquam, niſi.

Cic: Brut. *Spes libertatis nuſquam, niſi in veſtrorum caſtrorum præſidiis, eſt.* epiſt. 14.

Cic: *Scientiam autem nuſquam eſſe cenſebant, niſi in animi notionibus, atque rationibus,* 1. Acad:

Olim, cùm.

Cic: Atti: *Si eſſent ullæ neceſſariæ litteræ, ut erant olim, cùm brevioribus diebus, tamen quotidie reſpondebant tempori tabellarii,* lib. 12. 38.

Ter. And. *Olim iſtuc, olim, cùm ita animum induxti tuum,*
Quod cuperes, aliquo pacto efficiundũ tibi, act. 5. 3.

Idem. Hec. --- *nunc mihi in mentem venit*
Ex hac re, quod locuta ... olim, cùm illum generum cepimus, act. 4. 1.

Olim, cùm jam.

Ovid. *Forſitan hoc olim, cùm jam ſatiaverit iram,*
Tunc quoq; ſollicita mente rogandus erit, 3 triſt: 8

Olim cùm, tùm.

Te: Phor. *Olim cùm honeſtè potuit, tum non eſt data:*
Nunc viduam extrudi, turpe eſt, --- act. 5. 7.

Olim, nunc.

Cic: *Et eum honorem, qui à ſenatu tribui rebus bellicis ſolet, neglectum à me olim, nunc mihi expetendum puto,* lib. 15. 4.

Plaut. Sti. *Nam aut olim, niſi tibi placebant, non datas oportuit:*
Aut nunc non æquum eſt abduci --- ſc. 2.

Ovid. *AEra dabant olim, melius nunc nomen in auro eſt,*
Victaque conceſſit priſca moneta novæ. 1. Faſto.

Olim, nunc jam.

Plaut. Epi. *Illam amabam olim, nunc jam alia cura impendet pectori,* ſc. Rem tibi.

Omnis, excepto. *vide* Nullus præterquam.

Venuleius. *Omnibus autem legibus ſervi rei fiunt, excepta lege Julia de vi privata,* l. 12. ff. de accuſat.

Omnis, præter.

Cæſar. *Aquila conſervatur omnibus primæ cohortis centurionibus interfectis, præter principem priorem,* 3. de bell. civili.

Salluſt: *Jugurthæ alia omnia, præter milites, oportuna,* Jugurt.

Omnis, niſi. *id eſt,* præterquam.

Ter. Heaut: --- *conraſi omnia,*
Ancillas, ſervos, niſi eos, qui opere ruſtico
Faciundo facilè victum exercent ſuum, ſc. 1.

Plaut. Capt. *Aulas caliceſque omnes confregit, niſi quæ modiales erant,* ſc: Dieſpiter.

Plaut. Aſina. *Fores occluſæ omnibus fient, niſi tibi,* ſc. Agedum.

Gellius. *Hortenſius omnibus fermè oratoribus ætatis ſuæ, niſi M: Tullio, clarior,* lib. 1. c: 5.

Cic. *Cum Patrone Epicureo mihi omnia ſunt, niſi quòd in philoſophia vehementer ab eo diſſentio,* li: 13. 1.

Plaut. Ciſtel. *Nec, niſi diſciplina, apud te fuit quicquam*
Ibi, quin mihi placeret --- ſc. 1.
Id eſt, omnia mihi placebant, præterquam diſciplina.

Salluſt. *Erat ei Numida quidam negotiorum curator fidus, acceptuſque & omnium conſiliorum, niſi noviſſimi particeps,* Jugurt.

Idem: *Omnia jumenta ſarcinis levari jubet, niſi frumento dierum decem,* Ibidem.

App: Niſi, abſolutè poſitum, pro Præterquam.

Cato. *Stercus egerito, niſi intermeſtri, lunaque dimidiata,* De re Ruſt: c. 37. & c. 38.

Omnis, extra.

Plau. Mili. *Ille illas ſpernit, ſegregatque ab ſe omnes, extra te unam,* ſc. Hera.

Par, ac.

Plaut. Mili. --- *ſi parem ſapientiam hic habet, ac formam,* ſc. Hera.

Cic. *Neque mihi par ratio cum Lucilio eſt, ac tecum fuit,* lib: 3. De nat. Deo princ.

Cæſar. *Pari conditione è muro, ac turribus bellandi data,* de bello civili.

Livius. *Nequaquam pari ad patienda ea robore, ac Romani fuiſſet.*

Par, ac ſi.

Salluſt. *Primum, quòd procul abſumus: in quo offenſimi*

minimum gratia par, ac ſi prope adeſſemus. Jugurt.

Par, atque.

Cic. *Si par in nobis hujus artis, atque in illo picturæ, ſcientia fuiſſet*, lib. 2. de Invent. princ.

Salluſt. *Parique periculo, ſed fama impari, boni, atque ignavi erant.* Jugurt.

Cæſar. *Pari, atque antea ratione egerunt*, 3. De bello civili.

Idem. *Eoſque poſtea in parem juris, libertatiſq; conditionem, atq; ipſi erant, acceperunt*. 1. De bel. Gal.

Idem. *Pari ſpatio tranſmiſſus, atque ex Gallia, eſt in Britanniam.* 5. De bel. Gal.

Gellius. *Demoſthenis autem viri prudentia pari, atque facundia præditi, verba idem fere ſignificantia de natura, atque fato M: Cic: ſecutus videtur*, lib. 13. c. 1.

Paulus. *Non enim par eſt eorum delictum, & eorum qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt.* l: ult ff: de receptat.

Salluſt: *Tametſi haud quaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & actorem*, In Conjurat. princ:

Quintil: *Pari deformitate & contrahitur, & tenditur*, lib. 11. 3.

Martialis. *Cum tibi ſit ſophiæ par fama, & cura laborum*, lib: 1. 112.

Plaut: Bacch: *Igitur pari fortuna, ætate ut ſumus, utimur*, ſc: Quicunque.

Par, cum.

Sall: *Quem tu parem cum liberis tuis feciſti*, Jugurt:

Cic: *Tum par tibi jus cum Alpheno fuiſſe non putas*, pro Quinctio.

Cic: *Ea re par tibi cum eo contentio erat.* Ibidem.

Columella. *Hæc negotiatio curam villici avocat, nec unquam patitur eum cum rationibus domini paria facere*, lib: 1. 8.

Appen: Par, abſolutè poſitum.

Corne: Nepos. *Pari faſtigio ſtetit in utraque fortuna.* In vita Attici.

Arrius Menander. *Qui præpoſitum ſuum non protexit cum poſſet, in pari cauſa factori habendus eſt*, l: Omne ff: de re milit.

Quintil. *In utramque par eſt partem.* lib. 7. c. 9.

Pariter, ac.

Livius. *Eodem anno Agrippa Menenius moritur, vir omni vita pariter patribus, ac plebi carus.* Dec: 1. lib: 2.

Livius. *Trucidant fœminas pariter ac viros.*

Livius. *Amici pariter, ac non ſubjecti, ac obnoxii minus eſſemus.*

Ter: Phor: *Pariter nunc opera me adjuves, ac dudum re opitulata es*, act: 5. 3.

Pariter, et.

Plaut. Aulu: *Quin participem pariter ego te, & tu me facias*, ſc: Velim.

Ter: Adel. *Nunc tu mihi es germanus pariter corpore, & animo.* act: 5. 8.

Salluſt: *Pariter te errantem, & illum ſceleratiſſimum perſequi*, Jugurt.

Pariter, atque.

Salluſt. *Vultu, colore, ac motu corporis pariter, atque animo, varius*, Jugurt.

Gellius. *Homo inſigni ſuavitate, linguæ pariter, atque vitæ*, lib: 13. c: 5.

Salluſt: *Pariter, atque in conſpectu hoſtium, quadrato agmine incedere*, Jugurt.

Plaut: Menæch. *Ecaſtor pariter hoc, atque alias res ſoles*, ſc: Nimis ſtultè.

Mart. *Sus pariter vitam perdidit, atque dedit*, l: 1. 13.

Virg: *Et pariter facta, atque infecta canebat*, 4. æn.

Pariter, ac ſi.

Salluſt: *Pariter, ac ſi hoſtes adeſſent, munito agmine incedere*, Jugurt.

Pariter, qualis. *vide Sic, qualis.*

Plaut: Ruden. *Sequere obſecro me. CH. pariter, ſuades, qualis es,*
Tu in nervum rapere, eò, me obſecras, ut te ſequar? ſc: Meàmne.

Non poſſum, quin admoneam, in hiſce Plauti verbis, Lambini aliam longe eſſe interpunctionē, atque Sambuci, & Camerarii: ille enim vocem Pariter, præcedentibus conjungit.

Pariter, ut.

Plaut: Aulu: *Is ex ſe hunc reliquit, qui hîc nunc habitat filium,*
Pariter moratum, ut pater avuſq; hujus fuit, Prol.

Pariter, atque ut.

Plaut: Amphi: *Pariter hoc fit, atque ut alia facta ſunt*, ſc: Naucratem.

Pariter, ut item.

Plaut. Aſi. *Ridicula res eſt, date benignè operam mihi; Ut vos item alias, pariter nunc Mars adjuvet*, Prologo.

Pariter, cum. *id eſt*, Æquè, Perinde,
Non aliter, atque.

Cic: *Corpus tam diu gaudet, dum præſentem ſentit voluptatem: animus & præſentem percipit pariter cum corpore, & proſpicit venientem.* 5. Tuſcu:

Salluſt: *Eum adoptavit, & pariter cum filiis heredem inſtituit.* Jugurt.

Virg: *Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum, Candentem, pariterque caput, cum matre ferentem* 9 æn.

Ulpian. *Cum ſervi pariter cum domino aurum & argentum exportaſſe dicerentur, non eſſe de domino interrogandos.* l. 1. ff. de quæſtionibus.

Appen: Pariter, abſolutè poſitum.

Varro. *Et opus faciunt pariter, & ut colonias mittunt.* lib. 3. c. 15.

Plaut. Capt. *Nunc hoc animum advertito, ut ea, quę ſentio, pariter ſcias.* ſc. Jam.

Salluſt. *Munificus nemo putabatur, niſi pariter volens.* Jugurt.

Virg *Ultor eris mecum, aſt aperit ſi nulla viam vis, Occumbes pariter* --- 11. æn.

Ter. Heaut. *Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius.* act. 1. 1.

Salluſt. *Pariter omnes viles ſunt.* Jugurt.

Pari modo, quemadmodum.

Ulpian: *Si mortuum fuerit jumentum, pari modo redhiberi poterit, quemadmodum jumentum poteſt.* l. Ædiles 38. ff. de ædil edicto.

Parum eſt, quòd.

Plaut. Merca. *Parúmne eſt hoc malę rei, quòd amat Demipho.* ſc. Parúmne.

Ter. Phor. *Sed parúmne eſt, omnibus quòd nunc nobis ſuccenſet ſenex.*
Nî inſtigemus etiam ---- act. 3. 3.

Salluſt. *Atque parum eſt, quòd impune feciſti, verum etiam commemorando exprobras.* In Cic:

Cic: *Parúmne eſt, Piſo, ut omittam Gabinium quòd tantùm homines fefelliſti, ut negligeres auctoritatem ſenatus?* Pro P. Sextio.

Parum eſt, ut.

Plinius. *Parum eſt, ut in curiam venias, niſi & convoces, & interſis Senatui.* In Paneg.

Parum eſt, ut non.

Javolenus. *Omnis definitio in jure periculoſa eſt. parum eſt enim, ut non ſubverti poſſet.* l. 202. ff. De diverſis reg. juris.

Appen: Parum eſt, abſolutè poſitum.

Plaut. Trinum. ---- *immo huic parum eſt. Nam ſi pro peccatis centum ducat uxores, parum eſt.* ſc. ult.

Plaut. Sti. ---- *duas dabo, inquit, ille adoleſcens, una ſi parum eſt.* ſc. Ita me dî.

Idem Ruden. ---- *ſed ſi parum intellexiſti, dicam denuo* ſc. Seriò.

Parum abeſt,
Non multum abeſt,
Non procul eſt, } quin.
Non multum abeſt ab eo,
Nihil abeſt,

Cic: Atti: *Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus.* l. 11. 15.

Sueto: *Virgilii & Titi Livii ſcripta, & imagines, paulum abfuit, quin ex omnibus Bibliothecis amoverit.* Caligula. 34.

Cæſar. *Neque longius abeſſe, quin proxima nocte Sabinus, clam ex caſtris exercitum educat.* 3. bello Gal.

Cæſar. *Naves invenit inſtructas, neque multum abeſſe ab eo, quin paucis diebus deduci poſſent.* 5. de bel. Gal. princ.

Cæſar. *Paulumque abfuit, quin Varum interficeret* 2. de bel. civili.

Idem. *Neque multum abfuit, quin etiam caſtris expellerentur.* Ibidem.

Livius. *Tetigerat animum memoria nepotum, ſciſcitandoque eodem pervenit, ut haud procul eſſet, quin Remum agnoſceret.* lib. 1. princ.

Parum abfuit, quo minus.

Concitato jam bello civili, ex quo parum abfuit, quo minus Romana res funditus everſa periret. In Politicis Plutarch.

Appendix.

Salluſt: *Jamque paulum à fuga aberant.* Jugurt.
Id eſt, Parum aberat, quin fugerent.

Tacitus. *Nec procul cęde aberant.* Id eſt, Parum aberat, quin interficerentur.

Parumper, dum.

Plaut: Amphi: ---- *cui voluptas Parumper data eſt, dum viri mei mihi poteſtas videndi fuit.* ſc. Satin'.

Te: And: -- *dum exeo parumper operire hîc.* act: 4. 2

Sueto.

Sueto: *Parumper commoratus, dum clandeſtinus ad villam introitus pararetur.* Nero. 48.

Pauliſper, dum.

Cic. *Pauliſper, dum ſe uxor (ut fit) comparat, commoratus eſt.* Pro Milon:

Hirtius. *Ibi pauliſper Cęſar ante portum commoratus dum reliquę naves convenirent.* de bel: Afric:

Plaut. Amph: --- *pauliſper mane, dum edormiſcat unum ſomnum,* ſc: Satin'.

Plaut. Ruden. *Pauliſper remitte reſtem, dum concedo, & conſulo.* ſc: heus mane.

Plaut: Milit: ---- *pauliſper tace,*
Dum ego mihi conſilia in animum convoco --- ſc: Niſi Herclè.

Pauliſper, abſolutè poſitum.

Cæſar. *Hîc pauliſper eſt pugnatum.* 3. de bello civ.

Hirtius. *Scipio interim pauliſper, ut ante dixi, in eo loco commoratus.* De bello Africano.

Salluſt: *Cognitis inſidiis, pauliſper agmen conſtitit,* Jugurt.

Cato. *Coquito pauliſper. Inferve facito pauliſper.* c. 156.

Perinde, ac.

Cæſar. *Quàm maximas potuerunt pecunias mutuati, perinde ac ſuis ſatisfacere, & fraudata reſtituere vellent.* 3. De bello civili.

Livius. *Numero etiam additos tres, perinde ac duo antè fuerint, Piſo auctor eſt.* Dec. 1. lib. 2.

Livius. *Quando perinde, ac victo jam ſibi leges dicerentur.*

Juſtinus. *Scythę aurum & argentum perinde aſpernantur, ac reliqui mortales appetunt.* lib: 2.

Gaius. *Ex vinculis cauſam dicant, & convicti perinde ac ſervi, puniantur.* l: 25. ff. de S. C. Sylla.

Perinde, ac ſi.

Cic. *Quę per difficilia ſunt, perinde habenda ſępè ſunt, ac ſi effici non poſſint.* In Partit.

Macius Cic: *Perinde, ac ſi jam vicerint, obitum ejus Reipub: fuiſſe utilem.* lib: 11. 28.

Cæſar: *Perinde, ac ſi virtute viciſſent.* 3. de bello civili.

Cic. Atti. *Qua de re, quoniam comitia habita ſunt, tuque nihil ad me ſcribis, perinde habebo, ac ſi ſcripſiſſes nihil eſſe* lib: 3 13.

Cic. Atti. *Erat enim, ſi meminiſti in conſulatus petitione per te mihi pollicitus, ſi quid opus eſſet: quod ego perinde tuebar, ac ſi uſus eſſem.* l. 13. 47.

Cæſar. *Perinde ęſtimans, ac ſi uſus eſſet, quoniam ſui feciſſent poteſtatem,* 3. De bell: civili. princ.

Livius. *Perinde, ac ſi totum annum in imperio fuerint.* Dec. 1. lib: 4 princ:

Pompon: *Perinde omnia reſtituuntur ei jura, ac ſi captus ab hoſtibus non eſſet.* l: poſtlimi. ff. de captivis.

Pomponius. *Quod filius familias patris juſſu, aut voluntate donavit, perinde eſt, ac ſi pater ipſe donaverit.* l. in ædib. 9. ff. de donat.

Paulus. *Si debitor mulieris dotem promiſerit, & mulierem hęredem reliquerit, Labeo perinde habendum ait, ac ſi mulier ipſa dotem promiſiſſet.* l: promittendo, 41. ff. de Ju. do. & l. 13, de teſta. mili. & l. de jure cod.

Colu *Perinde, ac ſi repoſitum in horreo, non corrumpitur.* lib: 2. c. 8.

Perinde, atque.

Cic. Atti. *Non perinde, atque ego putaram. arripere viſus eſt* lib. 16 4.

Neratius. *Queri ſolet, utrum perinde ei hęreditatem reſtitui oporteat, atque oporteret, ſi adverſus alium defenſa non eſſet.* l. Cum idem. 57. ff. de heredit. petit.

Marcianus. *Perinde puniantur, atque latrones.* l. 1. ff. de Receptatorib.

Cic: *Vereor ut hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio.* Pro Marcello.

Gellius. *Nam aliquot verborum antiquorum Grecorum, perinde atque eſſent propria noſtra reddidit cauſas falſas.* lib. 1. c. 18. & lib. 7. c. 2.

Livius *Ad Philippum gratias agentes pro redditis hominibus, perinde atque ab ipſo hi & non à Quintio, & Romanis dati eſſent, miſerunt.* Dec. 4. lib. 3. Item Dec. 1. lib. 5.

Ulpian. *De his quoque ſervis, qui teſtamento manumiſſi ſunt, perinde atque ſervis ſupplicium ſumendum eſt.* l. 3. §. 10. ff. de S. C. Silla.

Idem. *De his perinde, atque de ſervis quęſtio habenda, ſuppliciumque ſumendum eſt,* Ibidem.

Valerius Maximus. *Super quem aquila teſtudinem ferens, eluſa ſplendore capitis, perinde atque lapidi eam illiſit.* lib. 9. cap. 12. & lib. 7. cap. 3. & lib. 8. cap. 4.

Livius.

Livius. *Nequaquam perinde, atque in capta urbe; prima die, aut paſſim, aut latè vagatus eſt ignis,* Dec. 1. lib. 5.

Perinde, atque ſi.

Ulpian. *Non eſt in ea cauſa, ut perinde habeatur atque ſi meus nunquam fuiſſet,* l. Servi. 17. ff. de furt.

Licinnius. *Si autem filiusfamilias matrimonii cauſa juſſu patris ancillam manumiſerit, Iulianus putat perinde eam haberi, atq; ſi à patre ejus manumiſſa eſſet,* l. Matrimonii, 51. ff: de ritu nupt.

Marcellus. *Simili modo dici poteſt, omnia perinde debere filium, ad quem ſcripti ſunt codicilli, atque ſi ſolus hæres extitiſſet patri* l. Is qui. 19. ff. de jure eod.

Calliſtratus. *Perinde inefficax eſt decretum atque ſi nulla judicata res interveniſſet,* l. 3. ff. de colluſi dete.

Ulpian. *Servus pignori datus, quòd attinet ad debitoris necem, per omnia perinde habetur, atque ſi pignori datus non eſſet,* l: 1. ff: de S.C. Syl.

Idem. *Divus Pius reſcripſit, ut perinde teſtatoris bona venirent, atque ſi adita hereditas non fuiſſet.* l: 1. ff: de Separationibus.

Paulus. *Perinde habetur, atque ſi judicio abſolutus eſſet,* l: Si deferente, 13. ff. de quib. mo. pig.

Perinde atque, ita.

Ad Heren: *Nunc, perinde atque conſtet in hac re multum valere artem, & præceptionem, ita de ea re loquemur,* lib. 3.

Perinde, quàm.

Sueton. *Nullo re perinde commotus eſt, quàm reſponſo caſuque Aſcletarionis mathematici,* Domitia, c: 15.

Perinde, quaſi.

Salluſt: *Perinde, quaſi ea honori, non prædæ habeant,* Jugurt.

Ulpi. *Perinde condemnandos, quaſi poſſiderent,* l: Item veniunt. 20. § 6. ff. de hereditat. pet.

Plaut. Sti. *Bonas ut æquum eſt facere, facitis: cum tamen abſentes viros,*
Perinde habetis, quaſi præſentes ſint, ---- ſc: Qui manet.

Pomponius. *Quod ita ſanatum, ut in priſtinum ſtatum reſtitueretur, perinde habendum eſſet, quaſi nunquam morboſum fuiſſet,* l: quod. 16. ff: de ædil: edicto.

Gellius. *Tu autem perinde, quaſi cum matre Evandri nunc loquare, ſermone abhinc multis annis jam deſito uteris, quòd ſcire, atque intelligere neminem vis, quæ dicas,* lib. 1. c: 10. & lib. 7. c. 2.

Perinde, quaſi ſi.

Labeo. *Si & per emptorem & venditorem mora fuiſſet, quo minus vinum præberetur, & traderetur; perinde eſſe ait, quaſi ſi per emptorem ſolum ſtetiſſet,* l: Si & 51. ff: de act. empt. & vend.

Paulus. *Si ſervus ſervo fecerit injuriam, perinde agendum, quaſi ſi domino feciſſet.* l: Eum qui. 18. ff. de injuriis.

Perinde, tanquam ſi.

Gellius. *Hoc perinde eſt, tanquam ſi ego dicam, eſt mihi nomen Julium,* lib. 15. c: 29.

Perinde, veluti.

Juſtinus. *Perinde, veluti ſui potius triumphi munus eſſe deberet, feſtinata velocitate contendit,* lib. 36 extremo.

Perinde uti, haud aliter.

Plaut. Moſtel. *Atque hoc voſmetipſi ſcio*
Perinde, uti nunc ego eſſe autumo, quando
Dicta audietis mea, haud aliter dicetis, ſc. Recordatus.

Perinde, ut.

Cic: *Non perinde, ut eſt reapſe, ex litteris perſpicere potuiſti,* lib: 9. 15.

Cic: *Sed hæc ipſa omnia perinde ſunt, ut aguntur,* lib: 3. de Orat.

Cic: Att. *Cùm id eſſet perinde, ut exiſtimare tu non poſſes,* lib: 12. 42.

Cic: *Habes à patre munus Marce fili, mea quidem ſententia, magnum; ſed perinde erit, ut acceperis,* 3. Offic: extremo.

Gellius. *Quod non perinde eſt, ut intra cubiculum dicimus,* lib: 12. c: 13.

Ter: Heau: *Atque hæc perinde ſunt, ut illius animus, qui ea poſſidet,* act: 1. ſc: 2.

Plaut. Pſeu. --- *omnes*
Res perinde ſunt, ut agas, ut eas magnifacias
-- ſc. Pro Juppiter.

Salluſt. *Perinde habeantur, ut eorum qui ea ſuſtinent, virtus eſt.* Jugurt.

Perinde, prout.

Plin. *Meminerint perinde conjecturam de moribus ſuis homines eſſe facturos, prout hoc, vel illud egerint,* In Paneg.

Quin-

Quintilianus. *Atque eum aliæ ſubjunguntur aliis, perinde aſperiores erunt, prout oris hiatu ſimili, aut diverſo pronunciabuntur,* lib. 9. c: 4.

Perinde ut, ita.

Gellius. *Per ſeſe, ipſa neque inboneſta, neque turpia ſunt: ſed perinde ut à nobis aguntur, ita ipſis actionibus, aut probanda fiunt, aut reprehendenda,* l. 2. 2.

Perinde abſolutè poſitum.

PlancusCic: *Hunc filii loco, & illius, & veſtro judicio ſubſtitutum, non perinde habere mihi turpe videtur,* lib. 10. 24.

Sueton. *Quare adventus ejus non perinde gratus fuit.* Gal: 13.

Proinde, ac. *idem ſignificat quod* Perinde.

Aſinius Polio. Cic: *Quem tametſi nemo eſt, qui videre velit, tamen nequaquam proinde, ac dignus eſt oderunt homines.* lib. 10. 31.

Plancus Cic. *Conſtiti, ut proinde ad omnia paratus eſſem, ac res me moneret,* lib: 10. 11.

Plaut: Amph: *At te ego faciam hodie proinde ac meritus es,*
Ut minus valeas, & miſer ſis, ſc: Age i tu.

Plaut: Trinum. *Et tibi nunc proinde ac merere, ſummas habeo gratias,* ſc: Sta.

Varro. *Itaque is animam datam eſſe proinde ac ſalem, quæ ſervaret carnem,* lib. 2. 4.

Varro. *Quę erant proinde ac cognominata.* l. 1. Anal.

Varro. *Locum conſtituendum proinde magnum, ac multitudinem alere velis,* lib: 3. 8.

Proinde, ac ſi.

Gaius. *Pubes verò, qui in poteſtate eſt, proinde ac ſi paterfamilias, obligari ſolet,* l: ſi ſervus, 1041. ff. de verb. obl.

Proinde, atque ut.

Pomponius. *Labeo ſcribit, ſi uno pretio plures ſervos emiſti, & de uno agere velis, æſtimationem ſervorum proinde fieri debere, atque ut fieret in æſtimatione bonitatis agri, cùm ob evictam partem fundi agatur.* l: Labeo, 64. ff. de ædil. edict.

Proinde, quàm.

Plaut. Tru. *Si proinde amentur mulieres, diu quàm lavant.*
Omnes amantes balneatores fient, ſc: piſcis.

Proinde, atque ſi.

Pompon. *Plerumque fit, ut etiam ea, quæ nobis abire poſſint, proinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent ejus conditionis, ut abire poſſent,* l. 205. ff. de diver. regul. jur.

Proinde, quaſi.

Cic: *Proinde valebit, quaſi armatiſſimi fuerint,* Pro Cecinna.

Cic: *Extrema illa perſona eſt, ut is, qui ei, qui mortuus ſit, pecuniam debuerit, neminique eam ſolverit, proinde habeatur, quaſi eam pecuniam ceperit,* lib: 2. de legibus.

Cic: *Poſſet ſe negare dixiſſe, proinde quaſi, quòd à nobis dictum, aut actum ſit, id niſi litteris mandaverimus, hominum memoriam non comprehendatur,* Pro Cluen.

Ad Herenni. *Proinde quaſi non omnes quibus aqua, & igni interdictum eſt, exules habeantur,* l: 2. fin:

Cic: *Proinde quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet,* lib. 1. In Verrem.

Idem. *Ergo, id ut confitear, poſtulas; ut, quod numquam factum eſſe judicio defendimus, id, proinde quaſi factum ſit, noſtro judicio confirmemus.* Pro Q.

Idem. *Proinde quaſi non ut quæſtor, ſine prætore poſſit rationem referre.* lib: 1. In Verrem:

Salluſt: *Proinde quaſi injuriam facere, id demum eſſet imperio uti.* In Conjurat.

Plaut: Pœnu. *Proinde habet hic orationem, quaſi ipſe ſit frugi bonæ,* ſc. Satis. (act: 1. 2.

Ter: Phor. *Proinde expiſcare, quaſi non noſſes.--*

Plaut: Amphi. *Atque me nunc proinde appellas, quaſi multo poſt videris,* ſc. Satin'.

Salluſt: *Proinde: quaſi prætura, & conſulatus atque alia omnia hujuſcemodi per ſe ipſa, & magnifica ſint.* In Jugurt:

Proinde quaſi, ita.

Ter. Heau. --- *Proinde quaſi nemo fiet,*
Ita tute attentè illorum officia fungere, act: 1. 1.

Proinde, quaſi ſi.

Cic: *Atque hæc proinde loquor, quaſi ſi illo ipſo tempore, cùm te prætor juſſiſſet ex edicto poſſidere, in poſſeſſionem miſiſſes,* pro Quintio.

Proinde, tanquam ſi.

Calliſtratus. *Ratio haberi debet inter eos, qui in nave merces ſalvas habent, cum his qui in ſcapha perdiderunt, proinde, tanquam ſi jactura facta eſſet.* l: Navis 4. ff. de leg. Rod. de jactu.

Proinde, ut.

Cic. *Poteràtne fieri, ut non proinde homines de quoque, ut quiſque mereretur, judicarent?* philip: 14.

Plancus Cic: *Quod ſi proinde, ut ipſe mereor, mihi ſucceſſerit, certè & tibi, cui maximè cupio, & omnibus viris bonis ſatisfaciam.* lib: 10.4.

Cœlius Cic. *A te peto ut meas injurias proinde doleas, ut me exiſtimas & dolere, & ulciſci tuas ſolere.* lib. 8.13.

Plaut: Caſi. ---- *dehinc conjicito cæterum,*
Poſſiſne, nec ne, clam me ſutelis tuis
Præripere Caſinam uxorem, proinde, ut poſtulas, ſc: 1, & ſc: Obſignate.

Plaut: Amphi. *Recte loquere, & proinde diligentem ut uxorem decet,* ſc: Amphitruo. Ibid: Prologo.

Varro. *Conſonant vehementer, proinde ut milites faciunt, cum caſtra movent,* lib. 3. 16.

Plaut: Capt: ſc: Jam. & ſc: Iovi. Item. Sti: ſc: Mercurius. & ſc: ult.

Proinde, uti.

Cic. *Caput illud videtur eſſe, ut quæramus quid ſit illud, quod ſi adipiſci, aut effugere velimus, aliqua res nobis ſit neceſſaria, hoc eſt, quæ ſit adjunctio; ut proinde, uti quæque res erit, laboremus, & graviſſimam quanque cauſam vehementiſſimè neceſſariam judicemus,* lib: 2. de Invent: fi.

Proinde adeo, ut.

Plaut: Amphi. ---- *hæc curata ſint*
Fac ſis: proinde adeo, ut me velle intelligis, ſc: Amphitruo.

Proinde ut, ſic.

Varro. *Quos proinde ut ſacri ſint &c. ſic hos piſces nemo cocus in jus vocare audet,* De re Ru: l: 3.17.

Proinde ut, ita.

Cic. *Proinde ut opinio eſt de cujuſque moribus, ita quid ab eo factum, & non factum ſit, exiſtimari poteſt,* Pro Cluent:

Plaut: Pſeu: ---- *atque hoc verum eſt: proinde ut quiſque fortuna utitur,*
Ita præcellit, atque exinde ſapere eum omnes dicimus, ſc: Dî immortales.

Proinde ut, item.

Plaut: Amphi. *Atque ita ſervum par videtur frugi ſeſe inſtituere,*
Proinde heri ut ſint, ipſe item ſit, vultum è vultu comparet, ſc: Amphitruo.

Appen: Proinde, *abſolutè poſitum, pro* perinde, Aequè.

Lep: Cic. *Etſi omni tempore, ſumma ſtudia officii mutuò inter nos certatim conſtiterunt, pro noſtra inter nos familiaritate, & proinde diligenter ab utroque conſervata ſunt; tamen non dubito, &c.* lib. 10.34 & ibi Manut.

Proinde, ut. *cauſali ſignificatione, id eſt,* Ideo, ut.

Varr. *Libero patri repertori vitis hirci immolarentur proinde, ut capite darent pœnas.* De re ruſt: l. 1 2.

Varro. *Parturam, inquit, de me proinde, ut non aliquoties dicatur Romæ peperiſſe mulam.* lib: 21.

Poſt, quàm. *vide* Antè.

Cic. Atti: *Poſt prætor eſt factus, Tuditanus, quàm conſul Mummius,* lib. 13. 30.

Cic: *Aliquando venerunt poſt diem XL. & VI. quàm à vobis diſceſſerant,* lib: 16. 21.

Ide. *Deinde dubitatio, tum diſtributio, tum correctio, vel ante, vel poſt, quàm dixeris,* lib: 3. de Oratore.

Plaut: Trucu. *Poſt, illuc veni, quàm advenit, ſi dis placet,*
Ad villam, argentum meo qui debebat patri, ſc: Rus mane.

Cic. Atti. *Heri non multo poſt, quàm tu à me diſceſſiſti,* lib: 12. 48.

Varro. *Aliquanto poſt promere, quàm aperueris, oportet,* lib: 1. 63.

Poſt, ubi.

Plaut: Sti: *Poſt, ubi lavero ocioſus vos opperiar accubans,* ſc: Ita me.

Salluſt: *Poſt, ubi regium imperium, quod initio conſervandæ libertatis atque augendæ Reip: fuerat.* In Conjurat.

Salluſt: *Poſt, ubi contagio, quaſi peſtilentia, invaſit: civitas immutata,* In Conjurat.

Salluſt: *Poſt, ubi eorum famam, atque pudorem attriverat, majora alia imperabat.* In Conjurat.

Pl: Epid. ---- *poſt ubi illas audivi loqui.* ſc: St. tacete.

Poſtea, ubi,

Cato. *Poſtea, ubi deorſum verſus ibit, heminam, aut paulò plus bibat,* c: 156.

Poſtquam, ibi demum. *vide* Ubi, ibi. *ſignificatione temporis.*

Ter: Hec: --- *poſtquam videt*
Paratas, nec moram ullam, quin ducat, dari;
Ibi demum ita ægrè tulit, &c. act: 1. 2.

Poſt, ut.

Cic. *Poſt ſenſim incedens, Judices ut vidit ardentes.* In Oratore princ.

Poſt id, cùm.

Plaut: Caſi: *Poſt id, quum laſſus fueris, & famelicus, Noctu ut condignè te cubes curabitur,* ſc: 1.

Poſt id locorum, quando.

Plaut: Caſi. *Poſt id locorum, quando in villam veneris,*
Dabitur tibi amphora una. ---- ſc: 1.

Appen: Poſt, abſolutè poſitum.

Cic: Atti: *Poſt autem, ut arbitror, à Coſſinio accepiſti,* lib: 2. 1.

Appen: Obſervandum, ablativos abſolutè poſitos etiam admittere particulas temporis.

Cic: *Injecta gleba, tum is & humatus eſt, & tumulus dicitur,* lib: 2. De legibus.

Idem. *Quo effecto, ſtatim præcipitat in Lirem.* Ibid. Plura vide exempla in particula Statim & ibi Appendicem.

Hirtius. *Ut ab ea victoria perterritis Alexandrinis, protinus caſtra regis oppugnaret.* De bello Alexand.

Cic. *His omnibus in cauſa repertis, tum denique ſingulæ partes totius cauſæ conſiderandæ ſunt.* lib: 1. De Invent.

Poſtea, quam. *vide* Antè.

Cic. *Romæ qui poſtea non fuiſti, quàm à me diſceſſeras ſui miratus,* lib: 5. 14.

Idem. *Adhuc neminem videram, qui te poſtea vidiſſet, quàm M. Voluſius,* lib: 16. 11.

Idem. *Niſi forte poſtea cœperunt legare, quàm ego Taurum trangreſſus ſum.* lib: 3. 8.

Plaut. Merca. *Poſterius quàm mercatus fueram, viſus ſum*
In cuſtodiam eam Simiæ concredere, ſc: Miris modis.

Gaius. *Quamvis poſtea editus ſit, quàm matrem ejus poſſeſſor uſuceperit.* l: Præterea ff. de rei vindicat. & l: Si culpa. ff. eodem.

I. *Appen:* Inter *Poſt & quam* ſæpè interjicitur particula *Verò.*

Cic. *Poſtea verò, quàm profectus eſt, velim recordere, quæ ego de te in ſenatu egerim, quæ in concionibus dixerim, quas ad te litteras dederim.* lib: 5. 2. & lib: 3. 7. & lib: 15. 1.

Cic. *Poſtea autem, quàm alicujus culpa tantum valeret unus, ut obſiſti non poſſet.* lib: 7. 3.

Cic: Atti. *Poſtea vero, quàm taurum tranſgreſſus ſum, mirifica exſpectatio Aſiæ* l: 5. 21. & l: 15. 20.

Cæſar. *Poſtea verò quàm equitatus noſter in conſpectum venit; hoſtes abjectis armis terga verterunt.* 4. De bell. Gal. ſi.

Poſtea, cùm.

Cæſar. *Poſtea verò, cùm Cæſarem ad Maſſiliam detineri cognovit, &c.* 2. De bello civili.

II. *Appen:* Inter particulam *Poſt* & *quàm* magna ſane quam elegantia interſeri ſolent nomina temporis, quod antè me obſervavit quoque Ha. Cardinalis.

Cic. Att. *Hoc ſcribis poſt diem quartum, quàm ab urbe diſceſſimus.* lib: 9. 9. (Orat.

Cic: *Poſtero igitur die quàm illa erant acta.* lib: 2. de

Sueto. *Nero natus eſt Antii poſt IX. menſes, quam Tiberius exceſſit.* Nerone. c: 6.

Papinianus. *Si filius poſt annum, quam militare deſierat, jure communi teſtamento facto vita deceſſit, ratione Falcidiæ retinebitur quarta.* l: pater. 17. ff: de caſtr. pecul.

Cæſar. *Poſt diem IV, quam eſt in Britaniam ventum.* 4. de bel: Gal.

Cic: *Poſt diem tertium geſta res eſt, quam dixerat.* Pro Milone.

Cic: *Paucis poſt diebus, quàm Luca diſceſſerat.* li: 9.

Cic: Atti. *Filius anno poſt quæſtor fuit, quàm conſul. Mummius.* lib: 13. 4.

Cato. *Poſt diem tertium, quàm lecta erit,* cap: 65.

Hirtius. *Poſt diem tertium, quàm Africam attigit.* De bello Afric:

Idem. *Poſt diem tertium ejus diei, quo prœlium factum erat.* De bello Afric.

III. *Appen:* Sæpe etiam hoc loquendi genere utitur Livius abſolutè, particulam Poſt ſupprimendo, ut admonuit idem Cardinalis.

Livius. *Octavo menſe, quàm cœptum oppugnari, captum Saguntum quidam ſcripſere.* dec: 3. l: 1.

Ide. *Septimo die quàm profectus erat, in caſtra redit.*

Idem. *Tertio decimo die, quam profectus erat inde, Lilibeum redit.*

Ide. *Anno triceſimo altero, quam condita Roma erat,*

Poſtquam, illico.

Plaut: Epid. ---- *poſtquam audivi illico*
Ex meo ſervo, illam eſſe captam, continuò argentum dedi. ſc. Si quid.

Ter: Hec: *Poſtquam me adſpexere ancillæ advenisse*

niſſe ; illico omnes ſimul
Latæ exclamant, venit ---- act: 3. 3.

Ter: Heaut. ---- *at poſtquam aſpexi, illico cognovi,* act: 4. 1.

Poſtquam, protinus.

Hirtius. *Poſtquam adverterunt, neminem ibi eſſe præſidio, protinus, &c.* De bello Afric.

Ovid. *Impoſita eſt facta poſtquam manus ultima claſſi, Protinus Ægæis ire jubebar aquis* 15. Heroid. Item plaut. Capt: ſc: Quid.

Poſtquam, exemplò.

Ter: Hec. *Poſtquam introii, extemplò ejus morbum cognovi miſer,* act: 3. 3.

Poſtquam, poſt.

Plaut. Trinum. *Poſtquam ego me aurum ferre dixi, pòſt tu factus Charmides,* ſc: Huic ego.

Idem Trin. *Poſtquam ille hinc abiit, pòſt loquendi liberè*
Videtur tempus veniſſe, atque occaſio : Ibidem. ſc: Minus.

Poſtquam, continuò.

Plaut. Moſtel. ſc. Sceleſtiorem, & Bacch. ſc. Ibo.

Poſteaquàm, repentè.

Cic: *Hæc poſteaquam acta, & conſtituta ſunt, procedit iſte repentè è prætorio,* lib: 5. in Verrem.

Poſtquam, atque: *id eſt* poſteaquam, ſtatim.

Plaut: Menæch: *Nam ego quidem, poſtquam illam dudum tibi dedi, atque alii ad forum.* ſc: Quis hic.

App: Atque, *abſolutè poſitum eadem ſignificatione.*

Cic: *Si in jus vocet, atque eat,* lib. 2. de legibus.

Eleganter ſanè hac de re I. Lipſius, cùm Lovanii leges Regias, & X. virales publicè explicaret.

Virgil: *Non aliter, quàm qui adverſo vix flumine lembum*
Remigiis ſubigit, ſi brachia fortè remiſit,
Atque illum in præceps prono rapit alveus amni. 1. Geor. nu. 200.

Putat vir doctiſſimus Lambinus, in ſequentibus Plauti locis interpretationem eandem admitti quoque poſſe.

Plaut: Amph. ---- *cui voluptas*
Parumper data eſt, dum viri mei mihi poteſtas videndi fuit
Noctem unam modò: atque is repentè abiit à me hinc ante lucem, ſc. Satin'.

Plaut. Moſtel. ---- *ut foris cœnaverat*
Tuus gnatus po quam redit à cœna domum,
Abimus omnes cubitum, condormivimus,
Lucernam fortè oblitus fueram extinguere.
Atq; ille exclamat derepentè maximum, ſc: Habeo

Vide Nonium. Item Gellium. lib. 20. c. 29.

Poſtquam, exinde.

Plaut: Truc. *Eadem poſtquam alium reperit, qui plus daret,*
Damnoſiorem me exinde amovit loco, ſc: 1.

Pridie, quàm.

Cic: *Pridie, quàm exceſſit è vita.* In Lælio.

Idem. *De his rebus pridie, quàm hæc ſcripſi, ſenatus auctoritas graviſſima interceſſerat,* lib. 1. 2.

Cic: Att. *Pridie, quàm ego Athenas veni,* l. 5. epi. 11.

Cic: Atti: *Hæc ego pridie ſcribebam, quàm comitia fore putabantur,* lib: 4. 15.

Cic. Atti. *Sed erant pridie fortaſſe ſcriptæ, quàm data.* lib: 12. 18.

Cato. *Hoc facito pridie, quàm vivum infundere voles,* c: 113.

Poſtridie, quàm.

Ci. *Poſtridie intellexi; quàm à vobis diſceſſi.* l: 14. c: 6

Cic. Atti. *Eam mihi Philotinus poſtridie, quàm à te acceperat, reddidit.* lib: 9. 5.

Poſtero die, quàm.

Hirtius. *poſtero die, quàm miſiſſet litteras.* De bello Africano.

Appen: Altero die, quàm.

Sueton: *Deceſſit paralyſi altero die, quàm correptus eſt.* Vitel. 3.

Quod genus loquendi, ut alia in Suetonii lectione, nec vulgaria, nec pauca, ante me obſervaverat Bataviæ noſtræ primum decus D. Eraſmus Roterodamus.

I. *Appen:* Pridie, & poſtridie, *inveniuntur etiam abſolutè poſita.*

Cæſar. *Quod pridie ſuperioribus locis occupati; prælium non commiſiſſent.* 1. De bel. Gal.

Cœlius Cic: *Breviores has literas properanti publicanorum tabellario ſubito dedi, tuo liberto pluribus verbis ſcriptas pridie dederam,* lib: 8. 10.

Cic. *poſtridie me mane convenit, tuaque mihi mandata diligentiſſimè expoſuit,* lib: 11. 6.

Cic: Atti: *Multaque à me de ordinum dignitate & concordia dicta ſunt Kalendis Dec. & poſtridi* lib: 1. 15.

II. A

II, *Appen:* Pridie, & Poſtridie, *varios quoque admittunt caſus, qua de re plus ſatis Grammaticorum regulæ agunt.*

Cic: *Sententiam Bibuli de tribus legatis pridie ejus diei ſregeramus,* lib. 1. 4.

Cæſar. *pridie ejus diei Germani retineri non poterant, qui in noſtros tela conjicerent,* 1. de bel. Gal. Itidem 1. de bello civili.

Cato. *poſtridie ejus diei villicum vocet.* De re Ruſt. lib. 1. 2.

Ulpian. *plus arbitror etiam, ſi pridie Kalendarum fecerit,* l. 5. ff. qui teſta. fa. poſſ.

Cic: Atti. *Dolabella ſcribit ad me, ſe poſtridie Idum.* lib: 13. 46.

Cæſar. *poſtridie ejus diei præter caſtra Cæſaris ſuas copias tranſduxit.* 1. de bel. Gal.

Cic. Att: *Si me in Tuſculano poſtridie nonas manè convenerint,* lib. 13. 14.

Cic: Atti: *Ego Romam pridie Idus.* lib: 13. 25. & lib. 16. 10. & 11.

Plus, quàm.

Cic. *Ego habeo, cui plus, quàm tibi debeam, neminem,* lib: 6. 1.

Plaut: Capt. *Eheu quur ego plus, minuſque feci, quam æquum fuit.* ſc. Hegio.

Ulp. *Si quis in villa agens occiſus ſit: plùs quam iniquum eſt, ſi fortè diffuſa latè prædia habeat, de omnibus, qui in ea regione fuerint ſervis, & quæſtionē haberi, & ſupplicium ſumi.* l. 1. ff. de S.C. Silla.

Plus, quàm quantum.

Cic. *Cum ex agris tres fratres conſortes profugiſſent, quòd iis plus frumenti imperabatur, quàm quantum exararant.* lib. 3. In Verrem.

Cic. *Si te intelligerem plus conatum eſſe ſuſcipere reip: cauſa muneris, quàm quantum præſtare potuiſſes,* lib. 9. ult. & lib. 2. de Orat. princ.

Cic. *Ac mihi quidem veteres illi majus quiddam animo complexi plus multo etiam vidiſſe videntur quàm quantum noſtrorum ingeniorum acies intueri poteſt,* lib. 3. de Orat. princ.

Plaut. Merc. *Oratio edepol pluris eſt hujus, quam quanti hæc empta eſt,* ſc. Amicè.

I. *Appen:* Amplius, quàm.

Plaut. Ruden. *Neque hoc amplius, quam quod vides, nobis quicquam eſt,* ſc. Qui ſunt.

Marcianus. *Non licet autem amplius, quam unum collegium licitum habere.* l: 1. ff. De Collegiis.

II. *Appen:* Plus, *abſolutè poſitum.*

Ad Heren. *Nam & periculoſum eſt, ne quando plus, minuſve dicamus.* lib. 1.

III. *Appen:* Amplius, quàm quantum.

Cato. *Qui oleam emerit, amplius quam quanti emerit omnis pecuniæ centeſima accedet.* c. 146.

IV. *Appen:* Nihil amplius, quàm quod.

Javol. *Nihil amplius, quam quod bona fide accepit,* l. In æſtimationibus, 48. ff. De hæred. pet.

V. *Appen:* Plus, & Amplius, *quam diverſis conſtruantur caſibus, infra oſtendemus.*

Præ, ut.

Ter. Eu. *Hic verò eſt, qui ſi amare occeperit, ludum jocumque*
Dices fuiſſe illum alterum, præ, ut hujus rabies quæ dabit. act. 2. 3.

Plaut. Amph. *parum etiam, præ ut futurum eſt, prædicas.* ſc. 1.

Idem Menæch. *Immò modeſtior nunc quidem eſt de verbis, præ ut dudum fuit,* ſc. Edepol.

Idem Bacch. *Non Pelides tormento fuit, præ ut ego herum expugnabo meum*
Sine claſſe, ſineque exercitu, & tanto numero militum; ſc. Atridæ.

Idem Mili: *... nihil herclè quidem hoc,*
Præ ut alia dicam, tu quæ nunquam feceris, ſc. Curates.

Præ, ut ſi.

Plaut. Menæch. *.... folia nunc cadunt,*
Præ ut ſi triduum hoc hic erimus, tùm arbores in te cadent. ſc. Sine fores.

Præ ut, quo pacto.

Plaut. Merc. *Pentheum diripuiſſe ajunt Bacchas, nugas maximas*
Fuiſſe credo, præ ut quo pacto ego diverſus diſtrahor, ſc. Pentheum.

Præ, quàm.

Plaut. Merc. *Nec pol profectò quiſquam, ſine grandi malo,*
Præ quàm res patitur, ſtuduit elegantiæ. Prologo

Plaut Amph. *Satin' parva res eſt voluptatum in vita: atque in ætate augenda,*
Præ quàm quòd moleſtum eſt? ... ſc. Satin'.

Plaut. Moſtel. *Jam minoris omnia facio, præ quam quibus modis*
Me ludificatus eſt. .... ſc. ult.

Gellius. *Laxioribus paullo, longioribuſque verbis comprehenſa eſt, præ quàm illud Græcum, quod diximus.* lib. 16. c: 1.

Plaut: Aulu: *Sed hoc etiam pulchrum eſt, prę quam ubi ſumtus petunt,* ſc: Narravi.

Idem Moſtel. ---- *Nihil hoc quidem eſt Triginta minæ, præ quam alios dapſileis ſumtus facit,* ſc. Illi Bucedæ.

Iſtius loci vera lectio, ut aliarum complurium, ingenio, & acumini Dionyſii Lambini debetur, nam abſque illo foret, etiam nunc legeretur *Præterquam* pro *Præ quam*, ut adhuc alia exemplaria habuerunt.

Præ, quod.

Plaut. Sti. *Immò res omneis relictas habeo, præ quod tu velis.* ſ: Quiſnam.

Appen. Præ, *caſibus conjunctum, interdum cauſam, interdum comparationem ſignificat.*

Cic. Atti. *Quicquam tu illa putas fuiſſe de valetudine decreta municipiorum, præ his de victoria gratulationibus?* lib: 9. 5.

Ter. Heau. *Præ gaudio (ita me dii ament) ubi ſim neſcio,* act: 2. 2.

Ter Eunu. *Credo, ut fit, miſera præ amore excluſit hunc foras* act: 1. 2.

Plaut: Amphi: *Neque miſer me commovere poſſum præ formidine,* ſc. 1.

Cic. *Non tu quidem vacuus moleſtiis, ſed prę nobis beatus.* lib: 4. 4.

Pla: Epidi. *Atque me minoris facio prę illo* ſc: Cave

Cic: Pompeio. *Primum enim prę me tuli me nihil malle, quàm pacem.* lib: 8. 11. ad Attic.

Ter: Hec: *Cum te poſtputaſſe omnes res prę parente intelligo.* act: 3. 5.

Ter: Adel: *Omnia qui ſibi poſtputarit eſſe prę meo commodo.* act: 2. 3.

Cic: Atti: *Non medius fidius prę lachrymis poſſum reliqua, nec cogitare, nec ſcribere.* lib: 9. 10.

Cic: Atti: *Quem quanti facias, prę te ſoles ferre.* lib. 16. 15.

Colu: *A tergo potius, quàm prę ſe flumen habeat.* lib: 1. 5.

Catullus. *Dona ferunt prę ſe* ---- 62.

Plaut: Moſtel. *Video te nihili pendere, prę Philocrate, omnes homines.* ſc. Jampridem.

Plaut: Pœnu. *Trecentos nummos Philippos portat prę ſibi.* ſc: Jam iſtuc.

Præſtat, quàm.

Cic: *Huic enim populo ita fuerat ante vos conſules libertas inſita, ut emori potius, quàm ſervire prętaret.* In Piſonem.

Salluſt: *Nonnè emori per virtutem prętat, quam vitam miſeram per dedecus amittere?* In Conjurat.

Cæſar. *Poſtremò in acie prętare interfici, quàm non veterem belli gloriam libertatemque, quàm à majoribus acceperant, recuperare.* 7: de bello Gal:

Plaut: Bacchi. *Nimio prętat impendioſum te, quàm ingratum dicier,* ſc: Multimodis.

I. *App:* Præſtat, *cum dativo, idem quod Antecellit.*

Cic: *Hoc prętat amicitia propinquitati.* In Lælio.

Salluſt: *Omnes homines qui ſeſe ſtudent prętare cęteris animantibus.* In Conjurat. princ.

Ter: Eu: *Dii immortales! homini homo quid prętat?* act: 2. 2.

II. *Appen:* Præſtat, *cum ablativo.*

Cic: *Iis rebus prętabamus, quę non prodeunt in aciem: uſu autem armorum, & militum robore inferiores eramus.* lib. 6. 1.

Idem. *Quorum patres & majores aliqua gloria prętiterunt, ii ſtudent plerumque in eodem genere laudis excellere.* lib. 1. Offic.

III. *Appen:* Præſtat. *cum dativo, & ablativo.*

Cic: *Totidemque annis mihi ętate prętabat.* In Bruto.

Cic. *Mihi quidem videntur homines, cum multis rebus humiliores & inferiores ſint, hac re maximè beſtiis prętare, quòd loqui poſſint,* lib: 1. De Invent.

Cic: *Inventoribus ipſis ſuavitate & brevitate dicendi prętitit.* lib: 2. de Invent.

IV. *Appen:* Præſtat, *cum accuſativo & ablativo.*

Cæſar. *Bellovacos, qui belli gloria, Gallos omnes, Belgaſque prętabant.* 8. de bel. Gal.

Varro, *Immani numero annorum urbanos agricolæ præſtant,* De re Ruſt. lib. 3. princ.

Livius. *Ut nuntiaret domum, quantum Galli virtute ceteros mortales prętarent,* lib. 5.

Gellius. *Theophraſtus, & Menedemus ingeniis atque doctrinis ceteros prętabant,* lib: 13. c: 5.

Plaut. Sti. --- *nos inter alias prętitimus pulchritudine.* ſc: Fuit.

V. *Appen:* Præſtare, abſolutè poſitum.

Cato.

Cato *Eſt interdum prȩſtare, mercaturis rem quȩrere, ni tam periculoſum ſiet.* De reRuſt. Præfatio.

Admonitio.

Particula Præterea, eleganter admodum in poſteriori orationis parte eo modo collocatur, ut nomini antecedenti tanquam relativum reſpondeat. vide Ibi. Ubi. Eò. Quò.

Cic. *A me verò ſic diligitur, ut tibi uni concedam, prȩterea nemini,* lib: 4. 3.

Idem. *Philoſophi nobilis filius, quo nemo prȩterea magis feſtivus.* Philip. 5.

Idem. *Hunc unum ab hoſtibus metui, prȩterea neminem.* Pro lege Manil.

Idem. *Nam qui exules reſtituti? unum ajebat, prȩterea neminem.* Philip: 1.

Idem. *Illum neque urſi, neque levavi: teſtis vehemens fui, prȩterea quievi.* lib. 3. 9.

Cato. *Duas aut tres familias habeat, quibus det, prȩterea neminem,* c: 5,

Plaut: Capt: *Eum ſi reddis, prȩterea unum nummum ne duis.* ſc: Jam.

Præterquam.

Unica dictio, quæ requirit ſemper præcedentem caſum, eò quòd idem verbum ſubintelligitur, ut, Nemo id dixit, præterquam Cicero. Nullius id intereſt, præterquam patris.

Cic. *Nullum inſigne honoris, nullum monumentum, laudis poſtulo, prȩterquam hujus diei veſtram memoriam ſempiternam.* 3. In Catili.

Ter: And. --- *verbum ſi mihi*
Unum, prȩterquam quod te rogo faxis, cave. act. 4. 5

Cic. *A qua prȩterquam de ſue plena, quid unquam moniti ſumus?* lib. 2. de Divinat.

Plaut. Perſa. *Virgo atque mulier nulla erit, quin ſit mala,*
Quȩ prȩter ſapiet, quàm placet parentibus. ſc: Quæ res.

Idem Ruden. --- *edormiſcam hanc crapulam,*
Quam potavi, prȩter animi quàm libuit ſententiam, ſc: Quid iſtuc.

Præterquam, quòd, *id eſt*, Niſi quòd.

Marcus Cic: *Non faciam, neque quod diſpliceat, committam: prȩterquam quòd hominis mihi conjunctiſſimi ac viri ampliſſimi doleo gravem caſum*: lib. 11. 28.

Ter. Heaut. --- *Dum abs te abſum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leves,*
Prȩterquam tui carendum quòd erat, act: 2 3.

Præterquam quòd, tamen.

Cic. *Et prȩterquam quòd reip: conſulere debemus, tamen tuȩ dignitati ita favemus, ut.* lib. 10. 1.

Præterquam quòd, ceterum.

Cic: Quin. Fra. *Ego me in Cumano & Pompeiano prȩterquam quòd ſine te, ceterum ſatis commodè oblectaram.* lib. 2. 13.

Præterquam, etiam. *idem quod* Non modò, verùm etiam.

Livius. *Prȩterquam majeſtate petentium, religione etiam attoniti homines, patricios omnes creavere.*

Celſus. *Aqua verò frigida infuſa, preterquam capiti, etiam ſtomacho prodeſt.*

Præterquam quòd, etiam.

Livius. *Sed prȩterquam, quòd viribus creverat Romanus, ex occulto etiam additur dolus.* lib. 1. ab Urbe & lib. 8. princ.

Gellius. *Prȩterquam quȩ ſcripta in libris legi, hoc quoque veniſſe uſu Romȩ comperi.* lib: 3. c. 16.

Præterquam aliàs ſemper, tum verò. *vide* Aliàs.

Præterquam quòd, præterea.

Cic. Atti. *Saram autem præterquam quòd nefarium hominem cognovi, præterea in me contumacem,* lib. 15. 15.

Cic: *Præterquam quòd noſmetipſos diligamus: præterea &c,* lib. 5. De Finibus.

Idem. *Præter enim quàm quòd comitia illa eſſent armis geſta ſervilibus, præterea neque tributa capitis comitia rata eſſe poſſe, neque ulla privilegia,* 3. de legibus,

Præter, præterea.

Cic: Q. Fra. *Quare præter communem fidem, quæ omnibus debetur, præterea nos iſti hominum generi præcipuè debere videmur.* lib. 1. 1.

Præterquam quòd non, ne quidem.

Cic: *At id, præterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem poteſt.* lib: 2. de Divinat.

Præter, ſi.

Varro. *Quare ex terra potius in ſeminariis ſurculos de ficeto, quàm grana de fico expedit obruere, præter ſi aliter nequeas.* De re Ruſt. lib: 1. c. 41.

Præterquam, ſi.

Plinius. *Impenetrabilis, præterquam ſi humore madeat.*

deat, lib. 8. cap: 15.

Priuſquàm. *vide* Ante.

Cic: *Meque ſuſtinebam, ne ad te prius ipſe quid ſcriberem, quam aliquid accepiſſem.* lib. 9. 8. & lib. 4. 5. & 11.

Cæſar. *Hæc prius illi detrahenda auxilia exiſtimabat, quam ipſum bello laceſſendum.* 6. bel. Gal.

Virg: *At prius, ignotum ferro quam ſcindimus æquor,*
Ventos & varium cœli prædiſcere morem
Cura ſit. --- 1. Georg.

Ter: And: --- *more hominum evenit, ego ut quod ſum nactus mali*
Prius reſciſceres tu, quam ego, tibi quod evenit boni. --- ſc: Ult.

Cic: Att. *De malis noſtris prius audis tu, quam nos, iſtinc enim emanant.* lib: 7. 20.

Varro. *priores partes agit, quod utile eſt, quam quòd delectat*, De re Ruſt: lib: 1. 4.

Appendix. Antea, prius quam.

Corne: Nepos. *Atque antea quidem morbi diuturnitatem moleſtè ferebat, prius quam hoc ei accideret.* In vita Attici.

Tale puto eſſe & illud Virgilii quod ſubjicimus, ubi Interpretes alteram particularum redundare volunt.

Virg: *Sed mihi vel tellus optē prius ima dehiſcat, &c*
Antè pudor quam te violem, aut tua jura reſolvam. 4. æn.

Salluſt: *Ac prius, quam legiones ſcriberentur, multa antè capere, quæ bello uſui forent.* In Conjurat.

Paulus. *Ejus bona, qui ſibi mortem conſcivit, non ante ad fiſcum coguntur, quam prius conſtiterit, cujus criminis gratia manus ſibi intulerit.* l. In fraudem. 45. ff. de jure fiſci.

Primum, deinde.

Cic: *Omnis igitur hac in re adhibenda ratio, & diligentia eſt, primùm, ut monitio acerbitate, deinde objurgatio contumelia careat*, In Lælio.

Cic: Atti. *Primùm conſilium eſt ſuffocare urbem, & Italiam fame: deinde agros vaſtare, urere, pecuniis locupletum non abſtinere.* lib: 9. 7.

Cic. *Fundamenta juſtitiæ: primùm ut ne cui noceatur: deinde ut communi utilitati ſerviatur.* 1. Offic.

Salluſt *primò pecuniæ, deinde imperii cupido crevit.* In conjurat.

Primùm, deinde etiam.

Cic: *primùm, ut ipſe tu tuique omnes, deinde etiam, ut reliqui ſcire poſſint, me tibi eſſe amiciſſimū.* l. 3. 5

Idem. *Dolabellam à te gaudeò primùm laudari, deinde etiam amari.* lib: 2. 15.

Idem. *Tantum autem cuique tribuendum primùm, quantum ipſe efficere poſſit, deinde etiam quantum ille, quem diligas, atque adjuves, ſuſtinere.* In Lælio.

Primùm, inde.

Cœlius Cic: *Curionem video ſe dupliciter jactaturum, primùm ut aliquid Cæſari adimat; inde ut aliquid Pompeio tribuat, quodvis quamlibet tenue munuſculum.* lib. 8. 8.

Primùm, deinde.

Cic: Atti: *Reſcripſi ſcilicet primùm, me jam profectum, ut non integrum ſit, dein ἀτοπώτατον eſſe me, qui Romam omnino poſt hęc arma non acceſſerim.* lib. 15. 26. id eſt, abſurdiſſimum.

Primùm, dehinc.

Salluſt: *Primùm, quòd facta dictis ſunt exæquanda: dehinc, quia plerique, quæ dicta reprehenderis, malevolentia, & invidia dicta putant.* In Conjur.

Salluſt. *Primò induſtrios, ſupplices, modicos eſſe, dehinc per ignaviam, & ſuperbiam ætatem agere.* Jugurt.

Proper. *Sic primò juvenes trepidant in amore feroces,*
Dehinc domiti, poſthæc æqua, & iniqua ferunt. lib. 2. 3.

Primùm, mox etiam.

Horat: ---- *adſpice primum*
Quanto cum faſtu, quanto molimine circum
Spectemus vacuam Romanis vatibus ædem.
Mox etiam, ſi forte vacas, ſequere. ---- lib: 2. epiſt: 2.

Tibul. *Et primùm annoſo ſpargant collecta Lyæo,*
Mox etiam niveo fundere lacte parent. lib. 3. 2.

Primum, poſt.

Cic. *Videtis in tabella, jam antè quanta ſit facta labes, primò, Gabinia lege biennio antè, poſt Caſſia.* In Lælio.

Idem. *Primùm reditus interceſſerat in gratiam per Pompeium, poſt autem Cæſaris, ut illum defenderem, mira contentio eſt conſecuta.* lib: 1. 9.

Salluſt. *Hæc prius paullatim creſcere interdum vin-*

vindicari, poſt, ubi contagio quaſi peſtilentia invaſit, civitas immutata. In Conjurat.

Cæſar. *Datur petentibus venia, diſuadente primò Vercingetorige, poſt concedente.* 7. de bello Gal.

Ter. Heau. -- *quod cœpi primum enarrem Clitipho, Poſt iſtuc veniam* ---- act. 2. 2.

Plaut. Amph. *Nunc quam rem oratum huc veni, primum proloquar, Poſt, &c.* Prologo.

Primùm, poſtilla.

Plaut. Caſi. *Primum omnium huic lucebis novæ nuptæ facem,*
Poſtilla, ut ſemper improbus, nihilque ſis. ſc. 1.

Prius, poſt.

Horat. *Format. n. natura prius nos intus ad omnem*
Fortunarum habitum: -----
Poſt effert animi motus, interprete lingua. In Art.

Prius, nunc.

Plaut. Trinum. *Prius non is eras, qui eras, nunc is factus, qui tum non eras.* ſc. Huic.

Prius, poſtea.

Ter. Eunu. ---- *hos prius indroducam, & quæ volo*
Simul imperabo; poſteà continuò exeo. act. 3. 2.

Primùm, poſt hæc.

Ter. Adel. --- *capite primùm in terram ſtatuerem, &c. poſt hæc præcipitem darem.* ac. 3. 2.

Primùm, tum.

Cic. *Par eſt autem, primùm ipſum eſſe virum bonum, tum alterum ſimilem ſui quærere.* In Lælio.

Idem. *Te valere tua cauſa primùm volo, tum mea mi Tyro.* lib. 16. 5.

Primùm, tum autem.

Ter. Adel. *Seni animam primùm extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus:*
Tum autem Syrum impulſorem: vah, quibus illum lacerarem modis. act. 3. 2.

Primùm, tum præterea.

Ter. Adel. *Primùm indotata eſt, tum præterea, quæ ſecunda ei dos erat,*
Periit. act. 3.

Primus, tum.

Virg. *Filia prima manu flavos Lavinia crines,*
Et roſeas laniata genas; tum cœtera circum
Turba furit. -- lib. 12. æn.

Proper. *Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis, Contactum nullis antè cupidinibus:*
Tùm mihi conſtantis dejecit lumina faſtus. lib. 1. 1

Primùm, tunc.

Horat. ---- *ſi vis me flere, dolendum eſt*
Primùm ipſi tibi; tunc tua me in fortunia lædent. In Arte.

Primùm, ubi.

Cato. *Ubi ocinum tempeſtivū erit, dato primùm.* c. 54

Primùm, iterum, tertium. *vide* Iterum.

Primùm, abſolutè poſitum.

Cic. *Primùm ipſas ego muſas nunquam tanti putaſſem.* lib. 7. 23. & ibi Manut.

Cic. *Primùm tibi, ut debeo, gratulor.* lib. 2. 9.

Cic. Atti. *Quòd ſcribis Terentiam de obſignatoribus mei teſtamenti loqui: primùm tibi perſuade, me iſtæc non curare.* lib. 12. 18.

Alfenus *Neque omnimodo culpam eſſe, quod uni reddidiſſet ex frumento: quoniam alicui primùm reddere eum neceſſe fuiſſet, tametſi meliorem ejus conditionem faceret, quàm cæterorum.* l. in Navem. 31. ff. loc. cond.

Primùm, deinde, tertium.

Cic. *In omni autem actione ſuſcipienda, tria ſunt tenenda. Primùm ut appetitus rationi pareat. Deinde, ut animadvertatur, quanta illa res ſit, quam efficere velimus. Tertium eſt, ut caveamus, ut ea quæ pertinent ad liberalem ſpeciem, & dignitatem, moderanda ſint.* 1. Offi.

Primùm, tum, poſt.

Cic. *Primùm igitur eſt de honeſto, ſed dupliciter, tum pari ratione de utili, poſt de comparatione eorum diſſerendum.* 1. Offic.

Primus, ſecundus, tertius.

Cic. *Cum ſententia prima Bibuli pronunciata eſſet, ut tres legati regem reducerent; ſecunda Hortenſii, ut tu ſine exercitu reduceres, tertia Volcatii, ut Pompejus reduceret.* lib. 1. 1.

Primus, proximus, deinde.

Cic: *Prima ſocietas in conjugio eſt, proxima in liberis, deinde una domus, communia omnia.* 1. Offic.

Primum, deinde, præterea.

Cic. *Primùm neque magnas copias, neque bellicoſas: deinde extra ducem, paucoſq; præterea.* lib. 7. 3.

Primùm, dein, inde.

Propertius, lib. 3. eleg: 9.

Primùm, tum, deinde.

Cic. *Quæ primùm benè parta ſit nullo neque turpi quæſtu, neque odioſo: tum quàm plurimis modò*

dignis, ſe utilem præbeat: Deinde augeatur ratione, diligentia parſimonia: nec libidini potius, luxuriæque quàm liberalitati, & beneficentiæ pateat. lib:1. Offic.

Primùm, deinde, poſtremò.

Cic: *Talem igitur te eſſe oportet, qui primùm te ab impiorum civium, tui diſſimillimorum, ſocietate ſejungas; deinde, te ſenatui, boniſque omnibus auctorem, principem, ducem præbeas; poſtremò, ut pacem eſſe judices non in armis poſitis ſed in abjecto armorum, & ſervitutis metu.* lib: 10. 6.

Cic: Attic. *Primùm otium Parthicum, deinde confectæ pactiones publicanorum, poſtremò ſeditio militum ſedata ab Appio* lib: 5 14.

Primùm, deinde, noviſſimè.

Plancus Cic: *Sed primùm, quòd ita meritos judicabam; deinde, quòd ad omnes caſus conjunctiores reip: eſſe volebam; noviſſimè, ut ab omni omnium ſollicitatione adverſos eos, tales vobis præſtare poſſem, quales adhuc fuerunt.* libr: 10. 24.

Primùm, deinde, tum, poſtremò.

Cic. *Primùm, ut te, quem jam diu plurimi facio tanto intervallo viderem: deinde, ut tibi, quod feci per litteras, poſſem præſens gratulari: tum, ut quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis, inter nos communicaremus: poſtremò, ut amicitia noſtra, quæ ſummis officiis ab utroque culta eſt, ſed longis intervallis temporum interruptam conſuetudinem habuit, confirmaretur vehementius.* lib: 15. 14. & lib: 7. 2. Itidem 3. de natura deorum.

Cic: Q: Fra: *Hæc genera tollantur epiſtolarum, primùm iniquarum, deinde contrariarum, tum abſurde, & inuſitatè ſcriptarum, poſtremò in aliquem contumelioſarum.* lib. 1. 2.

Primùm, tum, deinde, poſt, tum, deinde.

Cic. *Et ipſa caritas generis humani: quæ nata à primo ſatu, quo à procreatoribus nati diligantur, & tota domus conjugio & ſtirpe conjungitur, ſerpit ſenſim foras, cognationibus primùm; tum affinitatibus, deinde amicitiis, poſt vicinitatibus, tum civibus & iis, qui publice ſocii, atque amici ſunt, deinde totius complexu gentis humanæ* 5 De finibus.

Primùm, deinde, deinde.

Ad Heren. *Primùm igitur vocabuli ſententia breviter, & ad utilitatem cauſæ accommodata deſcribetur, deinde factum noſtrum cum verbi deſcriptione conjungetur. Deinde contrariæ deſcriptionis ratio refelletur.* lib: 2.

Primùm, deinde, deinde, deinde.

Ad Heren. *Primùm quæri conveniet, utrum fuerit utilius ex contentione; deinde oportebit quæri, ipſumne oportuerit judicare; deinde interponetur ab accuſatore ſuſpicio; deinde quæretur potueritne vitari.* lib: 2.

Primùm, deinde, deinde, deinde, deinde.

Ad Heren. lib: 2.

I. Appen: Deinde, poſt, deinde.

Cic: *Nam ut aliquid ante rem dicamus, deinde ut rem exponamus, poſt, ut eam probemus, noſtris præſidiis confirmandis, contrariis refutandis, deinde ut concludamus, atque ita peroremus; hoc dicendi genus natura ipſa præſcribit.* lib: 2. de Oratore.

II. Appen: Deinde, poſt, tum, ad extremum.

Cic. *Deinde quinque faciunt quaſi membra eloquentiæ, invenire, quid dicas; inventa diſponere: deinde ornare verbis; poſt memoriæ mandare, tum ad extremum agere, ac pronunciare.* l. 2. de Oratore.

III. Appen: Primum, deinde, poſt, tum ad extremum.

Cic. In Oratore.

IV Appen: Diu, poſtea, ad extremum.

Cic: Atti: *Sed cum diu occultè ſuſpiraſſent, poſteà jam gemere, ad extremum verò loqui omnes, & clamare cœperunt.* lib: 2. 21.

V. Appen: Maximus, proximus.

Cic: *Maximam vim natura habet, fortuna proximam.* 1. Offic:

VI. Appen. Optimus, proximus, tertius.

Plinius. *Aſarum optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico.* lib:12. c:13.

VII Appen: Princeps, proximus, deinceps.

Cic: *Sed ſi contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum ſit officii principes ſint patria, & parentes, quorum beneficiis maximis obligati ſumus: proximi liberi, totaque domus quę ſpectat in nos ſolos, neque aliud ullum poteſt habere perfugium: deinceps bene convenientes propinqui.* lib: 1. Offic.

VIII. Appen: Summus, proximus, tertius.

Cic. *Summa neceſſitudo honeſtatis, huic proxima incolumitatis, tertia & leviſſima commoditatis.* lib: 2. de Inventione.

IX. *Ap-*

IX. *Appen:* Proximus, Superior, primus.
Sed hæc ad præterita referri tantum poſſunt, retro numerando.

Cic: *Eſt enim obſcurum proximis Cenſoribus hunc cum clariſſimo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuiſſe: ſuperioribus cum eodem Quæſtore fuiſſe in Aſia: primis, Julio & Craſſo nullam populi partem eſſe cenſam.* Pro Archia poëta.

X *Appen:* Proximus, alter, tertius.

Cic: In Orationibus.

XI. *Appen:* Primum: deinde, denique, deinde, deinde, poſtea, deinde poſtremò.

Cic. Lib. 1. de Inventione.

XII. *Appen:* Unus, alter. *vide*, Unus.

XIII. *Appen:* Unus, deinde.

Cic. *Duæ cauſæ acceſſerunt, quæ meam in illum benevolentiam augerent: una quòd verſabatur in hoc ſtudio noſtro. Deinde quod maturè ſe contulit in ſocietates publicanorum.* lib. 13. 10.

XIV. *Appen:* Alter tertius.

Varro. *Sic intervallo interpoſito, alterum & tertium ordinem infra faciunt.* lib. 3. c. 16.

XV. *Appen:* Unus, alter, tertius.

Ad Heren. *Unam gravem, alteram mediocrem, tertiam extenuatam vocamus.* lib: 4.

Cic. Atti. *Accepi tuas tres jam epiſtolas. Unam à M. Cornelio, alteram, quam mihi Canuſinus tuus hoſpes reddidit, tertiam, quam, ut ſcribis, anchoris ſolutis de faſelo dediſti.* lib. 1. 11.

XVI *Appen:* Unus, alter, tertius, quartus.

Varro. *Earum tutelarum genera quatuor, unum navale, alterum agreſte, tertium militare, quartum fabrile.* lib. 1. c. 14. & c. 8.

Prior, alter.

Cic. *Variè ſum affectus tuis litteris, valde priore pagina perturbatus, paulum altera recreatus.* l. 16. 6.

Procul, à.

Cic. *Sciret non procul à ſuis finibus exercitum populi Rom. eſſe.* lib. 15. 2.

Salluſt. *Quippe fœdum hominem à Reip. procul eſſe volebat.* In Conjurat.

Salluſt. *Et mihi reliquam ætatem à Reip. procul habendam decrevi.* In Conjurat.

Cæſar. *Poſtero die, procul à caſtris hoſtes in collibus conſtiterunt.* 5. De bel. Gal.

Colu. *Procul à veritate abeſſe certum habeo.* Præfat.

Livius. *Increpabant inclementem Dictatorem, nec procul ſeditione aberant.* Dec. 1. lib. 8. princ.

Procul è.

Plaut. Perſa. *Age, illuc abſcede procul è conſpectu, --- ſc. poſtquam.*

Procul ab.

Cic. *Procul abſum ab re ipſa, & locis* lib. 3. 5.

Idem. *Quæ ſit mundi forma, Quæ ſolis magnitudo. Quas quæſtiones, procul ab oratoris officio remotas, omnes intelligere exiſtimamus.* 1. de Inventione princ.

Appen: Procul *interdum fit Præpoſitio jungiturque accuſativo, & ablativo.*

Cic. *Nam multi ſuam rem benè geſſere, & publicam patria procul.* lib. 7. 6.

Q. Curtius. *Procul urbem.*

Livius. *Tumulo haud procul hoſtium caſtris capto.* Dec. 5. lib. 4. princ.

Virg. --- *Procul, ò procul eſte profani.* 6. æn.

Proinde ac, ac ſi, *vide* Perinde. Pro, ut.

Cæſar. *Prout cujuſque eorum, qui negotiis præerant, aut natura, aut ſtudium ferebat, hæc ad Pompejum omnia detulerunt* 3. de bello civili.

Cic. Atti. *Tuas litteras, pro ut res poſtulat, exſpecto.* lib: 11. 6.

Cic. *Prout Thermitani hominũ facultates ferebant.* In Verrem.

Idem. *Signiferi orbis unaquæque pars monet, cælum, pro ut quæque ſtellæ in his finitimiſque partibus ſunt quoque tempore.* De divinat.

Ulpian: *Pro ut quæque res erit, animadvertam.* l. Item 15. §. 20. ff. De Injuriis.

Ulpia. *In rem autem verſum videtur, pro ut aliquid verſum eſt.* l. Si pro. 10. ff. de in rem verſo.

Pro ut, ita.

Ulpian. *Si ſervi quaſi ſceleris participes in ſe torquerantur, deque domino aliquid fuerint confeſſi apud judicem: pro ut cauſa exegerit, ita pronuntiare eum debere Divus Trajanus reſcripſit.* l. 1. ff. de quæſt.

Pomponius. *Prout quidque contractum eſt, ita & ſolvi debet.* l. prout. 8. ff. de ſolut.

Pro eo, ac.

Sulpitius Cic. *Poſteaquam mihi renuntiatum eſt de obitu Tulliæ filiæ tuæ ſane quàm pro eo ac debui, graviter moleſteque tuli.* lib. 4. 5.

Cic: *Primum debeo ſperare, Deos omnes, qui huic urbi præſident, pro eo mihi ac mereor, relaturos eſſe gratiam.* 4 in Catilinam.

Pro eo, ac ſi.

Cic: *Si tacebitur: aut elicienda reſponſio eſt: aut quoniam taciturnitas imitatur confeſſionem; pro eo, ac ſi conſeſſum ſit, concludere oportebit argumentationem.* lib. 1. de Invent.

Tryphonius. *Cetera quæ in jure ſunt, poſtea quàm poſtliminio redit, pro eo habentur, ac ſi nunquam iſte hoſtium potius fuiſſet.* l. in bello 12. ff. De captivis & poſtlimi.

Paulus. *Quod creditor egit, pro eo habendum eſt, ac ſi debitor per procuratorem egiſſet.* l. Si pignori. 29. ff. de famil. erciſ.

Idem. *Pro eo erit, ac ſi hypothecaria, vel ſerviana actione petita litis æſtimatio oblata ſit.* Ibidem.

Pro eo, atque ſi.

Ulpian. *Quicquid autem ante remiſſionem fit, vel illud quod loco remiſſionis habetur, pro eo habendum eſt, atque ſi nullo jure factum eſſet.* l. Prætor 20. ff. de operis no nunt.

Ulpian. *Si quis ex teſtibus nomen ſuum non adſcripſerit, veruntamen ſignaverit; pro eo eſt, atque ſi adhibitus non eſſet.* l. Ad teſtum. 21. ff. qui teſt. face. poſ.

Pro eo, quaſi.

Paulus. *Quod pendet, non eſt pro eo, quaſi ſit.* l. Is damnum 169. ff. de diver. reg. Juris.

Gellius *Sed pro eo à pleriſque nunc adituus dicitur, nova & commentitia uſurpatione, quaſi à tuendis ædibus appellatus.* lib: 12. c. 10.

Pro eo, ut.

Cic. *Tamen pro eo, ut temporis difficultas, aratorumque penuria tulit.* 3. In Verrem.

Livius. *Poſtquam pro eo ut ipſi ex alieno agro raperent, agerentque, ſuas terras ſedem belli eſſe, premique utriuſque partis exercituum viderent hybernis, verterunt retro ad Annibilem ab Romanis odia.* dec. 3. lib. 2. princ.

Pro eo, quòd.

Cic: *Vereor ne parum tibi, pro eo, quòd à te habeo, reddiderim.* Pro Plancio.

Idem. *Si pro magnitudine injuriæ, proque eo, quòd ſumma Reip. in hujus periculo tentatur, hæc omnes vindicarent, conſiſtere me herculè vobis iſto in loco non liceret.* Pro Roſc. Amerino.

Idem. *Avitus cum ſe ab omni ejuſmodi negotio removiſſet, tamen pro loco, pro antiquitate generis ſui, pro eo, quod ſe non ſuis ſolum commodis, ſed etiam ſuorum municipiorum natum arbitrabatur, deeſſe noluit.* Pro Cluentio.

Idem. *Cum Annibal Karthagine expulſus Epheſum ad Antiochum veniſſet exul proque eo quòd ejus nomen erat magna apud omnes gloria, invitatus eſſet ab hoſpitibus ſuis ut eum quem dixi, ſi vellet, audiret.* lib. 2. de Oratore.

Pro eo, quantum.

Cic. *Equidem pro eo, quanti te facio, quicquid feceris approbabo.* lib. 3. 3.

Cic. *Ea, pro eo, quantum in quibuſque ſit ponderis, æſtimanda ſunt.* De finibus.

Pro eo, abſolutè poſitum.

Cic. *Quod erit hujuſmodo, ut ſi à Cæſare, quod ſperamus, impetravimus, tuo beneficio nos id conſecutos eſſe judicemus, ſin minus, pro eo tamen id habeamus: quando à te data ſit opera, ut impetraremus.* Lib. 14. 7.

Proinde. *vide* Perinde.

Pro majore parte, quàm pro qua.

Paulus. *Sed non eſſe æquum pro majore parte, quam pro qua dominus eſt, damnationem fieri, Pedius ait.* l. 16. ff. De injuriis.

Prope eſt, ut *pro quo vulgo* Ferè.

Livius. *Appius vicit, ac prope fuit, ut dictator ille idem crearetur.* dec. 1. lib. 2.

Livius. *Jam prope erat, in ſummum clivi jugum evaderent.* libro eodem extremo.

Papinianus. *Et quod ab alio nomine ipſius eo præſente datur; prope eſt, ut ab ipſo datum intelligatur.* l. quod ſtatu. lib. 41. ff. de mor. cau donat.

Arrius Menan. *Prope eſt, ut adfirmationi ejus credatur.* l. Non omnes, ff. de re militari.

African. *Alioquin prope erit, ut etiamſi eum ſervum, in quo uſus fructus alienus eſt, mihi ſolveris: iſq; uſufructu manente deceſſerit: ea ſolutione liberatus videaris. quod nullo modo probandum eſt.* l. cum quis, 38. ff: de ſolut. & liberat.

Plaut. Mili. ---- *propius fuit,*
Quàm ut perirem, ſi locutus fuiſſem hero? ---- ſc. Inde ignem.

Gellius. *In jure ſtans, clare nimis, ac ſonorè obſcitavit:*

vit, atque inibi prope ut pleɛteretur, fuit; tanquam illud judicium vagi animi foret. lib. 1. c. 10.

Marcel. *Prope eſt, ut nondum debeat præſtari fidei commiſſum.* l: 9. ff: De fidei com. libertat.

Quintil. *Cætera partes loquentem adjuvant, manus (prope eſt ut dicam) ipſa loquuntur.* lib: 11. 3.

Prope eſt, ut ne quidem.

Livius. *Jam prope erat, ut ne conſulum quidem majeſtas coerceret iras hominum.* dec. 1. lib. 2.

I. *Appen:* Propius accedit, ut: quàm ut.

Varro. *Propius accedit, ut non ſit macra, quàm ut ſit jejuna.* De re Ruſt: lib. 1. 9.

Idem. *In ſuillo pecore tamen ſunt, quæ ſe vindicent ſues, verres, majales, ſcrofa. propè enim hæc apris, qui in ſilvis ſæpè dentibus canes occiderunt.* l. 2. 9.

Id. *Cibatur canis propior hominis, quàm ovis.* l. 2. 9.

II. *Appen:* Nihil propius eſt factum, quàm ut.

Cic: Q. Fra. *Propius nihil eſt factum, quàm ut occideretur.* lib. 1. 2.

Cic: *Neque quicquam propius eſt factum, quàm ut illud Uticenſe exemplum de Hadriano transferretur Syracuſas.* lib: 5. In Verrem.

Prope eſt, quando.

Plaut. Menæch. *Metuam ego haud multum quidem prope eſt, quando*
Herus, ut quod ſtrenuè faciam, precium exſolvet.
ſc. Spectamen.

Prope eſt factum, ut.

Livius. *Prope eſt factum, ut injuſſu Prætoris ſignis convulſis, in aciem exirent.* l: 5. De bello Puni.

Prope adeſt, cùm.

Ter. And. *Prope adeſt, cùm alieno more vivendum eſt mihi.* ſc. 1.

Prope adeſt, ut.

Plaut. Aulu. *Nam probrum, atque partitudo prope adeſt, ut fiat palam.* ſc. Ubi tu.

Appen: Jam adeſt, cùm.

Ter. Hec. *---- at pol jam aderit, cùm ſe quoque oderit.* act. 4. 1.

Appen: Propè, abſolutè poſitum.

Plaut. Perſa. *Perii, perculit me propè ----* ſc. Qui ſunt.

Ter. Heaut. *Ejus filiam ille amare cœpit perditè, Propè jam ut pro uxore haberet.* act. 1. 1.

Cic: *Liberatus moleſtia prope dicam, non minore, quàm Quinctius.* Pro Quintio.

Proximè, atque. *comparationem denotat.*

Cic: *Non poſſum non, aut proximè, atque ille, aut etiam æquè laborare* lib. 9. 13.

Propter, *ſignificatione cauſali.*

I. *Appen:* Non propter, ſed quia.

Cic. *Qui legibus quidem non propter metum paret, ſed eas ſequitur atque colit, quia id ſalutare maxime eſſe judicat.* In Paradox.

II. *Appen:* Non propter, ſed propter.

Cic. *Non propter ſuam vim & naturam, ſed propter fructum.* lib. 2. De Invent.

Idem. *Leges nobis caras eſſe, non propter litteras, quæ tenues & obſcuræ notæ ſunt voluntatis, ſed propter earum rerum, quibus de rebus ſcriptum eſt, utilitatem.* lib: eodem.

III. *Appen:* Et propter, & propter.

Varro. *Putant oves aſſumptas, & propter utilitatem, & propter placiditatem.* lib. 2. 1.

IV. *Appen:* Propter eas cauſas, & quod.

Varro. *Et propter eas cauſas, & quòd areſcant.* De re ruſt. lib. 1. 12.

App: { Cùm propter, tum propter. / Cùm propter, tum quòd. / Cùm aliis de cauſſis, tum ut. } *vide* Cum

App: { Non tam cauſa, quàm ut. / Non tã propter, quàm propter / Non tam ut, quàm ut ne. } *vide* Tã

Propterea, quod.

Cic: *Idibus Ianu. in ſenatu nihil eſt confectum; propterea, quòd dies magna ex parte conſumptus eſt altercatione.* lib. 1. 2

Idem. *Propterea quòd nullam rem gravius jam diu tuli.* lib: 5. 18.

Idem. *Nec ex eo amor inter nos natus eſt; ſed quòd erat vetus & magnus, propterea nullum periculum pro me adire dubitavis.* lib: 12. 29.

Ter. And. *Eg vitam Deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,*
Quòd voluptates eorum propriæ ſunt. --- act. 5. 5

Propterea, quia.

Sulpitius Cic. *Propterea, quia per quos id fieri debet propinquos, ac familiares, ipſi pari moleſtia afficiuntur.* lib. 4. 5.

Aſinius Pollio Cic. *Propterea, quia frumenta aut*

in agris aut in villis ſunt. lib: 10. 33.

Plaut. Menæch. *Propterea illius nomen memini facilius,*
Quia illum clamore vidi flagitarier. Prologo. & ſc. Nulla.

Plaut. Ali. *Propterea, huc quia habebas iter.* ---- ſc. Ut demonſtratæ.

Plaut. Moſtel. --- *illum prodire pudet in conſpectum tuum*
Propterea, quæ fecit, quia te ſcire ſcit. ſc. Ultima.

Appen: Ea propter, quia.

Ulpian. *Non daremus ſocio actionem ea propter quia & ipſe injuriarum actione tenetur.* l. Sed ſi. 17. § 7. ff. de injuriis.

Propterea, quoniam.

Gellius. *Si quis autem eſt, qui propterea putet probabilius eſſe, quod dixit Tiro quoniam prima ſyllaba in lictore, ſicuti in licio producta eſt.* li. 12. c. 3.

Propterea, ut.

Cic: *Propterea ſcripſi, ut me non ſine cauſa laborare intelligeres.* lib. 13. 6.

Idem. *Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, cum de ſe eadem dicerem, ignoſceret.* Pro Ligario.

Cic: Atti. *Propterea volo divulgari ab tuis, ut ex iſtorum vituperatione ſit illius major laudatio.* li. 12. 43.

Cic: Q. Fra. *Appium propterea iſſe ad Cæſarem, ut aliquem tribunatum auferret.* lib. 2. 14.

Plaut: Bacch. --- *nam propterea te volo*
Scribere, ut pater cognoſcat litteras, quando legat. ſc. Hunc.

I. *Appen.* Non propterea ut, ſed ut.

Ter. Hec. *Ita me dii benè ament, haud propterea te rogo, ut.*
Hoc proferam ſed tacita ut mecum gaudeam. ac. 1. 2

II. *Appen.* Aut propterea, quòd: aut quòd.

Varro. *Promunt condita, aut propterea, quòd ſint tuenda, aut quòd utenda, aut quod vendenda.* De re Ruſt. lib. 1. c. 62.

Quà, eà.

Livius. *Quà ſigna ferri videbant, eà robore virorum oppoſito ſcandere hoſtem ſinunt.* Dec. 1. lib. 5.

Qualis, ſimilis.

Hirtius. *Qualem te gentibus præſtitiſti, ſimilem in civium deditione præſtes.* 1. De bel. Hiſp.

Qualis, talis.

Cic: *Quales in Repub. principes eſſent, tales reliquos ſolere eſſe cives.* lib. 1. 9.

Cic. *Qualis cujuſque animi affectus eſſet, talem eſſe hominem Socrates dicebat: qualis autem homo ipſe eſſet, talem ejus eſſe orationem: orationi autem facta ſimillima, factis vitam.* 5. Tuſcu.

Quàm, tam. *vide* Tam.

Plaut: Capt. *Quàm tu filium tuum, tam pater me meus deſiderat.* ſc. Jam ego.

Hirtius. *Quàm facile ſubierant iniquum locum, tam celeriter gradu pulſæ.* de bel. Alexand.

Livius. *Mors quàm matura, tam acerba M. Furii.* Dec. 1. lib. 7.

Quamdiu, tamdiu. *vide* Tam. Quando, tum.

Plaut. Sti. *Quando adhibero, alludiabo, tum ſum ridiculiſſimus.* ſc. Quiſnam.

Plaut. Menæch. ---- *at tu quando habebis, tum dato.* ſc. Menæchme.

Plaut: Menæch. *Ubi ſatur ſum, nulla crepitant, eſurio, tum crepant.* ſc. Edepol.

Idem Trinum. *Cum inopia eſt, cupias: quando ejus copia eſt, tum non velis.* ſc. Sta.

Quando extempló.

Plaut. Bacch. *Adambulabo ad oſtium, ut quando exeat,* (Inſanum.
Extemplò advenienti tabellas dem in manum. ſc.

Quanquam, tamen. *vide* etſi.

Cic. *Sed quanquam utilitates multæ, & magnæ conſecutæ ſunt, non ſunt tamen ab earum ſpe cauſæ diligendi profectæ.* In Lælio.

Idem. *Quæ quanquam erant mihi propter rei familiaris naufragia neceſſaria, tamen à me minimi putabantur.* lib. 1. 9.

Cic: *Ad me autem litteras, quas miſiſti, quanquam exiguam ſignificationem tuæ erga me voluntatis habebant: tamen mihi ſcito jocundas fuiſſe.* l. 5. 7.

Idem. *Hoc magis ſum Publio deditus, quòd me quanquam à pueritia ſua ſemper, tamen hoc tempore maximè, ſicut alterum parentem, & obſervat, & diligit.* lib: 5. 8.

Cic: *Num jus civile veſtrum ex libris cognoſci poteſt? qui quanquam plurimi ſunt, doctorem tamen, lumenque deſiderant.* lib: 7. 19.

Cic. *Attamen quanquam videre te tota cogitatione cupio, tamen te penitus rogo, ne te tam longæ navigationi,*

gationi & viæ per hiemem, niſi benè firmum commiſtas. lib: 16. 8.

Cic. Q. Fra. *Quanquam te ipſum ſcilicet maximè, tamen etiam litteras tuas exſpecto* lib: 2 5.

Plaut. Aſi. ----*quanquam ego ſum ſordidatus, Frugi tamen ſum, nec poteſt peculium enumerari.* ſc. Quid hoc.

Appendix.

Hac particula Quanquam, ut quæ ejuſdem ſignificationis ſit cum Etſi, in principio quoque epiſtolarum Ciceronem uſum eſſe obſervavimus, quod teſtantur, in Familiaribus.

libro {2, 5, 10, 13} epiſtola {1, 13, 19, 9.}

Quanquam, tamen nihilo minus.

Cic. *Quanquam enim nulla me ipſum privatim perculit inſignis injuria, tamen nihilominus eis conficior curis.* lib: 4. 13.

Tryphonius. *Quanquam ego moram fecero, quo minus interdicto te convenirem: ſubtractis tamen mortalitate ſervis aut pecoribus, aliiſve rebus caſu intercidentibus, tuum tamen onus nihilominus in eis reſtituendis eſſe.* l. penult. ff. De vi. & de vi armata.

Quanquam, nihilo magis.

Plaut. Cauſi. -- *at quanquam unicus eſt, Nihilo magis unicus eſt ille mihi filius, quàm ego illi pater.* ſc. Omnibus.

Quanquam, at.

Plaut. Tru. *Quanquam hic horridus eſt, quanquam hic qualidus eſt, at eſt bellus mihi.* ſc. ult.

Quanquam, attamen.

Ulpian. *Et quanquam ſint de his facinoribus etiam criminum executiones, attamen rectè prætor fecit, qui forenſes quoque actiones criminibus iſtis præpoſuit.* l. 1. ff. De incendio, ruin. naufra.

Ovid. *Et quanquam ſerò clypeum poſt vulnera ſumo, Attamen hanc odiis exonerate fugam.* 1. triſt. 3.

Quanquam, ſed.

Cic. *Quanquam egregios conſules habemus, ſed turpiſſimos conſulares, ſenatum fortem, ſed infimo quemque honore fortiſſimum.* lib: 12. 4.

Cic. *Quanquam à te quidem cumulatè ſatisfit & mihi, & meis omnibus ſed velim ſic exiſtimes, hanc familiam, & hos mihi maximè eſſe conjunctos vetuſtate.* lib: 13. 32.

Cic: Atti: *Quanquam ipſum non videram, ſed ex familiariſſimo ejus audiebam.* lib: 10. 10.

Quanquam, ſed tamen.

Cic. *Quanquam ſunt omnes virtutes æquales, & pares: ſed tamen eſt ſpecies alia, magis alia formoſa, & illuſtris.* lib: 3. de Oratore.

Quanquam, ſed certè.

Cic. *Quanquam tua quidem cauſa, &c. ut debeo lætor: ſed certè qui tibi ex me fructus debentur, eos uberiores, & præſtantiores præſens capere potuiſſes.* lib: 1. 9.

Quanquam, verùm.

Ulpian. *Quanquam adverſus patronum liberto injuriarum actio non detur: verùm maritò libertæ nomine cum patrono actio competit.* l. Non ſolum 11. ff. De injuriis.

Quanquam, veruntamen.

Cic: *Puto autem mea nonnihil intereſſe, quanquam id ipſum, quid interſit, non ſanè intelligo, veruntamen, quicquid illinc nuntiatum ſit, non longè abeſſe à conſiliis amicorum* lib: 5. 21.

Cic. Att. *Quanquam quid ad me? verumtamen:* lib: 12. 17. Itidem. lib. 16. 3.

Ter. Eunu. *Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri poſſe maxime: veruntamen
Potius, quàm te inimicum habeam, faciam, ut juſſeris.* act. 1. 2.

Appen: Quanquam, abſolutè poſitum.

Cic. *Quanquam ille quidem nihil difficilius eſſe dicebat, quàm amicitiam uſque ad extremum vitæ diem permanere.* In Lælio.

Idem. *Quanquam tuis monitis præceptiſque omnis eſt abjiciendus dolor.* lib: 5. 13.

Idem. *Si licebit, more noſtro tuebimur, quanquam admodum ſumus jam defatigati.* lib: 12. 25.

Cic. *Quanquam quis, qui aliquid ſapiat, nunc beatus eſſe poteſt?* lib: 7. 28.

Plaut. Trinum. ---- *apage te
Amor, non places, nihil te utor. quanquam illud eſt dulce: eſſe, & bibere.* ſc. multas.

Hor. *Quanquã feſtinas, non eſt mora longa.* l: 1. od. 28

Quamvis, tamen.

Cic. *Qui ſi me audiſſent, quamvis iniqua pace, honeſtè*

neſtè tamen viverent. lib. 7. 3.

Cic: *Quamvis enim hæc ſint miſera quæ ſunt miſerrima : tamen artes noſtræ, neſcio quo modo, nunc uberiores fructus ferre videntur.* lib. 9. 3.

Idem. *Quam quidem, quamvis in me ingrata ſit, tamen amare non deſinam.* lib. 7. 32.

Tryphonius. *Quamvis in bonis mariti dos ſit, mulieris tamen eſt.* l. Quamvis. 75. ff. de jur. dot.

Ulpia. *Quamvis pœnales videantur actiones, tamen quoniam ex contractu veniunt, dicendum eſt, eorum quoque nomine, qui in aliena poteſtate ſunt, competere.* l. cum autem. 23. ff. de ædil. edict.

Ovid. *Mœnia conduntur, quæ quamvis parva fuerunt,*
Non tamen expediit tranſiliiſſe Remo. 3. Faſto.

Hor: *Me quamvis Lamiæ pietas, & cura moratur,*
--- tamen iſtuc mens, animuſque. Fert. lib: 1. epiſt. 14.

Proper. *Quamvis te longe remorentur fata ſenectæ,*
Cara tamen lachrymis oſſa futura meis. lib. 1. 19.

Quamvis, attamen.

Cic. *Res bello geſſerat, quamvis Reip: calamitoſas, attamen magnas.* Philip: 2. fin.

Ulpian *Quamvis uxor non ſit, attamen in ea conditione eſt, ut uxor eſſe poſſit.* l: Si quis. 27. ff. de ritu nupt.

Idem. *Quamvis enim ex patris voluntate, mortis quoque cauſa donare poſſit : attamen ubi ceſſat voluntas, inhibetur hæc quoque donatio.* l. filiusfamil. 7. ff. de donat.

Idem. *Quamvis poſſidere ſervum eo tempore, quo in fuga eſt, videor; attamen furti actione non teneor.* l. Servi. 17. ff. de furtis.

Quamvis, certè.

Cic: Atti: *Quamvis non fueris ſuaſor, & impulſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti.* lib: 16. 6.

Quamvis, nihilo minus.

Colu *Quamvis tenuem, nihilo minus aliquam induſtriam deſiderant.* Præfat.

Ulpian: *Sin verò filius ſit, quamvis ex parte inſtitutus, nihilo minus in ſolidum actionem patietur.* l: quæſitum, 30. ff. de pecul.

Labeo. *Heredem coloni, quamvis colonus non eſt, nihilo minus domino poſſidere exiſtimo.* l: Cum 60. ff. loc. cond.

Quamvis, nihilo minus.

Varro. *Quæ tamen quamvis ſint fructuoſa, nihilo magis ſunt agriculturæ partes.* De re Ruſtica. lib. 1. 2.

Africanus. *Non dubitandum, quin quamvis ipſe domino mandati, vel negotiorum geſtorum actione ſit obſtrictus, nihilo magis eo nomine agere poſſit,* l: Cum mancipium, 51. ff: de ædil: edicto.

Quamvis, nihilo minus, tamen.

Africanus. *Quamvis ex fidejuſſoria cauſa non tenearis, nihilo minus tamen pignus obligatum manebit,* l: cum quis 38. ff: de ſolut: & liberat:

Ulpian: *Quamvis præjudicium legi Iuliæ de vi privata fiat, nihilominus tamen non eſſe denegandam actionem eligentibus privatam perſecutionem.* l: Prætor ait. 2. ff: vi bonorum rapt.

Quamvis, nihilo magis tamen.

Gaius. *Qui in poteſtate parentis eſt, teſtamenti faciendi jus non habet, adeò, ut quamvis pater ei permittat, nihilo magis tamen jure teſtari poſſit.* l: qui 6. ff: qui teſta: fa: poſſ.

Appen: Quamvis, *in poſteriori orationis membro.*

Cic: *Doctorum eſt iſta conſuetudo, eaque Græcorum, ut iis id proponatur, de quo diſputent, quamvis ſubito.* In Lælio.

Plaut: Trin: *Multa ego poſſum docta dicta, & quamvis facundè loqui.* Ic: Quò.

Appen: Quamvis abſolutè poſitum.

Ovid: *Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis,*
Sentiet officium mœſta favilla pium. 3. triſt: 3.

Ovid: *Silenus, quamvis nemo vocaret, adeſt.* 6. Faſtorum.

Papinianus. *In dotem rebus æſtimatis & traditis, quamvis eas mulier in uſu habeat, viri dominium factum videtur.* l: Cum poſt divortium, 69. ff: de jur: dot.

Quantum, tantum.

Cic: *Quantum me diligis, tantum fac ut valeas.* lib: 16. 4.

Idem. *Tertius vero ille finis deterrimus, ut quanti quiſq; ſeipſum faciat, tanti fiat ab amicis.* In Læl.

Idem. *Velim ita fortuna tuliſſet, ut quanti ego omnes tuos facio, tanti tu meos facere poſſes.* lib. 3. 13.

Virg: *O præſtans animi juvenis, quantum ipſe feroci*
Virtute exuperas, tanto me impenſius æquum eſt
Conſu-

Conſulere, atque omnes metuentem expendere caſus. lib. 12.

Ter. Heau: ---- *quanto diutius*
Abeſt, magis cupio tanto & magis deſidero. act.3.1

I. *Appen.* Quanto magis, tanto magis.

Virg. *Sed quanto ille magis formas ſe vertet in omnes,*
Tanto nate magis contēde tenacia vincla. 4. Georg.

II. *Appen:* Quanto minus, tanto magis.

Ter. Eunu. ---- *quanto ſpei eſt minus, tanto magis amo.* ſc: ult.

III. *Appen:* Quanto plura, tanto plura.

Horat. ---- *quod quanto plura paraſti,*
Tanto plura cupis, nulline faterier audes? lib. 2. epiſt: 2.

IV. *Appen:* Quantum, tantundem.

Cic: *Quantum de illo libro, tantundem de mei judicii fama detrahatur.* lib. 6. 19.

Idem. *Quantum tibi omnes boni debeant, quo minus tantundem ego unus debeam, non recuſem.* l. 15. 11

V. *App.* Quantus, & Quantum, *abſolutè poſita.*

Cic. *De me autem ſic velim judices, quantum ego poſſim, me tibi, ſaluti tuæ, liberiſque tuis ſummo cum ſtudio præſto ſemper futurum.* lib: 6. 22.

Idem. *Quamobrem, tu quantum tuo judicio tribuendum nobis eſſe putes, ſtatues ipſe.* lib: 5. 8.

Idem. *Quantum quidem ego intelligere potuerim.* --- lib: 6. 11.

Plancus Cic. *Quod ſi quantam debeo, habuero apud eum auctoritatem, plurimum ipſum juvero.* lib. 10. 24.

Ovi: *Scimus & ad noſtras cum ſe tulit impetus artes,*
Ingenii currant flumina quanta tui, 1. Faſt. princ:

VI. *Appen.* Quantò, *abſolutè poſitum.*

Varro. *Quantò citius promas, jucundiore utare.* De re Ruſt. lib. 1. 67.

Quantopere, tantopere.

Cæſar. *Quantopere eorum animi magnitudinem admiraretur, tantopere licentiam, arrogantiamque reprehendere.* 7. de bel. Gal.

Quaſi, item.

Pl. Capt. *Quaſi cum caletur cochleæ in occulto latent,*
Suo ſibi ſucco vivunt, res ſi non cadit:
Item paraſiti rebus prolatis latent
In occulto miſeri, victitant ſucco ſuo. ſc. 1.

Plaut. Pſeu. ---- *quaſi Dircam olim (ut memorant) duo*
Gnati Iovis devinxere ad taurum, item hodie ſtringam ad carnarium, id tibi
Profecto taurus fiet: ----ſc: 2.

Plaut. Ruden. *Quaſi murteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam.* ſc: Exi.

Quaſi, ſic.

Cic. *Et quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, avelluntur, ſi matura, & cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas.* In Catone.

Idem. *Eſt igitur prudentis ſuſtinere, ut curſum, ſic impetum benevolentiæ, quo utamur in amicitia, quaſi aquis tentatis, ſic aliqua ex parte periclitatis moribus amicorum.* In Lælio.

Idem. *Non facilè dijudicatur amor verus & fictus, niſi aliquod incidat ejuſmodi tempus, ut, quaſi aurum igne, ſic benevolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſſit.* lib. 9. 16. & lib. 3. 13.

Ulpian. *Sed hic etiam eum, qui ab aliquo numero militum miſſus eſt, quaſi ab exercitu miſſum, ſic accipiemus.* l. 2. ff: de his qui not. infa.

Ulpian. *Non poſſe eum, quaſi mihi injuriam fecerit ſic conveniri, Mela ſcribit.* l: Item 15. ff. De injuriis.

Quaſi, haud ſecus.

Plaut. Trinum. ---- *quaſi canes, haud ſecus circumſtabant navem turbines venti.* ſc. Salſipotenti.

Quaſi ſi, non multo ſecus.

Plaut. Caſi. ---- *educavit magna induſtria*
Quaſi ſi eſſet ex ſe nata, non multo ſecus. Prolog.

Quaſi, ita.

Cic. *Ille mecum, quaſi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari, ita locutus erat, tu autem quaſi conceſſum ſit, ita deliberas,* lib. 6. 8.

Cic. *Sed planè, quaſi ea res nobis ſaluti futura ſit: ita cogit, atque imperat, ut decemviri veſtra vectigalia vendant nominatim.* De lege agra, contra Rullum.

Plaut: Amphi. *Quaſi incudem me miſerum homines octo validi cædant, ita*
Peregrè adveniens hoſpicio publicitus accipiar. ſc. 1.

Plaut. Mer. --- *ſed coquos, quaſi in mari*
Solet hortator remiges hortarier,
Ita hortabatur. --- ſc. Parùmne.

Plaut: Curcu: *Quaſi aquam ferventem, frigidam eſſe, ita vos putatis leges.* ſc. I tu præ.

Plaut: Aulu: *Quaſi pueris qui nare diſcunt, ſcirpea induitur ratis,*
Qui laborent minus, facilius ut nent, & moveant manus:
Eodem modo ſervum ratem eſſe amanti hero æquum cenſeo. ſc. Hoc eſt.

Quaſi, non quaſi.

Cic. *Sed quò commodius diſputationes explicentur, ſic eas exponam, quaſi agatur res, non quaſi narretur.* 5. Tuſcu.

Paul. *Quaſi decurio enim hoc dedit, non quaſi domeſtica perſona.* l. Item 6. ff. quod cujuſque univer. nomine.

Quaſi, itidem.

Plaut. Aſina. *Quaſi piſcis itidem eſt amator lenæ, nequam eſt niſi recens.* ſc. Unumquodque.

Plaut. Trucu. *Quaſi in piſcinam, rete qui jaculum parat,*
Quando abiit rete peſſum, tum adducit ſinum.
Sin jecit rete, piſces ne effugiant, cavet.
Modò hic, modò illic irretitos impedit
Piſces, uſque adeo, donicum eduxit foras:
Itidem eſt amator ---- ſc. Non omnis. Idem. Capti. ſc. Hegio.

Appen: Magis quaſi, quàm quaſi.

Ulpian. *Magis eum quaſi patrem id, quàm quaſi curatorem feciſſe videri.* l. Profectitia. ff. de Jure dot.

Quemadmodum, ſic.

Cic. *Quemadmodum coram qui ad nos intempeſtivè adeunt, moleſti ſæpè ſunt, ſic epiſtolæ offendunt non loco redditæ.* lib: 11. 16.

Cic. *Pergratum mihi feceris, ſpero item Scævola, ſi quemadmodum ſoles de ceteris rebus, cùm ex te quæruntur, ſic de amicitia diſputaris.* In Lælio.

Cic. Q. Fra. *Quemadmodum gubernatores optimi vim tempeſtatis, ſic illi fortunæ impetum ſuperare non poſſent.* lib. 1. 1.

Ad. Heren. *Quemadmodum in vivendo, ratione fugitur invidia, ſic in dicendo, conſilio vitatur odium.* lib: 4.

Cic. Q. Fra. *Quemadmodum, coram cum ſumus, ſermo nobis deeſſe non ſolet, ſic epiſtolæ noſtræ debent interdum alucinari.* lib. 2. 10.

Hirtius. *Quemadmodum autem optabat eum vinci, ſic ſatis habebat intercluſum à Cæſare, à ſe retinere.* De bell. Alexandrino.

Quemadmodum, ita.

Cic: Q. Fra. *Tu quemadmodum me cenſes oportere eſſe in rep: & in noſtris inimicitiis, ita, & eſſe, & fore auricula infima ſcito molliorem.* lib: 2. 14.

Cic. *Non, quemadmodum quod mulieri debeas rectè ipſi mulieri ſine tutore auctore ſolvas: ita quod aut pupillo aut pupillæ debeas, rectè poſſis eodem modo ſolvere.* In Topicis.

Ad Heren. *Non enim quemadmodum in palæſtra, qui tædas ardentes accipit, celerior eſt in curſu continuo, quàm ille qui tradit: ita melior imperator novus, qui accipit exercitum, quàm ille, qui deceſſit.* lib. 4.

Colu. *Quemadmodum ſapientis eſt, fortuitos caſus magno animo ſuſtinere, ita dementis eſt ipſam ſibi malam facere fortunam.* lib: 1. 3.

Ulpian. *Et quemadmodum certam quantitatem peculii præſtare non debet, ita nec hoc.* l. proinde. 33. ff. de ædil. edicto.

Ulpian. *Quemadmodum in vaſis dicitur patera aurea, ita & in veſte color dicatur.* l. in actione 19. ff. de furtis.

I. *Appen:* Non quemadmodum, ſed quemadmodum.

Cic: *Nunquam laborant quemadmodum probent, quod dicunt, ſed quemadmodum ſe explicent dicendo.* Pro Flacco.

II. *Appen.* Quemadmodum, ita & è contrario quoque.

Africanus. *Quemadmodum acceſſiones & fructus emptor reſtituere cogitur: ita & è contrario venditor quoque, vel damnum decidere, vel pro noxæ deditione hominem relinquere cogatur.* l. Si ſer. 61. ff. de furtis.

III. *Appen.* Non quemadmodum, ſed ut.

Cic. *Sed vellem non ſolum ſalutis meæ, quemadmodum medici, ſed etiam ut aliptæ, virium & coloris rationem habere voluiſſent.* lib: 1. 9.

IV. *Appen.* Non quemadmodum, ſed quo pacto.

Cic. *Quærat non ſolùm quemadmodum noſtro crimini, verùm etiam quo pacto ſuæ confeſſioni poſſit mederi.* lib. 1. In Verrem.

Quemadmodum, quemadmodum.

Cic. *Magnificentius eſt dicere, quemadmodum geſſeri-*

geſſerimus conſulatum, quàm quemadmodum ceperimus. In Piſonem princ.

Appen. Quemadmodum, abſolutè poſitum.

Cic. *Ineaſque rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur*. lib: 13. 18. & lib: 14 2.

Cic: Atti. *Hæc res quemadmodum ceciderit, & tota res quo loco ſit, velim ad me ſcribas*. lib: 3. 24.

Cic: Atti: *Velim cogites, id quod mihi pollicitus es, quemadmodum bibliothecam nobis conficere poſſis*. lib. 1. 5.

Varro. *Si qua in re quæres, quemadmodum quidq; in colendo te oporteat facere*. De re ruſt. lib. 1. 1.

Varro. *Id ſeritur ita, ut ſemen jactatur, quemadmodum ſcilicet, cùm pabulum, & frumentum ſeritur*. lib. 1. 42.

Plaut. Bacchi.--- *Erras Lyde, ego omnem rem ſcio, Quemadmodum eſt*. --- ſc. Nunc experiar.

Plau. Mer. *Nunc ſic dico, ut res eſt, atque illam mihi me Emiſſe judico, quemadmodum exiſtimet me*. ſc. Homo.

Qui, hic.

Cic: *Sic ad nos confirmatus revertare, ut quam expectationem tui concitaſti, hanc ſuſtinere, ac tueri poſſis*. lib: 2. 1.

Plancus Cic. *Quarum rerum ſpe ad laudem me vocaſti, harum fructu in reliquum facias alacriorem*. lib. 10. 7.

Ter. Phor. *Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præſentem Deum?* act. 2. 1.

Idem Phor. *Quod mihi dederit de hac re conſilium, id exequar*. act. 23.

Qui, ille.

Cic: *Quæ mutua, & grata dum ſunt, inter quos ea ſunt, firma illi devinciuntur ſocietate*. 1. Offic.

Qui, idem.

Cic. *Qui mille modium ſua partis in cellam gratis dediſſet, idem nunc pro eodem numero frumenti HS. VIII. millia dare coactus eſt*. lib. 3. In Verrem.

Livius. *Eam eſſe voluntatem omnium, ut qui libertati finis erit in illa urbe, idem ſit urbi*. dec. 1. lib. 2.

Plaut. Aſi. *Fortiter malum qui patitur, idem poſt potitur bonum*. ſc. Ubi.

Plaut. Bacchi. *Quem ego ſapere nimio cenſui plus, quàm Thalem,*
Idem ſtultior eſt, barbaro Potitio. ſc. Jamdudum.

Qui, is.

Cic. *Quæ mihi venient in mentem quæ ad te pertinere arbitrabor, ea mea ſponte faciam*. lib. 6. 8.

Cic. *Quæ didiciſti, quæque ab adoleſcentia pulcherrimè, à ſapientiſſimis viris tradita, memoria & ſcientia comprehendiſti; iis hoc tempore utare*. lib. 6. 22.

Cic. *Si quis eſt qui neminem bona fide in gratiam putet redire poſſe, non noſtram is perfidiam coarguit, ſed indicat ſuam*. lib. 3. 8.

Plaut. Pſeu. *Qui quærit alia, is malum videtur quærere*. Prologo.

Plaut: Ruden. *Ego hodie qui neque ſperavi, neque credidi,*
Is improviſo filiam inveni tamen. ſc. Proh. di. *vide* Is. & ibi Appen.

Qui, Is. *pro* Qualis, talis.

Cic. *Quæ verba deſideret, iis me omnibus uſum putato*. lib. 12 29.

Plancus Cic. *Me ſi quem eſſe voluiſti, eum exitu, rebuſque cognoſcis, defende, ac ſuſcipe*. lib. 10. 11.

Appen. Qui, abſolutè poſitum: *vide exempla in particula* Is.

Appen: Quis, *pro* Aliquis *adſumit quandoque* Qui.

Cic. *Si quem, cui recte committam invenero, curabo ad te perferendos*. lib. 1. 9.

Idem. *Ut ne cui quis noceat, niſi laceſſitus injuria*. 1. Offic.

Quotuſquiſque eſt, qui.

Cic. *Quotus enim quiſque eſt, qui hanc Reip. ſectam ſequatur?* Pro Flacco. fin.

Cic: Atti. *Quotus enim quiſque eſt, qui epiſtolam paulo graviorem ferre poſſit?* l. 1. 11. & Tuſcu. 2. princ.

Quotuſquiſque eſt, qui, & , qui non.

Cic. *Quis eſt enim, aut quotuſquiſque, cui, mors cùm appropinquet, non refugiat timido ſanguis, atque exalbeſcat metu?* 5. De Finibus.

Varro, *Quotuſquiſque eſt annus, quo non videas epulum, aut triumphum*. lib: 3. 2.

Quicunque, is.

Aſinius Pollio Cic. *Si id agitur, ut rurſus in poteſtate omnia unius ſint, quicunque is eſt, ei me profiteor inimicum*. lib: 10. 31.

Cic. *Quæcunque eſt ſpes, ea deſpondetur anno conſulatus tui*. lib. ep. Famil.

Quicunque, idem.

Cic. *Teque ita exiſtimare volo, quibuſcunque officiis Atticum obſtrinxeris, iiſdem me tibi obligatum fore.* lib. 13. 8.

Quicunque, abſolutè poſitum.

Sueto. *Vacuas areas occupare & ædificare, ſi poſſeſſores ceſſarent, cuicunque permiſit.* Veſpa. 8.

Quis, niſi.

Cic: *Quem unquam ſenatus civem, niſi me nationibus exteris commendavit? cujus unquam propter ſalutem, niſi meam, ſenatus publicè ſociis populi Romani gratias egit?* Pro Sextio.

Cic. Bruto. *Quis reprehendit niſi qui depoſito metu, præteriti periculi fuerit oblitus?* epiſt. 19.

Varro. *Quis habebat piſcinam, niſi dulcem?* li. 3. 3.

Quis, quin, & qui non.

Cic. *quis eſt, quin cernat, quanta vis ſit in ſenſibus?* 4 Acad.

Varro. *Quis enim fundum colit noſtrum, quin ſues habeat, & qui non audierit patres noſtros dicere, ignavum, & ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius ab laniario, quàm ex domeſtico fundo?* lib. 2. 4.

Cic: *Quis eſſet, qui me in conſulatu non caſu potius exiſtimaret, quàm conſilio fortem fuiſſe?* lib: 5. 2.

Appen: Quis eſt omnium, quin.

Salluſt. *Quis eſt omnium his moribus, quin divitiis & ſumptibus, non probitate, neque induſtria cum majoribus ſuis contendat?* Jugurt.

App: { Si quiſquam, is.
Si quiſquā eſt, ego profectò is, ſum *vide* Si

Quiſquam, niſi.

Cic: Atti. *Non mentio potuit fieri cujuſquam ab iis, niſi ejus, qui illis notus eſſet.* lib. 4. 16.

Ci. *Qui tibi venit in mentem negare, Papirium quemquam unquam, niſi plebeium fuiſſe?* lib. 9. 21.

Cic: *Tum de Provinciis, ab iis, qui obtinerent, retinendis, neque cuiquam tradendis, niſi qui ex S. C. ſucceſſiſſet.* lib. 12. 22.

Plau: Pſeu. *An invenire poſtulas quenquam coquum Niſi miluinis, aut aquilinis ungulis?* ſc: Forum.

Appen: Nec aliquis, niſi.

Plaut: Amph. *Nec nobis præſente aliquis, niſi ſervus Soſia affuit.* ſc: Satin'.

Appen: Nec quiſquam, quin, &, qui non. *vide* Nemo.

Quiſquam, præter.

Cic. *Neque quiſquam hanc noſtram ſententiam verè unquam reprehendit, præter eos, qui arbitrantur melius eſſe deleri omninò Rempub:* lib. 15. 15.

Cæſar. *Neque temerè præter mercatoreis, adit ad illos quiſquam.* 4. De bel. Gal.

Quiſquis, extra.

Plaut: Mili: *Quemquem à milite hoc videritis hominem in noſtris tegulis,*
Extra unum Palæſtrionem, hunc deturbatote in via. ſc. Niſi herclè.

Appen: { Nec quiſquam, præter. } *vide* Nemo.
Nec quiſquàm, extrà.

Quicquam, niſi.

Cic: Att: *Neque dixi quicquam pro teſtimonio, niſi quod erat ita notum atque teſtatum, ut non poſſem præterire.* lib: 1. 14. & lib: 3. 8.

Plaut: Amph: *Cave quicquam, niſi quod rogabo te, mihi reſponderis.* ſc: Age.

Quicquam, præter.

Salluſt: *Neque victis quicquam præter injuriæ licentiam eripiebat,* In Conjurat.

Quicquam, quin.

Plau: Mer: *Muſca eſt meus pater, nihil poteſt clam illum haberi,*
Nec ſacrum, nec tam profanum quicquam eſt, quin Ibi illico adſit. --- ſc. Homo.

Quicquam, quod non.

Cic. Atti: *Omnia timeo, nec tam miſerum eſt quicquàm, quod non in noſtram fortunam cadere videatur.* lib: 3. 8.

Cic: Atti: *Neque herclè quicquam timebat, quod non eſſet timendum.* lib. 10. 12.

Quicquam, quod non idem.

Cic: *Erant enim nobis perirati, quaſi quicquam de noſtra ſalute decreviſſemus, quod non idem illis cenſuiſſemus.* lib. 9. 6.

Quia, eò.

Cic. Atti. *Quia ſcripſeras te proficiſci cogitare, eò te habere cenſebam,* lib: 10. 15.

Idem Att: *Quod quia facilè ferebat Sica, eò magis illum deſidero.* lib. 12. 25.

Ter. Heau: *Et ego hoc, quia dudum tu tantopere juſſeras,*

Eò

Eò cœpi. --- act:4. 4. Itidem Adel. act:4 5.

Salluſt. *Quia bona aliena largiri, liberalitas; malorum rerum audacia, fortitudo vocatur: eò reſp: in extremo ſita eſt.* In Conjurat.

Plaut. Perſa. *Quia ei fidem non habui argenti, eò mihi eas machinas molitus eſt.* ſc: Qui ſunt.

Quia, idcirco.

Cic. *Sententiarum ornamenta majora ſunt; quibus, quia frequentiſſimè Demoſthenes utitur, ſunt qui putent idcirco ejus eloquentiam maximè eſſe laudabilem.* In Oratore.

Ulpian. *Quia aſſidua eſt duplæ ſtipulatio, idcirco placuit etiam ex empto agi poſſe.* l:quod ſi 31.ff. de ædil. edict.

Cic. Atti: *Quæ omnia, quia Cato laudibus extulerat in cælum, perſcribendaque cenſuerat; idcirco in ejus ſententiam eſt facta diſceſſio.* lib: 12.21.

Appen: Quia, non idcirco.

Cic. *Ægri quia non omnes convaleſcunt, non idcirco nulla eſt medicina.* 2. De nat. Deo.

Idem. *Nec, quia nuſquam erat ſcriptum, ut contra omnes hoſtium copias in ponte unus aſſiſteret, &c. idcirco minus Coclitem illum, rem geſſiſſe tantam fortitudinis lege, atque imperio putabimus.* lib: 2. De Legibus.

Quia, ideò.

Cic. *Sed quia confido, mihique perſuaſi, illum & dignitatis municipii, & æquitatis, & voluntatis etiam erga ſe habiturum eſſe rationem; ideò à te non dubitavi contendere, ut hanc cauſam illi integram conſervares.* lib. 13. 7.

Macer: *Sed quia plerumque abigei & ferro utuntur, ſi deprehendentur, ideò graviter & puniri eorum admiſſum ſolet,* l: 1. ff: de abigeis.

Cic: *Quia non eſt obſcura tua in me benevolentia, ſic fit, ut multi per me tibi velint commendari.* l: 13 70

Salluſt: *Quia nondum frequentes armati convenerant: ea res conſilium diremit.* In Conjur.

Quia, propterea.

Cic. *Quia ſemper animadverti ſtudioſè te operā dare, ut ne quid meorum tibi eſſet ignotum, propterea non dubito, quin ſcias cujus municipii ſim.* l. 13. 11

Plaut. Capt. --- *quia mihi natali eſt dies,*
Propterea te vocarier ad cœnam volo ſc: 2.

I. *Appen:* Nulla alia cauſa, niſi quia.

Ter. Adel. *Et illud rus nulla alia cauſa tam malè odi, niſi quia*
Prope eſt --- act. 4. 1.

II. *Appen:* Magis, quia: quàm quia.

Colu: *Magis, quia ſuperbum videbatur tantum loci detinere, quàm quia flagitioſum.* lib: 1. 3.

III. *Appen:* Quia, abſolutè poſitum.

Salluſt: *Sed, quia provenere ibi ſcriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Athenienſium facta pro maximis celebrantur.* In Conjurat.

IV. *Appen:* Vel quia, vel quia.

Cic: Q. Fra. *Vel quia munus magnificum dederat: vel quia facultates non erant.* lib. 3 8.

V. *Appen:* Non quia, ſed quia.

Marcellus. *Si neuter eam duxerit uxorem non quia, ipſi ducere voluerunt, ſed quia illam nubere noluerint,* l: Uter. 23. ff. de cond. inſti.

Ulpi: *Non quia urinam in lecto facit, ſed quia vitioſam veſicam habet.* l: quæritur. 12. ff. de æd edic.

Livius. *Id à Quintio facilè impetratum, non quia ſatis dignos eos credebat, ſed quia, Antiocho rege jam ſuſpecto, favor conciliandus nomini Romano apud civitates erat.* Dec: 4. lib. 3.

Ov. *Non quia tu dignus, ſed quia mitis ego* 6. Heroi.

Quintil. *Non quia Ceratinæ, aut Crocodilinæ poſſint facere ſapientem: ſed quia, &c.* lib. 1. c: 10.

VI. *Appen:* Neque quia, ſed quia.

Cic. *Neque verò hoc, quia ſum ipſe augur, ita ſentio; ſed quia ſic exiſtimari eſt neceſſe.* l. 2. de legibus.

VII. *Appen:* Non tantùm quia, ſed quia.

Ulpian. *Non tantùm quia deprehenſa eſt, erit notata, ſed quia & publico judicio damnata eſt.* l: Palam 43. ff: de ritu nupt.

VIII. *Appen:* Non, quia non: ſed quia non.

Cic: *Hujus conſtitutionis Hermagoras inventor eſſe exiſtimatur: non, quia non uſi ſint ea veteres oratores ſæpe multi: ſed quia non animadverterint eam artis ſcriptores ſuperiores.* lib. 1. de Inventione.

Quicquid, id.

Cic: *In amicitia autem nihil fictum, nihil ſimulatum, & quicquid eſt, id & verum, & voluntarium eſt.* In Lælio.

Plaut. Moſtel. *Lucri quidquid eſt, id domum trahere oportet.* ſc. Melius.

Cic: *Nobis autem videtur quidquid litteris mandetur, id commendari omnium eruditorum lectione decere.* 2. Tuſcul. princ.

Quidquid, idem.

Plaut. Menæch. ---- *mulier quidquid dixerat,*
Idem ego dicebam. Quid multis verbis opus? ſc: Po.

Quidquid, id totum.

Cic. *His temporibus difficillimis; Reipub. quidquid ſubveneris, id erit totum, & proprium tuum.* l. 10. 5

Quidquid, id omne.

Ter. Phor. *Quidquid præter ſpem evenit, omne id deputabo eſſe in lucro.* act. 1 5.

Gellius. *Si quicquam in tam fortis facundiæ viro vitii, vel erroris eſſe dici poteſt, id omne, & autoritas ejus exhauſit, & vetuſtas conſumpſit.* l. 11. c. 13.

Quidquid, hoc omne.

Plancus Cic. *Quidquid aliquando futurum fuit in caſtris perditorum contra patriam, hoc omne jam convenit.* lib. 10. 23.

Cæſar. *Ut quidquid intercederet temporis, hoc omne victoriam morari videretur.* 2. de bello civili.

Quidquid, illud omne.

Plaut. Pœnu. *Quidquid eſt pauxillulum illuc noſtrum, illud omne intus eſt.* ſc: Ita.

Quidem, ſed.

Cic. *Superiorem quidem nunquan, ſed parem vobis me ſperavi eſſe factum.* lib: 3. 7. & 3. & lib: 1. 7.

Idem. *Non equidem te moneo, ſed mihi ita perſuaſi, te quoque in eiſdem verſari rebus.* li. 4. 3.

Idem. *Rumores de Dolabella oppreſſo, ſatis quidem conſtantes, ſed adhuc ſine auctore.* li. 12. 9.

Cic: Atti. *De Statio manumiſſo, & nonnullis aliis rebus angor equidē, ſed jam prorſus occallui.* l. 2. 18

Appen: Quidem, ſed non.

Ulpian. *Accuſationem quidem habent, ſed non ſunt publica.* l: 3. ff. de extraor: crimini.

Quidem, tamen.

Ulpian. *Furti quidem actio perimitur, rei tamen percutio domino ſervatur.* l: Si quis 5 2. ff: De furtis.

Quidem, ceterùm.

Sueto: *Laudavit quidem pietatem tantopere pro ſe indignantium: ceterùm & illacrymavit, & vicem ſuam conqueſtus eſt.* Octavio. 6. 6.

Quidem, ſed tamen.

Cic: *Miſera eſt illa quidem conſolatio, tali præſertim civi, & viro, ſed tamen neceſſaria,* lib. 6. 2.

Cic. Att: *Habebat ille quidem difficilem manifeſtamque cauſam, ſed tamen cauſam.* lib. 4. 3. Itidem. 4. Tuſcu.

Cic: *Quod dicturus ſum, puto equidem non valdè ad rem pertinere, ſed tamen nihil obeſt dicere.* li. 9. 13.

Ovid: --- *mira quidem, ſed tamen acta loquor.* 6. Fa:

Appen: Non quidem, ſed tamen.

Cic. Atti: *Quincti fratris epiſtolam ad te miſi, non ſatis humanè illam quidem reſpondentem meis litteris, ſed tamen, quod tibi ſatis ſit.* lib: 13. 46.

Quidem, at.

Cic: *Ceteri quidem, Pompejus, Lentulus tuus, Scipio Afranius fœdè perierunt, at Cato præclarè.* lib 9. 18.

Quidem, veruntamen.

Cic: Atti. *Sed eſt magnum illud quidem, veruntamen multiplex pueri ingenium.* lib: 6 2.

Ulpian. *Planè ſi tempora quidem petendæ bonorum poſſeſſionis ex teſtamento largiebantur, verumtamen repudiata eſt bonorum poſſeſſio.* lib: 1. ff: ſi tabu: teſta.

Quidem, certè.

Cic. *Si quidem mea ſalus, aut utilis reip: eſt, aut conjuncta certè reip. ſaluti.* epiſt. ad Octavium.

Quidem, verò.

Ulpian: *Sed patri quidem prætoria injuriarum actio competit, filio verò legis Corneliæ.* l: 5. ff: De Injuriis.

Quod, id.

Cic: *Quod allatura eſt diuturnitas, id nos præripere conſilio prudentiaque* debemus. lib. 5. 16.

Cic: *Nam quod exemplo, id etiam jure fieri putant.* lib: 4. 3.

Idem. *Ex quo intelligitur, quod verum, ſimplex ſincerumque ſit, id eſſe naturæ hominis aptiſſimum.* 1. Offic. princ.

Ter: Adel: *Quod illi maledictum vehemens exiſtimant,*
Eam laudem hic ducit maximam. --- Prologo.

Quod, idem.

Cic: *Tamen tuus amor in me ſperare me cogit, te, quod tuis neceſſariis tribueris, idem eſſe tributurum meis.* lib. 13. 7.

Cic: *Sed quod de illo acceperant, aut etiam ſuſpicabantur, de me idem cogitabant, abjectiore animo me futurum.* lib. 1. 9.

Cic. Atti: *Quod ipſe tibi ſuaſeris, idem mihi perſuaſum putato.* lib. 13. 38.

Quodcunque, hoc omne.

Propertius.

Propertius. *Sed tamen exiguo quodcunque è pectore rivi*
Fluxerit, hoc patriæ ſerviat omne mea. lib.4.1.

Quod, abſolutè poſitum.

Cic: *Quæ æqua poſtulabit, ut lubente te impetret.* lib: 13. 58. & 59.

Idem. *Ego, quæ ad tuam dignitatem pertinere arbitrabor, ſummo ſtudio, diligentiaque curabo.* lib. 13. 68.

Quòd ſi, certè.

Cic: Att: *Quòd ſi tibi unquam ſum viſus in rep: fortis, certè me in illa cauſa admiratus eſſes.* lib.1.14.

Ulpian. *Quòd ſi culpa abeſt ſine dubio domino competere actio videtur.* l: 14. ff. de furtis.

Quòd ſi, profectò.

Cic: *Quòd ſi tu quoque eandem de mea voluntate erga te ſpem habeas, ea te profectò nunquam fallet.* lib. 3. 2.

Plancus Cic: *Quòd ſi vos iſtic non defueritis, profectò, quod ad me attinet, omnibus rebus abunde reip: ſatisfaciam.* lib. 10. 23.

Cic: Att. *Quòd ſi in eam me partem incitarem, profectò jam reperirem reſiſtendi viam.* lib.2. 16. & lib. 10. 10.

Salluſt. *Quod ſi primo prœlio Catilinia ſuperior, aut æqua manu diſceſſiſſet: profectò magna clades atque calamitas remp: oppreſſiſſet.* In Coujurat.

Quòd ſi, at certè.

Balbus & Oppius Cic. *Quòd ſi non fuerit prudens, at certè ab optima fide, & optimo animo proficiſcetur.* lib.9. ad Atticum.

Quòd ſi, tamen.

Cic *Quòd ſi liceret, tamen non debeas.* lib.7.27.

Idem. *Quod ſi, ut ſpero, victis hoſtibus noſtris veneritis: tamen auctoritate veſtra reſpublic[a] exſurget.* lib.12.10. & lib.5.20.

Brutus. Cic. *Quòd ſi omnia eſſent aliena; tamen tribus tantis exercitibus propriis reip, valentibus, magnum animum habere deberes.* lib.11.23.

Hirtius. *Quòd ſi alia eſſet litoris Ægyptii natura, atque aliorum: tamen.* De bell. Alex.

Quod ſi, tamen certè.

Cic. *Quod ſi eſſem ea perfidia, qua ſunt ij, qui in nos hæc conferunt; tamen ea ſtultitia certe non fuiſſem.* lib:3.10.

Quòd ſi, nihilo minus.

Plancus Cic: *Quòd ſi nihil profecero, nihilo minus maximo ſum animo.* lib. 10. 11.

Quòd ſi, ſin.

Cid: *Quòd ſi nos ad aliquam alicujus commodi aliquando recuperandi ſpem fortuna reſervavit minus eſt erratum: à nobis ſin hæc mala fixa ſunt; ego verò te quamprimum, mea vita, cupio videre.* l.14.4.

Cic. *Quòd ſi conficitur negotium, omnia conſequemur, ſin eadem nos fortuna premet, etiam ne reliquias tuas miſera projicias.* lib. 14. 3.

Quòd ſi, ne quidem.

Cic. *Quòd ſi hæc ſtudia traducta erunt ad noſtros ne bibliothecis quidem Græcis egebimus.* 2. Tuſcula. princ.

Quòd ſi, tunc.

Ulpian. *Quòd ſi neque pupillus ejus ætatis erit ut ſtipulari poſſit, neque ſervum habebit, tunc ipſe tutor, quive in ejus poteſtate erit.* l. quotiens. ff. de admi. & peri. tut.

Martialis *Quòd ſi non illum ſed me peccaſſe putabis,*
Tunc ego te credam cordis habere nihil, lib. 2. 8.

Quòd ſi, jam quidem.

Ulpian. *Quòd ſi dolo fecit, jam quidem periculum ipſius eſt.* l. Eum qui. 14. ff. de furtis.

Quò, eò. *comparationem ſignificat.*

Cic. *Quò fortior amicus es, quoque plura virtutis, & induſtriæ ornamenta in te ſunt, eò mirandum eſt magis,* lib: 3. 12.

Cicero Quintio Fratri. *Sed quò erant ſuaviores, eò majorem dolorem illius ille caſus afferebat.* lib. 3. 1.

Salluſt: *Quò minus gloriam petebat, eo magis illam adſequatur.* In conjurat.

Salluſt: *Quò plura; benè, atque ſtrenuè feciſſet; eò animum ſuum injuriam minus tolerare.* Jugurt.

Quò, hoc.

Cic: *Quò minus familiaris ſum, hoc ſum ad inveſtigandum curioſior.* lib. 4. 13.

Idem. *Quò difficilius, hoc præclarius.* lib:1. Offic.

Ovid. *Hanc tibi commendo, quæ quò magis orba parente eſt,*
Hoc tibi tutori ſarcina major erit. 3. triſt. ult.

Quò, tanto.

Plancus Cic. *Quò magis me petiverunt, tanto majorem his fruſtratio dolorem attulit.* lib. 10. 23.

App: Fit interdum ut partic. altera ſupprimatur.

Varro. *Ovium ſemen tardius eſſe, quò hæ ſint placidiores.*

diores. De re Ruſt. lib: 2. 3.

Ovid: *Quò propius nunc es, flamma propiore caleſco.* 17. Heroid.

Ovid: *Quò quiſque eſt major, magis eſt placabilis iræ.* 3. triſt. 5.

Ter. Adel. - - *tibi eos certè ſcio,*
Quò vir melior multo es, quàm ego ſum, obtemperaturos magis. act. 4. 5.

Quò, idcircò. *particula cauſalis.*

Cic. Atti: *Panormi Lucullus de ſuis hiſtoriis dixerat, ſe quò facilius illas probaret Romani hominis eſſe; idcircò barbara quædam, & obſoleta diſperſiſſe.* lib: 1. 17.

I *Appen:* { Non quò. / Non quò non. } ſed.

Cic: Att: *In Pompeianum properabam, non quò hoc loco quicquam pulchrius, ſed interpellatores illic minus moleſti.* lib: 15. 13.

Cic: Att: *Non quò ea ſit mihi quicquam carius, aut eſſe debeat, ſed deſperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam.* lib. 16. 14.

Varro. *Non quò non ego pecuarias habeam in Italia, ſed non omnes qui habent citharam ſunt citharœdi.* lib: 2. 1.

II. *Appen:* Non quò, ſed quia.

Cic. *De quo ad te, non quò celandus, eſſes nihil, ſcripſi antea; ſed quia communicatio conſilii tali tempore, quaſi quædam admonitio videtur eſſe officii.* lib: 5. 19.

Idem. *Quam ut conſerves, non quò de tua conſtantia dubitem, ſed, quia mos eſt interrogandi, rogo.* lib: 12. 17.

Cic: Att: *Quæ, non quò te celem, non perſcribo, ſed quia δυσεηγίμητα ſunt.* lib: 5. 10. id eſt, difficilia mitigatu.

Cic: Atti: *Scripſi Sextum adventare, non quò jam adeſſet, ſed quia certè id ageret.* lib. 15. 22.

III. *Appen:* Non quò non: ſed quia.

Cic: *In deliberativum genus & demonſtrativum, argumentandi locos, & præcepta dabimus: non quo non in aliqua conſtitutione omnis ſemper cauſa verſetur: ſed quia proprii tantùm cauſarum quidam loci ſunt.* lib. 2 De Inventione, fin.

IV. *Appen:* Non quò, ſed quòd.

Cic: *Cùm hic ſcribebam, aliquid jam actum putabam, non quo ego certo ſcirem, ſed quod non difficilis erat conjectura.* lib: 6. 4.

Cic: *Non quo omnes ſint procuratores, qui aliquid noſtri negotii gerunt, ſed quod in hac re quæri nihil attineat.* Pro Cecinna.

Cic: *Non oblivione amicitiæ noſtræ ad te nullas literas miſi, ſed quod priora tempora in ruinis Reip: noſtriſque jacuerunt.* lib. 5. 17.

V. *Appen:* Non quò, ſed tamen.

Cic: *Non quo illa Lælii quicquam ſit dulcius, aut quod de religione dici poſſit auguſtius, ſed multo tamen vetuſtior, & horridior ille, quàm Scipio.* In Bruto.

VI. *Appen:* Non quò, ſed ut.

Cic: Atti: *Non quo haberem, quod tibi, præſertim jam propè præſenti, ſcriberem, ſed ut hoc ipſum ſignificarem, mihi adventum tuum ſuaviſſimum, expectatiſſimumque eſſe.* lib. 4. 4.

Cic. Atti. *Non quo haberem magnopere quid ſcriberem, ſed ut loquerer tecum abſens.* l: 7. 15. Item lib: 1. De Inventione.

Cic: Anton: *Non quo ætas noſtra ab illius ætate quicquam debeat periculi ſuſpicari; ſed ut noſmet ipſi inter nos conjunctiores ſimus.* lib. 14. 13. Ad Attic. Item Philippi. 13. extrema.

Cic. Atti. *Non quo ita perſpexerint, ſed totum ut hoc Balbus ſuſtineat.* lib. 11. 7.

Hirtius. *Non quo id minori numero militum conſequi, difficile factu putaret, ſed ut ab ea victoria perterritis Aletis Alexandrinis protinus caſtra regis oppugnaret.* de bello Alexand.

VII. *Appen.* Non quò, ſed uti.

Salluſt. *Nos arma neque contra patriam cepiſſe, neque quo periculum aliis faceremus, ſed uti corpora noſtra ab injuria tuta forent.* In Conjurat.

Idem. *Non qui ſibi tanti ſceleris conſcius eſſet; ſed uti reſp: quieta foret.* Ibidem.

VIII. *Appen:* Non quò, verùm quia.

Cic. *Non quo idem ſit ſervulus, quod familia, verum quia non quibus verbis quidque dicatur quæritur, ſed quæ res agatur.* Pro A. Cecinna.

IX. *Appen:* Non quòd, ſed quòd.

Ter. Adel. *Non quod diſſimilis res ſit, ſed quod, qui facit.* act. 5. 3.

Cic. *Non quod ſola exornent, ſed quod excellant.* In Oratore.

X. *Appen.* Non quòd non: ſed quòd.

Cic.

Cic. *Mihi quidem apud vos de meis majoribus dicendi facultas non datur: non quòd non tales fuerint, quales nos illorum ſanguine creatos, diſciplinisque inſtitutos videtis, ſed quod laude populari, atque honoris veſtri lucecaruerunt.* Con. Rul: ad populum princ.

XI *Appen:* Non quod non, ſed.

Cic: *Non quòd non omnis ſententia proprio nomine enthymema dicatur, ſed ut Homerus propter excellentiam commune poëtarum nomen efficit apud Græcos ſuum, ſic cum omnis ſententia enthymema dicatur, &c.* In Topicis.

XII. *Appen:* Non quod, ſed quia.

Cic. *In quo ego, non quòd libenter malè audiam: ſed quia cauſam non libenter relinquo, nimium patiens, & lentus exiſtimor.* lib. 2. de Orat.

XIII. *Appen:* { Non quia: ſed quia. Neque quia, ſed quia. *vide* Quia. Non quin, ſed quia. *vide* Non.

XIV. *Appen:* Quò abſolutè poſitum. *vide* Eò.

XV. *App:* { Non quò. Non, quò non. } *abſolutè poſita.*

Cic. *Non quò ei deeſſet ingenium.* Pro Quintio.

Varro. *Locum eligendum juxta villam: non quò non in villæ porticu quoque quidam, quò tutius eſſent, alvearia collocarint,* lib. 3. 16.

Cic. *Non quò illum ipſum, quiſquam ſupplicio dignum putaret.* lib: 5. In Verrem. Item in Bruto.

Quòd, eò.

Cic: *An quòd probare populo R. fidem veſtram, & religionem non potueritis: eò vobis judicandi poteſtas erepta ſit.* lib. 1. In Verrem.

Varro: *Quàm propius accedit, ut non ſit macra, quàm ut ſit jejuna, eò ad omnes res commodior.* De re Ruſt: lib. 1. 9.

Quòd, itaque.

Cæſar. *Quòd ad prælium egreſſi Curionis milites, iis rebus indigebant, quæ ad oppugnationem caſtrorum erant uſui. itaque Curio exercitum in caſtra reducit.* 2. de bello civili.

Quòd, quodque, ob eas res.

Hirtius. *Quòd in Italia milites populi R. contra remp: inſtigaſti: quodque mihi reique pub: inutilis fuiſti, &c. ob eas res ignominiæ cauſa, ab exercitu meo te removeo.* de bel: Africano.

Quo, eò. *ſignificatione loci.*

Sall: *Quò cujusque animus fert, eò diſcedunt.* Jugurt.

Quintus Mutius Scævola. *Quò tutela redit, eò reditus pervenit, niſi cum fœminæ heredes intercedunt.* l: Quò 73 ff. de verb: ſign.

Quò, eodem.

Juſtinus. *Quò ſe fortuna, eodem etiam ſavor hominum inclinat.* lib. 5.

Quò, ibi.

Varro. *Quò ſpiritus non pervenit, ibi non oritur curculio.* De re Ruſt: lib: 1. 57.

Appen: Quò, abſolutè poſitum.

Plaut. Ruden. ---- *verùm quicquid eſt,*
Comiter fiet à me, quo non copia
Valebit. ---- ſc: Qui ſunt.

Appen: Quò, *ſignificatione loci, libenter aſſumit*

Ut, pro Poſtquam.

Cic: *Quo, ut veni, hoſtem ab Antiochia receſſiſſe cognovi.* lib. 15. 4.

Cic. Atti. *Noſti hunc fundum, quò, ut venimus, humaniſſimè Quintus: Pomponia, inquit, tu invita mulieres, ego accivero pueros.* lib. 5. 1.

Quòd, eò. *vide ſupra* Quò. Quoquam, niſi.

Plaut. Aſin. *Ut hanc ne quoquam mitteret, niſi ad ſe hunc annum totum.* ſc: Cur me.

Quomodo, ita.

Ad Heren: *Et quo modo quatuor de cauſis ſumitur, ita quatuor modis dicitur.* lib. 4.

Plaut: Ciſtel: *Neceſſe eſt, quo tu me modo voles eſſe, ita mater,* ſc: 1.

Quomodo, ſic.

Cic: *Et quo modo hoc ſit conſequens illi, ſic illud huic.* 5. Tuſcul.

Cic. *Et quo modo hominum inter homines juris eſſe vincula putant, ſic homini nihil juris eſſe cum beſtiis.* 3. De Finibus. fin.

I. *Appen.* Quo modo, non quo modo.

Livius. *Quo modo extorqueant, non quo modo petant honores quærunt.* Dec: 1. lib: 6.

II. *Appen.* Quò modo, *abſolutè poſitum.*

Cic. *De familia, quomodo amicis placuiſſe ſcribis, faciemus.* lib. 14. 1.

Ci: At: *Quo modo ego de illius nervis exiſtimo.* l. 15. 4

III. *Appen:* Quo modo, *abſolutè poſitum admirandi ſignificatione.*

Cic: Atti: *Quo modo exſpectabam epiſtolam, quàm*

P. pli-

philoxeno dediſſes? ſcripſeras enim, in ea eſſe de ſermone Pompeji Neapolitano, lib. 7. 2.

Idem Atti. *Qui nunc quo modo occurrunt? quomodo autem ſe venditant Cæſari?* lib: 8. ult.

Quoquo modo, tamen.

Cic: Atti. *Quoquo modo loquar: ego tamen utar moderatione qua potero.* lib. 11. 17.

Itidem Cic: 4 & 5. In Verrem.

Quomodocunque, tamen.

Cic: *Quomodocunque dicitur, intelligi tamen quidquid dicatur poteſt.* 5. de Finibus.

Quoniam, utique.

Cic: Atti. *Et quoniam huc non venis, cœnes apud nos utique pridie Kal.* lib. 2. 2.

Quoniam, idcirco.

Gellius. *Sed enim, quoniam his primis ſenſibus doloris, voluptatiſque, ante conſilii, & rationis exortum, recens natus homo imbutus eſt: idcirco, &c.* lib: 12. cap: 5.

Propertius. *An, quoniam agreſtem detraxit ab ore figuram*
Juppiter, idcirco facta ſuperba dea es? lib: 2.

Appen: Sive quoniam: ſive quoniam.

Papinian. *Sive quoniam vivo patre filiusfamilias mori intelligitur: ſive quoniam non reverſo eo ſui juris videtur fuiſſe.* l: Quod ſi. 11. ff. de capt. & poſtlim.

Quot, tot.

Cic: *Si in perſonis ponitur, quot homines, tot cauſæ.* lib. 2. De Orat.

Idem. *Hæc eſt una pars corporis, quæ quot animi motus ſunt, tot ſignificationes, & commutationes poſſit efficere.* lib: 3. de Orat.

Virg. *Quotque emiſſa manu contorſit ſpicula virgo,*
Tot Phrygii cecidere viri. --- lib. 11: Æn.

Ter. Phor. *Quot homines, tot ſententiæ.* act. 2. 3.

Quotuſquiſque, qui: *vide* Quis.

Quot, totidem.

Cic: *Fore, ut quot oratores, totidem ferè reperiantur genera dicendi.* lib. 3. De Oratore.

Cic: *Quot orationum genera eſſe diximus, totidem oratorum reperiuntur.* In Oratore.

Cato. *Quot juga boum, malorum, aſinorum habebis, totidem ploſtra eſſe oportet.* c: 62.

Quoties, toties.

Cic. *Quoties dicimus, toties de nobis judicatur.* lib. 1. de Orat.

Cic: Atti. *Quoties patriam videret, toties ſe beneficium meum videre.* lib: 1. 2.

Cato. *Quoties ibis, toties magis placebit quod bonum erit,* De re Ruſt: c. 1.

Quotieſcunque, toties.

Cic. *Quotieſcunque is, quem pater patratus dediderit, receptus non erit, toties cauſa nova naſcetur.* lib. 2. de Oratore.

Idem. *Quotieſcunque dico, toties mihi videor in judicium venire, non ingenii ſolùm, ſed etiam virtutis.* Pro Cluentio.

Varro. *Quotieſcunque haras ſubulcus purgat, toties arenam injicere oportet.* lib: 2. 4.

Appen: Quoties, & Quotieſcunque, interdum nullam habent ſequentem particulam.

Cic. *Quotieſcunque aliquid eſt actum, ſedens iis aſſenſi, qui mihi leviſſimè ſentire viſi ſunt.* lib. 5. 2.

Sulpicius Cic. *Quoties in eam cogitationem neceſſe eſt & tu veneris, & nos ſæpè incidimus.* lib. 4. 5.

Cæſar. *Quoties quæque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hoſtium numerus cadebat.* 5. de bel: Gal.

Ovid. *Quas quoties perflat, ſpirare Typhöea credas.* 1. Faſt.

Quouſque, *vide* Eouſque.

Reliquum eſt, ut. *quæ phraſis, ad concludendum peridonea eſt.*

Cic: *Reliquum eſt, ut te id ipſum, quod ego quaſi conſolationis loco pono, maximè excruciet, commune periculum Reip:* lib. 6. 1. & 4.

Idem. *Reliquum eſt igitur, ut tibi me in omni re eum præbeam, &c* lib. 4. 8. & 13.

Idem. *Quod quando uterque noſtrum conſecutus eſt, reliquum eſt, ut officiis certemus inter nos.* lib: 7. 31. Item lib: 11. 8. & lib: 16. 9.

Cic: Q: Fra: *Reliquum eſt, ut te orem, ut valetudini tuæ, ſi me, & omnes tuos valere vis, diligentiſſimè ſervias.* lib. 1. 1.

Appen: Proximum eſt, ut.

Cic. *Proximum eſt ergo, ut opus fuerit claſſe, nec ne, quæramus.* Pro L. Flacco.

Reliquum eſt, ne.

Cic. *Reliquum eſt, ne quid ſtultè, ne quid temerè dicam, faciamve contra potentes.* lib: 9. 16.

Appen: Quid eſt reliquum, niſi.

Salluſt.

Salluſt. *Quid eſt reliquum, niſi vis veſtra, quæ moveri poſſit?* Jugurt.

Idem. *Quid erit reliquum, niſi ut illis, qui ea fecere, obedientes vivamus.* Ibidem.

Reſtat, ut.

Cic. *Reſtat, ut diſcedendum putem.* lib: 4. 2.

Ter. Phor. *Quod ſi fit: ut me excutiam, atque egrediar domo,*
Id reſtat. ---- act: 4. 1.

Cic: *Reſtat, ut eis reſpondeam, qui ſermonibus ejuſmodi nolint perſonas tam graves illigari,* 4. Eadem. princ.

Cic. *Reſtat igitur, ut urbem diruamus.* lib. 1. De Inventione.

Horat. *Reſtat, ut his ego me ipſe regam, ſolerque elementis.* epiſt: 1.

Reliquitur, ut.

Cæſar. *Relinquebatur, ut ex longinquioribus regionibus naves eſſent exſpectandæ.* 1. De bello civili.

Idem. *Relinquebatur, ut, extremam belli rationem ſequens, quàm plurimos colles occuparet.* 3. de bello civili.

I. *Appen*: Extremum eſt, ut.

Cic. *Extremum illud eſt, ut quaſi diffidens rogationi meæ, philoſophiam ad te allegem.* lib: 15. 4.

Idem. *Extremum illud eſt, ut te horter & obſecrem, animo ut maximo ſis.* lib. 4. 13.

II. *Appen:* Sequitur, ut.

Cic. *Sequitur, ut cauſa ponatur, in quo videndum eſt quid in controverſiam veniat.* lib. de Oratore.

Cic: *Sequitur ut cujuſque generis nota quæratur, & formula.* In Oratore.

Idem. *Sequitur ergo, ut qui maximè cadant in orationem aptam numeri, videndum ſit.* Ibid.

III. *App:* { Reliquum eſt, / Relinquitur. } *abſolutè poſitum.*

Dollabella Cic. *Reliquum eſt, ubi nunc eſt reſp: ibi ſimus potius, quàm dum illam veterem ſequimur, ſimus in nulla* lib: 9. 9.

Cic: *Reliquum eſt, quod ipſæ optimè conſiderabitis, veſtri ſimiles fœminæ ſint ne Romæ.* lib. 14. 14. Item lib. 15. ult.

Varro. *Reliquum eſt de ſcientia paſtorali, de qua eſt dicendum.* De re Ruſtica. lib. 2. 1 & 10.

Varro. *Relinquitur nonum, quod dixi de numero utriuſque partis commune.* lib: 2. c: 1, & 2, & 3.

Cic. *Relinquitur illud, quod vociferari non deſtitit, non debuiſſe, &c.* Pro Flacco.

Ter: Adel: ---- *hoc reliquum eſt,*
Si inficias ibit, teſtis mecum eſt annulus, quem amiſerat. act. 3. 2.

Cæſar. *Relinquitur nova religio, ut, eo neglecto ſacramento, quo nunc tenemini, reſpiciatis illud, &c.* 2. De bel. civili.

IV. *Appen:* Quod reliquum eſt.

Cic. *Quod reliquum eſt, tuum munus tuere* lib. 10. 11.

Idem. *Quod reliquum eſt, quando tibi virtus & dignitas tua reditum ad tuos aperuit, eſt tuæ ſapientiæ, magnitudiniſque animi, quid amiſeris obliviſci.* lib: 6. 12.

Idem. *Quod reliquum eſt, velim augeas tua in eum beneficia omnibus rebus, quæ te erunt dignæ.* lib. 13. 28. & 68. & 72.

Idem. *Quod reliquum eſt, ſuſtenta te me Terentia, ut potes.* lib. 14 4.

V. *Appen.* De reliquo.

Cic. *De reliquo, ſi id, quod confido fore, dignum eum tua amicitia, hoſpitioque cognoveris, peto ut eum complectare.* lib: 13. penult.

Varro. *De reliquo, antiqua ferè formula utuntur.* De re Ruſt: lib: 2. 2.

Cic. Atti: *Si quid erit novi allatum: ſciam, de reliquo quid agendum ſit.* lib: 3. 9.

VI. *Appen.* Quod ſupereſt.

Cic. *Quod ſupereſt perge mi Brute, & jam non cum aliis, ſed tecum ipſe certa.* lib: 11. 15.

Cic. Atti. *Quod ſupereſt, elaboratur in hoc à me, ſicut tibi ſenſi placere.* lib: 5. 10. & 11.

Cic: Atti: *Quod ſupereſt, etiam puerum Ciceronem curabis, & amabis; ut facis.* lib: 4. 8. Itidem. lib: 9. ult.

Ter. Heaut. *Sed porrò auſculta quod ſupereſt fallaciæ.* act: 4. 4.

Virg: *Quod ſupereſt. oro, liceat dare tuta per undas Vela.* ---- 5. æn.

Virg: *Quod ſupereſt. quæcunque premes virgulta per agros,*
Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra. 2. Georg.

Supereſt.

Virg: *Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram.* 2. Georg.

Ovid. *Pervigilem ſupereſt herbis ſopire draconem.* 7. Meta.

Quintil. *Supereſt lectio, in qua puer ut ſciat ubi ſuſpendere ſpiritum debeat, &c.* lib:1. c:8.

Admonitio.

Dum in Particulis excerpendis operam poſui, amice Lector, occurrere, & permultæ, & perelegantes Tranſitionum, ſeu Trangreſſionum formulæ; quas omnes ibidem hoc loco proponere ſtatueram: Ceterùm, ubi libellum hunc expectatione majorem factum animadverti, viſum fuit eas in aliud tempus, aliumque locum reſervare, ac rejicere, & aliquem tantummodo earum, in gratiam juventutis, hic ſubjicere numerum. De formulis porrò iſtiuſmodi, quid Fabius Quintilianus cenſuerit, vide libro 4. Inſtitut. c. 1. fin.

Formulæ Tranſitionum. ex Epiſtolis Cic. ad Familiares.

Sed attende quaſo, quæ ſint conſecuta. lib. 1. 9.
Habes de Vatinio, cognoſce de Craſſo. Ibidem.
Sed de litteris hactenus. lib. 2. 1.
Sed hæc hactenus. lib: 3. 7. & lib: 6. 2. & alibi.
Uni epiſtolæ reſpondi, venio ad alteram, lib. 2. 17.
Nunc ad alteram epiſtolam venio. lib: 3. 11.
Accedit eodem vulgi voluntas. lib: 4. 13.
Adde huc, quod perferri litteræ nulla conditione potuerunt. li: 10. 31.
Cognoſce nunc humanitatem meam, lib. 5. 2.
Dixi de Cæſare, nunc dicam de &c. lib: 5. 6. 6.
Ergo hoc primum, ſequitur illud, lib: 9. 18.

Ex epiſtolis ad Atticum.

Nunc Romanas res accipe, lib: 4. 15.
Quæris nunc de arbuſcula; valde placuit, Ibid.
Nunc pergam ad cætera, lib: 6. 16.
Habes ad omnia, etſi penè præterii, lib: 5. 4.
De iſto hactenus, lib: 5. 2.
Et, quod pene præterii, lib. 6. 3.
Hæc ferè ſunt in illa epiſtola: nunc audi reliqua, lib: 7. 1.
In hac parte hæc ſunt, vide nunc quæ ſint in altera, lib: 8. 3.
De fratre ſatis, de ejus filio: indulſit illi quidem ſuus pater ſemper, lib: 10. 9.
Perſolvi prima epiſtolæ: venio ad ſecundam, lib: 14. 20.
Habes ad ſuperiorem: nunc audi ad alterum, lib: 15. 17.
Sed ad rem venio, lib: 16. 14.
Hæc quidem hactenus. Quod reliquum eſt, l: 16. 14.

Ex epiſtolis ad Brutum.

Sed hæc hactenus. Venio nunc, longo ſanè intervallo ad quandam epiſtolam, lib: 1. 19.
Hoc ipſum nimium: quare alia videamus, Ibid.

Ex epiſtolis ad Q. Fratrem.

Quòd ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo, lib: 3. 1.
De tribunatu quod ſcribis: ego verò nominatim petivi Curtio, Ibidem.
De Britannicis rebus, cognovi ex tuis litteris, nihil eſſe quod metuamus, Ibidem.
Item de hortis quod me admones: nec fui unquam valde cupidus, &c. Ibidem.
Quid præterea? quid? etiam Gabinius ad IV. Kalend: Oct: noctu in urbem introivit, Ibidem.
Reſcripſi epiſtolæ maximæ; audi nunc de minuſcula, Ibidem.
Habes forenſia, domi rectè, lib: 3. 2.
Habes ferè de omnibus rebus, unum illud addam, lib: 3. 3.

Ex reliquis Cic: libris.

De exordio ſatis dictum eſt: deinceps ad narrationem tranſeamus, lib. 1. Ad Heren:
Conſequi videtur, ut doceamus quemadmodum &c. 2. Ad Heren.
Sed nos deinceps ad cætera præcepta tranſeamus, Ibidem.
Tempus eſt ad cæteras partes orationis proficiſci: deinceps igitur de diſpoſitione dicemus, 3. AdHeren.
Nunc de artificioſa memoria loquamur, Ibidem.
Reſtant etiam decem exornationes verborum, 4. Ad Heren.
Nunc ut inſtituimus, proficiſci ordine ad reliqua pergemus, 1. De Invent.
Nunc judiciale genus, & partes conſideremus, 2. De Invent.
Nunc in alteram conceſſionis partem conſiderationem intendemus, Ibidem.
Nunc ad deliberationis præcepta pergamus, Ibid.
Ac ne diutius vos demorer, de omni iſto genere, quid ſentiam, per breviter exponam, 2. de Oratore.

Ac

Ac verborum quidem genera, quæ eſſent faceta, dixiſſe me puto: rerum plura ſunt, Ibid.

Sed ut ad Græcos referam orationem, 3. De Orat.

Sequitur continuatio verborum, quæ duas res maximè deſiderat, Ibid.

Reliquus eſt comparationis locus, Ibidem.

Sed veniamus ad noſtros, In Bruto.

Nunc reliquorum oratorum ætates perſequamur, Ibid:

Reliqua duo ſunt: agere, & meminiſſe, Ibidem.

De numero mox: nunc de ſono quærimus. In Oratore.

Sequi videtur, ut videamus quæ ſint illa, Ibidem.

Quod ad definitiones attinet, hactenus: reliqua videamus, In Topic.

Habeo de ſimplicibus verbis; nunc de conjunctione quæro, In Partit.

Teneo iſtam diſtributionem: nunc conjecturæ locos quæro, Ibidem.

Quę ad fidem pertinent, habeo: quemadmodum in dicendo ſingula tractentur, exſpecto. Ibidem.

Habeo iſta: nunc ea velim audire, quę. Ibidem.

Ne diutius vos teneam, Iudices, ſocietas coitur, Pro Sex: Roſ: Amerin.

Mitto quęrere qua de cauſa: quęro qui ſcias. Ibidem.

Quęſtura iſtius demonſtrata, reliqua attendite. lib: 1. In Verrem.

Jam hoc ridiculum eſt, Ibid.

Accipite aliam non minus impudentem calumniam, 2. In Verrem.

Videte porro aliam dementiam, Ibid.

Nunc illud quod penè prętetii, non omnino relinquendum videtur, 3. In Verrem.

Atque hęc parva ſunt, cognoſcite reliqua, Pro Cluent.

Acervatim jam reliqua, Iudices, dicam. Ibidem.

Vocat me aliò jamdudum tacita veſtra exſpectatio, quę mihi obloqui videtur, Ibid.

Ut terrę motus relinquam, ut omittam cętera: hoc certè, Quirites, quod ſum dicturus, neque prętermittendum, neque relinquendum eſt, 3. In Catili.

Omittamus de genere dicere; videamus cętera, Pro Murena.

Propius accedo, nego iſta eſſe teſtimonia. Pro L. Flacco.

Intrabo etiam magis, qui geſſit non adeſt. Ibidem

Aliquid prętetea, timidè dico, ſed tamen dicendum eſt. Pro Plancio.

Ex libris Varronis De lingua latina.

Hęc de hominibus. Hinc quod ſequitur de pecore, lib. 4.

Proxima animalibus ſunt ea, quę vivere dicuntur, neque habere animam, ut virgulta. Ibid.

Prius, de indutu, aut amictu quę ſunt, tangam, Ib.

De ſtatutis diebus dixi: nunc de animalibus dicam, lib: 5.

De his diebus nunc jam, qui hominum cauſa conſtituti, videamus, Ibidem,

De multitudine quoniam quod ſatis eſſet admonui, de obſcuritate pauca dicam, Ibidem.

Adjicienda & hęc, quę conjuncta cum temporib. Ibidem.

Nunc primùm ponam de cenſoriis tabulis. Ibid.

Cauſam, quare ab impoſitis nominibus declinarint, oſtendi. Sequitur in queis voluerint declinare aut noluerint, lib: 6.

Hęc ſequitur & locus, & tempus, Ibidem.

Incipiam, quod hujuſce libri eſt, dicere contra eos, qui. Ibidem.

Deinceps dicam de altero genere vocabulorum. li: 7

De partibus ſingulis deinceps expediemus. lib: 8.

Hæc nunc ſtrictim dicta, apertiora fient infra. Incipiam hinc, quòd rogant. Ibid.

De homine, dicimus enim hic homo nihil eſt. Ibidem.

Quod ad nominationum analogiam pertinet, Ibid.

Quod ad verborum rationem attinet, Ibid.

Satis, cur.

Livius. *Id ſatis conſuli viſum, cur pro victo relinqueret hoſtem.* Dec: 1: lib: 2.

Scilicet, ut.

Cic: Atti. *Scilicet, ut tu ſcires,* lib: 15. 25.

Paulus. *Scilicet ut dominus in eo priſtinum jus recipiat.* l: Poſtliminium. ff: de capt: & poſtlim.

Scilicet, ne.

Cic. *Et id cogitas, ut aut ad comitia curras; aut ſi jam perfecta, domi tuæ ſis: ſcilicet, ne cum maximo periculo, ut ſcribis, ſtultiſſimus ſit.* lib: 10. 26.

Salluſt. *Scilicet ne per otium torpeſcerent manus, animus, gratuitò potius malus, atque crudelis erat.* In Conjurat.

Secus, ac.

Cic: *Cujus ego ſalutem, non ſecus, ac meam tueri debeo.* Pro Plancio.

Cic. *Non dixi ſecus, ac ſentiebam.* lib: 2. de Orat.

Cic: Q. Fra. *Quibus illi quidem non multo ſecus, ac ſervis imperabant.* lib. 1. 1.

Virg. *Non ſecus, ac nervo per nubem impulſa ſagitta.* lib: 12. Æn.

Appen: Non ſecus, ac ſi.

Cic. *Mea tamen in te omnia officia conſtabunt, non ſecus ac ſi vidiſſem.* lib. 3. 5. & lib. 13. 33.

Cic: Att. *Velim domum ad tuos ſcribas, ut mihi tui libri pateant, non ſecus, ac ſi domi adeſſes, cùm cæteri, tùm Varronis.* lib: 4. 14. & ult.

Cic. *Hoc tibi perſuadeas velim, me non multo ſecus facere, cùm de oratore diſputem, ac facerem, ſi eſſet mihi de hiſtrione dicendum.* li. 3. de Orat.

Ter. Hec. --- *nunquam ſecus*
Habui illam, ac ſi ex me eſſet nata. --- act: 2. 3.

Virgilius. *Non ſecus, ac ſi qua penitus vi terra dehiſcens*
Infernas reſeret ſedes --- 8. Æn.

Secus, atque.

Cic: *Sed aliquanto ſecus, atque in tradenda arte dici ſolet.* In Orat.

Cic. *Nec ſequitur ilico eſſe cauſas immutabileis, eaſque æternas, quæ prohibeant quicquam ſecus cadere, atque caſurum erat.* De fato.

I. *Appen:* { Non ſecus, atque. / Non ſecus, atque ſi.

Salluſt. *Solet in illis locis tempeſtas haud ſecus, atque in mari retinere.* Jugurt.

Idem. *Neque ſecus, atque ſi hoſtes adeſſent iter facere.* Jugurt.

Idem. *Neque his ſecus, atque aliis armis muniti.* Ibidem.

Virgil. *Haud ſecus, atque alto in luco cum forte catervæ*
Conſedere avium, piſcoſove amne Paduſæ,
Dant ſonitum rauci per ſtagna liquentia cycni. lib: 11. Æn.

II. *Appen:* Non longè ſecus, atque ſi.

Gellius. *Qui verò ita dicit,* ſi cupidè feceris, cupidè feciſſe diceris, *non longè ſecus dicit, atque ſi diceret.* Si cupidè feceris, cupidè feceris. lib: 11, 13.

Secus, quàm.

Cic. Atti. *Mihi autem erit maximè curæ, ne quid fiat ſecus, quàm voluimus.* lib. 6. 2.

Cic. Atti. *Spem de ſalute Reip: ſignificas aliquanto ſecus, quàm ſolebas.* lib: 8. 2.

Cic: *Ab his non multo ſecus, quàm à poëtis, hæc eloquentia, quam quærimus, ſevocanda eſt.* In Oratore.

Plaut. Aulu. *Quid fecimus? quid diximus tibi ſecus, quam velles?* ſc. Redi.

Ter: Phor: *Si tu illam attigeris ſecus, quàm dignum eſt liberam,*
Dicam impingam tibi grandem ---- act: 2. 2.

Plaut. Aſi. *Neque novum neque mirum fecit, nec ſecus, quàm alii ſolent.* ſc: ult.

Appen: Nihilo ſecius, quàm.

Plaut. Menæch. *Hæc, nihilo mihi eſſe videntur ſecius, quàm inſomnia.* ſc. Per ego.

Secus, quàm ſi.

Plaut. Ruden. *Timidas, egentes, humidas, ejectas, exanimatas*
Accepit ad ſeſe: haud ſecus, quàm ſi ex ſe ſimus natæ. ſc. Intellio.

Livius. *haud ſecus, quàm ſi in inſidias incidiſſent, turbati vertunt terga.* Dec. 1. lib: 2.

Plaut. Capt. *Nec mi ſecus erat, quàm ſi eſſem familiaris filius,* ſc. Jam.

I. *Appen:* Obſervatione dignum uſum eſt & hoc loquendi genus.

Plaut. Capt. *Si ego item memorem, quæ me erga multa feciſti benè,*
Nox diem adimat: nam ſi ſervus meus eſſes, nihilo ſecius
Obſequioſus mihi ſemper fuiſti. ---- ſc. Quæ res.

II. *Appen:* Secus, *abſolutè poſitum.*

Cic. *Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum bellum etſi id ipſum nonnullis videatur ſecus.* lib. 6. 4. & 22.

Idem. *De tuo in me animo, iniquis, ſecus exiſtimandi, videris nonnihil loci dediſſe.* lib. 3. 6.

Cic: Atti: *Id ego ſuſpicari cœpi ex tuis litteris, aut hoc ipſum eſſe, aut non multo ſecus.* lib. 9. 8. & lib. 7. 1.

Hirtius. *Ne quid temerè culpa ſua ſecus admitteretur, eum locum definire cœpit.* de bello Hiſpan.

Plaut: Trinum. *Dediſtine hoc pacto ei gladium, qui*

qui ſe occideret ?

Quid ſecus eſt aut quid intereſt, dare te in manus
Argentum amanti homini adoleſcenti, animi impoti. ſc. Larem.

Virgil: *Currit iter tutum non ſecius æquore claſſis.* æn. extremo.

Seu, aut.

Virg. *Ac veluti montis ſaxum, de vertice præceps*
Cum ruit avulſum vento: ſeu turbidus imber
Proluit, aut annis ſolvit ſublapſa vetuſtas, 12. æn.

Seu, ſivè.

Cæſar. *Ii, ſeu verè quam habuerant opinionem perferunt, ſive etiam auribus Vari ſerviunt, confirmant quidem, &c.* 2. De bel. civili.

Ovid. *Seu temerè exſpecto, ſive hoc contingere fas eſt.* 3. triſt: 5. & 8.

Horat. *Seu poſcat agna, ſive malit hœdo.* l:1. Od. 4.

I. *Appen:* Seu quia, ſeu quia.

Colu: *Id minimè conducit agricolæ, ſeu quia nemo ſuum proprium aliquod eſſe opus credit; ſeu quia, cùm enixus eſt, non ſuo, ſed communi officio proficit.* lib. 1. ultimo.

II. *Appen:* Sive quòd; ſive quòd.

Hirtius. *Sive quòd in ipſo ſatis præſidii pro virtute, ac fœlicitate ejus putarent eſſe: ſive quòd ipſi timebant.* De bello Alex.

III. *Appen:* Sive eò quod; ſive eò quòd.

Hirtius. *Caſſius contra ſuis ſe tenet præſidiis, ſive eò, quòd plus ſibi juris deberi, quàm Marcello, exiſtimabat: ſive eò, quòd, ne præoccupatus animus Lepidi eſſet obſequio adverſarii, verebatur.* De bello Alex.

IV. *Appen:* Seu quòd: ſive eò, quòd.

Cæſar. *Seu quòd timore perterritos Romanos diſcedere à ſe exiſtimarent. ſive eò, quòd re frumentaria intercludi poſſe confiderent.* 1. de bel. Gal.

Sive, ſeu.

Ter. And. *Sive hæc te ſolum ſemper fecit maximi,*
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus. act. 1, 5.

Ovid. *Sive die laxatur humus, ſeu frigida lucent Sydera, proſpicio quis freta ventus agat.* 2. Heroid.

Colu: *Sive vera, ſeu falſa ratio eſt, literis aſtrologiæ concedatur.* lib. 1.

Plaut. Sti. *Here, ſive ego taceam, ſeu loquar, ſcio ſcire te.* ſc: Cum benè.

Sive, vel.

Paulus. *Sive prohibeatur frui à domino, vel ab extraneo quem dominus prohibere poteſt.* l: Si in 24. ff: loc. cond.

Sive, ſive non *diverſis verbis copulata.*

Ulpian. *Sive illo venerit, ſive non fuerit præſens.* l: 4. ff: vi bonorum raptorum.

Sive, ſive non. *ſive iteratione verbi.*

Cic: *Sive referent ad me, ſive non: mea tibi tamen benevolentia fideſque præſtabitur.* lib. 12, 2.

Cic. *Si fatum tibi eſt ex hoc morbo non convaleſcere, ſive tu medicum adhibueris, ſive non, non convaleſces.* de Fato fin.

Ulpian. *Qui locavit, ſolus notatur, ſive depugnaverit, ſive non.* l: 1. ff. de poſtulando.

Idem. *Sive æſtimata res in dotem data ſit, ſive non.* l: Sunt. ff: de publi. in rem.

Sive, ſive non, *verbo iterato.*

Dolabel. Cic. *Tu autem, mi Cicero, ſic hæc accipies, ut ſive probabuntur tibi, ſive non probabuntur, ab optimo certè animo ac deditiſſimo tibi & cogitata, & ſcripta eſſe judices.* lib. 9. 9.

Cic. *Sive adhibueris medicum, ſive non adhibueris, non convaleſces.* De fato.

Julianus. *Sive teſtamenti factionem habuerint: ſive non habuerint.* l: bona. ff. de capt. & poſtli.

Cic: Att. *Ego ſolus alius ſum, ſive hoc rectè, ſive non rectè.* lib. 15. 1.

Ulpian. *Furti obſtringitur, ſive ſcit, cujus ſit, ſive ignoravit.* l: falſus creditor. ff: de furtis.

Si, ſin.

Cic. *Si iniquus es in me judex, condemnabo eodem ego te crimine: ſin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis.* lib. 2. 1.

Cic. *Si planè à nobis deficis, moleſtè ferò, ſin Panſæ aſſentari commodum eſt, ignoſco.* lib. 7. 12.

Cic: Att: *Si quid præter ſpem erit, facies ut ſciam, ſin eſt, ut arbitror, negotium perditum: ſcribes tamen, neque res iſta commovebit.* lib. 15. 13.

Ter: Hec: *Ego Pamphile eſſe inter nos ſi fieri poteſt,*
Affinitatem hanc ſanè perpetuam volo:
Sin eſt, ut aliter tua ſiet ſententia,
Accipias puerum. --- act: 4. 4. Item Adel. act: 3, 5.

Cic: *Quod genus querelæ mihi quidem videbatur eſſe*

eſſe amici: ſin tibi diſplicet, non utar eo poſthac. ſed, ſi, ut ſcribis, ea literæ non fuerunt diſertæ: ſcito meas non fuiſſe. lib. 3. 11.

I *Appen.* Interdum id patitur diverſorum membrorum in oratione connexio, ut poſt Si, bis ponatur, Sin.

Cic: *Si ſimul placebit, ſtatim ad me venies: ſin idem placebit, atque eodem, nec continuò poteris, omnia tibi ut nota ſint faciam. quicquid ſtatueris, te mihi amicum: ſin id, quod opto, etiam amiciſſimum judicabo.* lib: 5.19. & lib.7.14.& lib.6.2.

II. Appen: Si, admittit ſæpius, Sin.

Ad Herennium. *Si genus cauſæ dubium habebimus, à benevolentia principium conſtituemus, &c. Sin humile genus erit cauſa, faciemus attentos. Sin turpe, inſinuatione utendum erit. Sin honeſtum cauſæ genus erit, licebit rectè vel uti, vel non uti principio.* lib. 1. princ.

Si, ſi verò.

Planc:Cic. *Si nudus huc ſe Antonius conferet, facilè mihi videor per me ſuſtinere poſſe: ſi verò copiarum aliquid ſecum adducet, ne quid detrimenti fiat, dabitur opera à me.* lib:10.11.

Si: ſin verò.

Ulpian: *Si ſtatim, nuntio miſſo, condicam: ſin verò non ſtatim, potero vindicare.* l: Si ego. ff. de jur: dot.

Idem. *Si celandi cauſa, quò ne ad dominum reverteretur, fugiſſet; fugitivum eſſe: ſin verò ut per matrem faciliorem deprecationem haberet delicti alicujus, non eſſe fugitivum.* l: quid ſit. ff: de ædil: edict.

Si: ſin autem.

Cic: *Si iſtic mea commendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas noſtri deſiderium: ſin autem iſta frigebunt, recipias te ad nos.* lib.7.11.& lib: 9.19.

Cic. Atti. *Si vir eſſe volet; præclara συνοδία: ſin autem; erimus nos, qui ſolemus.* lib. 10.6.

Si, quòd ſi.

Cato. Cic: *Si tu, qua in re nihil fortuitò, ſed ſumma tua ratione, & continentia reip: proviſum eſt; diis immortalibus gratulari nos, quàm tibi referre acceptum mavis gaudeo: quòd ſi triumphi prærogativam putas ſupplicationem, &c.* lib.15.5.

Si, ſed ſi.

Ulpian: *Si moriendi duntaxat conſilio ſuſcepto à domino diſceſſiſſet, non eſſe fugitivum: ſed ſi fugæ prius conſilium habuit, deinde mutata voluntate in Tiberim ſe dejecit, manere fugitivum,* l: quid ſit. ff: de ædil. edicto.

Si, ſin aliter. *uno verbo connexa.*

Ter. Phor. ---*ſi uxorem velit,*
Lege id licere facere: ſin aliter, negat. act: 1. 2.

Cic. *Id ſi ita eſt, omnia faciliora: ſin aliter, magnum negotium.* lib. 11. 14. & lib: 10. 6.

Si, ſin aliter. *diverſis verbis copulata.*

Cic: Att. *Spero, ſi abſolutus erit, conjunctiorem nobis fore in ratione petitionis; ſin aliter acciderit, humaniter feremus.* lib: 1. 2.

Plaut. Amphi. *Si qua aſportaſſent redderent, ſe exercitum extemplò domum*
Reducturum &c. ſin aliter ſient animati, neque dent quæ petat,
Seſe igitur ſumma vi, viriſque, eorum oppidum expugnaſſere, ſc:1. Idem Trinu: ſc. Sta.

Si, ſin Secus.

Plaut: Caſi. *Poſtremo, ſi illud quod volumus eveniet gaudebimus, ſin ſecus, patiemur animis æquis.* ---ſc. Face.

Plaut: Trinum. *Si bonus eſt, obnoxius ſum: ſin ſecus eſt, faciam uti jubes.* ſc. Sta ſime.

Si, ſi non. *connexa* { verbi Iteratione, verbis diverſis, uno verbo.

Cic. *Si feceris id quod oſtendis, magnam habebo gratiam, ſi non feceris, ignoſcam.* lib. 5 19. Item lib. 11. & lib. 14. 1.

Cic. Atti. *Eo ſi veneris, de toto itinere, ac fuga mea conſilium capere potero: ſi id non feceris, mirabor.* lib: 33. Itidem Cato. c. 8.

Cic: *Si hæc civitas eſt, civem eſſe me; ſi non, exulem eſſe; non incommodiore loco, quàm ſi me Rhodum, aut Mitylenas contuliſſem.* lib: 7. 3.

Cato. *Si demptus erit odor deterior, id optimè: ſi non, ſæpius facito.* c: 1. 10.

Plaut. Pſeu. *Si credis, nummo: ſi non, ne mina quidem.* ſc: Forum. Ibidem. ſc: Si de.

Horat. *Si poſſis, rectè, ſi non, quocunque modo rem.* lib: 1. epiſt. 3. & 6.

Si, ſin non. *In quo & verbi iteratio eſt.*

Cic: *Si potes, laudabile atque populare eſt, ſin planè non potes, abſens hominum ſermones facilius ſuſtine-*

ſuſtinebis. lib: 5. 14.

Idem. *Cuperem equidem utrumque, ſi poſſet. ſin id non poteſt, niſi hac quæſtione animorum explicata, nunc ſi videtur hoc, illud alias*. 1. Tuſc.

Si, ſi minus. *copulata*. { verbo uno. verbis diverſis.

Columel. *Si tempeſtivum erit, confeſtim: ſi minus poſtero die fines oculis perluſtrare*. lib. 1. c: 8.

Cic. Atti. *Me ſi putas te iſtic viſurum, expectes, ſi minus, inviſas*. lib. 3. 19.

Ulpian. *Animi autem vitium ita demum præſtabit venditor, ſi promiſit: ſi minus non*. l:4 ff: de ædil. edicto.

Cic: Brut: *Ut tu, ſi arbitrare re utile, exque rep: eſſe, perſequerére Dolabellam bello: ſi minus id commodo reip: facere poſſes, ut in iiſdem locis exercitum contineres*. epiſtola 9.

Si, ſin minus. *copulata*. { verbo uno, verbis duobus, verbo iterato.

Cic: Atti: *Igitur S. C. ſi erit factum, ſcribes ad me: ſin minus, rem tamen conficies*. lib. 5. 4. & lib. 3. 16. & lib: 13. 29.

Cic. Q. Fra. *Si perficiunt, optimè: ſin minus, ad noſtrum Jovem revertamur*. lib: 2. 8.

Cic. eidem. *Si ex ſententia ſucceſſerit, bene erit opera poſita: ſin minus, &c*. lib: 2. 13.

Idem. *Domum ſi habebo, in denos dies ſingulos ſumtuariæ legis conferam, ſin minus invenero, quod placeat, decrevi habitare apud te*. lib. 9. 15.

Idem. *His ego litteris, ſi quid profeciſſem, exiſtimabam optandum quiddam me eſſe aſſecutum: ſin minus forte valuiſſent, officio tamen eſſe functum*. lib: 5. 16.

Cæſar. *Ut ſi poſſent, caſtellum cui præerat Quintus Titurius legatus expugnarent, pontemque interſcinderent: ſin minus poſſent: agros Rhemorum popularentur*. 2. bello Gal.

Si, Sin id minus. *uno verbo connexa*.

Cic. *Omnis cura mea ſolet in hoc verſari ſemper, (dicam enim ſæpius) ſi poſſim, ut boni aliquid efficiam dicendo, ſin id minus, ut certè ne quid mali*. lib. 2. de Orat.

Sin, Sin id minus. *uno verbo*.

Cic: *Sin aliquid dignum veſtra gloria cogitatis, velim ſalvis nobis: ſin id minus, res tamen publica per vos brevi tempore jus ſuum recuperabit*. l. 12. 2

Si, ſine id quidem.

Cic. Atti. *Si in eo quod oſtenderat non ſtat, mihi maximè placet, ea, quæ malè empta ſunt, reddi, ſi voluntate Pomponiæ fieri poterit: ſi ne id quidem, nummi potius reddantur, quàm ullus ſit ſcrupulus*. lib: 2. 3.

Si quid, ſin nihil.

Cic. Atti: *Si quid in ea epiſtola, quam ante diem XVI. Kalend: Maji dediſti, fuit hiſtoria dignum, ſcribe quàm primum, ne ignoremus: ſin nihil præter jocationem, redde id ipſum*. lib: 2 8.

Si quid, id.

Cic. *Si quid operis tibi etiam nunc reſtat, id maximopere cenſeo perſequendum*. lib. 10. 25.

Si quid, id omne.

Cic. *Petam ut ſi quid reſidet in te amoris erga me, id omne in Pomponii negotio oſtendas*. lib: 5. 5.

Si, at.

Plaut. Bacch. *Si illi ſunt virgæ ruri, at mihi tergum domi eſt*. ſc. Ibo in Piræeum.

Si, at ſi.

Ter. Eunu. *Nempe incommoditas denique huc omnis redit,*
Si eveniat, quod dii prohibeant, diſceſſio.
At ſi corrigitur, quot commoditates, vide. act. 3. 3.

Si, attamen.

Ter: Eu. ---- *ſi ego digna hac contumelia*
Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. act. 5. 2.

Si, verò.

Cic: *Quas ſi, ut volumus exceperimus, ego verò multam ſalutem, & foro dicam, & curiæ*. li: 7. 33.

Si, ſaltem.

Plaut: Trucu. *Si alia membra vino madeant, cor ſit ſaltem ſobrium*, ſc. Blitea.

Si, quòd.

Cic: *Si ulla mea apud te commendatio valuit, quòd ſcio multas plurimum valuiſſe, hæc ut valeat rogo*. lib: 13. 40.

Itidem Ad Atti. lib: 11 23. & ibi P. Manutius.

Si, certè.

Cic. *Victi ſumus igitur, aut ſi vinci dignitas non poteſt, fracti certè, & abjecti*. lib: 4. 7. Item lib. 5. 16. & lib: 13. 1.

Cic: *Tu certè coëgiſſes, ſi ullum firmamentum in illo teſte poſuiſſes*. Pro Flacco.

Q Idem.

Idem. *Hoc ſi aliena res eſſet, certè facere non potuiſſet.* lib. 1. In Verrem.

Plancus Cic *Quare ſi aut aliter ſentirem, certè admonitio tua me reprimere: aut ſi dubitarem hortatio impellere poſſet.* lib: 10. 4.

Cic: Atti. *Si ulla res eſt, quæ bonorum animos, quos jam video eſſe commotos vehementius poſſit incendere, hæc certè eſt.* lib. 2. 16.

Si, nihilo minus.

Columel. *Quod ſi fecerimus, nihilo minus defrutum infra tertiam partem vaſis conſedit.* lib. 12. c: 20.

Si, nihilo magis.

Varro *Si ad eam invitent, quæ eſt depravata, nihilo magis ſequemur.* lib. 7 De lin: lat.

Si, utique.

Ulpian. *Si per vim abductum pecus incluſerit quis, utique vi bonorum raptorum conveniri poterit.* l: 2. ff. vi bonorum raptorum. & l: 4. Ibid.

Quintil: *Si ſapientia bonum virum facit, bonus vir eſt utique ſapiens,* lib. 5. c: 10.

Quintil: *Si continentia virtus, utique & abſtinentia,* Ibidem.

I. *Appen.* Si, abſolutè poſitum.

Cic. *Si quid generis iſtiuſmodi me delectat, pictura delectat,* lib: 7: 23.

Plaut. Crucu. *Immo ſi ſcias reliquiæ quæ ſint* --- ſc. Date.

Virg. --- *infandum ſi fallere poſſit amorem* 4. æn.

II. *Appen: Sin, abſolutè poſitum; cui tamen* Si, *aut expreſſè aut tacitè, ut quidam volunt) præmittitur, quale eſt illud Terentii.*

Ter: Eu. *Quæ vera audivi, taceo & contineo optimè: Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuò palàm eſt.* act. 1. 2.

Ubi quidam interpretantur, Quæ vera audivi, id eſt. Si vera audivi.

Cic: Atti. *Id niſi fit, excludemur: ſin ad tabulam venimus, vincemus facultates Othonis noſtra cupiditate,* lib: 12. 39. Niſi, id eſt, Si non.

Cic. *Sin autem erit bellum,* lib: 16. 11. Item ad Atti. lib: 7. 1.

Si quiſquam, is.

Cic: *Si quiſquam fuit unquam remotus, & natura, & magis etiam, ut mihi quidem ſentire videor, ratione atque doctrina ab inani laude, & ſermonibus vulgi, ego profectò is ſum,* lib: 15. 4. Item lib: 6.

Cic: Atti: *Malè eum credo intellexiſſe, ſi quiſquam male intelligit.* lib. 16. 14.

Ter: Eu. *Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis Quàmplurimis, & minimè multos lædere,*
In his poëta hic nomen profitetur ſuum. Prologo.

Si, profectò.

Hirtius. *Si ſine dimicatione inferre integris poſſet, &c. nunquam profectò eſſet illaturus.* 8. bel. Gal.

Salluſt. *Qui ſi dedititius eſt, profectò juſſis veſtris obediens erit.* Jugurt.

Si, tamen.

Cic: *Quæ ſi exequi nequirem, tamen me lectulus meus oblectaret ea ipſa cogitantem, quæ jam agere non poſſum.* In Catone.

Idem. *Et ſi illis planè orbatus eſſem, magnum tamen afferret mihi ætas ipſa ſolatium,* In Lælio fin.

Idem. *Si eſſe unà minus poterimus, quàm volumus, amicorum tamen conjunctione, iiſdem ſtudiis ita fruemur, ut nunquam non unà eſſe videamur.* lib. 5. 13. & 10.

Cæſar. *Ut, ſi qui etiam in præſentia ſe occultaſſent: tamen iis deducto exercitu, rerum omnium inopia pereundum videretur.* de bell. Gall.

Sin, tamen.

Cic: *Sin tu jam Romæ profecta es: tamen curabis ut hoc ita fiat.* lib. 14. 5.

Idem. *Sin tu minus ſcripſeris, ego tamen omnia curabo.* lib. 6. 23.

Plaut. Pœnu. --- *ſin odioſum eſt, dicam tamen.* Prologo.

Si, tum.

Plaut. Capt. --- *olim ſi adveniſſem, magis tum iſtuc diceres.* ſc: Quantò.

Cœlius Cic: *Si ſcias quàm ſollicitus ſum, tum hanc meam gloriam, quæ ad me nihil pertinet, derideas.* lib: 8. 15. & 7.

Cic. Atti: *Hoc ſi quanti tu æſtimes, ſciam: tum quid mihi elaborandum ſit ſcire poſſim.* lib: 1. 6. & lib. 13. 33.

Cato. *Si erit locus ſiccus, tum oleas per ſementem ſerito.* lib: 1. 27.

Ter: Eu. *Imò enim, ſi ſcias quod donum huic dono contrà comparet,*
Tum magis id dicas. --- act. 2. 3.

Si, tum demum.

Plaut. Mili. *Si id facies, tum demum ſciviſti, qui bonus*

bonus ſit, qui malus. ſc: Quid modi.

Sin, tum.

Cic. Atti: *Sed ita conſtitui exſpectare, ut, ſi ad urbem rediremus, ibi nos exſpectaret, ſin tardius id fieret, tum eum arceſſerimus.* li. 7. 17.

Si, citò.

Ter. Heau. *Si non eſt verum, ad miſericordiam ambos adduces citò,* act. 5. 2.

Si, continuò.

Ter. And ---*ſi quid narrare occœpi, continuò dari Tibi verba cenſes.*--act. 3. 2 & alibi ſæpius.

Plaut. Aſi. *Si quem alium aſpexit, cæca continuò ſiet.* ſc: Agedum. Item Pœn. ſc: ſatis. & alibi ſæpius.

Si, Statim.

Balbus & Op. Cic. *A quo ſi erit nobis reſcriptum, ſtatim, quæ ſentiemus, ad te ſcribemus.* Ad Attic. lib. 9.

Ulpian: *Si quidem dedi ſervo ejus, ſtatim ipſi quæſita eſt.* l: 14. ff: de furtis.

Si, confeſtim.

Cn. Pompejus. *Si ſecundum mare ad me ire cœpiſſet, confeſtim in Samnium ad me venturum.* Ad Attic. lib: 8.

Itidem l: 10. ff: De fideicom. libertat.

Si, extemplò.

Plaut. Amph. *Si quæ aſportaſſent redderent, ſe exercitum extemplò domum Reducturum.* --- ſc. 1.

Plaut. Bacchi. --- *ſi attingas eum manu, Extemplò puer pædagogo tabula dirumpit caput.* ſc: Nunc.

Idem Trucu. *Si ſemel amoris poculum accepit merè. Eaque intra pectus ſe penetravit potio, Extemplò & ipſus periit, & res, & fides.* ſc. 1.

Sin, è veſtigio.

Cæſar. *Si imperata non facerent, ad nutum è veſtigio diriperentur.* 2. de bello civili.

Si, illico.

Ter. Heau. ---*ſi nunc à nobis abis, & Bacchidem hic relinquis, Noſter reſciſſet illico, eſſe amicam hanc Clitiphonis* act: 4. 2.

Itidem Plaut. Aulu. ſc. Nunc.

Si, tunc.

Cœlius Cic: *Si ad numerum ii non eſſent; tunc deinceps proximi cujuſque collegii, in ſortem mitterentur.* & lib: 8. 7.

Ulpian. *Si extra ordinem ejus rei pœnam exercere velit, tunc ſubſcribere eum in crimen oportebit.* l: ult. ff. de privatis delictis.

Si { jam. / jam tunc.

Plaut. Aſi. *Quam ſi intelligam deficere vita, jam ipſe Vitam meam tibi largiar.* --- ſc. Cur me.

Ter. Adel. --- *ſi moleſtus pergis eſſe, jam intro arripiere.* act. 2. 1.

Salluſt. *Si paululum modò vos languere viderint jam omnes feroces aderunt.* In Conjurat.

Virg. *Iam mare turbari trabibus, ſævaſque videbis Collucere faces, jam fervere littora flammis, Si te his attigerit terris aurora morantem.* 4. æn.

Hirtius. *Si feciſſet, jam tunc ſibi mitteret munera.* De bello Alexandrino.

Si, nunquam.

Ter. Adel. --- *ſi me ſenſerit Eum quæritare, nunquam dicet, carnufex.* act: 3. 5

Si, ibi.

Ter. And. *Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet.* act. 2. 3.

Salluſt. *Si Numidæ propius acceſſiſſent, ibi verò virtutem oſtendere.* Jugurt.

Teren. Hec. ---- *ita ægrè tulit, ut ipſam Bacchidem, Si adeſſet, credo ibi ejus commiſereſceret.* act. 1. 2.

Ter. Heaut: *Dare denegaris, ibit ad illud illico, &c.* act. 3. 1.

Si, ita.

Plau. Amph. --- *quadrigas ſi nunc inſcendas Iovis, Atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortunium.* ſc. 1.

Ovid. *Si fuit hic animus nobis, ita parcite divi.* 1. triſt. 2.

Appen: Non ſi, propterea.

Cic. *Non enim ſi ſine parentibus filii eſſe non poſſunt propterea cauſa fuit in parentibus gignendi neceſſaria.* In Topicis.

Si non, idcirco.

Cic. *Neque enim, ſi tuæ res geſtæ cæterorum laudibus obſcuritatem attulerunt, idcirco Cn. Pompeji memoriam amiſimus* Pro Deiotaro.

Cic. *Neque enim ſi multitudo litium, ſi varietas cau-*

cauſarum, ſi hæc turba, & barbaria forenſis dat locum vel vitioſiſſimis orationibus; idcirco nos hoc, quod quærimus, omittemus. lib: 1. De Oratore. Item 2. de legibus.

Plaut. Ruden. *Ne inviſas habeas, néve idcirco nobis vitio vortas,*
Si quippiam eſt, minus quod benè eſſe lautum tu arbitrare. ſc. Nunc id.

Varro. *Non enim pirum recipit quercus, neque enim ſi malus pirum.* De re Ruſt. lib: 1. 40.

Si, non continuò.

Varro. *Sed ſi hoc in Saſernæ fundo in Gallia ſatis fuit, non continuò idem in agro liguſtico montano.* lib: 1. c: 18.

Cic. *Non continuò, ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius.* Pro Roſc. Amerino.

Quintil. *An protinus, qui non reddiderit, ingratus ſit?* lib: 7. c: 4.

Idem. *Sol colorat: non utique qui eſt coloratus, à ſole eſt.* lib. 5. c: 10.

Idem. *Non quia eſt arbor, platanus eſt: at quod non eſt arbor, utique platanus non eſt.* Ibidem.

Cic. *Nec, ſi ipſi minus conſequi poſſumus, idcirco minus id ita faciendum eſſe, ſentimus.* 2. Tuſc: prin:

Idem. *Nec ſi P: Craſſus idem fuit eloquens, & juris peritus: ob eam cauſam ineſt in facultate dicendi juris civilis ſcientia.* 1. De Oratore.

Idem. *Non ſi Opimum defendiſti Carbo, idcirco te iſti bonum civem putabunt.* 2. de Oratore.

Varro. *Quod ſi oportet, ut à ſimilibus ſimiliter omnia declinentur verba; ſequitur, ut ab his ſimilibus ſimilia debeant fingi: quod non fit.* 7. de lin: lat.

Idem. *Si eſt analogia, ſequitur, &c.* Ibidem.

Si minus, at.

Cic. *Si minus in curia, atque in foro, at in litteris & libris.* lib. 9. 2.

Cic: O *audaciam ſingularem; non timuiſſe, ſi minus vim deorum, hominumque famam, at illam ipſam noctem, faceſque illas nuptiales?* Pro Cluentio.

Cic. *Eſſes omnia, ſi minus re, at verbis legitimis conſecutus.* Pro domo ſua.

Si minus, tamen.

Cic. *Si id minus contigerit: tamen non poſſum eum non diligere.* lib. 9. 17.

Si minus, attamen.

Cic: *Propter noſtram ſuffragationem, ſi minus potentem: at probatam tamen, & juſtam, & debitam.* lib. 2. 6.

Idem. *Hic noſter vulgaris orator, ſi minus erit doctus attamen in dicendo exercitatus.* 3. De Orat.

Si minus, certè.

Cic: Atti. *Si mihi minus proficio, ſimulationi certè facio ſatis.* lib. 12. 20.

Quintil. lib: 1. c: 8. *vide etiam* Si, Si minus.

Si minus, nihilo minus.

Salluſt. *Si cauſa peccandi in præſens minus ſuppetebat, nihilo minus inſontes, ſicuti ſontes, circumvenire, jugulare.* In Conjurat.

Si minus, vel. *pro Certè, aut Saltem.*

Cic: *Si id mihi minus contingat, vel hoc ſim quotidiano tuo ſermone contentus.* lib: 2. de Orat.

Si minus, utique.

Cic: Atti. *Velim antè poſſis; ſi minus, utique ſimul.* lib. 13. 4.

Si minus, me herculè.

Cic. *Nam aut erit hic aliquid aliquando, aut ſi minus, unà me herculè collocutio noſtra pluris erit, quàm omnes Samarobrinæ.* lib. 7. 11.

I. *Appen:* Si minus, *abſolutè poſitum.*

Cic: *Hoc velim cures, ſi auctio ante meum adventum fiet, ut Pomponius; aut ſi is minus poterit, Camillus noſtrum negotium curet.* lib: 14. 5.

Cic: *Quam declinationem ſine cauſa fieri, ſi minus verbis, re cogitur confiteri.* De Fato.

II. *Appen:* Si minus, *in poſteriori orationis membro collocatum.*

Cic: *Statui adhibere aliquam modicam conſolationem, quæ levare dolorem tuum poſſet, ſi minus ſanare potuiſſet.* lib: 5. 16.

Cic: *Huic tu libro maximè velim ex animo, ſi minus gratiæ cauſa ſuffragere.* lib: 12. 17.

Cic. Att. *Epiſtolam Cæſaris miſi, ſi minus legiſſes.* lib: 13. 22.

III. *Appendix.* Sin minus. *abſolutè poſitum.*

Cic: *Quæ ut concurrant omnia, optabile eſt, ſin minus, plures cauſæ, majoreſque, ponderis plus habebunt.* 1. Offic.

IV. *Appen:* Fit interdum, ut plura orationis membra cohæreant, conditionali particula utrobique ſuppreſſa.

Cic: *Vim volumus extingui? jus valeat neceſſe eſt, id eſt judicia, quibus omne jus continetur: judicia*

judicia diſplicent, aut nulla ſunt? vis dominetur neceſſe eſt. Pro Sextio.

Idem. *Poſcit, dandum eſt, vocat, veniendum, ejicit, abeundum, minatur, extimeſcendum*. Paradox penult.

Ter: Phor: *Ecce autem ſimilia omnia, omnes congruunt,*
Unum cognoris, omnes noris. act: 1. 5.

Ter: Adel: *Amat? dabitur à me argentum.* ----
Fores effregit? reſtituentur, diſcidit
Veſtem? reſarcietur ---- act. 2. 1.

Ter. Adel. *Sì id fit dando, atque obſequendo, non poſtremus feram.*
Deerit? id mea minimè refert, qui ſum natu maximus. act. 5. 4.

Salluſt: *Me quidem, ex animi mei ſententia, lædere nulla oratio poteſt, quippe vera, neceſſe eſt, benè prędicet: falſam, vita moreſque mei ſuperant*. Jugurt.

Sin minus, certè.

Cic: *Redeo ergo ad unum illud, me tuum fore cum tuis ſi modo erunt tui: ſin minus, me certè in omnibus rebus ſatis noſtræ conjunctioni, amoriq; facturũ*. l. 4. 8

Sin minus, tamen.

Cic: *Sin tu minus ſcripſeris, ego tamen omnia, quæ tibi utilia eſſe arbitrabor, ſummo ſtudio diligenterque curabo*. lib: 6. 23.

Si non, at.

Cic. *Eorum deſiderium ſi non æquo animo, at forti feras*. lib: 6. 23. & 6.

Cic: Atti. *Permagni noſtra intereſt te, ſi comitiis non potueris, at declarato illo eſſe Romæ*. lib. 2. 23.

Cato. *Fundum eodem die, ſi poteſt, circumeat: ſi non eo die, at poſtridie*. c: 2.

Cæſar. *Si nullam partem Germanorum domum remittere poſſet: at ne quos amplius Rhenum tranſire pateretur*. 1. De bell: Gall.

Ter. Adel. --- *quæ quantum poteſt,*
Aliquò abjicienda eſt, ſi non pretio, at gratiis. ac: 4. 7

Si non, tamen.

Sulpicius Cic: *Quæ ſi hoc tempore non ſuum diem obiiſſet, paucis poſt annis tamen ei moriendum fuit*. lib: 4. 4.

Cæſar *Cujus rei exemplum ſi non haberemus tamen libertatis cauſa inſtitui, & poſteris prodi pulcherrimum judicarem*. 7. De bello Gall. Plaut: Ruden. ſc: Nunquam.

Si non, attamen.

Cic. *Cum ſpe ſi non optima, at aliqua tamen vivere*. lib: 9. 6.
Itidem In Oratore, princ.

Si non, certè.

Cic: Atti. *Qui ſi non plus ingenio valebas, quàm ego certè timebas minus*. lib: 3. 15.

Ter. Adel: ---- *ſi non re ipſa tibi dolet,*
Simulare certè eſt hominis. ---- act: 4. 7.

Si non, at certè.

Cic. *Putaremus, ſi non totam cauſam, at certe noſtrum judicium definiri*. lib: 15. 15.
Item pro Cecin. Itidem Cæſar. 5. De bel: Gal.

Si non, ſed certè.

Cic: Atti: *Si Bruto non probatur, neſcio, cur illum amemus, ſed avunculo ejus certè probabitur*. l. 5. ult

Si non, ſaltem.

Plaut. Trin. *Id optimum, tute uti ſis optimus.*
Si id nequeas, ſaltem ut optimis ſis proximus. ſc. Minus.

Si non, at ſaltem.

Cic. *Utinam aliquo, ſi non bono, at ſaltem certo ſtatu civitatis, hæc inter nos ſtudia exercere poſſemus*. lib: 9. 8.

Appen: Si nihil aliud, ſaltem.

Cic: *Bonis patriis fortuniſque omnibus ſpoliatus, venit in judicium ſi nihil aliud, ſaltem ut eum, cujus opera ipſe multos annos eſt in ſordibus, paulo tamen obſoletius veſtitum videret*. li: 1. in Verrem.

Plaut. Caſi. *Si ſic nihil impetrare potero, ſaltem ſortiar*. ſc: Qui illum.

Appen: Saltem, ſi non.

Plaut. Mer. *Ubi habitaret invenires ſaltem, ſi nomen nequis*. ſc: ſumne.

Si non, ſi.

Plau: Bacchi. *Lippi illic oculi ſervus eſt ſimillimus,*
Si non eſt, nolis eſſe, neque deſideres:
Si eſt, abſtinere quin attingas, non queas. ſc. Meam. Item Cruce. ſc Beatus.

Si non, ſin.

Cic Atti: *Novi eſt in lege hoc, ut, qui nummos in tribu pronuntiaverit, ſi non dederit, impunè ſit: ſin dederit, &c*. lib: 1. 14.

Si non, tum.

Plaut Pænu. *Si ego minam non ultus fuero probè, quam lenoni dedi,*

Tum profectò me ſibi habento ſcurræ ludificatui, ſc: Si ego.

Idem Pœnu: *Si reſpondebunt, Punicè pergam loqui. Si non, tum ad horum mores linguam vertero.* ſc: Ain tu.

I. *Appen:* Si non, *abſolutè poſitum.*

Cic. *Si non potes omnem partem, aliquam velim extorqueas.* lib: 16. 24.

Varro: *Ut intra ſepta villæ habeat aquam: ſi non, quàm proximè.* De re Ruſtica lib: 1. 11.

II. *Appen:* Si non, *in poſteriori membro.*

Cic. *Hoc uno profectò magnus orator eſt ſi non maximus.* In Oratore.

Plaut. Capt. *At ea ſubterfugere potis es pauca, ſi non omnia.* ſc: Jovi.

Sic, ut. *ſimilitudinis.*

Cic. *Pomponium Atticum ſic amo, ut alterum fratrem.* lib. 13. 1.

Idem. *Sed idem ſarciam: te enim ſemper ſic colam, & tuebor, ut quem diligentiſſimè.* lib. 13. 62.

Cic: Att: *Ego tui Bruti rem ſic ago, ut ſuam ipſe non ageret.* lib: 5. 18.

Cic: *Sic & te commendavi, & tradidi, ut graviſſimè, diligentiſſimeque potui.* lib. 7. 17.

Cæſar. *Prima luce, ſic ex caſtris proficiſcuntur, ut quibus eſſet perſuaſum non ab hoſte, ſed ab homine amiciſſimo Ambiorige conſilium datum.* 2. De bel: Gal:

Ulpian: *Siquidem ſic dedit mulier, ut ſtatim ejus fiant.* l. Dotis fructum 7. ff. de jure dot.

Appen: Sic, *id eſt.* Adeò ut.

Cic. *Id mihi ſic erit gratum, ut gratius eſſe nihil poſſit.* lib. 13 31.

Cic: *Sic ſemper dilexi, ut, non ullo cum homine conjunctius viverem.* lib. 6. 9. & 15.

Cic: *Sic à me hoc contendit, ut nihil unquam magis.* lib. 13. 1.

Cic: Attic: *A ducenda autem uxore ſic abhorret, ut quidquam libero lectulo neget eſſe jucundius.* lib. 4. 13.

Ovid: *Vivere me dices, ſed ſic, ut vivere nolim.* 3. triſt. 7.

Sic, ut ſi.

Cic: *Ejus negotium ſic velim ſuſcipias, ut ſi eſſet res mea.* lib. 2. 14.

Sic, ut.

Plaut. Amphi. *Neque me Juppiter, neque dî omnes id prohibebunt, ſi volunt, Quin ſic faciam, uti conſtitui.* .... ſc. Vos inter.

Appen: Sic, ita Ut.

Cato. *Spæritam ſic facito, ita ut ſpiram.* c: 8. 2.

Appen: Sic, uti, cauſale.

Cic: Atti: *Sed judicium, ſi quæris, quale fuerit: incredibili exitu, ſic uti nunc ex eventu ab aliis, à me tamen ex ipſo initio conſilium Hortenſii reprehendatur.* lib. 1. 14.

Cæſar. *Ex omnibus partibus ad pabulatores advolaverunt, ſic uti ab ſignis, legionibuſque non abſiſterent.* 5. de bello Gal.

Idem. *Magnoque vento ignem operibus inferunt: hunc ſic diſtulit ventus, uti.* 2. bel. civili.

Sic, ne.

Colu. *Stabula ſic ordinentur, ne quis humor influere poſſit.* lib. 1. 6.

Idem. *Illuſtratum feneſtris à terra ſic editis, ne manu contingi poſſint.* Ibidem.

Sic, ut ne quidem.

Cic. *Quem tu à puero ſic inſtituiſti, ut nobili, ne gladiatori quidem cederet.* Pro Quinctio.

Sic, ut ſuprà nihil poſſet.

Cor. Nepos. *Idem poëmata pronuntiabat, & græcè & latinè ſic, ut ſuprà nihil poſſet.* In vita Att:

Sic, ut non. *id eſt*, eatenus, ne.

Paulus. *Poteſt & vi bonorum raptorum agere, ſic, ut non excederet quadruplum.* l: Si quis egerit; 88. ff: de furtis.

Sic, ſi.

Ulpian. *Cum eo qui pulſabat agere poſſum: quippe cum in turba dolo malo damnum datum ſit, ſic tamen ſi ut damnum daret, ideo cœperat cadere.* l: 4. §. 7. ff: vi bonorum raptorum.

Appen: Sic ut, *id eſt*, ea mente; in hoc, ut.

Ulpian. *Si quis ſic fecit injuriam ſervo, ut domino faceret, video dominum injuriarum agere poſſe ſuo nomine.* l: Item 15. § 27. ff. injuriis.

Sic, qualis.

Plaut. Amphi. *Imò ſic condignum, quale eſt. qoi dono datum eſt.* ſc. Bene vale.

Sic, quaſi. (14.

Cic: *Si velim evitare quaſi in eo ſint mihi omnia.* l. 15

Idem. *Quas quidem ſic avidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.* In Catone.

Idem,

Idem. *Sic enim vidi, quaſi ea quæ oculis cernuntur, me à te amari.* lib: 10. 19.

Plau: Amph. *Sic ſalutas, atq; appellas, quaſi dudum non videris.* ſc. Satin'. Item Epid. ſc. Non.

Cic. Atti. *Ea ſic obſervabo, quaſi intercalatum non ſit.* lib. 6. 1.

Ulpian. *Servius, vel ſic accepit, quaſi ſocio acquiſiturus: vel ſic, quaſi mihi, & ſocio.* l. Qui mihi 13. ff. de donat.

Appen: Interdum hæc tranſponuntur.

Ulpian: *Si municipes vel aliqua univerſitas ad agendum det actorem, non erit dicendum quaſi à pluribus datum. ſic haberi.* l: 2. ff: quod cujuſque univer. nomine.

Appen: Quaſi, abſolutè poſitum.

Cato. *Cætera omnia, quaſi placentam facias, facito.* c: 77.

Sic, quemadmodum.

Cic: *Sic ulciſcar ſingula genera, quemadmodum à quibuſque ſum provocatus.* Poſt reditum ad Quirites.

Columella. *Vineæ non ſic altos, quemadmodum latos, & lacertoſos viros exigunt.* lib: 1. 9.

Paulus. *Pater ſic illum amiſit, quemadmodum patria,* l. Poſtliminium. ff: de captivis & poſtli: Item. l: 18. ff. de pignor: & hyp:

Sic, quemadmodum ſi.

Papinianus. *Sic acquiratur filio res & ſtipulatio, quemadmodum ſi extero promiſiſſet.* l: pater. 15. ff. de caſt. pecu.

Sic, quo modo.

Cælius Cic. *Ego tamen ſic nihil exſpecto. quo modo Paulum coſ. deſ. primùm ſententiam dicentem.* lib. 4. 8.

Sic, proinde ut.

Plautus Amphi. *Nunquam edepol quenquam mortalem credo ego uxorem ſuam*
Sic efflictim amare, proinde ut hic te efflictim deperit. ſc. Benè vale.

Sic, velut.

Columel. *Sic mente diſpoſitus, velut ſummam totius rei conſecuturus* lib: 1. 1.

Sic, tanquam.

Cic. *Apud eum ego ſic Epheſi fui, quotieſcunque fui, tanquam domi meæ.* lib: 13. 69.

Cic: *Odyſſea latina eſt, ſic, tanquam opus aliquod Dædali.* In Bruto.

Idem. *Si ſic agerem, tanquam mihi crimen eſſet diluendum.* Pro Cluentio.

Cicero Q. Fratri. *Eo ſic utar, tanquam bono.* l. 2. 14

Sic, tanquam ſi.

Gellius. *Hos autem verſus Ceſellius ſic accipit, tanquam ſi Antiochus dicat.* lib. 7. c: 2.

Appen: Tanquam, abſolutè.

Cic: *Ad hunc ſcribere conſuevi, hujus cum opera, & fide, tum domo, & re uti, tanquam mea.* lib. 13. 69

Ter. Adel. *Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in vitas omnium*
Iubeo. .... act. 3. 4.

Sic, ſecus.

Cic: *Illa, quæ aliis ſic, aliis ſecus, nec iiſdem ſemper uno modo videntur, ficta eſſe dicimus.* l. 1. de legib.

Appen: Non ſic, quaſi: ſed ita, quaſi.

Ulpian. *Non enim ſic eum convenimus, quaſi poſſidentem: ſed ita, quaſi dolo malo fecerit, quo minus poſſideret.* l: 1. ff: De tigno juncto.

Appendix.

Prior hujus comparationis particula, ſæpe in oratione latina abſolutè poſita reperitur, ut & particula Ita, de qua ſupra egimus, ſignificat autem interdum quod Adeò.

Cic. *Res ſic ſe habet, is bellum confecerit, qui Antonium oppreſſerit.* lib: 11. 12.

Cic. *De quo ſic velim ſtatuas, me hæc eadem ſenſurum fuiſſe, ſi mihi integra omnia, ac libera fuiſſent.* lib. 1. 9. & lib. 7. ult.

Cic: Atti. *Sic enim noſtræ rationes poſtulabant:* lib. 4. 2.

Idem Atti. *Nunc ſe res ſic habet, volitat, furit.* lib. 2. 22.

Cæſar. *Sic ad ſubeundum periculum & ad vitandum, multum fortuna valuit.* 6. de bel. Gal.

Cæſar. *Sic magnæ fuit fortunæ, &c. ipſum effugere mortem.* 6. de bel. Gal.

Cic. Q. Fra. *Illud quidem ſic habeto, nihil nobis expeditius, ſi valebimus, fore fortunatius.* l. 2. 14 & 15.

Cic Atti. *Me ipſum commoverat, ſic abſurde, & aſperè verbis, vultuque reſponderat.* lib. 5. 1.

Idem Atti. *Sic habeas, nihil me hercule te mihi nec carius eſſe, nec ſuavius.* Ibidem.

Cato. *Majores enim noſtri ſic habuerunt, & ita in legibus poſuerunt, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli.* De re Ruſt. præfatione.

Ter:

Ter. Phor: *Sic eſt ingenium.* .... act: 1. 2.

Sicut, idem.

Cic: *Sicut ſcribis tibi id eſſe referendum, idem ipſe ſentio,* lib: 5. 20.

Sicut, ita.

Cic: *Hæc ſicut expoſui, ita geſta ſunt.* Pro Milone.

Cæſar. *Sicut mari, portubuſque Cæſarem prohibebat, ita ipſe omni terra earum regionum prohibebatur.* 3. de bel: civili.

Colu: *Ædificium, ſicut ſalubri regione, ita ſaluberrima parte regionis debet conſtitui.* lib: 1. 4.

Plaut: Aſi: *ſicut tuum vis unicum gnatum tuæ Techniques Superesſe vitæ, ſoſpitem & ſuperſtitem,*
Ita te obteſtor. .... ſc: 1.

Sicuti, ita.

Ulpian. *Sicuti convenire dicuntur, qui ex diverſis locis in unum locum colliguntur, & veniunt, ita & qui ex diverſis animi motibus in unum conſentiunt.* l: 1. ff: de pactis.

Ulpian: *Sicuti lucrum, ita damnum quoq; commune eſſe,* l: cum duob: 52 ff: pro ſocio.

Idem. *Sicuti paſcit, ita & cibaria poteſt non recuſare,* l: Sed & ſi. 11. ff. ad exhibend.

Colu: *Fundum, ſicuti ne fœcundiſſimi quidem ſoli cum ſit inſalubris; ita nec effœti, ſi vel ſaluberrimus ſit, parandum,* lib: 1. 4.

ſicut, item.

Cic: *Nullæ enim lites, neque controverſiæ ſunt, quæ cogant homines, ſicut in foro non bonos oratores, item in theatro malos actores perpeti,* de Oratore lib. 1.

Cic: *Sicut tu ſemper ſummè concupiſti, item volebat Alphenus.* Pro Quinctio.

Idem. *Omnium magnarum artium, ſicut arborum altitudo nos delectat, radices, ſtirpeſque non item.* In Oratore.

Idem. *Iterum enim jam quæro abs te ſicut modo in illo capite Anniano de mulierum hæreditatibus, item nunc in hoc de hereditatum poſſeſſionibus, tur, &c.* lib: 1. In Verrem.

Sicut, ſic.

Cic: *Sicut aliis in locis parùm firmamenti, & parum virium veritas habet, ſic in hoc loco falſa invidia imbecilla eſſe debet.* Pro Cluentio princ.

Cic: Att: *Quid quæris ſicut* ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς *alienantur immundæ, inſulſæ, indecoræ: ſic me illius fugæ, negligentiaque deformitas avertit ab amore.* lib. 9. 9. id eſt, in rebus amatoriis.

Q. Cic. *Sicut olim matrem noſtram facere memini, quæ lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ: ſic tu, &c.* lib: 16. 26.

I. *Appen:* Sicut, abſolutè poſitum.

Cic: Q: Fra: *Cùm jam tibi Aſia, ſicut unicuique ſua domus, nota eſſe debeat,* lib: 1. 1.

Plaut: Bacch: *Nihil eſt miſerius, quàm animus hominis conſcius,*
Sicut me habet .... ſc: Sceleſtiorem.

II. *Appen:* Non ſicut: ſed tanquam.

Ad Heren. *Propterea quòd hic locus non eſt à tota cauſa ſeparatus, ſicut membrum aliquod; ſed tanquam ſanguis perfuſus eſt per totum corpus orationis.* lib. 4.

III. *Appen:* Non ſicut, ſed ut.

Cic: *Nec ſicut vulgus, ſed ut eruditi ſolent appellare ſapientem.* In Lælio.

Similis, ac. Similis, ac ſi.

Varro. *Emptio equina ſimilis ferè, ac boum, & aſinorum.* lib: 2. 7.

Livius. *Similem pavorem inde fugamque fore, ac bello Gallico fuerat,* Ab. V. C.

Livius. *Hæc ſunt Tribuni conſilia veſtra, haud herculè diſſimilia, ac ſi quis ægro, qui curari ſe fortiter paſſus, extemplò convaleſcere poſſit.* Ibidem.

Hirtius. *Ne quod ſimile incommodum accideret de incurſione Barbarorum, ac ſuperiore æſtate,* lib. 8. bel. Gal.

Cic. *Nec ſi ille ſapiens ad tortoris eculeum ire cogatur, ſimilem habeat vultum, ac ſi ampullam perdidiſſet.* lib. 4. de finibus.

Similis, atque.

Cic: *Similis erit finis boni, atque anteà fuerat.* lib: 5. de Finib.

Cic. *Si quid Hortenſi docere vis ab iſto ſimile inæſtimatione, atque à cæteris eſſe factum: doceas oportet, aliquo in loco Siciliæ, prætore Verre ternis denariis tritici modium fuiſſe.* lib: 3. In Verrem.

Idem. *Hic tamen excipit Pompejum: ſimillimè, ut mihi videtur, atque in illa lege, qua peregrini Roma ejiciuntur, Glaucippus excipitur.* De lege agra. contra Rul: in Senatu. princ.

Cæſar. *Hortatur, ut ſimili ratione, atque ipſe fecerit, ſuas*

ſuas injurias proſequatur. 7. de bel. Gal.

Ter. Phor: *Ne ſimili utamur fortuna, atque uſi ſumus.* Prologo.

I. *Appen:* Diſſimilis, atque.

Cic. Atti: *Aut quieſcendum: quod non eſt diſſimile, atque ire in Solonium, aut Antium.* lib: 2. 3.

Hirtius. *Etſi erat non diſſimile, atque Alexandriæ, genus ædificiorum.* De bello Alexan.

Ad Heren. *Quoniam diſſimiles ſint, qui audiunt, atque ille qui vituperatur, ſperare nos, illius vitam vehementer eos improbaturos.* lib: 2.

II. *Appen:* Conſimilis, atque.

Gellius. *Exiſtimavit quidam etiam illud Biantis, viri ſapientis, ac nobilis, reſponſum conſimile eſſe, atque eſt Protagorion illud, de quo dixi modo,* ἀντίστρεφον. lib: 5. cap. 11.

Plaut. Bacch *Haud conſimili ingenio, atque ille eſt.* ſc: Nunc experiar.

III. *Appen.* Conſimilis, velut.

Plaut. Pœnu. *Satis ſpectatum eſt, deos atque homines ejus negligere gratiam,*

Cui homini herus eſt conſimilis, velut ego habeo nunc hujuſmodi. ſc. Satis.

Similis, et.

Ulpian. *Et erit in hunc caſum ſimilis cauſa ejus, & cauponis.* l. Eum qui. 14. ff: de furtis.

Diſſimilis, et.

Cic. *In officio perſoluendo diſſimilis ratio eſt, & pecunia debita* Poſt reditum ad Quirites, fin.

Id. *Diſſimilis eſt pecunia debita & gratia* ProC. Pla.

Similis, quaſi.

Plaut. Trucu *Nam hoc aſſimile eſt, quaſi de fluvio, qui aquam derivat ſibi.*

Niſi derivetur, tamen omnis ea aqua abeat in mare. ſc. Ite.

Similis, tanquam ſi.

Cic: *Similes ſunt Dii, tanquam ſi Pœni, aut Hiſpani in Senatu noſtro loquerentur.* lib. 2. de divinat.

Similis, ut ſi.

Cic. *Simileſque ſunt, ut ſi gubernatorem in navigando agere nihil dicant.* In Catone.

Similiter, ac.

Varro. *Similiter flabellum, ac flagellum.* De re Ruſt. lib. 1. 31.

Similiter, ac ſi.

Cic: *Tu autem quid quæris? ſimiliter facis, ac ſi me roges.* De natu. deo.

Similiter, atque.

Cic *Neque verò illum ſimiliter, atque ipſe eram, commotum eſſe vidi.* Philip. 1.

Cic: *Videamus quale ſit: ſimiliter à nobis antiquos Philoſophos commemorari, atque ſeditioſi ſolerent claros viros ſed tamen populares aliquos nominare.* 4 Academic.

Brutus At. *Non omnibus horis jactamus idus Martias, ſimiliter atque ille Nonas Decembres ſuas in ore habet.* epiſt: 21. ad Brutum.

Feſt. *Quod ſimiliter, atque illa curentur.* In Polim.

Similiter, ut.

Varro. *Si eſſet analogia; ſimiliter ut dicunt aves; oves, ſues dicerent.* lib: 1. Analo.

Ulpan. *Non ſimiliter locationes, ut venditiones fiunt.* l. ſciendum. 63. ff: ædil. edict.

Africanus. *Centum Capuæ dari ſtipulatus fidejuſſorem accepiſti, ea pecunia ab eo ſimiliter, ut ab ipſo promiſſore peti debebit.* l. centum. ff: de eo quod certo loco.

Plaut. Pſeu. *Exoſſabo ego illum ſimiliter itidem, ut murenam cocus.* ſc. Pſeudole.

Similiter, ut ſi.

Cic. *De qua præclarè apud eundem eſt Platonem; ſimiliter facere eos, qui inter ſe contenderent, uter potius Rempub. adminiſtraret, ut ſi nautæ certarent, quis eorum potiſſimum gubernaret,* l: 1. Offic.

Cic. *Si dicit non eſſe reprehendendos luxurioſos, ſi ſapientes ſint; dicit abſurdè, ſimiliter ut ſi dicat, non reprehendos parricidas, ſi nec cupidi ſint, nec deos metuant.* lib: 2. de fin.

Similiter, quò.

Varro. *Ocinum dictum à Græco verbo* ὠκέως, *quod valet Cito. Similiter quo ocimum in horto.* de re Ruſt. lib. 1. 31.

Appen: Similiter, niſi quòd.

Salluſt. *Oppidum haud diſſimiliter ſi tum munitumque, niſi quòd apud Thalam non longe à mœnibus aliquot fontes erant* Jugurt.

Appen: Similiter, abſolutè poſitum.

Cic. *Ego etiam ſi omnia, quæ dicenda ſunt, liberè dixero, nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit.* Pro Roſc. Ameri: princ.

Ulpian. *Quod jecur, quod pulmo, aut aliud quid ſimiliter*

ſimiliter dolet. l. qui. 1. ff. de ædil. edict.

Arrius Menander. *Non omnes deſertores ſimiliter puniendi ſunt*. l. 5. ff. de re milit.

Simul, ac.

Cic. Att. *Simul ac conſtituero, ſcribam*. lib. 16. 10. & lib. 12. 8. & lib. 14. ult.

Caſſius Cic. *Simul ac legiones accepi, ſcripſi ad te*, lib. 12. 12.

Cic: *Simul ac mihi collibitum ſit, de te cogitare*. lib: 15. 16. & lib: 8. 2.

Varro *Quin ſimul ac promiſeris minerval, incipiam*. lib: 3. c: 2. & lib. 1. c: 8.

Sallust. *Jam primùm juventus, ſimul ac belli patiens erat, in caſtris per laborem uſu militiam diſcebat*. In Conjurat.

Horat.---- *ſimul ac perveneris illuc*. l: 1. epiſtola 13.

Plaut. Aſi.-- *Vapula M. E. id quidem tibi herclè fiet Ut vapules, Demanetum ſimul ac conſpexero hodie*. ſc: Quid hoc.

Simul ac, continuò.

Cic Atti. *Quid poſſum de Torquato, niſi aliquid à Dolabella? quòd ſimul ac, continuò ſcietis*. l. 13. 21

Simul ac, ſtatim.

Cic. *Simul ac me Dyrrachium attigiſſe audivit, ſtatim ad me, lictoribus dimiſſis, inſignibus abjectis, veſte mutata, profectus eſt*. Pro Plancio fin.

Cic: *Verres ſimul ac tetigit provinciam, ſtatim Meſſanam litteras dedit*. lib. 1. In Verrem.

Appen: Simul ac, & Simul ac primùm, abſolutè poſita.

Cic: *Simul ac poteſtas primùm data eſt, adeunt hi, quos dixi*. lib. 1. In Verrem.

Varro. *Simul ac primùm ex iſto villatico pecore mortui erunt anſeres, aut pavones*. lib. 3. 2.

Varro. *Simul ac promiſeris minerval, incipiam*. Ibidem.

Simul, atque.

Cic. *Simul atque introductus eſt, rem confecit*. Pro Cluentio.

Idem. *Simul atque expediſſet, quæ eſſent neceſſaria de Repub: dixit ſe relaturum*. lib. 16. 10.

Idem. *Gratiſſimum mihi feceris, ſi ad me, ſimul atque adeptus eris, quod & tu confidis, & ego opto, litteras miſeris*. lib. 3. 9.

Cœlius Cic. *Simul atque erunt captæ; qui alant eas, & deportent, habes eos, quos ad Sitianam ſyngrapham miſi*. lib. 8. 6.

Cæſar. *Sulmonenſes, ſimul atque noſtra ſigna viderunt, portas aperuerunt*. 1. de bel. civili.

Paulus. *Contra autem, ſimul atque noluit peculium ſervi, definit peculium eſſe*. l: non ſtatim. ff. de pecu.

Appen: Pariter cum, *id eſt*, Simul, atque eodem tempore, quo.

Salluſt: *Pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellum venerant* Jugurt.

Simul atque, illicò.

Cic. *Simul atque increpuit ſuſpicio tumultus, artes illicò noſtræ conticeſcunt*. Pro Murena.

Plaut. Amphi. *Huc autem qom extemplò adventum apporto, illicò Amphitruo fio, & veſtitum immuto meum*. ſc. Ego ſum.

Simul atque, continuò.

Cic. *Qui ſimul atque in oppidum quoppiam venerat, immittebantur illi continuò Cibyratici canes*. lib. 4. In Verrem.

Julianus. *Simul atque inde dempta eſſent, continuò in priſtinam cauſam reverti*. l: Habitator. 59 ff: de rei vindicat.

Simul atque, ſtatim.

Cic: *Quem ſimul atque attigi, ſtatim homo ſe erexit* Pro. Roſ. Ameri.

Idem. *Quæ pecunia ſimulatque ad eum delata eſt, homo impuriſſimus ſtatim cœpit in ejuſmodi mente, & cogitatione verſari: nihil eſſe &c*. ProCluen.

Idem. *Fufius, ſimulatque ædificari cœptum eſt, egit ſtatim cum Bucculeto*. lib: 1. de Orat.

Cœlius Cic. *Simulatque, ave, mihi dixit, ſtatim quid de te audiſſet, expoſuit*. lib. 8. 16.

Cic. *Qui, ſimulatque ei ſorte provincia Sicilia obvenit, ſtatim Romæ, & ad urbem antequam proficiſceretur, quærere ipſe ſecum, & cum ſuis agitari cœpit, quomodo, &c*. lib. 2. In Verrem.

Cæſar. *Hoſtes prœlio ſuperati, ſimul atque ſe ex fuga receperunt, ſtatim ad Cæſarem legatos de pac miſerunt*. 4. de bel. gal.

Gell: *Virgo autem Veſtalis, ſimul atque capta, atqu in atrium Veſtæ deducta, & Pontificibus tradit eſt, eo ſtatim tempore ſine emancipatione è patr poteſtate exit*. lib. 1. c: 12.

Simul, confeſtim.

Hirti

Hirtius. *Ad quem ſimul nuncius allatus eſt, confeſtim ſequi cœpit.* de bello Hiſp.

Simul, protinus.

Ulpian. *Cùm legatorum nomine ſatisdatum eſt, ſimul dies legatorum ceſſit, protinus iiſdem diebus etiam ex ſtipulatione debentur.* l. 8. ff. ut legatorum nomi. caveatur.

Ovid. *Hinc ſimul exiern, laſcivia protinus omnis Abſit. ---* 3. Amo. 13.

Simul, ut.

Cic: Att: *Simul ut videro Curionem.* l. 10. 4. in fin.

Cic: *Qui ſimul ut increpuit, in media oratione de maximis rebus, & graviſſimis diſputantem philoſophum, omnes unctionis cauſa relinquunt.* lib: 2. de Orat.

Idem. *Facilè ut appareat, noſtros omnia conſequi potuiſſe, ſimul ut velle cœpiſſent.* 4. Tuſcul.

Idem. *Omne enim animal ſimul ut ortum eſt, & ſeipſum, & omnes partes ſuas diligit.* 2. de Finib.

Simul, ſtatim.

Cic. *Simul accepi à Seleuco tuo litteras, ſtatim quaeſivi è Balbo per codicillos, quid eſſet in lege.* l: 6. 19.

Appen: Simul, *pro* Simulatque, *abſolutè poſitum.*

Cic. Att. *Simul aliquid audiero ſcribam ad te.* l: 8. 11.

Cic: Atti: *Tractatur res, ſimul quid erit certi, ſcribam ad te.* lib. 2. 20.

Vide Manutium in epi. Ci. Familiares. l. 6. 19.

Cæſar. *Caralitani ſimul ad ſe Valerium mitti audierunt, non dum profectò ex Italia, ſua ſponte ex opido Cottam ejiciunt.* 1. de bello civili.

Virg. *Nam ſimul expletus dapibus, vinoque ſepultus,*
Cervicem inflexam poſuit, jacuitque per antrum. 3. æn.

Catul. *Quæ ſimul optatæ finito tempore luces Advenere.* 62.

Hirtius. *Qui ſimul ad eum ſunt deducti, petierunt ſibi liceret ſine periculo verba proloqui.* De bello Africano.

Idem. *Qui ſimul in conſpectum opidi ſe dederunt, in equis recipiuntur.* De bel. Hiſp. princ.

Idem. *Quæ ſimul eſt mota, equitatus Cæſaris ſiniſtrum cornu premere cœpit.* Ibidem.

Idem. *Simul Cæſar caſtra contra id oppidum poſuit, diſcordare cœperunt.* Ibidem.

Horat. *--- quorum ſimul alba nautis*
Stella refulſit. lib: 1. od: 4. Idem li: 1. epiſt: 7. bis.

Livius. *Simul multitudo illa non ſecum certari viderint, & ex advocatis judices facti erunt, &c. nulli magis, quàm libertati favebunt ſuæ.* Dec: 1. lib 6.

Ovid: *Nam ſimul exta Deo data ſunt, licet omnia fari.* 1. Faſt. princ.

Simul, quòd.

Simul congregandi, ſeu tranſitionis particula, adſumit Quòd, Quia, Ut, Ne.

Cic: *Simul, quòd video, non, ut antehac putabam, novitati eſſe inviſum meæ.* lib: 1. 7.

Salluſt: *Simul, quòd æs alienum per omnes terras ingens erat.* In Conjurat.

Hirtius. *Simulque, quòd tabellarii à Cn. Pompeio diſpoſiti omnibus locis eſſent.* de bel. Hiſpan.

Simul, quia.

Salluſt: *Quippe fœdum hominem à rep: procul eſſe volebat: ſimul, quia boni complures præſidium in eo putabant.* In Conjurat.

Salluſt: *Simul, quia vobis eadem, quæ mihi bona, malaque eſſe intellexi.* In Conjurat.

Simul, ut.

Cic: *Simul, ut eſſet pœna, quòd alterius patroni teſtamento obtemperaſſet.* lib. in Verrem.

Hirtius. *Simul, ut contra Q. Caſſium æquè potentem opponeret dignitatem.* de bello Alexand.

Simul, ne.

Salluſt: *Simul, ne per inſolentiam quis exiſtimet memet ſtudium meum laudando extollere.* Jugurt.

Sive, *vide* Seu. Statim, atque.

Ulpian: *Proconſul ubique quidem proconſularia inſignia habet, ſtatim atque urbem egreſſus eſt.* l: 1. ff. Offic. procon.

Ulpian. *Pomponius putat, admitti ad accuſationem extraneum poſſe, ſtatim atque iſti negaverint.* l. Si maricus 15. ff: ad leg. Jul. de adult.

Ulpian: *Judici enim, ſtatim, atque judex factus eſt, omnium rerum officium incumbit.* l: ædiles 25. ff: de ædili. edicto.

Paulus. *Si pro eo, qui temporali actione teneretur, mulier interceſſerit, temporalis actio reſtituetur: ſic tamen, ut ex præcedenti cauſa continua tempora numerentur poſt reſtitutionem: quamvis ſtatim atque interceſſit mulier, competierat.* l. debitrix. 24. ff: ad S. C. Veilleia.

Statim, cùm.

Papinianus. *Non naſcitur ei jurti actio, quæ ſtatim,*

cùm pecunia ſoluta eſt; ei qui dedit, nata eſt. l. Si vendidero. 80 ff. de furtis.

Statim, quàm.

Cic. Atti. *Statim, quàm decretum ſit, tu judicabis.* lib. 6. 1. Longè tamen alia hoc in loco eſt Lambini lectio.

Ulpian. *Prior ſtatim committitur, quàm aliter fuerit uſus.* l. 1. ff. uſufruc. quemad. caveat.

Marcianus. *Omnes proconſules ſtatim, quam urbem egreſſi fuerint, habent juriſdictionem.* l. 2. ff: de Offic: procon.

Ulpian: *Cum placeat Sabini, & Caſſi ſententia, exiſtimantium ſtatim noſtram eſſe deſinere rem, quàm derelinquimus* l. falſus creditor 43. ff: de furtis. Alia, alii, in poſteriori lege, interpretatione utuntur, quanquam hæc mihi quidem arrideat magis.

Statim, ut.

Cic: *Statim, ut ille prætor eſt factus.* lib. 1. 9.

Idem. *Meque ab eo diligi ſtatim cæptum eſſe, ut ſimultatem depoſuimus, ſenſi.* li: 2. 13. Item li. 3. 9.

Idem. *Quæſivit à te ſtatim, ut Romam rediit Quinctius.* Pro Quinctio.

Cic. Att. *Litteras ſcripſi hora decima Cerealibus, ſtatim ut tuas legeram.* lib: 2. 12. & lib: 5. 12. & lib. 9. 8. & lib. 13. 39.

Cic: *Malè ſe res habet, quæ ſtatim, ut dici cœpta eſt non melior fieri videtur.* De Oratore.

Gajus. *Statim, inquit, ut veniit id mancipium, ea nomine poſſe agere cœpit.* l. ſi verbo. 20. ff. de ædil. ædicto. & l: Juſtiſſime. Ibidem.

Statim, ſimul ac.

Cic: Atti. *Statim ſe iturum, ſimul ac ludorum apparatum iis, qui curaturi eſſent, tradidiſſet.* l. 15. 11.

Statim, ſimul.

Cic: Atti. *Ego ad te ſtatim habebo quod ſcribam, ſimul ut videro Curionem.* lib: 10. 4.

Appen: Statim *diverſimodè, & eleganter in oratione collcatum, vide* Poſt. *& ibi II. Appen.*

Cic. *Itaque hoc ſum aggeſſus ſtatim Catone abſoluto* In Oratore.

Cœlius Cic. *Coactus eſt dicere Pompejus ſe legionem abducturum, ſed non ſtatim ſub mentionem, & convicium obtrectatorum.* lib: 8. 4.

Cic. *Haud poteſt à me gravioribus verbis vulnerari, quàm eſt ſtatim in facto ipſe, ab illo confectus, & trucidatus.* De aruſp. reſponſis.

Modeſtinus. *Stipulatio de dote reddenda ab extraneo interpoſita, facto divortio ſtatim committitur.* l. Stipulatio. ff. de Jure dot.

Plinius. *Semipedalibus ramulis quinis, ſeniſve, à radice ſtatim folioſis.* lib. 27. c. 9.

Plinius. *Quod ſtatim edito partu devorat fœta.* lib. 8. cap. 42.

Ad Heren: *Nam ſtatim re narrata, exſpectat animus auditoris, ex qua re cauſa confirmari poſſit.* lib: 3.

Super, quàm.

Horat. ---- *pœnas dedit uſque, ſuperque*
Quàm ſatis eſt, pugnis cæſus, ferroque petitus.
lib: 1. ſat. 2.

Suprà; quàm.

Cic: *Sæpe ſupra feret, quàm fieri poſſit.* In Oratore.

Idem. *Dummodò ſuprà ſit, quod ſumitur, quam id ad quod ſumitur.* Topic.

Idem. *Paulo ſupra, quam ad linguam ſtomachus annectitur.* lib: 1. de nat. Deor.

Salluſt. *Corpus patiens inediæ, algoris, vigiliæ ſupra quam cuiquam credibile eſt.* In Conjurat.

Salluſt: *Niſi tamen intelligo illum, ſupra quàm ego ſum petere, neque ſimul amicitiam veſtram, & regnum meum ſperare.* Jugurt.

Appen: Supra, abſolutè poſitum.

Cic: *Amor in omnes nos tantus eſt, ut nihil ſupra poſſit.* lib: 14. 1.

Cic. Att: *Libros confeci, & abſolvi, neſcio quam bene, ſed ita accurate, ut nihil poſſet ſupra.* l: 13. 19

Talis, ac.

Cic. *Honos, tali populi Rom: voluntate paucis eſt delatus, ac mihi.* In Vatinium.

Talis, atque.

Ter. Phor. *Faxo tali eum mactatum, atque hic eſt infortunio.* act: 5. 8.

Talis, qualis.

Cic: *Qui ſi eſt talis, qualem tibi videri ſcribis, ego quoque aliquid ſum.* lib. 6. 19.

Cic. *Non eſt igitur amici, talem eſſe in eum, qualis ille in ſe eſt, ſed potius eniti, efficere, ut amici jacentem animum excitet.* In Lælio.

Idem. *Vidi ego quoſdam in te tales, quales tu eoſdem in me videre potuiſti.* lib. 1. 9.

Idem. *Litteras tuas vehementer exſpecto, & quidem*

tales,

tales, quales maximè opto. li: 10. 22. & li. 11. 25.
Cic. Atti. *Amans tui viſus eſt, & talis, qualem eſſe eum tuæ mihi litteræ nuntiarent.* lib: 1 17.
Cic: Atti: *Quem & amiciſſimum Miloni perſpexeram, & talem virum qualem tu judicas.* lib: 5: 8.
Sunt, qui Ciceronem rarius haſce particulas conjunxiſſe aſſeverent, quibus neſcio quid In mentem venerit, cùm tale quid ſcriberent.
Ovid. *Vidi ego tali vultu mea fata gementem, Qualem credibile eſt ore fuiſſe meo.* 2. triſt. 4.
Proper. *Tale facis carmen docta teſtudine, quale Cynthius impoſitis temperat articulis.* lib. 2. ult.

I. *Appen:* Qualis, *abſolutè poſitum.*

Cic. *Si cupiat eſſe Remp: qualem fortaſſe & ille vult, & omnes optare debemus.* lib: 7. 19.
Cic: Att: *Navigatio modò fit, qualem opto.* l: 10. 14.

II. *Appen:* Qualis, & Qualè. *pro Qualiter per Enallagen.*

Virg: *Uritur infœlix Dido, totaque vagatur*
Urbe furens, qualis conjecta cerva ſagitta. l: 4. æn.
Ovid: ---- *at illi*
Conſcia purpureus venit in ora pudor.
Qualè coloratum Tithoni conjuge cœlum
Subrubet, aut ſponſo viſa puella novo.
Qualè roſæ fulgent inter ſua lilia mixta. 2. Amo. eleg: 5.

Talis, qui.

Cic: *Talem igitur te eſſe oportet, qui primùm te ab impiorum civium, tui diſſimillimorum, ſocietate ſejungas.* lib: 10. 6.
Ulpian: *Ponamus talem eſſe, qui capere aliquid ex teſtamento non potuerat.* l: cum autem. 23 ff. de ædil. edict.
Idem. *Si talem hominem invenerint, qui neque tempus, neque finem expenſarum habet.* l: 1. ff. de curat. furio.
Idem. *Si talis ſit maritus, quem more majorum lugeri non oportet.* l: liberorum. 11. ff. de his qui not. infa.

Talis, ut. *cauſale.*

Cic: *Idque eum optimè perſpexi, tale video, nihil ut mali videatur eſſe futurum.* lib: 6. 3.
Cic: *Quod meum conſilium petis, id tale eſt, ut capere facilius ipſe poſſim, quam alteri dare.* li: 4. 2.
Idem. *Te eſſe in me tali voluntate, ut plus proſis amicis meis, quam ego præſens fortaſſe prodeſſe poſſem.* lib: 13. 27.

Tam, atque.

Plaut: Amph: ---- *nimis ſimilis eſt mei,*
Itidem habet petaſum, ac veſtitum, tam conſimilis eſt, atque ego, ſc: 1.

Tam, quaſi.

Plaut. Curcu. *Tam a me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit.* ---- ſc: 1.

Tam, quàm. *uno verbo copulata.*

Cic: *Tam ſum amicus Reip: quam qui maximè.* lib: 5. 2.
Cic: *Tam mihi gratum id erit, quam quod gratiſſimum.* lib: 13. 3.
Idem. *Tam ſum miſericors judices, quam vos, tam mitis, quam qui leniſſimus.* Pro P. Sylla.
Cic: Att. *Populare nunc nihil tam eſt, quam odium popularium.* lib: 2. 20.
Ter. Eu: *Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quam me vivere.* act. 4. 4.
Ter. Adel. *Cùm fervit maximè, tam placidum quam ovem reddo.* act. 4. 1. Itidem Ovid. 4. de Ponto 14.
Varro *Amurcam periti agricolæ tam in doliis condunt, quam oleum, aut vinum.* lib. 1. 61.
Cic. *Domus ejus tota mihi patuit, quaſi opus fuiſſet, tam eſſem uſus, quam mea.* lib. 13. 17.
Cic. Attic. *Ego velim tam facili uti poſſem, & tam bono in me, quam Curio* lib: 10. 7.
Plaut. Mili: *Tam ſimilem, quam lacte lacti eſt.* -- ſc: Niſi herclè.
Plaut. Capt. --*tam ego fui antè liber, quàm natus tuus.* ſc: Jam ego.

Tam, quam ſi.

Cic: Attic: *Quicquid mali hic Piſiſtratus non fecerit, tam gratum eſt, quam ſi alium facere prohibuerit.* lib: 8. ult.
Horat. *Tam teneor dono, quam ſi dimittar onuſtus.* lib: 1. epiſt: 7.

Tam, quàm. *duobus verbis copulata*

Cic: Att: *Vellem tam domeſtica ferre poſſem, quam iſta contemnere.* lib: 13 20.
Cic: Q. Fra. *Quæ quidem non tam expetenda fuit, quam tuenda nobis eſt.* lib. 1. 1.
Ter. Eu: ---- *utinam,*
Tam aliquid facile invenire poſſis Phædria,
Hoc quam perebit ---- act: 2. 1.
Plaut. Moſtel. *Tam facilè vinces, quam pirum*

volpes comeſt. ſc: Sceleſtiorem.

Paulus. *Ne contrarium jus non tam ipſi injurioſum ſit, qui ſervus ſemper permanet: quàm domino damnoſum conſtituatur.* l: poſtliminium. ff: de capt. & poſtli.

Plaut. Aſi. --- *ego illud argentum tam paratum filio Scio eſſe, quàm me hunc ſcipionem contui.* ſc: I.

Cic: Atti. *Nec tam ſtatui ex Italia ex ire, quàm iſtuc non venire.* lib. 15. 5.

Tam, quàm. *cum iteratione verbi.*

Plaut. Capt. *Tam ille apud nos ſeruit, quàm ego nunc hic apud te ſervio.* ſc: Jam ego.

Cic: Bruto. *Utinam tam facile eum tenere poſſimus, quàm facilè adhuc tenuimus.* epiſt. 7.

I. *Appen:* Non tam ut, quàm Ut.

Cic: Att. *Eundum igitur eſt, nec tam ut belli, quam ut fugæ ſocii ſimus.* lib: 9. 2.

II. *Appen.* Non tam, quî: ſed ut ne.

Plaut Trinum. *Nolo ego mihi te tam proſpicere quî meam egeſtatem leves,*
Sed ut in os infamis ne ſim, ne mihi hanc famam differant. ſc: Sta.

III. *Appen:* Non tam ut, quàm ut ne.

Cic: Atti. *Nec tam, ut illa adjuvem, quàm ut hæc ne videam, cupio diſcedere.* lib: 9. 7.

Cic *Non tam ut proſim cauſis, elaborare ſoleo, quàm ut ne quid obſim.* lib. 2. de Orat.

IV. *Appen:* Non tam cauſa, quàm ut.

Cic: Bruto. *Neque tam ulciſcendi cauſa, quàm ut in præſens ſceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem.* epiſt. 19.

V. *Appen:* Non tam propter, quàm propter.

Cic: *Non tam propter periculum meum, quàm propter vitia multa, quæ ibi offendi.* lib. 7. 3.

Lucret. *Non ita certandi cupidus, quàm propter amorem.* lib. 3. princ.

VI. *Appen:* Non tam cauſa, quam quia.

Cic: *Non tam vitandi laboris mei cauſa, quàm quia tua id intereſſe arbitrabar.* In Top. princ.

VII. *Appen:* Tam. *abſolutè poſitum, pro* Tantopere, uſque adeo.

Cic. Atti: *Græcos in eo reprehendit, quòd tam mare ſecuti ſunt.* lib: 6. 2.

Cic. *Quæ nunc quidem non tam eſt in pleriſque.* In Bruto.

Plaut. Bacchi. *Sed tu, qui tam pro corrupto dicis cauſam filio,*
Eademne erat hæc diſciplina, cùm tu adoleſcens eras? ſc: Nunc.

Ter. And. --- *quandoquidem tam iners, tam nulli conſili ſum.* act. 3 5.

Cœlius Cic. *Nunc furit, tam gaviſos homines ſuum dolorem.* lib: 8. 14. & 2.

Varro. *Sed hi, qui in loquendo partim ſequi jubent nos conſuetudinem, partim rationem, non tam diſcrepant.* lib. 8. de lin: lat: princ.

VIII. *Appen:* Quàm *non ſine magna venuſtate abſolutè quoque poni videmus, quo modo optandi ſignificationem ferè habet.*

Cic. *Meus in te animus, quàm ſingulari officio fuerit, & ſenatus & populus R. teſtis eſt.* lib. 5. 5.

Cic. Attic. *Quàm vellem Romæ manſiſſes.* lib: 6. epiſt. 2. princ.

Cic. Atti. *Quàm vellem Romæ eſſes, ſi fortè non es.* lib: 5. 18.

Cic. Attic. *Ridebis hoc loco fortaſſe: quàm vellem etiam nunc in provincia morari.* lib. 1. 7.

Idem. Atti. *Quàm non eſt facilis virtus.* lib: 7. 1.

Idem Atti. *Quàm nihil prætermittis in conſilio dando: quàm nihil tamen, quod tibi ipſi placeat, explicas.* lib: 9. 2.

Admonitio.

Interdum, Quàm abſolutè quoque ponitur, ea ſignificatione, ut Tam, Magis, Minus, Potius. vel alia vox ſimilis ſupreſſa eſſe videatur.

Cic. Att. *Melioris medius fidius civis, & viri putabam, quovis ſupplicio affici quàm illi crudelitati non ſolùm præeſſe, verùm etiam intereſſe,* lib: 9. 9.

Plaut. Ruden. *Non ædepol piſceis expeto, quàm tui ſermonis ſum indigus.* ſc: Heus mane.

Plaut. Bacch. *Inimicos, quàm amicos æquum eſt me habere.* ſc. Petulans.

Plaut. Moſtella. *Nihilo ego, quàm nunc tu amata ſum, atque uni modò geſſi morem.* ſc: Jampridem.

Plaut. Caſi. *Una ædepol opera in furnum calidum condito,*
Atque ibi torreto me pro pane rubido hera:
Quàm iſtam operam à me impetres, quòd poſtulas ſc: Una.

Idem Ruden. *Certum eſt moriri, quàm hunc pati graſſari lenonem in me.* ſc. Nunc id eſt.

Ad quem locum adnotat Lambinus ſubintelligendum

gendum Potius. Græcorum more μᾶλλον.

Plaut. Trin: *Piſcator, piſtor abſtulit, lanii, coqui, Olitores, myropolæ, aucupes, confit cito.*
Quàm ſi tu objicias formicis papaverem, ſc. Minus.

Livius. *Homo, non quàm iſti ſunt, glorioſus,* 5. bel. Macedo.

Ter. Eu. *Verum ea ſi vivit, annos nata eſt ſedecim, Non major: Thais? ego quàm ſum majuſcula eſt.* ac: 3. 3.

Majuſcula *id eſt, paulò major,* ut interpretatus eſt Priſcianus, & poſt illum Donatus.

Plaut. Amph. *Eis tanto amici ſunt inter ſe, quàm prius* ſc. Durare.

Columella. *Exhortandus eſt ad inſtrumentorum, ferramentorumque curam: ut duplicia, quàm numerus ſervorum exigit, refecta & repoſita cuſtodiat.* lib. 2. cap. 8.

Plaut. Ruden. *Quid? iſtæ mutæ ſunt, quæ pro ſe fabulari non queunt?*
TR. Eò *tacent, quia tacita bono eſt mulier ſemper, quàm loquens.* ſc. Seriò.

Cœperam ſimiles loquendi phraſes ex Pandectis obſervare: verùm ut in memoriam redii, diligentiſſimè ea in re deſudaſſe Antonium Auguſtinum, viſum fuit, ex ejuſdem libr. 4. Emendat. c. 8. quæ ſequuntur exempla mutuarer.

Ulpian: *Alioquin compelletur judicium accipere, quam invenire eos, qui ſatis pro eo dent.* l: 2. §. ſed ſi. ff. De Iudi. *id eſt,* compelletur potius.

Paulus. *Mutui datio conſiſtit in his rebus, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt, quoniam eorum datione poſſumus in creditum iri, quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem, quàm ſpecie.* l. 2. §. mutui ff. de reb. creditis. *Hoc eſt, per ſolutionem in genere potius, quàm ſpecie.*

Ulpian. *Quia cum ſciret cui rei pararetur, intempeſtivè miſericordiam exercuit, cum poſſet non ſuſcipere talem cauſam, quàm decipere,* l. ſi hominem. ff: Depoſiti, *id eſt,* potius quàm.

Ulpia. *Hac enim actio pœnam & vindictam, quam rei perſecutionem continet.* l. pro hærede fin. ff. de acqui. hæred. *id eſt,* potiùs quàm.

Idem. *Intereſt enim ejus ſolvi mihi, quàm ipſum conventum mandati actionem intendere.* l. ſi cui. §. ſi Titio. ff. de legat. 1. *Hoc eſt,* potius quàm.

Item. *Expedit enim pupillo, inquit, rem ſuam ſalvam fore, quàm tabulas.* Rem ſalvam fore *cautionis habere.* l. ſuſpectus. ff. de ſuſpect. tutoribus.

Item. *Non tamen ſpectandum eſt, quid Romæ factum eſt, quàm quid fieri debeat.* l. Sed licet. ff. de offic: Præſ.

Item. *Expedit enim legatario retinere ſummam, quàm mitti in poſſeſſionem.* l. Purè. ff. De doli mali, & met. except.

Item. *Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe juſtitiæ, æquitatiſque, quàm ſtricti juris rationem.* l. Placuit. C. De Judiciis. *Hoc eſt,* potiorem.

Item. *Nec bona fiſco peti poſſe, quàm ſi de crimine conſtiterit.* l. 1. C. ubi cau. fiſ.
Hoc eſt, antè quàm de crimine conſtiterit, ut & Accurſius interpretatus eſt.

Item. *Principaliter cauſam ejus de qua ſupplicas eſſe, quàm tuam.* l: Principaliter. C: de liberali cauſa.

Item. *Veriſimile eſt teſtatorem contemplatione filii, quàm patris uſumfructum ei reliquiſſe.* l. ult: C: de uſufruct.

Ulpian. *In factum eſſe dandam, quam interdictum.* l: Prætor. ff: De ope: no: nun.

Idem. *Pro herede autem gerere non eſſe facti, quam animi.* l: Pro herede: ff: De adqui here.

Scævola. *Et chirographis exactis, quàm pecunia irrogata.* l: his verbis. ff: De legatis. 3.

Modeſt: *Et ſi quid ſuperfluum in reditibus, quàm in cibariis erit.* l. libertis. ff: de alimen: vel cib: legatis.

Idem. *Honores ſubire cogendam, quàm operis inſtructionem* l: in privatis. De pollici.

Marcianus. *Cum quis habere ſe vult, quàm eum cui donat.* l: 1. ff: De mortis cau: donat.

De origine iſtiuſmodi locutionum vide ipſum Anto: Auguſtinum.

Paulus. *Sed ſi pecunia ad patrem pervenit, quàm filia accepit.* l: 3. ff: Solut: matrimo.
Quem locum P: Pratejus in Lexico ſuo interpretatur. Ad patrem prius pervenit, quam. Plurima, cum ex Pandectis, tum ex aliis ſcriptoribus de partic. Quàm, petere licebit ex Lexico Hiero. Verrutii.

Tam

Tam magis, quàm magis.

Virg. *Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis,*
Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. 7. æn fin.

Quàm magis, tam magis.

Lucretius. *Et quam quæque magis cohibet res intus inanes,*
Tam magis his rebus penitus tentata labaſcit. lib. primo, & ibi accuratè Dioniſius Lambinus.

Plaut. Pœnu. *Quam magis aſpecto, tam magis eſt nimbata, & nugæ meræ.* ſc: Negotii.

Plaut: Perſa. *Edepol qui cum hanc magis contemplo, magis placet.* ſc. Satin'.

Sed ibi Lambinus, pro *cum* putavit legendum *quam*, neque id malè, mea quidem ſententia. ſuſpicor enim librariorum errore primò pro Quam, ſcriptum fuiſſe Quom vel Qom: inde natum Cum. Porrò (quod eorum venia, qui hactenus Plauto impenderunt, dicere liceat) ſequentibus Plauti locis, phraſin quoque hanc non male convenire aliquando arbitratus ſum.

Plaut. Mili. *Pol id quidem experior ita eſſe, ut prædicas Palæſtrio.*
PE. Immo hoſpes magis cum periculum facies, magis noſces meam
Comitatem erga te amantem. ſc: Cohibete.

Hic malim legi, *hoſpes magis quam.* propter illud præcedens *experior.*

Plaut. Caſi: *Enim jam magis, jam appropero, magis jam lubet in Caſinam irruere.* ſc: Neque.

Suſpicor Plautum ſcripſiſſe, *quam magis jam appropero, magis tam.*

Lucre: *Et quanto circum mage ſunt incluſa theatri*
Mœnia, tam magis hæc intus perfuſa lepôre. lib: 4.

Plaut. Mænech. *Quam magis intendas, tanto aſtringunt arctius.* ſc: 1.

Plaut. Aſi: *Quam magis te in altum capeſſis, tam æſtus te in portum refert.* ſc. Unumquodque.

Plaut. Bacchi. *Magis quam id repeto, tam magis uror quæ meus filius turbavit.* ſc: Quicunque.

Idem Bacchi. *Quam magis in pectore meo foveo, quas meus filius turbas turbet,*
Quam ſe ad vitam, & quos ad amores præcipitem inſcitus capeſſat,
Magis curæ eſt, magiſque afformido, ne is pereat, neu corrumpatur. ſc: Quàm magis.

Plaut. Trinum. *Quam magis ſpecto, minus placet mihi hominis facies.* ---- ſc. Huic ego.

Apud Quintil. *Quam magis ærumna viget, tam magis ad malefaciendum urget.* lib: 9. c. 3.

Plaut. Bacch. *Pol tu quam nunc me accuſes magis, ſi magis rem noveris.* ſc. Hunc.

Teren: Adel: *Quam vos facillimè agitis, quam eſtis maximè*
Potentes, dites, fortunati, nobiles:
Tam maximè vos æquo animo æqua noſcere
Oportet, ſi vos vultis perhiberi probos act: 3. 5.

Appen: Quàm, tàm, *cum duobus ſuperlativis.*

Varro. *Quàm pauciſſimos reliqueris, tam optimi in alendo fiunt, propter copiam lactis.* De re ruſt: lib: 2. 9.

Cato: *Quàm citiſſimè confeceris, tam maximè expediet.* c: 64.

Idem. *Oleum quàm diutiſſimè, in amurca, & in fracibus erit, tam deterrimum erit.* cap: eodem.

Idem. *Quam acerbiſſima olea oleum facies, tam oleum optimum erit.* cap: 65.

Idem. *Quamplurimam ederit, tam citiſſimè ſanus fiet ex eo morbo.* c: 157.

Plaut. Aulu. *Quam ad probos propinquitate proximè te adjunxeris,*
Tam optimum eſt, --- ſc: Præſagibat.

Salluſt: *Quam quiſque peſſimè fecit, tam maximè tutus eſt.* Jugurt.

Ter: Heau. ---- *adoleſcens, quam minima in ſpe ſitus erit,*
Tam facillime patris pacem in leges conficiet ſuas. act: 5. 2.

Plaut. Merca. *Quam reſiſto, tam maxime res in periculo vortitur.* ſc: 1.

Appen: Tam, ut. *ſignificatione ſimilitudinis, quo rarius puto utendum.*

Valerius Maximus. *Hybream oratorem Cymeorum ſervo, tam ſimilem, ut germanum fratrem totius Aſiæ populi aſſignarunt.* lib. 9. c: 14.

Tam, ut. *pro*, Adeò, ut.

Cic: *Neque cum id faciebamus tam eramus amentes, ut explorata nobis eſſet victoria.* lib: 6. 1.

Idem. *Neque enim eram tam deſipiens, ut privatæ rei cauſa legari putarem.* lib. 3. 8.

Cic. Att:

Cic. Att: *Ego nunc tam ſim ſtultus, ut hunc ipſum facilem hominem, putem mihi eſſe amicum.* lib: 14. 2.

Catullus. *Tam mente dura procreavit, ac tetra,*
Ut ſupplicis vocem in noviſſimo caſu
Contemptam haberes. --- 58.

Ter. Hec. *Nunquam dices tam commodè, ut tergum meum*
Tuam in fidem committam. ---- act: 1. 2.

Seneca. *Nemo tam divos habuit faventes,*
Craſtinum ut poſſet ſibi polliceri.

Tam, ut non.

Cic. Att. *Non puto tam expeditum negotium futurum, ut non habeat aliquid moræ.* lib. 13. 31.

Tam, uti.

Cic: *Non eſſem tam inurbanus, ac pæne inhumanus, uti ego eo gravarer, quod vos cupere ſentirem.* lib: 2. de Orat. fi.

Tam, ut ne quidem.

Idem. *Nunquam enim tam erit oppreſſus ſenatus, ut ei ne ſupplicandi quidem, ac lugendi ſit poteſtas.* Pro Sextio.

Tam, qui.

Cic: *Quis eſt tam linceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? nuſquam incurrat?* lib. 9. 2.

Idem. *Non tam inſolens ſum, qui Jovem me eſſe dicam, non tam ineruditus, qui Minervam Iovis ſororem, meam eſſe ſororem exiſtimem.* Pro domo ſua.

Idem. *Qui enim unquam virum tam immortali virtute præditum vidimus, qui nullo præmio propoſito, &c. pericula ſuſcepit.* Pro Sextio.

Plaut. Curcv. *Nec quiſquam ſit tam opulentus, qui mihi obſiſtat in via.* ſc: Date.

Plaut. Perſa. ---- *generi lenonio,*
Nunquam ullus Deus tam benignus fuit, qui fuerit propitius. ſc: Satin'.

Plaut. Trinum. *An ille tam eſſet ſtultus, qui mihi mille nummûm crederet.* ſc: Huic.

Tamdiu, dum.

Cic. *Tam diu, dum tu ades, ſunt oblitæ ſui.* lib: 9. 12.

Cic. Att. *Eas cum lego minus mihi turpis videor, ſed tam diu, dum lego.* lib: 9. 6

Cic: *Valuit tamdiu dum huc prodiret.* Pro Flacco.

Idem. *Corpus tamdiu gaudet, dum præſentem ſentit voluptatem.* 5. Tuſc. & 2. Offic.

Tamdiu, donec.

Columel. *Ita ignis ſubjicitur, & tamdiu incenditur, donec ad fundum calor tam vehemens perveniat, ut appoſita manus patiens ejus non ſit.* l: 12. c. 18.

Tamdiu, quàm.

Cic: *Vivitque tamdiu, quàm licuit in civitate benè, beateque vivere.* In Bruto. princ.

Appen: Quamdiu, tamdiu.

Ulpia. *Quamdiu ſuus heres ſperatur heres fieri poſſe, tamdiu locus agnatis non eſt.* Inſtit. tit. 26.

Cic: *Quorum quamdiu manſit imitatio tamdiu genus illud dicendi, ſtudiumque vixit.* 2. De Orato.

Tamdiu, quamdiu.

Cic. *Qui ſe oppido munitiſſimo, & copioſiſſimo, tamdiu tenuit, quàmdiu in provincia Parthi fuerunt.* lib. 12. 19.

Cic: Att. *Tamdiu requieſco, quamdiu aut ad te ſcribo, aut tuas litteras lego.* lib. 9. 4.

Ulpian. *Tamdiu erunt ambo in curatione quamdiu vel furioſus ſanitatem, vel ille ſanos mores receperit.* lib. 1. ff: De curat. furioſi.

Ulpian. *Sed filio datam tamdiu, quamdiu peculium patitur.* l. Si filia 20 ff. famil. erciſ.

Appen. Quamdiu, etiam abſolutè ponitur.

Julianus. *Dotem periculo mulieris eſſe dico, quamdiu dominus, vel pater ratam promiſſionē, vel donationē habuerit.* l. Quemadmodum. ff: de Jure. dot.

Tamdiu, quo ad.

Cic. *Diſces quamdiu voles: tamdiu autem velle debebis, quo ad te, quantum proficias, non pœnitebit.* 1. Offic. princ.

Cor. Nepos. *Idem immortali memoria percepta retinebat beneficia: quæ autem ipſe tribuerat. tamdiu meminerat. quo ad ille gratus erat, qui acceperat.* In vita Attici.

Appen: Quo ad, *abſolutè poſitum.*

Ci: Att *Rogo, quo ad eris Romæ, tu ut ſatiſdes.* l. 5. 1.

Ulpian. *Nam venditor pignoris loco, quod vendidit retinet, quo ad emptor ſatisfaciat.* l. quod ſi. 31. ff. de ædil. edicto.

Varro. *Herba ſubſecari falcibus debet, & quo ad perareſcat, furcillis verſari* de re ruſt. lib. 1. 49.

Appen: Tamdiu, *abſolutè.*

Ci. *In generali conſtitutione tamdiu propter ejus partium multitudinem commoramur.* l. 2. de Invent.

Tamen, quamvis.

Ovid. *Scite tamen, quamvis longa regione remotus Abſim, vos animo ſemper adeſſe meo.* 3. triſt. 4.

Ovid: *Et tamen ad Muſas, quamvis nocuere, reverti.* 3. triſt: 7.

Tamen, etſi.

Cic. Att. *Nos tamen, etſi hoc te ex aliis audire malo, ſic in provincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, ut nullus teruntius inſumatur in quenquam.* lib. 5. 17.

Tamen, ut. pro Quamvis.

Ovid. *Nec tamen, ut cuncti miſerum ſervare velitis, Quod periit, ſalvum jam caput eſſe poteſt.* 1. triſt. 2.

Tamen, certè.

Cic: *Quem tamen illi eſſe in principibus facilè ſunt paſſi, evolare altius certè noluerunt,* lib. 1. 7.

Tamen, ſed.

Cic. Att. *Pro Appio nos hîc omnia facimus, honeſtè tamen, ſed planè libenter.* lib: 6. 2.

Tamen, ſed certè.

Cic Att: *Neque ſum mediocriter commotus, neque tamen credidi, ſed certè aliquid ſermonis fuit.* lib: 1. 10.

Tamen, utique.

Ulpian. *Non tamen qui dolo malo facit, utique & vi facit.* l. 2. ff. vi bonorum rapt.

Tamen, *abſolutè.*

Cic. *Tamen à malitia non diſcedis, tenuiculo apparatu ſignificas Balbum fuiſſe contentum.* lib. 9. 19 Epiſtolæ initio.

Ter. Andri. *Sane pol illa temulenta eſt mulier, & temeraria.*

Nec ſatis digna, cui committas primo partu mulierem.

Tamen eam adducam. ---- act. 1. 4.

Tamen, ut. *id eſt,* Modò, ut.

Ter. Hæc. *Quod potero, faciam: tamen ut pietatem colam.* act. 3 4.

Pomponius. *Ædilitiæ actiones, & heredi, & in heredem competunt, ut tamen & facta heredum quæ poſtea acceſſerint, & quòd experiri potuerint, quærantur.* l. Si tamen. 48. ff. de ædil. edicto.

Tamen, ne.

Cic. *Tamen, ne diutius oratione mea ſuſpenſa expectatio veſtra teneatur, aggrediar ad crimen.* Pro Cluentio.

Cicer. *Tamen ne patiamur intermitti litterulas.* lib. 14. 4.

Tamen, ut ne, *id eſt,* Ut tamen non.

Plaut Aſi. *Licet laudem fortunam, tamen ut ne ſalutem culpem.* ſc: Cur me.

Appen: Attamen, quanquam.

Cic *Attamen iſta quæ abs te breviter de arte decurſa ſunt, audire cupimus, quanquam ſunt nobis quoque inaudita.* 1. De oratore.

Appen: Attamen, niſi.

Cic. *Attamen eam ipſam epiſtolam miſiſſem per meos, niſi audiſſem ex eodem poſtridiè, te manè è Tuſculano exiturum.* lib: 9. 2.

Tametſi tamen.

Cic: At. *Tametſi jactat ille quidem ſuum arbitrium, tamen habet quiddam profectò, quod magis in animo ejus inſedit.* lib. 1. 9.

Cic: *Meum ſtudium erga te, & officium, tametſi multis jam rebus ſpero tibi eſſe cognitum, tamen in iis maxime declarabo* lib: 3. 4.

Cæſar. *Tametſi à Duce & à fortuna deſerebantur, tamen omnem ſpem ſalutis in virtute ponebant.* li. 5. de bell. Gal. Itidem. 8.

Salluſt. *Tametſi haud quaquam gloria ſequatur ſcriptorem, & actorem rerum, tamen in primis arduum videtur, res geſtas ſcribere.* In Conjurat.

Hirtius. *Tametſi amplius CX navibus longis in portu, navalibuſque amiſerant, non tamen reparandæ claſſis cogitationem depoſuerunt.* De bel: Alex.

Javolenus. *Tametſi convenit, ut in ſingulas operas certa pecunia daretur, præſtari tamen tibi à conductore debet, ſi id opus vitioſum factum eſt.* l. ea lehe 51. ff: loc: cond.

I. *Appendix.*

Obſervavi, particulam Tametſi, ſemel apud Ciceronem epiſtolæ præbere initium, nimirum lib. 1. 5. Synonyma autem illius, Quanquam, & Etſi, quàm frequenter eo fungantur officio, alibi à me indicatum eſt.

II. *Appen:* Tametſi, abſolutè poſitum.

Cicer. *Tametſi id quidem fecerunt ridiculè.* li. 3. 7.

Cic: Att: *Facito ut ſciam, tametſi nimis ſum curioſus.* lib: 2. 4.

Metellus Cic: *De illo ne meminiſſe quidem volo, tametſi bis eum invitum ſervavi.* lib: 5. 3.

Ter. Phor. --*metuit hic nos, tametſi ſedulò diſſimulat.* act: 2 2.

Plaut. Pœnu. *Proba merx facilè emtorem reperit*

tamet

tametſi in abſtruſo ſita eſt. ſc: 2.

Idem. Trinum--*datur ignis, tametſi ab inimicis petas.* ſc: Sta.

III. *Appen:* Obſervatione non indigna, & hujuſmodi loquendi genera.

Cic: *Quo non adſcripto, nihilo minus heredi caveretur.* lib. 2. de Inventione.

Scævola. *Etſi neque hæreditatem adiſſet, neque bonorum poſſeſſionem petiſſet, & nihil ex hæreditate poſſideret: tamen nihil minus & ex ſtipulatu, ab hæredibus patris, & fidei commiſſo ab his, quorum intereſt, quaſi debitorem conveniri poſſe.* l: Cùm quis. § 3. ff. de legat. 2.

Ulpia. *Quanquam etſi ſine hac adjectione caveretur, verùm tamen exceptione patrem vel dominum ſubmoveremus.* l: 1. §. ult: ff: ut legato. nom. cave.

Tanquam, ita.

Cato: *Inde tanquam reſtim tractes facito; ita impoſito in ſolo.* c: 77.

Appen: Tanquam ſi, ita.

Cic: *Qui tanquam ſi offuſa Reipub: ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniaque miſcebant.* Pro Roſ. Ameri.

Idem. *Non enim reperies quemquam judicem, aut recuperatorem, qui tanquam ſi arma militis inſpicienda ſint, ita probet armatum.* Pro Cecinna.

Cic: Q. Frat. *Omnes tanquam ſi tu eſſes, ita fuerunt.* lib. 3. 2.

Tanquam, itidem.

Ter. Eunu. *Tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis*

Vocabula, paraſiti itidem ut Gnatonici vocentur. act: 2. 2.

Tanquam, ſic. *copulata* { *verbo uno,* / *verbis diverſis.* / *verbo nullo.* }

Gell. *Tanquam ſcopulum, ſic fugias inauditum, atque inſolens verbum.* lib. 1. c. 10.

Cœlius Cic. *Tanquam procurator, ſic agas, rogo.* lib: 8. 11.

Cic: *Quod in imperita multitudine eſt vitioſiſſimum, varietas & inconſtantia & crebra tanquam tempeſtatum, ſic ſententiarum commutatio.* Pro domo ſua princ.

Cic. Q. Frat. *Neve te obrui tanquam fluctu, ſic magnitudine negotii ſinas.* lib: 1. 1.

Cic. *Tanquam enim ſyngrapham ad imperatorem, non epiſtolam attuliſſes, ſic pecunia ablata, domum redire properabas.* lib: 7. 17.

Idem. *Tanquam enim clauſa ſit Aſia, ſic nihil perferatur ad nos.* lib: 12. 9.

Cic: Q: Fra *Illud te ad extremum & oro & hortor, ut tanquàm poëtæ boni, & actores induſtrii ſolent ſic tu in extrema parte, & concluſione muneris, diligentiſſimus ſis.* lib. 1. epiſt. 1. fin.

Idem. *Quia tanquam levia quædam vina nihil valent in aqua, ſic Stoicorum iſta magis guſtata, quàm potata delectant.* 5. Tuſcul.

Idem. *Ætatis illius iſta fuit laus, tanquam innocentia, ſic Latinè loquendi.* In Bruto.

I. *Appen:* Tanquam, non tanquam.

Cic. *Ex iſta vita diſcedo, tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo.* In Catone.

Idem. Att. *Dicit enim tanquam in Platonis πολιτείᾳ, non tanquam in Romuli fæce.* lib. 2. 1.

II. *Appen:* Tanquam, *abſolutè poſitum.*

Ci. Att. *Ego tecum, tanquam mecum loquor.* l. 8. 14.

III. *Appen:* Tanquam ſi, *abſolutè poſitum,*

Cic. *Qui cum eſſent devii, deſcenderunt, ut iſtum, tanquam ſi conſul eſſet, ſalutarent.* Philip. 2.

Tantiſper, dum.

Cic. *Cenſeo latendum tantiſper ibidem, dum defervescat hæc gratulatio.* lib. 9. 2.

Idem. *Deinde eſt in carcerem deductus, ut ibi tantiſper eſſet, dum culeus, in quem conjectus in profluentem deferretur, compararetur.* lib. 2. de Inve.

Ter. Heau. *Ego te meum eſſe dici tantiſper volo,*
Dum quod te dignum eſt facis. act: 1. 1.

Plaut. Caſi. *Tantiſper, dum ego cum Caſina faciam nuptias.* ſc: Sine modo.

Plaut. Ruden. *Quid melius eſt, quàm ut hinc intro abeam, & me ſuſpendam clanculum,*
Saltem tantiſper, dum abſcedat hæc à me ægrimonia. ſc: Seriò.

Ter. Heau. *Decrevi tantiſper me minus injuriæ Chreme meo gnato facere, dum fiam miſer.* act. 1. 1.

Plau. Moſtel. *Ego hic tantiſper, dum exis, te opperiar foris.* ſc: Sceleſtiorem.

Idem. Menæch. *Meretrix tantiſper perblanditur, dum illud quod rapiat videt.* ſc. Anime mi.

Livius. *Hoc quoque laboris præmium petam ut me à conſpectu malorum, quæ noſtra tot per annos vidit*

ætas, tantiſper certè; dum priſca illa tota mente repeto, avertam. lib: 1. princ.

Plaut. Trucu. *Tantiſper, dum tranſigimus hanc comœdiam.* Prologo. Item Gellius. l. 6. cap. 11.

Tantiſper, quoad.

Gellius. *Ut viveret quidem tantiſper, quoad fieret permutatio.* lib: 6. c: 4.

Idem. *Quo ille tamen vocabulo tantiſper uti ſe atteſtatus eſt quo ad melius, inquit, invenero.* l: 16. c: 8

Appen: Tantiſper, *abſolutè poſitum.*

Cic: Atti: *Totos dies ſcribo, non quò proficiam quid, ſed tantiſper impedior.* lib: 12. 14.

Ulpian. *Tolerabilius denique eſt interdum judicem, qui ſemel cognoverat, tantiſper exſpectare quàm judici novo rem rurſum judicandam committere.* l: prætor eos. 13. ff: De vacat. & excuſat. munerum.

Neque hic aſſentior I. C. noſtri ſæculi non poſtremo; qui putavit. Tantiſper, pro relativa voce admittere particulam Quàm.

Paulus Aulu: ---- *ſenex eccum aurum effert foras,*
Tantiſper hîc ego ad januam conceſſero. ſc: Emortuum.

Plaut. Pœnu. *Cras auctionem faciam. AG. tantiſper quidem,*
Ut ſis apud me lignea in cuſtodia. ſc: ult.

Tantus, quantus. *copulata* { *verbis diverſis.* / *verbo iterato.* / *verbo uno.* }

Cic. *Amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere.* In Lælio.

Cic. *Fingere animo jubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi poſſet maxima.* In Catone.

Cic: Att. *Ego in vita mea nulla unquam voluptate tanta ſum affectus, quanta afficior hac integritate.* lib: 5. 20.

Cic Att: *Qua ex re moleſtia tanta ſum affectus, quantam mihi meus amor ſummus erga utrunque veſtrum afferre debuit.* lib. 1. 15.

Cic: *Nec ob aliam cauſam ullam boni improbis, improbi bonis amici eſſe non poſſunt, niſi quòd tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum ſtudiorumque diſtantia* In Lælio.

Ide. *Vereor ne conſolatio ulla poſſit vera reperiri, præter illam, quæ tanta eſt, quantum in cujuſque animo roboris eſt, atque nervorum* lib: 6. 1.

Idem. *Nam & cum conſulibus, & cum multis conſularibus tanta contentione decertavi, quanta nunquam anteà in ulla cauſa.* lib: 5. 8.

Tantus, ut.

Cic: *Tanta vis probitatis eſt, ut eam, vel in eis, quos nunquam vidimus, vel, quod majus eſt, in hoſte etiam diligamus.* In Lælio.

Cic: *Cum A. Cecinna tanta mihi familiaritas, conſuetudoque ſemper fuit, ut nulla major eſſe poſſit.* lib. 6. 9. & lib. 2. 6.

Cic. Att. *Tantus fuit amor, ut exhauriri nulla poſſet injuria.* lib. 2. 21.

Ovid: *Nec tamen exhibuit tantas facundia vires,*
Ut mea ſint dictis pectora ſana tuis. 1. de pont. 4.

Appen: Tantus, ut nihil ſuprà poſſit.

Cic. *Amor in nos tantus eſt, ut nihil ſuprà poſſit.* lib: 14. 1.

Tantus, uti.

Cæſar. *Tanti ejus apud ſe gratiam eſſe oſtendit, uti & Reipublicæ injuriam, & ſuum dolorem ejus voluntati, ac precibus condonet.* 1. de bell. Gall.

Tantus, velut ſi.

Livius. *Tantuſque ſimul mœror metuſque de ſumma rerum cœpit, velut ſi jam ad portas hoſtis eſſet.* Dec. 3. lib: 1.

Tantum, quantum; *copulata* { *verbo uno,* / *verbis diverſis,* / *verbo iterato.* }

Cic: *Gratia tantum poſſumus quantum victi.* l: 4 7.

Brut. Cic: *Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſolvere difficile eſt.* lib: 11. 11.

Cicer. *Tecumque ero tantum, quantum patietur utriuſque ætas & valetudo.* lib: 5. 1. 3.

Cic: *Gratiſſimum igitur mihi feceris, ſi huic commendationi meæ tantum tribueris, quantum cui tribuiſti plurimum.* lib: 13. 22.

Cic: Att: *Neque tantum eſt in re, quantus eſt ſermo.* lib. 2. 19.

Cicer: Atti. *Ita ſum deſtitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore, & filiola, & mellito Cicerone conſumitur.* lib: 1. 16.

Tantùm, quo ad.

Cic: *Etenim hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus, & diviſus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit, rapideque dilapſus, cito in unum confluit, & tan-*

tantùm complectitur, quoad ſatis ſit modicæ palæſtræ loci. lib: 2. de legibus.

I. *Appen:* { In quantùm, tantùm. In tantum, quantum, *id eſt*, Eatenus, quatenus. }

Hirt. *Quantumque aut ruinis dejicitur, aut per vim recipitur, loci, in tantum munitiones proferuntur.* de bel: Alexand.

Ulpian: *In quantum edicto prætoris actio daretur, tantum & fiſco dare debere.* l: 3. ff: de incendio. rui.

Ulpian. *Verum eſt in tantum eos furti actione teneri, quantum abſtulerunt.* l: volgaris. 21. ff: de furt.

II. *Appen:* In tantùm, ut. *id eſt*, uſque adeò, ut.

Paulus *Magnæ auctoritatis hoc jus habetur, quod in tantum probatum eſt, ut non fuerit neceſſe ſcripto id comprehendere.* l: Immo. 36. ff: de legibus.

Columella. *Nec in tantum poſtea exuberat, ut & rem amiſſam reſtituat, & quæſtum temporum præteritorum reſarciat.* lib: 1. c: 8.

Tantundem, quantum.

Cic: *Magiſtratibus tantundem detur in cellam, quantum ſemper datum eſt.* lib: 3. in Verrem.

Idem. *Deinde qui morte, teſtamentove ejus tantundem capiat, quantum omnes hæredes.* 2. de legib.

Cæſar. *Ut ejus ſolum tantundem pateret, quantum ſumma labra diſtabant.* 9. De bel: Gal.

Cato. *Muſti tantundem addito, quantum aceti.* c: 118.

Plaut. Pœnu. *Malo bene facere, tantundem eſt periculum,*
Quantum bono malefacere. ſc. Jam iſtuc.

Julianus. *Si tantundem filius patri debuit, quantum promiſit.* l: 2. ff: de donat.

Pomponius. *Contenti eſſe debemus pœnis legibus comprehenſis, niſi ſi & ſtipulatio tantundem habeat pœnæ, quanta lege ſit comprehenſa.* l: Si ſtipulatio. 19. ff: de verb. ob.

Tantundem, quàm ſi. *idem quod*, Æquè, Perinde.

Catullus. ---- *velut alnus*
In ipſa foſſa jacet ſeparata ſecuri,
Tantundem omnia ſentiens, quàm ſi nulla ſit uſquam. 17.

Tantundem, quaſi.

Plaut. Merca. *Nam meo quidem animo vetulus, decrepitus ſenex,*
Tantidem eſt, quaſi ſit ſignum pictum in pariete. ſc. Profectò.

Appen: Tantundem, abſolutè poſitum.

Ter. Adel. *Ob malefacta hæc, tantidem emptam poſtulat ſibi tradier.* act. 2. 1.

Tantum, ut.

Ter. Heau. *Chreme tantúmne eſt ab re tua otii tibi*
Aliena ut cures, eaq; quę ad te nihil attinent? ſc. 1.

Cic. Attic. *Tantúmne ab re tua eſt otii tibi, ut etiam Oratorem legas?* lib: 12. 7.

Cic. *Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.* In Catone.

Cœlius Cic. *Solet enim aliud ſentire & loqui, neque tamen tantum valere ingenio, ut non appareat, quid cupiat.* lib. 8. 1.

Tantummodo, ut. *vide* Modò ut,

Tantum, uti.

Cæſar. *Tantum eſſe nomen atque opinionem exercitus Romani, uti etiam ad ultimas Germanorum nationes opinione, & amicitia populi R. tuti eſſe poſſint.* 4. bell. Gall.

Tantum, uti ne.

Cæſar. *Tantumque à vallo ejus prima acies aberat, uti ne in eam telo, tormentóve adigi poſſet.* 3. de bello civili.

Tantum, quòd.

Cic. *Velles enim, ais, tantum modò ut haberem negotii, quod eſſet ad laureolam ſatis.* lib. 2. 10.

Tantum, quàm.

Cic: *Neque tanta fortunis omnium pernicies poteſt accidere, quàm opinione populi R. rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abjudicari.* lib: 1. In Verrem princ.

Varro. *Ut ſexaginta milia ea pars reddiderit eo anno villæ: bis tantum, quam tuus fundus ducentum jugerum Reate reddit.* lib: 3. c: 2.

Ter. Hec: *Non herclè Parmeno verbis dici poteſt*
Tantum, quàm re ipſa navigare incommodum eſt. act: 3. 4.

Plaut. Merc. *Imo bis tanto valeo, quàm valui prius.* ſc: Profectò.

I. *Appen:* Non tantum, quàm quòd.

Livius. *Nec in acie tantum ibi cladis acceptum, quàm quòd CCCVII. milites Romanos captos Tarquinienſes immolarunt.* Dec: 1. lib. 7.

II. *Appen:* Tantus, *abſolutè poſitum.*

Cic. *Romæ delectus habetur, totaque Italia, ſi hic delectus appellandus eſt, cùm ultrò ſe offerunt omnes: tantus ardor animos hominum occupavit.* lib. 11. 8.

Virg: *Tanta molis erat Romanam condere gentem.* 1. æn. princ.

III. *Appen:* Tantum, *abſolutè poſitum.*

Cic: *Delectabatur cereo funali. & tibicine, quæ ſibi nullo exemplo privatus ſumpſerat, tantum licentiæ dabat gloria.* In Catone.

Cic: Atti. *Qualis fuerit, non audio dicere, tantum ſcio, poſt Hirtium conventum, accerſitum ab Cæſare.* lib. 10. 4.

Idem. Atti. *Tantum dicam; nihil mihi gratius eſſe, quàm quòd eam diligis.* lib: 11. 7.

Idem. Atti. *Nunc nihil mî tanti eſt* lib: 13. 41.

Cic: *Id cujuſmodi ſit, neſcio: tantum video, nullius adhuc conſilia me huic anteponere.* Lib: 9. 18. & Atti. lib: 1. 52.

Ter. Eu.----*Tantum eſt* ----act: 5. 6.

Plaut. Trinum.----*nunc hoc vos rogat,*
Ut liceat poſſidere hanc nomen fabulam.
Tantum eſt.----Prologo. itidem Caſina, Prologo. Item Merca. ſc: Profectò.

Plaut. Moſtel. *Quatuor quadraginta illi debentur minæ*
Et ſors, & fœnus. DA. tantum eſt.----ſc: Sceleſtiorem.

Cic. Atti: *Plane deeſt quod ſcribam, nam nec quid mandem habeo; nihil enim prætermiſſum eſt. nec quid narrem: novi enim nihil: nec jocandi locus eſt, ita me multa ſolicitant: tantum tamen ſcito; idibus Maij. nos Venuſia manè proficiſcentes has dediſſe* lib: 5. 5.

IV. *Appen:* Tantùm. pro Saltem.

Cœlius Cic: *Tantùm voluntatem oſtenderunt pro ſententia.* lib: 8. 11.

V. *Appen:* Quantum, *abſolute poſitum.*

Cic: Att: *Credibile non eſt, quantum ego in conſiliis, & prudentia tua, quodque maximum eſt, quantum in amore, & fide ponam.* lib: 2. 13.

Ter: Eu. ----*comprehendi jube, quantum poteſt.* act: 5. 1.

Ter: Eu. ----*ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo.* act: 5. 2.

Cic: Atti: *Populum noſtrum ſervandum ad immortalitatem, quantum in nobis eſſet, putabam.* l. 9. 9.

Ter. Adel:---*tu. quantum potes, abi.*---act: 3. 2.

Plaut. Bacch.----*abduce me hinc ab hac, quantum poteſt.* ſc: Atridæ, & alibi ſæpiſſimè.

Tantum abeſt, ut.

Cic. Att. *Dixerim me vel plurima vincla tecum ſummæ conjunctionis optare: & ſunt amoris arctiſſima: tantum abeſt, ut ego ex eo, quo adſtricti ſumus, laxari aliquid velim.* lib. 6. 2.

Tantum abeſt, ut, vix.

Cic: Atti. *Tantum porrò aberat, ut binos ſcriberent; vix ſingulos confecerunt.* lib: 13. 21.

Cic. *Itaque tantum abſuit, ut inflammares noſtros animos; ſomnum iſto loco vix tenebamus.* In Brut.

Tantum abeſt, ut, etiam.

Cic. *Qui altiore animo ſunt, capeſſunt remp: honoribus, imperiiſque adipiſcendis: aut totos ſe ad ſtudia doctrinæ conferunt. qua in vita, tantum abeſt, ut voluptates ſectentur, etiam curas, ſollicitudines, vigilias perferunt.* 5. De Finibus.

Tantum abeſt, ut, ut. *ſed hîc poſtremum, ut, vocem ferè graviorem aſſumit.*

Cic. Att. *Unum etiam de Cœlio, tantum abeſt, ut meam ille ſententiam moveat, ut valdè ego ipſi, quod de ſua ſententia deceſſerit, pœnitendum putem.* lib. 7. 3. & lib. 15. 5.

Brut. Cic: *Tantum abeſt, ut mea rei familiaris liberum ſit quidquam, ut meos jam omnes amicos ære alieno obſtrinxerim.* lib: 11. 10.

Lentulus Senatui. *Tantum enim abſuit, ut illorum præſidio noſtram firmaremus claſſem, ut etiam à Rhodiis urbe, portu, ſtatione &c. prohiberentur noſtri milites.* lib. epi : fa: 12. 15.

Cic. *Tantum abeſſe dicebat, ut id ei conſentaneum eſſet: ut maxime etiam repugnaret.* 4. Acad.

Idem. *Tantumque abeſt, ut amicitiæ propter indigentiam colantur, ut ii, qui opibus & copiis, maximeque virtute præditi, in qua plurimum eſt præſidii, freti minime alterius indigeant: liberaliſſimi ſint, & beneficentiſſimi.* In Lælio.

Cic: Bruto. *Tantum abeſt, ut Panſa de exercitu ſuo, aut delectu tibi aliquid tribuat, ut etiam moleſtè ferat tam multos ad te ire voluntarios.* epiſt 5.

Hirtius. *Hoc detrimento milites noſtri abſuerunt, ut perturbarentur, ut incenſi potius atque incitati,*

magnas

magnas accenſiones fecerint. De bello Alexand.

Cic *Sed tamen tantum abeſt, ut ſcribi contra nos nolimus, ut id etiam maximè optemus.* 2. Tuſcul. princ.

Cic. *In quo tantum abeſt, ut noſtra miremur, ut uſque eò difficiles, ac moroſi ſimus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes.* In Oratore.

Liv. *Cui ego rei, tantum abeſt, ut impedimento ſim, ut contrà, te M. Manli, adhorter.* dec: 1. lib. 6.

Tantopere, quantopere.

Cic. *Neque enim tantopere hanc à Craſſo diſputationem deſiderabam, quantopere ejus oratione in cauſis delector.* lib: 1. de Oratore.

Tantopere, quàm.

Caſſius Cic. *Nunc illa non ego quidem dici tantopere deſiderabo, quàm ſentiri à te ipſo.* lib: 12. 13.

Tantopere, ut.

Cic: *In quo tantopere apud noſtros juſtitia culta eſt, ut ii, qui civitates, aut nationes devictas bello in fidem recepiſſent, earum patroni eſſent.* lib. 1. Offic.

Tantopere, abſolutè.

Cic: *Iſtud neſcio quid, quod tantopere didiciſti.* Pro Muræna.

Ter. And. *--- ah, ne ſævi tantopere.* act: 5. 2.

Temerè eſt, quòd. *vide* Cauſa, quòd.

Tantummodò, ne.

Cic. Atti. *Tantummodò Cneus noſter, ne, ut urbem ἀλογίστως reliquit, ſic Italiam relinquat.* lib. 9. 9.

Tantummodò, ut. *vide* Modò ut. Tot, quot.

Cic. Atti. *Quid enim hoc miſerius, quàm eum, qui tot annos, quot habet, deſignatus conſul fuerit, fieri conſulem non poſſe?* lib: 4. 8.

Brut. Cic. *Valde care æſtimas tot annos, quot iſta ætas recipit, ſi propter eam cauſam puero iſti ſupplicaturus es.* Ad Bru. epiſt: 20.

Plaut. Sti. *--- quot cyathos hos bibimus? ST. tot, quot digiti ſunt tibi in manu.* ſc. Agite.

Ovid. *Meque tot adverſis cumulant, quod littus arenas,*

Quotque fretum piſces, ovaq; piſcis habet. 4. triſt. 1.

Horat. *Qui poſſum tot ait, tamen & quæram, & quot habebo,*

Mittam. --- lib. 1. epiſt. 6.

Gajus. *Immo etiam tot injuriæ ſunt, quot & perſonæ injuriam facientium.* l: Si plures. 34. ff: De injuriis.

Totidem, quot.

Cic: *Sententiarum autem totidem genera ſunt, quot diximus eſſe gradus oratorum.* De opti. ge. orat.

Idem. *Totidem quot dixit, ut ajunt, verbis, ſcripta oratio.* In Bruto.

Idem. *Vocis mutationes totidem ſunt, quot animorum* In Oratore.

Varro. *Habeo tauros totidem quot Atticus.* lib: 2. 5.

Pomponius. *Totidem prætores, quot provinciæ in ditionem venerant creati ſunt.* l: 2. ff: de origi. Ju.

Plaut. Ruden. *--- quot ſunt? S. C. totidem, quot ego & tu ſumus.* ſc: Quid iſtuc.

Ovid. *Nec totidem veteres, quot nunc, habuere Kalendas;*

Ille minor geminis menſibus annus erat. 3. Faſt. princ.

Tot, ut.

Cic. *Quæ cum viderem tot veſtigiis impreſſa, ut in his errari non poſſet, non adſcripſi.* lib: 5. 20.

Ovid. *Tot mala ſum fugiens tellure, tot æquore paſſus,*

Te quoque ut auditis poſſe dolere putem. 3. triſt. 11.

Toties, quoties.

Cic: *Illud ſoleo mirari non me toties accipere tuas litteras, quoties à Q. Fratre mihi afferuntur.* lib 7. 7.

Paulus. *Codicilli totiens valent, quotiens quis teſtamentum quoque facere potuit* l: conficiuntur. 8. ff. de jure cod.

Paulus. *Totiens ſecundum voluntatem teſtatoris facere compellitur quotiens contra legem nihil ſit futurum.* l: ſi quis. 37 ff. de cond. & demonſtra.

Ulpian. *Hæc autem facultas domino tribuitur, totiens, quoties ignorante eo furtum factum eſt.* l: 1. ff. Si familia furtum feciſſe dicatur.

Tum, cùm.

Cic: *Fructus enim ingenii & virtutis, omniſque præſtantiæ; tum maximè capitur, cum in proximum quemque confertur.* In Lælio.

Cic. Attic. *Qui etiam tum cùm miſereri mei debent, non deſinunt invidere.* lib: 4. 5. & 15. & l. 5. 10.

Cic. *Tarquinium Brutus bello eſt perſecutus: qui tum rex fuit cùm eſſe Romæ Regem licebat.* Philip 2.

Cato. *Tum erit tempeſtiva, cùm ſemen ſuum maturum erit.* De re Ruſt. c: 1. 31.

Ovid: *Tum quoque, cum pax eſt, trepidant formidine*

dine belli. 3. triſt. 10.

Tum, cùm jam.

Cic. Att. *Cui tum, cùm jam in armis eſſemus, conſulatus tamen alter, & triumphus ampliſſimus deferebatur.* lib: 8. 11.

Ovid. *Aggrediar melius tum, cùm ſua vulnera tangi Iam ſinet, & veris vocibus aptus erit.* Rem amo. 1

Jam tum, cùm. *vide* Jam.

Tum denique, cùm.

Cic. Att. *Tum denique cum illò venimus.* lib: 1. 5.

Plaut. Capt. *Tum denique homines noſtra intelligimus bona.*

Cum quę in poteſtate habuimus, ea amiſimus. ſc. 1.

Appen: Non tum denique, cùm, ſed tum, cùm.

Cic. *Quæ non tum denique incipit lex eſſe, cùm ſcripta eſt, ſed tum, cùm orta eſt.* l 2. de legib.

Tum, ubi.

Ter. Eu. ---- *ubi moleſtum non erit, ubi tu voles,*
Ubi tempus tibi erit, ſat habet, ſi tum recipitur. act. 3. 2.

Ter. Eu. *Nam quid illi credis animi tum fuiſſe, ubi veſtem vidit*
Illam eſſe eum indutum pater. ---- act. 5. 7.

Cato. *Idque tum maximè opus erit, ubi favonius flabit.* De re Ruſt. c. 1. 29. & 33.

Salluſt. *Cetera maleficia tum perſequare, ubi facta ſunt.* In Conjurat.

Tum, quando.

Plaut. Moſtel. *Igitur tum accedam hunc, quando quid agam invenero.* ſc. Sceleſtiorem.

Tum, ſi.

Cic. *Quæ ipſa tum eſſet jocundior, ſi ulla res eſſet publica.* lib. 6. 12.

Idem. *Sed tum id audirem, ſi tibi ſoli natus eſſes.* Pro Marcello.

Cic: Att: *Gaudere me tum dicam, ſi mihi hoc verbo licet uti.* lib. 3. 20.

Cic. Att. *Lætari te noſtra moderatione, & continentia video, tum id magis faceres ſi adeſſes.* li: 6. 2.

Cic: Q: Frat. *De Felicis teſtamento, tum magis querêre, ſi ſcias.* lib: 3. 9.

Tum denique, ſi.

Cic. Q. Frat. *Plato tum denique fore beatas Reſp: putavit, ſi aut docti, & ſapientes homines eas regere cœpiſſent, aut qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina, ac ſapientia collocaſſent.* lib: 1. 1.

Cic: *Qui mihi tum denique ſalutem ſe putavit reddere, ſi eam nullis ſpoliatam ornamentis reddidiſſet.* Pro Ligario.

Tum demum, ſi.

Plaut. Menæch. ---- *tum demum ſciam*
Recte monuiſſe, ſi tu rectè caveris. ſc: Benè.

Tum demum, ubi.

Plaut. Trinum. *Tum tu igitur demum id adoleſcenti aurum dabis,*
Ubi erit locata virgo in matrimonium. ſc: Ut mihi.

Tum, nunc.

Cic: *Tum eſt Cato locutus, nunc Lælius.* In Lælio.

Cic. Att. *Tum enim eramus in maxima ſpe; nunc ego quidem in nulla.* lib: 9. ult.

Cic. F. *Quando igitur tum ex me doluiſti, nunc, ut duplicetur tuum ex me gaudium, præſtabo.* l: 16. 21

Cic: *Sed me herculè & tum Remp: lugebam, &c. & hoc tempore.* lib: 7. 28.

Ter. Hec. *Quæ tum obſecutus mihi feciſti, ut decuerat:*
Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum. act. 4. 2.

Admonitio.

Tum, *non raro eam habet ſignificationem, ut tranſitioni ſerviat.*

Cic: *Tum rationes in ea diſputatione à te collectæ vetabant me reip: penitus diffidere.* lib: 5. 13.

Cœlius Cic: *Cum Curione vehementer locutus eſt, & eum, ſi aliter feciſſet, injuriam Cæſari facturum dixit, tum ejus fidem in ſuſpicionem adduxit.* lib. 8. 11.

Cœlius Cic. *Mihi cum hominibus his, & gratia, & neceſſitudo eſt: tum cauſam illam, non homines odi.* lib: 8. 14.

Plaut. Moſtel: *Sic tamen hinc conſilium dedero: nimio plus ſapio ſedens.*
Tum conſilia firmiora ſunt de divinis locis. ſc: penult.

Plaut. Mili. ---- *loquitur lautè, & minimè ſordidè.*
Tum ipſa eſt nimium lepida, nimiſque nitida fœmina. ſc: Jàm ne.

Tunc, cùm.

Marcianus. *Tunc res pro re ſoluta liberationem præſtat, cùm pro ſolido facta eſt ſuſcipientis.* l: ſi quis. 46. ff; de ſolut.

Ovid.

Ovid. *O utinam tunc, cùm Lacedæmona claſſe petebat,*
Obrutus inſanis eſſet adulter aquis. 1. Heroid.

Ovid. *Pergama tunc vici, cum vinci poſſe coegi.* ---- 13. Metamor.

Appen: Jam tunc, cùm, *vide* Jam.

I. *Appen.* { Eo tempore, cum. Eo tempore, quò.

Cic: *Eo tempore Polla tua miſit, ut ad te, ſi quid vellem, darem litterarum; cum quid ſcriberem non habebam.* lib. 11. 8.

Id. *Eo tempore mecum eſſe non potuiſti quo ego maximè operam, & fidelitatem deſideravi tuam.* l: 16. 11

II. *Appen:* { In eo tempore, quo tempore. In eo tempore, in quo.

Gellius. *Iſque in eo tempore Ædili curuli apparebat, quo tempore Ædiles ſubrogantur.* lib: 6. c: 9.

Gellius. *Si in eo tempore hujuſcemodi homunculum nomines, in quo punire non poſſis.* lib: 6. c: 11.

III. *Appen:* Eo tempore, quo jam.

Ulpian: *Verum eo tempore ædificavi, quo jam ſciebam alienam.* l: Julianus. 37. ff: de rei. vind.

IV: *Appen:* Ex eo tempore, ex quo.

Paulus *Ex eo tempore, ex quo diſceſſit à proprietate, fructuum rationem non habendam, quidam rectè putant.* l: Et ex diverſo. 35. ff: de rei. vind.

V. *Appen:* Jam ex illo tempore, cùm.

Virg. *Hæc adeò ex illo mihi jam ſperanda fuerunt*
Tempore, quum ferro cœleſtia corpora demens
Appetii, & Veneris violavi vulnere dextram. 11. Æneid.

VI. *Appen:* Cùm, abſolutè poſitum.

Ovid. *Pugna ſuum finem, cùm jacet hoſtis, habet.* 3. triſt. 5.

Tunc primùm, cùm.

Papinianus. *Tunc primùm petetur, cùm major annis apud eundem eſſe cœperit.* l: Dotis promiſſio. 68. ff. de jure dot.

Tunc demum, cùm.

Colu. *Quas ordine ſuo tunc demum perſequar, cum præfatus fuero.* Præfat.

Tunc, nunc.

Cic: *Sed erat tunc excuſatio oppreſſis, miſera illa quidem, ſed tamen juſta, nunc nulla eſt liberatis jam regio dominatu.* Philip: 7.

Tunc, ſi.

Cic. Atti. *Conſilium iſtud tunc eſſet prudens, ut mihi videtur, ſi noſtras rationes ad Hiſpanienſem cauſam accommodaturi eſſemus.* lib. 10. 7

Pompon. *Tunc autem reverſus intelligitur, ſi aut ad amicos noſtros perveniat, aut intra præſidia noſtra eſſe cœpit.* l. Poſtliminii. ff. de capt. & poſtli.

Ubi, Ibi. *ſignificatione loci*

Cic: *Tempus eſt hujuſmodi, ut ubi quiſque ſit, ibi eſſe minimè velit.* lib: 6. 4.

Dolabella Cic: *Ubi nunc eſt Reſpub: ibi ſimus potius, quàm, dum illam veterem ſequimur, ſimus in nulla.* lib: 9. 9.

Cato. *Ubi ſtatues, ibi & commodato, concinnatoque.* ca: 136.

Ubi, ibidem.

Plaut. Trucu. *Verum eſt verbum, quod memoratur, ubi amici eſſe ibidem opus.* ſc: Blitea.

Ubi illic.

Ovid. *Adde, quòd excubias, ubi Rex Romanus agebat, &c.*
Illic à nuribus Iunoni templa Latinis
Hæc ſunt, ſi memini, publica facta die. 3. Faſt.

Admonitio.

Ubi, adverbium loci, eleganter admodum nomina tam propria, quàm appellativa, locum ferè deſignantia, ſubſequi animadverto: ut & particulas, Ibi, Unde, de quibus ſuo loco Interdum Ubi etiam perſonæ tributum, ut & Eò. Quò.

Plaut. Capt. *Neſcio quem ad portum nactus es, ubi cœnes.* ---- ſc. Quanto.

Cic. *In ea urbe es, ubi nata, & alta eſt ratio, ac moderatio vitæ.* lib: 6. 1.

Idem. *Ut is cuique locus, ubi ipſe ſit, miſerrimus eſſe videatur.* lib. 4 4.

Ide *Porticus hæc ipſa, ubi inambulamus.* l: 2. de Ora:

Cic: *Neque nobis adhuc præter te quiſquam fuit, ubi noſtrum jus contra illos obtineremus.* Pro Quinct.

Cic: *Locus ad inſidias ille ipſe, ubi congreſſi ſunt, utri tandem fuerit aptior.* Pro Milione.

Cic: *In his ſermonibus, qui dialogi dicuntur: ubi etiam de induſtria id faciendum ſiat.* In Orat.

Cic. Atti: *Non habebam locum, ubi pro meo jure diutius eſſe poſſem.* lib: 3. 2. & lib: 2. 6.

Cic. *Nos adhuc in ea ora, ubi præpoſiti ſumus, ita fuimus, ut navem paratam haberemus.* lib: 8. 11.

Idem. *Hæc eſt iniqua certatio, qua huic, ne ubi conſiſteret quidem contra te, locum reliquiſti.* Pro Quinctio.

Cæſar. *Collis, ubi caſtra poſita erant paullulum ex planitie editus.* 3. de bel Gal

Columel. *In tranſmarinis regionibus, ubi æſtas pluvia caret.* lib. 1. 6.

Virg. *Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes.*
Mœnia ----1. Æn.

Horat. *Exilis domus eſt, ubi non & multa ſuperſunt,*
Et dominum fallunt.---lib. 1. epiſt. 6

Hirtius. *Campus, ubi ea res gerebatur.* De bello Africano.

Plaut: Mercat. ----*mihi ædes aliquas conducat, volo,*
Ubi habitet iſtæc mulier.---ſc: Tandem.

Plaut. Pſeu. *Occaſionem reperiſti verbero*
Ubi perconteris me inſidiis hoſtilibus. ſc. Ne plora.

Varro. *Aliquot regiones acceſſi, ubi nec vitis, nec olea nec poma naſcerentur.* De re Ruſt. lib. 1 7.

Varro. *Lacum eſſe oportet, ubi maceretur lupinum.* lib. 1. 13. & alibi plus millies.

Idem. *Vas, ubi cibum coquebant.* De lingua. latina.

Idem. *Intrinſecus multos eſſe palos, ubi aves aſſidere poſſint.* lib: 3. 5.

Ter. Eu.----*digna res eſt, ubi tu nervos intendas tuos.* act. 2. 3.

Ter: Eu. ----*inveniam hodie, parem ubi pol referam gratiam.* act. 4. 4.

Unde, *poſt Nomina. vide ſupra*
Eò, uti. & ibi VI. Appen.

Cic. *Equidem vobis fontes, unde hauriretis, atque itinera ipſa putavi eſſe demonſtranda.* lib. 1. de orat.

Idem. *Dicat ſe eſſe eum, unde ſibi, ſi non populi, & reges, at omnes ſui cives, conſilium expetant.* lib. 1. de Orat.

Idem. *Si exempla ſequimur, à Demoſthene ſumamus ex eo loco, unde in Cteſiphontis judicio de ſuis factis aggreſſus eſt dicere.* In Orato.

Cæſar. *Noluit eum locum, unde Helvetii diſceſſerant, vacare.* 1. de bell. Gall. Itidem. 3.

Hirtius. *Caſtra, unde Cæſar egreſſus iter facere cœperat occupant.* De bell. Afric.

Varro. *Poſtero anno cùm comprehendit, unde propagatum eſt, ab altera arbore præcîdit.* De re Ruſt. lib: 1. 40.

Cato. *Duas aut tres familias habeat, unde utenda roget.* cap. 5.

Idem. *Terram, unde lutum fiat.* lib: 1. 14.

Idem. *Vimina, unde corbulæ fiant.* cap. 33. & 58. & alib.

Cat. *Ac tum præruptos triſtem conſcendere montes,*
Unde aciem in pelagi vaſtos protenderet æſtus. 62.

Cic: *Adſunt Athenienſes, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributas putantur.* Pro L. Flac.

Ter. Eu ----*è prædonibus*
Unde emerat, ſe audiſſe. act: 1. 2.

Ubi, tum *ſignificatione temporis.*

Ter. And. *Poſt, ubi jam tempus eſt promiſſa perfici,*
Tum coacti neceſſario ſe aperiunt, & timent. act: 4. 1.

Ter. Phor. ----*Ubi ad uxores ventum eſt, tum fiunt ſenes.* ſc: Ult.

Plaut. Trucu. *Ocium ubi erit, de iſtis rebus tum amplius tecum loquar.* ſc: Blitea.

Plaut. Bacchi. ----*hoc ubi egero, tum iſtuc agam.* ſc. Hunc hominem.

Livius. *Defixis pilis ſtare ſuos juſſit: ubi ad manum veniſſet hoſtis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere.* Dec. 1. lib. 2.

Cato. *Ubi ætas acceſſit ad annos XXXVI. tum ædificare oportet.* c. 3.

Cic. *Ubi eorum dolorem ex illius injuriis non modò minorem, ſed prope majorem, quàm ceterorum Siculorum eſſe cognovi; tum ego meum animum in illos, tum mei conſilii, negotiique totius ſuſcepti cauſſam, rationemque propoſui: tum eos hortatus ſum, ut, &c.* lib. 4. In Verrem.

Ubi, tum denique.

Cato. *Ubi trimæ ſunt, tum denique maturæ ſunt.* cap. 45.

Gellius. *Ubi aliquantulum proceſſeris, tum denique emolumentum ejus in animo tuo dilucebit.* l. 6. c 8.

Ubi, tum demum.

Plaut. Pœnu. *Placet conſilium. MI. immò etiam ubi expolivero*
Magis, hoc totum demum dices, nunc etiam rude eſt. ſc: 1.

Ubi,

Ubi, ibi.

Ter. And. *Ubi te non invenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum.* act: 2. 2.

Ter. Eu. *Ille ubi miſer famelicus, videt me eſſe in tantum honorem,*
Et tam facile victum quærere: ibi homo cœpit me obſecrare. act: 2. 2.

Plaut. Bacchi. *Poſt ubi tabellas ad ſenem detuli, ibi occidi Troilum.* ſc: Atridæ.

Plaut. Aulu. *Ubi nugivendis res ſoluta eſt omnibus,*
Ibi ad poſtremum redit miles, æs petit. ſc. Narravi.

Ubi, ſtatim.

Cato. *Ubi res divina facta erit, ſtatim ibidem conſumito.* c. 83.

Ubi, repentè.

Gellius. *Hunc ille leo ubi vidit procul, repentè quaſi admirans ſtetit.* lib: 5. c. 14.

Ubi, continuò

Ter. Eu. *Ubi nominabit Phædriam: tu Pamphiliam*
Continuò----act. 3. 1. Item Hec. act. 1. 2.

Ter. Heaut.----*hac ubi aperuit oſtium,*
Continuò hic ſe conjecit intro. act: 2. 2.

Plaut. Bacchi. *Nam ubi me aſpiciet, ad carnificem rapiet continuò ſenex.* ſc. Hunc hominem. Item Ciſtel. ſc. Audire.

Cato. *Olea ubi lecta fiet, oleum fiet continuò ne corrumpatur.* c. 3. & 66.

Ulp. *Ubi libertas competit, continuò dicendum eſt, poſſe actionem dari* l. 1. ff. Si is qui teſtam. liber.

Ubi, quàmprimum.

Cato. *Olea ubi natura erit, quàmprimum cogi oportet.* c. 64.

Ubi, illico.

Ter. Heau. ---- *dixi equidem, ubi oſtendiſti, illico*
Eum eſſe. act. 4. 1.

Ter. Eu. *Is ubi hancce forma videt honeſta virginem,*
Et fidibus ſcire, pretium ſperans, illico
Producit, vendit. ---- act. 1. 2. & act. 3. 5.

Plaut. Amphi. *Hæc ubi legati pertulere, Amphitruo caſtris illico*
Producit omnem exercitum.---ſc. 1. Item Curcu. ſc: Date. Ciſtel. ſc. 3.

Ubi primùm, tum.

Cato. *Ubi primùm incipiunt hiaſcere, tum legi oportet.* c. 17.

Ubi primùm, illico.

Plaut. Menæch. ---- *ubi primùm eſt licitum, illico*
Properavi abire de foro. ----ſc: Ut hoc.

Ubi primùm, continuò.

Plaut. Amphi. ---*ubi primùm terram tetigimus.*
Continuò Amphitruo delegit viros primorum principes. ſc: 1.

Ubi, ſubitò.

Cæſar. *Ubi Cæſaris caſtra poſita animadvertere, ſeſe ſubitò proripiunt.* 1. de bello civili.

Ubi, extemplò.

Plaut. Epid. ---- *ubi erit otium,*
Revortere ad me extemplò.--ſc: Non oris.

Idem. Perſa. *Ubi quid credideris, citius extemplò à foro*
Fugiunt, quàm ex porta ludis cum emiſſu, eſt lepus. ſc. Curate.

Idem. Ruden. *Et ille ubi ſervus cum hero huc advenerit,*
Qui herum accerſivit, itote extemplò domum. ſc. Utrum.

Ubi, jam.

Ulpian. *Ubi adita hereditas eſt, jam quaſi liber conveniri poteſt.* l: 1 §. 1. Si is qui teſtam. liber.

Ter. Adel. *Nunc ubi me illic non videbit, jam huc recurret, ſat ſcio.* act. 4. 1.

Plaut. Perſa. *Ubi cum lenone me videbis colloqui,*
Id erit adeundi tempus. - - ſc: Nunquid.

Ubi, hîc jam.

Plaut. Moſtel. *Atque ubi illò immigrat nequam homo, indiligenſque*
Cum pigra familia, immundus, inſtrenuus.
Hîc jam ædibus vitium additur. ſc: 1.

Appen: Ubi erit, ubi non erit.

Ter. Adel. ---- *dabitur à me argentum, ubi erit commodùm:*
Ubi non erit, fortaſſe excludetur foras. act. 1. 2.

Ubi, inde.

Cic: *Ubi ſalutatio defluxit, litteris me involvo aut ſcribo, aut lego &c. inde corpori omne tempus datur.* lib: 9. 20.

Velut, { *ſic.* / *non aliter.* / *haud aliter.* / *haud ſecus.* }

Cic: *Velut in cantu, & fidibus, quæ harmonia dicitur; ſic ex corporis totius natura, & figura*

 varios

varios motus cieri. 1. Tuſcul.

Virg. *Ac velut Edoni boreæ, cum ſpiritus alto Inſonat Ægeo &c.----*

Sic Turno, quacunque viam ſecat, agmina cedunt. lib: 12. æn.

Virg. *At velut ingenti Syla, ſummove Taburno, Cùm duo converſis inimica in prælia tauri Frontibus incurrunt, &c.--*

Haud aliter Tros Æneas, & Daunius heros. 12. æn.

Virg. *Ac velut optato ventis æſtate coortis, Diſperſa immittit ſylvis incendia paſtor, &c.*

Non aliter ſociûm virtus coit omnis in unum. 10. æn.

Virg: *Ac velut--haud ſecus.*--11. æn. fin.

Veluti, ſic

Virg. *Ac veluti montis ſaxum de vertice præceps Cùm ruit avulſum vento, &c.----*

Sic urbis ruit ad muros.----12. æn.

Vix, cùm. *temporis ſignificationem continet.*

Cic. *Vix annus intercesſerat ab hoc ſermone cohortationis meæ, cùm iſte accuſavit C. Norbanum, defendente me.* lib: 2. de Orat.

Cic: Att. *Apenas vix diſceſſerat, quum epiſtola.* lib. 4. 8.

Cœlius. Cic: *Vix hoc erat Pola elocutus, cùm ego Appium cenſorem eadem lege poſtulavi.* lib. 8. 13.

Cæſar. *Vix agmen noviſſimum extra munitiones proceſſerat; cùm Galli cohortati inter ſe, ne ſperatam prædam ex manibus dimitterent flumen tranſire, & iniquo loco prælium committere dubitabant.* lib: 6. de bell: gall.

Virg: *Vix ea fatus erat, geminæ cùm forte columbæ Ipſa ſub ora viri cœlo venere volantes* 6. æn.

Virg. *Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant: Cùm Juno æternum ſervans ſub pectore vulnus, Hæc ſecum.* 1. æn. princ.

Virg: *Vix è conſpectu exierat, &c. Cum pater Æneas.*--11. æn. fin. Item eclo. 8. & 12. æn.

Vix dum, cùm.

Cic. Att. *Vix dum epiſtolam tuam legeram, cùm ad me currens ad illum, Poſthumus Curtius venit, nihil niſi claſſes loquens, & exercitus.* lib: 9. 2.

Livius. *Vix dum ſatis patebat iter, cùm perfugæ certatim ruunt per portam.* Dec: 3. lib: 7.

Vix, ne dum. *id eſt*, Non, tantum abeſt,

Comparationem in ſe habet.

Cicer. *Vix in ipſis tectis, & oppidis frigus infirma valetudine vitatur, ne dum in mari, & via ſit facile abeſſe ab injuria temporis.* lib: 16. 8.

Suet: *Vix ut referri, audirive, ne dum credi fas ſit.* Tiber. 44.

Vltra, quàm.

Cic: *Qui ſequimur probabile, nec ultrà, quàm id, quod veriſimile occurrerit, progredi poſſumus: & refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus.* 2. Tuſcul.

Ad Heren: *Longum exordium eſt, quod pluribus verbis, aut ſententiis ultrà, quàm ſatis eſt, petitur.* l: 1.

Quintil: *Dicendi mutavimus genus, & ultrà nobis, quàm oportebat indulſimus.*

Livius. *Poſtremo ſe tendere nihil ultrà, quàm, ut, ſi ſe dignum provincia ducerent, in eam mitterent.* Dec: 1. lib: 10.

Labeo. *Non ultrà me tibi præſtaturum, quàm dolum malum.* l: 60. ff. loc. conducti.

Paulus. *Arbuſti paſtinatione ultrà quàm neceſſe.* l. 78. ff: de verb. ſig.

Horat. ----*ne te longis ambagibus ultrà. Quam ſatis eſt morer: ex nitido fit ruſticus.* lib. 1. epiſt. 7.

Sueton. *Servum graviſſimè de ſe opinantem, non ultrà, quàm compedibus coërcuit.* Octav. 67.

Vltrà, abſolutè poſitum.

Cic: Att. *Eſt autem oratio ſcripta elegantiſſimè ſententiis, verbis, ut nihil poſſit ultrà.* lib. 15. 1.

Africanus. *Nec ultrà actione ex conducto præſtare cogeris.* l. ſi fundus. 33. ff. loc. con.

Vnde, poſt nomina. *vide*, Vbi.

Vnus, alter. *copulativè.*

Cic: *Unus & alter dies interceſſerat, cùm res parùm certa videbatur.* Pro Cluent.

Cic: *Si quem tibi item unum, alterumve diem abſtulerit.* lib: 3. 9.

Cic. Att: *Quid enim eſt tantum in uno, aut altero die?* lib: 7. 8.

Ad Heren. *Unum aliquod, aut alterum poteſt in iſtum caſu cecidiſſe ſuſpicioſè.* lib: 4.

Cic. Att. *Adductus ſum tuis & unis, & alteris litteris.* lib. 14. 18.

Livius. *Appius imperio conſulari rem agendam cenſebat: uno, aut altero arrepto, quieturos alios.* Dec. 1 lib: 2.

Ovid. *Alloquor extremùm mœſtos abiturus amicos, Qui modo de multis unus & alter erant.* 1. triſt 3.

Horat. *Purpureus, latè qui ſplendeat, unus, & alter Aſſuitur pannus.* In Arte.

Plaut. Trucu. *Cùm inter nos ſorderemus unus alteri,* ſc: Num tibi.

Unus, alter. *diſtributivè.*

Cic: *Uni epiſtolæ reſpondi, venio ad alteram.* l: 2. 17.

Cic: *Reliqua ſunt epiſtolarum genera duo, quæ me magnopere delectant: unum familiare, & jocoſum, alterum ſeverum, & grave.* lib: 2. 4.

Cic. *Quas ad me litteras miſiſti, unas de legatis à me prohibitis proficiſci, alteras de Appianorum ædificatione impedita, legi perinvitus.* lib: 3. 9.

Planc. Cic: *Duaſque ei ſpes eſſe propoſitas, unam Lepidi, ipſius alteram exercitus.* lib. 10. 11.

Servius Cic. *Nunciavit M. Marcellum, &c. pugione percuſſum, & duo vulnera accepiſſe, unum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem.* lib: 4. 12.

Cic. Att. *Sed credo te, jam in Epiro cùm eſſes, binas meas de omnibus rebus accepiſſe, unas à Pindeniſſo capto, alteras à Laodicea, utraſque tuis pueris datas.* lib: 6 1.

Cic: *Tria Græcorum genera. quorum uni ſunt Athenienſes, quæ gens Ionum habebatur; Æoles alteri: Dores tertii nominabantur.* Pro L. Flacco.

Vnus, atque. *id eſt*, Idem, atque.

Cic. *Toties unum dices, atque illud, temerè hunc pecuniam Regi crediqiſſe.* Pro Rabirio.

Vſque, dum. *id eſt*, Adeò, dum. Tamdiu, donec.

Cic. *Mihi quidem uſque curæ erit, quid agas, dum quid egeris, ſciero.* lib: 12. 19.

Cic. *Iacet res in controverſiis iſto calumniante biennium, uſque, dum inveniretur, qua ratione res ab uſitata conſuetudine recederet.* Pro Quinct.

Plancus Cic: *Sed uſque mihi temperavi, dum perducerem eò rem ut dignum aliquid & conſulatu meo, & veſtra expectatione efficerem.* lib: 10. 7.

Cic. *Fateatur id, quod negari non poteſt ſe privatum hominem vivos prædonum duces, atque incolumes, domi ſuæ, uſque dum per me licuerit, retinuiſſe.* lib: 1. In Verrem princ.

Cato. *Uſque coquito, dum dimidium excoquas.* c: 107

Plaut. Trucu. *---- uſque, dum vivunt, lavant.* ſc: piſceis.

Varro. *Candenti ferro inurentes ad infima crura, uſque dum rumpatur.* lib. 3. 9.

Ter. Phor. *Habet hæc ei quod, dum vivat, uſque ad aurem obganniat.* ſc: ult.

Plaut. Perſa. *Uſque ero domi, dum excoxero lenoni malum.* ſc: 1.

Virg. *--- Melampus*
Alcidæ comes, uſque, graves dum terra labores
Præbuit. 10. æn.

Cato. *Armillis ferreis temperato, uſque dum rectè temperabitur.* c: 22.

Idem. *Ficulneam uſque dum habebis dato. frondem viridem uſque dum habebis præbeto.* c. 30. & 110. & 113.

Ovid. *Uſque ſequens preſſit, dum retro quercus eunti Obſtitit.* 3. Meta.

Pl. Menæc. *Mea quidem herclè cauſa vidua vivita, Vel uſq; dum regnum obtinebit Iupiter.* ſc. Nimis.

Vſque ad eum finem, dum.

Cic. *Quid dicam quantus amor beſtiarum ſit in educandis, cuſtodiendiſque iis, quæ procreaverint, uſque ad eum finem dum poſſint ſe ipſa defendere?* lib: 2 de nat. deor.

Idem. *Manſit in conditione atque pacto, uſque ad eum finem, dum Iudices rejecti ſunt.* In Verrem.

Vſque ad id, dum.

Plaut. Moſt. *Nam ego ad id frugi uſque, & probus fui, in fabrorum poteſtate dum fui.* ſc. Recordatus.

Vſque, donicum.

Cato. *Uſque licebit vellas, donicum in ſemen videris ire.* c. penult.

Vſque dum, donicum. *id eſt*, Vſque eo, donec.

Plaut. Moſtel. *--- ſi quid nummo ſarciri poteſt, Uſque dum mantant, neque id faciunt, donicum Parietes ruunt. ---* ſc. 1.

Vſque, donec.

Ter. Adelph. *--- nunc verò domi.*

Plaut. Mili. *Si ita non reperio, ibo odorans quaſi canis venaticus,*
Uſque, donec perſecutus vulpem ero veſtigiis. ſc. Niſi herclè.

Horat. .... *& uſque*
Seſſuri donec cantor, vos plaudite, dicat. In Arte.
Plaut. Rudeu. .... *te in carcerem compingier eſt æquum, ætatemque ibi*
Te uſque habitare, donec totum carcerem contriveris. ſc: Exi.
Cato. *Quot menſibus, uſque donec trimæ erunt, fodere oportet.* c: 43.
Idem. *Uſq; ocinum dato, donec areſcat.* c. 54. & 156

Uſque, donec jam.

Ter. Hec. *Uſque illud viſum eſt Pamphilo neuti quam grave,*
Donec jam in ipſis nuptiis --- act: 1. 2.

Uſque, quo.

Modeſtinus. *Conſtantiùs dicetur, per doli exceptionem inefficacem fieri ex ſtipulatu actionem, uſque, quo matrimonium durat.* l: Si mulier. 13. ff: de Jure dotium.
Varro. *Jubet ranam luridam conjicere in aquam, uſque, quo ad tertiam partem decoxeris.* de re Ruſt. lib: 1. 2.

Uſque, quo ad.

Cic: *Cum cognitionis dies eſſet, & ipſe Rutilius rogatu ſociorum domum ad Galbam mane veniſſet & eum admoneret, & ad dicendi tempus adducerct, uſque illum, quo ad ei nunciatum eſſet conſules deſcendiſſe, omnibus excluſis, commentatum in quadam teſtitudine cum ſervis litteratis fuiſſe* In Bruto.
Varro. *Anniculis jam factis dandum ordeum, & furfures; uſque, quo ad erunt lactantes.* lib. 2. 7.

Uſque, quando.

Plaut. Pſeu. *Non eſt juſtus quiſquam amator, niſi qui perpetuat data,*
Datque uſque, quando nihil ſit, ſimul amare deſinat. Pleudole.

Uſque eò, dum.

Cic: *Situs earum rerum quas intuemur, & intervalla, aut contrahimus, aut diducimus, multaque facimus uſque eo, dum aſpectus ipſe fidem faciat ſui judicii.* 4. Acade.
Cic. *Sic igitur veteres præcipiunt, cum ſumpſeris ea quæ ſunt ei rei, quam definire velis, cum aliis communia, uſque eo perſequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri poſſit.* In Topi.

Ter. Eunu. --- *Uſque eò ego illius ferre poſſum ineptias,*
Et magnifica verba, verba dum ſint. --- act: 4. 6.

Uſque eò, donec.

Cic: *Uſque eo timui, ne quis de mea fide, atque integritate dubitaret, donec ad rejiciendos judices venimus.* lib: 1. In Verrem princ.
Hirtius. *Opidani uſque eò paſſi propius eum accedere, donec ad ipſas portas, ac murum appropinquaret.* de bello Afric.
Idem. *Præcipit, ut uſque eò locum obtinerent, in quò paulò antè conſtitiſſent; donec ab hoſte miſſum telum ad ſe perveniret.* Ibidem.

Uſque eò, quo ad.

Ad Her. *Si non ad extremum, ſed uſque eò, quò opus erit, proſequemur.* lib. 1.

Uſque eò, quoad.

Cic. *Quæ cum ita eſſent, tamen uſque eò ſe tenuit, quoad à Cn. Pompeio ad eum legati litteræque venerunt.* Pro Deiotaro.
Idem. *Liciti ſunt uſque eò, quoad ſe efficere poſſe arbitrabantur.* lib. 3 In Verrem.
Cic. *Cum uſque eò vicinos proſcriberet, quoad oculos continuando, ex multis prædiis unam fundi regionem formamque perfecerit.* de lege agra. contra Rullum. fin.
Appen: Quoad, *abſolutè poſitum, vide ſuprà* Tamdiu.
Varro. *Sic nutricantur, quoad facti ſunt quadrimeſtres.* lib. 2. 1.

Uſque adeò, dum.

Gellius. *Stuppis, quibus lectica deligata erat, uſq; adeò verberari juſſit, dum animam efflavit.* l: 10. c: 3
Virg. *Uſque adeò obnixi non cedere, dum gravis, aut hos,*
Aut hos, verſa fuga victor dare terga coëgit. 4. Georg.
Cato. *Uſque adeò, dum ficus eſſe cœperint.* c: 56.
Idem *Poſteà igni levi coquito, rudicula agitato crebrò, uſque adeò, dum fiat tam craſſum, quam mel.* c: 95.

Uſque adeò, donec.

Cato. *Uſque adeò in ſole habeto, donec concreverit,* c: 88.
Ter. And. --- *nunquam deſtitit*
Inſtare, ut dicerem eſſe ducturum patri:

Suade.

Suadere, orare, uſque adeo, donec perpulit. act: 4 1.

Plaut. Cistel. *Inſtare uſque adeò, donec ſe adjurat anus,*
Jam mihi monſtrare. --- ſc: Audire.

Idem Ruden. ---- *ni iſtunc iſtis invitaſſitis*
Uſque adeò, donec, quà domum abeat, neſciat. ſc: Vtrum.

Cato. *Commutet uſque adeò, donec in lacum, qui in cella eſt, poſtremùm pervenerit.* c.67. Item c: 76. & 86. & 88. & 106.

Vſque a eò, donicum.

Plau. Truc. *Modò hic, modò illic irretitos impedit*
Piſces, uſque adeò, donicum eduxit foras. ſc: 1.

Vſque admodum, dum.

Cato. *Poſtea ubi occipiet fervere, pauliſper dimittito, uſque admodum, dum quinquies quinque numeres.* c: 156.

Appen: Vſque, *abſolutè poſitum.*

Plau. Epid. --- *ne abeas prius, quàm ego ad te venero.*
AP. Uſque operiar --- ſc: St. tacere.

Appen: Donicum, abſolutè.

Cato. *Donicum pecuniam ſatisfecerit, aut delegarit, pecus, & familia, quæ illic erit, pigneri ſunto.* c: 249. & ibi Petrus Victorius.

Lucretius. *Donicum ad extremum creſcendi perfica.* lib: 2. & ibi Lambinus.

Vſque adeò, quo ad.

Cic: *Atque hoc ſcitis omnes, uſque adeò hominem in periculo fuiſſe, quoad ſcitum ſcit Sextium vivere.* Pro Sextio.

Vſque dum, intereà uſque.

Ter. Heau. ----- *nam uſque dum ille vitam illam incolit*
Inopem, carens patria ob meas injurias,
Intereà uſque illi de me ſupplicium dabo. ſc: 1.

Vſque eò, ut. *id eſt*, Vſque adeò, ut. *Comparationem ſignificat.*

Cic. *Ad extremum petere cœpit, ne uſque eò ſuam auctoritatem diſpiceret, gratiamque contemneret, ut ſe tanta injuria afficeret.* lib: 1. In Verrem. Ibidem. 4.

Cic: *Qui uſque eò fervet, ferturque avaritia, ut de ſuis commodis nolit aliquam partem amittere.* Pro Quinctio.

Cic: Att: *Multa & jucunda conſuetudine conjuncti inter nos ſumus, uſque eò, ut noſtri illi comeſſatores conjurationis barbatuli juvenes, illum in ſermonibus Cneùm Ciceronem appellent.* li: 1. 14.

Cœlius Cic. *Uſque eò, ut ego miſererer ejus eſuriei.* lib. 8. 1. & 4. & 7. & 8.

Cæſar. *Nec prius ſunt viſi, objectis ab ea parte ſiluis, quam caſtris appropinquarent, uſque eò, ut qui ſub vallo tenderent mercatores, recipiendi ſui non haberent facultatem.* 6. De bel. Gal.

Sueton *Gratia quidem, & potentia revocatæ, reſtitutæque matris uſque eò floruit, ut emanaret in vulgus miſſos à Meſſalina uxore Claudii, qui eum meridiantem quaſi Brittannici æmulum ſtrangularent.* Nero. c. 6.

Cæſar. *Uſque eò, ut complures dies milites frumento caruerint.* 7. de bello Gall. Itidem 8.

Varro. *Quod uſque eò eſt contrarium naturæ, ut arbores non ſolum minus ferant, ſed etiam fugiant, ut introrſum in fundum reclinent.* De re Ruſt. lib. 1. 16. & 37.

Vſque eò, ne. *id eſt*, Eatenus, ne.

Cic. *Inferiorem ſe eſſe patitur, duntaxat uſque eò, ne cum bonis, fama, fortuniſque omnibus, Sed Nævii cupiditati, crudelitatique dedatur.* Pro Quinctio.

Vſque eò, quò. *id eſt*, Eatenus, quatenus.

Vlpian. *Condemnandos uſque eò duntaxat, quò locupletiores ex ea re facti eſſent.* l Item veniunt. 20. ff. de heredit. pet.

Celſus. *Uſque eò duntaxat, quò pretioſior eſt factus.* l. In fundo. ff. de rei vindicat.

Vſque eò, quòd.

Cœlius Cic. *Sed hoc uſque eò ſuave eſt, quòd, ſi acciderit, tota vita riſus nobis deeſſe non poterit.* l. 8 3. Sed hic D. Lambinus pro *quòd*, legere maluit, *ut*.

Vſque adeò, ut.

Cic. *Poſtea aliquanto, ipſos quoque tempeſtas vehementius jactare cœpit, uſque adò ut dominus navis, cum idem gubernator eſſet, in ſchapham confugeret.* 2. de Iuvent.

Varro. *Vere ſus uſque adeò pinguitudine creſcere ſolet, ut ſeipſa ſtans ſuſtinere non poſſit.* li: 2 4.

Ci. *Uſque adeò orba fuit optimatum illa concio, princeps principum eſſet Meandrius.* Pro Flacco.

Vlpian. *Sufficit in re præſenti nuntiari ei qui in re præſenti fuerit: uſque adeò ut etiam fabris, vel opificibus, qui eo loci operantur, opus novum nuntiari*

tiari poſſit. l: 5. ff: De ope. no. nunt. Itidem. l: Inter omnes. 46. ff: de furtis. & l: 1. ff. de injuriis.

Ovid. *Iſque erat uſque adeò populo teſtatus, ut eſſet Pene magis quam tu, quamque ego notus amor.* 3. triſt. 6.

Uſque adeò, quò. *id eſt*, Eatenus. eò uſque, quatenus.

Cato. *Quem inſere voles librum ad librum vorſum facito, artito uſque adeo, quò acueris.* c: 40.

Ut ita. *Similitudinis.*

Cic: *Ut optaſti, ita eſt.* lib: 2. 10.

Cic. Attic: *Ut maxima de re æquo animo deliberanti, ita mihi des conſilium velim.* lib: 8 3.

Cic: *Ut quiſque ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet.* In Catone.

Cic: *Hoc maximè officii eſt, ut quiſque maximè opis indigeat, ita ei potiſſimum opitulari.* 1. Offic.

Idem. *Ut quiſque maximè ad ſuum commodum refert quæcunque agit, ita minimè eſt vir bonus.* lib. 1. De legibus. Item ad Q. Fra. lib. 1. 1.

Ter. Adel. -- *ut quiſq; ſuum vult eſſe ita eſt.* act. 3 4

Cæſar. *Ut quiſque acerbiſſimè, crudeliſſimeque dixit, ita quàm maximè ab inimicis Cęſaris collaudatur.* 1. de bel. civili.

Ter. Hec. *Omnibus nobis ut res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus.* act. 3. ſc. 3.

Ovi. *Conſcia mens ut cuique ſua eſt, ita concipit intra Pectora, pro facto ſpemque metumque ſuo.* 1. Faſt.

I. *Appen:* Non ut, ita.

Paul: *Non ut à patre filius, ita uxor à marito jure poſtliminii recuperari poteſt.* l: Non ut. 8 ff. de captivis & poſtli.

Pomponius. *Non, ut pater filium, ita uxorem maritus jure poſtliminii recipit.* l: cum duæ. 14. ff: eodem.

Julianus. *Vindicatio non ut gregis, ita & peculii recepta eſt.* l: Vindicatio. ff: de rei vindicat.

Cic: *Non ut quodq; dicendum primùm, ita primùm animadvertendum videtur.* l: 1. de Inventione.

II. *Appen:* Non ut, ſic.

Varro. *Non ut advenæ volucres pullos faciunt, in agro ciconiæ, in tecto hirundines, ſic aut hîc, aut illîc turdi.* De re Ruſt. lib: 3. 5.

Cic: *Non ut cauſarum, ſic oratorum quoque multorum communes loci ſunt.* lib: 2. de Inventione.

III. *Appen:* Non ut, ſed quaſi.

Cic: *Ne, ut quidam Magiſter & artifex, ſed quaſi unus è togatorum numero videar.* l: 1. de Oratore.

IV. *Appen:* Non Ut, ſed ut.

Cic: Att: *Non enim hoc ut oppido præpoſui, ſed ut loco.* lib: 7. 3.

Idem. *Orationes converti, non ut interpres, ſed ut orator.* De optimo. gen: Orat.

Idem. *Non illa ut ab improbo viro diſceſſiſſet, ſed ut à crudeliſſimo hoſte fugiſſet.* Pro Cluentio.

Papinian: *Non ut heres, ſed ut pater rogari videtur.* l: 11. de legatis. 1.

Cic: *Si quis adhibere volet, non modò ut architectos: verùm etiam ut fabros, ad ædificandam remp:* lib: 9. 2.

V. *Appen:* Non ut, ſed, uti.

Ter. Heaut: *Ita non ut olim, ſed uti nunc ſanè bona.* act: 3 2.

Ut, et.

Tryphonius. *Quod abſurdum eſt, ſi in pendenti ut in aliis, & in hac ſpecie habeamus dominia.* l; de hereditate 19. ff: de caſt: pec.

Ut, item.

Cic. *Vos quæſo, ut adhuc me attentè audiſtis, item, quæ reliqua ſunt, audiatis.* Pro Cluent.

Cic. Att. *Ut Numeſtio mandavi, tecum ut ageret, item, atque eo, ſi poteſt acrius te rogo, ut planè ad nos advoles.* lib. 2. 24.

Cic. *Ut vir doctiſſimus fecit Plato, item mihi credo eſſe faciendum.* lib. 2. de legibus.

Idem. *Ut enim ii, qui niſi ſub nube ſolem non ferunt, item ille cum æſtuaret, veterum, ut Meniarorum ſic Academicorum umbram ſecutus eſt.* 4 Academic. Item ad Heren. lib. 3.

Ad Heren: *Alexandrum omnes ut maximè metuerunt, item plurimum dilexerunt.* lib: 4.

Plaut. Bacchi. ---- *ut olim ille ſe Blanditiis exemit & perſuaſit ſe ut amitteret, Item ego dolis me illo expuli periculo, & decepi ſenem.* ſc. Atridæ.

Plaut. Ruden. *Ut tute es, item omnes cenſes eſſe* --- ſc. Serio.

Idem Sti. ---- *ut illa vitam repperit hodie ſibi, Item me ſpero facturum.* ---- ſc. Libros.

Ut idem.

Cic. *Ut ipſe ad meam utilitatem ſemper cum græci, latin*

latina conjunxi,&c.idem tibi faciendum eſſe cenſeo. 1. Officiorum princ.

Ut, itidem.

Plaut.Capt. *Ut vos hîc, itidem illic apud vos meus ſervatur filius.* ſc. Jam.

Ter: Hec: *Adii te heri de filia : ut veni, itidem incertum amiſiſti.* act: 2. 2.

Plaut. Amph: *Ut filium bonum patri eſſe oportet, itidem ego ſum patri.* ſc: Concedite.

Plaut. Sti. *Ut cuique homini res parata eſt, firmi amici ſunt, ſi res labat*
Itidem amici collabaſcunt. ---- ſc: Ita me.

Ut, ſic.

Cic.Att. *Ut malè poſuimus initia, ſic cetera ſequuntur.* lib. 10. 16.

Cic: *Ut non omne vinum, ſic non omnis natura coæceſſit vetuſtate.* In Catone.

Caſſius Cic. *Ac velim ut meremur de rep: ſic felices ſimus.* lib: 12. 12.

Cic: *Ut adverſas res, ſic ſecundas immoderatè ferre levitatis eſt.* 1. Offic.

Idem. *Ut Helena Trojanis, ſic iſte huic Reip: cauſa belli, cauſa peſtis atque exitii fuit,* Phil: 2.

Cic: Att: *Ut enim gubernatori curſus ſecundus, medico ſalus, imperatori victoria, ſic huic moderatori reip: beata civium vita propoſita eſt,* lib: 10. 11.

Cic: *Si inquam potuiſſet, ut quæſtionem de morte P: Clodii ferre, ſic ipſum ab inferis excitare.* Pro Milone.

Cic: *Et ut illud erat moleſtum, ſic hoc eſt jocundum.* lib: 7. 13.

Ovid: *Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum,*
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides. 1. triſt: 4.

Plaut: Perſa. ---- *ut quiſque rem accurat ſuam,*
Sic ei procedit. ---- ſc. Si quam.

Ut, ſic item.

Cæſ. *Ut ipſi concedi non oporteret, ſi in noſtros fines impetum faceret, ſic item nos eſſe iniquos, quod in ſuo jure ſe interpellaremus.* 1. de bell. Gall.

Ut, exinde. *idem quod*, Prout. Pro eo, ac, *vide*, Exinde.

Plaut. Moſtella. *Ut fama eſt homini, exinde ſolet pecuniam invenire.* ſc. Jampridem.

Idem Pſeu. --- *proinde ut quiſque fortuna utitur,*
Ita præcellet, atque exinde ſapere eum omnes dicimus. ſc: Dî immortales.

I. *Appen:* Ut, *abſolutè poſitum.*

Cic: Atti: *Ut nunc eſt,* lib. 7. 4.

Ter: Ph: *Præſertim ut nunc ſunt mores* --- act. 1. 2.

Plaut. Pſeu: --- *ut nunc mos eſt maximè,* ſc. Si de.

Virg. *Ut gregibus tauri, ſegetes ut pinguibus arvis*
Tu decus omne tuis --- eclo. 5.

Plaut. Capt: *Ut ſæpe ſumma ingenia in occulto latent?* ſc. 2.

Plaut. Mili: *Bonus herclè ut malos deſcripſit mores!* ſc: Cohibete.

II. *Appen:* Sic, abſolutè poſitum.

Varro. *De reliquo inſtrumento muto, in quo ſunt corbulæ, & dolia, ſic alia: hæc præcipienda.* De re Ruſt: lib: 1. 22.

Uti, ita.

Salluſt: *Quorum, uti cujuſque ingenium erat, ita rem difficilem aut facilem renuntiavêre.* Jugurt.

Salluſt. *Cetera, uti factu opus ſit, ita agant.* In Conjurat.

Cic. *Cum ædes venderet, in mancipio lumina, uti tum eſſent, ita recepit* lib. 1. de Oratore.

Ad Heren. *Itaque uti contemnendus eſt, qui in navigando ſe, quàm navim mavult incolumem: ita vituperandus qui in Reip: diſcrimine ſuæ plus, quàm communi ſaluti conſulit.* lib. 4.

Varro. *Uti horum varietates, ita genera hæc.* De re Ruſt: lib. 1. 9.

Cato *Uti quæque graviſſima erunt, ita poſtremò arato.* c: 131.

Cæſar. *Uti corporis vulnera, ita exercitus incommoda ſunt tegenda.* 2. de bello civili.

Uti, ſic.

Cic. Atti: *Hæc me fruſtra ſcribere videbam: ſed uti in urbe retinenda tunc, ſic nunc in Italia non relinquenda teſtificabar ſententiam meam,* lib. 8. 1.

Salluſtius. *Uti initium, ſic finis eſt.* In Jugurt. princ.

Uti, proinde.

Ter: Hec: ---- *uti vos mihi domi eritis, proinde ego ero foris.* act: 2. 1.

Plaut. Capti. *Is uti tu me hîc habueris, proinde illum illic curaverit.* ſc. Jam ego.

Utcunque, ita.

Cic. *Utcunque ſe affectum videri, & animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit ſonum.* In Oratore.

Plaut. Bacchi. ---- *utcunque res ſit, ita animum*

mum habeat. ſc: Hunc hominem.

Utcunque, exin. *vide* Exinde, ut.

Plaut. Epid. *Utcunque in alto ventus eſt, Epidice, exin velum vortitur.* ſc: 1.

Ubi Turnebus: pro exin, ex imo legit; l. 20. c: 4. Adverſar. Itidem illum ſecutus Lambinus.

Plaut. Penu. *Utcunque eſt ventus, exin velum vortitur.* ſc. ſuſpendant.

Appen: Utcunque, *abſolutè poſitum*.

Cic: *Utcunq; aderunt res animadvertendum eſt etiam quatenus ſermo delectationem habeat.* 1. Offic.

Idem. *Quæ eſſent in Repub: inclinationes rerum, & momenta temporum, quibus eſſet moderandum, utcunque res poſtularet.* lib. 5. de Fin.

Ut ut, tamen. *id eſt*, Utcunque.

Ter. Heau. ---- *ut ut erat, manſum tamen oportuit.* act: 1. 2.

Plaut. Ciſtel. *ut ut erga me eſt meritus, mihi cordi eſt tamen.* ſc. 1.

Te. Phor. *Sed ut ut hæc ſunt, tamen hoc faciā.* act. 3. 2

Plaut. Amph. *Verum ut ut es facturus, hoc quidem herclè haud recitabo tamen.* ſc. 1.

Plaut. Mercat. --- *ut ut eſt, non ibo tamen.* ſc. Tandem.

Admonitio.

Similiter conſtruuntur & reliquæ ferè Particulæ, ad hunc modum geminatæ.

I. *Appen:* Ubi ubi, tamen.

Plaut. Ruden. *Ubi ubi, erit, tamen inveſtigabo, & meum ad te adducam ſimul.* ſc. Aliquando.

II. *Appen:* Ubi ubi, certè.

Cic. *Nunc ubi ubi ſit animus, certè quidem in te eſt.* 2. Tuſcul.

III. *Appen:* Quantus quantus, tamen.

Ter. Phorm. *Heus quanta quanta hæc mea paupertas eſt, tamen*
Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mî eſſet fides. act. 5. 7.

IV *Appen:* Qualiter qualiter, tamen.

Ulpian. *Neque ferendus eſt, qui qualiter qualiter eligendis, tamen mente heredis perſonam ſecutus eſt.* l. 1. ff. de ſeparationibus.

Ulpian. *Itaque qualiter qualiter domino ſit ſervus ſubtractus, attamen ſupereſſe adverſus furem furti actionem*, l. Inter omnes. 46. ff. de furtis.

V. *Appen:* Quo quo modo, tamen. *vide* Quomodo.

VI. *Appen:* Quoquo, certè.

Ci *Quoquo conſilio fecit, fecit certè ſuo.* Pro Rabirio.

VII. *Appen:* Quoquo, tamen.

Cic. *Hic ager, quoquo pretio coemptus ſit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.* De lege Agra. contra Rullum. 2.

Ut ut, certè.

Ter. Phor. *Nam ut ut erant alia, illi certè conſuleres, quæ nunc tua eſt domi.* act: 3. 1.

Ut tamen, *id eſt* Quamvis tamen.

Cic: Att. *Verùm ut hoc non ſit, tamen ſervet Rempub:* lib. 2. 15.

Ci: Att: *Labienum ἥρωα judico, facinus jam diu nullum civile præclarius, qui ut aliud nihil, hoc tamen profecit.* lib: 7. 13. Itidem li: de Fato, extremo.

Cic: *Ut ego aſſentiar orationi, defenſionem tamen non probabo.* lib. 3. In Verrem.

Cæſa. *Ac jam, ut omnia contra opinionem acciderent, tamen ſe plurimum navibus poſſe.* 3. de bel: Gal.

Plaut. *Ut iſtuc periculum ingens ſit, me tamen non interfecit.*

Ovid: *Ut deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.* 3. de Pon: 4.

Idem. *Ut proſint, non ſunt expedienda tamen.* Rem. amo. 2.

Ut, certè.

Cic. *Ut ſuperiora omittam, hoc certè, quod mihi maximam admirationem movet, non tacebo.* Philip: 10. princ.

Ovid. *At nunc ut peream: quoniam caret illa periclo, Dimidia certè parte ſuperſtes ero.* 1. Triſt. 2.

Ovid. *Protinus ut ſimilis detur tibi copia curſus, Hoc melior certè, quo prior illa fuit.* 18. Heroid.

Cicer. *Ad me ventum eſt, qui ut ſumma haberem cætera, temporis quidem certè vix ſatis habui, ut rem tantam, tot controverſiis implicatam, poſſem cognoſcere.* Pro Quinctio.

Ut, nihilo minus tamen.

Cæſar. *Nihilo minus tamen agi poſſe de compoſitione, ut hæc non remitterentur.* 3. de bel: civili.

Appen: Nihilo minus, ut.

Cic. *Quæ nihilo minus, ut ego abſim, confici poſſunt.* lib. 10. 2.

Appen: Ut, *abſolutè poſitum*, pro Quamvis.

Cic: Atti. *Nunc, ut ego non ſcribam, tua ſponte te intelligere ſcio.* lib. 8. 6.

Cic.

Cic: *Ut enim rationem Plato nullam afferret, (vide quid homini tribuam) ipſa auctoritate me frangeret.* 1. Tuſcul.

Cic: Bruto. *Ut reliqua ex ſententia ſuccedant, vix ſatis liberi videmur fore.* epiſt. 13.

Varro. *Non eſt in noſtra poteſtate, ſed in natura: ut tamen multũ ſit in nobis, quod graviora quæ ſunt, ea diligentia leviora facere poſſumus.* lib. 1. c: 4.

Ovid: *Sis licet immitis, matriſque ferocior undis, Ut taceam, lacrymis comminuere meis.* 3. Heroid.

Ter. Hec. *Jam in hac re ut taceam, cuivis facilè ſcitu, quàm fuerim miſer:*
Tamen nunquam auſus ſum recuſare eam, quam mihi obtrudit pater. act. 3. 1.

Niſi melius fortè quis putaverit legi ibidem poſſe, ſi proximè ſequens particula Tamen, contra interpunctionem hactenus receptam, verbis præcedentibus adjungatur.

Cæſar. *Neque equitibus, ut paucis, & labore confectis, ſtudium ad pugnandum, virtuſque deerat.* 2. de bel: civili.

Ut, ſtatim. *temporis particula eſt.*

Cic: *Ut quidquid ego apprehenderam, ſtatim accuſator extorquebat è manibus.* Pro Cluent.

Idem. *Sic enim eſt mecum locutus, te, ut meas litteras legeris, ſtatim procuratoribus ſuis pollicitũ eſſe omnia, multo verò plura & majora feciſſe.* li: 13 28.

Cic: Atti. *Philippus, ut heri me ſalutavit, ſtatim Romam profectus eſt.* lib: 12. 18.

Cic: Bruto. *Romam ut veni, ſtatim me obtuli Antonii ſceleri, atque dementiæ.* epiſt: 19.

Appen: Ut dudum, nunc demum.

Plaut. Menæch. *Quin, ut dudum divorti abs te, redeo nunc demum domum.* ſc: ut hoc.

Ut, continuò.

Cic: *Qui ut ſe de blanditiis, & aſſentationibus in Aſinii conſuetudinem penitus immerſit, Oppianicus continuò ſperare cœpit.* Pro Cluent.

Ut, confeſtim.

Livius. *Ut Hoſtus cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies.* lib: 1.

Plaut. Bacch. *Quæ ut aſpexi, me continuò contuli protinam in pedes.* ſc: Pandite.

Ut extempló.

Virgil: *Ut belli ſignum Laurentii Turnus ab arce*
Extulit, & rauco ſtrepuerunt cornua cantu:
Utque acres concuſſit equos, utque impulit armas
Extemplò turbati animi --- 8. æn.

Ut, repentè.

Cic. *Is repentè, ut Romam venit, gratiis prætor factus eſt.* lib: 1. In Verrem.

Ut, poſteà.

Cic: *Ut illos de rep: libros edidiſti, nihil à te ſanè poſteà accepimus.* In Bruto.

Ut, protinus.

Ovid: *Ecquid, ut aſpecta eſt, ſtudioſæ litera dextræ,*
Protinus eſt oculis cognita noſtra tuis. Sappho.

Ut primum, ſtatim.

Cic. *Illud dico, me, ut primum in concione provinciam depoſuerim, ſtatim. quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpiſſe.* lib: 5. 2.

Cic: *Ut primum Oppianicus, ex eo, quod Scamander reus erat factus, quid ſibi impendêret cœpit ſuſpicari: ſtatim ſe ad hominis egentis familiaritatem applicavit.* Pro Cluent.

Sueton. *Ut primum Caſſiopen trajecit, ſtatim ad aram Iovis Caſſii cantare auſpicatus eſt.* Nero. 22

Ut, ideò, *cauſalis particula.*

Ulpian. *Si ut damnum daret, ideò cœperat cædere,* l: 4. ff: vi bonorum raptorum.

Ut, idcirco.

Cic: *Hæc ut efficere poſſet, idcirco credo, manum ſibi P. Sextius comparavit.* Pro Sextio.

Idem. *Et ut populi ſermonem exciperes, idcirco Decianum uſque ad coronam applicuiſti.* Pro Flacco.

Ut, ob eam rem.

Cic: *Ut ſcires eum non à me diligi ſolùm, verùm etiã amari, ob eam rem tibi hac ſcribo.* lib. 13. 47.

I. *Appen.* Non ut, ſed.

Cic: Q. Fra. *Non, ut te inſtituerem, ſcripſi: ſed me in ſcribendo commemoratio tua virtutis delectavit.* lib: 1. 1.

II. *Appen:* Non ut, ſed ut.

Cic: *Non ut munitam coloniis illam gentem augeret, ſed ut obſeſſam teneret.* Pro Flacco.

Idem. *Hæc ſcripſi, non ut de me ipſe dicerem, ſed ut tu, qui conjunctiſſima mecum fuiſti & ſententia, & voluntate, eadem cogitares.* lib: 6. 22.

Cic: Att. *Accuſes tamen non ut aliquid proficias, ſed ut tibi me carum eſſe ſentiant.* li: 11. 10. & 15.

III. *Appen:* Non qui: ſed qui *ejuſdem ſignificationis cum præcedente.*

Ter. And. *Non quî argumentum narret, ſed quî malevoli*
Veteris poëtæ maledictis reſpondeat. Prologo.

IV. Appen: Non ut, ſed uti.

Ovid. *Non petis ut benè ſit, ſed uti malè tutius.* 1. Pon: 3.

V. Appen: Non eò, ut: ſed potius, ut.

Cic: Q: Frat. *Hæc non eò dicuntur, ut te oratio mea dormientem excitaſſe; ſed potius ut currentem incitaſſe videatur.* lib. 1. 1.

VI. Appen: Non ut, ſed ne.

Ulpian. *Si quid pro ſervo impendit, conſequetur arbitrio judicis, ſic tamen, non ut ei horum nomine venditor condemnetur, ut ait Julianus; ſed ne aliàs compellatur hominem venditori reſtituere, quàm ſi eum indemnem præſtet.* lib: Illud. 29. ff. De ædil. edicto.

Ut, neve.

Cic: Att: *In qua extrema ſcriptum erat, ut ad ludos omnia pararet, neve committeret, ut fruſtra ipſe properaſſet,* lib. 13. 44.

Cæſar. *Pompejus ſuis prædixerat, ut Cæſaris impetum exciperent, neve ſe loco moverent.* 3. de bello civili. Itidem Hirtius de bello Alexand.

Idem. *Cœperunt eos hortari, ut ſuum officium Pompeio præſtarent, neve ejus fortunam deſpicerent.* Ibidem.

Plaut. Merc. *Ut illam vendat, neve det matri ſuæ.* ſc: Profectò.

Ut, neu.

Cæſar. *Has munitiones inſequentibus auxit diebus, ut pro muro objectas haberet, neu pugnare invitus cogeretur.* 3. de bello civili. extremo. Item Salluſt. Jugurt.

Ter. Hec: *Ut filiam ab eo abduceres, neu, quod ego egiſſem, eſſet ratum.* act: 4. 1.

Uti, neu.

Sallnſt. *Uti hos caros habeas, neu malis alienos adjungere, &c.* Jugurt.

Uter, uter.

Cic: *Reliquum eſt judices, ut nihil jam aliud quærere debeatis, niſi uter utri inſidias fecerit.* Pro Milon.

Cæſar. *Ut neque dijudicari poſſet, uter utri virtute anteferendus videretur.* 5. de bel: Gall.

Uter, alter.

Cic: *Utrumlibet elige; alterum incredibile eſt, alterum nefarium.* Pro Quinctio.

Idem. *Horum utro uti velimus, altero eſt utendum.* Pro Sextio.

Idem. *Quorum uterque ſuo ſtudio delectatus, contempſit alterum.* 1. Offic. princ.

Uter, neuter.

Cic: *Ut aut uterque inter ſe, aut neuter ſatiſdaret.* Pro Quinctio.

Uterque, uterque. *vide Lau: Vallam l: 3. c. 30.*

Cæſar. *Cum uterque utrique eſſet exercitui in conſpectu.* 7. de bell. Gal.

Ter. Heau. *Hoc beneficio utrique ab utriſque vero devincimini.* act: 2. 3.

Id. Phor. *-- adduci non poteſt. DE. quid non poteſt? CH. Quia uterque utrique eſt cordi. ---* act: 5. 3.

Utrum, an.

Cicer. *Multum enim intereſt, utrum laus imminuatur, an ſalus deſeratur.* lib: 1. 7.

Idem. *Audi mi Teſta: utrum ſuperbiorem te pecunia facit, an quod te Imperator conſulit?* lib: 7. 13.

Caſſius Cic: *Hui! quàm velim ſcire utrum iſta ſolicito animo, an ſoluto legas.* lib: 15. 19.

Cic: Att. *Quo ad ſciremus, utrum turpe pace nobis, an miſerè bello eſſet utendum.* lib: 7. 17.

Ter. Adel. *Nunc vide utrum vis, argentum accipere, an cauſam meditari tuam.* act: 2. 1.

Cœlius Cic. *Dixit hoc nihil intereſſe utrum Cæſar ſenatui dicto audiens futurus non eſſet, an pararet, qui Senatum decernere non pateretur,* lib: 8. 7.

Cicer. *Balbus mihi confirmavit te divitem futurum, id utrum Romano more locutus ſit, benè nummatum te futurum, an, quomodo Stoici dicunt, omnes eſſe divites, qui cœlo & terra frui poſſunt, poſtea videro.* lib: 7. 16

Ulpian: *Parui enim refert, utrum totum, an pars aperiatur.* l: 3. ff: S. C. Silla.

Horat. *---- ego utrum*
Nave ferar magna, an parva, ferar unus & idem. lib: 2. epiſt: 2.

Utrum, an verò.

Cic: Atti. *Id autem, utrum illi ſentiant, an verò ſimulent, tu intelliges.* lib: 12. 50.

Ulpian. *Utrum cum ſuo incremento, an verò in ſimplum venit?* l: Item veniunt. 20. ff. de heredítat. petit.

Papinianus. *Multum intereſt utrum fideicommiſſariam*

miſſariam hereditatem reliquerit; an verò teſtamentum facere ſe exiſtimaverit. l: Illud 13. ff: de Jure cod.

Utrum, an potius.

Ulpian. *Erit arbitrium mariti, utrum juſtam æſtimationem, an potius ſervum præſtet.* l: Si res. 12. ff: de Jure dot.

Utrum ne, an.

Ter: Eu: *Sed nunc quid faciendum cenſes Dorias? DO. de iſtac rogas*
Virgine? PY. ita. utrum taceam ne, an prædicem? act. 4. 4.

Utrum, nec ne.

Brutus Cic: *Deliberent, utrum transjiciant legiones ex Africa, nec ne.* lib: 11. 26.

Cæſar. *Quòd apud Germanos ea conſuetudo eſſet, ut matres familias eorum ſortibus, & vaticinationibus declararent, utrum prælium committi ex uſu eſſet, nec ne.* 1. de bel. Gal.

Utrum, an ne. { Verbi iteratione.
connexa { Verbis diverſis.

Ulpian. *Neque refert, potuerit hæc conſequi venditor, an non potuerit.* l: cum autem. 23. ff: de ædil. edicto.

Plaut. Bacchi. *Nunc me ire juſſit ad eam, & percontarier*
Utrum aurum reddat, an ne eat ſecum ſimul. ſc: Paraſitus.

Utrum, an non.

Plaut. Moſtel. *Videndum eſt primùm, utrum eæ velint, an non velint.* ſc: Sceleſtiorem.

Ulpian. *Iniquum eſt enim, poſteaquam venditor agnovit recipiendo, mancipium eſſe id in cauſa redhibitionis: tunc quæri, utrum debuerit redhiberi, an non debuerit.* l: quod ſi. 31. ff: de ædi. edicto.

Utrum, an ne quidem.

Cic: *Dubitabitur, utrum ſit probabilius, Sex. Nevium ſtatim, ſi quid deberetur, petiturum fuiſſe, an ne appellaturum quidem.* Pro Quinctio.

I Appen: Utrum ſi, an & ſi non.

Ulpian *Sed eſt quæſtionis, quod dicimus re injuriam atrocem fieri. utrum ſi corpori inferatur, atrox ſit; an & ſi non corpori, ut puta veſtimentis ſciſſis.* l. Sed eſt. 9. ff. de Injuriis.

II. *Appen:* Utrum tantum, an etiam.

Cic: *Cui dubium eſt, utrum orationem noſtram tolerabilem tantum, an etiam admirabilem eſſe cupiamus.* De opti. gen. Orat.

III. *Appen:* Non an, ſed an.

Papinianus. *Conſtat animadverti debere, non an malę fidei poſſeſſor fruiturus ſit, ſed an petitor frui potuerit.* l: Si navis. 62. ff. de rei vindicat.

IV. *Appen:* Utrum, *ſæpè ſupprimitur, non ſine elegantia.*

Cic: Att. *Potuerit intercedi, nec ne, nihil ad ſe pertinere.* lib: 2. 16.

Cic: Att. *Voluntate, an metu neceſſe ſit iis uti, vereor.* lib. 2. 19.

Cic: Q Frat. *In cuſtodiam Epheſi tradidit, ſed in publicam, vel in priſtinam, non ſatis ex litteris ejus intelligere potuimus.* lib: 1. 2.

Marcellus. *Qui paterfamilias, nec ne eſſet, ignoraſſet.* l: Ariſto. 9 ff: de ju. cod.

Scævola. *Ut ita poſſis animadvertere, exceptioni locus ſit nec ne.* l. Si duo. 93. ff. de ſolut.

Cic. Att. *Velim ſcire quando dicar ſpopondiſſe, & pro patre, an ne pro filio.* lib. 12. 14.

Var. *Refert infeſta regio ſit, nec ne.* de re Ruſt. l. 1. 16

Cato. *Vinum ſi voles experiri duraturum ſit, nec ne &c.* c. 108.

Ov. *Quærendũ eſt, viduæ fieri velitis an orbę* 3. Faſt.

Horat. *Securus, cadat, an recto ſtet fabula talo.* lib. 2. epiſt. 1.

V. Appen: Interdum Utrum *ſimul cum particula reſpondente ſupprimitur.*

Cic: Q Frat. *Velit, nolit, ſcire difficile eſt,* lib. 3. 8.

Utinam, certè.

Cic: *Utinam ſaluti noſtræ conſulere poſſimus: divinitati certè conſulemus.* lib: 15. 1.

Cic: *Utinam minus vitæ cupidus fuiſſem, certè nihil, aut non multum in vita mali vidiſſemus.* li: 14. 4.

Idem. *Cui quidem ego amori, utinam cæteris rebus poſſem, amore certè reſpondebo.* lib. 15. ult.

Utinam, profectò.

Salluſt: *Atque hoc utinam à principio tibi placuiſſet: profectò ex populo R. ad hoc tempus multo plura bona accepiſſes, quàm mala perpeſſus es.* Jugurt.

Vtinam, quidem.

Cic. *Utinam ea res ei voluptati ſit; gloriæ quidem video fore.* lib: 14. 1.

Idem. *Huic utinam aliquando gratiam referre poſſimus,*

poſſimus, habemus quidem ſemper. lib. 14. 4.

Utinam, quidem certè.

Cic. *Habetis ſermonem benè longum hominis utinam non impudentis: illud quidem certè non nimis verecundi.* lib. 2. de Orat. fin.

Utinam, utique.

Cic: Att. *Utinam tu quoque eodem die, ſin quid; multa enim; utique poſtridie,* lib. 13. 22.

AD LECTOREM.

HActenus, benevole Lector, eas tradidimus Particulas, in quibus, æquè tibi, & instituto noſtro idoneum maximè vides obſervatum ordinem. Nunc, ſi cui voluminis forte hujus magnitudo longius expectatione proceſſiſſe videbitur; nihilo minus tamen (quod ſentio liberè dicam) ut, quæ ſubjicienda hîc conſtitui, omittam, una hac ratione adduci non potero. Quotieſcunque in libris meliorum ſcriptorum verſatus ſum, obtulere ſe, neque rarò, nec apud paucos Verba quædam, ut Romana, ita Particularum adjunctione, & comitatu imprimis ſplendida, varieque exornata. ea me, vel invitum ſæpè, non modò retinuerunt, ſed etiam in ſui admirationem traxerunt, Particularum denique jure, & nomine ad obſervationem compulerunt. Horum aliquam partem, libello huic noſtro corollarii loco adjectam, mecum, ſi vacet, conſiderabis. primùm videbimus ea, quibus metus ineſt ſignificatio; inde me comitabere ad reliqua, ſed ita demum, ſi placui.

Timeo, ne.

Cic. *Timebam, ne evenirent ea, quæ nunc acciderunt,* lib. 6. 22.

Cic. *Id ne accideret timebam,* l: 6. 1. & l: 5. 2. & 7. 7.

Cic: Att. *Timeo, ne abſim cum adeſſe me ſit honeſtius,* lib: 16. 12. & lib: 2. 21. & lib: 7 7. & l: 9. 9.

Ter. An. *Tum autem hoc timet, ne deſeras ſe,* act: 1. 5

Cic. Att: *Quod ſupereſt, nec iſta videre poſſum, quæ nunquam timui, ne viderem* lib. 8. 7.

Ci: *Quum is qui nocere alteri cogitat timet, ne niſi id fecerit, ipſe aliquo afficiatur incommodo.* 1. Offic.

Livius. *Timebant, ne Romana plebs metu perculſa receptis in urbem regibus, vel cum ſervitute pacem acciperet.* Dec: 1. lib. 2.

Cæſar. *Timerent, ne averſi ab hoſte circumvenirentur.* lib: 2. de bel: Gall.

Ovid. *Si progreſſa forem, caperer ne nocte timebam.* 3. Heroid.

Cic: Q: Frat: *Nihil enim tam timeo, quàm ne oppugnent te vehementius,* lib: 1. 3.

Ter. Eu. -- *Quantum ego illum vidi, nonnihil timeo Miſera, ne quam ille hodie inſanus turbam faciat,* act. 4. 1.

Plaut. Trucu. *Timeo, ne malefacta antiqua mea nunc inveniam omnia.* ſc: Lepidè.

Cæſar. *Magnum in timorem Afranius, Petrejuſque perveniunt, ne omnino frumento, pabuloque intercluderentur.* 1. De bel: civ.

Ovid. *Nec timui de morte tamen, metus abfuit iſte.* 3. Faſto.

Timeo, ut.

Cic. *Omnes labores te excipere video; timeo, ut ſuſtineas,* lib: 14. 2.

Cæſar. *Se rem frumentariam, ut ſatis commodè ſupportari poſſet timere dicebant* l. 7. de bello Gall.

Ter. Heau. *Timet omnia, patris iram, & animum amicæ ſe erga ut ſit ſuæ.* act. 1. 2.

Timeo, ne non.

Cic: Att. *Speraſque fieri poſſe, ut mihi Cæſar concedat, ut abſim, cùm aliquid in ſenatu contra Cnęũ agatur, ſed timeo ne non impetrem,* l. 9. 6.

Juſtinus. *Timens ne non diuturna regni adminiſtratione, adultis quibuſdam, potiretur; quinque parricidiali veneno necavit.* lib. 37. princ.

Horat. *Sedit, qui timuit ne non ſuccederet. eſto.* lib: 1. epiſt. 17.

Metuo, ne.

Ci: *Orator metuo ne langueſcat ſenectute.* In Catone.

Idem. *Qui, metuo ne te forte flagitent, ego autem mandavi ut rogarent* lib: 9. 8. & lib: 12. 28.

Ide *Valde metuo, ne frigeas in hibernis.* l: 7 10. & 13.

Idem. *Metuo ne id conſilii ceperimus, quod non facile explicare poſſimus.* lib. 14. 12.

Cic: Att. *Hæc, metuo equidem ne ſint inſomnia* lib. 7. 22. & 15. & lib. 6. 1. & lib. 16. 11.

Plaut. Curcu. *Nihil metuo, niſi ne medius diſrumpar miſer.* ſc. Migrare.

Ter: Hec: *Malè metuo, ne Philumena magis morbus ingraveſcat.* act: 3. 2.

Plaut. Amph. *Quatuor viros ſopori ſe dediſſe hic autumat.*

Metuo,

Metuo, ne numerum augeam illum. ſc. 1.

Varro. *Metuo, ne pro villa emam.* de re Ruſt: l: 3. 2.

Plaut. Amph *Nimia mira memoras. ſi iſtac vera ſunt, divinitus*

Non metuo, quin meæ uxori latæ ſuppetiæ ſient. ſc: Spes.

Plaut. Curcu. *Peſſumè metui, ne mihi hodie apud prætorem ſolveret.* ſc: Argentariis.

Idem. Mer. *Metuo ego, uxorem, cras ſi rure redierit,*

Ne illam hic offendat. ſc: Adducam.

Virg: *Quàm metui, ne quid Lybyæ tibi regna nocerent?* 6. æn.

Ter: Eu: --- *domo exulo nunc: metuò fratrem,*

Ne intus ſit: porrò autem, pater ne rure redierit jam. act: 3 5.

Ter. Heau. *Nec quicquam magis nunc metuo, quam ne denuò*

Miſer aliquò extrudar hinc. --- act. 4. 5.

Plaut. Perſa. *Nec metus quibus credidi hodie, ne quis mihi in jure abjuraſſit.* ſc: Cui.

Metuo, ut.

Plaut. Curcu. *Ornamenta, quæ locavi, metuo, ut poſſim recipere* ſc: Ædepol.

Ter: Hec: - *te mî injuriam facere arbitror Phidippe,*

Si metuis, ſatis ut meæ domi curetur diligenter. act. 2. 2.

Te: And: *Perii; metuo ut ſubſtet hoſpes.* act: 4. 5. & 2

Ter: Adel. *Ipſum id metuo uti credant; tot concurrunt veriſimilia* act: 4. 4.

Plaut. Bacch. *Inſanum magnum molior negotium,*

Metuoque, ut hodie poſſiem emolirier. ſc. Inſanum. & ſc. Habeo.

Idem Perſa. -- *metuo ut poſſim in bubilem rejicere, ne vagentur,* ſc. Paratum.

Metuo, ne non.

Cic: *Non mihi videntur honoris cauſa excipere Pompeium: ſed metuere, ne ille eandem contumeliam, quam ceteri, ferre non poſſit.* De lege Agra. contra Rullum. 2.

Cic: Q: Frat. *Metuebam, ne à me diſtrahi non poſſes.* lib: 1 3.

Cic. *Chryſippus metuit, ne omnia fato fieri non poſſint.* De Fato.

Plaut. Perſa. *Ne non ſat eſſes leno, id metuebas miſer.* ſc Probari.

Ter: Heau: *Quid metuis? ne non, cum velis, convincas eſſe tuum?* act: 5. 3.

Ter: Adelph: *Metuiſti, ſi nunc de tuo jure conceſſiſſes paululum,*

Ne non tibi iſtuc fœneraret. --- act. 2. 2.

Plaut. Caſi. *Metuo ne non ſit ſurda, atque hæc audiverit.* ſc: Stultitia.

Ad Heren. *Quod docere non gravaremur, ni metueremus, ne cùm ab inſtituto receſſiſſemus, minus commodè ſervaretur hæc dilucida brevitas præceptionis.* lib. 3.

Vereor, ne.

Cic. *Verebare, ne cujus animum offenderes.* lib. 5. 7.

Idem. *Vereor, ne deſideres officium meum.* lib: 6. 6.

Idem. *Non vereor ne quid timidè, ne quid ſtultè facias, ſi ea defendes, quæ ipſe recta eſſe ſenties.* l: 2. 7

Ter Heaut. *Ille ſenex fuit importunus ſemper: & nunc nihil magis*

Vereor, quàm ne quid in illum iratus plus ſatis facit pater. act: 1. 2.

Ter: Phor: *Vereor, ne iſtæc fortitudo in nervum erumpat denique.* act. 2. 1.

Plaut. Mili: *Haud vereor, ne nos ſubdola perfidia pervincamur.* ſc: Rem.

Cæſar. *Vereri ſe, ne per inſidias ab eo circumveniretur.* lib. 1. de bel. Gall.

Cic: *Venit mihi in mentem ſubvereri interdum, ne te delectet tarda deceſſio* lib: 4. 10.

Cic. *Verebar, ne id ita caderet, quod etiam nunc vereor.* lib: 2. ult.

Cic: Att: *Sed vereor ne hoc, quod infectum eſt, ſerpat longius.* lib: 1. 11. & 12.

Ovid. *Sed vereor, ne me fruſtra ſanare labores,*

Nec juvet admota perditus æger ope. 1. de Pont. 4.

Proper. *Non ego nunc vereor, ne ſim tibi vilior iſtis.* lib: 1. 2.

Varro. *Vereor, inquit, ne ante æditimus veniat huc, quam hic ad quartum actum,* de re Ruſt. l: 1. 26.

Quintil: *Sed hæc quoque vereor, ne modum tam parvæ quæſtionis exceſſerint.* lib: 1. c: 7.

Vereor, ut.

Cicer. *Verebar, ut redderentur.* lib. 12. 19.

Idem. *Vereor ut ipſe Dolabella ſatis vobis prodeſſe poſſit.* lib: 14. 14.

Ter. Phor *At vereor, ut placari poſſit.* act: 5. 7.

Cic: *Accepi à te litteras, quibus videris vereri, ut epiſtolas illas acceperim.* lib: 11. 22.

Cic: Att: *Vereor, ut ſatis diligenter actum in ſenatu ſit de litteris meis.* lib: 6. 3.

Cic. Att. *Vereor ut his ipſis contentus ſit.* lib: 7. 16.

Cic: *Si veretur, ut res judicio facto parata ſit, judicatum ſolvi ſatis accipiet.* Pro Quinctio.

Ter. And. ---- *dies hic, mihi ut ſit ſatis vereor, ad agendum.* act. 4. 2.

Cic: Att. *Addo etiam illud, quod vereor tibi ipſi ut probem:* lib: 6. 1.

Vereor, ne non.

Cic: *Quòd vereretur, ne tu illud beneficium omninò non putares,* lib: 4. 7.

Cic: *Neque ſum veritus, ne ſuſtinere tua in me vel innumerabilia beneficia non poſſem,* lib: 2. 6.

Ter. Phor. *Quid? ad me ibatis? ridiculum: an veremini,*
Ne non id facerem quod recepiſſem ſemel? act: 5 7.

Cic: *Non quò verear, ne tua virtus opinioni hominum non reſpondeat: ſed me herculè ne cum veneris, non habeas jam, quod cures,* lib: 2. 5.

Idem. *Non enim vereor, ne non ſcribendo te expleam,* lib. 2. 1.

Ter. Hec: *Simul vereor, Pamphilus ne orata noſtra nequeat diutius*
Celare. ---- act: 4. 1.

Ovid. *Cur ego ſollicita poliam mea carmina cura?*
An verear, ne non approbet illa Getes? 1. Pon. 6.

Cic: Att: *Vereor, ne non liceat,* lib: 2. 19. & lib: 12. 34. & lib: 13. 9. & lib. 1. 15.

Cæſar. *Veritus, ne non reducti, ſed rejecti viderentur,* de bello civili.

Vel ex uno hoc Cæſ. loco conſtare arbitror, corruptum eſſe alterum hunc, quem ſubjicimus.

Cæſar. *Labienus interitu Sabini, & cæde cohortum cognita, cùm omnes ad eum Trevirorum copiæ veniſſent, veritus ſi ex Hibernis fuga ſimilem profectionem feciſſet, ut hoſtium impetum ſuſtinere non poſſet.* lib: 5. de bello Gallico, fol. 103.

Cujus loci, cum Emendationes tum variæ lectiones libri iſtius, quo uſus ſum, nullam omninò mentionem faciunt. Verùm Jo. Michael Brutus, cujus varias in Cæſaris Commentarios lectiones Lugdunenſe exemplar. anni. 60. adjectas habet legendum putavit. *veritus ex Hibernis fugæ ſimilem, &c.* quod equidem probare non poſſum, puto enim pro, *ut hoſtium impetum ſuſtinere n. p.* melius legi poſſe, *ne hoſtium impetum ſuſtinere non poſſet.* Suſpicor autem lapſos librarios in affinitate litterarum, quæ eſt in Particulis. *ne & ut.* Quam conjecturam, non vereor, ne iis, qui manuſcriptos codices pervolutarunt, non probem. Simile mendum in exemp. Antwerp. Stelſii, apud Cic: nuper obſervavi.

Cicer. *Sed quam tempeſtatem nos vobiſcum non tuliſſemus, metui, ut eam ipſe non poſſet opibus ſuis ſuſtinere.* Pro Cn. Plancio fin.

Quem locum Lamb: legit hoc modo. *Metuit ne eam ipſe ſuſtinere non poſſet.* Vtrum verò propria auctoritate an libris antiquis auctorib: Annotationes ejuſdem non indicant. Eſt & alius à me obſervatus locus apud Cic: in Orat: ſub finem lib.

Cic: *Itaque qualis eorum motus, quos ἀπαλαιστους Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris ſententias: tantumque abeſt, ne (quod ii, qui hoc, aut magiſtrorum inopia, aut ingenii tarditate, aut laboris fuga non ſunt aſſecuti, ſolent dicere) enervetur oratio compoſitione verborum: ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis eſſe poſſit.*

Quo in loco etſi nihil à Lambino, aut aliis immutatum ſit, melius tamen, mea quidem ſententia legetur *tantumque abeſt, ut.* Vide ſupra Tantum abeſt, Vt. ut.

Cic: *Vereor, ne ſatis diligenter in ſenatu actum ſit de litteris meis.*

Judicavit hîc quidem *ne. ne non.* per ellipſin poſitum Ego idem mendum puto, quod in ſuperioribus.

Appendix Synonymorum.

Horreo, Pertimeſco, Extimeſco, Formido, Reformido, Formido malè, Paveo, Laboro, Periculum eſt, Summum periculum eſt, Pungit, Timor inceſſit, Terret, Anxius ſum, Nimis paveo, Metus, ne. Crucior, Sollicitus ſum.

Cic. Att. *Ne quid mihi prorogetur, horreo.* lib: 5. 21.

Cic. Att: *Hoc metuere, alterum in metu non ponere,* lib. 12. 50. & lib. 14. 21.

Cic. Att *Jam enim charta ipſa ne nos prodat, pertimeſco,* lib: 2. 20.

Cic. *Pertimeſcam, credo, ne mihi non liceat contra vos*

tra vos in concione conſiſtere? De lege Agra: contra Rullum. in Senatu.

Id. *Gratia Sex Nevii ne P. Quinctio noceat id vero non mediocriter pertimeſco.* Pro Quinctio prin.

Ci. Brut. *Ne moveatur, interdum extimeſco.* epi. 14.

Idem Atti: *Illud extimeſcebam, ne quid turpiter ſacerem.* lib: 9. 7. Itidem Pro Plancio. princ.

Ov: *Néve reformida, ne ſim tibi fortè pudori.* 3. tr: 1.

Plaut. Amph. ---- *formido malè*
Ne ego hîc nomen meum commutem, & Quintus fiam è Soſia. ſc. 1.

Plaut. Moſtel. *Nimis -- quàm formido, nè manifeſtò hic me opprimat.* ſc. Habeo. Item Cur. ſc. 1.

Plaut. Mili. --- *ne quid peccetis paveo.* ſc. Rem omnem. Itidem Perſa. ſc. Satin.

Ter. And. *Id paves, ne ducas tu illam: tu autem, ut ducas.* act. 2. 2.

Lentulus Cic. *Quæ ego ne fruſtra ſubierim, valdè laboro.* lib. 12. epiſt. Famil. 14.

Varro. *Minus laborabat, ne ſervus æger, quàm aquam frigidam biberent ſui piſces.* lib: 3. ult.

Cic: Q: Frat. *Erit credo periculum, ne improbum negotiatorem, paulo cupidiorem publicanum comprimere non poſſis.* lib: 1. 1.

Papinian. *Audietur utique ſi periculum eſt, ne inter moras actiones intercidant.* l: ſi bonæ fidei. 49. ff. de heredit. petit.

Gellius. *Cui ſanè, ſi modum non feceris, periculum non mediocre erit, ne, ut plerique alii, tu quoque in illis Dialecticæ gyris, atque Mæandris, tanquam apud Sirenios ſcopulos conſeneſcas.* lib: 16. c: 8.

Cic: *Sunt dicta de morte, quæ qui recordetur, haud ſanè periculum eſt, ne non mortem aut optandam, aut certè non timendam putet.* 5. Tuſcul.

Plaut Capt. *Quod mihi ne eveniat, nonnullum periculum eſt.* ſc: 1.

Cic: Attic: *Periculum eſt, ne in manus incidam perditorum.* lib: 10. 10.

Plaut. Pſeu: *Non periculum eſt, ne quid rectè monſtres.* ſc: Pſ.

Cic: *Ne movear ejus ſermonibus periculum non eſt.* lib. 10. 31.

Cic: Atti: *Summum erat periculum, ne, ſi nihil impetraſſent, planè alienarentur à ſenatu.* lib: 1. 15. Itidem Act: 1. In Verrem.

Cic: *Summum periculum ſit, ne amittendæ ſint omnes hæ provinciæ.* lib: 15. 1.

Cic: *Haud ſanè periculum eſt, ne non mortem, aut optandam, aut certè non timendam putet.* 5. Tuſcul. Itidem 2. de Orat.

Cic: Atti: *Solebat enim me pungere, ne Sampſiceramì merita in patriam ad annos DC. majora viderentur, quàm noſtra.* lib: 2. 17.

Cic: Atti: *Unum pungit, ne negligentiores eſſe videamur.* lib: 13. 44.

Cic: *Eloquentia Q: Hortenſii, ne me dicendo impediat, nonnihil commoveor.* Pro Quinctio.

Livius. *Timor inde patres inceſſit, ne, ſi dimiſſus exercitus foret, rurſus cœtus occulti, conjurationeſque fierent.* Dec: 1. lib: 2.

Ter: Hec: *Dic filiæ conceſſuram hinc Soſtratam: Ne revereatur, minus jam quò redeat domū.* ac: 4. 4

Livius. *Tùm metu, ne excluderentur, omiſſa pugna eſt.* Dec: 1. lib: 7.

Cic: *Nunc cruciatur, & ſollicita eſt, ne eundem paullo poſt ſpoliatum omni dignitate conſpiciat.* Pro Murena. fin.

Horat: *Terruit gentes, grave ne rediret*
Sæculum Pyrrhæ nova monſtra queſtæ. li: 1. od: 2.

Tibul: *Te Meſſala canam, quanquam mea cognita virtus*
Terret, ut infirmæ valeant ſubſiſtere vires. li: 4 1.

Salluſt: *Ne qua ſeditio, aut bellum oriretur, anxius erat.* Jugurt.

Plaut. Perſa. *Nimis pavebam, ne peccaret.* ſc: Satin'.

Cic: *Quos non eſt vetitum in ea voluptate, quæ maxima dulcedine ſenſum moveret, ſummum bonum ponere.* 2. De finibus.

Imperſonaliter, ſeu per infinitum modum id dictum eſſe. monet Gellius. lib: 15. c: 13.

Appen: Verba metus, ponuntur etiam abſolutè.

Cic: Att: *Hui? quàm timeo quid exiſtimes.* li. 15. 13.

Idem. *Ut ego metuo, tranſactum eſt.* lib: 14. 4.

Cœlius Cic: *Hoc, quo modo acciperent homines, quàm probabilis neceſſitas futura eſſet, vereor etiam nunc, neque prius deſinam formidare, quàm tetigiſſe te Italiam audiero.* lib: 8. 8.

Cic: Atti: *Vereor Gallica bella; ipſe Sextus quò evadat.* 14. 4.

Ovid: *Dum loquor, & cupio pariter, timeoque repelli,*
Increpuit quantis viribus unda latus. 1. triſt: 3.

Admonitio.

Huc pertinent peculiares illi priſcis Jureconſultis in reſpondendo jure modi, ſeu phraſes.

Macer. *Vereor, ſi quicquam permiſero, quod in uſum meum, aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur, qui mihi ſit tolerandus.* l: Officium. 12. ff. de re milit.

Sed hac de re ita doctè, & luculenter diſſertavit Fran. Duarenus I.C. ut verba ipſius huc putarim transferenda ex lib. 2. diſputat. Anniverſa. cap. 11. ubi inquit.

Quàm utile, neceſſariumque ſit priſcorum Juriſconſultorum rationem de jure, vel reſpondendi, vel diſſerendi noſſe, quamque multorum, & variorum juris locorum interpretatio hinc pendeat, ſæpe aliàs admonui, idque paulò fuſius & explicatius nunc demonſtraturus ſum. Nam ut Theophilus docet in Inſtitutionibus titul: de jure nat. reſponſum, quo utuntur Jureconſulti, dividitur in ſententiam, & opinionem, &c. Quoties autem exiſtimare ſe dicunt, putare, arbitrari, opinari, probabilius eſſe, verius videri, quid ſequendum nobis ſit, facile eſt judicare, cùm eorum opinioni authoritas legum tributa ſit à Juſtiniano: ſed & ſi reſpondeant hæſitantes, ac velut, ἐφεκτικῶς ita tamen, ut appareat, in quam partem propenſiores ſint, idem dicendum eſt. Hujuſmodi enim reſponſa nunc ita accipi debent quaſi certa ſit, & indubitata ſententia, quæ ab ipſo Imperat. profecta ſit. l. 1. § *& ideo* C. *de vet. jure enuc.*

Papinianus. *Difficilius creditori, qui non ignoravit alienum, utilem actionem dari: ſed faciliorem fore poſſidenti retentionem.* cap. 1. de pignoribus.

Item cum Jureconſulti ſe vereri dicunt, ut in exemplis quæ ſequuntur.

Ulpian. *Si ab hoſtibus patronus captus eſſe proponatur, vereor ne poſſit iſte connubium habere nubendo, quemadmodum haberet, ſi mortuus eſſet.* c: 45. de ritu nupt.

Trypho. *Nam finita jam tutela, & nupta puella alii, vereor ne longum ſit adoptionem mariti ejus impediri.* cap. 67. eod. tit.

Ulpian. *Et vereor, ne non poſſint in dominio ejus effici, cui data ſunt, quia poſt mortem incipiat dominium diſcedere ab eo, qui dedit.* cap: 10. de jure dot. aliàs. 9.

Marcel. *Vereor ne non ſit obligatus,* cap: 60. eod. tit. aliàs. 59. & cap: 1. de cloacis.

Eſt & cùm Jureconſulti videndum eſſe dicunt, id eſt cavendum, & attentè conſiderandum, his verbis exprimentes opinionem ſuam, ſed timidè ac verecundè, nempe de eo, quod certi juris non ſit. Quo genere loquendi Cicero quoque, & cæteri authores Latini non raro uſi ſunt.

Cic. Atti: *Vide, ne non ſit facile.* lib: 12. 18.

Cic. *Itaque videndum eſt, ne non ſatis ſit id, quod apud Platonem eſt in Philoſophos dictum quòd in veri inveſtigatione verſentur, quoque ea, quæ plerique vehementer expetunt, de quibus inter ſe digladiari ſolent, contemnant, & pro nihilo putent, propterea juſtos eſſe.* lib: 1. Officiorum.

Idem. *Illud angit, vel potius excruciat, diſceſſus ab omnibus his quæ ſunt bona in vita: vide, ne à malis dici verius poſſit.* lib. 1. Tuſcul.

Sed & Hippocratem quoque oſtendit Galenus non diſſimiliter locutum fuiſſe, cùm de rebus dubiis non auderet conſtanter pronuntiare: & multa exempla collegit ex eodem, cujuſmodi eſt illud.

Galenus. *Num quòd urinas minxerint aquoſas, conſiderandum eſt?* lib. de Comate.

Sed maximè omnium Jureconſulti noſtri hanc locutionem uſurparunt in ſuis reſponſis, ut ſequentia exempla demonſtrant: in quibus Accurſiani putant Jureconſultos proponere quæſtionem, ſed ad eam non reſpondere: quod & nos alibi oſtendimus in part. tracta. de pact. & l. 4. ff. de verb. obligat. In perſona tamen filii familias videndum eſt, ne aliquando, etſi pactus ſit ne ageret, valeat pactio. c: 31. de pact. aliàs. 30.

Ubi accurſius phraſim Jureconſulti non intelligens, ait eum non reſpondere, an filio ſit nocitura pactio.

Videamus, ne iniquum ſit, emptorem compelli dimittere corpus, & ad actionem judicati admitti, ſi interdum nihil præſtatur propter inopiam venditoris. c. 27. de ædil. edicto.

Quod cum ita eſt, videamus nunc etſi ab eo, qui vicerit, donata legatave res fuerit emptori, æquè dicendum ſit ex ſtipulatu actionem non naſci. c. 57 de evictio.

Videamus tamen, ne non aliter petitor hæreditatis legatum reſtituere debeat. cap. 46. de pet. her.

Item cap. 24. de lib: cau & cap: 55. de acqui. re.

re. domi. & cap. 65. ibidem. itidem cap: 11. Quod vi aut clam. cap: 2. De prætor. ſtipul. cap: 5. Si fami. fur. fec: cap. 59. De hæredib. inſtit. cap: 1. De ſervit legat. cap: 13 De inſtru. leg. cap. 40. De conditionib. & demonſt. cap. 3. de collat. bon. cap. 4. De verbor. obligat. cap. 19. De uſu & habitat. cap. 8. De inoffi. teſta. cap. ult. De eo, quod certo loco. cap. 18. Commodati cap: 17. De Pecul. c: 18. De damno infecto. cap. 6. De fideicom libertat. cap. 31. De rebus creditis.

Hactenus autem Duarenus.

Admonitio.

Facere non poſſum, quin hoc loco adſcribam, quos ipſe inter legendum, reſpondendi modos excerpſi, tàm affirmantium, quàm negantium Juriſconſultorum.

Paulus. *Vix eſt enim, ut non videatur alienare, qui patitur uſucapi.* l. Alienationis. 28. ff: de verb. ſig.

Gajus. *Periculum eſt, ne eum vel pigneraverit, vel manumiſerit.* l: Si poſt. ff. de rei vindicat.

Idem. *Periculum eſt, ne nihil repeti poſſit.* l: Quod ſi. 17. ff. de heredit. petit.

Quo modo & Cic. & Plaut. ſæpè locutos eſſe ſupra demonſtratum eſt.

Africanus. *Prope erit, ut videaris.* l: Cum quis. 38. ff: de ſolut. & liber.

Papinian. *Prope eſt, ut intelligatur.* l: Quod ſtatu. liber 41. ff: de mort. cau. donat.

Proculus. *Propius eſt, ut exiſtimem.* l: Proculus. 67 ff: de jure dot.

Papinian. *Magis eſt, ut mihi furti competat actio.* l: Si vendidero. 80. ff. de furtis.

Ulpian: *Et magis eſt, ut eo tempore.* l. 1. ff. de incendio, ruina, naufra.

Idem. *Magis eſt, ut filio actio non detur.* l. Sed ſi. 17 ff. de injuriis.

Id. *Videamus an hoc edictum locum habeat, & magis eſt ne habeat*: l: 1 ff de incendio, ruina, naufrag.

Idem. *Stirpes oleæ arbores eſſe magis eſt.* l. 3. ff: arborum fur. cæſa.

Idem. *Quin neque fur, neque plagiarius ſit plus quam manifeſtum eſt* l: qui vas. 48. ff: de furtis l: is. fin ff: de injuriis.

Idem. *Furtivum non eſſe nemini dubium.* Ibidem.

Idem. *Furtum ejus factum eſſe verius eſt.* l: In furti actione. 50. ff. eod.

Idem. *Furti eam teneri nequaquam ambigendum eſt.* l: Si quis. 52. ff eodem.

Idem. *Et poteſt defendi agendum.* l: eadem.

Idem. *Si non fuerit ſolvendo, dicendum eſt, non competere furti actionem* l: eadem.

Idem. *Conſequens erit dicere, ceſſare injuriarum actionem.* l: 17. & l: 52 ff: de Injuriis.

Gajus. *Intelligendum eſt quæſtionem furti ſublatam eſſe.* l. Interdum. 56. ff: de furtis.

Africanus. *Cui conſequens videtur eſſe, ut &c.* l. Si ſervus. 61. ff: eodem.

Idem. *Multò tamen æquum eſſe, nemini officium ſuum damnoſum eſſe.* l: eadem.

Idem. *Aliter exiſtimandum eſt. Meritò aliud exiſtimandum eſt.* d. l: Si ſervus.

Idem. *Conſequens erit, ut in furtivam cauſam eòs incidere dicamus.* d. l: Si ſervus.

Idem. *Contra ſtatuendum.* d: l: Si ſervus.

Celſus. *Mihi dubium non videtur, quin repeti poſſit.* l: Inficiando. 67. ff. de furtis.

Papinianus. *Manifeſtus fur exiſtimandus eſt.* l: Si vendidero. 80. ff. de furtis.

Idem. *Non iniquè per doli exceptionem uti præſtetur ei furtiva condictio, deſiderabitur.* l: ead.

Ulpia. *Certo certius eſt non committi ſtipulationem*: l: Stipulatio iſta. 38. § 4. ff: de verb. obligat.

Modeſt. *Conſtantius dicetur, per doli exceptionem fieri.* l: 13. ff. de jure dotium.

Paulus. *Non interpellari jam uſucapionis jus dicendum eſt.* l: quamvis. 84. ff: de furtis.

Ulpian. *In ſumma probatur hanc actionem locum habere.* l: 1. ff: Si is qui teſtam. liber.

Africanus. *Quod nullo modo probandum eſt.* l. 38. ff: de ſolut. & lib:

Scævola. *Verius puto partes ejus hæredes perſecuturos.* l: ult. ff: Si familia furtum.

Ulpian. *Deque ea re inter omnes conſtat* l: 5. ff. de Injuriis. & l. 46. De furtis.

Idem. *Et ita res ſe habet.* l. 5. ff: de Injuriis.

Idem. *Et hoc eſt verum.* l: 7 & l: 22. ff: eodem.

Idem. *Quod verum non eſt.* Ibidem.

Id. *Videtur & ipſi Labeoni, & ita ſe habet.* l. 15 ff: eod

Idem. *Labeo ſcribit eandem rem non eſſe.* l: eadem.

Idem. *Maleficium eum admittere palam eſt.* l. 17. ff. de

ff. de Injuriis & l: 14. de furtis.

Idem. *Indubitatè dicendum eſt extingui actionem.* l: eadem.

Id: *Ad eos non pertinere proculdubio eſt* d.l. 17. fin:

Idem. *Plus quam iniquum eſt.* l: 1. ff: ad S.C. Sylla.

Idem. *Sine dubio domino competere actio videtur.* l: 14. ff. de furtis.

Idem. *Non puto obligari eum.* l: 43. ff. eodem.

Pomponius. *Magis eſt furtum te facere.* l. 44 ff. eodem.

Ulpian: *Furti agi poſſe, nulla dubitatio eſt.* l: 22. ff: eodem.

Pomponius. *Quod magis placet.* l: 9. ff. eodem.

Ulpian. *Meritò placet eum non habere actionem.* l: 14 ff: eodem.

Idem. *Papinianus probat, & verius eſt.* l: 12. ff eod.

Idem. *Ita & Julianus ſæpiſſimè ſcripſit.* l. eadem.

Idem. *Dicimus hoc duplicari.* l: 27. ff: eodem.

Papinianus. *Rationis eſt.* l: cum poſt. 69. ff. de jur. dot.

Tryphonius. *Humanitatis rationi congruum eſt.* l: in bello. 12. ff: De capt. & poſtli.

Celſus. *Videndum ne meſſis, & vindemia furti cum eo agi poſſit.* l. 67. De furtis.

Ulpian. *Eoque jure utimur.* l: inter omnes. 46. ff: de furtis.

Idem. *Hoc enim jure utimur, ut furtum ſine contrectatione non fiat.* l: Si quis. 52. ff: eodem.

Idem. l: 1. §. 3. ff. Ne quid in flumine publico.

Pompon. *Utimur eo jure, ut, &c.* l: 5. ff: de ſepul. violato.

Ulpian. *Et ita utimur.* l: volgaris. 21. ff: De furtis. & l. ſi cum. 41. eodem.

Pompon. *Nec utimur Servii ſententia, qui putabat &c. furem habere furti actionem.* l. qui re. 67. ff. eod.

Ulpian. *Hoc jure indiſtinctè utimur.* l: non ſolum. 11. ff: De injuriis.

Gajus. *Sed mihi traditum eſt hoc jure nos uti.* l: Si locuples. 54. De manumiſſ. teſtamen.

Caveo, ne.

Cœlius Cic. *Cavendum tibi erit, ne parum ſimpliciter & candidè poſuiſſe inimicitias videare.* l. 8, 9.

Ter. Heaut. --- *cave ne falſam gratiam ſtudeas inire.* act. 2. 2.

Cic: *Quo ſtudio providit, ne qua me illius temporis invidia attingeret.* lib. 3. 10.

Cic *Id ſemper egi ne. Danda opera eſt, ne.*

Idem. *Valde id credo laborandum eſt, ne ceſſatio vituperetur.* lib. 9. 3.

Ter. Eu: *Vide ne nimis calidū hoc ſit modo.* ac. 2. 3.

Caveo, ut ne.

Cic: *Una cautio eſt, atque una proviſio, ut ne nimis cito diligere incipiant.* In Lælio.

Idem. *Satis proviſum eſt, ut ne quid ſalvis auſpiciis agere poſſint.* lib. 1. 4.

Caveo, quò ne.

Cic. *Eo vidiſti multum, quòd præfiniſti, quò ne pluris emerem.* lib. 7. 2.

Caveo, ne non.

Ci. *Vide, ne cùm velis revocare tempus omnium conſervandorum, cum, qui, ſervetur, non erit, non poſſis.* l. 5. 4

Caveo, abſolutè poſitum.

Ter. Heau. *Cave poſt hac, ſi me amas, unquam iſtuc verbum ex te audiam.* act. 5. 4

Cic *Hæc tibi nota eſſe volui, quæ cave, te perturbent, & impediant valetudinem tuam.* lib. 16. 11.

Cic. *Cave anteponas, cave facias.*

Horat. *Cave faxis.*

Vir. *Occurſare capro, cornu ferit ille, caveto:* eclo. 9.

Curo, ut.

Cic. *Ego, ut, me tibi amiciſſimum eſſe, & æqui, & iniqui intelligant, curabo.* lib. 3. 7.

Ci. Att. *Illam manum tu, mihi, cura ut præſtes.* l. 1. 1.

Idem. *Laboravi, diligentiam adhibui, operam dedi, curæ nobis fuit, ut.*

Ci. Att. *Videbis ergo, ut ſuſtentetur per te.* l 11. ep. 4

Ter. Heau. --- *amici quoque res videnda in tuto ut collocetur.* act. 4. 2.

Curo, ne.

Cic. Att. *Cura, ne aut diligentia tua mihi moleſta, aut veritas acerba ſit.* lib. 3. 17.

Idem. *Omnes tuos nervos in eo contendas, vide, provide, videndum tibi eſt, imprimis tibi curæ ſit, conſidera, enitere, operam da, labora.*

Idem. *Cujus exitum, ne extimeſcam, tuæ partes ſunt.* lib: 11. 14.

Curo, ut ne.

Cic. *In illam igitur curam incumbe in Plance, ut ne qua ſcintilla teterrimi belli relinquatur.* lib. 10. 14.

Idem. *Operam do ſtudioſè operam do, ut ne.*

Ter. Hec. -- *hæc mihi nunc cura eſt maxima, ut ne.* act. 4. 2.

Curo, uti.

Salluſt. *Utres, uti fierent curabat.* Jugurt.

Cato. *Opus ruſticum omne, curet uti ſciat facere* c: 5.

Curo, quò.

Brutus Cic. *Quò melius valeamus, operam dabimus.* lib. 11. 23.

Cura, ſine Ut, nondùm legere potui. ſæpè tamen reperitur Fac. abſolutè poſitum.

Facio, ut.

Cic: *Omnia tibi ut nota ſint, faciam.* lib: 5. 19.

Varro. *Reliquas quoque canes facit, quæ id non habent, ut ſint in tuto.* De re Ruſt. lib: 2 9.

Cic. Atti: *Faciendum nobis erit, ut ab eo diſcedamus.* lib: 3. 22.

Cic: Q. FR. *Sed non faciam, ut illam offendam.* lib: 2. 11.

Cic: eidem. *Hæc me ut confidam, faciunt.* li: 2. 14.

Cic: *Invitus feci, ut fortiſſimi viri T: Flaminii fratrē L: Flaminium è ſenatu ejicerem.* In Catone.

Ad Heren. *Neceſſariò faciendum eſt, ut paucis rationem noſtri conſilii demus.* lib. 4. princ.

Plaut. Penu. *Atque te faciet, ut ſis civis Atticæ.* ſc: 2. Itidem Mercat: ſc: Profectò.

Ter. Heau. --- *vel virtus tua me, vel vicinitas facit. Ut te audacter moneam.* --- à ſc: 1.

Facio, uti.

Cato. *Vomeres facito uti bonos habeas.* c: 5. & 23.

Ter. Hec. -- *ego tamen patrio animo victus faciam, Uti tibi concedam.* --- act. 2. 2.

Facio, quò.

Marcus Cic: *Quem ſemper dilexi lubenter; quò magis jure colere, atque obſervare deberem, fecit.* lib: 11. 28.

Ulpian. *Si quis fecerit, quò quid eorum fieret.* l: 5. ff: de Injuriis. & l: 15. Ibidem.

Facio, ne.

Cic: *Perfeceratque fortuna, ne quid tale ſcribere poſſem.* lib: 4 13.

Id. *Perficiam, ne te fruſtra ſcripſiſſe arbitrere.* l: 5. 17.

Facio, ut ne.

Cic. *Perfice, ut ne minus reſp: tibi, quàm tu reip: debeas,* lib: 10. 12.

Idem. *Statuit nihil ſibi gravius eſſe ferendum, quàm ut illa matre ne uteretur.* Pro Cluent.

Facio, ut non.

Cic: *Magnitudo rei fecit, ut non vereremur.* lib: 2. 6.

Facio, abſolutè poſitum.

Cic: *Fac opus appareat.* lib. 16. 18. & lib: 1. 7.

Idem. *Fac habeas fortem animum.* lib: 6. 14. & 15.

Ov. *Fac modò conſtanter profugum tueare.* 5. triſt. 5.

Ter. Adelph. -- *facito, hæc tecum cogites.* act. 5. 3.

Plaut. Ru. *Tua filia facito oret, facilè exorabit.* ſc: Aliquando.

Ter. Eu. *Meus fac ſis poſtremò animus, quando ego ſum tuus.* ---- act: 1. 2.

Admonitio.

Loquendi modos quoſdam obſervavi, quibus priſci illi veræ Latinitatis proceres libēter uti conſueverunt, quos ne præteriiſſe videar, præcedentibus ſubjicere lubitum eſt. Sunt autem tales. Fac ita eſſe. Finge ſic eveniſſe. Puta me petiſſe. Pone me talem eſſe. Do evenire poſſe.

Cic. *Fac ita eſſe: tamen hoc ferendū nullo modo eſt, tantam abſociis pecuniam auferri.* l. 2. in Verrem

Idem. *Fac id potuiſſe aliquo modo.* lib. 14. 14.

Idem. *Facite hoc meum conſilium legiones novas non improbare.* Philip. 13.

Idem. *Fac eſſe diſtentum cœlum.* de nat. deor.

Virg. *Quis me autem (fac velle) ſinet.* --- 4 æn.

Cic: *Finge mancipio aliquem dediſſe* In Topi.

Idem. *Finge aliquem nunc fieri ſapientem, nondum eſſe.* 4. Academica.

Ulpian. *Finge eam epiſtolam fuiſſe, quæ continebat, ut ei redderetur.* l. 14 ff. de Furtis.

Paulus. *Puta me petiſſe creditum.* l. quidam, 32. ff. de Furtis.

Ter. Phor. *Verùm pone eſſe victum eum.* - act. 4. 3.

Ulpian. *Ponamus eſſe eum patrem, cui jure, meritoque curator à prætore conſtitueretur.* l. 17. de Injuriis.

Varro. *Sed do etiam in hominibus poſſe novenarium retineri numerum.* De re Ruſt. lib. 2. cap. 1.

Ci. *Sed do hoc vobis & concedo eſſe multos.* In Verr.

Impedio, quin.

Cæſar. *Germani impediri non poterant, quin in noſtros tela conjicerent.* 1 bel. Gall.

Cic. Att. *Nulla re impedirer, quin, ſi vellem, mihi eſſet integrum.* lib. 4. 2.

Livius. *Quoniam per eum non ſtetiſſet, quin præſtaretur.* Dec. 1. lib. 2.

Plaut. Caſi. *Vix teneor, quin, quæ decent te dicam.* ſc. Omnibus.

Idem Trinum. *Nec tuis depellor dictis, quin rumori*

mori ſerviam. ſc. Sta.

Idem Amphi. *Quin loquar hæc, ut facta ſunt hîc, Nunquam ullo modo me potes deterrere.* ſc. Age.

Impedio, quò minus.

Cic: Att. *Te juſta cauſa, quò minus ad nos venias, video impediri.* lib. 11. 17.

Cic: Att. *Ne impediret, quò minus id fieret.* lib: 2. 4

Cic: *Neque impedio, quò minus eum ornes.* lib: 7 5.

Hirtius. *Cuſtodiis equitum Numidarum, quò id ſine periculo minus fieret, impediebamur.* De bel. Af.

Cic: *Per adverſarios tuos factum eſt, quò minus &c.* lib: 1. 4.

Idem. *Ea res me deterruit, quo minus.* lib: 6. 23. Itidem Att. lib: 11. 8.

Idem. *Si te dolor corporis tenuit, quo minus venires.* lib: 7. 1.

Hirtius. *Deterritus non eſt, quò minus.* de bel. Alex.

Cic: *Non perficies, quò minus velim.* lib. 3. 7.

Idem. *Non legis improbiſſimæ pœna deductus eſt, quò minus, &c.* lib: 14 4.

Cæſar. *Vento tenebantur, quò minus in eundem portum pervenire poſſent.* 4. de bell. Gall.

Hirtius. *Timorem fore impedimento, quo minus, ſe dederent.* De bel. Alex.

Cato. *Si per dominium mora fuerit, quo minus vinum deguſtet.* c. 148.

Varro. *Quid potero facere, quo minus peſtilentia noceat.* de re Ruſt. lib. 1. c. 11.

Cæſar. *Cognovit per Afranium ſtare, quo minus prœlio dimicaretur.* 1. de bel. civ.

Ter: And. *Si non poterit fieri, ut ne pater per me ſtetiſſe credat,*
Quo minus hæ fierent nuptiæ, volo. --- act: 4. 2.

Paulus. *Si per te factum non ſit, quo minus mihi daretur.* l. 66. ff. de furtis.

Idem. *Per te non fieri, quo minus.* l. eadem.

Paulus. *Si per me non ſtetit, quò minus.* l. 10. ff. ad exhibendum, & alibi ſæpiſſimè.

Impedio, quò ſecius.

Ad Here. *Sin aliquid ſuum ſcribunt, cur quò ſecius omnia ſcribant, impediuntur modeſtia.* l. 4. princ.

Ibidem. *Ne quando perturbatione ordinis impediamur, quò ſecius, &c.* lib: 3.

Impedio, cur non.

Ter. And. *Quid obſtat, cur non verè fiant?* ſc: 1.

Cic: *Quid eſt cauſæ, cur mihi non ſit in optatis complecti hominem.* lib: 2. 13.

Cic: Att: *Neſcio enim, cur, cum portam Flumentanam Cœlius occuparit, ego Puteolos non faciam meos.* lib: 7. 3.

Impedio, ne.

Ci. *Impedior verecundia, ne te pluribus rogem.* l 13. 2

Cic: *Caſus quidam, ne facerem, impedivit.* De Fato.

Paulus. *Ne cum filiofamilias pater furti agere poſſit, non juris conſtitutio, ſed natura rei impedimento eſt.* l. 16. ff. de furtis.

Salluſt. *Impediti, ne triumpharent, calumnia paucorum.* In Conjurat.

Impedio, abſolutè.

Cic: *De rebus ipſis utere tuo judicio, nihil enim impedio.* 1. Offic. princ.

Cæſar. *Munitio caſtrorum aditum prohibebat.* 2. de bel: civ.

Interdico, Prohibeo, ne.

Cic: *Potuiſti prohibere, ne fieret.* 1. In Verrem.

Salluſt. *Multitudo hoſtium ne circumvenire queat, prohibent anguſtiæ loci.* In Conjurat.

Cæſar. *Interdicit omnibus, ne quenquam interficiant.* 7. de bel. Gal.

Cic. *Edixi ne quis injuſſu meo proficiſceretur.* l. 3. 8.

Horat. *Edicto vetuit, ne quis ſe præter Apellem*
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra. l 2. ep. 1.

Cic: *Cavetur, ne Ianiculo coloniam conſtituatis.* De lege Agra.

Prohibeo, quin.

Plaut. Curcu. ---- *nemo hîc prohibet, nec vetat,*
Quin, quod palã eſt venale, ſi argentũ eſt, emas. ſc. 1

Prohibeo, ne non.

Ovid. *Mors faciet certè, ne ſim cum venerit exul,*
Ne non peccarim, mors quoque non faciet. 1. Pon. 1.

Prohibeo, Caveo, ut non.

Macer. *Cavetur lege, ut non prius accuſetur, quàm, &c.* l. 3. ff. de prævaricat.

Prohibeo, quò minus.

Cic. *Hiemem credo adhuc prohibuiſſe, quò minus de te certum haberemus, quid ageres.* lib. 12. 5.

Hirtius. *Prohibere, quò minus ſumerent, non poterant.* 8. de bel. Gall.

Idem. *Prohiberi ſeſe non poſſe, quò minus.* de bello Alexand.

Ulpian. *Non eſſe nos prohibendos, quò minus agamus.* l: 7. ff. de injuriis.

Cic.

C Brut. *Nec, quò minus id poſteà liceret, ulla lex ſanxit*, ep. 9.

Prohibeo, quò ne.

Livius *Cautum erat, quò ne plus auri, & argenti facti, quò ne plus ſignati argenti, & æris domi haberemus.* Dec:4. l:4.

Cic: *Prohibentur adire ad filios ſuos.* In Verrem.

Plinius. *Cautum eſt lege XII. tabularum.* lib: 16. cap. 5.

Non licet per patrem. Non poſſum per ætatem.

Cic. *Si per me licuiſſet.* lib. 5. 4.

Idem. *Si eſſet licitum per nautas.* lib: 14. 4.

Idem. *Si per hoſtem licet.* lib: 11. 24.

Plaut. Mer. ---- *Per me ſibi habeat licet.* ſc. Jam.

Cic: Att. *Si modò per Remp: licebit.* lib: 7. 3.

Ad Her. *Qui poſſant per ætatem, & vires laborem ferre*: l:4.

Ter. Eu. - -- *neque per ætatem etiam potuerat.* act. 1. 2.

Hirt. *Qui modò per ætatem arma ferre potuerant.* de bel: Afr.

Ter. Adel *Parere jam diu hæc per annos non poteſt.* act. 5. 8.

Cic: *Cùm commodè & per valetudinem, & per anni tempus navigare poteris.* lib: 16. 2.

Hirtius. *Neque per anni tempus claſſes ſine periculo vagari poterant.* de bello Afric.

Ter. Heaut. *Statariam agere ut liceat per ſilentium.* Prologo.

Salluſt. *Ubi primùm potuiſſet per negotia publica, facturum ſeſe* Jugurt.

Cic. Brut. *Nunc per auſpicia longam moram video.* epiſt. 9.

Ter. And: ---- *nunc per hunc nulla eſt mora.* act 3. 4.

Non poſſum, præ.

Cic. Att. *Nec jocari, præ cura, poteram.* lib. 6. 5.

Cic. Att. *Ut præ multitudine eorum qui legunt, tranſire nequeamus.* lib: 2. 21.

Non poſſum, propter.

Cic: *Cùm neque maturius propter itinerum, & navigationum difficultatem venire potuiſſem.* lib: 15. 2.

Idem. *Duo ſunt aditus, quorum uterque parvis præſidiis, propter anguſtias intercludi poteſt.* lib: 15. 4.

Idem. *Neque frui liceret, propter moleſtiſſimas occupationes meas.* lib: 7. 1.

Hirtius. *Cùm ad flumen Betum veniſſet, neque propter altitudinem fluminis tranſire poſſet.* De bell: Hiſp:

Non poſſum, quin.

Plaut. Trinum. *Non poſſum, quin exclamem.* ---- ſc. Sta.

Id. Per. --- *Haud poſſum, quin huic operam dē hoſpiti.* ſc. Sat.

Cic: *Teneri non potui, quin declararem.* lib: 9. 8.

Itidem Att. lib: 15. 14.

Cæſar. *Non poſſe milites contineri, quin ſpe prædæ in urbem irrumperent.* 2. bell. civil.

Ter. Hec. --- *nequeo, quin lacrumem: miſer.* act. 3. 3.

Plaut. Aſi. *Ita me obſtinatè aggreſſus, ut non audeam Profectò, percunctanti quin promam omnia.* ſc: 1.

Idem Ru. --- *contineri, quin complectar, non queo.* ſc: Serio.

Non poſſum pati, quin.

Ter. Heaut. ---- *non poſſum pati.*
Quin tibi caput demulceam. ---- act. 4. 4.

Hirtius. *Miles hic non potuit pati, quin ſe armatum beſtiæ offerret.* de bell. Africano.

Facere non poſſum, quin.

Cic. *Facere non poſſum, quin quotidie ad te mittam.* l. 12. 26.

Idem. *Facere non potui, quin tibi & ſententiam, & voluntatem declararem meam.* lib: 6. 14. lib. 10. 24.

Non poſſum, non.

Cic: *Non poſſum ei non amicus eſſe.* lib: 9. 24.

Idem. *Non poſſum non confiteri, cumulari me maximo gaudio.* lib: 9. 14. & 17.

Cic: Att. *Non poſſum ejus caſum non dolere* l. 11. 6. & l: 3. 15.

Ovid. *Denique non poſſum nullam ſperare ſalutem.* 3. triſt.

Ci. *Caninio ad te eunti, non potui nihil dare.* l. 9. 3. & l 4. 10.

Non poſſum facere, ut non.

Cic. *Etſi non potuiſti ullo modo facere, ut mihi illam epiſtolam non mitteres.* lib. 11. 21.

Non recuſo, quin.

Cic: *Non recuſo, quin quantum de illo libro, tantundem de mei judicii fama detrahatur.* lib. 6. 19.

Cic. Att. *Neque recuſas, quin, non modo ſi opus ſit, verùm etiam ſi velim, accurras.* lib: 2. 1.

Cæſar. *Neque tamen recuſare, ſi laceſſantur, quin armis contendant.* 4. de bel. Gall.

Non recuſo, quò minus.

Cic. *Neque eſſe recuſandum, quo minus ea, qua nati ſumus conditione, vivamus.* lib. 5. 16.

Idem. *Quò minus tantundem debeam, non recuſem.* lib: 15. 11.

Id. Att. *Neque jam, quò minus ſerviamus, recuſamus.* l: 2. 18.

Cæſar. *Neque recuſaturos, quò minus perpetuò ſub illorum ditione, atque imperio eſſent.* 1. de bell. Gall.

Recuſo, ne.

Cic: *Is ſententiam ne diceret, recuſavit.* Offic.

Jubeo. Impero, *ut.*

Cic. *Legato imperavi, ut eas quinque cohortes ad reliquum exercitum duceret.* lib. 15. 4.

Idem. *Mandavi utrique eorum, ut ante me excurrerent.* lib: 3. 7. & lib: 9. 8.

Idem Att. *Senatus decrevit, ut tacitum judicium ante comitia fieret ab iis conſiliis.* lib: 4. 16.

Idem. *Remoto joco, tibi hoc amiciſſimo animo præcipio, ut perferas noſtri deſiderium.* lib. 7 11.

Idem. *Teſtamento cavit, ut agatur.* 2. de Fin.

Idem. *Caveat, & ſanciat, ut heredes ſui dent.* Ibidem.

Impero, ne.

Cic: *Senatus decreverat, nè prius comitia haberentur, quàm lex lata eſſet.* lib: 4. 16.

Cœlius Cic. *Tu mihi, ne paterer fieri, mandaſti.* lib: 8. 8.

Ter. Hec --- *edicam ſervis, ne quoquam efferri ſinant.* act: 4. 1

Cic. Q. Frat. *Quòd edixeris, ne ad ludos pecunia decerneretur.* lib: 1. 1.

Impero, ut ne.

Ci: *Trebatio mandavi, ut, ſi quid tu eum velles ad me mittere, ne recuſaret.* l. 4. 1.

Impero, uti.

Cæſar. *Legatis imperat, quos legionibus præfecerat, uti quam plurimas poſſent hieme naves ædificandas, veteresque reficiendas curarent.* 5. bel: Gall: princ.

Hirtius. *Alii quoque equitatui edicit, uti quiſque ſuo loco paratus, armatuſque præſtò eſſet.* De bel. Afric.

Salluſt: *Decrevere, uti gladiatoriæ familiæ Capuam, & in cetera municipia diſtribuerentur.* in Conjurat.

Appendix. Cic. *Civitatibus claſſem imperavit.* Pro Flacco.

Idem. *Negans fratrem pecuniam in remiges imperaſſe* Ibid:

Cæſ. *Civitatibus milites, equites, obſides imp.* 5. & 6. bel Gal.

Id. *Imperare obſides, arma, pecuniam.* 7. bel. Gal. & 1. de b. civ

Peto. Rogo Moneo, ut.

Cic. *Hoc à te peto, ut ſubvenias huic meæ ſolicitudini.* lib 1. 6

Idem. *Peto igitur à te, vel, ſi pateris, oro, ut.* lib: 9. 13.

Ter. And. *Dehinc poſtulo, vel ſi æquum eſt, te oro Dave, ut redeat jam in viam.* act: 1. 2. & act: 5. 1.

Cic *Vnum illud te præcipuè rogo,ut cures,ne quid,&c.* l.3.8.
Lucceius Cic. *Gratia contendimus & rogando,ſi quid noſtra cauſa vis, ut iſtis te moleſtiis laxes.* lib. 5. 14.
Cic. *Idque, ut facias, velim.* lib. 4. 1.
Idem. *Quod etiam mecum, ut ad te ſcriberem,egerunt.*l.4.2.
Idem. *Magnopere à te quæſo, ut, &c.* lib: 13. 17.
Id. *Cohortor illum,ſtimulo illum,flagito,precibus contendo,ut.*

Peto Rogo. Moneo , uti.

Servius Cic. *Rogaret, uti cogerem medicos* lib. 4. 12.
Salluſt *Hortari,uti ſemper intenti,paratique eſſent* InConj.
Ter. Heaut. ---- *rogare uti veniret ad te.* act. 2. 3.

Peto. Rogo. Moneo, quò.

Trebonius Cic. *Cohortari non intermittimus,quò in dies longius, diſcendo, exercendoque ſe, procedat.* lib. 12. 16.

Peto. Rogo. Moneo, ne.

Cic. *Rogare, & orare, ne illos ſupplices aſpernarer, quos me incolumi, nemini ſupplices eſſe oporteret.* 1. In Verrem.
Idem. *At te illud primum rogabo, ne facias.* lib. 13. 1.
Idem. *Extra jocum, moneo te,ut.* lib: 9. 24.
Idem. *Domus, ut propugnacula, & præſidium habeat, Philotimo dicetis.* lib: 14. 18.
Ter. Eu. *Nil dixit tum, ut ſequerere ſeſe.* act: 4. 3.
Ter.Heaut. ---- *hoc te oro, nec quid credas.* act. 4. 1.

Peto. Rogo. Moneo, ut ne.

Ci.Att. *Petivit à me,ut eam ne ambitioſè corrigerem,*l.15.1
Cic. Bruto. *Omni ſtudio à te mi Brute contendo, ut Ciceronem meum ne dimittas* Epiſt. 18.
Ter. An. *Hoc modò te obſecro, ut ne credas à me allegatum hunc ſenem.* act. 5. 3. Item Eu. act. 5. 5.
Cic. *Sed, ut ne quid novi decernatur, peto.* lib. 2. 7.

Peto. Rogo. Moneo, per.

Cic. *Incumbe per deos immortales in eam curam.* lib. 10. 3.
Idem. *Sed propera per Deos.* Ad Bru. epiſt. 19. & 16.
Idem Att. *De dote quod ſcribis,per omnes deos te obteſtor,ut totam rem ſuſcipias.* lib. 11. 2.
Ter.And. *Per ego te deos oro,ut ne illis animum inducas credere.* act. 5: 1. Ibidem. act: 2. 1.
Referri huc potuiſſent,Latinitatis vero& nativo candore tincti floſculi:quales ſunt, Rogo,Obſecro,Obteſtor,per fortunas, per homines,per fidem,per caput,per genua, per dexteram, & alii id genus : niſi peculiaris iiſdem à me locus alibi reſervatus eſſet.

Peto. Rogo. Moneo , pro.

Cic. Att. *Petivi pro meis in civitatem beneficiis.* lib. 5. 21.
Ci. *Pro noſtra ſumma neceſſitudine,pariq;inter nos,& mutua benevolentia,abs te peto.*lib.13.4. & 7.& 55.& 73.& 77.

Peto. Rogo. Moneo. abſolutè quoque ponuntur.

Cic. *A te id, quod conſueſti, peto, me abſentem diligas atque defendas.* lib. 15. 9. & 2.
Idem. *Scripſi ad Curionem , daret medico.* lib. 16.
Idem Att: *Egi per prædem, illi daret.* lib. 9. 8.
Idem. *Tu velim te, ut debes, & ſoles, tua virtute ſuſtentes.*l.6. 4.& 5. & 14 & 15. (*rogo.* lib:3. 2.
Idem: *Ego te,quod tibi veniet in mentem mea intereſſe,valdè*
Ter. Adel. ---- *jube nunc jam*
Denumeret illi Babylo viginti minas. act: 5.7.

Expecto , dum.

Cic: *Ne expectemus quidem, dum rogemur.* In Lælio.
Ter: An. *Longum eſt nos illam expectare, dum exeat.* ſc:ult. (act:3. 1. & act. 5. 1.
Cic: *Dum mihi à te litteræ veniant,inItalia morabor.*li:11. 23. & li 3.5.
Ter.Phor *Manſuruſque patruum pater eſt,dum huc adveniat.*
Cic: Att. *Ego in Arcano opperior,dum iſta cognoſco.* l.10.3.
Cic. Att. *Ibi potiſſimum conſiſterem, dum.* lib. 8. 11.
Caſſius Cic: *Habui paululum moræ,dum perſolvo.*lib:12.12.

Expecto , quoad.

Cic: Att. *Expectaremque ſedens, quoad vocarer.* lib:14. 1.
Cæſar *Quo ad legationes collocaſſet, in Gallia morari conſtituit.* 5.de bell. Gall.
Ulpian. *Expectandum eſſe,quoad magiſtratu abeat.*l:nec magiſtratibus.ff de Injuriis.
Ci. *Cogito hic commorari,quo ad me reficiam.*l:7.27 & l.6.26
Idem Att. *Voi eſſe conſtitueram,quo ad ſcriberes.* lib.3. 13.
Idem. *Opperire, quo ad ſcire poſſis, &c.* lib: 6. 21.

Expecto , donec.

Cic: *Expectare, donec venias.* In epiſt. famil.
Plinius. *Si expectaſſes, donec me conſuleres.* In epiſt.
Interrogo, utrum. *vide ſupra*, utrum. Interrogo, nec ne.
Ci:Att *Bibulus de cœlo tum ſervaſſet,nec ne,ſibi quærendum non fuiſſe.* l:2.16.

Interrogo , à.

Cic: *A teſtibus quæretis ignotis.* Pro L Flacco.

Interrogo , è.

Cic: Att. *Quærerem de Philologis è Nicia.* lib: 13. 29.

Interrogo , ab.

Sall. *Dicit ſe miſſum à conſule,veniſſe quæſitũ ab eo,&c.*Jug.
Cic. *Neſcis me ab illo omnia expiſcatum.* lib. 9. 19.

Interrogo , ex.

Ci. Att *Quæris ex me quid acciderit,*l:1. 14. & l:15. 1. &19
Idem Att *Ille ex me,nihil ne audiſſem novi?* lib: 2. 12.
Pla.Bacchi. *Iſtuc volebam ego ex te per contarier.*ſc:Mirum.
Id.Amph.---- *ex uxore hanc rẽ pergam exquirere.*ſc:Naucr.
Id Cap. *Secede huc,nam ſunt ex te quæ ſolo ſcitari volo.*ſc:Ja
Ibidem. Ex *hac ſtatua verberea volo erogitare.* ſc: Jovi.

Interrogo , de.

Cic: Atti. *Quæſivi ipſe de iis,qui annis decem proximis magiſtratum geſſerant: apertè fatebantur.* lib: 6. 2.
Id. *Vt redij autem,prius quàm tuas legi has proximas litteras quæſivi de mea Tullia, quid egiſſet; per L cinſe egiſſe dicebat.* lib:7. 23.

Intelligo. Certior fio , à.

Cæſ. *Certior factus àSabura de nocturno prœlio.*l.2 bello civ.
Ci. *Ab aliis te de me,quàm à me ipſo,malo cognoſcere.*l:12.25

Intelligo Certior fio, ab

Cic.Bruto. *Hæc te malo ab aliis audire.* epiſt: 7.
Hirtius. *Ab exploratoribus,quos præmiſerat, cognoſcit.* li. 8. De bello Gallico.

Intelligo. Certior fio. è.

Plaut Moſtel. - -- *è me ,*
Ne quid metuas , nihil ſciet. ſc: Melius.
Idem Pœnu *Nunquam edepol mortalis quiſquam fiet è me certior.* ſc: Satis.
Ter Eu. ---- *è prædonibus unde emerat ,*
Se audiſſe. --- act: 1. 2.

Intelligo. Certior fio, ex.

Cic: Att. *Ex me cum veneris, cognoſces.* lib.1. 2.
Idem Atti. *Nunquam ex illo audivi.*l:6.1: & l.10.9. & 10. & l.11.16. & l.13.32.
Id. Att. *De juvenibus,ex Tullia quæ audiſti,vera ſunt.*l. 10. 1
Ter. And. *Ibi ego audivi ex illo,ſeſe eſſe Att.*act.5.4.Itidem Heau. act.4. 5.
Pl Capt.--- *ego ex hoc,quo genere natus ſis,ſcio.* ſc: Jam ego.
Salluſt. *Quæ Metellus agebat,ex nuntiis accepit.* Jugurt.
Pl. Bacchi. *Ex me quidem hodie nunquam fies certior.*ſc:Conſtringe.It Pſ.ſc.1.

Intelligo. Certior fio, de.

Cic. *Erat nunciatum,fracto animo fugiſſe Antonium. qui ita ſe habet , ut quemadmodum audiebam de Gracio , confligi cum eo ſine periculo non poſſit.* lib. 11. 12.

Intelligo. Certior fio , per.

Hirtius. *Per nuntios, in caſtris cùm opera circuiret , certior factus.* De bello Africano.
Idem *Qua de re Cæſar per indicem certior factus.* Ibidem.

F I N I S.

DE
PARTICULIS
LATINÆ ORATIONIS
HORATII
TURSELLINI
ROMANI
LIBELLUS UTILISSIMUS,

recognitus & locupletatus à

M. JACOB. THOMASIO,

LIPSIENSI.

JOH. STURMIUS.

Lib. II. de Imit. Orat. Schol. ad c. 4.

SIngula verba voco non ſolùm nomina & verba, ſed etiam PARTICULAS, *cùm tùm, tàm, quàm*, item *ad, con, in* præpoſitiones: pronomina, quæ habent mirabilem elegantiam, ſi rectè adhibeantur; barbariem, ſi tractentur neglectim *vide & eundem Sturmium p.* 12. 57. & 64. *de ratione reſolvendæ linguæ latinæ.*

HORATIUS TURSELLINUS LECTORI.

EN tibi Lector, opuſculum de ratione colligandi connectendique inter ſe membra, & quaſi artus orationis. Parva quidem res in ſpeciem & exilis, ſed ad uſum magna, ac planè neceſſaria. Niſi verò obſcurum eſt, quantum momenti habeant in corpore ad motum, uſumque membrorum molles oſsium commiſſuræ, nervi, cæteraque, quibus artus omnes apti connexique inter ſeſe continentur. Quippe ſine his conjunctionibus & quaſi vinculis, non ſecus atque humanum corpus ſine nervis, diſſoluta, minimèque inter ſe apta & cohærens languet oratio. Itaque non immeritò fortaſſe Caligula ille Cæſar hoc nomine Senecam irriſit, quòd ejus ſcripta arenam ſine calce eſſe diceret. Neque veró exilitas ac tenuitas rerum, quæ in hoc libello tractantur, ab eo alienare te debet. Quis enim ignorat, gemmas, quamvis ſpecie exiguas, precio & æſtimatione ingentes haberi? Nimirum & minutis rebus, genere eximiis, dignitate præſtantibus, uſu neceſſariis ſua laus, ſunm decus, ſuum precium eſt. Vt, quod elegantiſsimus Poëta, apum ſolertiam explicare aggrediens, de carmine ſuo verè dixit, id veriùs fortaſſe de hoc ſtudio ſolerter colligandæ orationis dici queat:

In tenui labor : at tenuis non gloria.

Quamobrem ſi propoſitam habes veterem eloquentiæ laudem , incumbe in hanc curam, ut partes omnes Orationis aptæ inter ſe nexæque cohæreant , mollesque commiſſuras tanquam artus habeant. His enim ſcitè ſolerterque deſcriptis tùm demùm Eloquentiæ ſuccus , ſanguinis , color , & quaſi robur accedet.

DE VI

DE VI ATQUE USU ELEGANTI

IN CONSTRVCTIONE ORATIONIS

Præpoſitionum, Adverbiorum, Conjunctionum ac Pronominum.

De Præpoſitione A vel AB.

CAP. I.

A & AB verbis Activis & Neutris juncta.

A vel AB. Cauſa per quam.

A Vel AB verbis Activis, aut Neutris juncta interdum ſignificant cauſam, per quam res efficitur. Cic. pro Mil. *Adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem, qui ſæpe ſpoliantem, & exultantem evertit, & perculit ab abjecto*, id eſt per abjectum. [Door een verſlageue]. Id. I. Acad. *Nihil enim valentius eſſe, à quo intereat*, id eſt, [Waar door het ſoude konnen vergaan]. Ovid. Metam. l. 13. *Occidit à forti (ſic Dii voluiſtis) Achille.*

A vel AB, Cauſa propter quam.

2. Nonnunquam cauſam deſignat, propter quam res eſt. Cic. Acad. 2. *Mare, quia nunc collucet à ſole, albeſcit*, id eſt, propter ſolem, Plin. lib. 24. c. 5. *Si caput à ſole doleat.*

A vel AB, Locus aut perſona unde.

3. Sæpè locum aut perſonam, unde aliquid ſnmitur. Cic. Verr. 5. *Pecuniam numeravit ab ærario.* [Uyt de gemeene ſchatkiſt]. Id. 2. Agr. *Snmptum ſuppeditat à ſociis.* [Van ſijn geſelſchap]. Id. pro Planc. *Sinite me, quod vobis fretus huic ſæpè promiſi, id à vobis ei perſolvere.* Id. Att. lib. 14. A *me hoc illi dabis.* Id eſt, ſumes à me, quod illi des.

A vel AB pro PRO.

4. Aliàs declarat PRO. Cic. 1. de Orat. *Vide ne hoc totum, Scævola, ſit à me*, id eſt, pro me. [Dat dit niet voor my zy]. Idem in Brut. *Ut nemo contra civium perditorum popularem, turbulentamque dementiam, à Senatu, & à bonorum cauſa ſteterit.* [Dat niemant het met den Raad en de goeden gehouden heeft].

 A vel

A vel AB pro POST.

5. Nonnunquam idem eſt quod POST. Cic. pro Mil. *Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodii.* [Na de dood van P. Clodius]. Id. 3. de Orat. *Qui annus ei primus ab honorum perfunctione, omnium conceſſu, aditum ad ſummam authoritatem dabat.* Idem de Sen. *Cujus à morte hic tertius & trigeſimus eſt annus.* Idem lib. 3. de Nat. Deorum. *Quos Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit, ſepultos dicit Lacedæmone.*

D. * A & De differunt. A nota eſt agentis; DE objecti. Goclen. III. probl. gram. 42.

A & AB Nominibus copulata.

A vel AB cauſa, unde res eſt.

6. A & AB nominibus copulata interdum declarant cauſam efficientem, unde res eſt. Cic. pro Mur. *Noſtri illi à Platone & Ariſtotele moderati homines, & temperati, ajunt, apud ſapientem valere aliquando gratiam.* Id eſt, ex diſciplina Platonis. Liv. Lib. 6. *Criminabantur multi, cum infeſtiorem agrum à nobilitate eſſe quàm à Volſcis fuerit.* Id eſt, magis infeſtari à nobilitate quàm à Volſcis.

A vel AB Quod attinet ad.

7. Sæpiùs ſignificat, Quod attinet ad. Cicer. in Brut. *Mediocriter à doctrina inſtructus, anguſtiùs etiam à natura,* id eſt, quod attinet ad doctrinam, & naturam. Idem ibidem: *Niſi qui à Philoſophia, à jure civili, ab hiſtoria eſſet inſtructior.* Idem ibidem: *Sed ille Græcus ab omni laude felicior.* Idem poſt red. ad Quir. *A propinquis nudus.* Idem ad Att. l. 1. *Ab amicis, exiſtimatione inops.* Idem in Brut. *Tum erat ab Oratoribus quædam in foro ſolitudo.*

A vel AB pro OB *vel* PROPTER.

8. Interdum eſt OB vel PROPTER. Cic. pro Roſc. Am. *Vir & contra audaciam fortiſſimus, & ab innocentia clementiſſimus.* Id eſt, propter innocentiam. Idem lib. 1. de leg. *Id enim ut ſuaviter delectans ab errore mentis, tanquam ſalutare aliquid adſciſcitur.* Id eſt, ob errorem mentis. Liv. l. 39. *A verecundia memoriaque meritorum, haud ſecùs quàm ducem ſuum attollunt.* Id. l. 30. *Ab recenti memoria perfidiæ, aliquanto minore cum miſericordia auditi ſunt.* Id. lib. 5. *Cur Vates quoque adhiberi cœpit à ſuperſtitione animi.*

A vel AB. Præpoſitus alicui muneri.

9. Aliàs ſignificat eum, qui præeſt alicui muneri, ut: à ſtudiis, ab Epiſtolis, à rationibus. Suet. in Claud. *Libertorum præcipuè ſuſpexit Poſidem, & Harpocram & ſuper hos Polybium à ſtudiis, ſed ante hos Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem à rationibus.*

A vel AB ad tempus præteritum relata.

10. Sæpè ad tempus præteritum refertur, idque multis modis: à puero, à pueris, à pueritia. Cic. 4. Acad. *Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audivi.* Id. 2. Tuſc. *Nec verò fieri ullo modo poſſe, ut à pueris tot rerum notiones haberemus, & diſceremus.*

Admonitio.

11. Cùm de uno ſermo eſt, à puero dicimus, cum de pluribus, à pueris.

AB ineunte ætate, A prima ætate.

12. Ab ineunte ætate, & à prima ætate, idem eſt, quod à pueritia. Cicer. pro leg. Man. *Sed me meæ vitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ prohibuerunt.* Id. lib. 1. epiſt. 4. *à prima ætate me omnis ars & doctrinæ liberalis, & maximè Philoſophia delectavit.*

AB Adoleſcentulo, AB Adoleſcentia.

13. Ab adoleſcentulo, & ab adoleſcentia ſive à prima adoleſcentia, idem penè eſt, quod ab ineunte ætate. Cic. pro Quin. *Nam qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio.* Idem 2. de Fin. *Tua erga me, & erga Philoſophiam voluntas ab adoleſcentia ſuſcepta.* Id. lib. 1. epiſt. 9. *refero me ad manſuetiores Muſas, quæ*

quæ me maximè, ſicut à prima dolescentia delectarunt.

Admonitio.

14. AB non ſolùm in ſequentibus vocalibus adhibetur, ſed etiam aliis literis, ubi nullus aſperior concurſus exiſtit, maximè verò liquidis, L. & R. ut: ab legione, ab Rege. Itemque ſemivocali S. & J. conſonanti, ut: ab Sylla, ab Jove. Interdum etiam D. & N. ut: ab duce, ab nobilitate.

D. * Inſervit etiam hæc præpoſitio circumſcriptioni genitivi. Lucret. lib. II. *neque fulgorem reverentur ab auro.* id eſt, ſulgorem auri. Buchn. ab Plin. n. 616. Weitz. ad Terent. p. 69.

De Adverbio ABHINC.

15. Abhinc & Ablativo, & Accuſativo junctum refertur ad tempus præteritum. Cic. 3. Verr. *quæſtor Cn. Papirio Conſuli fuiſti abhinc annis quatuordecim.* Id. pro Corn. Bal. *Etenim ſi Cn. Pompejus abhinc annos quingentos fuiſſet.* [Indien hy voor of over 500. Jaren geleeft had] Id. 4. Verr. *Offendit eum menſem comitialem comitiis abhinc xxx. diebus habitis*; pro ab eo tempore. [Voor 30. dagen].

Admonitio.

16. Cum tempus futurum ſignificatur, non uſurpatur abhinc, ſed Ad vel Poſt. Cic. 1. Tuſc. *& ego doleam, ſi ad decem millia annorum gentem aliquam urbe noſtra potituram putem.* [Het ſou my leet zijn, ſoo ik wiſte dat een volk over 10000. Jaren onſe Stad ſoude veroveren.

De Præpoſitione ABSQUE.

CAP. II.

1. ABſque pro ſine, apud Comicos uſitatum eſt: apud Oratores non item. *Plaut. Perſa: Si abſque me foret.* Itaque ſatius eſt dicere, Sine injuria, quàm abſque injuria: Sine ulla dubitatione, quàm Abſque dubio.

D. * Abſque eo eſſet, pro: ſi abſque eo eſſet, Ellipſis antiqua & perelegans particulæ Si. Plaut. in Menæch. *Abſque te eſſet, hodiè nunquam ad ſolem occaſum viverem.* [Soo gy het niet beletede]. Terent. in Hec. *Quàm fortunatus à cæteris ſum rebus, abſque unâ hac foret.* [Sonder dit alleen].

De Conjunctionibus AC & ATQUE in Principiis.

CAP. III.

AC & Atque in principiis periodorum dignitatem habent: hoc differunt, quòd Ac ponitur inſequente quavis liquida, muta, & conſonante præter c. & q. tum enim pro Ac reponitur Et; Atque uſurpatur inſequente vocali. Cic. pro lege Man. *Ac primum quanta innocentia debent eſſe Imperatores.* Id. 1. de Orat. *Ac mihi quidem ſæpenumero.* Id. pro Sext. *Atque ego ſic ſtatuo, Judices, in hac cauſa.* Id. pro leg. Man. *Atque ut omnes intelligant me, &c.* Id. pro leg. Man. *Et quoniam authoritas multum in bellis adminiſtrandis valet.* Id. pro Sext. *Et cauſam dicit Sextius de vi.*

* ATQUE à Poëtis geminari, quin & triplicari ſolet. Virg. Eccl. 5. *Atque Deos, atque aſtra vocat crudelia mater.* Id. IV. Georg. *Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithyia.* Hadr. Cardinal.

D. P. * AC & ATQUE pro QUAM, [als], poſt comparativos & particulas: æquè, alius, contrà, juxtà, par, pariter, perinde, pro eo, ſecus, ſimiliter. Cic. Attic. *Mihi quidem videtur diutiùs abſuturus, ac vellem.* Horat. *Arctiùs atque hederâ procera adſtringitur ilex.* Cætera vide ſuis locis, Hadr. Card.

De Præpoſitione AD.

CAP. IV.

Ad pro Uſque ad. [Tot in &c.]

1. AD pro Uſque ad, ſæpè tempus ſignificat. Cic. Att. lib. 13. *multus ſermo ad multam diem.*

diem. [Tot diep in den dag]. Id. 2. Phil. *Perpotavit ad veſperam.* Id. de Sen. *Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit.*

2. Huc pertinent illa: Ad inſaniam, Ad ſatietatem, Ad impudentiam, & alia ejuſmodi. Cic. 4. Verr. *Quæ iſte ad inſaniam concupierat.* Id. 1. leg. *In loquendo multus & ineptus, ad ſummam impudentiam*, Liv. *inermes ad ſatietatem trucidabitis.*

3. Interdum accommodatur ad ſummam pecuniæ. Cic. pro Quin. *Quid iis ad denarium ſolveretur*, id eſt, uſque ad denarium. Idem Att. lib. 5. *Aſſident, ſubducunt, ad nummum convenit.* [Tot een duyt toe].

Ad dimidias, ad tertias.

4. Interdum refertur ad partes. Plin. l. 2. c. 3. *Aqua multa in ea decoquitur ad dimidias.* [Tot op de helft toe]. Columella lib. 12. cap. 21. *Muſtum quàm dulciſſimum decoquitur ad tertiam, & decoctum, defrutum vocatur.* Plin. lib. 14. c. 9. *Muſto uſque ad tertiam partem decocto.* [Tot een derde part toe].

Ad, prò circiter.

5. Aliàs eſt circiter Cic. ad Q. l. 2. epiſt. 1. *Sanè frequentes fuimus ad ducentos:* [By of omtrent de tweehondert]. Id. ad Att. *Homines ad quindecim Curioni aſſenſerunt, nullum Senatus conſultum facienti.*

Ad Uſus.

6. Aliquando uſum ſignificat, Cicero ad Q. Fr. l. 1. epiſt. 1. *Ad templum monumentumque pecuniam decrevêre.* Idem Verr. 5. *Ad ſtatuam pecuniam contulerunt.* [Om een beeld te maken]. Id. 6. Verr. *Quo uti ſolet ad feſtos dies ad hoſpitum adventum.* [Wat hy op de H. dagen gewoon is te gebruyken]

Ad, pro Apud.

7. Ad, pro Apud interdum refertur ad locum. Cicero 4. Verr. *Ad urbem cum eſſet, audivit.* [Als hy digt by Rome was]. Id. Att. lib. 1. epiſt. 2. *Signa quæ nobis curaſti, ea ſunt ad Cajetam expoſita,* [Sijn na by Cajeta geloſt]. Id. pro Mur. *pugna navalis ad Tenedum.* Idem pro Cœl. *Habet hortos ad Tiberim.* [By den Tyber]. Aliàs ad perſonam. Cic. 2. Verr. *Ex his quaſi decem fiſcos ad ſenatorem illum relictos eſſe.* [By de Raadsheer]. id. in Brut. *Cùm Cato contra Sergium Galbam ad populum magna contentione dixiſſet.* [By 't volk]. Nonnunquam ad alias res. Cic. 4. Tuſc. *Ut canerent ad tibiam clarorum virorum laudes.* id. de leg. l. 3. *Ad cantos, & ad Tibicines proſequi laudes honoratorum virorum.*

Ad, pro, Quod attinet ad.

8. Sæpè Ad uſurpatur pro Quod attinet ad. Cic. 3. Verr. *Vidi forum comitiumque adornatum, ad ſpeclem magnifico ornatu, ad ſenſum cogitationemque acerbo & lugubri.* id. pro Sex. *Rem quæris præclaram juventuti ad diſcendum, nec mihi difficilem ad perdocendum.* id. pro Dom. *Hic tibi auctor ad inſtituendam, ſocius ad comparandam, adjutor ad rem perficiendam fuit.* id. pro Font. *Impiger ad labores, fortis ad pericula. Peritus ad uſum & diſciplinam, prudens ad conſilia, felix ad caſum fortunamque.*

Ad pro Secundùm. Na.

9. Ad interdum ponitur pro Secundùm. Cic. de Amic. *Non dicam C. Fabritium, T. Coruncanum ad iſtorum normam fuiſſe ſapientes.* [Na haar meyning, of regel]. id. in Orat. *Ad arbitrium & nutum auditorum totum ſe fingit, & accommodat.* [Hy voegt ſig geheel na de genegentheyd der toehoorders]. Idem de Amic. *Omnia ad voluntatem loqui, nihil ad veritatem.* [Na yemants genegentheyd en niet na de waarheyd ſpreken].

Ad pro Adverſus, Tegen.

10. Aliàs pro Adverſus Cic. l. 2. epiſt. 16. *Niſi deſperatione rerum obduruiſſet animus ad dolorem novum.* Idem pro Roſc. Am. *Tecti eſſe ad alienos poſſumus, intimi multa apertiora videant neceſſe eſt.* [Tegens vreemden konnen wy ons geſloten houden]. Idem l. 1. de div. *Mirari licet, quæ ſint animadverſa à Medicis herbarum genera, quæ radicum, ad morſus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera.*

Ad

Ad pro Præ.

11. Eleganter etiam Ad pro Præ in comparatione uſurpatur. Cic. 2. de Orat. *Sed nihil ad Perſium.* Idem de Leg. *Nihil ad Cœlium: ſed potius ad antiquorum languorem & inſcientiam.* Teren. Eun. *Sed nihil ad noſtram hanc.* [Niet in vergelijking &c.

Ad pro Poſt.

12. Aliàs pro Poſt. Cic. ad Att. lib. 11. *Neſcio quid interſit, utrum nunc veniam, an ad decem annos.* Idem Att. lib. 2. epiſt. 17. *Ne Sampſiceramí merita in patriam ad annos ſexcentos majora viderentur, quàm noſtra.* [Na of over 600. Jaren. Adde exemplum p. 7. n. 16.

Ad diem, ad dictam diem.

13. Ad diem ſignificat præſtitutum tempus, Cic. pro Roſc. Am. *Opinor eſſe in lege, quàm ad diem præſcriptiones, venditioneſque fiant, nimirum ad Calendas Junias.* Idem 4. Verr. *Quando illa frumentum, quod debebat, ad diem non dedit.* Id. lib. 16. epiſt. 12. *Te muſis noſtris para, ut operas reddas, noſtra ad diem dictam fient,* [Ter beſtemder tijd, op den beſtemde tijd].

Ad ſummum. Ten langſte, ten meeſte.

14. Ad ſummum, vel ad tempus, vel ad numerum refertur. Cic. Att. lib. 12. *Scies igitur fortaſſe cras, ad ſummum perendie.* [Ten langſte overmorge]. Id. pro Mil. *Quatuor, ad ſummum quinque ſunt inventi, qui, &c.* [Vier of ten hoogſte vijf.] Idem lib. 2. Ep: 1. *A te verò bis terve ad ſummum, & eas per breves accepi.*

* Invenias & SUMMUM adverbi aliter, ſine præpoſitione, eôdem ſenſu. Victor. p. 19. Caſtig: in Cic.

Ad ſummam.

15. Ad ſummam, idem quod in ſumma, [Met een Woord]. Cic: lib. 2. Offic. *ad ſummam, ne agam de ſingulis, communem &c.* Id. Att: lib. 7. ep: 7. *Ad ſummam, dic M. Tulli, Aſſentiar Cn. Pompejo, id eſt, T. Pomponio.*

Ad extremum, ad poſtremum, ad ultimum. Ten laatſte eyndelijk.

16. Ad extremum, ad poſtremum, ad ultimum pro Denique uſurpantur. Cicer. Att: lib. 2. ep. 11. *Sed cùm jam diu occultè ſuſpiraſſent, poſtea jam gemere, ad extremum vero loqui omnes & clamare cœperunt.* Liv. lib. 3. *Ad poſtremum adhortatio capeſſendi belli.* id. lib. 1. *Ad ultimum connixus omnibus copiis Ancus acie vicit.*

Admonitio.

17. Ad poſtremum, & ad ultimum hiſtoricis ſunt, quàm oratoribus, aptiora.

P. * AD UNUM OMNES, pro: Omnes nullo excepto, quòd ineptè dicunt, uſque ad unum, Hadr: Cic. de amic. *De amicitiâ omnes ad unum idem ſentiunt.* Interdum reticetur omnes. Cic. pro Pl. *cui ſunt aſſenſi ad unum.* Goclen. p. 82. obſerv.

P. * AD VERBUM, [Van woord tot woord]. quòd ineptè dicunt, de verbo ad verbum, Hadr. & Buchl. in Catal. barb. Cic. IV. Acad. p. 34. *ad verbum ediſcendus libellus.*

D. * ADHOC, pro prætereà. Livii, Salluſtii & Taciti eſt. Gocl. p. 81. Obſ. Vall. II. Eleg. 5. Lipſ. ad 1. Hiſt. Tac: n. 25.

P. * AD pro In. Cic. Phil. 1. *Pecunia utinam ad Opis maneret.* i. e. in æde, ſeu templo Opis. Ubi ſimul notanda ellipſis Attica, bonis auctoribus uſitatiſſima, de quâ Dürr. Linac. lib. VI. p. 383. & Sylv. Centur. III. progym. c. 97. qui rarum eſſe putat hoc dicendi genus cum præpoſitione aliâ inveniri.

* AD in deſignatione conſequentiæ. Suet. c. 7. Domit. *Ad ſummam quondam ubertatem vini edixit:* i. e. cum ſumma quondam eſſet ubertas vini.

* AD in periphraſi adjectivi. Virg: X. Æn: v. 253. *ad frena leones.* i. e. frenati. Terent. And. A. 1. Sc. 1. *canes ad venandum.* i. e. venatici. Pertinent huc & illa, quibus officium deſcribitur. Catull. Epig. 10. *ad lecticam homines.* i. e. lecticarii. Sic ſervus ad manum pro amanuenſi; ſervus ad limina pro atrienſi; ad cyathos

pro pocillatore. Vid. præter Dütr. Pontan. & Cerda ad Virg. Weitz. ad Terent. Scal. ad Catull.

De Adverbio ADEO.

CAP. V.

Adeò, in principio, pro In tantum, quod inter barbara ponit Buchlerus.

1. ADeo in principio poſitum non rarò ſervit Epiphonemati. Cic. lib. 1. Off. *Adeo ſumma erat obſervatio in bello gerendo.* Liv. lib. 1. *Adeò quantò rerum minus, tanto minus cupiditatis erat.*

2. Sæpè uſurpatur pro Verò, ſed ſecundo loco, Cic. 6. Ver. *Id adeò ex ipſo S. C. cognoſcite.* Id. pro Arch. *Atque adeò hoc mihi concedendum eſt magis.* Atque adeò, eſt & verò, vel, imò verò. Id. Att. lib. 9. *Hanc adeò habeo illi gratiam.*

Atque Adeò, in medio.

3. Atque adeò in medio ſæpè pro Imò ponitur & ſervit correctioni. [Om beter te ſeggen. Ja dat meer is]. Cic. pro Clu. *De foro, atque adeò de civitate eſſe ſublatum.* Id pro Planc. *Poſco, atque adeo flagito.* Id. 3. Catil. *Intra mœnia, atque adeò in ſenatu videtis.*

Adeo Ut, Adeo non.

4. Adeo ſæpè cum Ut jungitur, Cic. pro Flac. *Neminem quidem adeò infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet.* Id. pro Rab. *Adeòne hoſpes hujus urbis, adeò ignarus es, ut hæc neſcias?*

5. Interdum cum particula Non, pro tantum abeſt, ut. ['T iſſer ſoo ver van &c]. Curt. lib. 3. *Adeò ipſe non violavit, ut ſummam adhibuerit curam, ne quis captivo corpori illuderet.*

De Adverbio ADHUC.

CAP. VI.

1. ADhuc ad tempus refertur, tum præſens, tum etiam præteritum. Cic. 1. Verr. *eſt adhuc non Verres, ſed Q. Mutius.* [Tot nu toe]. Id. lib. 2. de Div. in princ. *Adhuc hæc erant.* Id. lib. 6. ep. *Tamen adhuc non feci.* Id. Att. lib. 7. *Unam adhuc à te epiſtolam acceperam.* Id. lib. 7. ep. *Me adhuc non legiſſe turpe eſt.*

Interdum pro præterea uſurpatur. [Nog yets meer]. Cic. de ami. *Niſi ſi quid adhuc fortè vultis.* [Ten zy gylieden nog yets daar en boven begeert].

De Adverbio ADMODUM.

CAP. VII.

1. ADmodum dictum quaſi ad modum. Proinde ſignificat Satis, aut Valde: quia admodum quod eſt, ſatis eſt. Cic. 6. Verr. *Erat admodum amplum & excelſum ſignum cum ſtola.* [Seer wijd en hoog]. Id. Att. lib. 8. *Philotimi literæ me admodum delectarunt.* Id. de Amic. *Pauci admodum familiares.*

Admodum nihil.

2. Admodum nihil, vel Nihil admodum, pro Nihil omninò, aut pænè nihil, uſurpari ſolet. [Niemendal, by na niets]. Quia quod admodum nihil eſt, pro nihilo habetur. Cic. in Brut. *Nam planè quidem perfectum, & cui nihil admodum deſit, Demoſthenem facilè dixeris.* Id. Ibid. *Curio literarum admodum nihil ſciebat,* [Hy verſtont 'er ſoo veel als niet van &c].

* ADMODUM pro eo, quod vulgò dicimus præcisè. Curtius lib. IV. c. 24. *In lævo cornu Bactriani ibant equites mille admodum.* i. e. non amplius mille. Juſtin. lib. VII. c. 2. *Poſt menſes admodum ſeptem.* i. e. non plures quàm ſeptem. Vid. Freinshem. Ind. Curt. & Flor. Liv. lib. 43. *Legati ex Macedoniâ exacto admodum menſe Februario redierunt.*

* Creberrimè hâc particulâ uſus eſt Salvianus, ut appareat, illâ mirè delectatum fuiſſe. Ferè autem ornatûs gratiâ eam ſententiis inſerſit, ſonum magis, quàm certam ullam ſignificationem quærens. Quod enim Rittershuſius notat, nunquam aliter uſum, quàm pro FE-

RE

RE vel PROPEMODUM, quomodo (ut alia omittam loca) ex illo lib. VI. de gubern. Dei oſtendi poſſit, non video. *Omnes enim admodum*, inquit, *in perditionem ruunt, aut certè, ut aliud dicam levius, penè omnes.* Difertè omnes ADMODUM & PENE omnes opponit. In cæteris pleriſque, ſi ADMODUM per OMNINO exponas, nihil feceris, quod à mente Salviani abhorreat.

De Præpoſitione ADVERSUS vel ADVERSUM.

Cap. VIII.

1. ADverſus vel adverſum ex Ad & Verſus, idem eſt, quod erga: Nec ſolùm in malam partem accipitur, ſed ſæpè etiam in bonam Cic. l. 1. de Nat. Deor. *Pietas, & juſtitia adverſus Deos*, [Tegens de Goden]. Id. lib. 1. Off. *Adhibenda eſt reverentia quędam adverſus homines.* Id. lib. 3. ep. ult. *Cenſorem te jam eſſe ſperabam: eo brevior eſt hæc epiſtola, & ut adverſum magiſtrum morum modeſtior.*

2. Interdum pro Contra uſurpatur. Cic. 1. Verr. *Pecunia conciliatæ adverſus leges, adverſus Remp.* Idem Att. lib. 14. *Non contendam adverſus te, ſi duriorem te præbes.* Terent. Hecyr. *Adverſus edictum tuum facere eſſe auſim.*

De Adverbio ÆGRE.

Cap. IX.

1. ÆGrè adverbium ab ægro ductum, ſignificat, Ut ægri ſolent, [Beſwaarlijk, ongaern, qualijk]. Unde trita illa, Ægrè ferre, Ægrè pati, [Qualijk opnemen] Ægrè carere aliquâ re: Cic. Att. lib. 7. *Tironem agrum Patris reliqui adoleſcentem probum, nihil vidi melius, itaque careo ægrè.* Idem pro leg. Man. *Vident unum virum eſſe, in quo ſumma ſint omnia, & cum propè eſſe: quo etiam carent ægrius.*

2. Ægrè interdum eſt difficilè: quia ægri difficilè ſe movent. Cic. de Sen. *Nam omnis conglutinatio recens ægrè, inveterata facilè divellitur.* Idem 6. Verr. *Nihil ægrius factum eſt multo labore meo, quàm ut manus ab illo appellatore abſtinerentur.* [Met veel moeyte heb ik ter alderuyterſte dat &c.] Indidem illa ſunt. Ægrè ſuſtinere impetum alicujus, Ægrè ſe tenere, quin.

De Adverbio ÆQUE.

Even ſoo, even gelijk als &c.

Cap. X.

1. ADverbium Æque, ab Æquo dictum eſt. Interdum abſolutè ponitur Cic. l. 4. ep. 6. *Quantum præſens me adjuvare potueris & conſolando, & propè æquè dolendo*, [Hoe veel gy my hebt konnen helpen en niet trooſten, en met even ſoo veel by na bedroeft te zijn]. Id. lib. 5. ep. 21. *Tamen nemo erat, quicum eſſem libentius, quàm tecum & pauci, quibuscum æquè libenter.* [Daar zijn'er weynig by wie ik ſoo gaarn als by u ben].

Æquè ac, Æquè atque.

2. Sæpe cum AC, vel ATQUE conjungitur, Cic. de Amic. *Quis eſſet tantus fructus in proſperis rebus, niſi haberes, quis illis æque ac tu ipſe gauderes?* Id. lib. 13. ep. 43. *Sed me colit & obſervat, æque atque illum ipſum patronum ſuum.*

Æquè &, Æquè ut.

3. Interdum cum ET, vel UT. Cic. 2. Tuſc. *Eoſdem labores non eſſe æquè graves imperatori, & militi.* Id. in Orat. *Nam verſûs æque prima & media, & extrema pars attenditur.* Id. Phil. 2. *poſſúmne igitur in Antonii latrocinio æque eſſe, ut hi, &c.* Idem pro Dom. *Itaque libentiſſimè prædicabo, Cn. Pompeium ſtudio & authoritate, æque ut unumquemque veſtrum &c. pro ſalute laboraſſè.* [Even ſoo als een yeder van u].

D. P. * ÆQUE QUAM. Sueton. c. 35. Claud.

Claud. *Nihil æquè, quàm timidus ac diffidens fuit.* Plura Hadr. Cardin.

✱ Aliquando omittitur ÆQUE, Plaut. Men. A. 5. Sc. 6. *rem heri diligenter tutetur, quam ſi ipſe aſſit.* i. e. æquè diligenter, quàm, Auctor. Priap. *quæ ſucco caret, atque petra pumex* pro, æquè atque Taubm. ad Plaut. p. 747. Scal. ad Priap. p. 194. Salmaſ. ad Solin. p. 254. Atque ſic ſæpè uſurpare JCtos Dürrius docet.

* Contra abundare videtur in illo Plauti Capt. A. 3. ſc. 5. *Nec quiſquam eſt mihi nunc, æque melius cui velim.* Riv. ad Terent. p. 45. niſi cum Taubmanno dicas, comparativum ibi loco poſitivi poni.

De Adverbio AGE.

Cap. XI.

Age, Age dum, Age nunc.

1. AGe, Agedum, Age nunc, ſunt adhortantis etiam plures, & ad alia tranſeuntis, [Nu, wel aan]. Cic. pro Cluentio. *Age, quoniam corrumpendi judicii cauſas ille multas, & graves habuit, hic nullam &c.* Id. pro Syl. *Agedum conferte nunc cum illius vita vitam P. Syllę, vobis populoque Rom. notiſſimam.* Id. pro Roſc. Am. *Age nunc illa videamus, Judices, quę ſtatim conſecuta ſunt.* [Wel aan laat ons die dingen nu ſien, die &c.]

Age verò, Ageſis verò; Ageſis nunc.

2. Age verò, Ageſis, Ageſis nunc, Tranſitioni ſerviunt. Cic. pro leg. Man. *Age vero, cæteris in rebus quali ſit temperantia, conſiderate.* Id. in part. *Ageſis ergò, quoniam dictum de altero eſt, expone nunc, &c.* Id. 2. Tuſc. *Ageſis nunc de ratione videamus.* [Wel aan laat ons nu ſien &c].

3. Ageſis interdum disjungitur. Cicer. pro Roſc. Am. *Age refer animum ſis ad veritatem.*

Age, Age porrò, Inſtantis.

4. Age, Age porrò, ſunt interdum inſtantis. Cic. 5. Phil. *Age, ſi paruerit, hoc cive uti aut volumus, aut poſſumus?* Idem 5. Verr. *Age porrò tu, qui te tam religioſum exiſtimari voluiſti, cur Tauromini tanis frumentum imperaſti?* [Wel aan gy, die voor ſoo fijn hebt willen gehouden worden, waarom &c.]

Age: Age age: Age ſanè. Concedentis.

5. Age, Age age, Age ſanè, concedentis ſunt. Cic. pro Mil. *Age ſi ita factum, cur Romam properabat?* Id. lib. 5. de Fin. *Age age inquit, ſatis enim ſcitè me noſtri ſermonis principem eſſe voluſti.* Idem 2. de Fin. *Age ſanè inquam.* [Wel aan ik ben te vreden, het zy ſoo.]

De Pronomine ALIUS: *Item de adverb.* ALIAS, & ALITER.

Cap. XII.

Alius ac, Alius atque, Alius &c.

1. ALius ſæpè jungitur cum Ac, Atque, Et. Cic. *Poteſt enim non ſolùm aliud mihi, ac tibi, ſed mihi ipſi aliàs aliud videri.* Idem 3. de Orat. *Alia dicentis ac ſignificantis diſſimulatio.* Idem lib. 1. Epiſt. 9. *Non alius eſſem, atque nunc ſum.* [Ik zou niet anders weſen, als ik nu ben] Id. pro M. Cœlio. *Lux denique alia eſt Solis & lychnorum.* Varro lib. 2. de re Ruſt. initio. *Ignorantes, non idem eſſe agriculturam & paſtionem. Alius enim Opilio & orator.*

P. * ALIUS ATQUE ALIUS. Liv. *Inchoata res aliis atque aliis de cauſis dilata erat.* [Nu om de rede dan om geene oorſaecken uytgeſtelt].

Alius iteratur eodem caſu.

2. Alius, alia, aliud, ſæpè iteratur eodem caſu Cic. in Top. *Dolus malus eſt, cùm aliud dicitur, aliud ſimulatur.* [Het is een ſnood bedrog, wanneer men yets anders ſeyd, en yets anders meynt]. Id. Att. 2. ep. 7. *alia legatio dicta erat, alia data eſt.* Idem pro Cœl. *Aliud eſt maledicere, aliud accuſare.* Idem lib. 1. de Leg. *Intelligo te, frater, alias in hiſtoria leges obſer-*

obſervandas putare, alias in poëmate. Idem 1. de Orat. *Ut aliis miſerandus, aliis irridendus eſſe videatur.*

Alius iteratur diverſo caſu.

3. Sæpè etiam iteratur diverſo caſu. Cic. pro Sext. *Alius alio graviùs de mea ſalute dixit.* [Den eene heeft ernſtiger als den andere &c]. Idem 3. Verr. *Hic tum alius ex alia parte.* [Den eene hier en den andere daar]. Idem 2. de Nat. Deor. *Eſt enim admirabilis quædam continuatio, borieſque rerum & alia ex alia nexa, ut omnes inter ſe aptæ, colligatæque videantur.* Idem lib. 7. ep. 15. *habeo Sardos venales, alium alio nequiorem.* [Den eenen erger als den andere.] Id. Att. lib. 7. *Accepi epiſtolas tuas aliam aliâ jucundiorem.* Idem lib. 3. ad Q. F. *Multa in epiſtolam conjeci, aliud alio tempore.* ['T een op deſe en 't andere op gene tijd] Idem Verr. *Et ſigna alia alio in loco intuebantur.* ['T een hier en 't andere daar]. Idem 1. Offic. *Homines autem hominum cauſa eſſe generatos, ut alii aliis prodeſſe poſſint.* [De Menſchen zijn om der Menſchen wil geboren, op dat den een den andere mag voordeelig zijn].

Admonitio.

4. Alius tum iteratur, cùm de pluribus eſt ſermo; nam cùm de duobus tantùm, alter iteratur, lege Alter.

Alius aliò.

5. Interdum alius cum aliò, adverbio jungitur. Cic: lib. 3. Off. *Et cæteri quidem alius aliò, Marius in Roſtra recta.* [Den eene hier na toe en den andere daar na toe]. Id. 1. de Divin. *Simia & ſortes ipſas & cætera, quæ erant ad ſortem parata, diſturbavit, & alia aliò diſſipavit.* [Het eene gins en 't andere herwaarts geſtrooyt].

Aliud ex alio.

6. Aliud ex alio, eleganter dicitur pro Una res poſt aliam. Cicer. lib. 9. ep. *Aliud ex alio me quotidiè impedit.* [Het eene belet my voor en 't andere na]. Idem Attic. *Nunquam aliud ex alio peccare deſtitit.*

7. Interdum ſeriem rerum connexarum ſignificat. Cic. Att. lib. 16. *Sed ut aliud ex alio, mihi non eſt dubium quin &c.* [Maar om 't eene uyt het andere te halen, of te trekken &c.]

* ALIUS POST ALIUM, &, ALIUS SUPER ALIUM Germaniſmus videri poſſet, niſi auctores idonei uſi eſſent, Saluſt: Jug. *Deinde ab eo Magiſtratu alium poſt alium ſibi peperit.* Plin. VI. Epiſt. 8. *Saturninus noſter ſummas tibi apud me gratias aliis ſuper alias epiſtolas agit.*

Aliud, Aliàs.

8. Aliud aliàs. Cic. 1. de Orat. *Poteſt enim non ſolùm aliud mihi, ac tibi: ſed mihi ipſi aliud aliàs videri.* Idem 2. de Orat. *Ut uterque noſtrum aliàs aliud defendat.* Idem ibid. *Itaque illi aliàs aliud de iiſdem rebus judicant.* Idem lib. 2. de Div. *Ut iidem verſus aliàs in aliam rem accommodari poſſint.* [Gelijk de ſelve vaerſen nu op d' eene dan op d' andere ſaak konnen gepaſt worden].

Aliud Niſi, Aliud Præter.

9. Aliud cum niſi vel præter jungi ſolet à Cicerone. Cic. de Sen. *Quid eſt aliud, Gigantum more bellare cum Diis, niſi naturæ repugnare?* Id. lib. 2. Off. *Bellum ita ſuſcipitur, ut nihil aliud, niſi pax quæſita videatur.* Id. lib. 7. ep. 13. *Neque alia fuit ulla cauſa intermiſſionis litterarum, niſi quòd ubi eſſes plane neſciebam.* Id. lib. 2. de Orat. *Rogavit nunquid aliud ferret, præter arcam?*

Admonitio.

10. Rarius cum Quàm jungitur à Marco Tullio Att. lib. 3. epiſt. 15. *Nec quicquam aliud opus eſt, quàm abrogari.*

D. * ALIUS A. XI. famil. epiſt. 2. *nec quicquam aliud à libertate communi quæſiſſe.* i. e. aliud, quàm libertatem communem.

* ALIUS cum ablativo. Linac. lib. III. pag. 200. Taubm. ad Plaut. p. 952. Horat. 1. epiſt. 16. *Neque putes alium ſapiente bonoque beatum*, i.e. quam ſapientem, bonumque. Eâ formâ di-

ctum, ut: nive candidior, pro quàm nix. Aliud egit. Palmerius, cùc hîc dandi caſum intellixit Spicil. 2. p. 38. b.

P. * ALIUS pro alter Taubm. ad Plaut. p. 234. Cic. Verr. 6. *tàm te has phaleras à Philarcho Centuripino abſtuliſſe dicebant, quàm alias item nobiles ab Ariſto Panormitano, quàm tertias à Cratippo Tyndaritano.*

Aliàs, aliàs iteratum.

11. Aliàs interdum iteratur, Cic. l. 2. de Fin. *Nemo poteſt aliàs beatus eſſe, aliàs miſer.* [Niemant kan nu gelukkig en dan rampſalig zijn]. Idem 3. de Orat. *Ornamentis ferè iiſdem uti licebit, aliàs contentius, aliàs remiſſius.* Id. 3. Verr. *aliàs revocabat, aliàs dicernebat.*

P. * ALIAS plerumque. Interdum aliàs. Cic. de Sen *Sed aliàs minore, plerumque majore cum fœnore.* Id. 3. de Orat. *Geminatio verborum habet interdum vim, leporem aliàs.*

Aliter ac: Aliter atque: Aliter atque ut: Aliter quàm. Anders als.

1. Aliter plerumque copulatur cum ac, atque, atque ut, quàm. Cic. lib. 16. epiſt. 12. *Ne ſim ſalvus, ſi aliter ſcribo ac ſentio.* [Ik mag wel lyden dat ik geen geluk heb, ſo ik anders ſchrijf als ik meene]. Id. lib. 2. epiſt. 3. *aliter, atque oſtenderam, facio.* Id. 3. Tuſc. *Qui aliter caſus ſuos ferunt, atque ut aliis authores ipſi fuerunt.* Id. lib. 16. ad Att. epiſt. 12. *De Antonii itineribus neſcio quid aliter audio, atque ut ad te ſcribebam.* [Van Antonii, reyſen hoor ik, ik weet niet wat anders, als ik tot u ſchreef.] Idem 3. Verr. *Nec aliter quàm ego velim, meum laudet ingenium.* [Niet anders, als ik wilt].

Aliter &, Aliter ac.

2. Interdum cum Et vel Ac conjungitur. Cic. Att. lib. 10. epiſt. 9. *Quod de puero aliter ad te ſcripſi, & ad matrem denuò.* Id. Att. l. 1. ep. 23. *Illud quidem mutari, ſi aliter eſt, ac oportet, non video poſſe.* [Soo het anders is, als 't hoort.]

Aliter, abſolutè.

3. Non rarò abſolutè ponitur. Cic. lib. 3. ep. 7. *Tu ſi aliter exiſtimas, non errabis.* Id. Att. l. 6. epiſt. 9. *Non fuit faciendum aliter.*

Aliter, Aliter, iteratum.

4. Nonnunquam iteratur. Cic. 3. Off: *Sed aliter leges, aliter Philoſophi tollunt aſtutias.* Id. Att. lib. 13. *Aliter enim cum Tyranno, aliter cum amico vivitur.*

*ALITER pro alioqui, [Anders]. Cic. 1. de Offic. *In domo clari hominis adhibenda eſt cura laxitatis: aliter ampla domus dedecori domino ſæpè fit, ſi eſt in eâ ſolitudo.*

*ALITER, pro, aliis rebus. Plin. VIII. Epiſt. 23. *uterque noſtrûm his etiam ex ſtudiis notus, quibus aliter ignotus eſt.* Buchn. ibi.

De Pronominibus ALIQUIS, ET ALIQUOT.

Cap. XIII.

1. Aliquis & aliquot ab Alio ſunt ducta, ſed Aliquis ad unam fermè rem, aut perſonam; Aliquot ad numerum refertur. Cicer. Attic. lib. 13. *Expectabam aliquem meorum.* Idem Attic. lib. 9. *Aliquot anni ſunt, cùm, &c.* Idem lib. 7. epiſt. 18. *Aliquot epiſtolas accepi à te uno tempore.*

P. * ALIQUIS eleganter omiſſum. Cicer. 2. Off. *Præmittebat de ſtipatoribus ſuis* (ſubaudi aliquos) *qui perſcrutarentur arculas muliebres,* Sylv. l. prog. 83. Linac. VI. p. 385.

De Adverbio ALICUBI, & ALIBI ALICUNDE & ALIUNDE.

Cap. XIV.

1. Alicubi eſt aliquo in loco Cic. Att. l. 9. *Si ſalvus ſit Pompejus, & conſtiterit alicubi.* [Soo Pompejus nog in 't leven is, en ergens ſtil houdt]. Alibi alio in loco, [Anders hier of daer]. Id. 2. Acad. *Quæ nuſquam ineſſet alibi, veri, & certi notæ.*

2. Alicunde eſt ab aliquo loco. Cicer. 5. de Fin.

Fin. *Si quando his minamur præcipitaturos alicunde, extimeſcunt.* Ter. And. *Venit meditatus alicunde ex ſolo loco.* [Hy komt voorbedacht elders uyt een hoek van daan].

2. Aliunde eſt ab alio loco. [Ergens anders van daan]. Cic. pro Lig. *Cùm tu ipſe, neque per te ſcires, audire aliunde potuiſſes.*

De Adverbiis, ALIQUOTIES, & ALIQUANDO.

Cap. XV.

1. Aliquoties dictum eſt ab Aliquot & ad numerum refertur. [Eenige malen]. Cic. 4. Verr. *Aliquoties litteras ad ſocios de hujus injuriis miſerunt.*

2. Aliquando ex alius & quando conflatum, ad tempus accommodatur. [Altemets, nu en dan]. Cic. 3. Offic. *Liceret enim dicere honeſtatem aliquando utilitate pugnare.* Idem lib. 5. epiſt. 8. *& te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.*

Aliquando pro Unquam ſeu Aliquo tempore.

3. Interdum ponitur pro unquam. Cic. pro Cœl. *Quis civis meliorum partium aliquando,* 1. *Acad. Num hæc ex ullo audiviſti aliquando?* [Hebje dit ooyt van yemand gehoort?] Id. 1. Off. *& maxime ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari.* Idem lib. 6. epiſt. 6. *Veritus ſum deeſſe Pompeji ſaluti, cùm ille aliquando non defuiſſet meæ.* [Ik my geſchaamt Pompejus niet te helpen daar hy my eens geholpen had].

Aliquando pro tandem.

4. Perſæpè Aliquando pro tandem uſurpari ſolet. Cic. pro Cluen. *Collegi me aliquando, atque ita conſtitui, fortiter eſſe agendum.* Id. 3. Verr. *Et aliquando miſeremini ſociorum Judices.* [Ontfermt u dog eyndelijk ook de Bontgenoten Rechters]. Idem de Aruſp. *Sit diſcordiarum finis aliquando.*

5. Nec raró Tandem adjungitur, majoris explicationis gratiâ Cicer. 2. Catil. princ. *Tandem aliquando Quirites L. Catilinam &c. urbe ejecimus.* [Wy hebben eyndelijk eens &c]. Idem pro Quinct. *Spes eſt, & hunc infelicem aliquando tandem poſſe conſiſtere.*

De Pronomine ALTER.

Cap. XVI.

1. Alter ferè de duobus dicitur, ut alius de pluribus. Cic. pro Plan. *Quorum alter exercitum prodidit, alter vendidit.* [Waar van den eene het Leger verraden en den andere verkogt heeft]. Idem in Brut. *alter ab altero adjutus.*

Dicitur etiam de pluribus duarum partium. Cicer. lib. 6. ep. 3. *alteri dimicant, alteri victorem timent.*

P. * ALTER pro primus, cùm jungitur ordinalibus nominibus. Cicer. XII. Epiſt. 25. *Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero & vigeſimo die (ut dicebat) reddidit.* i. e. vigeſimo primo. Ubi tamen quidam malunt interpretari vigeſimum ſecundum, (quemadmodum & illud Virg. Eccl. 8. *alter ab undecimo jam tum me ceperat annus.* de tertio decimo) videlicet, quia alter de duobus dicitur. Sed reſpondere poſſis ex ſententiâ Sigonii I. Emend. 16. ſi à vigeſimo incipiamus, tùm eum, qui proximè ſequitur, alterum eſſe, ſequitur autem vigeſimus primus.

Alter pro Secundo.

2. In enumeratione plurium Alter uſurpatur pro ſecundo. Cic. 3. Verr. *Primo die tanto teſtium numero citato, &c. alter dies amicis iſtius, & defenſoribus &c tertius dies ſic hominem proſterneret.* Idem Phil. *Proximo, altero, tertio, denique reliquis conſecutis diebus,* Id. 4. Verr. *alterum, tertium, quartum, permulta erant ejuſmodi nomina.*

* Sic & Horatius IV. Od. 5. *menſas alteras* pro ſecundis dixit.

P. * ALTER pro ſimilis. Cic. Verr. 7. *alter Verres Luxuriâ & nequitiâ.* Victor. XXVIII. Varr. Lect. 7. Schor. in phraſ.

* ALTER pro alius. Marius XI. Ep. Cic. 18. *ſuo potius, quàm alterius arbitrio*, pro alius vel potius alieno. Obſervavit ibi Amerpachius. Sic & apud Prudentium reperio II. contr. Sym. v. 714.

nec aliter
Ore ſacerdotis, quam Mirmillonis anhelat
Spiritus.

* ALTER pro alteruter. Cic. IV. Acad. p. 33. *non poteſt igitur uterque ſapiens eſſe, quoniam tantopere diſſentiunt, ſed aliter.*

Alterum tantum.

8. Alterum tantum. [Nog eens ſoo veel]. Plaut. Epid. *Etiamſi alterum tantum perdendum ſit.* Idem Bachid. *Alterum tantum auri non meream.* Liv. l. 8. *Alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur.* Idem lib. 10. *Militibus ex præda centenos binos aſſes; alterum tantum centurionibus, atque equitibus, diviſit.* Cicer. in Orat. *Ut neceſſe ſit partem pedis, aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui eſſe majorem.*

De Pronominibus ALTERUTER *&* ALTERNUS.

Cap. XVII.

1. Alteruter. [Den een of den andere: Een van beyden.] Cic. Att. lib. 8. *Si vobis videretur, alteruter ad me venerit.* Idem Attic. lib. 9. *Id non eſt tuæ dignitatis, atque fidei, ut contra alterutrum, cum utrique ſis conjunctiſſimus, arma feras.* Id. lib. 4. ep. 4. *Si alterutrum neceſſe ſit, audire ea malu quàm videre.* Id. pro Marc. *Quod ſi alterutro peccandum ſit, malim timidus, quàm parum prudens videri.*

2. Alternus ab altero dictum eſt. Hor. Car. l. 1. Od. 4. *Alterno terram quatiunt pede* [Met de eene voet na den andere.] Plin. lib. 10. cap. 1. *Grues alternis pedibus inſiſtentes.* [Nu op den eene dan op den andere]. Cicer. pro Arch. *Quod Epigramma in eum feciſſet, alternis verſibus longiuſculis.* Idem 4. Verr. *Alternæ civitates rejectæ ſunt.* [De Steden ſijn om den andere verworpen].

3. Alternis verbis, Alternis verſibus, eſt altero quoque verbo, altero quoque verſu. Liv. lib. 8. *Dictatorem avidum pœnæ venire, alternis pene verbis* T. *Manlii, facta laudantem.* [Om 't andere woord]. Cicer. 4. Tuſc. *Alternis verſibus intorquentur inter fratres graviſſimæ contumeliæ.* [Met overhandſche vaerſen, by beurten].

4. Alternis diebus, alternis menſibus, alternis annis. [Om den andere dag, maand, Jaar].

5. Alternis adverbium hinc fluxit intelligitur enim vicibus, aut aliquid ejuſmodi. Virg. Eccl. 3. *Alternis dicetis.* Idem 2. Georg. *Alternis facilis labor.* (Cicero viciſſim ſolet dicere.) [Als men by beurten arbeyd is 't gemakkelijk].

DE *Adverbio* AMPLIUS.

Cap. XVIII.

Amplius pro Plus.

1. Amplius ſæpè idem eſt quod Plus. Cic. 4. Verr. *Aliquantò amplius amplexus ſum, quàm &c.* Id. 3. Verr. *Facite quod vultis, daturus non ſum amplius.*

2. Accommodatur ad tempus ac numerum. Cic. pro Roſc. Am. *Amplius ſunt ſex menſes.* Idem 7. Verr. *Qui cùm amplius centum cives Romanos haberet ex conventu Syracuſano.* Id. 4. Verr. *Amplius quàm centum cives.* 6. Verr. *Hora amplius in demoliendo ſigno moliebatur.* Idem pro Flac. *Laodiceæ viginti pondo, paulo amplius.*

* Notanda hîc pueris duo ſunt; Primùm enallage, ponitur enim AMPLIUS pro plures. Amerb. ad XII. ep. Cic. 14. Linac. lib. II. p. 107. Deinde ellipſis particulæ quàm. Sic Cic. II. ad Att. 16. *Qui ager non amplius hominum quinque millia poteſt ſuſtinere.* i. e. non plures, quàm. Id. IV. Acad. p. 21. *Quid poteſt eſſe ſole majus, quem Mathematici amplius duodeviginti partibus confirmant majorem eſſe, quàm terram?* pro pluribus quàm.

Ampli-

Amplius pro Inſuper, aut Præterea.

3. Interdum declarat Inſuper aut Præterea. Cicer. ad Brut: ep:5. *Cui cùm eſſem aſſenſus, decrevi hoc amplius: ut &c.* Idem lib:9. epiſt:25. *Itaque obtemperare cogito præceptis tuis, hoc amplius, navicularum habere aliquid, &c.* Idem pro Mil. *Quid vultis amplius?* [Wat wilje meer?] Id: pro Planc. *Nihil dico amplius.* Idem 4. Verr: *At ego amplius dico. HS. cccc accepiſſe te arguo.* Huc ſpectant illa. Etiam hoc amplius, [Dit nog, dit nog daar toe]. Etiamne amplius? [Nog meer?]

De Adverbio AN.

CAP. XIX.

An, Anne, & An verò in principio.

1. AN, anne, & an verò, in principio, interrogationi ſerviunt, ac vim habent inſtandi, negandique vehementiùs. Cicer:1. Philip: *Anne cenſetis P. C. decretum fuiſſe ut parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur?* Idem in Piſ. *An poteſt ulla eſſe excuſatio?* Pro Balb: *Anne licebit fœderatis iſtuc, vobis non licebit?* Idem 3. Verr. *An verò dubitamus, quomodo iſte cæteros homines inferiore loco ſolitus ſit appellare, qui, &c.* Id. pro Cluen: *An verò illa ſua per ſe judicia reſcinderent, cùm cæteri ſoleant, &c.* 1. de Orat. *an verò tibi Romulus ille aut paſtores convenas congregaſſe, aut, &c. videtur?*

Admonitio.

Interrogatio non rectè fit per forſan, forſitan. & fortaſſe, ſed per an, aut an verò, aut aliquid ejuſmodi.

An, & Anne interrogationi ſubjectum.

2. An ſæpè interrogationi ſubjicitur pro aut Cic: 2. Phil: *init. Quid putem? contemtumne me? Non video, &c. an in ſenatu facilè de me detrahi poſſe credidit? qui, &c. an decertare mecum voluit?* Id:4. Verr. *poſtulo mihi reſpondeat, qui ſit iſte Verrutius mercator, an arator, an pecuarius.* Idem 2. Acad. *Cum interrogetur, tria pauca ſint, anne multa.*

An, & Anne dubitationi ſerviens.

3. Interdum dubitationi ſervit. Cicer: de Sen. *Quam orationem in ſuas origines retulit, paucis antequam mortuus eſt, an diebus, an menſibus.* [Ik weet niet of 't weynig dagen, of weynigh Maanden is voor dat hy geſtorven is]. Idem Att: lib:1. ep:2. *Nos hic te ad menſem Januarium expetamus, ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios miſſis?* Idem 2. Acad. *Non internoſcat vera illa viſa ſint, anne falſa?* Idem pro Leg. Man. *Quo mihi indignius videtur, obtrectatum eſſe Sabino dicam? Anne Pompejo? An utrique?* [Ik weet niet of ik Sabinus ſal ſeggen of Pompeius of beyde]. Huc pertinent illa, ubi Utrum aut aliquid ejuſmodi, aut ponitur in oratione, aut intelligitur. Cic: in Orat: *In quo quæſitum eſt, in toto ne circuitu illo orationis, an in principiis ſolùm, an extremis, an in utraque parte numerus tenendus ſit?* Idem lib. 8. de Orat. *Refert etiam qui audiant: Senatus an populus, an judices frequentes, an pauci, an ſinguli.*

Admonitio.

4. In Interrogationibus, & Dubitationibus pro Aut, an, reponendum eſt, niſi fortè ſententia aliud poſtulet, nimirum quia non interrogatio, aut dubitatio ſpectatur, ſed rerum disjunctio. Cicer. 1. de Fin. *An ille tempus aut in Poëtis volutandis, aut in Muſicis confereret.* Idem 1. de Orat. *At verò tibi Romulus ille aut paſtores convenas congregaſſe, aut Sabinorum connubia conjunxiſſe, aut finitimorum vim repreſſiſſe eloquentia videtur?*

De Præpoſitione & Adverbio ANTE.

CAP. XX.

1. ANte, Præpoſitio eſt, quoties caſum regit, ac ſæpè ad locum, perſonam, tempus accommodatur. Cic. pro Mil *Clodius ante ſuum fundum Miloni inſidias collocavit?* Id. 6. Verr. *Ante hoſce Deos erant tabulæ.* Id. 2.

Verr. *Cauſam intereà ante eum diem dicerit.* It. illa: ante urbem conditam, & alia ejuſmodi. Interdum perſonæ additum, deſignat etiam tempus. Cic. 3. Verr. *Minutius mortuus eſt ante iſtum prætorem.* [Hy is geſtorven eer deſe Schepe wierd]. Id. Acad. 1. *Omnes ante eum Philoſophi.* [Alle de wijsgeeren, die voor hem geleeft hebben].

P. * ANTE pro præ, in comparationibus adhibetur. Cic. 8. ad Att: *quem ante me diligo*, i. e. magis quàm me. Virg: III. Æn: v 321. *felix ante alias virgo.* i. e. magis quàm aliæ. Hoc ſenſu quoties comparativo aut Superlativo jungitur, abundare videtur, id quod ex reſolutione patet. Virg: I. Æn: *ante alios immanior* (VII. Æn: *pulcherrimus) omnes.* Linac. lib. V. p: 345.

* Similiter abundat (ſed tanquam adverbium) poſt verba compoſita à præ. Terent. And: Act: 1. ſc: 5. *nonne oportuit præſciſſe me antè?* Linac. lib: VI. p: 476.

* Deeſt autem in his formulis: tertio Calendas, Nonas, vel Idus: pro tertio ante Calendas &c. Linac. ibid. pag: 414.

P. * ANTE diem tertium Nonas, & ſimilia quaſi per ἀναστροφὴν dicuntur pro: tertio die ante Nonas, ex veteri formulâ. Quæ compendio ſic ſcriberetur, A. D. ignari uno vocabulo Ad legendum putaverunt. Vid: Schott: V. Obſerv: 31.

2. Ante adverbium eſt, cùm nullum caſum regit, cui opponitur poſt. Cicer: 2. de Fin. *Ut qui Philoſophi eſſe volunt, aſoti ante fiant.* Id: 1. Tuſc: *& paucis antè diebus, cum poſſet, è cuſtodia educi noluit.*

Admonitio.

3. Cùm dicimus, Paucis ante diebus, annis, menſibus, ſextus ille caſus non ab Ante regitur, ſed eſt ablativus temporis: perinde ac ſi diceretur: paucis diebus, vel menſibus, vel annis ante.

D. ANTE interdum ſequenti dictioni per συνθεσιν coaleſcit, Schott: II. Obſ: 42. Virg: I. Æn: verſ. 202. *neque enim ignari ſumus ante malorum.* Græci beneficio articuli ſignificantiùs: τῶν ἔμπροσθεν κακῶν. Taubm. ad Plaut p: 1143. Reſolvi poteſt per antimeriam, ut ante mala, ſint præterita. Conſimiliter ANTEA & POSTEA reperitur apud Florum lib. II: 6. *Duo omnium & anteà & poſteà Ducum maximi.*

De Adverbio ANTEQUAM.

CAP. XXI.

1. Antequam aliàs cum conjunctivo, aliàs cum indicativo modo copulatur. Cic: 1. Phil: *Antequam de Rep. P. C. dicam ea, quæ &c.* Idem 4. Verr. *Antequam de Siciliæ incommodis dico.*

2. Interdum Antequam pluribus verbis interjectis diſtrahitur. Cic. pro Rab. Poët. *Qua cauſa antè mortua eſt, quàm tu natus eſſes.*

De Adverb. ANTEA & ANTEHAC.

CAP. XXII.

1. Antea dictum quaſi ante ea, cui poſtea opponitur. Cic. lib. 1. epiſt. 9. *Appius in ſermonibus antea dictitabat, poſtea etiam dixit in Senatu.*

2. Antehac, eſt ante hoc tempus, cui contrarium eſt poſthac & nunc. Cicer. lib. 12. epiſt: 23. *Atque ante hac quidem ſperare ſaltem licebat, nunc etiam illud ereptum eſt.*

De Conjunctionibus, AST. & AT.

CAP. XXIII.

1. Aſt pro Sed rarum eſt apud oratores, non tamen inuſitatum. Cicer: Att: lib: 1. epiſt: 12. *Crebras à nobis litteras expecta; aſt plures etiam ipſe mittito.*

2. At, multiplices & egregios uſus habet. Fermè enim adverſatur. Cic: 1. Phil: *Miſi, qui hoc diceret pro familiaritate. At ille vobis audientibus, &c.* Idem 2. Phil: *At ego non nego, teque in iſto ipſo convinco &c.* Dixerat enim ſe negare poſſe, [Ik ontken het nochtans niet].

AT in Principiis continuat orationem.

3. AT in principiis ſæpè continuat orationem. Cicer. pro Do. *At videte hominis audaciam.* Idem 3. Verr: *At quemadmodum ſe induit priore actione?* Idem 1. Phil: *At quæ eſt iſta tertia Decuria?* Id: 4. Verr: *At quemadmodum venerunt?* [Maar hoe ſijn zy gekomen].

AT in principio ſervit Anteoccupationi.

4. Aliàs ſervit Anteoccupationi. Cicer: 2. Phil: *At ego ſuaſi, ſcilicet is animus erat Milonis, ut ſine ſuaſore prodeſſe Reip: non poſſet.* Id: ibi: *At lætatus ſum. Quid ergo? In tanta lætitia cunctæ civitatis, me unum triſtem eſſe oportebat?* Id: 4. Verr: in extr. *At mores commodi, quis contumacior? At hæc ſine cujuſquam malo, quis acerbior?*

AT exſecrantis.

5. Non rarò exſecrantis. Ter: *At te Dii Deæque perdant.* Virg: 2. Æn:
At tibi pro ſcelere (exclamat) pro talibus auſis;
Dii, ſi qua eſt cœlo pietas.

AT, in medio ſervit ſubjectioni.

6. AT in medio ſæpè ſervit ſubjectioni. Cic: 3. Verr: *Quid ita? Ne vitioſum fieret opus? at erat probatio tua, ne parum locuples eſſet? at erat, & eſſet amplius, ſi velles.* Idem Orat. *Domus tibi deerat? At habebas: Pecunia ſuperabat? At egebas.*

AT ſervit Amplificationi.

7. Nonnunquam amplificationi. Cicer: pro Mil: *Itaque antevertit, at quo die?* Id: pro Cluen: *Una oppugnat mater; at quæ mater?* [Maar wat voor een Moeder?] Id: lib. 7. ep: 20. *habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem, at quem virum?* [Maar wat voor een Man].

At, in exclamatione, & imploratione.

8. Aliàs exclamationi, & implorationi. Cic: in Verr. *At, per deos immortales, quid eſt quod de hoc homine dici poſſit?*

At, pro ſaltem.

9. Interdum uſurpatur pro Saltem. Cicer: pro Flac: *Si non propinquitatis, at ætatis ſuæ: Si non hominis, at humanitatis rationem haberet.* Idem pro Milone. *Si mihi Republica bona frui non licebit, at carebo malâ.* Idem pro Do. *Eſſes omnia, ſi minus re, at verbis conſecutus.* [Gy zout verkregen hebben alles, ſoo niet met der daad, ten minſte met woorden].

DE AT VERO, & AT ENIM.

CAP. XXIV.

1. AT verò plerumque adverſatur, & uſurpatur initio ambitus. Cic: 1. de Nat: Deor: *At verò aut honoribus aucta, aut re familiari.* Idem pro Marc: *At verò hæc tua juſtitia floreſcet indies magis.*

2. AT enim in Anteoccupationibus frequens eſt. Cic: 2. Phil: *At enim te in diſciplinam meam tradideras, næ tu ſi id feciſſes, &c.* [Maar je mogt ſeggen, dat gy &c]. Idem pro leg: Man: *At enim vir clariſſimus Reipubl: & veſtris beneficiis ampliſſimis affectus, Q. Catullus, itemque &c. diſſentiunt.* [Maar yemant mogt ſeggen &c. Idem ibid: *At enim, nihil novi fiat contra exempla, atque inſtituta majorum.* [Maar yemant mogt ſeggen, laat'er niet nieuws &c.]

De ATTAMEN, & AT ETIAM.

CAP. XXV.

1. ATtamen (ἀλλ' μὴν ἀλλὰ) idem ferè, quod Tamen, Cic: 3. de Fin: *Sed quanquam negent nec virtutes, nec vitia creſcere: attamen utrumque eorum fundi quodammodo, & quaſi dilatari putant.* Id: 6. Verr: *Attamen ut poſſit dicere ſe emiſſe,* [Nochtans niet te min op dat hy mag ſeggen, &c].

P. * ATTAMEN Per tmeſin disjunctum: Cic: de ſeneſt. *At moroſitas tamen.*

At etiam, (εἶτα) indignationi ſervit, & irriſioni rerum diſſentanearum. Cic: 1. de Fin. *At*

etiam de ſanctitate, de pietate, adverſus Deos ſcripſit Epicurus. Idem ibid. *At etiam inſcribi juſſit in Faſtis.* [Maar wat wil dat ſeggen dat hy dat heeft laten ſchryven in de Tijdt regiſters].

De Conjunctione ATQUI.

Cap. XXVI.

1. Atqui [καί τοι] ſæpè continuat orationem, non ſecus quàm Atque etiam, ſed vi quâdam majore. Cic. pro Mil. *Atqui, ſi tempus eſt ullum jure hominis necandi, quæ multa ſunt, certè illud eſt*; [En zo 'er ook ooyt een tijd is om yemand met regt te dooden, &c.] Ibidem. *Atqui erat id temporis clariſſimus & fortiſſimus Conſul inimicus Clodio.*

Atqui, pro At verò.

2. Nonnunquam adverſatur, ſimiliter ut At verò. Cic. 2. Agr. *Atqui ego à primo capite legis uſque ad extremum reperio Quirites &c.* [Dog ik vind &c].

Atqui pro, & tamen.

3. Interdum declarat & tamen. Cic. 3. Verr. *Atqui in his rebus multa videmus ita ſancita eſſe legibus, ut &c.* Id. pro Sext. *Atqui ne ex eo quidem tempore id egit Sextius.* [En nogtans niet van die tijd af &c]. καί τοι.

De Conjunctione AUTEM. Δὲ.

Cap. XXVII.

1. Conjunctio Autem, ſæpè quidem idem eſt quod ſed, verùm plerumque continuat orationem, nec tàm ſignificat Sed, quàm Et. Nihil opus exemplis, quæ paſſim occurrunt: ſatis eſt monuiſſe.

Autem cum interrogatione.

2. Verùm, cùm interrogatio ſubjicitur, ſervit correctioni. Cic. pro Rab: Poſth. *Num quis teſtis Poſthumum appellavit? Teſtis autem?* [Wat ſeg ik een getuyge?] Id. Att: *Sed ferendus tibi in hoc meus error, ferendus autem? Immò verò etiam adjuvandus.* Id. 1. Att: *Curare quid in Rep. fiat, fiat autem? Immò verò, quid etiam futurum ſit.* [Wat ſeg ik van geſchieden? Ja reets wat 'er gebeuren ſal].

* AUTEM eleganter omittitur poſt negativam. Cicer. de Sen. *Hæc morum vitia ſunt, non ſenectutis.* Item, cùm idem verbum repetitur, ſed tamen cum aliqua contrarietate. Quintil. Decl: 17. *pro patre mori poſſum, coram patre non poſſum*, Linac. lib: VI. p: 424. Valla. II. Eleg. 24.

De Adverbio BENE & BELLE.

Cap. XXVIII.

1. Bene præter vulgarem uſum, ſæpè auget, & pro Valdè ponitur. Cic. Att. lib. 4. *Benè manè dedi literas.* [Seer vroeg]. Idem 2. de Orat. *Benè ante lucem.* [Lang voor den dag]. Idem 2. Catil. *Quos aut imberbes, aut benè barbatos videtis.* [Of wel of ſterk gebaart ſien]. Idem 2. Agr. *Adoleſcens non minus benè nummatus, quàm benè capillatus.*

2. Item illa apud Ciceronem, alioſve bonos authores, Benè doctus, benè peritus, benè iratus: Oratio benè longa, benè magna caterva; ſermo benè longus: benè longinquus dolor. Rurſus, Benè maturum, benè firmum, aliaque ejuſmodi.

3. Bellè, à Benè imminutum eſt: ut ſit Satis benè. Verùm ſæpè magis accedit ad Venuſtè atque continuè, quàm ad Benè. Cicer. 3. de Orat. *Benè & præclarè: quamvis nobis ſæpè dicatur: belle & feſtivè, nimium ſæpè nolo.* Idem ad Q. Fr. lib: 3. *Aqua non longè à Villa bellè ſanè fluens.* Idem Att. lib 1. *Hermathena tua poſita ita bellè eſt, ut &c.* [Vermakelijk en cierlijk].

3. Non rarò tamen pro commodè uſurpatur: quia commodè eſt ſatis benè. Cicer. Attic: 7. *Bellè nobis flavit Auſter.* Idem Att. lib. 4. epiſt. 16. *Ergò huc quomodo fers? Belle hercule: & in eo valdè me amo.* Idem lib. 2. de Div. *Hæc non tam*

tam admirabilia ſunt, quàm confecta bellè. Id lib. 5. de Fin. *Mihi quidem Antiochum quem audis ſatis bellè videris attendere.* [Wel ter degen. net genoeg.] Item illa ſatis trita; bellè cecidit, bellè habere: minus bellè habere. Rurſus illa: bellè facere, bellè negare, belliſſimè ſcribere, belliſſimè navigare.

De *Adverbio* BREVI.

CAP. XXIX.

1. BRevi adverbium ex eo factum videtur, quod intelligitur. Tempore aut Oratione. Duplex inde ejus ſignificatio, uſuſque manavit, interdum enim Brevi tempore declarat. Cic. Attic. lib. 8. *Cum majores brevi habiturus ſit.* [In't kort, binnen weynig tijd]. Plaut. Ruden. *Eum brevi fieri divitem*, Liv. lib. 22. *Deinde brevi effecit.*

2. Sæpè verò pro breviter ac paucis uſurpatur. Cic: 1. de Orat. *Nunc complectar, quod propoſui brevi*, [Kortelijk met weynig woorden], Id. de Sen. *Brevi expediam.* item illa, explicabo brevi, Brevi reſpondebo, Dicam brevi, brevi ſic habeto.

* BREVISSIME, pro, brevi admodum tempore. Plin. lib. VI. Epiſt. 33. *quam* (orationem) *licet ſi magna, non deſpero gratiam breviſſimè impetraturam.* Buchner. ib.

De *Adverbio* CÆTERUM & CÆTEROQUI.

CAP. XXX.

1. CÆterum adverbium, propriè eſt de cætero: de reliquo. [Wat het overige belangt. voor de reſt]. Cic. ad Q. l. 2. ep. 15. *Ego in Cumano, & in Pompejano, præter quam quod ſine te, cæterum ſatis commodè me oblectabam.* [Ik heb my, uytgenome dat gy'er niet by waart, voor de reſt playſierig genoeg verluſtigd.]

2. Uſurpatur ab Hiſtoricis paſſim pro Sed: Interdum etiam ab Oratoribus.

3. Cætera pro cæterum non Poëticum ſolùm, ſed etiam Hiſtoricum eſt. Horat. lib. I. epiſt. 10. *Excepto quod non ſolùm eſſes, cætera latus.* Virg. 9. Æn. *Cætera parce puer bello.* Liv. l. 1. *Ergò virum cætera egregium ſecuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio eſt.* Idem lib. 21. *Miſſile telam haſtili oblongo, cætera tereti.*

Admonitio.

Orator pro cætera cæterùm dicit, aut cæteroqui.

CÆTEROQUI.

4. Cæteroqui, aut cæteroquin, eandem originem ac vim habet. Cic. lib. 9 epiſt. *Ego cæteroqui æquo animo fero.*

5. Interdum pro Alioquin poni videtur. Cic. lib. I. de Natur. Deo. de Simonide. *Non enim Poëta ſolùm ſuavis, verùm etiam cæteroqui doctus, ſapienſque traditur.* Idem Att. lib. 14. ep. 16. *O loca cæteroquin valde expetenda: Interpellantium autem multitudine pænè fugienda.* Idem in Orat. *Quem niſi quod ſolum, cæteroquin quidam rectè vocant Atticum.*

De *Adverbio* CEDO.

CAP. XXXI.

Cedo pro Da.

1. CEdo ſæpè declarat Da. Plaut. Amph. *Cedo mihi pateram.* Id. Cap. *Cedo manum*, [Geev u hand ſteekt u hand uyt]. Id. Moſt. *Cedo aquam manibus.* [Geev water tot de handen]. Cic. 7. Verr. *Cedo tabulas.* 3. Verr. *Cedo mihi ipſius Verris teſtimonium, recita.* [Geev hier dat getuygnis].

Cedo, pro Dic.

2. Aliàs uſurpatur pro dic. Terent Eun. *Quid factum eſt? Cedo.* [Seg op. ſpreek op]. Cic. lib. 1. de Div. *Cedo tandem, qui ſit ordo, aut quæ concurſatio ſomniorum*, Id. 7. Verr. *Unum cedo authorem tui facti.* Id. 5. Verr. *Cedo unum ex triennio Præturæ, quæ, &c.* [Noemter my eens een].

P. * CEDO quandoque ab Veteribus etiam ad plures referebatur. Cic. de ſeneſt. *Cedò qui veſtram Rempublicam tantam amiſiſtis, tàm citò?* Hadr. Cardin. & Schorus in phraſ.

De Adverbio CERTE.

Cap. XXXII.

1. CErtè propriè eſt ſine dubio. Plaut. Trinum. *Certè is eſt.* Cic. lib. 2. Epiſt: *Si me tanti facis, quanti certè facis.* [Soo gy my ſoo veel agt, als gy my, inder waarheyd agt].

Certè concedentis.

2. Interdum conceſſioni ſervit. Cic: in Orat: *Ad dignitatem docere non habet: certè, ſi quaſi in ludo.* ['T is waar; ſoo als men in de School doet]. Idem 1. de fin. *Naturales divitias dixit parabiles eſſe, quod parvo eſſet natura contenta: certè, niſi voluntatem tanti æſtimaretis.* ['T is ook ſoo, ſoo gyl: de welluſt maar ſoo hoog niet agtede].

Certè pro ſaltem.

3. Quoties antecedit fortaſſe, ſi non, aut aliud quippiam, quod dubitationem contineat, certè pro ſaltem ponitur eleganter: nimirum, quia id quod ſubjicitur, tanquam dubio certum opponitur. Cic: 4. de Fin. *Res enim fortaſſe veræ, certè graves.* [Die dingen ſijn mogelijk waar, ten minſten, gewigtig]. Id. lib. epiſt. *Victi ſumus igitur, aut ſi vinci dignitas non poteſt, certè fracti atque abjecti.* Idem 4. Phil: *hoc inſperatum omnibus conſilium, incognitum certè cepit.* Idem 1. Tuſc: *homines mortem optare incipiant, vel certè timere deſinant.* Idem l: 4. de Fin. *Totum genus hoc & Zeno, & ab eo qui ſunt, aut non potuerunt, aut noluerunt, certè reliquerunt.*

Certè quidem, & quidem certè.

4. Quidem certè, & certè quidem, certè aliquid deſignant. Sed certè quidem in principio ponitur; quidem certè ſubjicitur. Cic: 1. Tuſc. *Ubi eſt animus, certè quidem in te eſt.* [Se is wel wis en ſeker in u]. Idem de Prov. Conſ. *Quam ſapienter non diſputo: Conſtanter & fortiter quidem certè.* ['T is wis ende ontwyfelijk ſtandvaſtig en dapper].

DE Adverbio CITIUS.

Cap. XXXIII.

Citius, pro Potius.

1. CItiùs, ut à vulgata ſignificatione diſcedamus, interdum uſurpatur pro potiùs Cic: Phil. *Citius dixerim, jactaſſe ſe aliquos ut &c. quàm &c.* [ik wil veel eer, of, veel liever ſeggen]. Idem in Brut. *Eam citiùs veteratoriam, quàm oratoriam dixeris.*

Citius pro priùs.

2. Aliàs pro priùs. Cic. Verr: *Vox me citius defecerit, quàm nomina.* Id. lib. 5. ep. 6. *Citiuſque amore tui fratrum tuum odiſſe deſinam, quàm illius odio quicquam de benevolentia noſtra detrahàtur.*

De Præpoſitione CIRCA, & CIRCITER.

Cap. XXXIV.

1. PRæpoſitio circa idem eſt quod circum, & ad locum, aut perſonam fermè refertur. Cic: 2. Agr. *Cùm Rullus Capuam, & urbes circa Capuam, occuparit.* [Ronds om Capua]. Idem 3. Verr. *Multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis, quos circa ſe haberet.*

2. Circiter idem pænè ſignificat, ſed ad tempus, aut numerum accommodatur. Plaut: Moſt. *Redito hoc circiter meridiem.* Cic: Att: lib. 2. *Nos circiter Calendas, aut in Formiano erimus, aut in Pompejano,* Cæſ: lib: l. de bell. Gall. *Ita dies circiter viginti quinque iter fecerunt.* Liv: lib. 18. *Cum decem circiter millia paſſuum ab hoſte abeſſent.* [Als ſy, om en by twintig mijlen &c].

Admonitio.

3. Ergò quoties tempus; aut numerus ſignificatur, circiter, non circa, ab elegantibus ſcriptoribus dici ſolet.

† Circà pro de. Cicer. IX. epiſt. 5. *intellexi pergratam tibi eſſe ſententiam meam, & animum meum*

meum circa curam valetudinis tuæ.] Amerpach. ibid.

P. * Circa abſolutè, atque adeò adverbialiter. Liv. lib. 31. *Hoſtes ex hauſto circà omni agro ad ultimum inopiæ venturos ſciebat.* [Van Rontsom].

De Præpoſitione CITRA.

CAP. XXXV.

1. Citra Præpoſitio, contrarium habet Ultra. Cæſ. l: 6. de bell. Gal. *Qui ſunt citra Rhenum.* [Aan dees zijde van den Rhijn]. Cic: lib: 16. ep: 4. *Is locus eſt citra Leucadem ſtadia cxx.* Idem 6. Phil. *Ut exercitum citra flumen Rubiconem educeret.*

Citra pro Intra, vel Sine.

2. Citra per tranſlationem declarat interdum, Intra, vel, Sine. Colum. lib. 7. c. 6. *Citra ſatietatem, data glans*, id eſt, intra ſatietatem, ita ut ne ſatientur. Celſ: lib. 1. cap: 2. *exercitationis plerumque finis debet eſſe ſudor, aut certè laſſitudo, quæ citra fatigationem ſit.* [Men moet ſig wel bewegen dat men ſweet, ſelfs ook dat men een weynig moede maar niet dat men gants afgemat worde]. Pl. l. 3. *Citra faſtidium nominare*, id eſt, ſine faſtidio. Id. lib: 11. *citra perniciem*, lib: 7. *citra invidiam.*

De Adverbio COMMODUM.

CAP. XXXVI.

1. Commodùm, adverbium pro commodè, ſive opportunè, uſurpari ſolet. Plaut: Merc. *Si iſthac ibis, commodum obviam venies Patri.* [Soo ſult gy mijn Vader juyſt van pas tegen komen].

Commodum, Cum.

2. Sæpè aſſumit Cùm. Cic: Attic: lib. 13. ep: 30. *commodùm ad te miſeram Demeam, cùm Eros ad me venit.* [Ik had Demea juyſt ſoo even tot u geſonden]. Idem Att. lib. 10. *Commodûm ad te dederam literas de pluribus rebus, cùm ad me benè manè Dionyſius fuit.* Idem Att. lib. 13. *Commodùm diſceſſurus heri, cùm Trebatius ad me venit.*

De Adverbio CONTINUO & CONTINENTER.

CAP. XXXVII.

1. Continuò, idem eſt quod, Statim. [aanſtonds, op ſtaande voet, terſtond]. Cic. pro Quint. *Ignis in aquam conjectus continuò extinguitur.* Ter: Heaut: *Continuo hîc adero.* Id: Eun: *Hos prius introducam &c. poſtea continuo exeo.* Subito, Cicer: Acad: 1. *Deinde abſens factus Ædilis, continuò Prætor, poſt &c.*

Non continuò, pro non ideò.

2. Sæpè non continuò uſurpatur pro non ideò. Cicer. pro Roſc. Am. *Non continuò ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſic arius.* Idem 2. de Orat: *At ſi illæ ſeditiones ſaluti huic Civitati fuiſſent: non continuò ſi quis motus populi factus eſſet, id &c.* [Daarom niet, daar uyt volgt juyſt niet dan].

3. CONTINENTER eſt ſine intermiſſione. Cic: 1. de Nat: Deo. *Quomodo enim probas continenter imagines fieri?* [Sonder ophouden]. Cæſ: lib: 1. de bel: Civ: *Cùm hoc eſſet modo pugnatum continenter horas quinque.* Id: lib: 1. de bel: Gal: *Belgæ cum Germanis continenter bellum gerunt*, id eſt, aſſiduè.

Admonitio.

4. Continuè adverbium pro aſſiduè barbarum eſt.

De Adverbio CONTRA.

CAP. XXXVIII.

1. Contra adverbium ſæpè eſt, quia ſine caſu ponitur. Cic. lib. 13. epiſt. 18. *Utrumque contra*

contra accidit. ['T is alle bey, regt anders].

Contra pro E contra, ut multi loquuntur.

2. Contra ſæpè uſurpatur pro è contra. Cic. 5. Tuſ. *uti hi miſeri, ſic contra illi beati.* [Gelijk deſe rampſalig zijn, ſoo ſijn ſy daar en tegen gelukſalig]. Idem de Amic. *Peccaſſe enim ſe, non anguntur: objurgari moleſtè ferunt: quod contra oportebat, delicto dolore, objurgatione gaudere.* Id. 2. Acad. *Ut aliæ probabiles videantur, aliæ contra.*

* Plinius adhuc contrà ea dixit Cornel. Nepos eodem ſenſu, ut in fine Canon. *Nonnulli cum ad Regem abductum, ibique periſſe, ſcriptum reliquerunt. Contrà ea Dinon Hiſtoricus effugiſſe ſcripſit.* Vid. Ind. Bœcl. & Gebh. ad præf. qui nec Cæſari inuſitatum hunc loquendi modum oſtendit.

Contra ac, contra atque, Contra quam.

Contra jungitur cum AC, ATQUE, QUAM. Cic. pro Balb. *Si denique aliquid, quod non contrà ac liceret, factum diceretur, ſed contra atque oporteret.* [Sooder eynd'lijk yets was 't geen geſegt mogt worden juyſt niet gedaan te zijn, tegen 't geoorlofde maar tegen 't geen betaamlijk was]. Id. pro Cluen. *De veſtro jure ac religione contra quàm propoſueram, diſputabo.* [Heel anders als ick voorgenomen had].

De conjunctione CUM.

Cap. XXXIX.

Cùm, junctum tempori.

1. CUm, ſæpè tempori adhibetur. Cic. lib. 13. ep. 3 *ſeu profectò fuiſſe quoddam tempus, cùm homines exiſtimarent.* Id. lib. 15. epiſt. 14. *Multi enim anni ſunt, cùm ille in ære meo eſt.* id. pro Cluen. *Dies nondum decem interceſſerant, cùm ille alter filius necatur.* id. lib. 3. epiſt. 3. *Utinam diem illam videam, cum tibi gratias agam.* id. pro Planc. *Nunquam oblivîſcar noctis illius, cùm tibi vigilanti pollicebar.*

* Cùm pro Et. Linac. lib. II. p. 115. Virg. l. 5. *Vix hæc ediderat; cùm effuſis imbribus atra Tempeſtas ſine fine fuerit.* Poſſis & cum Bœcl. in Ind. Nep. elegantem hic hujus particulę transpoſitionem agnoſcere, atque exponere in hunc modum: cùm hæc vix edidiſſet, tempeſtas &c. Lege commodùm cùm, & jam cùm.

— *Cùm pro Etſi.*

2. Interdum, cùm deſignat Etſi. Cicer. l. 1. epiſt. 2. *Cui cùm Cato, & Caninius interceſſiſſent: tamen eſt perſcripta.* [Waar tegen, ſchoon ſig Cato en Caninius gekant hebben, is 't egter beſchreven]. Idem lib. 1. epiſt. 8. *Cum plus etiam contenderimus, quàm poſſumus: minus tamen faciemus, quàm debemus.*

Cum & tum. Tum etiam. Tum verò etiam.

3. Cum & tum ferè uſurpantur, cùm duo inter ſe ita comparantur, ut poſterius priori anteponatur: Significant autem idem, quod, Non ſolùm, ſed etiam Cic. lib. 4 epiſtol. 13. *Cum cæteris, ut quidem videor, tum mihi ipſe diſpliceo.* [Ik mishaag, ſoo 't ſchijnt, niet alleen andere luyden, maar inſonderheyt ook my ſelfs]. Attamen poſt tum ponitur interdum Verò, aliàs Etiam. Cicer. ad Q. F. lib. 1. *Quæ cum abhorrent à literis, & ab humanitate, tùm verò contraria ſunt imperio, & dignitati.* [Nevens dien, daaren boven, inſonderheyd ook]. Id. lib. 3. epiſt. 13. *Ut ego perſpicio cum mea conjectura, tum etiam tua.* [Niet alleen na mijn, maar voornamentlijk ook na u giſſing]. Idem ad Q. Fr. lib. 1. epiſt. 1. *Hallienus autem noſter cum animo, & benevolentia, tum verò etiam imitatione vivendi.*

Cum, tum maximè, tum præcipuè, tum inprimis, tum vel maximè.

4. Ut vehementius id, quod ſecundo loco ponitur, affirmetur: poſt Tum, adhibetur maximè aut præcipuè, aut inprimis, aut vel maximè. Cicer. I. Offic. *Luxuria verò cùm omni ætati turpis, tum maximè ſenectuti fœdiſſima eſt.* [De brood dronkenheyd, of ſy ſchoon, alle ſoort van jaren ſchandlijk is, is ſy nogtans allerſchandlijkſt voor de hoogbejaarden]. Id. lib. 15. ep. 6.

ep. 6. *Solicitum eſſe te cum de tuis communibus fortunis, tum maximè de dolore meo ſentio.* Idem ad Q. Fr. lib. 1. epiſt. 1. *Servos cum omnibus in locis, tum præcipuè in provinciis regere debemus.* Idem ad lib. 1. ep. 8. *Lentulum noſtrum cum cæteris artibus, tum inprimis imitatione tui ſac erudias.* [Ook in andere kunſtig, maar wel inſonderheyd in &c.] Idem lib. 11. epiſt. 22. *Hoc ego cum Reip. cauſa cenſui, tum inprimis retinendæ dignitatis tuæ.* Idem pro Flac. *Cum alia multa certi homines, tum hoc vel maximè moliuntur.*

Cum tum Tum.

5. Interdum quia plura inter ſe comparantur tum iteratur, ſed quod cæteris antefertur, poſtremo loco collocatur. Cic. lib. 9. epiſt. 13. *Velimque per te hoc muneris cum ipſis amicis hominibus, tum municipi Caleno, &c. tum Leptæ, quem omnibus antepono.*

Cum & tum diverſis verbis ejuſdem, aliàs diverſi modi copulata.

6. Cum, & tum, diverſis ſæpè verbis ejuſdem modi copulantur. Cic. lib. 16. ep. 6. *Cum tua & mea valdè intereſt te valere, tum multis eſt curæ.* Idem 2. ep 8. *Cum gratulor, tum verò quibus verbis tibi gratias agam, non reperio.*

7. Interdum modus variatur. Cic. de Arreſp. *Sic enim ſentio, jus legatorum cum hominum præſidio munitum ſit, tum etiam divino jure eſſe vallatum.* Idem Att. *Hoc cum antea intelligerem, tum verò proximè judicavi.*

Cum & tum ad tempus futurum relata.

8. Cum & tum, tempus futurum nonnunquam deſignant. Cic. lib. 16. epiſt. 11. *Si valebis, cum rectè navigari poterit, tum naviges.* Id. lib. 14. epiſt: 13. *Cum inimici noſtri venire dicentur, tum in Epirum ibo:* [Als men ſal ſeggen dat onſe vyanden komen, dan (en niet eerder) ſal ik &c.]

Interdum additur denique majoris explicationis gratia. Cic. pro Quinct. *Apud judicem cauſam priore loco dicat, & eam cum perorarit, tum denique vocem accuſatoris audiat.*

Cum jam, vel Jam tum, relata ad tempus præteritum.

9. Cum jam, vel Jam tum ad tempus præteritum referuntur. Cicer. lib: 10. epiſt: 10. *Cum hæc legeres, jam decretum arbitrabar fore.* Id. lib: 15: ep. 13. *Cum hæc ſcriberem, jam tum exiſtimabam orationem ad te eſſe perlatam.* [Toen ik dit ſchreef, dagt ik dat mijn redenvoering toen reets u ter hand geſteld was].

De Adverbio Cur.

Cap. XL.

1. Cur ſæpè cum cauſa conjungitur. Cic. pro Roſ. Com. *Non fuit cauſa, cur tantum laborem caperes.* Id. pro Roſc. Amer. *Quod ſi tibi nulla cauſa eſt, cur hunc miſerum tanta calamitate affici velis,* [By aldien gy geen reden hebt waarom gy &c.] Id. pro Cluent. *Quæ eſt cauſa, cur hoc velis.* Idem pro Flac. *Quid eſt cauſa, cur non pertimeſcat?* [Wat 's de rede waarom hy niet verlegen is].

2. Aliàs cauſa non exprimitur, ſed intelligitur. Cicer. pro Cœl *Quid eſt Q. Naſo cur tu in iſto loco ſedeas?* [Wat reden hebt gy, dat gy hier ſit].

De Præpoſitione DE.

Cap. XLI.

De pro A, vel Ex ad perſonam relatum.

1. De pro ex, ſæpe ad perſonam accommodatur. Cic. pro Corn. Bal. *Audivi hoc de parente meo.* [Sulks heb ik uyt mijn Vader gehoort]. Idem ad Att. lib: 1. *Meſſala Conſul de Pompejo quæſivit, quid de religione ſentiret.* [Hy had aan Pompejus gevraagt]. Idem pro Flac. *Fundum Cymæum Romæ mercatus eſt de Pupillo Meculonio.*

De, ad locum.

2. Aliàs refertur ad locum. Ter. And. *Clamat de via.* [Sy roept over ſtraat]. Cic. de Orat.

Non enim declamatorem de ludo aut rabulam de foro quærimus. Idem 2. de Orat. *Hominem audietis de ſchola.* Idem 4. Verr: *Palam de ſella ac tribunali pronunciat.* Idem Att. lib. 1. *De Phaſelo epiſtolam dedi.*

Item illa vulgata: Exire de navi. De Siciliâ abire. De Provincia decedere.

De, ad tempus.

3. Interdum ad tempus Cic. pro Mil. *in Comitium de nocte venit.* [By nagt, 's nagts]. Idem pro Mur. *Vigilas tu de nocte, ut tuis conſultoribus reſpondeas.* Idem ad Q. Fr. l. 2. ep. 5. *Ut conſideratè diligenterque naviges de menſe Decembri.* Cæſ. lib. 1. de bell. Gal. *Cum de tertia vigilia Petrejus & Afranius caſtra moviſſent.* [Sy ſijn met het Leger in de derde nagtwake opgebroken].

De, ad gentem, gradum, conditionem, multitudinem.

4. Perſæpè accommodatur ad gentem, gradum, conditionem, multitudinem aliquam. Cic. pro Flac. *Si quis nunquam de noſtris hominibus fuit?* [Onder van, uyt de onſen]. Idem de opt. g. or. *Ut habeat Orator, non ſanè de minoribus.* Id. in Brut. *Is accuſator de plebe fuit.* [Een van 't gemeene volkje]. Idem pro Mil. *Unus de illis.* Item illa, Unus de multis, Unus de ſeptem, Unus de populo.

De, ad materiam.

5. Non raro ad materiam. Cic. Att. lib. 13. *De eodem oleo & opera ſcripſi ad te.* Idem lib. 2. de Orat. *Cujuſmodi artificium ipſo de jure civili Craſſus componi poſſe dicebat.* [Uyt, na 't volgens 't Borgerlijk Regt].

6. Huc ſpectant illa. Cic. Parad. *Cæteri multa de ſuis rebus exportabant.* [Sy droegen veel van haar goederen weg]. & alia ejuſmodi.

De pro Super ὑπὲρ.

7. Cum de legatis agitur, De uſurpatur ad ſignificandum materiam, aut cauſam legationis. Cicer. lib. 1. Off *Regulus de captivis commutandis Romam miſſus.* Id. in Brut. *Legatus ad Senatum de Rhodiorum præmiis venerat.* item illa: Legati de pace: de captivis redimendis, &c.

De, pro Propter.

6. Etiam ad cauſam declarandam adhiberi ſolet. Ter. *Non hoc de nihilo eſt, quod Laches me nunc conventam expetit.* Plaut. Truc. *de nihilo iraſci.* [Nergens om, uyt geen reden quaad worden]. Cicer. 3. Verr: *Flebat uterque non de ſuo ſupplicio: Sed pater de filii morte, de patris filius.* Item illa vulgata: Gravi de cauſa, certis de cauſis, Quibus de cauſis, Maximis, juſtiſſimiſque de cauſis.

De, pro Quod attinet ad.

10. Sæpiſſimè uſurpatur pro, Quod attinet ad Cic. lib. 1. epiſt. 2. *Cedit religioni de exercitu.* [Voor ſoo veel 't Leger belangt]. id. Att. lib. 10. *De pace ſentio ſimulationem eſſe apertam.* [Nopende den Vrede, merk ik]. Huc revocari poſſunt illa: De facie novi. Cicer. in Piſ. *Virtus, quam tu ne de facie quidem noſti.* [De deugd dien gy ſelfs niet van aangeſigt kend].

De conſilio, De ſententiâ alicujus.

11. Jungitur ſæpè cum conſilio & ſententia. Cic. lib. 12. epiſt. 3. *Omnia de meo conſilio, & vos feciſſetis, & Canutius faceret.* Id. Att. lib. 6. *Q. puer legit, &c. Et ſolet aperire; idque de conſilio meo.* [Na, volgens, met, op mijn raad]. Idem pro Roſc. Am. *De amicorum ſententiâ Roſcius Romam confugit.* Id. lib. 2. de Finib. *Ut hæredes ſui de Hemarchi ſententiâ dent, quod ſatis ſit, ad agendum diem natalem ſuum.* Item illa. De Conſilii ſententia, De communi ſententia. [Na, volgens 't gemeene goed dunken].

De induſtria.

12. De induſtria, eſt Deditâ operâ. [Willens, met opſet]. Cic. lib. 4. de Fin. *Nec tamen ab illis ita dicuntur de induſtria.* Id. lib. 1. Off. *Si de induſtria facias.*

De integro pro Denuo.

3. De integro, idem quod Denuò. Cic. 4 Verr

Verr. *De integro creare cenſores.* Idem Att. l. 13. *Gratulari de integro.* Idem lib.12. epiſt. 29. *De integro incidere in morbum.* Att. lib. 13. *De integro ſcribere.* [Weder op nieuws, van vooren of aan ſchrijven].

De ſcripto.

14. De ſcripto contrarium habet, memoriter. Cicer. lib. 10. ep. *Ut à me de ſcripto dicta ſententia eſt.* Idem 10. Phil. *Ita enim dixiſti, & quidem deſcripto.* [Gy hebt dat uyt uw geſchrift voorgeleſen].

De meo, de tuo, de ſuo, de noſtro, &c.

14. De meo, de tuo, de ſuo, vulgaria videntur, ſed elegantia ſunt. Ter. Adelph. *Potat, olet unguenta de meo.* [Van't mijnen op mijnen beurs]. Plaut. Bacch: *ad eam operam facere ſumptum de ſuo* Liv: lib. 4 *Cum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet.* Plaut. Truc. *De noſtro ſæpè edunt.*

P. * De, diſſimulatur in his formulis: Ter: And: *Quid me fiet?* Cic. Verr. *Quid hoc homine faciatis?* Sed ſciamus etiam hanc loquendi rationem eſſe Latinam: Quid de me fiet. Cic: Att: lib. 2. *Quid de P. Clodio fiat, reſcribe.*

De Adverbiis DEINDE, & DEINCEPS.

CAP. XLII.

1. DEinde eſt adverbium ordinis atque interdum ſæpius iteratur. Cic. lib. 3. ep. 7. *An ego tibi obviam non prodirem? primum Appio Claudio, deinde Imperatori, deinde more majorum, deinde (quod caput eſt) amico?*

2. Deinceps, ex dein, & capio, factum propriè eſt Unus poſt alium, [Den eenen naa den anderen agtervolgen. na malkanderen]. Cic: lib. 2. epiſt: 17. *Sed tamen tres ſummo loco natos te ſcio habere iratos, quos video deinceps Tribunos plebis per triennium fore.* Id: 4. Tuſc: *Deinceps qui accumberent, canerent ad tibiam.* Idem 4. de Rep. *Deinceps accipere ab aliis & tradere.*

3. Interdum uſurpatur pro deinde. [Daarna, vervolgens]: Cic: lib. 1. Off: *De juſtitia dictum eſt; deinceps, ut erat propoſitum, de liberalitate dicendum.* Id: 4. Phil. *Deinceps laudatur provincia Gallia.*

De Adverbiis DEMUM, & DENIQUE.

CAP. XLIII.

1. DEmum idem eſt quod Tandem, præſertim cùm interrogationi jungitur, & vim habet gravius inſtandi. Cic: 3. Tuſc. *Jam verò exilium, quantum demum à perpetuâ peregrinatione differt?* [Hoe veel verſchilt dat eynd'lijk nog van].

2. Cæteroqui uſurpatur pro, Denique. Cic: Att: 10. *Nunc demum literis tuis reſcribo.* [Nu antwoord ik eerſt op uw ſchrijven].

* Demum pro duntaxat. Trajan. ad Plin. lib. 10. ep: 53. *nobis autem utilitas demùm ſpectanda eſt.* Buchn. ibi.

3. DENIQUE, eſt Ad extremum: Ac propriè locum habet in extrema parte enumerationis. Cicer. Poſt. Red. ad Quir. *Primum vos docuit &c. Denique ad extremum, &c.* Idem 3. de Orat. *Nihil eſt denique in natura rerum omnium, quod &c.* [Eyndlijk, ten leſten is &c].

* Aliquando & ante extremam partem occurrit. Cic. contr. Rull. p. 78. *Omnes urbes agri, regna denique poſtremò etiam vectigalia veſtra venierint.* Idem 11. epiſt. 15. *Denique nunc ſolicitus non ſum: - Poſtremò, non tam meâ ſponte &c.*

4. Sæpe tamen uſurpatur pro Demum. Cic. 2. de Orat. *His omnibus conſideratis, dum denique cogito, &c.* Idem lib: 9. *Tantum acceſſit, ut nunc deniq; amare videar, antea dilexiſſe.* Idem pro Quinct. *Ne ſexageſimo denique anno macula notetur.*

De Adverbio DIU.

CAP. XLIV.

1. DIu eſt per longum tempus. Cic: 1. Verr. *Quæ ſingulatim, ac diu collecta ſunt, uno*

 tempore

tempore univerſa perdamus. ['T geen by ſtukjes en brokjes in lengte van tijd verſameld is].

Diu cum tempore præſenti.

2. Cum actio adhuc durat, Diu cum præſenti tempore copulatur. Cic: 2. de Orat. *Omnia jam ex eo, quæ diu cupio, cognoſcam.* [Daar ik al over lang na begerig ben geweeſt, ſal ik nu &c].

Diu, multumque.

3. Diu ſæpè jungitur cum multum, ut ſignificetur, & diuturnitas temporis, & aſſiduitas vel attentio actionis. Cic. in Orat. *Uterum &c. diu multumque dubitavi.* id. Att. lib. 11. *Libri Oratorii diu, ac multum, in manibus fuerunt.* id. de Sen. *Cum multum, diuque vixeris.* id. pro Syl. *Hæc diu, multum, multoque labore quæſita una eripuit hora.*

* Pro hoc Apulejus dixit diu diuque XI. Metam. *Hæc exporrectus imagine diu diuque apud cogitationes meas volvebam, quid rei portenderet.* Quod etſi in auctore non ſatis probatæ dictionis non aſperner. Eadem enim forma jam jamque, magis magiſque, nimium nimiumque Latiniſſimi dixerunt. Vid. Colv. not. ad Apul. p: 95.

De Adverbio DONEC, *&* DUM.

CAP. XLV.

1. DOnec eſt Quoad. Plaut. Amph. *Neque credebam primo mihimet, donec Soſia, &c.* Ter. Adel. *Certum eſt obſidere uſque donec redierit.* [Soo lang tot dat hy weder komt].

Rarò uſurpatur pro Quamdiu vel Dum. Ovid. *Donec eris felix, &c.*

D. † Veteres Donicum dixerunt. Linac. lib. 1. pag. 95. Cato: *Sed uſque licebit vellas donicum in ſemen videris ire.* Pertendit Giſanius etiam Ciceronem hâc voce uſum Taubm. ad Plaut. p. 617. Schott. ad Nep. Hamilc. n. 4. Lambin. ad Lucret. p. 279.

Dum pro Donec.

1. Dum interdum ponitur pro Donec ſive Quoad. Colum. lib. 2. cap. 11. *Paulum aqua maceratur, dum intepeſcat.* Cicer. pro Flac. *qui valuit, tamdiu, dum hic prodiret.* [Soo lang tot dat hy].

Dum cum verbo Expecto.

2 Perſæpè cum verbo expecto Dum jungitur. Cic. Att. lib. 7. *Expecta amabo te, dum Atticum conveniam.* Idem lib. 21. *De Auſidio non puto te expectare, dum ſcribam.* Idem lib. 6. *Ego in arcano operior, dum iſta cognoſco.* [Tot dat ik daar agter kome].

Dum pro Quamdiu.

3. Plerumque verò ſignificat, Quamdiu Cic: I. de leg. *Dum literæ Latinæ loquentur.* Idem pro Roſc. Am. *Dum præſidia ulla fuerunt, in Syllæ præſidiis fuit.* Idem ibid. *Dum hominum genus erit,* [Soo lang de Waereld ſtaan ſal].

Dum pro adhuc.

4. Quoties Non, aut Nihil antecedit, Dum uſurpatur pro adhuc Cic. lib: 1. epiſt. *Nondum erat auditum te ad Italiam adventare.* Id: lib: 12 ep: 7. *Et quanquam nihil dum audieramus, nec ubi eſſes, nec &c.* [Alhoewel wy tot nog toe niets vernomen hadden.]

Dum pro Dummodo.

5. Dum interdum pro Dummodo uſurpatur. Cic. Att. lib. 6. epiſt. *Tu autem meminiſti, nos ſic agere: ut quas vellet præfecturas ſumeret, dum negotiatori.* Id. Att. lib. 6. ep. 11. *Ego ſi cui adhuc videor ſegnior fuiſſe, dum ne tibi, non laboro.* Id eſt, Dummodo non tibi. Id. 1. lib. de Orat. *Iſtâ conditione, dum mihi liceat confiteri neſcire, quod neſciam.* [Onder die voorwaarde, onder dat beding, alleen dat, onder die mits, dat ik bekennen mag dat ik niet weet, 't gene ik niet weet].

Dum cum Uſque, & Uſque eo.

6. Interdum cum Uſque & Uſque eo jungitur. Cic. 3. Verr. *Fateatur ſe hominem privatum, prædonum duces vivos &c. uſque dum per me*

me licuerit, tenuiſſe. Idem 2. de Nat. De. *Uſque eo premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent.* Lege Uſque eo.

Dum, cum interea.

7. Aliàs cum intereâ. Terent. Eun. *Hæc dum mecum reputo, accerſitur interea virgo.* Cic. pro Quinct. *Hæc dum Romæ geruntur, Quinctius interea, &c. de ſaltu agroque communi à ſervis communibus, vi diruitur.* [Terwijl dat: onderwijlen dat dit te Romen].

D. P. * Dum, ut πω apud Græcos, comicum eſt παρέλκον in verbis maximè imperativis, & adverbiis quibuſdam, atque pronominibus. Terent. in Heaut. *Facito dum.* Plaut. in Pœn. *memoradum iteradum* apud Poëtam antiquum in Lucullo Cic. p. 22. Talia ſunt ehodum, etiamdum, egodum, tudum. Fabric. ad Terent. p. 56. Colv. ad Apul. p. 249.

De Adverbio DUMMODO.

CAP. XLVI.

1. DUmmodo conditionem ſignificat. Cic. Att. *Quod nunquam, dummodo otioſi eſſent, recuſarunt.*

Dummodo ne, ne quid.

2. Cum conditio negans eſt, dicimus Dummodò ne, potiùs quàm Dummodò non. Cic. ad Q. F. l. 1. ep. 1. *Sit ſumma in jure dicendo ſeveritas, dummodo ne ea varietur gratia.* Id. lib. 12. ad Att. ep. 4. *Id ipſum ſcribas velim, te nihil habuiſſe, quod ſcriberes, dummodo ne his verbis.* Id. lib. 10. epiſt. 25. *Veniendum cenſeo: dummodo ne quid hæc ambitioſa feſtinatio imminuat ejus gloriæ, quam conſecuti ſumus.* [Ik oordeel dat gy aanſtonds komen moet, indien maar niet deſe ernſtige verhâſtinge yets van die roem vermindere, die wy bekomen hebben].

De Adverbio Eatenus.

CAP. XLVII.

Eatenus quoad, Eatenus ut.

1. EAtenus conflatum ex Ea & Tenus, ſignificat Uſque ad eum terminum. Cic. de opt. gen. Or. *Verba perſequens eatenus, ut non abhorrerent à more noſtro.* [Voor ſoo verre, als]. Id. ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1. *Quorum ſi quis eſſet ſordidior, ferres eatenus, quoad per ſe negligeret eas leges, quibus eſt adſtrictus.*

S. D. * Eatenus, quâ, Eatenus ne. Quintil. *Dandum aliquid comœdo quoque, dum eatenus, quâ pronunciandi ſcientiam futurus orator deſiderat.* Suet. Tib. c. 33. *Ac primò eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret.*

De Adverbio, ECCE EN.

CAP. XLVIII.

1. ECce ſæpè repentinum quid oſtendit ac novum. Cic. Att. lib. 8. ep. 8. *Ecce ſubitò literæ Domitii ad illum.* Id. Att. lib. 7. ep. 23. *Ecce poſtridiè ad Caſſium literæ Capuâ à Lucretio, familiari ejus.*

Ecce autem.

2. Sæpè adſciſcit autem Cic. 7. Verr. *Ecce autem repentè, ebrio Cleomene, dormientibus cæteris, nunciatur, piratarum naves adeſſe.* Id. 6. Verr. *Ecce autem nova turba, atque rixa.* Idem pro Cluent. *Ecce autem ſubitum divortium.*

Ecce tibi.

3. Aſſumit interdum pronomen Tibi, elegantiæ cauſa. Cicer. 2. Acad. *Ecce tibi ex adverſo Lampſacenus Strato.* Idem pro Cluen. *Ecce tibi ejuſmodi ſortitio, ut &c.* Id. Att. lib. 2. *Cùm hæc maximè ſcriberem, ecce tibi Seboſus.*

En, irridentis.

4. En non ſolum demonſtrantis eſt, ſed in-

 terdum

terdum irridentis. Cicer. 3. Verr. *En cui tuos liberos committas.* Idem pro Cluen. *En hoc illud eſt quod ante dixi, mulier abundat audacia.* Idem 3. Phil. *En cur magiſter ejus ex Oratore arator factus ſit.* [Ey lieve ſie dog eens om wat reden ſijn Meeſter uyt een Redenvoerder, een Ploegvoerder is geworden].

En, indignantis, aut miſerantis.

5. Aliàs indignantis, aut miſerantis. Cic. pro Dejot. *En crimen, en cauſa, cur regem fugitivus, dominum ſervus accuſet.* Idem pro Seſt. *En cur cæteri Reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrentur.* Idem 7. Verr. *En cur Tyndaritani libenter prædicent, Nos in ſeptendecim populis Siciliæ non eramus.*

De Pronomine Ecquis, & Adverbio Ecquando.

Cap. XLIX.

1. Ecquis ex conjunctione, Et, conflatum eſt; tamen non tam ſignificat Et quis, quàm num quis. Plaut. Rud. Act. 2. Sc. 3. *Ecquis in villa eſt?* [Is 'er ook yemand op de Hofſtede?] Cic. 2. Acad. *Ecqua poterit in agnoſcendo eſſe diſtinctio?* Idem 5. Verr. *Ecquod judicium Romæ tam diſſolutum fore putaſti, quo &c.* Idem 1. Catil. *Ecquid animadvertis horum ſilentium?* [Let gy ook wel op, ſlaat gy ook wel agt op haar ſtil ſwygen].

2. Uſurpatur etiam ſine interrogatione. Cic. 5. Verr. *Ut videant, & inveſtigent, ecqua virgo, aut mulier ſit.* [Op dat ſy mogten ſien, en vernemen of'er ook een Vrijſter of Vrouw by der hand zy].

3. Adſciſcit interdum Nam inſtandi cauſa Cicer. 10. Phil. *Et quodnam principium putatis libertatis capeſſendæ?*

4. Ecquando, eſt Num aliquando? Cic. Ver. 4. *Ecquando te rationem factorum tuorum redditurum putaſti?* [Hebt gy wel oyt of oyt gedagt dat gy reden van uw doen ſoud moeten geven].

De Conjunct. ENIM & ETENIM, γὰρ, καὶ γὰρ.

Cap. L.

1. Enim, & Etenim, etſi æquè reddunt rationem, uſu tamen differunt. Namque Enim, (ut omnes norunt) poſt unum aut alterum verbum uſurpatur; Etenim apud Oratores ſemper initio ponitur. Utrumque autem continuat interdum orationem. Cic. 4. Verr. *Attendite enim diligenter.* Idem Verr. 4. *Et enim rem totam breviter cognoſcite.*

Nec enim. Neque enim.

1. Nec enim, aut, Neque enim, pro Non enim dici ſolet. Cic. de Sen. *Nec enim unquam ſum aſſenſus veteri illi, laudatoque proverbio.* Idem 1. de Nat. Deo. *neque enim quod ſentio, libet dicere.* [Want het luſt my niet te ſeggen dat ik wel denk].

De Adverbio ENIMVERO.

Cap. LI.

1. Enimverò ex Enim & Verò factum, vehementiùs affirmat aut Negat. Plautus Perſa. *Ain verò?* Perſa. *Ajo enim vero.* Idem Amph. *Tum te abiiſſe hinc negas?* Amph. *Nego enimverò.* [Ja voorwaar. voorſeker, wel degelijk ontken ik dat]. Cic. 6. Verr. *Enimverò negat.*

Enimverò pro ſcilicet δηλαδή.

4. Uſurpatur interdum Enimverò pro Scilicet, [Ja vryelijk, jaa voorſeker, dat verſtaat ſig buyten allen twyfel]. Cùm res nempè, qua de agitur, ita nota eſt, ut quivis per ſe eam intelligere poſſit. Cic. 7. Verr. *Illi enimverò ſe oſtendunt, quod vellet eſſe facturos.* Idem 5. Verr. *Enimverò iſte credere, ac mirari.* Idem ibid. *Hic enimverò tu exclamas, hominem improbam.* [Hier roept gy buyten allen twyfel luyds keels uyt].

Enim-

Enimverò indignantis.

5. Aliàs indignantis eſt. Cic. 3. Verr. *Enimverò hoc ferendum non eſt.* [Dat is in der daad, dat is by lyven, niet te lyden]. Idem ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1. *Enimverò, ſi unus homo &c. quanta tandem pecunia, &c.*

Enimverò pro Demum.

6. Nonnunquàm pro demum uſurpatur. Plaut. Cap. *Nec enimverò occidi.* [Nu iſt eyndlijk en ten laatſten met my gedaan.] Liv. lib. 2. *Tunc enimverò Deorum ira admonuit.*

Enimverò pro Nimirum.

7. Aliquando pro Nimirum. Plaut. Cap. *Enimverò dii nos quaſi pilas homines habent.* Terent. And. *Enimverò, Dave, locus non eſt ſegnitiæ.*

De Adverb. EO.

Cap. LII.

Eo quo, pro Tanto quanto.

1. EO quò, pro Tantò, quantò vulgatiſſimum eſt. Cic. lib. 11. ep. 11. *Quarum rerum eò gravior eſt dolor, quò culpa major.* Id. pro Quinct. *eò plus opis auferret, quò minus attuliſſet gratiæ.*

Eò quòd, Eò quia.

2. Eò quòd & Eò quia, idem declarant quod Propterea quia Cic. lib. 3. epiſt. 7. *eoque tardiùs ſcripſi ad te, quòd quotidiè te ipſum exſpectabam.* [Ik heb ook om die rede, daarom te langſamer aan u geſchreven om dat ik u van dag tot dag ſelfs verwagte]. Id. lib. 12. epiſt. 5. *Id autem eò faciliùs credebatur, quia ſimile vero videbatur.*

Eò quò, pro Eò quòd.

3. Interdum Eo quò uſurpatur, pro eò quòd Cic. lib. 3. epiſt. 15. *Neque hæc eò ſcribo, quò te meo caſu non maximo dolore eſſe affectum ſciam.* Idem pro Quintio. *Non eo dico, C. Aquili, quo minus veniat in dubium tua fides, atque conſtantia, aut quò &c.* [Ik ſeg 't daarom niet, ik ſegt niet uyt dien hoofde, om dat ik aan uw getrouwheyt twyfele].

Eò ut, Eò ut ne.

4. Jungitur etiam nonnunquam cum Ut, vel Ut ne. Cic. lib. 13. epiſt. 69. *Hæc ad te eo pluribus ſcripſi, ut intelligeres me, &c.* id eſt, propterea ut Idem lib. 11. epiſt. 69. *Suſpicor eò, ſemihoram mihi à Labieno præſtitutam eſſe, ut ne plura de pudicitiâ dicerem.* [Ik houde het daar voor, ik ben van gedagten dat my daarom een halv uur is bepaalt, op dat ik niet meer ſeggen ſoude].

S. * Eò propriè loci eſt adverbium, [daar heen]. ſequentibus particulis: quò, ubi, unde, ut, quod & πλεοναστικῶς effertur eò loci.

De Conjunctione ERGO, Ἄρα.

Cap. LIII.

Ergo pro igitur cum interrogatione.

1. ERgo, ut vulgatum uſum omittamus, interdum uſurpatur cum interrogatione pro Igitur. Cic. pro Quinct. *Quid ergò eſt? Primum magnitudo periculi, &c.* Id. Acad. 2. *Num ergo is excæcat nos, aut orbat ſenſibus?* Plaut. Trin. *Ipſus inquam Charmides ſum. Sy. Ergo ipſius ne es?* [Zoo zijt gy dan de ſelve?]

Ergò pro Itaque. ἄρα.

2. In principiis ſæpè uſurpatur pro Itaque. Cicero de Amic. *Ergò hoc eſt animi benè conſtituti, &c.* Liv. lib. 4. *Ergo dum nullum faſtiditur genus, in quo eniteret virtus, crevit imperium Romanum.*

Ergò pro cauſa ἕνεκα.

3. Ergò in medio ſumitur pro cauſa. Cicer. Att. lib. 3 Epiſt. 23. *Si quid contra alias leges ejus legis ergò factum ſit.* [Soo 'er yets tegen de andere

dere wetten, om die Wets halven, uyt oorſake van die Wet gedaan is]. Idem de opt. gen. or. *virtutis ergò donaretur.* Idem ibid. *eum donari virtutis ergò benevolentiæque*, [Om ſijnes deugds wille. 's deugds halven]. Idem 2. de leg. *Neve leſſum* (Id eſt ejulationem) *funeris ergo habento.* Liv. lib. 22. *Fugæ, ac formidinis ergò non abituras.* [Uyt vrees].

D.* Ergò in reſponſione, pro inquam, affirmantis eſt. Ter. And. *Mihi ne: Si. Tibi ergò.* Rivius ad Terent. p. 85.

De Conjunctione ET.

CAP. LIV.

Et pro Et tamen hortantis. εἶτα.

1. Conjunctio Et in principiis comprehenſionum mirificos uſus habet. Sæpè declarat Et tamen, ac vim habet hortandi. Cic. pro leg. Man. *Et quiſquam dubitabit, quin huic tantum bellum tranſmittendum ſit?* [Durft daar nog ymand aan twyfelen]. Virgil. l.6. Æneid. *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?*

Et indignantis. εἶτα.

2. Aliàs indignationem deſignat. Cicero 1. Phil. *Et vos acta Cæſaris defenditis, qui leges ejus evertitis?* εἶθ' ὑμεῖς. [Handhaaft gylieden ſeker nog 's Keyſers doen, daar gylieden ſijn wetten om ver werpt?] Idem 2. Phil. *Et tu in Cæſaris memoria diligens.* Id. pro Sext. *Et cauſam dicit Sextius de vi. Cur ita?*

Et quidem, Et verò affirmantis. καὶ δή.

3. Et quidem, Et verò graviùs affirmant. Cic. de Am. *Rarum genus. Et quidem omnia præclara rara.* Idem ad Q. Fr. lib. 1. epiſt. 1. *Tibi & fuit hoc ſemper facillimum, & verò eſſe debuit.* [Dit is u altijt ſeer gemaklijk gevallen, en 't moeſt ook waarlijk].

Et quidem amplificantis, καὶ δή.

4. Interdum & quidem vim habet augendi. Cicero 2. Phil. *Duo millia jugerum ei aſſignaſti, & quidem immunia.* Idem 2. de Div. *Sed draconem loquentem viſus eſt audire; & quidem (quo majus ſit) cum radiculam ore teneret, locutus eſt.* Idem 2. Phil. *Me aſpicis, & quidem, ut videris, iratus.*

Et quidem pro Quid mirum? Etiam.

5. Cic. Phil. 11. *Cruciatus eſt à Dolabella Trebonius; & quidem à Carthaginenſibus Regulus.*

* Et pro etiam apud Ciceronem nuſquam reperiri ſicut in cæteris illo poſterioribus Valla annotavit II. Eleg. 58. Quintil. *tamen ſi quid adverſus te ipſe commiſit adoleſcens, ſit hoſtis & meus.*

De Conjunctione ETIAM.

CAP. LV.

Etiam pro Inſuper.

1. Etiam ex Et, & Jam conflatum eſſe apparet; Proinde conjunctio Et præponi ei non ſolet, ſed pro & etiam dicimus Atque etiam. Plerumque vim habet augendi. Cicer. in Brut. *Voce, motu, forma etiam magnifica.* Idem 4. Verr. *Credo & has tabulas nihil profuturas, etiam plus ſuſpicionis in eo crimine futurum.* [Ja ook, datſe nog veel meer argwaan ſullen veroorſaken] Idem in Brut. *Probabilis Orator; jam verò etiam probatus.*

P.* Semel tamen, & etiam apud Ciceronem reperitur IX. famil. 25. *Auctoritate tua nobis opus eſt, & conſilio, & gratiâ.*

Etiam Redarguentis. εἶτα.

2. Nonnunquam vim habet redarguendi. Cic. *Is mihi etiam queritur ſe, &c.* [En hy durft ſig nog by my beklagen]. Id. 2. Phil. *At etiam me aſpicis: & quidem, ut videris, iratus.* [Gy durft my nog aankijken]. Lege At etiam.

Etiam affirmantis.

3. Non raró vim habet affirmandi. Cic. 2. Acad.

Acad. *Aut etiam, aut non reſponde.* [Segd ja of neen]. Idem pro Roſc. Com. *Utrum cætera nomina &c. digeſta habet, An non? Si non: quomodò tabulas conficis? Si etiam; quamobrem hoc nomen &c. in adverſariis relinquebas?* [Is't neen, waarom &c. is't ja, waarom &c.]

Etiam, atque etiam.

4. Etiam atque etiam, eſt Iterum atque iterum. Cic. ad Q. Fr. lib. 1. epiſt. 1. *Te prorſus vehementer etiam atque etiam rogo.* [Ik bid u wat ik bidden mag, ten hoogſten, op 't ernſtigſte]. Id. pro Leg. Man. *Etiam atque etiam qui id liceat, conſiderabunt.* Idem Verr. *Tu quemadmodum exiſtimes, vide etiam atque etiam.* [Overlegt het dog wel ter degen].

Etiamne.

5. Etiamne tum admirationi ſervit, tum etiam amplificationi Plaut. Amph. *Obſecro te, etiamne hoc negabis, te, &c.* Cicer. Att. 10. *Etiamne Balbus in Senatum venire cogitet?* Idem Verr. 5. *Etiamne frumentum pro empto gratis dare?* Idem de Amic. *Etiamne, inquam, ſi te in Capitolium faces ferre vellet?*

Etiamnum, Etiam nunc pro Adhuc. Quod barbari dicunt Uſque nunc.

6. Etiamnum, ſive etiam nunc, pro adhuc uſurpari ſolet. Cic. Att. lib. 6. *Si ulla ratione etiamnum efficere potes, ut id explices.* Idem pro Roſc. Am. *Salvi etiam nunc eſſe poſſumus.* Idem pro Mur. *Quæritur etiamnum, quis eum nuncium miſerit.* Idem ibid. *Homines tam ingenioſos per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, &c.* [Datſe juyſt ter deſer tijd niet &c]. Terent. Eun. *Etiam nunc hic ſtas Parmeno?* [Staat gy hier nog?]

Etiam tum, pro Etiam tunc, ſive ut barbari, Uſque tunc.

7. Etiam tum, pro Etiam tunc dici ſolet. Terent. Hecy. *Narratque ut virgo ab ſe integra etiam tum ſiet.* [Hoe ſy ter dier ſelver tijd nog]. Cic. 1. de Orat. *Cum etiam tum in lecto Craſſus eſſet.* Idem ib. *Omnes etiam tum retineant illum Periclis ſuccum.* Id. 6. Verr. *Cum iſti etiam tum de Sthenio integra tota res eſſet.*

Etiam abſolutè.

8. Etiamſi vim habet augendi. Cic. 1. Tuſc. *Omnia autem brevia tolerabilia eſſe debent, etiamſi maxima ſint.* [Alle haaſt voor by gaande dingen ſijn verdraaglijk, ſy mogen zoo groot ſijn als ſy willen].

Etiamſi, pro Etſi, cum Tamen, aut certè. εἰ καὶ.

9. Etiamſi pro Etſi uſitatum eſt. Cic. lib. 14. epiſt. 10. *Etiamſi non is eſſet, qui eſt; tamen ornandus videretur.* Idem de op. gen. Or. *Etiamſi eſt in genere tolerabili, certè non eſt in optimo.* [Schoon het al, of 't al ſchoon]. Idem de Amic. *Quæ tamen ipſa effloreſcit ex amicitia: etiamſi tu eam minus ſecutus ſit.*

S. P. * Etiamſi nihilominùs. Liv. lib. 26. *Ceterùm etiamſi vis abſit: nihilominùs deteſtabili exemplo rem agi.*

De Conjunctione ETSI. Εἰ καὶ.

CAP. LVI.

Etſi cum Tamen, At, Attamen.

Etſi nōn ſolùm Tamen adſciſcit, ſed interdum At, vel Attamen. Cic. lib. 6. epiſt. 19. *Etſi abeſt maturitas ætatis; jam tamen perſonare aures ejuſmodi vocibus non eſt inutile.* Idem in Orat. *Etſi magiſter ejus Iſocrates, at non Thucydides.* Idem 3. de Orat. *Etſi nequaquam parem illius ingenio: at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam, debitamque referamus.*

Etſi cum Sed, Sed tamen, Veruntamen.

2. Etſi jungitur interdum cum Sed, Sed tamen. Veruntamen Cicer. lib. 9. epiſt. 16. *Etſi poſuiſti joco verſus Accianos, Sed quæ eſt invidia?* Id. lib. 15. lib. 17. *Etſi me quidem non offendunt; Sed tamen cùm diſcedunt, flagitant literas.* Idem

lib. 13. epiſt. 43. *ſuaves tuas literas; Etſi acerba pompa, veruntamen ſcire omnia non acerbum eſt.*

Etſi ſine tamen, καίτοι.

3. Cicer. lib. 6. epiſt. *Etſi id ipſum nonnullis videatur ſecus.* Idem lib. 7. epiſt. 3. *Coram conſiderabimus quale ſit: habet enim deliberationem. Etſi ex parte magna tibi aſſentior.* Idem Att. lib. 9. epiſt. 9. *Do, do pœnas temeritatis meæ. Etſi quæ fuit illa temeritas?*

De Præpoſitione E, *vel* EX.

Cap. LVII.

E, *vel ex cauſa à qua, vel propter quam res eſt.*

1. E Vel Ex cauſam ſæpè declarat efficientem. Ter. And. *Gravida è Pamphelo eſt.* [Sy moet in de kraam by Pamphili, ſy leyd in de kraam by P.] Ibidem. *Peperit è Pamphilo.* Cic. lib. 16. epiſt. 12. *Quando igitur dum ex me doluiſti: nunc dupliciter tuum ex me gaudium præſtabo.* [Dewijl gy dan doenmaals mijnenthalven zijt bedroeft geweeſt, ſal ik nu maken dat gy wel dubbelt om my verblijd ſult zijn]. Idem in Brut. *Ex te duplex nos afficit ſolicitudo, quod & tu Rep. careas, & illa te.* Idem Attic. lib. 1. *Nos hic te ad menſem Januarium exſpectamus, ex quo, an rumore, an ex literis tuis ad alios miſſis?* Id. 8. Phil. *Cumque è via languerem.* [Als ik door de reys afgemat was]. Idem de Aru. Reſp. *Domus meæ ædificatur, ex authoritate Senatus, pecunia publica.* [Op 't bevel van den Raad.]

2. Huc referenda ſunt etiam illa: Ex lege, ex decreto, ex teſtamento, & formula. [Uit kragt van de Wet des beſluyts, van de uyterſte wille].

E, *vel Ex, materiæ copulata.*

3. Sæpè materiam deſignant. Cicer. 6. Verr. *Erat etiam vas vinarium ex una gemma pergrandi trulla excavata.* [Daar was ook een wijnfles, uyt een enkel gants groot Edel geſteente uytgehold]. Id. pro Arch. *Ennius in Sepulchro Scipionum putatur eſſe conſtitutus è marmore.* Idem 6. Verr. *Simulachrum ex ære, poculum ex aurō.*

E, *& Ex parti juncta.*

4. Interdum parti adhibetur. Cicer. 2. Tuſc. *Laborat è renibus.* [Pijn hebben aan de voeten]. Id. lib. 9. epiſt. 23. *Laborare ex pedibus.* Item ex oculis, ex capite.

E, *& EX, ad multitudinem, aut numerum relata.*

5. Non rarò ad multitudinem, aut numerum refertur. Cic. 2. Phil. *Tibi ex latronibus ſuis detulit principatum.* [Hy heeft u onder alle ſijn Moordenaars, het opperbewind opgedragen, en hy heeft u voor den beſten haan in ſijn Moordenaars korv gehouden]. Idem 1. de Orat. *Homo ex numero diſertorum poſtulabat, &c.* Idem lib. 13. ep. 3. *Ex intimis unus.*

6. Item illa: Unus è plebe, unus è multis, vel ex multis. Unus ex omnibus.

E, *& Ex, modus.*

7. Aliàs modum declarant. Cic. 1. Offic. *Simplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex inſidiis agendum putant.* [Eenvoudige ende openhartige Menſchen, die meynen datmen niets heymelijk of door lagen behoort te doen]. Idem pro Cluen. *Multi boni viri ex occulto interveniſſent.* Idem 3. Verr. *Voluiſtis ex improviſo, ſi quæ res natæ eſſent &c. decernere.* [Onverwagt]. Liv. lib. 13. *Ex inſperato repente miſiſtis nobis hunc Scipionem,* [Buyten verwagting].

E, *vel Ex Pro ſecundùm* κατὰ.

8. E & Ex aliquando ponitur pro ſecundùm [Volgens, na.] Cic. 1. de Fin. *Hunc ſtatum corporis maximè expetit, qui eſt è naturâ maximè.* [Die 't meeſt over een komt met de Natuur]. Idem 2. Philip. *Nihil, niſi ex optimo more, ſanctiſſima diſciplina.* Idem 5. Tuſc. *Ex præceptis Philo-*

Philoſophiæ acta vita. [Dit leven is na of volgens de geboden der wijsbegeerte gelegd]. Item illa: Ex conſtitutione, ex inſtituto.

Ex animo, ex ſententia.

9. Ex animo, ſimulationi opponitur. Cic. in Piſ. *Equidem dicam ex animo, quod ſentio.* Idem ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1. *Te autem alienum hominem ament ex animo?* [Sullen ſy u een vremd man van herten Lief hebben].

10. Ex ſententia, idem eſt, quod ex voluntate, id eſt, ut volumus. Plaut. Menæch. *Bene obſonavi & ex mea ſententia.* [Ik heb heel wel ende naa mijn genoegen te marckt geweeſt]. Ter. Heaut. *Spero hanc rem eventuram nobis ex ſententia.* Cicer. Attic. *Te ex ſententia navigaſſe gaudeo.* [Ik verblyde my, dat gy na u playſier gevaren hebt]. Idem lib. 12. ep. 10. *Hæc ex ſententia confecta ſunt.*

E, vel Ex loco juncta.

11. Sæpiſſimè E vel Ex loco ſerviunt. Cicer. 1. de Nat. Deo. *Epicureos tecum paucos è Græcia compararet.* Sed exempla paſſim occurrunt.

E, vel Ex, tempori juncta.

12. Ex ſæpè ad tempus præteritum accommodatur. Cic. 1. Phil. *Nec verò uſquam diſcedebam ex eo die, quo ad Ædem Telluris convocati ſumus.* Id. 3. Verr. *ex ea die ad hanc diem qua feciſtis, in judicium voco.* ['T geen gyl: van die tijd aan tot op deſen dag gedaan hebt]. Alias ad futurum Cic. libro eo. *Vereor, ne ex Calendis Januarii magni tumultus ſint.*

Ex intervallo.

13. Ex intervallo tum ad locum, tum ad tempus refertur. Liv. lib. 8. Bel. Pun. *Multa, quæ ex intervallo non apparent, bellum aperit.* [Den Oorlog ontdekt veel dingen, die tuſſen wylen niet voorkomen]. Cic. Att. lib. 4. *Ille Latinus Ἀττικισμὸς ex intervallo reguſtandus.* [By wylen].

14. Huc referenda ſunt illa: Ex improviſo, Ex tempore. Cic. 1. Verr. *Voluiſti ex improviſo, ſi quæ res, &c. decernere.* Id. *Illud egregium Seſtii, & ex tempore, Manus læva, inquit, & cœna.*

Ex pro poſt.

15. Aliquando uſurpatur pro poſt. Cic. pro Sext. *Si quis antea mirabitur, &c. Ex hoc tempore miretur potius.* ἐκ τοῦ νῦν. [Van nu voortaan, van deſe tijd af aan]. Id. in Brut. *Contra ex conſulatu profectus eſt in Galliam.* [Hy is na ſijn Burgermeeſterſchap na Vrankrijk vertrokken].

Ex ad priorem ſtatum.

16. Nonnunquam ad priorem ſtatum, aut conditionem refertur. Terent. Andr. *E ſervo libertus,* ['k Heb u van een ſlaaf tot een vry gemaakte gemaakt]. Cic. Part. *Nihil tam miſerabile quàm ex beato miſer.* Id. 3. Verr. *Sed repentè ex homine, tanquam aliquo Circeo poculo factus eſt Verres.* Id. 3. Phil. *Cur ex oratore arator factus ſit.*

E, vel ex ad Utilitatem κατὰ.

17. Interdum deſignat utilitatem. Cicero. 3. Phil. *Duobus aut tribus Senatus conſultis è Repub. factis,* κατὰ τὴν πόλιν. [Ten goede van 't gemeene beſt ten dienſte]. Id. ad Brut. ep. 2. *facis ex tua dignitate, & è Rep.* [Gy doet dat ten beſte van uw hoogwaardigheyd, en ten nutte van 't gemeene beſt]. Idem Att. l. 5. *Statues, ut ex fide, fama, reque mea videbitur.* Idem lib. 5. ep. 8. *Statues ex noſtra dignitate.* [Onſer hoogagtbaarheyd ten goeden].

* Ex pro in, ut: ex vinculis cauſam dicere: ex æquo pugnare. Vall. 5. Eleg. 19. Lin. lib. 1. p. 77. Huc refero familiares illas medicis formulas ægroto aliquid dari ex aceto, ex melle, ex vino, ex aquâ, de quibus Victor. XXXII. Varr. lect. 4.

De Prępoſitione EXTRA.

CAP. LVIII.

1. EXtra contrarium habet intra. Cic. 5. Tuſc. *Solane beata vita relinquitur extra oſtium, liminque*

limenque carceris? [Buyten de deur ende den drempel.] Id. de Nat. Deo. *Senſibus & animo, ea quæ extra ſunt, percipimus.*

2. Illa translata. Cic. de univ. *Se extra omnem culpam & cauſam poſuit.* Id. pro Syl. *extra conjurationem hunc eſſe dixiſſet.* Id. 1. Off. *Ne extra modum ſumptu & magnificentiâ prodeas.* [Gaat dog de maate niet te buyten, in onkoſten, en Pragt]. Id. lib: 2. ep. 16. *Sed me hercule extra jocum, homo bellus eſt.* [Buyten alle jok, 't is een ſchoon Karel]. Idem pro Dejo. *Extra ordinem bellum cum Mithridate, Tigraneque geſſit.* [Buyten rang]. Id. 1. Verr: *Extra hanc contentionem, certamenque noſtrum familiariter tecum loquar.*

Extra pro Præter.

3. Non rarò uſurpatur pro Præter. Cic. 2. de leg. *Extra collegium Sacerdotum nequicquam ſacra, quæ publicè eſſent conſtituta, noſſet.* [Buyten de Prieſterlijke vergadering]. Id: lib: 7. ep: 2. *Extra Ducem, paucoſque præterea.* [Behalven den Overſten, en daar-en-boven nog eenige weynige]. Id: pro Do: *Civis eſt nemo in tanto populo, extra contaminatam illam P. Claudii manum, qui &c.* [Buyten die bezoedelde hoop van P. Claudius].

De Adverbio Extrinſecus.

CAP. LIX.

1. EXtrinſecus adverbium, contrarium habet, intrinſecus. Cic. 2. de Nat. Deo. *Ducunt extrinſecus ſpiritum pulmones, & cor.* [Van buyten]. Id. 1. de Div. *Animos hominum extrinſecus eſſe tractos, & hauſtos.* Idem 2. Acad. *Irrumpunt extrinſecus in animos noſtros per corpus imagines nobis dormientibus.* Idem 1. de Div. *Cum Annibal columnam auream vellet auferre, dubitavit, utrum ea ſolida eſſet, an extrinſecus inaurata.* [Slegts van buyten verguld]. Idem 4. Tuſc. *Corporum adjumenta adhibentur extrinſecus, animorum ſalus incluſa ipſis eſt.*

De Adverbio Facilè.

CAP. LX.

1. FAcilè, ut vulgatam ejus ſignificationem faciamus, interdum uſurpatur pro, ſine controverſia, [Buyten, ſonder twijfel]. Cic. pro Roſc. Am. *Non ſolùm ſui municipii, ſed etiam illius vicinitatis facilè primus.* Idem 2. de Div. *Eudemus Platonis auditor, in Aſtrologia, judicio doctiſſimorum hominum facilè Princeps.*

Facilè cum ſuperlativo.

2. Jungitur etiam cum ſuperlativo. Cicero pro Rab. Poſth. *Virum unum totius Græciæ facilè doctiſſimum Platonem.* Id: 2. Tuſc. *Africani fratris nepos vita omnium perditorum ita ſimilis, ut eſſet facilè deterrimus.*

* Facile, pro libenter. Cic. XIII. Att: *Locum habeo nullum, ubi faciliùs eſſe poſſim, quàm Aſturæ.* Victor. Caſtig. in Cic. p. 583.

De Adverbio FERE & FERME.

CAP. LXI.

Ferè & Fermè pro Quaſi, [Schier, by na.]

1. FEre ac Fermè imminuunt nonnihil rem aut numerum. Cic. 1. Offic. *Quemadmodum dicatur honeſtum, ſatis ferè dixit.* [By na genoeg]. Id. in Brut. *Ut ei nihil fermè quiſquam poſſit addere.* [Schier niets, by na niets]. Id: lib: 6. ep: 10. *Omnes ferè familiares Cæſaris me colunt.* [Sy eeren my by na alle]. Id: 7. Att: 16. *Hora ferè nona.*

2. Interdum Ferè videtur aliquid addere. Cic: lib: 3. de Nat: Deo. *Hæc ferè habui dicere de natura Deorum.* [Dit had ik om en by te ſeggen van]. Id: lib: 12. ep. *Hæc erant ferè, quæ tibi nota eſſe vellem.* Significat enim pauca quædam præterea fuiſſe.

Ferè,

Ferè, & fermè pro Plerumque.
ὡς ἐπὶ τὸ πολύ,

3. Aliàs uſurpatur pro Plerumque. Cic. pro leg. Man. *Hoc jam ferè ſic fieri accepimus.* [Gemeynelijk, meeſte part.] Idem lib: 2. ep: *nunc etiam ab orationibus disjungo me ferè, referoque ad manſuetiores Muſas.* Idem 5. Tuſc: *Sapientis enim cogitatio non fermè ad inveſtigandum adhibet oculos advocatos.*

De Adverbio FORTE *&* FORTASSE, ἴσως.

CAP. LXII.

1. FOrtè & Fortaſſe, non tàm origine, quàm ſignificatione & uſu differunt. Fortè enim idem eſt quod caſu. Cicer. de Orat. *Forté evenit, ut Privernati eſſemus.* Idem pro Planc. *cùm Puteolos fortè veniſſem.* [By geval].

2. Fortaſſe (idem de fortaſſis & forſitan dicendum eſt) dubitationem continet. Cic: lib: 3. epiſt. *Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe quàm velles.*

Si fortè, Niſi fortè, Ne fortè,
ἄρα.

3. Quoties antecedit Si, niſi, vel Ne. Fortè dicitur, non Fortaſſe, neque Forſitan. Cicer. 2. Verr. *Si quis veſtrum Jud, aut eorum, qui adſunt, fortè miratur.* Idem pro Mil. *Niſi fortè magis erit parricida, ſi quis conſularem patrem, quàm ſi quis humilem necaverit.* Idem 4. de Orat. *ne fortè hoc magnum, ac mirabile videatur.*

Admonitio.

4. Si fortaſſè, Si fortaſſis, Si forſitan. Idem Niſi fortaſſe, Niſi fortaſſis, Niſi forſitan. Ne fortaſsè, ne fortaſſis, ne forſitan, vitioſa cenſentur, niſi quando multa verba interponuntur.

Forſitan, Fortaſſe, anteoccupant.

5. Forſitan, & fortaſſe nonnunquam anteoccupationi ſerviunt. Cicer. de Orat. *Forſitan quiſpiam dixerit: numne igitur, &c.* Idem pro Roſc. Am. *forſitan quæratis, &c.* Idem 1. Verr: *Fortaſſe dices: quid ergò? hæc in te ſunt omnia?*

Admonitio.

6. Quoties accedit interrogatio, non ſolet uſurpari Fortè, aut Fortaſſe aut Forſitan, ſed An, vel ne. An credis? Credis ne?

De Adverbio HACTENUS.

CAP. LXIII.

1. HActenus ex Hac, & Tenus factum, uſque ad hunc locum, ſeu terminum ſignificat. Virg. 6. Æn. *Hac Trojana tenus fuerit fortuna ſecuta.* [Tot hier toe.]

2. Plerumque uſurpatur per tranſlationem pro Uſque ad hunc locum Carminis vel Orationis. Virg: 2. Georg: *Hactenus arvorum cultus, & ſydera cœli. Nunc te Bacche canam.* Cic. de Am. *Hactenus mihi videor de amicitia, quid ſentirem, potuiſſe dicere.* [Tot hier toe, zo veel]. Id. lib: 6. ep: 3. *Sed hæc hactenus.* [Maar van deſe dingen tot hier toe? 'T is nu genoeg van deſe dingen] Id: Att: lib: 11. *Hactenus fuit, quod à me ſcribi poſſet.* [Tot hier toe of zo veel zoude van my konnen geſchreven worden].

Hactenus ut, Quoad, Quod.

3. Interdum adſciſcit, ut, QUOAD, QUOD. Cic: 2. de Orat: *Præcepta duntaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur.* [De geboden, vereyſſchen tot hier toe alleen dat &c]. Id: lib: 4. ep: 3. *Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem rectè adhibitam eſſe, quoad certior ab homine amiciſſimo fieres his de rebus.* Id. lib. I. de Nat. Deo. *Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditátem; &c. quod ea forma ullam neget eſſe pulchriorem Plato.*

Admonitio.

4. Cum, Uſque ad hoc tempus ſignificatur, non ſolet hactenus uſurpari, ſed adhuc: lege Adhuc.

* Confirmat hanc admonitionem Manutius ad Cic. II. Ep. fam. 1 Quanquam autem Parens duo loca objicit, alterum Ciceronis modò poſitum: *Hactenus exiſtimo noſtram conſolationem &c.* Virgilii alterum X. Æn. v. 625. *Hactenus indulſiſſe vacat:* Neutro tamen evincet, hactenus poni pro uſque ad hoc tempus. In Cicerone enim, hactenus, eſt uſque ad hunc locum epiſtolæ; in Virgilio conditionem deſignat, ['T luſt my toe hier in te willigen]: de quâ ſignificatione mox ſequetur. Nihilominus Eraſmum, & Scaligerum, aliosque recentiores, hactenus, de tempore uſurpaſſe, Goclenius annotavit II. probl. gramm. 22.

* Hactenus, pro eatenus, condicionalis eſt particula, [So ver]. ut, Hactenus tibi aſſentior. Goclen. d. l.

De Adverbio HAUD.

CAP. LXIV.

1. HAud idem eſt quod NON. Cic. pro Cluen. *Haud hæres eſt Cluentius.*

Haud quaquam, haud ſanè.

2. Haud ſi aſciſcat Quaquam, aut ſanè, vehementiùs negat. Cicer. 2. de Orat. *Haud quaquam id eſt difficile Craſſo.* [Dit is geenſins moeijelijk voor Craſſus]. Id. 1. de Orat. *Quorum pater homo prudens, & gravis, haud quaquam eloquens, ſaluti Reip. fuit.* Idem de Am. *Haudquaquam mediocre condimentum amicitię.* Id. ibid. *Rem haud ſanè difficilem admirari videmini.* Idem 3. Tuſc. *Haud erat ſanè, quod quiſquam ratione, ac doctrinâ requireret.* ['T was ganſch niet nodig &c].

Haud ſcio an, pro Fortaſſe.

3. Haud ſcio an, uſurpatur pro Fortaſſe, cum verecundè aliquid, quod dubium eſſe poſſet, affirmare volumus. Cic. 2. de Nat. Deor. *Vir ſapientiſſimus, atque haud ſcio, an omnium prętantiſſimus.* Idem lib. 9. ep. 15. *Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio, an maximum.* Idem 1. Off. *Capeſſentibus Remp. nihil minus, quàm Philoſophis, haud ſcio, an multo magis etiam deſpicientia adhibenda ſit rerum humanarum.* Id. de Amic. *Atque haud ſcio an ne opus ſit nihil unquam omninò deeſſe amicis.*

Haud paulò, pro Multò.

4. Haud paulò idem eſt, quòd Multò. Cicer. lib. 7. epiſt. *Ne tu haud paulò plus, quàm quiſquam noſtrum delectationis habuiſti.* Idem Att. lib. 2. epiſt. 6. *Civis haud paulò melior, quàm iſti noſtri.*

De Conjunctione HEUS.

CAP. LXV.

Heus tu, expoſtulantis.

1. HEus tu etſi propriè vocantis eſt, tamen interdum eſt expoſtulantis, aut reprehendentis, aut vehementius aliquid commonentis, aut declarantis. Cic. ad Q. Fr. l. 7. Ep. 6. *Sed heus tu, celari videor à te.* [Maar zegt; wat wil dat zeggen? &c.] Id. l. 16. ep. 17. *Sed heus tu, qui κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſoles.* Idem Attic. l. 1. ep. 12. *Sed heus tu. Vides ne conſulatum illum noſtrum, quem &c.*

De Adverbio HIC ἐνταῦθα, & HOC.

CAP. LXVI.

Hic, pro Cùm ita res ſe habeat.

1. HIc, etſi propriè adverbium eſt loci, tamen per tranſlationem ad res alias accommodatur: ac ſæpè ſignificat, Cùm ita ſe res habeat; Cum res eo loci ſit. Cic. 4. Verr. *Hic*

Hic vos dubitatis, Judices, tantam iſtius audaciam, tantam crudelitatem, tantam injuriam vindicare? Idem Phil. 8. *Hic mihi Etiam Q. Fuſius, vir fortis, ac ſtrenuus, amicus meus, pacis commoda commemorat?* Id. pro lege Man. *Hic miramur tantum hunc hominem, tantum excellere ceteris!* [Hier verwonderen wy ons, of, dewijl de ſaak ſoo geſtelt is, ſoo verwonderen wy ons dat deſe Man &c.]

Hic, Hic jam, pro Nunc.

2. Nonnunquam ponitur pro Nunc, præſertim cum Jam adſciſcitur. Cicer. pro Sext. *Hîc ego quid predicem, quibus rebus hîc conſulem ad rem gerendam excitârit?* Idem pro Leg. Man. *Hîc jam plura non dicam. Fuit enim illud extremum.* Idem pro Sext. *Hîc jam de ipſo accuſatore quero.* [Nu vraag ik den aanklager ſelfs].

Hic, Hic tum, pro Tunc.

3. Interdum uſurpatur pro Tunc: nimirum cum ad tempus præteritum refertur. Cic. 5. Verr. *Hic illi flentes rogare, atque orare cœperunt, ut &c.* [Toen hebben zy met ſchreyende oogen beginnen te bidden]. Idem 2. Acad. *Hic Catulus: Etſi heri, inquit &c.* Idem pro Cluen. *Hic tum Fabritius non modò ad me meos vicinos, & amicos non adduxit.* Idem 3. Verr: *Hic tum alius ex alia parte, Enimverò, inquit.*

Hic etiam, indignantis.

4. Hic etiam indignationem deſignat. Cic: 5. Verr: *Hic etiam priore actione Q. Hortenſius pupillum Junium veniſſe pretextatum queſtus eſt.* [Daar heeft ook Q: Hortenſius durven klagen &c.]

Hôc quô, pro Eò quò, ſeu Tantò quantò.

5. Hôc quô, pro Tantò quantò uſitatum eſt, cum duobus comparativis. Cic: lib: 13. ep: 26. pro Plan. *Hôc audio libentius, quô ſepius.* Idem lib: 20. *Certè hoc majus eſt teſtimonium amoris mei, quò maturiùs tibi, quàm ceteris nunciavi.*

Hôc quod, Hôc quia, pro Eò, quod, Eò quia.

6. Hôc quod, & Hôc quia, pro Eô quod, Eo quia, eleganter uſurpantur, cum intercedit comparativus. Cic: Attic: lib. 9. *Conſilio veſtro utar libenter & hoc libentius, quòd &c.* Idem pro Flac: *Hoc vehementius letor, quòd ex ipſo Meſſinio &c.* Idem 1. de Orat: *Quòd hoc etiam admirabilius videri debet, quia ceterarum artium ſtudia, &c.*

D.* Hôc pro ideò, vel propterea. Taubm: ad Plaut: pág: 26. Virgil: II. Georg: verſ: 425. *Hôc pinguem & placidam paci nutritor olivam.* Horat: I. Sat: I. *non tuus hôc capiet venter plus, quàm meus.* Ubi Xylander; Hôc, ob hoc, eâ de cauſâ, ablativus cauſæ, τούτῳ. Refert huc & exempla antecedentis obſervationis, cùm eò quòd, valeat propterea quod.

De Adverbio HINC ἐντεῦθεν.

CAP. LXVII.

1. Hinc propriè de loco dicitur, ſed ad alias res transfertur. Cic. 2. Agr. *Nos autem, hinc Romæ, qui veneramus, jam non hoſpites, ſed peregrini, & advenæ numerabamur.* [Van hier uyt Romen &c.] Idem 1. Tuſc. *Hinc à nobis in cœlum profecti reperiuntur.* Id. 1. de Fin. *Via, quæ eſt hinc in Indiam.* [De weg, die van hier na Indien loopt].

2. Hæc inquam propriè dicta. Illa translatè Cic. pro Flac. *Hinc omne odium, hinc omnis offenſio.* Idem *Hinc ficæ, hinc venena, hinc falſa teſtamenta naſcuntur, hinc expilationes direptioneſque ſociorum.*

Hinc, & illinc, pro hinc, & Inde.

3. Hinc, & illinc, pro Hinc inde eleganter dicitur. Plaut. Moſtel. *Hinc, & illinc exhibent mihi negotium.* [Sy maken my van deſe en gene kant ſpel: of, van alle kanten &c.] Cicer. de Univ. *Id fit, cum ſpeculorum lævitas hinc illincque altitudinem aſſumſit.*

Admo-

Admonitio.

Hinc, & hinc poëticum magis quàm oratorium eſt. Virg: l: Æn. *Hinc atque hinc vaſta rupes.* Hinc, inde, minimè uſitatum eſt apud bonos Latinitatis authores.

* Pareus tamen Plinium, Quintilianum, & Martialem, hinc inde, dixiſſe affirmat. Idemque Livii hæc verba producit è lib. 30. *Circumventos Romanos hinc pedes, hinc eques urgebat.* Ubi hinc-hinc, poſitum eſt pro hinc illinc. [Van deſe het Voetvolk, en van gene kant de Ruytery].

De Adverbio HAC, ILLAC, &c.

Cap. LXVIII.

Hac, illac.

1. TEr. Heaut. *Hac illac circumcurſa, inveniendum eſt tamen argentum.* [Loop gins, en weer, daer moet gelt zijn].

Huc illuc.

2. Cic. Att: l: 9. *Ne fortè aut abſim cum venies, aut curſem huc illuc deterrima via.* Idem 1. de Orat. *Erectum & celſum huc atque illuc intueri.* illud per translationem Cicero l: de Offic. *Pars quæ huc & illuc hominem rapit.* [Dewelke gins en weer flingert].

Huc, ut, Huccine, ut.

3. Huc propriè ad hunc locum, ſed interdum per Metaphoram uſurpatur. Cicero 2. Catil. *Rem huc deduxit, ut &c.* [Hy heeft de zaak daar toe zo ver gebragt]. Interdum pro Huc, huccine dicimus, cum interrogamus per indignationem. Cicer. 7. Verr. *Huccine omnia reciderunt, ut civis Romanus in provincia populi Rom. &c. deligatus in foro cæderetur?* [Is alles dan daar op uyt gekomen?]

Hiccine, Hæccine, Hoccine.

4. Hiccine, hæccine, hoccine, admirationem ferè continent, aut indignationem. Cicero 3. Tuſc. *Hiccine eſt Telamon ille, modò quem gloria ad cœlum extulit?* Id. pro Mil. *Hiccine vir patriæ natus, uſquam niſi in patria morietur?* Terent. And. *Hoccine credibile eſt, aut memorabile?*

De Conjunctione JAM.

Cap. LXIX.

Jam, & Jam verò, tranſitioni juncta.

1. JAM & Jam verò ſæpè tranſitioni ſerviunt. Cic. pro lege Man. *Jam quantum conſilio, quantum dicendi gravitate & copiâ valeat.* Idem ibid. *Jam verò ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum injuriis eſſe dicuntur.*

Jam à, Jam ab, præterito tempori juncta.

2. Jam tempori præterito junctum, ſæpè præpoſitioni A, vel Ab, copulatur. Cic: lib: 1. epiſt. *Jam à prima adoleſcentia delectârunt.* Id. pro Bal. *Jam à principio Romani nominis.* [Nu al van 't begin &c.] Idem libr: 2. epiſt. *Jam ab illo tempore, cum in Cumanum mihi obviam veniſti.* [Nu al van die tijd af &c.]

D. * Jam futuro tempori junctum magnam celeritatem promittit. Terent. Eun. IV. 6. *Jam iſtic adero.* [Zo aanſtonts zal ik daar zijn].

D. P. * Jamjam, & jam jamque ſimilem habet ſignificationem celeritatis, aut propinquitatis potius rei futuræ, atque jam imminentis, Cic. in Brut. *Appius Claudius ſenatum jamjam inclinatum à Pyrrhi pace revocavit.* [Nu al wankelende &c.] Ter. And. *Ni puerum tollis, jamjam ego hunc provolvam mediam in viam.* Cic: 1. Tuſc. *Dies noctesque cogitandum eſt, jamjamque moriendum.* [Datmen zo aanſtonts ſterven moet datmen yeder oogenblik ſterven moet]. Alias per indignationem quoque miſerationem & exhortationem, jamjam profertur, de quo vide Vallam II. Eleg: 47.

Jam cum.

3. Jam quoties tempus declarat, Cùm libenter adſciſcit. Cæſ. lib. 6. de bell. Gall. *Jamque ab eo non longiùs bidui via aberat, cùm duas veniſſe legiones miſſu Cæſaris cognoſcunt.*

Jam nunc, pro Jam ex hoc tempore.

4. Jam nunc pro jam ex hoc tempore, ſeu pro eo, quod barbari dicunt, Ex nunc, elegantiſſimè dicitur. Cic: 1. Verr. *Quæ cum cogito, jam nunc timeo.* [Van die tijd of aan vrees ik.] Id: Att: lib: epiſt: 5. *Jam nunc admodum me delectant.* Idem 1. Verr. *Jam nunc mente & cogitatione perſpicio, quæ tum ſtudia hominum, qui concurſus futuri ſint.*

Jam tum, pro Jam ex eo tempore.

5. Jam tum, eſt quod barbari dicunt, ex tunc. Cicero pro Cluen. *Qui omnes in judiciis publicis jam tum florente Rep. floruerunt.* idem pro Arch. *Ita ſe jam tum geſſiſſe pro cive, iis temporibus, quæ tu criminaris.* [Nu al van die tijd af aan].

Jam tùm, cum.

6. Jam tum ſæpè aſſumit Cùm. Cicero lib: 13. epiſt: 16. *Ejus libertum Apollonium jam tum equidem, cùm ille viveret, & magni faciebam, & probabam.* idem lib: 1. ep: 9. *Jactat ea, quæ jam tùm, cùm aderas, offendere ejus animum intelligebam.* [Nu van die tijd af aan wanneer gy 'er waart.]

* Non jam, ſed, pro, non tàm, quàm. Suet. Tib. c: 13. *præcipuè non jam metu, ſed diſcrimine coactus eſt.* Sen. 1. de Clem. 9. *& cùm defixum videret, nec ex conventione jam, ſed ex conſcientiâ tacentem.* [Niet zoo zeer uit overeenkoming, als uit een quaad medeweten].

Jamdiu præterito tempori junctum.

7. Jamdiu plerumque præterito tempori adjungitur. Cic. lib: 2. ep. 13. *Nam jamdiu propter hyemis magnitudinem nihil novi ad nos afferebatur.* Idem Attic: lib: 1. *Conventus qui initio celebrabantur jamdiu fieri deſierunt.* [Nu al over lang: na over eenige tijd].

Jamdiu præſenti tempori copulatum.

8. Quoties actio adhuc durat, jamdiu præſenti tempori jungitur. Cicero 7. Verr. *Per eos ipſos Deos, de quorum religione jamdiu dicimus.* Idem lib. 15. *Ut te, quem jamdiu plurimi facio, tanto intervallo viderem.* Idem 5. Verr: *Jamdiu flagitat.* [Vereyſt nu al lang]. Idem 1. Acad. *Jamdiu hæc tractantur à Græcis.*

Admonitio.

9. Jamdiu cum Eſt, quod, conjungi non ſolet. Itaque pro, Jamdiu eſt, quod ſtudet, aut quod venit, dicendum eſt, Jamdiu ſtudet: Jamdiu venit. ['T is nu al lang, dat hy gekomen is.]

S. D. P. * Plautus tamen ita locutus eſt, cùm alibi, tùm in Amphitr. *Agite pugni, jam diu eſt, quòd ventri victum non datis.*

Jamdudum, & Jampridem.

10. Jamdudum, longius ſpatium deſignat, quàm Dudum, & jam pridem quàm Pridem, ſimiliter ut Jam diu, Quàm diu Atque etiam hæc, item ut jamdiu, & ad præſens tempus, & ad præteritum accommodantur. Cic: l: 1. de Orat. *Quem jamdudum Cotta & Sulpitius expectant.* Idem de Amic. *Ea, quam jamdudum tractabamus, ſtabilitas,* [Schoon voor een goeden wille]. Idem pro Marc. *Quæ miretur jampridem multa habet, nunc etiam, quæ laudet, expectat.* Idem Attic. libr. *Cupio equidem, & jampridem cupio, Alexandriam viſere.* Idem Attic. lib: 11. *Jampridem intellexiſti voluntatem meam.* Idem in Orat: *Nam in me quidem jam pridem effectum eſt, quod futurum fuit.*

Jam Inde Ab, vel A, pro Inde uſque.

11. Jam inde à, vel ab, eſt inde uſque à, vel ab Cicer. 14. Philip. *Jam inde à conſulatu meo teſtis.* idem pro Bal. *O jura præclara, ac divinitùs jam inde à principio Rom. nominis à majo-*

ribus noſtris comparata. Idem lib:13. ep: 19. *Eſt enim illarum exercitatio elegans , & jam inde à Quæſtura mea Sicilienſi.* [Van de tijd van mijn Rentmeeſterampt af].

Jam uſque , Jam tandem.

12. Jam uſque, idem quod Jam inde. Cic: de Div. *Vetus opinio eſt jam uſque ab Heroicis ducta temporibus.* [Nu van de tijden der helden af.]

13. Jam tandem eſt, nunc tandem. Cic. lib: 14. ep. 23. *Reddita mihi jam tandem ſunt à Cæſare litteræ.* [Eyndelijk heb ik van Cæſar een brief gekregen].

De Conjunctione IDCIRCO.

CAP. LXX.

Idcirco quòd , Idcirco quia.

IDcirco, idem eſt quòd Ideo, ſæpè jungitur cum Quod, interdum cum Quia; Ac tum præcedit, tùm ſubſequitur. Cic:lib.9. ep:2. *Putaret me idcirco diſcedere , quòd quoſdam oculi mei ferre non poſſent.* Idem Att. lib: 8. *Ego quod putabam diſperſos nos, &c. Idcirco ad Dominum literas miſi.* Id: 1. de Inv. *Idcircò Jud. quia veram cauſam habebam.*

Idcirco ut , Idcirco ne.

2. Alias cum Ut, aut Ne. Cicer. lib:6. epiſt. 1. *Qui me idcirco putant benè audire velle, ut ille malè audiat.* [Die meynen dat ik daarom wil een goede naam hebben op dat hy een quade naam ſoude hebben]. Idem lib: 13. ep: 7. *Quos idcirco non commemoro : ne de miſeriis meorum neceſſariorum conquerens , homines quos nolo , videar offendere.*

De Conjunctione IDEO.

CAP. LXXI.

Ideò quòd , Ideò quia.

1. IDeò eandem vim, quàm idcirco, & eoſdem uſus habet. Cic:2. de Agr: *Neque verò nunc ideò diſputabo, quod hunc ſtatum Reip. non magnopere defendendum putem.* Id: lib: 12. epiſt: 14. *Ad te ideò antea rarius ſcripſi, quòd non habebam idoneum, cui darem.* Id:1. Off: *Ideo quia nihil invita decet Minerva , ut ajunt.*

Ideo ut , Ideo ne.

2. Cic: 4. Verr: *Ideo Claudius Pulcher retulit, ut C. Verres poſſet auferre ?* Idem 3. Verr: *At ideò aliquid contra mulieres fecit , ne totum edictum ad Chelidonis arbitrium ſcriptum videretur.*

De Conjunctione IGITUR.

D. * Igitur præter vulgarem uſum interdum ſermonis ingreſſum declarat, ſicut Græcum ἐν. Solent enim Oratores, cùm propoſuerunt, mox ſubjungere: Principio igitur &c. Goclen. p: 149. Obſerv.

* Igitur pro inquam poſt longiorem ἐμπεριβολὴν ac ſuſpenſionem cæptæ narrationis. Bœcl. Ind. Nep. Vall: II. Eleg: 43. Cic. I. Tuſc. *Confirmato illo, de quo ſi mortales animi ſunt, dubitare non poſſumus, quin tantus interitus in morte ſit, ut ne minima quidem ſuſpicio ſenſûs relinquatur: hoc igitur probè ſtabilito, & fixo illud excutiendum eſt , ut ſciatur, &c.*

De Pronomine IDEM.

CAP. LXXII.

Idem ac , Idem atque , Idem & , Idem ut.

1. IDEM ſæpè cum AC, Atque, & ut, copulatur. Cicer. pro Syl. *Idemque valere debet ac ſi pater judicaret.* Idem pro Do. *Unum & idem*

& idem videtur eſſe, atque id, quòd de me ipſo nominatim tuliſti. Idem 1. Offic: *Ut eadem ſit utilitas uniuſcujuſque, & univerſorum.* Idem 1. Offic: *In eadem ſunt injuſtitia, ut ſi in ſuam rem aliena convertant.*

Admonitio.

2. Idem cum barbarum eſt. Ergò non dices: Idem cum illo. Idem tecum. Idem cum Franciſco, ſed: Idem atque ille. Idem ac tu. Idem & Franciſcus.

Idem qui, quæ, quod.

3. Idem perſæpè aſſumit, Qui, Quæ, Quod. Cicer. 3. Verr. *Idem eſt, qui fuit ſemper, Verres.* Idem lib: 6. epiſt: 14. *Non offendes eundem bonorum ſenſum, quem reliquiſti.* Id. ibid. *Eadem cauſa opes meas fregit, quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit.* Idem 2. de Div. *Quid enim eſt ſors? Idem propemodum, quod micare.* Idem lib: 1. epiſt. 14. *Apud bonos iidem ſumus quos reliquiſti.*

S. D. P. * Idem, quàm ſi. Cicer: 2. cont. Rul. *Hic qui vetat intercedere, poteſtatem, etiamſi interceſſum ſit, tamen eandem conſtituit, quàm ſi lata eſſet lex.*

P. * Idem que. Cic. pro Cœl. *non idem judicum, comeſſatorumque conſpectus.*

S. * Idem - idem. Quintil. IX. 4. *Nec idem ſignorum concentus eſt, procedente ad prælium exercitu, idem receptui carmen.*

* Idem pro etiam Vall. II. Eleg. 5. Linac. l. 2. pag. 101. Quintil. V. 11. *M. Catonis judicio qui nullam adulteram non eandem eſſe veneficam dicit.*

† Idem dativo junctum Græciſmum ſapit, Poëtiſque magis, quàm oratoribus convenit. Horat. in Arte. *Invitum qui ſervat, idem facit occidenti*, pro idem, ac ſi occideret. Ald. Manut. Nep. ad Salluſt. p. 349. Victor. X. Var. lect. 21.

De Adverbio IDENTIDEM.

CAP. LXXIII.

1. IDentidem, eſt ſæpius per intervalla, aut frequenter. Cicer. de Nat. Deor. *In motu identidem reciprocando.* Id. pro Do. *identidem ſe revocans.* Idem Att: lib. 3. *Revolvor identidem in Tuſculanum.* [Ik kom nu en dan altemets eens in &c.] Idem 2. de Fin. *Identidem dicitis.*

De Adverbio ILLICO. *αὐθις.*

CAP. LXXIV.

1. ILlicò dictum, quaſi in loco, id eſt, In eodem loco, uſurpatur pro Statim Cicero Att: lib: 2. *Illico puer abs te cum epiſtolis.* Id: pro Mur. *Simul atque increbuit ſuſpicio tumultus, artes illico noſtræ conticeſcunt.* Idem pro Quinct. *Illicóne ad Prætorem ire convenit!*

De Præpoſitione IN.

CAP. LXXV.

In, ad tempus relatum.

1. PRæpoſitio IN, præter vulgatos uſus alios quoſdam magis reconditos habet. Cicer. 3. Off. *ſimul ad cœnam invitavit in poſterum diem.* [Tegen den naaſtvolgenden dag]. Id: Phil: *Ut in hodiernum diem veſtitus mutetur.* [Op den huydigen dag] Idem 2. Agr. *Actio conſtituta in menſem Januarium.* Idem pro Seſt. *Habebit Senatus in hunc annum, quem ſequatur.* Idem 4. Verr: *Syracuſis lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Jovis ſacerdotem ſortito capi jubeat.* [Die wil hebben datmen voor yder Jaar een Prieſter by't hof kieſe]. Idem pro Dom: *Solis defectiones, itemque lunæ prædicuntur in multos annos.* Ita in paucos dies, in multos menſes, &c. [Voor weynig dagen, voor veel maanden].

In dies, in ſingulos dies.

2. In dies, & in ſingulos dies ſignificationem eandem habent; hôc differunt, quod alterum imminutum eſt, alterum plenum, Cic. Top. *in dies vitium creſcit.* [Dagelijks van dag tot dag.] Idem 3. Catil. *Creſcit in ſingulos dies hoſtium numerus.* Idem lib. 6. epiſt. 11. *Illa in dies ſingulos magis magiſque opinio confirmatur.*

* Sic in horas [Van uer tot uer.] Horat. in arte: *Mutatur in horas.* Idem utrumque conjunxit, & quidem (quod obſerves) numero ſingulari. II. Sat: 6. v. 47. *Subjectior in diem & horam Invidiæ.* Nam alioqui aliud multò eſt in diem, quàm in dies, ut probè explicat Valla. III. Eleg: 68. & Linac. libr. 1. pag. 81. patebitque è ſequentibus. Saluſt. *Panem in diem mercari.* [Voor eenen dag]. Apud Ovidium 2. Metam. Phaëthon currus paternos in diem petit, [Voor eenen dag]. Plin: lib. xxi. cap. 1. *Flores in diem gignit natura.* [Datſe maar een dag kieſen]. Aliter Nepos uſurpat. Cic: 9. Att. *cùm fundum emiſſet in diem.* [Als hy de Hofſtede op dag gekogt had.] Quid Terentio ſit in diem Eun. V. 7. & Phorm: V. 2. in commentariis ad eum legatur.

In diem vivere.

3. Cic: 2. Off. *Si barbarum eſt in diem vivere*: [Niet zorgen voor den dagh van Morgen]. Idem 2. Phil. *Jam minimè miror, te cum perditiſſimis latronibus non ſolùm de die, ſed etiam in diem vivere.*

In poſterum, In perpetuum.

4. Cicer. 2. Agr: *Videte, ne Cenſoribus in poſterum poteſtatem regiam permittatis.* [Ziet toe dat gy lieden in toekomende geen koninklijke magt aan de Schatmeeſters toelaat.] Idem 2. de Div. *Defectiones ſolis & lunæ cognitæ prædictæque in omne poſterum tempus.* Idem 3 Verr. *Idcirco tibi amicum in perpetuum fore putaſti.*

In, diſtributioni ſerviens.

5. In ſæpè diſtributioni ſervit. Liv: lib: 31. *Quod precium in capita ſtatuiſſent.* [Hoe hoog zy yder Perſoon geſchat hadden]. Id: lib: 11. *Singulis in militem tunicis imperatis.* Cic. 4. Verr. *Deſcribebat Cenſores binos in ſingulas Civitates.* [Uyt yder Stad twee]. Idem pro Bal. *Ut in ſingulas Colonias cives Romanos facere poſſet.*

6. Huc revocanda ſunt illa, quæ ad precium pertinent. Cic: 5. Verr. *pro frumento in modios ſingulos, duodenos ſeſtertios exegiſſe.* Idem pro Font. *Titurius quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorii nomine exegit.* [Hy heeft op yder maat tegen een ſchelling pacht gezet]. Idem ad Q. Frat: lib: 3. *Is ternis nummis in pedem tranſegiſſe dicebat.*

In modum.

7. In modum elegantes ac varios uſus habet. Plaut. Trin. *Exornetur in peregrinum modum.* [Op een vreemde wijs, manier]. Cicer. 2. Verr: *Servilem in modum cruciari.* [Als de knechten gepynigt worden]. Id. de Prov. Conſ. *Miſerandum in modum necari.* [Jammerlijk erbermelijk gedood worden]. Idem 7. Verr. *Hoſtilem in modum cruciari, necarique.* Liv. lib: 1. *Vaticinantis in modum cecinit.* [Hy heeft als de Waarzeggers voorſpelt]. Cic. Attic. lib: 2. *Mirandum in modum iratus eſt.* Id. lib: 5. epiſt: 9. *Mirandum in modum gaudeo.* Item: Mirum in modum, Mirabilem in modum. [Wonderbaarlijk, op een wonderlijke wijs].

In hanc, in eam, in eandem ſententiam.

8. Cicer. de Div. *Hoc idem ſignificat Græcus ille ſcriptus in hanc ſententiam verſus.* Idem Attic. lib. 2. *Hæc, & in eam ſententiam cùm multa dixiſſet.* [Als hy dit en veel van den ſelve zin, of dergelijke geſegt had].

In ſpeciem.

9. In ſpeciem. Cic. 7. Verr. *Præclara claſſis in ſpeciem, ſed inops & infirma &c.* [Na uyterlijken ſchijn of geſtalte]. Liv: lib. 30. *Ducentos: paucos in ſpeciem captivos.* Idem lib. 4. *Nec precibus Tribunorum, quæ in ſpeciem modo jactentur, ſed auxilio confidere reum.* Idem lib. 8. 38. *Tenui vulnere in ſpeciem.* Idem lib. 3. *Dilataque in ſpeciem actione, re ipſa ſublata.*

In manus ſumere.

10. Cic. Verr. 6. *Iſte unumquodque vas in manus ſumere.* Idem pro Planc. *Procul apparet non excutitur, non in manus ſumitur.*

In manu tenere.

11. Cicer. pro Cluen. *Cùm Licinius pyxidem teneret in manu.* Idem 1. Tuſc. *Cùm pæne in manu mortiferum illud poculum teneret.*

In manibus eſſe.

12. In manibus eſſe, per tranſlationem multa ſignificat. Cic. Att. lib. 6. *Res eſt in manibus*, id eſt, jam agitur. Liv. lib. 4. *Cum tantum belli in manibus eſſet.* [Als 'er ſoo hevigen Oorlog voor, of, op handen was]. Cicero Attic. lib. 4. *De libris Oratoriis factum eſt à me diligenter, diu multumque in manibus fuerunt.* Id eſt, expoliti ſunt. Idem de Amic. *Sed & audiviſtis, & eſt, in manibus oratio.* Id eſt, Vulgo habetur. [Die redenvoering is in handen, of, is al onder 't volk]. Idem 2. Verr: *Libelli nominum veſtrorum in manibus erant omnium.* [Sy waren in eens ygelijcks handen, alle man hadſe]. Liv. l. 35. victoria eſt in manibus. [Men heeft de Overwinninge in ſijn hand of, men heeftſe wis, en ſeker].

In manibus habere.

13. Cic: 2. Verr. *Quam nunc ſpem habeat in manibus.* [Welke koop hy nu ontwijfelijk in ſijn hand, of, magt heeft]. Idem Attic. lib. 4. *Ex iis libris, quos in manibus habeo.* Idem Att: lib. 13. *Omiſi ea, quæ in manibus habebam: quod juſſeras, edolavi.* Idem 5. Tuſc. *Philoſophi quamcunque rem habent in manibus, in eam, quæ conveniunt, congerunt omnia.*

In Orbem, pro Per vices.

14 Liv. lib. 5. *Senæ horæ in orbem operi attributæ ſunt.* [Elk had op ſijn beurt ſes uyren in den arbeyd beſteed. Id. lib. 2. *Decem imperitabant, unus cum inſignibus imperii & lictoribus erat: quinque diebus finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat.* [Dat bewind ging onder haar by beurten om.]

D. P. * In pro inter. Cic. XIII. ep. 78. *Peto, ut eum complectare, diligas, in tuis habeas.*

D. * In Pro ad Plin. XVI. 1. *Multis fortuna parcit in pœnam.* Linac. lib. V.

P. * In pro ergà Lin. d. l. Cic. ad Brut. *In duces vehemens, in milites liberalis.*

D. P. * In pro contrà Linac. Cic. Att. lib. 3. *In aliquem peccare.*

* In quoque ſignificat ad ſimilitudinem vel in formam. Virgil. *Portus ab Eoo fluctu curvatus in antrum.* Linac. d. l. Colv. ad Apul. p. 36.

* Nonnunquam in idem eſt atque loco vel vice. Curt. *in præſidem eſſe juſſit.* Linac. ibid.

D ‡ In veteres promiſcuè vel cum accuſandi, vel cum auferendi caſu jungebant. Dicebant igitur: *In mentem, In poteſtatem eſſe*, pro *in mente, in poteſtate.* Et viciſſim: *In ſenatu venire*, pro, *in ſenatum.* Linac. lib. 6. p. 531. Syl. 111. prog. 99. Colv. ad Apul. p. 58.

De Adverbiis INDE, *&* INDIDEM.

Cap. LXXVI.

Inde, pro Deinde.

1. SÆpè Inde ponitur pro Deinde. Liv. l. 1. *Agrippa inde Tiberini filius.* Cic. in Brut. *Deinceps inde multi.* [Wyders, nog vele, den eenen na den anderen]. Idem pro Mur. *Quid tum inde.*

Inde ad tempus relatum.

2. Nec ad locum ſolùm, ſed etiam ad tempus refertur. Cic. de prov. Conſ. *Jam inde à principio hujus imperii.* [Selfs al van den aanvang van 't bewind of aan]. Idem 2. de Nat. Deor. *Iam inde ab ortu.* Idem pro Arch. *Quoad longiſſimè poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, &c. inde uſque repetens.*

Inde, Unde.

3. Inde unde, & ad locum, & ad alia per translationem accommodatur. Cic: lib: 13. ep: 39. *Nec inde venit, unde mallem.* Idem 1. de Inv. *Si inde incipimus narrare, unde neceſſe erit.* Id. ibid. *Si unde neceſſe erit, inde initium ſumetur.*

Indidem, ex eodem loco.

4. INDIDEM, eſt, ex eodem loco. Cicero pro Roſc. Amer. *Quos homines? indidem Ameria? An hoſce ex urbe ſicarios?* [Juyſt ook uyt de ſelve ſtad Ameria, van daan]. Idem 1. de Div. *Indidemque eadem, quæ oriuntur de integro, atque eodem occidunt.*

Unde. Indidem.

5. Cicer. 3. de Orat. *Unde ſimile duci poteſt, indidem verbum translatum lumen afferet orationi.*

De Adverbio INIBI, & IBI.

CAP. LXXVII.

1. INibi, ex in & ibi factum, eſt in eodem loco. Cicero. 2. Agr. *Luxuries Annibalem Capuæ corrupit, ſuperbia nata inibi eſſe ex Campanorum faſtidio videtur.*

* Ibi pro tunc. Terent. Eun. II. 2. *Ibi homo cœpit me obſecrare.* Linac. lib. 2. p. 133.

De Præpoſitione INFRA.

CAP. LXXVIII.

1. INfra contrarium habet Suprà. Cicer. libro 6. de Republica. *Supra lunam ſunt omnia æterna, infra autem nihil eſt, niſi mortale.* Id. Attic. lib. 9. epiſt. 6. *Et quidem ſupra me Atticus, infra me Verrius familiares tui.* Idem 6. Verr: *Ipſe ad mare infra oppidum expectabat.* Idem in Orat. *Non his ſolum locus eſt, ſed horum vel ſecundis, vel etiam infra ſecundos.* Idem pro Quinct. *Non modò ex numero vivorum exturbatur, ſed ſi fieri poteſt, etiam infrà mortuos amandatur.*

Infra ſe judicare, ducere, arbitrari.

2. Illa translata. Cicer. 3. Tuſc. *Ut omnia, quæ homini accidant, infrà ſe eſſe judices.* Idem 3. de Fin. *Infra ſe humana omnia ducens.* Id: 2. Tuſc. *Humanas res deſpicere, atque infra ſe poſitas arbitrari.*

Infra pro Poſt.

3. Interdum pro Poſt uſurpatur. Cicer. in Brut. *Homerus non infra ſuperiorem Lycurgum fuit.*

* Infra, pro Inferiùs, ſine caſu, adverbialiter. Plin. VIII. Epiſt. 8. *In ſuperiore parte navigare tantùm, infrà etiam natare, conceſſum.* Cicer. 2. de nat. Deo. *Stomachi autem partes, quæ ſunt infrà, quam cibus devoratur.* Lin. lib. 2. p. 108.

De Adverbio INTERIM. & INTEREA.

CAP. LXXIX.

1. INterim & interea, vim habent eandem; ſed interim ferè abſolutè ponitur. Cicer. pro Lig. *Interim Varus Uticam venit.* Idem 2. de Orat. *Hoc interim ſpatio conclave illud concidit.* Raró Dum adſciſcit Cæſ. lib. 5. de Bell. Gall. *Interim*

Interim dum de conventionibus inter ſe agunt. [Ondertuſſchen, onderwijl, midlerwijl dat'er].

D. * interim pro interdum. Quintiliani ſeculo natum eſt. Eraſm. l. de cop. 21. Goclen. p. 151. Obſerv. Buchn. ad Plin. n. 638. Quintil. XI. 3. *Interim concitatus, interim lenis eſt.* Contrariâ ratione Interdum Apulejo pro interim ponitur. Colv. ad eum p. 43. quod nollem imitari.

Interea dum, Interea quoad.

2. Interea ſæpè quidem abſolutè ponitur: frequentius tamen, quàm interim, aſſumit Dum. Cicer. 2. Philip. *Interea dum tu abes, qui dies ille Collegæ tui?* idem 2. de Orat: *interea tamen dum hæc diſperſa ſunt, coguntur.* Cæſ. lib. 3. adverſ. bel. Civ. *Interea manerent induciæ, dum ab illo redire poſſet.*

3. Interdum Dum antecedit. Cic. pro Quin. *Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea.*

4. Nonnunquam pro Dum reponitur Quoad Cæſ. lib. 1. de Bel. Civ. *Interea quoad fides eſſet data, Cæſarem facturum, qui polliceretur.*

De Præpoſitione INTRA.

Cap. LXXX.

1. INtra contrarium habet Extra, ac ſæpè ſtatum in loco declarat. Cicer. de Univ. *Intra cœlum geniti Dii.* id. Att. lib. 3. epiſt. 14. *Quod facilè fuiſſet: niſi intra parietes meos de mea pernicie conſilia inirentur.* Idem ad Brut. lib: 1. epiſt. *Cum tantum inſideat intra urbem mali.*

2. Aliàs motum ad locum. Cic. Att. libr. 8. ep. 36. *Qui regionibus excluſi, intra præſidia, atque intra arma aliena veniſſent.* idem 2. de Or. *Artis eſt, noſſe regiones, intra quas venire debeas, ut perveſtiges, quod quæras.*

Admonitio.

3. Quoties Intus, vel Intro ſignificandum eſt, ſi caſus accedat, Intra, dici oportet, quia Intus & intrò, cùm adverbia ſint, caſum non admittunt.

Intra, pro Citra.

4. Sæpè Intra uſurpatur pro Citra: Cic. pro Sext. *Antiochus intra montem Taurum regnare juſſus eſt.* [Aan deſe kant des Bergs. op dees zijde. idem 2. Verr. *Locus jam intra Oceanum nullus eſt, quo &c.* id. pro Leg. Man. *Nullam intra Oceani oſtium prædonum navim eſſe audiatis.*

5. intra per tranſlationem dicta. Cicero lib. 9. epiſt. 26. *Epulamur non modò non contra legem, ſed etiam intra legem*, id eſt, intra fines legis. idem lib. 4. epiſt. 13. *Modicè hoc faciam, aut etiam intra modum.* [ik wil eer te weynig dan te veel doen].

2. Interdum ad tempus accommodatur. Cic. 2. Verr. *Quæ intra decem annos, poſteaquam judicia ad Senatum tranſlata in rebus judicandis, nefariè flagitioſèque facta ſunt.*

De Pronomine IPSE.

Cap. LXXXI.

Me ipſe, & Mihi ipſe, pro Meipſum. Mihi ipſi, &c.

1. IPſe quamvis antecedat Me aut Mihi, Te aut Tibi, Se aut Sibi, eleganter in recto efferri ſolet. Cic. libro 4 epiſt. *Frangerem jam ipſe me.* idem lib. 4. epiſt. 8. *Non ita abundo ingenio, ut te conſoler, cùm ipſe me non poſſim.* idem lib. 6. ep: 10. *Agam per me ipſe & moliar.* idem ibid. *Quanti me à te fieri intellexerim, ſum mihi ipſe teſtis.* Terent. Adel. Prol. *Indicio de ſe ipſe erit.* Cic. pro Syl. *Nihil audacter per ſe ipſi ſine P. Sylla facere potuerunt.* Idem eſt, per ſe ipſos.

Ipſe pro Omninò.

2. Ipſe interdum uſurpatur pro Omninò. Cic. Att. lib: 3. *Triginta dies erant ipſi, cum dabam has literas, per quos nullas à vobis acceperam.* ['t Was nu even of, juyſt, dertig dagen geleden.] Idem in Brut. *Mortuus eſt annis octoginta tribus ipſis ante me Conſulem.* [Hy is net

net tagtig Jaar, voor mijn Borgermeeſter Ampt geſtorven].

* Ipſe etiam perſonarum ſignificationem repræſentat, Linac. lib. 1. p. 18. Scal. c. 128. de cauſ. LI. Primæ, ut in illo Cic. IV. Ep. 8 *Non ita abundo ingenio, ut te conſoler, cùm ipſe me non poſſim.* Secundæ, ut in illo Ovidii ep. Penel. *Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni.* Tertiæ, ut in illo Virgilii, 6. Æn. *Ipſe ratem conto ſubigit.* Eſtque, in his ellipſis pronominum ego, tu, ille.

* Ipſe pro reciproco. Cic. IV. Ep. 8. *Quantum ei res & ipſius cauſa concedit:* pro ſua obſervante ibi Amerp. Ennius apud Cic. 1. Off. p. 11. *Homo, qui erranti comiter monſtrat viam, quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit, ut nihilominùs ipſi* (i. ſibi) *luceat, cum illi accenderit.* Curt. lib. VII. c. 24. *Qui ut per interpretem cognoverunt, juſſu regis ipſos* (i. ſe) *ad ſupplicium trahi.* Senec. III. de benef. 23. *& quærentibus, quænam eſſet? Dominam ad ſupplicium ab ipſis* (i. ab ſe) *duci profeſſos eſſe.* Cornel. Nep. c. 2. Hannibal. *ut Hannibalem in ſuſpicionem regi adducerent, tanquam ab ipſis* (i. ab ſe) *corruptum.* Plin. VII. ep. 25. *O quantum eruditorum aut modeſtia ipſorum* (i. ſua) *aut quies operit, & ſubtrahit famæ.* Valer. Max. II. 6. *Lares familiares, ut puerorum periculum in ipſius* (i. ſuum) *caput transferrent, oravit.*

De Pronomine IS.

CAP. LXXXII.

Is, pro Hic, vel Ille.

1. IS ſæpe uſurpatur pro Hic vel Ille. Cicer. 5. Verr. *Polemarchus eſt Murgentinus, vir bonus, atque honeſtus, Is cum &c.* Idem 1. de Nat. Deor. *Ejus auditor Strato, is qui Phyſicus appellatur.* Idem 2. de Orat. *Quorum princeps Socrates fuit, is, qui &c.*

IS, poſt Pronomen Qui.

2. Sæpe, is, poſt Pronomen Qui collocatur. Cicer. 2. Ph. *Nihil turpius, quàm quòd, qui Magiſter equitum fuiſſe tibi viderére, is per municipia &c.*

Is qui, pro Talis qualis.

3. Is qui pro Talis qualis eleganter ponitur, Cicer. Att. lib. 7. ep. 8. *Itaque ego is in illum ſum, quem tu me eſſe vis.* Idem lib. 3. ep. *Quod ſi eſſem eâ perfidiâ, quâ ſunt ii, qui in nos hæc conferunt.* Idem lib. 15. epiſt. 19. *Si ii nos ſumus, qui eſſe debemus.*

Is ut, Is qui, pro Talis ut.

4. Is ut, Is qui, pro Talis ut, ſæpiſſimè uſurpatur. Cicer. ad Brut. epiſt. 9. *Nec tamen is ſum, ut mea me maximè delectent.* [Ik ben egter die Man niet, ik ben juyſt van dat maakſel niet dat my niets ſoo aangenaam is, als't geen ik ſelve gedaan heb]. Idem lib. 3. ep. *Is enim tu vir es, & eum me eſſe cupio, ut &c.* Id. lib. 6. ep. i. *Ea perturbatio eſt omnium temporum, ut ſua quemquę fortuna maximè pœniteat.* Idem lib. 1. epiſt. 6. & 8. & lib. 10. epiſt. 8. *Is ego ſum, cui vel maximè concedant omnes.* [Ik ben ſoo een Man, aan wien elk uytſtekent veel wil toegeven].

Is quaſi, pro Is ut Si.

5. Cic. Attic. lib. 1. epiſt. 8. *Proinde eô animô te velim eſſe, quaſi mei negotii cauſa in iſta loca miſſus eſſes.* Idem ibid. *Me autem eum & offendes erga te, & audies, quaſi mihi, ſi quæ parta erunt, non modò te præſente, ſed per te parta ſint.*

D. * Id quod, pro quod, Vall. III. Eleg. 62. Cic. 1. de Orat. pag. 101. *Ac ſi nos, id quod maximè debet, patria noſtra delectat.* ['t Welk ook wel degelijk ſoo ſijn moet].

D. * Id, pro propter id, verbis neutris junctum Catullus. *Sed nunc id doleo.* Ter. *jam id gaudeo.* Syl. III. prog. 30.

D. P. * Id verò pulchrè in antitheſi adhibetur prȩcedente infinitivo, Goclen. pag. 146. Obſ. Terent. prol. Eun. *Eas ſe non negat Perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam ex Græcâ; ſed eas fabulas priùs Latinas ſciſſe ſeſe, id verò pernegat.*

Id ætatis , pro Eà ætate.

6. Id ætatis eleganter uſurpatur pro Eâ ætate, & accommodatur tum ad ſenes, tum ad pueros, vel adoleſcentulos. Cic. Att. lib. 4. epiſt. *Si hominem id ætatis in tam longo ſermone retinuiſſet.* Idem 1. de Orat. *Quoniam id nobis Antoni , hominibus in ætatis , oneris imponitur.* Idem pro Cluen. *Se in balneis cùm id ætatis filio fuiſſe.* Idem pro Roſc. Am. *Duo filii id ætatis.*

7. Adſciſcit interdum Ut. Id. libro 6. epiſt. 21. *Id ætatis jam ſumus , ut omnia , &c. fortiter ferre debeamus.* [Wy ſijn nu tot die jaren gekomen dat wy alles dapper en onverſchrokken moeten uytſtaan].

Id temporis , pro Id tempus , vel Eo tempore.

8. Cic. 2. de Orat. *Sed nunc quidem , quoniam id temporis eſt , ſurgendum cenſeo.* [Vermits reets de tijdt die verre verſtreeken is, dunkt my dat men op moet ſtaan]. Id. pro Mil. *Deinde profectus eſt id temporis , cum jam Clodius (ſiquidem eo die Romam venturus erat) redire potuiſſet.* Idem 5. de Fin. *Maximè quod is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet.* Id. Att. lib. 13. ep. *Venit enim ad me , & quidem id temporis , ut retinendus eſſet.* [Hy is by my gekomen , en wel op die tijd , dat ik hen by my houden moeſt].

De Pronomine ISTE.

Cap. LXXXIII.

1. ISte, propriè ad ſecundam perſonam pertinet , ut Hic , ad primam. Itaque iſte dicitur , qui ad te ſpectat , ut hic qui ad me. Cic. 2. Phil. *Tu iſtis faucibus , iſtis lateribus, iſtâ gladiatoriâ totius corporis firmitate tantum vini ; &c.* Idem l. 2. epiſt. *hic mihi verba deeſſent , nec ſolum iſta veſtra Oratoria.*

* Non perpetuam eſſe hanc obſervationem Manut. Com. ad III. ep. Cic. 10. exemplis aliquot oſtendit , in quibus ad ſecundam perſonam non iſte , ſed hic infertur. Dixerat enim ibi Cicero: *hoc tuo tempore.* non, iſto.

ISTE , Contemnentis.

2. Ponitur autem ſæpè hoc pronomen in rebus, quas contemnimus , tanquam alienas à nobis. Cic. pro Do. *Lex, quam iſte tulerat.* Id. de Sen. *Ita ex iſta vita diſcedo , tanquam ex hoſpitio.* Idem lib. 1. de Nat. Deo. *Pecudum greges diliguntur iſto modo.*

Iſtiuſmodi pro Tale.

Iſtiuſmodi quoque contemptum ferè continet. Cic. 3. Verr. *Per facile verò apud iſtiuſmodi Prætorem , qui &c.* Id. 2. Verr. *Neceſſe erit iſtiuſmodi rationi aliquo conſilio obſiſtere.* Idem 1. de Orat. *Adduxiſſem huc Græculum aliquem , qui nos iſtiuſmodi diſputationibus oblectaret.*

Iſthæc , Iſtuc , pro Iſta , & Iſtud.

4. Iſthæc pro iſta, & iſthuc pro iſtud, Tulliana ſunt. Cicer. Att. *Si ille circum iſthæc loca commorabitur.* Idem Attic. lib: 12. *Primum tibi perſuade , me iſthuc non curare.* Idem 1. Acad. *Iſthuc quidem conſiderabo.* Id. pro Quinct. *Quo die vadimonium iſthuc factum eſſe dicis.* Idem lib: 1. de Nat. Deor. *Præcipitare iſtuc quidem eſt , non deſcendere.*

** De Pronomine ILLE.*

D.* Ut iſte ad contemptum, ſic ille ad dignitatem valet, cùm de celeberrimis viris loquimur Cic. 1. Tuſc. *Naſica ille prudens.* Linac. lib. 3. p. 216. Vall. 2. Eleg. 4. Victor. Caſtig: in Cic: p: 58. Bœcl: ind: Nep. Aliquando ad odium. Cicer: pro Flac: *Cappadocem autem illum non modò recipiebat ſuis urbibus , verùm etiam ultrò vocabat.* Camerar. p. 89. ad 1. Tuſc.

S. * Ille, pro talis. Plaut. Trin. *quid illum putas naturâ illâ* (i. tali) *atque ingenio ?*

* Ille ἐμφατικῶς geminatur. Cic. 1. ad Attic. *Noſti Calvum ex Nannejanis illum, illum laudatorem noſtrum.* Victor. Caſtig. in Cic: p: 338.

D. * Ille & hic, cùm ad duo antepoſita referuntur, Hic ad propius, Ille ad remotius pertinet. Linac. 4. p. 218. Syl. 1. progr. 86. Corn. Celſius: *Ignævia corpus hebetat, labor firmat: illa* (ignavia) *maturam ſenectutem, hic* (labor) *longam adoleſcentiam reddit.* Sylvius hoc diſcrimen à Valerio Max. ejus alioqui ſatis obſervante ſemel neglectum agnovit: nos, etiam à Senecâ epiſt: 114. *Non poteſt alius eſſe ingenio, alius animo color. Si ille* (animus) *ſanus eſt, ſi compoſitus, gravis, temperans, ingenium quoque ſiccum ac ſobrium eſt, illo* (animo) *vitiatô, hoc* (ingenium) *quoque afflatur.* Ubi ille propius, hic remotius reſpicit. Puto Senecam, quia de ingenii corruptione ex inſtituto, differebat, Pronomen hic applicare ei, ut rei præſenti, atque adeò propiori, maluiſſe, quàm ille. Cicero etiam alterum ſine altero adhibuit, XVI. epiſt. 1. *Nos ita te deſideramus, ut amemus, amor, ut valentem videamus. hortatur; deſiderium, ut quamprimum. Illud igitur potiùs, cura potiſſimùm ut valeas*, Obſervat Schorus p: 64. rat. diſc. Virgilius hoc in caſu bis poſuit huic, ut Græci ὁ μὲν ὁ δὲ. Ecl. 4. *Non me carminibus vincat nec Thraceus Orpheus, nec Linus, huic*, (pro, illi, nempe Orpheo) *mater quamvis, atque huic* (Lino) *pater adſit, Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo.* Bis inquam dixit, huic, ut ſi uſitato more bis dicas, alteri.

* At ſi hic & ille medio loco duabus ſententiis interſerantur: Hic ad dicta ſpectat, & præmittitur, ille ad dicenda, & ſubjicitur. Sylv. I. prog. 87. Valer. Max. IX. 12. *Fortis hujus* (de quo dictum eſt) *mors; illorum* (de quibus jam ſequetur) *perridicula.* Hujus generis & illa ſunt, cùm ſententiam aliquam ſubjecturi, pronomine, illud, eam demonſtramus. Corn. Nep. c. 2. Thraſyb. *Quo magis præceptum illud omnium in animis eſſe debet, nihil in bello oportere contemni.*

* Ille eleganter abundat junctum particulis, quidem, ipſe, & idem. Cic. *Ludo autem & joco uti illis quidem licet, ſed ſicut ſomno.* Camer. p. 89. ad 1. Tuſc. Non infrequens hoc Ciceroni eſt, Camerariò verò adeò frequens, ut ſi nomen ejus ſublatum ſit è ſcriptis, vel hoc indicio autorem divinare poſſis Camerarium. Cornel. Nep. c. 9. Dion. *Nam illi ipſi cuſtodes ſervare eum potuiſſent.* & c. 3. de regibus. *Ab illo eodem vitâ privatus dicitur.* & cap. 6. Miltiad. *Idem ille populus.* Quo exemplo augeri poteſt Index Bœcletianus. Quomodo aliàs abundet hoc pronomen, vid. ap. Linac. lib. 6. p. 472. & Popm. II. de uſu ant. loc. 10.

De Conjunctione ITA.

CAP. LXXXIV.

Ita, pro Adeò; aut Valdè.

1. ITa ſæpè uſurpatur pro Adeo. Cic. pro Dejot. *Dii te perdant fugitive, ita non modò nequam & improbus, ſed & fatuus, & amens es.* [Den Hemel ſtraffe u, gy weglooper, gy zijt niet alleen godloos en ondeugend maar ook een dolkop, en een onbeſuyſden losbol.] Id. in Orat. *Rarus inceſſus nec ita longus.* Idem 6. Verr. *Simulacra, ſed non ita antiqua.* [Niet ſoo ſeer oudt]. Idem 1. Phil. *Nec ita multum profectus, rejectus Auſtro ſum in eum ipſum locum, unde conſcenderam.* Idem in Brut. *Non ita multi ſunt.* Id. 4. Verr. *Tardius non ita multum tecum fuit.* [Hy is ſoo heel lang niet by u geweeſt]. Idem 1. de Nat. Deor. *Quorum quanta mens ſit, difficile eſt æſtimare: Ita multa meminerunt.* Idem in Brut. *Fimbriæ non ita ſe diu jactare potuit.* Idem in Orat. *Non ita lato interjecto mari.* Idem 2. Acad. *Hoc tibi non ita decorum eſt.* [Dat paſt u juyſt ſoo heel wel niet].

Ita pro itaque, ſive atque ita.

2. Alias pro Itaque Cic. 5. Tuſc. *Ita nobiliſſimæ Civitas Græciæ, & olim potentiſſima, ſepulchrum civis ſui ignoraſſet, niſi &c.* [En ſoo ſoude die Stad haar Borgers graf niet geweten hebben]. Idem pro Quinct. *Ita fit, ut ego, qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar.*

Ita, jurantis.

3. Interdum in jurejurando uſurpatur. Ter. Eun. *Ita me Dii ament, honeſtus eſt.* [Voorwaar, in der waarheyd, ſoo waar als ik leef, Hy is ſchoon.] Cicer. Att. lib. 5. *Ita vivam, ut maximos ſumptus facio.* [Soo ſeker als ik leef, ik verdoe veel]. Id. 1 Verr. *Ita mihi Deos omnes propitios eſſe velim, ut &c.* [Alſoo ſeker Segene my den Hemel.]

Ita ut, Ita ut ſi, pro Adeò ut, Adeò ut ſi.

4. Cic. Att. lib. 2. ep. 42. *Ita ſum afflictus, ut nemo unquam.* Id. ib: 13. ep. 21. *Mihi moleſtiſſimis temporibus ita benevolè, fideliterque præſto fuit, ut ſi eſſet à me manumiſſus.*

† Notandum hîc eſt, ita ut, eleganter poni pro, non tantùm, ſed etiam: vel, quidem, ſed ita, ut etiam Cic. XVI. ep. 1. ad Tit. *Nos ita te deſideramus, ut amemus: Amor, ut valentem videamus, hortatur; deſiderium, ut quamprimùm.* Ubi non audiendus eſt Schorus, qui pag. 63. de rat. diſc. particulam ut h. l. capit pro ſicut, & legi vult, amemus, non amemus. Quâ ratione tota frigebit ſententia.

S. D. † Ita, quàm Propert. II. Eleg. 5.
Non ita Carpathiæ variant aquilonibus undæ,
Quàm facile irati verbo mutantur amantes.

Ita quaſi, vel tanquam.

5. Cic. lib. 7. ep. 4. *Ita mecum locutus eſt, quaſi non dubium bellum habeamus.* [Hy heeft met my even ſoo geſproken, al hadden wy ongetwyfeld een krijg]. Idem pro Quinct. *Quaſi domi nummos haberet, ita conſtituit Scapulis ſe daturum.* Idem 7. Verr. *Neque enim ita ſe geſſit in rebus, tanquam rationem aliquando eſſet redditurus.*

Ita quemadmodum, vel quomodo.

6. Cicer. de Fat. *Ita certè evenit, quemadmodum ſit futurum.* Idem Att. lib. 13. ep. 20. *Quare facis, ut ita ſit in libr. quemadmodum fuit.* Idem 2. Agr. *Neque me tantummodò Conſulem, ſed ita feciſtis, quomodo pauci nobiles in hac civitate Conſules facti ſunt.*

Ita ſi, pro hac conditione, ſi.

7. Cicer. de Sen. *Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi jus ſuum retinet.* [Den hoogen ouderdom is als dan eerwaardig, ſoo ſy ſig ſelve kan beſchermen, en haar regt handhaven.] Idem 1. de Off. *Nam hoc ipſum ita juſtum eſt, ſi eſt voluntarium.* idem lib. 15. epiſt. 20. *Crebris literis nos appellato, atque ita, ſi idem fiet à nobis.* id: Att: 16. *Sed ita ſi redeam.* [Onder dat beding, onder die mits, ſoo ik wederkome] Idem lib: 13. epiſt. *Ita, etiamſi ædificaturus eſſes.* [Dit geſtelt zijnde, al ſchoon gy bouwen ſouden].

Ita, ne, ut ne, ut non. Dat, niet.

8. Terent. Heaut. *Ita tu iſthæc miſceto, ne me admiſceas.* Cicer. lib. 16. epiſt. 9. *Sed ita velim, ut ne quid properes.* idem lib. 7. epiſt. 26. *Cùm quidem biduum ita jejunus eſſem, ut ne aquam quidem guſtarem.* Idem 2. Officiorum. *Nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit.* [Nog men moet ſijn goed alſoo, of, in diervoegen niet opſluyten, dat de goedertierenheyd 't ſelve niet ſoude konnen ontſluyten].

Itáne. Itáne verò.

9. Itáne, Itáne verò urgentis ſunt; aut etiam ſtomachantis. Cicer: 2. de Div. *Itane cenſes?* Id. ibid: *Itane ſi quis ex ſua re, &c.* Idem 2. de Nat: Deor. *Itane verò? ego injuſtus, qui & Conſul rogavi, & Augur. & auſpicato?* Idem 7. Verr. *Itane verò, tu tua pericula communi periculo defendes?* [Ja ſeker! ſoekt gy ſoo uw eygen gevaar, af te weren met het algemeen gevaar].

* Ita pro eo, quod Græcis eſt εἶτα, i. deinde. Cicer. pro Cluent. *aliquot dies ægrotaſſe, & ita eſſe mortuum.* Rad. For. II. rer. quor. 20.

De Adverbio ITEM & ITIDEM.

Cap. LXXXV.

1. Item eſt Similiter. Cic: 5. Verr: *Litteræ iſtę mittuntur à patre vehementes, ab amicis it.* [Insgelijks ook van de Vrinden]. Idem 2. de Div: *Solis defectiones, item lunæ prædicuntur.* Idem in Brut: *Romulus Augur cum fratre item Augure.* Idem de amic: *Itaque ex me quærunt, credo item ex hoc Scævola.* [Sy vragen my, en ſoo 'k geloov, insgelijks ook Scævola].

Item ut, Item uti, Item atque.

2. Item ſæpè cum Ut, Uti, Atque, conjungitur. Cicer: in Orat: *Ita fit, ut non item in oratione, ut in verſu numerus extet.* Idem 6. Verr: *Feciſti item uti prædones ſolent, qui &c.* [Gy hebt even eens gedaan gelijk de Roovers gewoon zijn].

S. D. * Varro II. de re Ruſt. 7. *Non item ſunt ſpectandi, atque habendi.* Negavit igitur imprudenter Schorus in Phraſibus, item atque reperiri, niſi forte de ſolo id intellexit Cicerone. Nam in exemplo, quod ex ep. ad Attic. affert Pareus, atque pro &, non pro quàm poſitum videtur.

Item quàm, Item quemadmodum.

3. Raró cum Quam & Quemadmodum jungitur. Cicer. lib. 14. epiſt. 12. *Id erat quondam quaſi neceſſe, nunc quoquo modo ſe res habet, non eſt item, quàm dudum.* [Het is nu ſoo juyſt niet, als 't ter die tijd]. Idem Verr: 4. *Cauſa componitur, ut item Palæſtritæ Bidenſes peterent ab Epicrate hæreditatem, quemadmodum Palæſtritæ Syracuſani ab Heraclio petiſſent.* [Sy ſouden eve ſoo, als, ſy ſouden even gelijk de &c].

Ut, item; Sicut, item, Pro ita.

4. Interdum item poſtponitur. Cic: 1. Acad: *Ut enim in ſenſibus, item faciunt de reliquis.* Idem 1. de Orat: *Sicut in foro bonos Oratores, item in theatro actores malos perpeti.* [Gelijk, even als, even alſoo].

Non Item.

5. Item cum negatione ſæpè in extremam conjicitur clauſulam: ut res, quæ conferuntur, diverſas eſſe appareat. Cic: in Orat: *Nam omnium magnarum artium, ſicut arborum altitudines delectant, radices ſtirpeſque non item.* Idem 4. Tuſc. *Sic illi in morbum & incidunt tardiùs & recreantur ocyus: hebetes non item.* Idem Attic: lib: 1. *Spectaculum tibi uni jucundum, cæteris non item.* [Voor u is 't vermaaklijk, dog voor de andren, is 't alſoo niet].

Itidem.

6. Itidem, eſt Similiter, id eſt Eodem modo. Cicer: Part: *Temperantia in rebus incommodis eſt itidem duplex* [Sy is u 's gelijk, van gelijken tweederley]. Idem 3. de Nat: Deor: *Vinctus itidem à filio Saturnus.* idem 2. de Div: *Ea, quę movent ſenſus, itidem movent ſenſus omnium.* [Op de ſelve wijs even in dier voegen].

Itidem &, Itidem ut.

7. Adſciſcit autem interdum conjunctionem ET, aliàs UT. Cicer: 2. de Leg. *Quia nunc itidem ab eodem, & à cęteris Diis immortalibus ſunt ducenda primordia.* Ter. Hecyr. *Itidem mulieres ſunt fermè, ut pueri, levi ſententia.*

De Adverbio ITERUM.

Cap. LXXXVI.

Iterum, pro Secundo.

1. Iterum pro Secundò eleganter ponitur. Cic: Att: lib: 4. *Flaminus Conſul iterum.* Idem pro Seſt: *L. Saturnius iterum Tribunus.* Idem in Brut: *Livianæ fabulæ vix dignæ, quæ iterum legantur.*

Semel iterum; Semel atque iterum; Semel aut iterum.

2. Aliàs adſciſcit ſemel. Cic: 5. Verr. *Duobus pretiis unum & idem frumentum vendidiſti, ſemel*

ſemel civitatibus, iterum populo Rom: Idem pro Dom: *Audierat ex illo ſe à me bis ſalutem accepiſſe ſemel ſeparatim, iterum cum univerſis.* Idem pro Clu. *Ut re ſemel atque iterum præjudicatâ condemnatus in judicium venerit.* [Dat hy, eens en andermaal ſijn ſaak voor af geoordeelt zijnde, verweſen, voor 't Gerigt gekomen is]. Idem in Brut. *Antiſtius & Piſo ſępe dicebant, minus ſępè Pomponius, raro Carbo, ſemel, aut iterum Philippus.*

Iterum ac tertium; Iterum ac tertiò.

3. Aſſumit etiam vel Tertium vel Tertiò. Cic. 1. de Inv. *Primum quidem decipi incommodum eſt, iterum ſtultum, tertiùm turpe.* Cicer: 2. de Div: *Nemo eſt, quin ſępè jactans Venerem aliquando jaciat, nonnunquam etiam iterùm ac tertiùm.*

4. Nonnunquam etiam iterum ac tertio. Id. pro Dejot. *Ille iterum, ille tertio auctionibus factis pecuniam dedit.* idem pro Roſc. Amer. *Iterum, ac tertio nominavi.* [Twee of drymaal, voor de tweede of dardemaal].

Iterum ac ſępiùs.

5. Nonnunquam additur ſæpiùs. Cic. Attic. lib: 1. epiſt. 42. *Id ut re experiatur, iterum ac ſępius te rogat.* Idem pro leg. Man. *Teſtis eſt iterum ac ſępius Italia, quę &c.* Idem pro Fon. *Semel atque iterum, ac ſępiùs.* [Een en andermaal ja menigmaal].

S. D. B. * Iterum iterumque Martial. II. 14. Virgil: II. Æn. *Creuſam Nequiequam ingeminans iterumque iterumque vocavi.*

De Prępoſitione JUXTA.

Cap. LXXXVII.

1. Juxta eſt Apud. Cic. Att. *Sepultus eſt juxta viam Appiam ad quintum Lapidem.* Virg: lib: 4. Æneid. *Furiarum maxima juxta accubat.*

Juxta pro ęquè.

2. Sæpè uſurpatur pro æquè. Saluſt. Jugurt. *Juxta boni, malique obtruncati ſunt.* Id: ibid. *Plebi, patribuſque juxta Charus.* Id: *Cives hoſteſque juxta metuere.* Plin. lib: 9. cap: 35. & 41. *A fœminis juxta viriſque geſtarentur.* [Sy ſouden even ſoo wel van Vrouwen, als van Mannen gedragen worden].

Admonitio.

3. Hæc familiaria ſunt Hiſtoricis, Oratoribus non item, qui Æquè libentiùs, quàm Juxta uſurpare ſolent. Lege Æquè.

Juxta ac, Juxta atque.

4. Juxta ac, Juxta atque itidem hiſtorica fermè ſunt. Liv. lib. 1. *Abſentium bona juxta atque interemptorum diviſa fuerunt.* Idem ibid. *Trucidant inermes juxta, atque armatos.*

Admonitio.

5. Quod minus verſimile, aut uſitatum eſt, id antecedere ſolet. Liv. lib. 5. *Et ſe juxta hieme, atque ęſtate bella gerere poſſe.*

Juxta ac ſi.

6. Juxta ac ſi Ciceronianum eſt. Cicer: poſt red: in Sen. *Tum reliquis officiis, juxta ac ſi meus frater eſſet, ſuſtentavit.* Id eſt, Non ſecus ac ſi. [Even eens al was hy mijn eygen Broeder].

Juxta cum.

7. Juxta interdum aſſumit Cum, apud Hiſtoricos, & Poëtas. Saluſt. Catil. *Quo in loco res noſtrę ſint, juxta mecum omnes intelligitis.* id eſt, æquè ac ego. [Gyliede verſtaat het even ſoo wel als ik]. Plaut: Aul: *Juxta mecum rem tenes.* Id: Perſa. *Juxta tecum, ſi tu neſcis, neſcio.*

Juxta, pro Secundùm, vel poſt.

8. Juxta pro Secundùm, hiſtoricum itidem eſt. Tac. lib. 5. *Juxta Deos in una manu eſt.* Id: ibid: *Juxta libertatem, paucorum dominatio,*

regiæ ibidem propior. [Nevens de vryheyd, is de overheerſing der weynigen, oft Koninklijke magt aldaar ſeer gelijk].

De Conjunctione LICET.

CAP. LXXXVIII.

1. LIcet pro Etſi rarum eſt. Cicer. Attic. libr. 3. epiſt: 12. *Licet tibi ut ſcribis ſignificarim, ut ad me venires Sidona, tamen intelligo, &c.* Idem in Vat. *Veritas licet in cauſa nullum patronum, aut defenſorem obtineat, tamen per ſe ipſa defenditur.*

Admonitio.

2. Quoties ſequitur tamen, ſatius eſt uſurpare Etſi, Tametſi, Quanquam. Nam licet hac ſignificatione, ut diximus, rarum eſt, niſi cùm conceſſioni ſervit.

Licét, abſolutè poſitum.

3. Licet ſæpiſſime abſolutè ponitur, & ſervit conceſſioni Cic: Att: libro 10. epiſt. 4. *Sed omnia licet corruant, Idus Martiæ conſolantur.* [Al ſchoon dat alles te grondt ging, ik nogtans trooſte my &c.] Id. de Am. *Quantumvis licet excellas.* [Gy moogt ſoo voortreffelijk zijn als gy wild]. Id. Att. lib. 1. *ex qua licet pauca deguſtes.* [Gy moogt daar een kleyn proefje van nemen, ſoo gy wild]. Idem Attic. lib. 5. *Vel ipſi hoc dicas licet, humanitatem meo judicio illi defuiſſe.* [Gy moogt hen mijnenthalve wel ſeggen, dat het hen, na mijn oordeel, aan beſcheydenheyt ontbroken heeft]. Id. Att. lib. 2. ep. 24. *Proinde iſti faciant licet, quos volent, Conſules.* [Sy mogen Borgermeeſters maken, wien ſy willen]. Id. de Leg. *Quantumvis enumeres multos licet, nullos tamen, &c.* [Gy moogtet ſoo veel optellen als gy wild]. Id. de Ar. reſp. *Quam volumus licet P. C. ipſi nos amemus, tamen nec numero Hiſpanos &c.* [Wy mogen haar lief hebben ſoo wy willen, nogtans &c].

D. P. * Sic & licebit. Cic: de Inv. *Sequamur Hermagoram licebit*, i. ſi placet, ſi videatur; ut exponit Schorus in Phraſ. & ejus compilator Schoppius in Obſerv. linguæ Lat. Plura exempla in Hadriano quæres licebit. Quibus & illud addi poteſt Horatii II.: Sat. 2. verſ. 59. in quibus omnibus ellipſis eſt particulæ ut. Patet autem, in his formulis Licet, ac Licebit verbum potiùs eſſe, quàm conjunctionem. Vid. Goclen. II. probl. Gram. 23.

Licet per me, Per te, Per illum, &c.

4. Sæpè adjicitur Per me, Per te, Per illum, & alia ejuſmodi. Cic: 2. Acad. *per me vel ſtertas licet (inquit Carneades) non modò quieſcas.* [Gy moogt, mijnent halven wel ſlapen dat gy ſnurkt, &c.] Id. 1. de Orat: *per me appellet Oratorem licet.* [Mijnenthalven, vel, ik magt wel lijden, vel, ik ben te vreden, dat hy hen &c]. Plaut. Aſin. *Aſinariam vult eſſe, ſi per vos licet.* Ter. Adel. *Sinatis hunc facere, dum per ætatem licet.* [Laat hen dit dan toe te doen, terwijl 'k ken, ouderdoms halve, nog vry ſtaat].

Licet, pro Etiamſi.

5. Nonnunquam Licet, pro Etiamſi videtur uſurpari Cicer. pro Seſt. *Licet omnes in me terrores impendeant, ſubibo*, Id. poſt red. in Sen: *Licet corpus abeſſet meum, dignitas jam in patriam reverterat.* [Of ſchoon, wel, niet tegenſtaande dat, mijn lighaam daar niet was. &c.]

Licet cum infinitivo, pro poſſumus.

6. Aliàs infinito modo junctum uſurpatur pro Poſſumus. Cicer. 1. Offic. *Licet ora ipſa cernere iratorum.* [Men kan uyt ymands oogen, ſijn gramſchap leſen.] Idem 1. de Div. *Mirari licet, quæ ſint animadverſa à medicis herbarum genera.* [Men mag ſig wel verwonderen, hoe veel ſoorten &c.] Idem ibid. *Videre licet nationes quaſdam.*

Admonitio.

7. Cicero pro Videre eſt, intelligere eſt, quæ poëti-

poëtica, aut hiſtorica ſunt, dicere ſolet Videre licet, intelligere licet.

De *Adverbio* LONGE.

CAP. LXXXIX.

Longè, pro procul.

1. LOngè propriè eſt Procul. Cic. lib. 1. epiſt. *Longè abſum; audio ſerò.* Idem ad Q. Frat. lib. 3. *Iſti Nervii, quàm longè ſint neſcio.* Idem Attic: *Tu autem abes longè gentium.* [Gy dog zijt hier gants wijd en verre van daan]. Id. pro Flac. *Longè omninò à Tiberi, ad Cajum.* Idem 2. de Fin. *Audi, ne longè abeam, moriens quid dicat Epicurus.* [Op dat ik niet heel verre ga]. id. 4 Verr. *Epicrates longè mihi obviam proceſſit.* Idem de Amic. *Ut nos longè proſpicere oporteat futuros caſus Reip.* [Dat wy heel verre voor uyt behooren te ſien, &c].

Longè lateque.

2. Longè lateque aſſumuntur ad ſignificandam longitudinem ac latitudinem ſpatii. Cic. 2. de Nat. Deor. *Nam Solis candor illuſtrior eſt, quàm illius ignis, quippe qui immenſo mundo, longè lateque collucet.* Idem pro leg. Manil. *Ita tantum bellum tam diuturnum, tam longè lateque diſperſum.* idem 2. de Divin. *Quæ autem eſt alia cauſa erroris tam longe lateque diffuſi, niſi quod.* [Wijd en breed uytgebreyd].

Longè, pro Valdè.

3. Interdum Longè pro Valdè, aut multùm uſurpatur Cicer. 1. Academ. *Totaque ea res longè cæteris & ſtudiis, & artibus antecedit.* [Die ſaak gaat heel verre de andere oeffeningen en konſten te boven]. Idem pro Font. *O fortunam longè diſparem M. Fonteji.* Idem pro Syl. *Et erat huic judicio longè diſſimilis illa contentio.*

Longè multumque.

4. Nonnunquam aſſumit, Multùm, ſignificandi gratia Cic. 5. de Fin. *Quàm longè multumque præſtet mens atque ratio.*

Longè pro multò.

5. Longè pro Multò ſæpè uſurpatur, nec raro cum ſuperlativo jungitur. Cicer. pro Do. *Longè aliter, atque à me dicta erant, detulerunt.* [Sy hebben 't heel anders, als ik geſegt had, overgebragt]. Idem pro Planc. *Quod eſt longè ſecus*, Idem 3. de Orat. *Non eſt longè aliter in verſibus.* Idem 3. de Orat. *Longè omnium in dicendo & graviſſimo, & eloquentiſſimo Platoni.* [Verre boven anderen]. Idem in Brut. *Vir longè poſt homines natos improbiſſimus.* Id: pro Roſc: Am. *Hominem longè audaciſſimum nuper habuimus in civitate C. Fimbriam.* [Veel onverſchrockener als ymand]. Idem lib. 2. epiſt. 14. *Patus longè princeps municipii Lucenſis.* Idem 4. Verr. *Longè primus Civitatis eſt Epicrates.* Idem in Brut. *Longè plurimum ingenio valuiſſe videatur.*

De *Adverbio* MAGIS.

CAP. XC.

Magis quàm.

1. MAgis plerumque cum Quàm copulatur. Cic: 2. de Orat. *Magis adeò id felicitate, quàm ulla mea culpa contingit.* idem Attic. lib. 2. *Etſi magis eſt quod gratulor tibi, quàm quod te rogem.* idem pro Mil. *Niſi fortè magis erit parricida, qui conſularem patrem, quàm ſi quis humilem necaverit.*

Admonitio.

Non temerè Magis pro Plus uſurpandum eſt: Magis enim plerumque ad comparationem pertinet, & Potiùs ſignificat; Plus autem ſæpè refertur ad magnitudinem, & contrarium habet Minus, ut Plùs virium, plus jucunditatis. Item plus poſſe, plus efficere, & alia ejuſmodi, quibus locis Magis uſurpare non licet. Lege PLUS.

✱ Obſervandus hic locus Ciceronis pro Roſc.

Roſc. Amerp. 24. *annos natus magis quadraginta.* Potuiſſet dicere plus, vel amplius quadraginta.

Magis, abſolutè poſitum.

2 Sæpè abſolutè ponitur, ſed ita ut quàm ferè intelligatur. Cic. lib. 16. epiſt. 14. *Expecto tuas literas, teipſum multò magis.* Idem Parad. *Nihil huc addi poteſt, quo magis virtus ſit.* Idem pro Planc. *Magis Aedilis fieri non potuiſſet*, ſcil. quàm factus eſt. Idem lib. 1. epiſtol. *Cum Pompejus ita contendiſſet, ut nunquam magis.*

Magis ſi.

3. Nonnunquam aſſumit Si. Cicer. de Amic. *Tum magis id diceres Fanni, ſi nuper in hortis Scipionis affuiſſes*, Plaut. Mil. *Magis dicas, ſi ſcias, quod ego ſcio.* Terent. Heaut. *Magis, ſi magis noris, putes ita rem eſſe.*

Magis, Magiſque, Magis, ac Magis.

4. Interdum Magis iteratur, rei magis declarandæ gratia. Cic. lib. 2. epiſt. 18. *Sed mihi quotidiè magis magiſque de tuis rationibus cogitanti placet.* Idem 1. Phil. *Quotidiè magis magiſque perditi homines tectis, templiſque urbis minitarentur.* Idem Att: lib: 14. *Itaque de Græciâ quotidie magis ac magis cogito.* Id. Att. lib. 5. ep. 7. *magis ac magis ſuſpicor, te in Epirum profectum.* [Hoe langer, hoe meer].

Nihilo magis. Vide Nihilo, p. 189.

Magis, cum Minus comparatum.

5. Aliquando magis cum Minus comparatur. Cicer. 1. Offic. *Capeſſentibus Remp. nihilo minus quàm Philoſophus, haut ſcio an magis etiam deſpicientia adhibenda eſt rerum humanarum.* Terent. Adel. *Omnes, quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt naturâ quodammodo ſuſpicioſi.*

D. * Magis, vel potius, non ineleganter omittitur. ut μᾶλλον Græcorum. Plaut. Menæch. V. 1. *Quin vidua vivam* (potius) *quàm tuos mores perferam.* Auſon. Popm. II. de uſu ant. loc. 11. Muret. ad Terent. Prol. Eun. Lipſ. V. epiſtol. quæſt. 23. Schott. ad Nep. Datam. & Attic. & V. obſerv. 34. Scip. Gent. l. ad Apul. apol. num. 128. & 334. Buchn. ad Plin. num. 490. Tacit. IV. Hiſt. *Ptolomæus, ut ſunt ingenia regum, pronus ad formidinem, ubi ſecuritas rediit voluptatum* (magis) *quàm religionum appetens.* Tale eſt iſtud Lucæ c. 18. v. 14. κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἢ ἐκεῖνος. Taubm. ad Plaut. p. 731.

D. * Contrà interdum ſimili Helleniſmo redundat. Schot. dict. l. Virg. in Cul. *Qui magis optato queat eſſe beatior ævo.* Scal. & Taubm. ibi. & ad Plaut. pag. 687. ita μᾶλλον κρεῖσσον, Philip. c. IV. 23.

Maximè iteratum.

6. Cicer. lib. 1. epiſt. *Et eos maximè, qui te maximè debuerant, & plurimum potuerunt juvare.*

Quàm maximè.

7. Quàm maximè rem plurimùm auget. Cic. 2. de Orat. *Dicere quàm maximè ad veritatem accommodate.* [Spreken, ſoo veel als immers doenlijk is, gepaſt op de waarheyd].

Vel maximè.

8. Vel maximè idem penè quod. Quàm maximè Cic. 2. de Nat. Deor. *Mihi videatur vel maximè confirmare.* Id. Part. *Quæ quidem vel maximè ſuſpicionem vel movent.* [Die ten alleruyterſte de agterdogt verwecken].

Ut cùm maximè.

9. Ut cùm maximè ad tempus refertur. Cic. ad Q. Fr. l. 2. *Domus celebratur ut cum maximè.* [Meer als voor my].

Quàm qui Maximè.

10. Quàm qui maximè, ad perſonam. Cicer. lib: 5. epiſtol. *Tam ſum amicus Reip. quàm qui maximè.* [Ik ben 't gemeene beſt by uytnementheyd toegedaan].

Ut quiſque maximè, ita potiſſimum.

11. Cic. 1. Off. *Ut quiſque maximè opis indigeat, ita*

ita ei potiſſimùm opitulari. [Na dat yemand aller meeſt hulp van nooden heeft, hem alſoo 't allerlieſt helpen].

De Adverbio MAGNOPERE.

CAP. XCI.

1. MAgnoperè, ex Magno & Opere factum, uſurpatur pro Multùm aut Valdè. Cic: lib: 15. ep: 14. *Ego cæterarum rerum cauſa tibi Romam magnoperè properandum cenſeo.* Id pro Roſ. Com. *Quorſum recidat reſponſum tuum, non magnoperè laboro.* [Ik ben niet heel verlegen hoe uw antwoord ook valt. Wel, 'tſcheelt my niet heel veel]. Idem 7. Verr: *Quid, inquam, magnoperè potuit Cleomenes facere, iſtius avaritiâ navibus exinanitis?* Idem de leg. *Philoſophis magnoperè author fuit, ut &c.* Idem lib: 6. ep: *Magnoperè putavi oportere.*

Magno opere.

2. Interdum hoc adverbium dividitur in ea, ex quibus conflatur. Cicer: Att: libro 13. *Magno opere accerſitus.* Idem lib: 13. epiſt: *Magno que opere abs te peto.* [Ik verſoek dit gants ernſtelijk op u].

P. * Sic maximoperè, & maximo opere. Cic: 3. fam: *à te maximopere quæſo & peto.* Ter: Eun: *Thais maximo te orabat opere.*

De Adverbio MALE, *& Interjectione* MALUM.

CAP. XCII.

Malè accipere.

1. MAlè accipere, eſt Malè tractare, & refertur tùm ad verba, tùm ad facta Cicer: 3. Verr: *Malè accepit verbis Rabonium.* [Hy heeft Rabonius braaf doorgeſtreken. Vel, over den hekel gehaalt]. Idem 4. Verr: *Epicrates homines multis verbis malè à ſe acceptos dimiſit.* Lentulus Ciceroni lib: 12. epiſt: 14. *Ex clusus enim ab Antiochiâ Dolabella, & in oppugnando malè acceptus.*

Malè mulctare.

2. Malè mulctare, Idem quod Pugnis, verberibuſve malè accipere. Cic: in Brut: *Addebant etiam ſcriptores illos malè mulctatos exiſſe cum Galba.* Idem 6. Verr: *Qui primo obſiſtere conarentur, malè mulctati clavis, ac fuſtibus repelluntur.* [Na dat ſy eerſt braaf vuyſtlock gegeten hadden, wierden ſy met kneppels en ſtocken deftig afgeſmeert.]

* Obiter hic admonendum, placere doctiſſimis viris, ut in his phraſibus ſcribatur *mulctare*, quod eſt verberare & plagis quaſi debilitare: Nam multandi ſeu mulctandi verbum longè diverſam vim habet. Vid: Victor: Caſtig: in Cic: pag: 547. Lambin: ad Corn: Nep: Hannib: 271. & 276. & ad Lucret. pag: 415. Schott. ad Vir. Illuſtr. in Flaminio. Lipſ. ad I. Annal. Tac. num: 121. Colv. ad Apul. p: 109. Caſaub. ad Sueton. Jul: c. 17.

Malè audire.

3. Malè audire, & Benè audire, ferè ad malam, aut bonam famam pertinent: Nam cui maledicitur, is male audit: Cui benedicitur, audit benè. Cic: Att. lib: 6. *Qui me idcirco putant bene audire velle, ut ille malè audiat.* Id: 5. Tuſc: *Surdaſter erat M. Craſſus, ſed aliud moleſtius, quòd malè audiebat, etſi, ut mihi videbatur, injuria.* [Om dat hy geen goede naam had. Wel, om dat men niet veel goeds van hem ſeyde].

Malè ſit, DEus malè faciat.

4. Malè ſit, Dii malè faciant, malè precantis erat. Catul. *At vobis malè ſit, malæ tenebræ.* Cic: Att: lib: 13. *Malè mihi ſit, ſi unquam quicquam jam enitar.* Idem Att: lib: 15. *Malè ſit Antonio, ſiquidem Buthrotiis moleſtus eſt.* Id: lib: 11. epiſt: 1. *Dii iſti Segulio malefaciant, homini nequiſſimo.*

Malè narras.

5. Malè narras, eſt Triſtem nuntium affers.

Cicer. Attic. lib: 16. *Malè narras de illo.* [Gy vertelt gants geen goed van hem]. Cui opponitur, Narras benè.

D. P. * Ut benè pro valdè, ita malè pro parùm interdum accipitur. Horat: I. Od: 9. *Digito malè pertinaci.* Contrariâ tamen ratione etiam pro valdè ſeu vehementer exponi poteſt in his: malè eſurire, formidare, odiſſe: Vall. 2. Eleg: 52. cùm ſcil. de rebus in ſe malis aut ingratis ſermo eſt.

MALUM.

Malum ſæpè interjectio eſt indignantis: Cic: 1. Phil. *Quænam malum, eſt iſta voluntaria ſervitus?* Idem 3. Verr. *Quæ (malum) eſt iſta tanta audacia, atque amentia?* [Wat (droes) is dat voor een ſtoutheyd].

De Adverbio MINUS.

CAP. XCIII.

Minus pro parum, aut Rarius.

1. MInus ſæpè pro Parum uſurpatur. Cicer. de Amic. *Si minus intelligitur, quanta vis amicitiæ ſit, ex diſcordiis percipi poteſt.* [Soo men niet al te wel begrijpt]. Dol. ad Cic: l: 7. *Terentia minus belle habuit.* [Terentia is 'er niet al te wel aangeweeſt]. Cic: l. 12. *L. Cotta minus in Senatum venit.* [Cotta komt heel ſelden in den Raad]. Idem de Am. *Quodque minus per ſe quiſque poſſet, id acciperet ab alio.* Cæſ: l: 1. de bell. Gallico, *Ut & minus latè vagarentur, & minus facilè finitimis bellum inferre poſſent.* [Sy ſouden ſoo wijd en zijd niet heen vliegen, nog ſoo om een haverſtroo haar nabuuren &c].

Minus pro Non.

2. Minus interdum pro Non ponitur, præſertim cum antecedit Si. Cicero 1. de Div. *An nonnunquam quæ prædicta ſunt, minus eveniunt,* [geſchiet niet] Id: 3. Verr. *Si minus, necari aut cuſtodiri oportebat.* Lege, ſi minus.

Minus quàm, Minus ac, Minus atque.

3. Minus aſſumit Quàm apud Oratores. Interdum Ac vel Atque apud Poëtas Cic: lib: 15. ep: 10. *Si mihi tecum minus eſſet, quàm eſt, cum tuis omnibus.* Virg: 5. Æn: v. 561. *Haut minus ac juſſi, faciunt.* Horat: lib. 2. Satyr: 7. *Qui peccat minus atque ego.*

* Minus, ut Propert. I. Eleg. 15.
Nec minùs Eois pectus variare lapillis,
Ut formoſa novo quæ parat ire viro.

Nibilo minùs, vide Nibilominus; p. 139.

Minùs Minuſque.

4. Ut Magis, ita Minùs iteratur interdum. Terent. Heaut. *Nam mihi jam minus, minuſque, obtemperat.*

* Minus ad numerum relatum, cujus contrarium eſt plus vel amplius Liv. *Hoſtium plus mille cæſi, Romanorum minus mille* i. pauciores, quàm mille Cicer. in Verr. *Juſſit, ut Senatores triginta, non minus* (pro non pauciores) *adeſſent.* Cæſar. *A millibus paſſuum minus duobus caſtra poſuerunt.* [Minder als 2000. ſchreden]. Plin: lib. XV. cap. 25. *Minus quinquennio* (al. quinquennium.) *eſt.* [Minder als vijf Jaar]. Hadrianus. Linacer. lib. 2. Schor. in Phraſ.

Minimè.

5. Minimè, plus eſt quàm minus, ſed non penitus negat, ſi vim ejus propriam ſpectes, Cic: in Brut. *Sed mihi placebat Pomponius maximè vel minimè diſplicebat.* [Ik had gants weynig mishagen in hem.] Cæſ: lib: 1. de Bell. Gall. *Minimeque ad eos mercatores ſæpè commeant.* Cic. lib: 13. ep. 4. *Homo minimè ambitioſus, minimeque in rogando moleſtus.* [Heel niet kuyp ſiek.] Id: 7. Verr. *Etſi in hac quadriremi minimè multi remiges & milites deerant.*

Minimùm.

6. Minimum cum Maximè comparatum. Cicer. Amic. *ut quiſque minimum firmitatis habeat, minimumque virium, ita amicitias appetere maximè,*

maximè, [Na dat ymand gants weynig magt, en niet heel veel vermogen heeft, ſoo veel te meer ſoekt hy vrindſchap].

Vel Minimum, cum plurimum, comparatum.

7. Comparatur interdum minimum cum plurimum. Cic. in Orat. *Hoc in genere nervorum eſt vel minimum, ſuavitatis autem vel plurimum.*

Minimum, pro eo, quod minus Latinè dicitur Ut minimum.

8. Cicer. de Univ. *Ita fiunt omnes partes minimum octoginta una.* [Op ſijn allerminſten]. Id: in Orat. *Non loquor de uno pede extremo, adjungo (quod minimum ſit) proximum ſuperiorem.*

De Adverbiis MIRE, MIRIFICE & MIRUM.

CAP. XCIV.

1. MIrè parum uſitatum eſt. Cicer. Att. lib: 16. ep: 11. *Puero municipia mirè favent*, pro quo Mirificè uſurpatur. Cicero Acad. 1. *Quas mirificè Plato erat amplexatus.* Idem 1. de Orat. *At jam tum erat adoleſcentulus his ſtudiis mirificè deditus.* Id. lib: 1. de Nat. Deor. *Te mirificè ab eo diligi intelligebam.*

2. Mirum, etſi proximam vim habet, tamen ad nomen magis videtur accedere. Cic. ibid. *Hoc igitur mirum quiddam valet.* Id: lib: 2. de Orat: *Permirum mihi videtur, te &c.*

Mirum ſi, Mirum ni.

3. Mirum interdum aſſumit Si, vel Ni. Cic. de Aruſ. reſp. *Nec mirum, ſi hoc vobis ridiculum videtur.* Terent. Eu. *Mirum, ni tu credas qui iſte dicat.* ['t Soude wonder zijn, ſoo gy niet geloofde dat hy zeyd]. Cic: de 2. Orat. *Quid ploras Pater? mirum, ni cantem.* Ex Poëta. ['t Is al wonder dat ik niet ſing].

Mirùm quàm, Mirùm quantum.

4. Interdum jungitur cum Quàm aut Quantum. Cic. Attic. lib: 13. epiſt. *Mirum quàm inimicus ibat, ut ego objurgarem.* Liv: libr: 1. *Mirum quantum illi viro hæc nuncianti fides fuerit.*

Mirum unde.

5. Aliàs cum unde. Cic. de Orat. *Mirum mihi videtur, unde tu inveneris.*

De Adverbio MODO.

CAP. XCV.

Modò. [Soo even. ſoo aanſtonds]. ἄρτι.

1. MOdò ad tempus relatum, non eſt idem quod Nunc, ſed aliquantò ante. Cicer. 6. Verr. *Quid dico nuper? immo verò modò, atque adeò paulo ante.* Id. lib. 4. epiſt. 13. *In qua urbe modò gratia, authoritate, & gloria floruimus, in ea nunc iis quidem omnibus caremus.* [Daar wy ſoo even te voren]. Idem 5. de Fin. *Modò enim fuit Carneades.*

Modò, modò, pro Nunc, nunc.

2. Modò iteratum ſignificat idem quod Nunc vel Aliàs iteratum. Cic: 1. de Nat. Deor. *Cotta meus modò hoc, modò illud.* [Nu 't eene, dan weder 't andere]. Idem de Nat. Deor. *Modò his, modò illis partibus.* Id. 2. Att: libr: 13. *O Academiam volaticam, modò huc, modò illuc.* [Nu hier heen dan weer daar heen]. Idem 2. de Nat. Deor. *Quod ſi horum vi cœlum modò hoc, modò illo modo temperatur.*

P. * Modò tùm Cic. *Theophraſtus modò menti, divinum tribuit principatum, modò cœlo, tùm autem ſignis ſideribuſque cœleſtibus.*

* Modò - interdum. Modò - deinde. Saluſt. *Modò per ſocios, interdum per equites.* Idem *Ilex paululum modò prona, deinde inflexa.*

Modò, pro tantummodò, vel Dummodò.

6. Interdum modò, pro tantummodò, vel dummodò uſurpatur. Cicer: in Orat: *Hi unum modò quale ſit, ſuſpicantur.* [Slegts maar een] Ter: Adelph: act: 5. Sc: 3. *Modò facito, ut illam ſerves*: [Beſorght ſlegts dat gy haar bewaart].

S. D. * Modò non, pro eo, quod eſt apud Græcos μονονουχὶ, tantùm non Terent. Phor: *modò non montes auri pollicens.*

Si modò, pro, Si tamen.

4. Si modò interdum eſt Si tamen. Cic: Att: lib: 12. *Contudi enim animum, & fortaſſe viciſſi modò permanſero.* [Ik heb hem 't hert week gemaakt, en hem ligt gewonnen, ſoo ik ſlegts volherde] Idem lib: o. ep: 11. *Omnia ei obſequia polliceor, ſi modo Remp: reſpicere volet.* Idem lib. 1. ep. 5. *Si Pompejus modò oſtenderit, ſibi placere.* [Soo hy ſlegts maar laat blijken, dat het hem aanſtaat].

Modò, pro dummodò, Modò ne, modò ut.

5. Aliàs eſt Dummodò. Cicer: 6. Verr: *Concedo ut impune emerit, modò ut bonâ ratione emerit.* Idem 1. Off: *Quæ placet Peripateticis, & rectè placet, modò ne laudarent iracundiam.* Idem Attic: lib: 5. epiſt: 4. *Modò ne illa exceptio in aliquem incurrat bene meritum.* Idem pro Flac: *Quis ignorat? modò unquam mediocriter iſta ſcire curaverit.*

Modò cum, Modò ubi.

6. Plaut: *Modò cùm dicta in me ingerebas.* [Daar ſoo even, toen]. Ter: And: *Davum modò timere ſenſi, ubi nuptias futuras eſſe audivit.*

De Adverbio MOX.

CAP. XCVI.

1. MOx, eſt Paulò poſt. Sic enim differunt Modò, Nunc, & Mox, quòd nunc de tempore præſenti dicitur: Modò de eo, quod paulò ante fuit, Mox de eo, quod paulò poſt ſequitur. Cicer. de Orat. *Verùm illa mox, nunc de ipſa exercitatione, quid ſentias, quærimus.* Idem 1. de Div. *Diſcedo pauliſper à ſomniis, ad quæ mox revertar.* Idem Attic. *juſſitque mihi nunciari, mox ſe venturum.* [Dat hy ſoo aanſtonts, of, op ſtaande voet ſal komen].

Quàm mox, pro quantò poſt.

1. Plaut. Bacch. *Quàm mox navigo?* [Hoe ras ga ik ſcheep?] Terent. Phorm. *Dum expecto, quam mox veniat.* Liv: lib. 5. *Concione dimiſſa corpora curant intenti, quàm mox ſignum detur.* Cicer. pro Roſc. Com. *Expecto, quàm mox Chærea hac ratione utatur.*

De Conjunctione NAM & NAMQUE.

CAP. XCVII.

Nam, & Namque in Anteoccupatione.

1. NAM, & Namque, (ut à trito, vulgatoque uſu abeamus) interdum Anteoccupationi ſerviunt Cicer. 1. de Inv. *Nam Hermagoras quidem, nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur.* Idem Philip: 8. *Nam quòd me tecum iracunde agere dixiſti ſolere; non eſt ita: vehementer me agere fateor, iracunde, nego.* Idem 1. de Orat. *Namque illud quare Scævola negaſti te fuiſſe laturum?* Quibus locis ad ea, quæ adverſarius objecerat, vel auditor, lectórve objicere poterat, reſpondetur.

Nam, in enumeratione.

2. Sæpè Nam in enumeratione poſtremum locum obtinet, ut ſubjiciat, quod requirere poſ-

ſet

ſet auditor. Cic. ad Q. Fr. lib: 1. ep: 1. *Nam quid ego de Gratidio dicam?* Id. lib: 14. ep: 1. *Nam quid ego de Cicerone dicam qui.*

D. * Nam ſæpè tranſitioni ſervit, ſine ulla cauſæ ſignificatione membrum membro agglutinans. Cicer: 3. epiſtol: 11. *Nam augurales libros ad commune utriuſque noſtrum otium ſerva.* Idem in Salluſt. *Nam quod in uxorem atque filiam meam tàm petulanter invectus es.* Ubi Valla II. Eleg: 55. & Linac. lib: 2. per autem exponunt.

* Aliquando ingreſſum rei ſignat, Terent. And. A: 1. Sc. 1. *Eo pacto & gnavi vitam, & conſilium meum cognoſces. Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis.* Linac: lib: 2. 5.

Nam, ſubjectum in interrogatione.

3. Interdum ſubjicitur in interrogatione. Cic. partit. *Nunquid nam reſtat?* Idem Attic. *Quinque cohortibus quidnam ſe facturum arbitratur?* [Wat beelt hy hem in, dat hy daar mede ſal doen?]

D. * Veteres etiam præponebant: quod poſtea remanſit apud Poëtas. Virgil. IV. Georg. *Nam quis te juvenum confidentiſſime noſtras juſſit adire domos?* pro, Quiſnam? Terent. *Nam quæ eſt hæc anus?* pro, Quænam? Ita enim rectiùs exponemus, Servii ad Virg. auctoritate nixi, quàm per autem, quod Goclenius facit p: 161. Obſerv. Simili anaſtrophe Encliticam Ne præpoſuit Plautus Pſeud. *Ne illi audeant hoc facere:* pro illine? Weitz. p. 107. ad Terent.

De Adverbio NÆ.

CAP. XCVIII.

1. NÆ graviter affirmantis eſt, uſurpatur pro Verè, ſed ferè pronomini præponitur. Cicero de Nat. Deor. *Næ ego incautus, qui cum Academico, & eodem Rhetore congredi conatus ſum.* [Ik ben in der daad een losbol]. Idem lib: 7. epiſt: 13. *Iſta quidem ſummâ næ ego multò libentius emerim diverſorium Tarracinæ.* Idem lib: 7. epiſt: 1. *Næ tu haud paulò plus delectationis habuiſti, quàm quivis noſtrum.* [In der waarheydt, ghy hebt niet weynigh vermaack meer gehadt]. Idem 1. Tuſc. *Næ ille vir ſapiens lætus morietur.* Idem: *Næ iſta præclara ſapientia non magno æſtimanda eſt.* Idem 2. Catil. *Næ illi vehementer errant.*

Admonitio.

A Plauto, ac Terentio etiam ſine pronomine uſurpatur, à Cicerone non item.

De Adverbio NE.

CAP. XCIX.

Ne cum Vereor, Timeo, Metuo.

1. VEreor ne, eſt Nolim, ſed metuo. Cic: 2. Acad. *Vereor ne ſubarroganter facias, ſi dixeris tuam.* Idem Att. lib. 4. *Vereor, ne nihil habuerit.* Terent. And. *Tum autem hoc timet, ne deſeras ſe.* Cic. pro Mil. *Metuebat ſcilicet, ne indicaretur.* [Hy was quanſuys verlegen dat het aan den dag mogt komen].

Non vereor ne. Non metuo ne.

3. Non vereor ne, hoc eſt, Nolim, ſed non timeo. Cic. lib. 2. epiſt. *Non vereor, ne quid temerè, ne quid ſtultè facias.* Idem 2. Academ. *Itaque non metuit, ne confundere omnia videatur.*

Vereor, ne non. Timeo, ne non.

3. Vereor, ne non. idem eſt, quod Vereor, ut, id eſt, Velim, ſed timeo. Cic. Attic. lib. 7. *Vereor, ne exercitum firmum habere non poſſis.* Id. Attic. lib. 9. *Sed timeo, ne non impetrem.* Lege, Vereor ut.

Non vereor, ne non. Non metuo, ne non.

4. Non vereor ne non, eſt Velim, ſed non timeo. Cicer. lib. 2. epiſtol: 1. *Non enim vereor,*

 ne non

ne non ſcribendo te expleam. [Ik vrees niet dat ik u met ſchrijven niet zal verzadigen]. Id: 6. Verr. *Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio Judici non probem.* [Ik vrees niet dat ik aan den Regter deſe mijne dienſt niet zal konnen gevallig maken].

* Etſi Grammatici jubent, poſt verba timendi ut negativè exponere, ne affirmativè: obſervatum eſt tamen viris eruditis, idem effici cum negatione, ac ſine eâ. Vall. III. Eleg. 27. Budæ annot. prior. in eff. l. in eo jure de ritu nupt. Alciat. ad l. duobus Digeſt. de verb. ſing. Nimirum quod in ipſis verbis occulta quædam vis ſit negandi. Idem igitur eſſe: timeo, ne moriatur, & : timeo, ut moriatur. Quâ ratione poſitum eſſe ne pro ut: quod alibi quoque fieri Victorius Caſtig. in Cicer. p. 199. docet. Sic Ovid. I. de Pont. El. 1. ne non poſuit, pro ut non. *Ne non peccarim, mors quoque non faciet.* Eſt enim hoc non infrequens Poëtis, ut duplici negatione utantur vice unius. vid. Scal. ad Prop. pag. 184. & ad Tibull. pag. 221. 230. 266. Porrò tale eſt exemplum Ciceronis XII. Ep. 19. *Non enim dubitabam, quin eas* (literas meas) *lubenter lecturus eſſes: verebar, ne redderentur.* Perinde enim eſt, ac ſi ſcripſiſſet; ut redderentur. Vid. ibid. Amerp. Tale & Camerarius obſervavit. Comm. in I. Tuſc. p. 113. illud pro Planc. *Sed quam tempeſtatem nos vobiſcum non tuliſſemus, metuit, ut eam ipſe non poſſet opibus ſuis ſuſtinere.* Fac ne non poſſet, idem dixeris. Cui ſimilem locum Cæſaris lib. 5. de Bell. Gall. producit Stevvechius p: 476. *Veritus ut hoſtium impetum ſuſtinere non poſſet.* Et Ciceronis alium: *Vereor, ne ſatis diligenter in Senatu actum ſit de meis literis.* Hæc cùm ita ſint, uſus tamen frequentior Grammaticorum regulam confirmat. Quæ & Stevvechium moviſſe ratio videtur, ut locos iſtos de mendâ haberet ſuſpectos. V. inf. p. 436.

Ne, pro. Ut non.

Ne, pro Ut non uſitatius eſt, quàm ut exemplis illuſtrandum videatur. Satis eſt admonere, pro Ut non uſurpandum eſſe Ne.

Ut ne.

6. Interdum præponitur Ut Cicer. 1. Off. *Juſtitia primum munus eſt, ut ne cui quis noceat.* Lege Ut ne. p. 442.

D. * Hic ne valet non (ne quis putet conjunctionem eſſe) Linac. lib. 1. & 2. Goclen. p. 160. Obſ. ut infrà: Ne vivam: ne Dii ſiverint; ne nega; & aliàs Sæpè. Plaut. Trinum. *Niſi tu ne vis*, pro non vis. Weitz. pag. 178. ad Terent. Ennius: *Utinam ne in nemore Pelio* &c. pro: Utinam non. Huc pertinent *funera ne funera* Catulli nupt. Pel. verſ. 13. & ſimilia.

Neve, & Neu.

7. Neve conflatum eſt ex Ne & Ve pro Vel. Ex Neve factum eſt Neu, fuga poſtremæ literæ.

Ne, & Neve.

8. Cæſ. 1. de Bel. civ. *Ne labori ſuo, neve periculo parceret.* Cicer. ad Q. Fr. lib. 1. epiſt. 1. *Hoc te primum rogo, ne contrahas ac demittas animum, neve te obrui tanquam fluctu &c. ſinas.*

Neu neu, Neve neve.

9. Salluſt. Catil. *Neu quis poſtea ad Senatum referat, neu cum populo agat.* Cicer. 3. de Orat. *Neve aſper eorum concurſus, neve hiulcus ſit.* Idem lib. 1. ep. 9. *Peto à te, ut id à me neve in hoc reo, neve in aliis requiras.*

Ne multa; Ne multis.

Met een woord, om 't in't kort te ſeggen.

10. Ne multa, Ne multis ſunt brevitatis notæ in narrationibus. Cicer. 5. Verr. *Ne multa Jud. his contumeliis ſcitote. Q. Lollium ad Apronii leges conditioneſque veniſſe.* Idem pro Cluent. *Ne multa, perquiritur à coactoribus, invenitur ea ſerrula ad Stratonem perveniſſe.* Idem ibid. *Ne multis, Diogenes emitur.*

Ne, prohibentis cum Conjunctivo.

11. Ne; cùm prohibentis eſt, Conjunctivo & Im-

& Imperativo modo adjungi ſolet. Plaut. Mil. *Ne me moneatis, memini ego officium meum.* Id. Pſeud. *Ne doce.* Ter. And. *Ne nega.* Cic: 2. de leg. *Ne cogito quis ſtipem, præter ideæ matris famulos.*

Admonitio.

12. Cicero libentius uſurpat, Noli & Cave. Cicer: Attic. *Noli putare me quicquam maluiſſe, quàm &c.* Idem pro Flac. *Nolite exiſtimare eos, &c.* Idem lib. 10. ep. 2. *Cave enim putes ullas literas unquam gratiores, quàm tuas eſſe in Senatu recitatas.* Idem 4. epiſt. *Sed cave, ſi me amas, exiſtimes me.*

* Obſerva ſimul ellipſin in his formulis conjunctionis ne, poſt verbum cave. Sic id. XVI. ep. 11. *Cave feſtines*, pro, cave, ne feſtines. Linac. lib. 6. Sylv. III. prog. 13. Dürrius hic imprudenter verba: cenſeo, curo, ſuadeo, &c. adjecit, poſt quæ tantùm ut ſubauditur, non etiam ne.

Ne vivam, jurantis.

13. Cicer. lib. 6. ep: 1. *Sed ne vivam, ſi tibi concedo.* [Ik moet ſterven ſoo ik u wijk, ſoo ik u yets voorgeef.] Idem Att. lib. 4. *Quid poteris, inquit, pro his dicere? ne vivam, ſi ſcio.*

Ne ſupplicantis, aut deteſtantis.

14. Curt. lib. 5. *Ne Dii ſiverint, ut hoc decus mei capitis, aut demere mihi quiſquam, aut condonare poſſit.* Idem l. 10. *Ne Dii ſiverint, inquit, ut Alexandri fortuna, tantique regni faſtigium in iſtos humeros ruat: homines certè non ferent.* [Dat verhoeden de Goden].

Ne dicam.

15. Ne dicam eſt correctio, antequam dicatur. Cic. l. 1. de Nat. Deor. *In tàm leves ne dicam ineptas ſententias incidiſſe.* [Ik had by na geſegt totte]. Idem lib. 2. ep. ult. *Tu tibi fac, ut perſuadeas, non eſſe me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, ut &c.*

Ne dum.

16. Ne dum plerumque ſubjicitur, & ſervit parti deteriori. Cicer. pro Cluent. *Optimè temporibus non potuerunt, &c. ne dum his temporibus.* Idem lib. 4. Attic. *Quæ tantum habent myſteriorum, ut ea ne librariis quidem committamus, nedum cuilibet:* [Daar ſoo veel geheymen inſteken dat wy die aan onſe Boekſchrijvers, veel min aan and're, niet durven vertrouwen]. Idem pro Planc. *Ego verò ne immortalitatem quidem accipiendam putarem, ne dum emori cum pernicie Reipubl.* Id. 2. Agr. *Vir privatus vix ſe continet, ne dum iſti non conquiſituri ſint aliquid ſceleris.* Id. pro Dom. *In ſcelere religio non valeret, ne dum valeat id, quod imperitus adoleſcens, &c. feciſſe dicatur.*

Admonitio.

17. Ne dum ſubjici non ſolet, niſi cum antecedit negatio: quod ex appoſitis exemplis apparet. Nam cum affirmamus. Non modò, aut Non ſolùm adhibetur. Cic. lib: 4. ep. 14. *Secundas etiam res noſtras, non modò adverſas pertimeſcebam.* Id. lib. 12. ep. ult. *Vultus tuos mihi expreſſit omnes, non ſolùm animum, ac verba pertulit.* Nam illud ex 7. lib. epiſt. *(Erat enim multò domicilium hujus urbis aptius humanitati tuæ, quàm Peloponneſus, nedum Patriæ)* tacitam videtur negationem continere. Nedum raro uſurpatur in principio, pro Non dicam, aut non modò. Cic. Att. lib. 9. ep: 27. *Ne dum hominum humilium ut nos ſumus, ſed etiam &c.*

Ne quidem, pro nec quidem.

16. Ne quidem uſurpatur pro Nec quidem, cum negando aliquid augemus. Cic. Att. *Ne ſi velim quidem, id facere poſſem.* [Al wilde ik ſoo ſoude ik dat niet konnen doen]. Id: 3. Catil. *ne dies quidem opus eſt, quanta cum dimicatione civium.* Id. Att. lib. 6. *Si tu judicabis: ne ad Catonem quidem provocabo.* Id: 1. de Nat. Deor. *Ne fando quidem auditum eſt.* Idem pro Dejot. *Dejotarus nunquam ſuccumbet inimicis: ne fortuna quidem.* Id: 1. Off. *Victoriæ jacturam*

ram ne minimam quidem facere vellent, ne Republica quidem poſtulante. Id. pro Mil. *Ergo illi ne cauſæ quidem itineris, etiam cauſa manendi.* Id. 1. Verr. *Non enim prætereundum eſt ne illud quidem.* [Want men moet niet overſlaan ook zelfs dat niet].

Ne quidem, cum Nedum; vel Non modo.

17. Cicer. lib. 9. epiſt. 26. *Me quidem nihil iſtorum ne juvenem quidem movit unquam, nedum ſenem.* Idem lib. 14. epiſt. 19. *Cui facilè perſuaſi, mihi quod rogaret, ne licere quidem, non modo liberè.*

Admonitio.

18. Ne cum quidem ita conjungitur, ut ſemper verbum aliquod interponatur.

* Guilielmus tamen Inſulanus Menapius p. 34. Obſerv. bis repetit apud Ciceronem, inter ne & quidem nihil intereſſe. l. de Nat. Deor. *Nam de vitâ beatâ nil repugno, quam tu in DEO ne quidem eſſe cenſes, niſi planè otio langueat.* Et Philip: 5. *non modò de fortunis, & de bonis civium, ſed nequidem de utilitate ſua cogitaverunt.* Semel etiam apud Livium lib: 8. belli Maced. *Undique obvius hoſtis Gallus erat, ut nequidem fugam facilem aut tutam haberent.*

De Conjunctione NE Enclitica.

CAP. C.

1. NE Conjunctio Enclitica, tum interrogationi ſervit, tum dubitationi. Cic. *Putaresne unquam fieri poſſe, ut mihi verba deeſſent?* [Zout gy meynen dat 't ook zoude gebeuren dat het my aan woorden ſoude ontbreken?] Idem pro Do. *Tamenne arbitraris, id te poſſe obtinere?* [Meynt gy nogtans dat gy dit kond verkrijgen?] Idem 1. Acad. *Ubi videamus ſatisne iſta ſit juſta defenſio.* [Of die verantwoording billijk genoeg is?]

Ne, An.

2. Sæpè poſt Ne Encliticam ſubjicitur An. Cicer. lib: 16. *Romamne venio, an hic maneo? An Arpinum?* [Zal ik Romen gaan ſien of hier blijven, of na Arpinen gaan?] Idem lib. 16. epiſtol. 19. *Tria ſunt autem: maneamne Arpini, an propius accedam, an veniam Romam.* Idem lib. 2. epiſt. 5. *Unum neſcio, gratulerne tibi, an timeam.* [Dit eene weet ik niet of ik u geluk zal wenſchen dan of ik uwenthalve bekommert zijn ſal].

S. D.* Ne, anne. Plaut. Rud. *Jurenè, anne injuriâ.*

* Interdum Ne deeſt, Interdum ſimul & An. Cic. *Vetant quicquam agere, quod dubites, æquum ſit, an iniquum?* pro æquumne. Talia ſunt; cauſa dicam, an conſilio? Imprudentiam appellem, an malitiam? Terent. Heaut. A. 4. Sc. 1. *proſit, obſit, nihil vident.* i. proſitne. an obſit: Linac. l. 6. Sylv. III. prog. 91. Goclen. p. 261. Obſ.

* Ne pro an. Corn. Nep: cap: 9. Dat. *experiri voluit, verum, falſumne ſibi eſſet relatum* Bœcl.

Ne, nec ne; Ne, an non.

3. Aliàs additur Nec ne, vel An non. Cic. pro Roſc. Com. *Quare enim, potueritne Roſcius ex ſocietate partem ſuam quærere, nec ne.* Id. l: 2. ep: 17. *Parthi tranſierint, nec ne, præter te video dubitare neminem.* Terent. Hec. *Sed is ne eſt, quem quæro, an non?*

Admonitio.

4. Cum antecedit Ne Enclitica, non ſubjicitur Aut, ſed An.

De Conjunctione NEC & NEQUE.

CAP. CI.

Nec, pro Non.

1. NEc ſæpè uſurpatur pro Non. Cicer. pro Quin. *Quo mortuo, nec ita multo poſt Galliam proficiſcitur.* [Niet zo zeer lang daar na] Id.

Id: lib. 1. de Nat. Deor. *Nec opinatum patrocinium à vobis eſſe ſuſpectum.* [Een ongehoopte beſcherming]. Id. lib: 13. *Ei nec opinanti voluntatem tuam tantam per literas detuliſſe.* [Aan hem dat niet denkende &c.]

Nec nec, neque neque.

3. Nec,& Neque ſæpè iterantur, etiam ſi antecedat negatio. Cicer. de Am. *Nec enim melior vir fuit Africano quiſquam, nec clarior.* Id. l:8. ep. *Neque abſolutus, neque damnetus.* Idem 1. Off. *Nulla enim vitæ pars neque publicis, neque privatis, neque forenſibus, neque domeſticis in rebus, neque ſi tecum agas quid, neque ſi cum alio contrahas, vacare officio poteſt.* Idem lib: 5. ep: *Nullo loco deero, neque ad conſolandum, neque ad levandum fortunam tuam.* Idem Att: lib: 9. *Non medius fidius præ lachymis poſſum reliqua nec cogitare, nec ſcribere.*

S. * Nec, aut Neque aut Virg: IV. Æn. *nec tantos mente furores Concipit, aut graviora timet.* Cic: II. epiſt. ult. *neque unde, neque quo die datæ eſſent, aut quo tempore te expectarem ſignificabant.*

Neque, nec.

3. Interdum Neque cum Nec copulatur. Cic. lib: 15. epiſt: 1. *Neque opibus ſatis firmi, nec voluntate ſunt.* Id: lib: 3. epiſt: 5. *Neque enim obſcuris perſonis, nec parvis in cauſis res agitur.*

Nec, &. Neque &.

4. Aliàs Nec & Neque, cum Et junguntur Cicer: lib: 10. epiſt: 1. *Furnium noſtrum tanti à te fieri, nec miror, & gaudeo.* Id. lib: 4. epiſt. 5. *Nec à me alieni, & tibi amiciſſimi.* Idem 1. de Orat. *Homo nec meo judicio ſtultus, & ſuo valdè prudens.*

Nec, ſed. Neque, ſed.

5. Aliàs Sed aſſumunt, Cicer. lib: 9. epiſt: 14. *Nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitæ, atque victus.* Idem lib: 1. epiſt: 9. *Neque Reſpublica Conſules haberet, ſed mercatores provinciarum.*

Nec dùm, Neque dùm.

6. Nec dùm & Neque dùm eſt quod inſulsè dicitur Et nondum. Cicer. Att. lib: 6. *Caſius ineptas literas miſit: nec dum Bibuli erant allatæ.* Id. Att. lib: 14. *Neque dum Roma es profectus.* [En zijt gy nog niet van Roomen vertrokken].

Nec enim. Neque enim.

7. Nec enim, & neque enim, uſurpantur eleganter pro Non enim. Cicer. de Amic. *Nec enim illa prima vera eſt.* Id. 5. Verr. *Neque enim hoc poſſum negare.* Idem de Amic. *Neque enim ſunt iſti audiendi, qui &c.*

Nec verò, Neque verò.

8. Nec verò. Neque verò, interdum gravius nogant. Cic. 1. Phil. *Nec verò illum ſimiliter, atque ipſe eram, commotum eſſe vidi.* [Ik heb hem voorwaar zo zeer niet ontroert gezien, als ik was.] Idem de Orat. *Neque vero mihi quicquam præſtabilius videtur, &c.*

9. Sæpè ſerviunt Anteoccupationi. Cicer. 2. Philip. *Nec vero tibi de verſibus reſpondebo.* Id. lib. 1. de Orat. *Neque vero iſtis tragœdiis tuis; quibus uti Philoſophi maximè ſolent, Craſſe, perturbor.* Idem ibid. *Neque vero hoc ſolùm dixit, ſed ipſe & ſenſit & fecit.*

* Nec non, vulgò creberrimè pro Et uſurpant, ac tantùm non omnibus paginis infarciunt inconſideratè. Et poſtulat ſanè ratio, ut, quemadmodum non - nunquam valet interdum: ita nec - non valeat Et. Verùm autores non ſic temerè videntur uſurpaſſe. Si enim accuratiùs in eorum exempla inſpiciamus, patebit, particulam non potiùs dictioni alicui ſequenti jungendam eſſe, quàm præcedenti nec. Cic. pro Roſc. Amer. pag. 25. *Neque hæc tu non intelligis, ſed.* Si Germanicè velis exprimere, periphraſin adhibeas neceſſe eſt: [Je zijt zoo mal niet datje dat niet verſtaan zout: maar &c.] Varr. II. de re ruſt. cap. 11. *Neque non quædam nationes harum (caprarum) pellibus ſunt veſtitæ.* Hic non veſtitæ ſunt in ſenſu copulandum eſt. Apulej. lib.

 XI. Me-

XI. Metam. *Neque vocatus morari, nec non juſſus feſtinare deberem.* Quare duplicatis negationibus, cum verba ajentia non deſint, aliquando utemur parciùs: cujus generis ſunt & illa: Nemo non, nullus non, nihil non: quæ ut orationi modicè aſperſa jucunditatis afferunt plurimum, ſic crebrius repetita ſatietatem pariunt. Longol. lib: 2. epiſt. 2. ad Navag. Goclen. p. 163. Obſerv.

* Nec & neque interdum diſſolvenda ſunt, ſi pervidere ſenſum velis. Terent. Phorm. *Neque eum æquum ait facere*, i. & ait, eum non facere æquum, Rivius p. 12. ad Terent. Linac. libr. 2. Ovid. III. de arte. *Anguibus exuitur tenui cum pelle vetuſtas, nec faciunt cervos cornua jacta ſenes.* Diſſolve: & cervos cornua jacta faciunt non ſenes, i. juvenes. Virgil. III. Georg. de equo vetulo: *Abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ*, i. & ignoſce ſenectæ non turpi. Schott. II. Obſerv. 24. & I. Nod. Cic. 17.

Nequaquam, & Neutiquam.

10. Nequaquam & Neutiquam vehementiùs negant. Cic: 1. de Fin. *Nequaquam iſta amicitia eſt.* [Geenſints, in geenderley manieren.] Idem 1. de Nat. Deor. *Nequaquam ſatis explicata ſunt.* Idem Attic. lib. *Cui te ſocium neutiquam puto eſſe oportere.* Idem de Univ. *Indiſſolubiles vos quidem eſſe non poteſtis: neutiquam tamen diſſolvemini.* Ter. And. *Neutiquam eſſe officium liberi puto.*

De Pronomine NEMO.

Cap. CII.

Nemo qui, Nemo qui non.

1. Nemo interdum cum Qui aut Qui non jungitur. Cic. lib. 6. epiſt: 4. *Nemo eſt, qui cogitet, quam ſit metuendus iratus victor armatus.* Idem 5. Tuſc. *Adhuc neminem novi Poëtam, qui ſibi non optimus videretur.*

Nemo, niſi.

2. Aliàs cum Niſi. Cic: lib: 10. epiſt: 6. *Quorum nemo Conſularis habitus, niſi qui animo extitit in Rempubl. Conſulari.* Idem de Amic. *Nocere tamen nemini poteſt, niſi ei, qui eam recepit, eaque delectatur.*

Nemo, præter.

3. Nonnunquam cum Præter. Cicero libr: 1. epiſt: 5. *Amicum ex Conſularibus tibi neminem eſſe video, præter Hortenſium.* Idem Attic: libr: 1. Epiſtol. 1. *Sed hæc præter me, nemini videntur.*

S. D. * Nemo præterquam. Nemo extra. Cic. XVI. Att: 1. *In ſermonem ſe poſt Idus Martias, præterquam Lepidi, veniſſe neminis*, Plaut: Amph. *extra unum te mortalis nemo.*

* Nemo pro nullus Sylv: II. prog. 31. Cicer. III. Offic: p. 54. *ut nemo pictor eſſet inventus, qui Coæ Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquiſſet, abſolveret*, pro, nullus pictor: 1. de Orat: pag: 95. *diſcipulum neminem.* ad Herenn. p: 29. *neminem regem.* Sen. exc. Controv. X. 5. & 6. *nemo Olynthius, nemo fur.* Valer. Max. V. 3. *neminem virum.* Sic nemo homo, pro nullus homo, ut exponit Goclenius I. probl. gramm: 24. vel pro nemo ſimpliciter: nam hîc Pleonaſmum agnoſcunt Linac: lib: 6. Popm: II. de uſu aut. loc: 10. Willich. ad Terent. p: 168. Satis autem docent exempla, ſi pro nullus velis nemo dicere, ſermonem non niſi de hominibus eſſe oportere. Dictus enim nemo, quaſi ne homo. Itaque cave dicas: nemo equus, nemo lapis, nemo dies, pro nullus equus, lapis, dies. Ad eos tamen, qui ſuprà hominem vel ſunt vel eſſe finguntur, extendere mihi prohibet. Nam & Priſcianus l: 6. annotavit, non ſolùm de hominibus efferri nemo: ex illo ſcil. Virg: IX. Æn. verſ. 60. *quod optanti Divum promittere nemo Auderet.* Atque ſic Cic: locut. eſt I. de nat. De. p: 25. *Epicurus beneficentiâ cum carere Deum vult, neminem Deo nec Deum nec hominem carum vult.* pro nullum nec Deum, nec hominem.

* Contra Nemo pro ullus ponitur in hac

For

Formula Cic:IX. ep: 14. *Contigit tibi, quod haud ſcio an nemini.* Linac. lib: 2.

De *Adverbio* NEMPE.

Cap. CIII.

Nempe in principio pro Certè.

Voorwaar, 't is ſeeker, 't is niet anders.

1. NEmpe in principio eſt, Certè, aut, Scilicet. Cic: in Brut *Nempe eum dicis qui &c.* [Gy zegt namentlijk die. Gy meint die] Idem 5. Verr. *Nempe ita dicis propter decumas.* Idem Partit. *Nempe igitur ea reſtant quæ.* Idem pro Flac. *Si tantam pecuniam Flacco dat nempe idcircò,* Id: 2. Phil. *Sed effugi inſidias, nempe in conſpectum Antonii veniendum eſt.* ['T kan niet anders zijn met moet onder de oogen van Antonius komen].

Nempè pro Nonne.

2. Interdum interrogat, atque uſurpatur pro Nonne. Plaut. Ruden. *Nempe hic tuus eſt.* Idem Menæch. *Nempe jubes? Cicer:* 5. Tuſc. *Nempe negas ad beatam vitam ſatis eſſe virtutem.* [Is 't niet zoo, gy ontkent dat de deugd genoeg is tot een gelukzalig leven?]

Nempè approbantis.

3. Nonnunquam in reſponſione eſt approbantis. Plaut. Trinum. *Benè ego illi volo facere, ſi tu non abnuis.* Pl. *Nempe de tuo.* ['T is wel van 't uwen]. Id: *Apud Archilochum ego ero argentarium. D. nempe in foro.* Cic: 3. Phil: *At hujus avus Tuditanus ille nobilis: Nempe ille, qui &c.*

Nempè, interrogationi ſubjectum, vim habet amplificandi.

4. Sæpè interrogationi ſubjicitur. Cicer. 10. Phil. *Legiones abducis à Bruto. Quas? nempè eas, quas ille ab Antonii ſcelere abrupit.* Idem 1. Phil. *Cn. Pompeji Conſulatus, quibus in actis conſiſtit? Nempè in legibus.* Idem 7. Verr: *At quo tempore futurum eſt? Nempè cum &c.* [Maar op wat voor tijd zal dat geſchieden? Namentlijk, als &c.

Admonitio.

5. Nempè pro id eſt, raró admodùm uſurpari ſolet in explicatione, aut enumeratione multarum rerum: Sed ejus loco Nimirum aut videlicet uſurpatur. Cicer. pro Roſc. Am. *Opinor eſſe in lege, quam ad diem proſcriptiones venditioneſque fiant, nimirum ad Calendas Junias.* Lege Nimirum & Videlicet.

De NIHIL.

Cap. CIV.

Nihil, pro Non.

1. NIhil interdum uſurpatur pro Non Cic: 1. Phil. *Nihil dico, quis fuerit Brutus.* Id: 2. Agr. *Beneficio iſto legis nihil utitur.* Idem Parad. *Hoc tamen opus in apertum ut referas, nihil poſtulo.* [Ik begeer niet].

* NIHIL pro NE. Cic. XVI. fam. 3. *Nihil properaris.* [Haaſt je niet]. Schor: p. 73. rat. diſc.

* Nihil dum, pro nondum quicquam. Cic. Att. *Brunduſio nihil dum erat allatum.* Schor. in Phraſ. Gul. Inſul. Menap: 44. Obſerv.

Nihil niſi.

2. Nihil ſæpiſſimè aſſumit Niſi. Cicer. libro 10. epiſt: 6. *Nihil laboro, niſi ut ſalvus ſit.* Id: Att: lib: 9. ep. 15. *Nihil video, quod timeam, niſi quod omnia ſunt incerta.*

Nihil præter, Nihil præterquam.

3. Interdum Præter. Cicer. lib. 4. epiſt. 4. *Ut ſi Romæ ſis, nihil te præter tua delectare poſſit.* Liv. lib. 2. *Cum Valerio nihil, præterquam de lege loqueretur.*

Nihil aliud niſi. Nihil aliud quàm.

4. Nihil aliud, niſi, uſitatiſſimum eſt. Cicer.

Pro Roſ. Am. *Nihil aliud fecerunt, niſi rem detulerunt.* [Zy hebben niets anders gedaan als dat zy &c.] Id. Att. *Nihil aliud me conſolatur, niſi quod illam non arbitror, &c.* Id. ad Q. Fr. lib. 2. ep. 9. *Nihil dicam aliud, niſi verebor, ne quando tibi ego moleſtus ſim.*

Nihil aliud quàm minus uſitatum eſt apud Ciceronem, apud Cæſarem, & alios frequentius. Cicer. pro Rab. *Agitur enim in hac cauſa, Quir. nihil aliud, quàm ut nullum ſit poſthac in Rep. conſilium.*

Nihil, ne quidem.

5. Nihil, quamvis aſſumat Ne quidem, vim tamen negandi retinet. Cicer. Att. lib. 9. ep. 1. *Mirabar nihil allatum eſſe, ne rumoris quidem.* [Ik verwonderde mijn dat'er niets ook zelfs geen gerugt tot ons gekomen was.] Id. ad Quin. Fr. l. 3. ep. 1. *Ad eas ego literas nihil ſcripſi, ne gratulandi quidem cauſa.* [Op dat ſchrijven heb ik niets geandwoord ook zelfs niets om hem geluk te wenſchen.]

Nihil, quin nihil, quod non.

6. Cic. ad Qu. Fr. lib. 3. epiſt. 3. *Nihil prætermiſi quadam epiſtola, quin enucleatè ad te perſcriberem.* Idem Attic. lib. 2. epiſt. 17. *Nihil eſt, quod non timendum ſit.* Idem 2. Phil. *Ego nihil prætermiſi, quin Pompejum à Cæſaris Conjunctione avocarem.* Id eſt. Quo minus.

Nihil, quo minus, quamobrem non.

7. Cic: Brut. epiſt: 16. *Nihil affertur, quo minus ſumma ſupplicia nobis timenda ſunt.* Idem lib: 6. epiſt: 13. *Conſiderare debes nihil tibi eſſe committendum, quamobrem eorum, quos laudes, non te ſimilem præbeas.*

Nihil cur, quare, quamobrem.

8. Cic. lib: 9. ep: 16. *Quod ego cur nolim, nihil video.* [Ik zie niets waarom ik dat niet zou willen.] Idem lib: 6. ep: 21. *Nihil eſt, cur te advenientibus afferre geſtias* ['T is niet van node waarom gy begeert u aan te bieden &c]. Id. l: 11. ep: 24. *Mihi quidem nihil in mentem venit, quare id putem fieri poſſe.* Id: pro Cluen. *Nihil excogitem, quamobrem Oppiniaco damnari neceſſe ſit.* Id: 5. de Fin. *Nihil eſt enim, quamobrem percipi poſſe videatur.*

Nihil minus.

9. Idem Att: l: 2. ep: 4. *Nihil minus velim, quàm Pomponiam, & puerum verſari in timore ruinæ.* [Ik wil niets nooyer &c.]

Nihil, cum Comparativo, ad perſonas relatum.

10. Nihil, eleganter etiam cum locis, & perſonis comparatur. Cicer: Att: lib: 4. *Nihil dulcius, nihil amœnius.* Id. Att. lib. 7. *Tironem ægrum Patris reliqui, adoleſcentem probum, nihil vidi melius.*

Nihil potius, Nihil antiquius.

11. Nihil antiquius, Nihil potius eandem vim habent. Cic: l: 6. de Rep. *Nihil mihi potius fuit, quàm ut Maſſiniſſam convenirem.* Id. Att: lib: 2. *Ut omnes intelligerent, nihil ſibi antiquius amicitia noſtra fuiſſe.*

Nihilo, cum Comparativo.

12. Nihilo ſemper cum Comparativo copulatur. Cic: 1. de Fin: *Nihilo beatior Jupiter, quàm Epicurus, dempta æternitate.* Idem 7. Verr. *Nihilo diligentior eſſe ad claſſem ornandam cœpit.*

Nihilo magis, Nihilo minus.

13. Cicero lib: de Div: *Sed ea ſumitis, quibus conceſſis, nihilo magis efficitis, quod vultis.* Id: 3. de Fin. *Ut enim qui demerſi ſunt in aqua, nihilo magis reſpirare poſſunt, ſi non longè abſint à ſummo, &c.* Id. pro Mil. *Minus dolendum re non perfecta: Sed puniendum certè nihilominus.* Id: l: 2. de Inv. *Quo non adſcripto, nihilominus hered caveretur.* Id: Phil. *Legati proficiſcantur: bellum nihilominus paretur.* [Laat de Gezanten vertrekken: en laat niet te min toeſtel tot den Oorlog gemaakt worden.]

Admonitio.

14 Nihilominus pro Tamen, cùm antecedi

Etſi

Etſi. Quanquam aut aliquid ſimile, uſitatum non eſt.

15. Nihilominus tamen non temerè uſurpandum.

Cap. CV.

De Conjunctione NIMIRUM.

1. Nimirum, ex NI, & Mirum factum videtur ordine inverſo, pro Mirum. Uſurpatur pro Certè, Videlicet, Scilicet. Cicer. Tuſc. *Nimirum igitur, ut in cauſis, ſic in ægritudine &c.* Id: 1. de Div. *Hoc nimirum eſt illud, quod de Socrate accepimus?* Id: Att: lib: 9. *Itaque nimirum hoc illud eſt, quod Cæſar ſcribit in ea epiſtola.* Id: 1. de Orat. *Sed nimirum majus eſt hoc quiddam, homines opinantur.* Idem in Brut. *Et mirum is princeps ex Latinis iſta tractavit.* Idem de Amic. *Hæc enim eſt Tyrannorum vita, nimirum in qua nulla fides.*

De Adverbio NIMIUM.

Cap. CVI.

1. Nimium ſępè adverbium eſt, idemque declarat, quod Nimis. Cic: 5. de fin. *Nemo nimium beatus eſt.* Idem 1. Catil. *Nimium diu te Imperatorem illa tua Manliana caſtra deſiderant.* Idem pro Cluen. *Ne autem nimium multi pœnam capitis ſubirent, idcircò illa ſortitio comparata eſt.* [Maar op dat'er niet te veel van kant zouden raken.] Idem 2. de Fin. *Quod vos interdum, vel nimiùm ſæpè, dicitis.* Idem 2. de Orat. *Verbis efferveſcentibus, & paulò nimiùm redundantibus.* [Een weynig te veel.]

Nimium quantum.

2. Nimium quantum eſt Mirum quantum. Cicer. de Orat. *Sales, qui in dicendo nimium quantum valent.* Id: lib: 4. de Fin. *Sed differt inter honeſtum & turpe, nimium quantum, neſcio quid immenſum.* [Buyten maten groot, zo groot dat het niet te zeggen is.]

* NIMIUM NIMIUMQUE. Tibull. 3. Eleg: 6. *Jam venit iratus nimium nimiumque ſeverus.* Ovid: in Epiſt: *O nimium nimiumque oblite tuorum.* Popm: 2. de uſu ant. loc: 3. Colv: ad Apul. 5: 95.

Nimio plus.

3. Nimio plus ſignificantius eſt, quàm Nimium. Cicero Att: lib: 10. *Sed quia nimio plus te diligo.* [Maar om dat ik u meer als te veel lief heb].

De Conjunctione NISI.

Cap. CVII.

1. Niſi propriè eſt Si non. [Indien niet, zo niet]. Cic: pro Cluen. *Nomen judicum amittemus, niſi ex his ipſis judicabimus.* Id: Att: lib: 1. *Domitius (niſi me omnia fallunt) de ſe incredibiliter pertimuit.*

Niſi, pro, Præter, vel Præterquam, vel Veruntamen.

[Dan, behalven, doch.]

2. Interdum pro Præter uſurpatur. Cicero de Amic. *Negat enim quemquam virum bonum eſſe, niſi ſapientem.* Idem pro Seſt. *Quem unquam civem Senatus, niſi me, nationibus exteris commendavit?* Idem 1. Tuſc. *Quid inquam, tum agimus, niſi animum ad ſeipſum vocabimus?* [Wat doen wy dan anders, als dat wy &c.] Idem lib: 13. ep: 73. *De re nihil poſſum judicare, niſi illud mihi perſuadeo.* Idem de Amic. *Sed hoc primùm ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe.* Idem Attic: lib: 11. epiſt: 6. *Omninò hæc eodem modo ex hac parte fiunt, niſi illud erat infinitum.* Cato cap: 89. de re ruſt. *Eodem modo anſerem alito, niſi prius dato bibere.* [Op de zelve wijs zult gy de Ganzen voeden, doch geef haar eerſt te drinken.] Terent. *Quo pacto, aut unde hæc hic reſcivit? D. neſcio, niſi, me dixiſſe nemini, id certo ſcio.* [Ik weet het niet, maar ik weet dat ſeker, dat ik het tegens niemant geſegt heb.]

Niſi quod.

3. Cicer. lib. 13. epiſt. 1. *Cum Patrono Epicureo mihi omnia ſunt, niſi quod in Philoſophia vehementer ab eo diſſentio.* Idem Attic. l. 1. *Hoc me delectat, niſi quod &c.*

Niſi ut, niſi ut ne.

4. Cicer. pro Cæl. *Quid eſt aliud, quod nos Patroni facere debeamus, niſi ut eos, qui inſectantur, repellamus.* Idem pro Mil. *Tum nimium ducebat, niſi ut virum à viro lectum eſſe diceres.* Idem lib. 13. epiſt. 10. *Quicquam ne putas curare, niſi ut ei ne deſint?*

Niſi ſi, pro Niſi.

5. Niſi interdum adſciſcit Si elegantiæ causâ. Terent. And. *Niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor, Aliquid monſtri alunt.* [Ten zy het dat is, 't geen ik vermoede dat 'er yets achter ſchuylt]. Idem Adel. *Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero.* [Ten zy gy my onder dat ſoort van Menſchen rekent]. Cic. 2. de Orat. *Miſeros illudi nolunt, niſi ſi ſe jactent.* [Zy willen niet dat de armen zullen beſpot worden, dan ten zy zig verheffen].

Niſi quis, Niſi ſi quis.

6. Pro Niſi aliquis, Niſi quis, vel, Niſi ſi quis eleganter dicitur. Cic. Attic. 1. *Niſi quis nos DEUS reſpexerit.* Idem in Brut. *Niſi quid de Epaminonda ſuſpicari licet.* Idem 2. Catil. *Niſi verò, ſi quis eſt, qui Catilinæ ſimiles cum Catilina ſentire non putet.* Idem Att. lib. 1. *Niſi ſi quid erit, &c.*

Non niſi, niſi non.

7. Plaut. Amp. *Non loquar, niſi pace factâ.* Cicer. lib. 1. epiſt. 1. *Quoniam tu, niſi perfectâ re, de me non conquieſti.* Cæſ. l. 3. de Bel. Civ. *Juravit ſe, niſi victorem in caſtra non rediturum.*

Niſi forte, & niſi verò.

8. Niſi fortè, & Niſi verò in principiis, ferè Ironiæ ſerviunt. Cic. de Fat. *Niſi fortè volumus Epicureorum opinionem ſequi.* [Ten zy wy miſſchien willen volgen de gedachten van de Epicuriſten]. Idem pro Mil. *Niſi fortè magis erit parricida, ſi quis conſularem patrem, quàm ſi humilem necaverit.* Idem pro Mil. *Niſi verò exiſtimavimus, dementem P. Africanum fuiſſe, qui &c.* Idem pro Flac. *Niſi verò paucos fuiſſe putatis, qui &c.* [Maar ten zy gylieden meint dat 'er weynige geweeſt zijn, die &c.]

De Adverbio NON.

CAP. CVIII.

Non at, Non ſed, Non verùm.

1. NOn aſſumit ſæpè At, Sed, Verum. Cic. pro Planc. *Non valuit rebus iiſdem, quibus fortè nonnulli: at valuit aſſiduitate, at valuit ſervandis amicis, valuit liberalitate.* Id. l. 1. epiſt. 9. *Tantum dicam, non mihi exercitum, ſed duces defuiſſe.* Idem 6. Verr. *Erant præterea duo ſigna non maxima, verùm eximiâ venuſtate.*

2. Interdum additur Certè aut Tamen. Cicer. Attic. lib. 9. epiſt. 9. *Tum poterimus deliberare, non quidem integrâ re, ſed certè minùs fractâ.* Idem 1. Off. *Tenenda ſunt ſua cuique non vitioſa, ſed tamen propria.*

Non etiam.

3. Aliàs adſciſcit Etiam. Cicer. in Orat. exter. *Sed ejuſmodi tamen infantia: ut eâ qui utantur, non ſtulti homines haberi poſſint, etiàm plerumque prudentes.* [Dat zy niet voor gekken, maar zelfs ook gemeindelijk voor wyzen kunnen gehouden worden].

Non dico, ſed, Non dicam, ſed.

3. Cicer. lib. 11. epiſtol. 17. *Magna ejus in me non dico officia, ſed merita.* Idem pro Sext. *Repugnarem potiùs cum ſummo non dicam exitio, ſed periculo certè veſtro.* Idem Attic. lib. 4. epiſt. 13. *Magna querela, & gemitu non dicam bonorum: ſed planè omnium.* Idem poſt reditum in

in Sen. *Non dicam complecti orando, ſed percenſere numerando.* Idem Att. lib. 16. epiſt. ult. *Ut ea non dicam comprobes, ſed ſtudioſè libenterque comprobes.*

Non quin, pro, Non quod non.

4. Cic: lib: 16. ep. *Non quin confiderem diligentiæ tuæ, ſed rei me magnitudo movebat.* [Niet dat ik niet op uw naaritigheid vertroude &c.] Idem ad Quinct. Fr. lib: 1. ep: 1. *Non quin poſſint multi eſſe provinciales viri boni, ſed hoc, &c.*

Non quin, ſed quia, vel ſed quod.

5. Cic: Att: l: 7. ep. ult. *Non quin rectum eſſet, ſed quia quod multò rectius fuit, &c.* Idem l. 4. ep: 7. initio. *Non quin ab eo ipſo diſſentiam, ſed quod ea te ſapientia eſſe judicem, ut &c.* [Niet dat ik het met hem houw: maar dat ik u van die wijsheyd achten, dat &c.]

Non quòd, ſed quòd, vel, ſed quia.

6. Cicer. in Orat. *Non quòd ſola exornent, ſed quòd excellant.* Idem 2. de Orat. *In quo ego non quòd libenter malè audiam, ſed quia cauſam non libenter relinquo, &c.*

Non quo, pro Non quod, ſed tamen.

7. Non quò ſæpè uſurpatur pro Non quòd, inſequente Sed, vel, Sed tamen. Cicer: Att. l. 16. ep: 14. *Non quò eâ ſit mihi quicquam carius, aut eſſe debeat, ſed deſperatis &c.* [Niet dat my iets liever is, of zijn moet, maar &c]. Id. in Brut. *Non quo illa Lælii quicquam ſit dulcius, aut &c. Sed multò tamen vetuſtior, & horridior ille, quàm Scipio.*

Non quò, ſed quod, vel quia.

8. Etiam ſequente Quod vel Quia. Cic. libr. 6. epiſt. 4. *Non quò ego certò ſcirem, ſed quod non difficilis erat conjectura.* Idem lib. 12. epiſtol. 17. *Quam ut conſerves, non quò de tua conſtantia dubitem, ſed quia mos eſt ita rogandi, rogo.* [Niet dat ik uwe ſtantvaſtighe dt in twijfel trek, maar om dat het alſo 't gebruik is &c.]

Non quò, Sed ut, vel Verum quia.

9. Aliàs ſequente, Sed ut, aut, Verum quia. Cic. Att. lib. 4. ep. 4. *Non quò haberem magnoperè quod ſcriberem, ſed ut loquerer tecum abſens.* Idem pro Cæcin. *Non quò idem ſit ſervulus, quod familia, verùm quia non quibus verbis quidquè dicatur, quæritur, ſed quæ res agatur.*

* Henr. Stephanus, cùm negare non poſſit infinitis locis apud Cic. QUO pro QUOD reperiri: ſuſpicionibus tamen quibuſdam pugnat. QUOD ubiq; reponendum eſſe, II. Sched. 7. quod & ante eum in mentem venerat Laur. Vallæ II. Eleg. 37. Sed meminiſſe debeat, adversûs uſum evidentem omnes hîc invalidas eſſe rationes. Ut autem ſic uſurpatum fuiſſe credamus, codicum (ut ſic loquar) facit pertinacia, quam Stephanus ipſe expertus eſt, quamvis in pleriſque locis alia exemplaria QUOD exhibere afferat. Porrò (ut alios prætereaṃ) poſt Ciceronem loquitur ita & Vopiſcus, non peſſimæ auctor notæ, in Aureliano, ubi librum promittens de factis Apollonii Thyanei: *non quo illius viri geſta, inquit, munere mei ſermonis indigeant, ſed ut ea, quæ miranda ſunt, omnium voce prædicentur.* Lege Eò, quò, pro eò quòd. & VVeitz. p: 561. ad Terent.

Non ſi, propterea vel Idcirco.

Niet indien, daarom.

10. Cicer. Top. *Non enim ſi ſine patribus filii eſſe non poſſunt, propterea.* Idem 2. de Orat. *Non ſi Opimium defendiſti Carbo, idcircò te iſti civem bonum putabunt.* [Zy zullen u daarom voor geen goed Borger houden, om dat gy Opimius verdedigt hebt].

Non modò, ſed vix, ſed etiam, verùm etiam.

11. Non modò, & Neque modò adſciſcit, Sed vix, Sed etiam, Verùm etiam. Cic. lib: 4. epiſt: 1. *Itaque mihi venire in mentem nihil poteſt, non modò quod ſperem, ſed vix jam, quod audeam optare.* Id: de Sen. *Tenebat non modò autoritatem, ſed etiam*

etiam imperium in ſuos. Id: l:16. epiſt:6. *Non modò dignitas nulla erat, ſed etiam ſumma deformitas* Id: pro Mil. *Neque auxilium modo, verùm etiam præſidium pollicentur.*

Non ſolùm, ſed, ſed etiam, ſed quoque, Verùm etiam.

12. Non ſolùm, jungitur cum Sed, Sed etiam, Sed quoque, Verùm etiam. Cicer: lib. 1. epiſt: 6. *Qui omnibus negotiis non interfuit ſolùm, ſed præfuit.* Idem de Am. *Non ſolum fortuna cœca eſt, ſed eos etiam plerumque efficit cœcos, quos complexa eſt.* Idem pro Cæc. *Dixi non ſolùm re, & ſententia, ſed verbis quoque.* Idem lib: 1. de Nat: Deor: *Non Poëta ſolùm ſuavis, verùm etiam cæteroquin doctus* Id: lib: 4. ep: 5. *Neque id ſolum mea ſponte; ſed multo etiam magis monente ac denunciante te.*

Non modò non, ſed etiam, verùm etiam.

13. Non modò non, junctum cum Sed etiam, Verum etiam, idem eſt, quod Tantum abeſt, ut Cic: l: 3. epiſt: 15. *Dies non modò non levat luctum hunc, ſed etiam auget.* Idem lib: 11. ep: 12. *Ex tuis literis non modò non reſtinctum bellum, ſed etiam inflammatum videtur.* Idem Att. lib: 16. epiſt: 6. *Tu id non modò non prohibebas, verum etiam approbabas.*

Admonitio.

14. Videndum, ne temerè altera negatio, cum requiritur, omittatur. Neque enim rectè diceretur: Tu id non modò prohibebas, verùm etiam approbabas: & alia eodem modo.

Non modò, ſed ne quidem, pro non dico.

15. Non modò, pro Non dico, interdum aſſumit Sed ne quidem. Cicer. lib: 1. epiſtol: 9. *Non modò dignitatis, ſed ne libertatis quidem partem reliquit.* Idem libr: 1. epiſtol: 8. *Nullam partem tuorum meritorum non modò referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia conſequi poſſum.* Idem lib: 12. epiſtol: 24. *Ego nullum locum omitto non modò laudandi tui, ſed ne ornandi quidem.* Idem lib: 4. ep: 24. *Nunc non modò agendi rationem nullam habeo, ſed ne cogitandi quidem.* Idem Att: lib: 5. ep. 27. *Nec quicquam poſthac non modò tantum, ſed ne tantulum quidem præterieris.* [Gy zult niet alleen niets ik zeg niet zo gewigtigs: Maar ook niet 't geringſte overſlaan.]

Non modò non, ſed ne quidem.

16. Non modò non, ſed ne quidem, uſurpari ſolet pro Tantum abeſt, Cicer. lib. 10. ep: 10. *Cujus rei non modò non præteriit tempus, ſed ne maturum quidem etiam nunc meo judicio fuit.* Idem lib. 13. epiſtol. 29. *Non modò ut non præeſſet ulli negotio, ſed etiam ut ne intereſſet quidem.*

Non modò, pro non modò non.

17. Interdum tamen Non modò, ut Paulus Manutius obſervavit. lib. 1. epiſt. fam. epiſt. 9. uſurpatur pro Non modò non. Cic. lib. 19. ep. 6. *Regnum non modò Romano homini, ſed ne Perſæ quidem tolerabile.* Idem lib. 11: epiſt. 24. *Mihi non modò iraſci graviſſima injuria accepta, ſed ne dolere quidem impunè licet.* Idem lib. 1. de Orat. *Neque ſolùm inſcientiam meam, ſed ne rerum quidem magnitudinem perſpicit.*

Non modò, poſtpoſitum pro Nedum, aut ne dicam.

[Ik wil ſwygen.]

18. Interdum Non modò ſubjicitur pro Nedum. Cicero 2. Phil. *Quos clientes nemo habere velit, non modò eſſe eorum cliens.* Idem lib. 1. epiſt. 9. *Nullum meum minimum dictum, non modò factum, pro Cæſare interceſſit, quod ille &c.* Id. Att. lib. 8. *nihil prætermiſſum, quod non haberet ſapientem excuſationem, non modò probabilem.*

19. Aliàs pro Ne dicam. Cicer. lib. 2. epiſt. 19. *Magis herculè quàm vellem, non modò, quàm putarem.* Idem lib. 4. epiſt. 14. *Secundas etiam res, non modò adverſas, pertimeſcebam.* [Ik ſwijg van, ik wil niet ſeggen].

Non ſolùm poſtpoſitum.

20. Non ſolùm interdum ſubjicitur, item ut

Non

Non modò, pro Ne dicam. Cicer. lib. 12. epiſt. ult. *Vultus ſuos mihi expreſſit omnes, non ſolùm animum, ac verba protulit.* Idem lib: 1. epiſt: 12. *Ut ipſe etiam ſibi, non iis ſolùm, qui oderant, diſplicebat.*

* Sic & NON TANTUM. Sed. III. de ir. 12. *Quædam ex his, quæ te præcipitem ferebant, hora, non tantùm dies molliet.*

D. P. * NON geminatum per ἐπίζευξιν emphaſeos gratiâ ſenſu manente negativo. Cat. epigr. 14. *Non, non hoc tibi ſalſe ſic abibit*, Muret. ibi. Cic: X. ad Att. *Non ſunt ab obſequio noſtro, non.* Idem pro Flac. *Non eſt ita, Judices, non eſt profectò.*

* Ab his exemplis ſeparare libet ea, in quibus ſalvo ſenſu tolli negationum altera non poteſt. Cicer: 3. de Fin. *Qui mortem in malis ponit, non poteſt eam non timere.* [Die kan niet nalaten die te vreſen. 'T kan niet anders zijn of hy moet die vreſen.]

D. * NON in laudationibus frigidè, aut parcè laudantis ſpeciem habet, ut: non ignaviſſimus, non malus. Homerum tamen non virtutibus appellandis, ſed vitiis detrahendis laudare ampliter ſolere Gellius oſtendit lib: 11. cap: 6.

De Nomine NULLUS.

CAP. CIX.

1. NUllus, dictus quaſi Non ullus, latiùs patet quàm Nemo. Quippe nemo de hominibus tantùm dicitur, Nullus, nulla, nullum de rebus omnibus.

Nullus, pro, non.

2. Nullus interdum pro Non uſurpatur. Terent. Eun. *Memini, tametſi nullus moneas.* Plaut. Bacchid. *Is nullus venit.* Cicer. Att. lib. 12. *Philotimus non modo nullus venit, ſed ne per literas quidem, aut per nuncium certiorem me fecit.* Id eſt nondum venit. Idem 1. de Orat. *Quod niſi feciſſet, Remp. quam nunc vix tenemus, jam diu nullam haberemus.* Idem 1. Tuſc. *Miſeri ob idipſum, quia nulli ſunt.*

Nullus, pro Nullius momenti.

3. Aliàs Nullus eſt Nullius momenti. Cicer. lib: 7. epiſt: 9. *Ex eo tempore vir ille ſummus. Imperator nullus fuit.* [Heeft niets uitgevoert, is van geen waerde geweeſt.] Idem pro Dom. *Ne illa quidem, quæ nulla eſſet, eſſe lex putaretur.* Idem Attic. lib: 14. *Ad miſeram, ſeu nullam potius Remp:* Id. Attic. lib: 14. *Copias, quas nullas habemus.* Idem 2. de Leg. *Igitur Titias, & Apulejas leges nullas putas?* [Meint gy dat die niets gelden, of niets waard zijn.]

D. P * Huc referri poteſt Deſperationis Comicæ formula: NULLUS SUM, pro Perii.

Nullus, Niſi, Extra, præter.

4. Jungitur ſæpè nullus cum Niſi, Extra, præter, præterquam. Cic: lib: 5. epiſt: 5. *Statueram nullas tibi literas mittere, niſi commendatitias.* [Ik had voorgenomen geen andere dan recommandatie brieven te ſchrijven.] Idem in Orat: *Nullus eſt igitur numerus extra poëticos.* Idem lib: 5. epiſt: 3. Attic. *Ad quas literas tibi reſcribi velis neſcio: nullas enim acceperam, præter eas, &c.* Lege præterquam pro niſi.

Nullus quin: qui non: in quo.

5. Cicer. Attic. lib: 1. epiſtol: 1. *Dies ferè nullus eſt, quin hic Satyrus domum meam ventitet.* [Daar gaat geen eene dag voorby of hy komt aan mijn huys.] Idem Attic. lib: 6. *Nullam intermiſi diem, quin, &c.* Id: l: 2. ep: 16. *Nulla eſt acerbitas, quæ non omnibus impendere videatur.* Id: de Prov: Conſ. *Nullum bellum civile fuit, in quo &c.*

De Adverbio NUNC.

CAP. CX.

Nunc cum, Nunc dum, Nunc quando.

1. NUnc, ſæpè adſciſcit Cùm, aut Dùm aut Quando. Terent. Heaut. *Nunc, cùm ſine*

magno intertrimento non poteſt haberi. Idem Adelph. *Sine res nunc facere, dum per ætatem licet.* Cic. lib. 13. ep. 56. *Nunc quando mihi amico officioſiſſimo tantum oneris imponitur.*

Nunc, tum, nunc, olim.

2. Aliàs aſſumit Tum, aut olim. Cicero libr. 6. epiſt. 1. *Tu illum animum nunc adhibe quæſo, quo me tum oportere eſſe cenſebas.* Terent. Heaut. *Ex ſua libidine moderantur, quæ eſt nunc, non quæ olim fuit.*

Nunc pro modò.

3. Interdum uſurpatur pro Modò. Cicero. Attic. lib. 1. *Nunc reus erat apud Craſſum divitem Vectius de vi.* Idem in Brut. *Vidi nuper & nunc videbam de ea re.*

Nunc jam.

4. Cic. lib. 12. ep. 12. *Nunc jam ſum expeditus.* [Nu ben ik vaerdig.] Id. 6. Verr. *Patior non moleſte Jud. eam vitam, quæ mihi ſua ſponte antè jucunda fuerit, nunc jam meâ lege, & conditione neceſſariam futuram.*

Nunc verò, poſt ſi.

5. Nunc verò ſubjici ſolet in comparatione rei fictæ, augendi gratiâ. Cic. pro Font. *Si M. Fonteium Jud. in cauſa deficerent omnia, &c. tamen eſſet vobis magnoperè providendum, &c. nunc verò cum lædat nemo bonus &c.* Idem 7. Verr. *Si hoc non apud cives Rom: &c. ſi ad ſaxa, ad ſolitudines conqueri, ac deplorare vellem: tamen &c. commoverentur. Nunc verò cùm loquor apud Senatores pop. Rom. &c.*

P. * NUNC per ἐπίζευξιν *geminatum.* Horat. Epod. *Nunc*, nunc *adeſte,*

* NUNC, NUNC, pro MODO MODO vel ALIAS ALIAS. Gell: lib: 3. *Officiorum æſtimationes alia nonnunquam momenta extrinſecus gubernant, & nunc ratas efficiunt, nunc irritas.*

De Adverbio NUM.

Cap. CXI.

Num cum interrogatione, num ne.

1. NUm interrogationi plerumque ſervit: & tum initio ponitur, tum ſubjicitur. Cic: Acad: 2. *num cenſes Ennium dixiſſe?* [Meynje dan, dat Ennius had geſegt?] Idem de Orat: *Quid in Numa Pompilio, num quod eloquentiæ veſtigium apparet?* Idem Catil. *Interrogas me, num exilium? non jubeo.*

2. Interdum adſciſcit Ne vehementius interrogandi gratiâ. Cic: lib: 6. de Rep: *num ne aſpicis, quo in Templo verſeris?* Idem 1. de Nat. Deor. *DEUM ipſum numne vidiſti?* [Hebt gy ook God gezien?]

Num quis, Num quæ, Num quod, Num quid.

3. Num ſæpè jungitur cum pronomine Quis, Quæ, Quod, Terent. Eun. *Num quis hic eſt? nemo eſt.* Cicer: Attic: 13. *num quis fundus in agro Nolano venalis ſit.* Id: pro Dejot. *num quæ trepidatio? num qui tumultus? numquid, niſi moderatè?* Idem 2. Acad. *num quam horum probat noſter Antiochus?*

Num quid vis, diſcedentis.

4. Num quid vis? interrogatio erat in diſceſſu uſitata. Terent. Eun. *Hæc dum dicit; abiit hora. Rogo, num quid velit?* Cic. Att. lib. 6. ep: 14. *Neque cum poſtea in caſtra veniſſet, atque inde diſcederet, num quid vellem, rogavit.* Idem Att: lib: 5. ep: 66. *Cùm me ſpectans è ſua villâ, num quid vellem, rogaſſet.* Idem ad Q. Frat. lib: 2. epiſt: 6. *Te puto ſæpè habere, qui, num quid Romam velis, quærant.* [Ik geloof dat gy 'er dikwils hebt, die vragen, of gy iets na Romen wilt beſtellen].

Num quidnam.

5. Num quidnam vehementius interrogat. Ter. Eun. *Num quidnam hic, quod nolis, vides?*

[Ziet

[Ziet gy hier niet datje verdriet]. Cic: 1. de Orat. *Num quidnam, inquit, novi?* [Is 'er ook yets nieuws.] Idem Partit. *Num quidnam de Oratore ipſo reſtat?*

Numquid præterea.

6. Numquid præterea ad extremum urgentis eſt. Cicer: pro Roſc. Am: *numquid præterea?* [Is 'er ook noch yets meer?]

De Adverbio NUNQUAM.

CAP. CXII.

Nunquam dum.

1. TErent. Adelph. *Nunquam, dum ego adero, hic te tanget.* [Zo lang ik hier ben, zal hy u niet aanraken].

Nunquam ni, vel niſi.

2. Liv: lib: 2. *Nunquam unum militem habiturum, ni præſtaretur fides publica, &c.* Cic: Att: l: 2. ep: 16. *Nunquam huc veniſſet, niſi ad alias res peſtiferas ſibi aditum compararent.* Id: Att: lib: 6. ep: 6. *nunquam niſi honorificentiſſimè Pompejum appellat.*

Nunquam quin.

3. Cic: lib: 2. epiſt: 10. *Equidem nunquam demum miſi unam Epiſtolam, quin eſſet ad te altera.* [Ik heb nooyt na huys geſchreven, of ik heb ook aan u geſchreven]. Terent. Adelph. *Nunquam unum intermittit diem, quin ſemper veniat.* [Hy ſlaat geen eene dag over, of hy komt al eens: Hy blijft geen eene dag weg.]

S.D.* NUNQUAM, UT NON. Sueton. c. 56. Aug. *nunquam filios ſuos populo commendavit, ut non adjiceret, ſi merebuntur.*

* NUNQUAM alicubi in expoſitione diſſuendum eſt in NON-UNQUAM, ut Nec in Et non. Propert. II. Eleg: 9. de Penelope: *Viſura & quamvis nunquam ſperaret Ulyſſem.* i. Et quamvis non ſperaret, unquam viſura Ulyſſem. Ubi ſimul Græciſmus obſervandus, pro: ſe unquam Ulyſſem viſuram. Contrariâ ratione non, vel nec-unquam, aut ullus, pro nunquam, nullus, poſitum reperias. Cic. *Non igitur unquam idem homo & perfectus orator.* pro: Nunquam igitur. Idem. *Nec enim unquam bono quicquam mali evenire poteſt.* pro: Nunquam enim. Martial. *Res nova non ullus cognita temporibus.* Cic: *Nec inſipientiâ ullum majus malum eſt,* Sylv. II. prog. 32.

De Adverbio NUSQUAM.

Nergens.

CAP. CXIII.

1. NUſquam eſt Nullo in loco. Terent. Eun. *Ille autem bonus vir nuſquam apparet.* [Die quant is nergens te vinden.] Cicer. 1. Tuſ. *Ego verò nuſquam eſſe illos puto.* Id. de Sen. *Nolite arbitrari me, cùm à vobis diſceſſero, aut nuſquam aut nullum fore.* Idem lib. de Lege. *Sive eſt illa* (Lex) *ſcripta uſpiam, ſive nuſquam.* οὐδαμοῦ.

P.* Significat quoque ad locum, [Nergens heen]. Ter. Eun. A. 2. ſc. 2. *Detineo te, fortaſſe tu profectus aliò fueras. P. Nuſquam.*

* In ſignificatione de loco apud Cornel. Nepotem occurrit. c. 4. Miltiad. *Hoc tumultu Athenienſes auxilium nuſquam niſi à Lacedæmoniis petiverunt.* [Nergens van daan.] Et hinc locupletari poteſt Index Bœclerianus.

Nuſquam, niſi.

2. Cicer. ad Brut. epiſt. 14. *Spes libertatis nuſquam, niſi in veſtrorum caſtrorum præſidiis eſt.* Idem Acad. *Scientiam autem nuſquam eſſe cenſebat, niſi in animi notionibus.*

Admonitio.

3. Nuſquam, Uſquam vel Uſpiam elegànter uſurpantur pro Nullibi, & Ullibi, quæ minimè uſitata ſunt.

De Interjectione O.

Cap. CXIV.

1. O Non ſolùm vocantis eſt, ſed etiam appellantis. Cic: Att: lib:4. *O, mi Attice, vereor ne, &c.* Idem lib: 10. ep: 26. *O mi Furni quam tu cauſam tuam non noſti.*

O Admirantis, & prædicantis.

2. Sæpè ſervit exclamationi, quæ non unius eſt modi. Nonnunquam enim admirantis eſt, & prædicantis. Cic: 5. Verr: *O conſuetudo peccandi quantam habes jucunditatem in improbis, & audacibus?* Idem pro Mil. *O terram illam beatam, quæ illum exceperit!*

O indignantis, ac deteſtantis.

3. Interdum indignantis Cic: 2. Philipp. *O incredibilem audaciam! O impudentiam prædicandam!* Id. Att. lib: 8. *O rem turpem, & ea re miſeram!* Id. ibidem. *O rem lugubrem! Itaque intercludor dolore.* Idem 1. Catil. *O tempora, O mores!*

O; dolentis.

4. Aliàs dolentis. Cicer: lib:14. ep: 4. *O me perditum!* Idem 7. Verr. *O ſpectaculum miſerum, atque acerbum.*

O exultantis, aut lætantis.

5. Aliquando gaudio exultantis. Cic:4. Phil. *O ſolum ipſum beatiſſimum, qui fugientem vidit Antonium!* Terent. Andr. *O factum bene! beaſti me.* Cic: Att: lib: 12. *O gratas tuas mihi jucundaſque litteras!*

O, optantis.

6. Aliàs optantis. Cicer. 2. Cat. *O fortunatam Remp. ſi quidem hanc ſentinam urbis ejecerit.* Virg. Æn. 8. *O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos:*

O, implorantis.

7. Non raro implorantis. Cic:7. Verr. *O nomen dulce libertatis. O jus eximium noſtræ civitatis! O leges Portiæ, legeſque Semproniæ!*

O, exſecrantis.

8. Quandoque exſecrantis. Cicer. 11. Phil. *O multò magis miſerior Dolabella quàm ille ipſe, quem tu miſerrimum eſſe voluiſti.* Id. 3. Verr. *O ſcelus! O portentum in ultimas terras aſportandum.*

O, irridentis.

9. Denique interdum irridentis. Cic:3. Phil. *O præclarum cuſtodem ovium, ut ajunt, lupum.* Id:6. Verr. *O Dii immortales, præclaram defenſionem.* Idem 2. Verr. *O commemoranda judicia, præclaram exiſtimationem noſtri ordinis.*

P. * In re leviore, neque ita magni valoris reticetur hæc interjectio. Plin. in Ep. *Hominem te patientem, vel potiùs durum ac penè crudelem, qui tàm inſignes libros tàm diu teneas!* Val. II. Eleg. 13.

De Præpoſitione OB.

Cap. CXV.

Ob pro propter.

1. OB, ſæpè eſt propter: ſignificat autem, cum cauſam efficientem, tum finem. Cic: pro Marc. *Ut mihi quidem videantur Dii immortales, etiamſi pœnas à populo Rom: ob aliquod delictum expetiverunt, &c.* Id. pro Font. *Ob aliquod emolumentum ſuum ſi quid aliquid cupidius dicere viderentur.* Idem 4. Verr. *Quantò illud flagitioſius, eum, à quo ob abſolvendum pecuniam acceperis, condemnare.*

Ob, pro ante.

2. Interdum eſt Ante. Cic. pro Rab. Poſth. *Ob oculos mihi ſæpè mors verſata eſt.* Idem pro Sext. *Mihi ob oculos exitium verſatur.* [Dat ongeval ſweeft al voor mijn oogen.]

De

De Adverbio OLIM.

CAP. CXVI.

1. OLim ſæpe aſſumit Cum. Terent. And. *Olim iſtuc, olim, cùm ita animum induxti tuum.* Cic. *Si ullæ eſſent neceſſariæ literæ, ut erant olim, cùm brevioribus diebus tamen reſpondebant tempore tabellarii.*

Olim, nunc, Olim tum.

2. Aliàs nunc, vel tunc. Cic:lib:25.ep:4. *Et cum honorem neglectum à me olim, nunc mihi expetendum puto.* Terent. Phorm. *Olim cum honeſtè potuit, tum non eſt data: nunc viduam extrudi, turpe eſt.*

D.* Non autem præteriti tantùm temporis ſignificationem obtinet, ut in exemplis antecedentibus, ſed & futuri. Virgil. *Hanc tu olim cœlo ſpoliis orientis onuſtum Accipies.* Quintil. *Sunt clari quoque hodie ejuſdem operis autores qui olim nominabuntur.* Val. II. Eleg. 35.

* Quin & præſentis temporis verbo junctum legitur: atque tùm exponi poteſt per quandoque ſeu aliquando. Horat. I. Sat. 1. *Ut pueris olim dant cruſtula blandi Doctores.* Lin: lib:2. p: 135. Parens, vel per nunquam. Plaut. Aſin. A. 2. ſc. 3. *An quid eſt olim homini ſalute melius?* vel per jam à longo tempore. Juvenal. Sat. 6. v. 345. *Audio quid veteres olim moneatis amici.* Quintil. lib. 8. *Sed in foro tamen illam jam facilitatem olim deſideramus.* Vall. II. Eleg. 35. Senec. epiſt. 77. *Olim jam nec perit quicquam mihi, nec acquiritur.*

De Nomine OMNIS.

CAP. CXVII.

1. OMnis ſæpè uſurpatur pro Totus. Cicer. pro Cluen. *Sanguinem omnem profundere mater cupit.* Idem 1. de Nat. Deor. *Vim vitalem per omnem mundum pertinentem.* Idem 1. Tuſc. *In profundenda voce omne corpus contenditur.* Idem in Brut. *Omni huic ſermoni propoſitum eſt.*

Omnis pro Quicunque.

2. Aliàs, pro Quicunque. Cic. pro Roſc. Am. *Non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire poſſit.* Id. 1. de Nat. Deor. *Omne, quod ortum eſt, mortalitas conſequitur.*

Omnis per traductionem iteratum.

3. Eleganter Omnis, per Traductionem iteratur. Virg. 1. Georg. *Non omnis fert omnia tellus.* Idem Ecl. 4. & Lucr. lib. 5. *Non omnia poſſumus omnes.* Cic: in Orat. *Par eſt omnes omnia experiri.*

4. Sæpè valet hæc Traductio ad breviter amplificandum. Cic. pro Rab. Po. *Omnes omnium ordinum homines.* Idem 5. Tuſc. *Omnes Philoſophi omnium diſciplinarum.* Idem Attic: lib. 5. *Omnia omnium miſeriarum pleniſſima* Idem 2. Philipp. *Ex omnibus omnium flagitiis nullum turpius vidi, nullum audivi, quàm quod &c.* Id. lib: 9. epiſt. *Omnibus omnes opes conceſſeram.* Id: 2. Agr. *Decemviros partitores omnibus omnium fortunis conſtitui.*

* OMNIS abundat. Val. Max. l. 1. c. 5. *animadvertit immenſæ magnitudinis ſerpentem omnes quicquid obvium fuerat, proterentem.* Linac. lib. VI. p. 470. Popm. II. de uſu antiq. loc. 10. Sylv. III. prog. 43. Sic plerique omnes pro plerique Weitz. ad Terent. p: 19. & 710.

De Adverbio OMNINO.

CAP. CXVIII.

Omninò, in numero.

1. OMninò, ab Omnis dictum, ac ſæpè refertur ad numerum. Cic: ad Q. Fr. lib. 1. *Omninò ad ducentos.* [Over al by twee hondert.] Idem pro Cluen. *Quinque omninò fuerant, qui illum abſolverunt.*

Omninò, pro Prorſus.

2. Sæpè Omninò eſt Prorſus, quaſi, omni ex

 parte.

parte. Cicer. de Sen. *Epulabar cum ſodalibus omninò modicè.* [Met mijn geſelſchap heb ik doorgaans matig geleeft.] Idem 1. Off. *Omninò fortis animus, & magnus duabus rebus maximè cerniter.*

Omninò, cum Aut certè, Aut magna ex parte, Nequaquam.

3. Aſſumit autem, Aut certè, vel aut magna ex parte, vel Nequaquam, aut aliquid ejuſmodi. Cic: 1. Tuſc. *Omninò, aut magnâ ex parte liberatus.* [Geheel of voor een groot gedeelte.] Idem pro Bal. *Omninò, aut certè faciliùs labore alicujus, ac ſtudio conſequi.* Idem de Amic. *Q. verò Maximum fratrem ſuum virum egregium omninò, ſibi nequaquam parem.* [Een gants treffelijk en fatſoenlijk man, dog die ſig ſelfs gants niet gelijk is.]

Omninò, pro, Ullo modo.

4. Sæpè etiam uſurpatur pro, ullo modo, nimirum cum additur negatio, aut aperta, aut occulta. Cic: 7. Verr: *Is omninò ſervus in illa familia non erat.* Idem lib: 1. epiſt: 5. *Ne quis omninò regem reduceret.* [Dat niemand den Koning in geenerhande manieren ſoude wederbrengen]. Id: pro Cluent. *Nego illum adoleſcentem omninò illo die eſſe mortuum.* Idem pro Quin. *Mihi per difficile eſt contra tales Oratores, non modò tantam cauſam perorare, ſed omninò verbum facere.* ['t Valt my gants laſtig tegen ſulke redenaars, niet alleen ſoo een gewigtige ſaak te verdedigen, maar, ſelfs, mijn mond op te doen.]

Omninò, cum Non. Nihil, Vix, Nunquam, & Nuſquam.

In geenerhande maniere. doorgaans niet.

5. Jungitur autem omninò, pro ullo modo cum, Non, Nihil, Vix, Nunquam & Nuſquam. Cic: 2. de Orat. *Poëtas omninò non conor attingere.* Idem Tuſc. *Ut non multum aut nihil omninò Græcis cederetur.* Idem Attic. lib: 1. *Vix, aut omninò non poſſe fieri.* Idem de Amic. *Hæc autem omittamus, quæ omninò nuſquam, reperiuntur.* Idem 2. de Orat: *Theopompus, & Ephorus omnino cauſas nunquam attigerunt.*

Omnino, pro Nimirum.

6. Interdum Omninò idem eſt, quod nimirum, quia omni ex parte res affirmatur. Cicer: de Am. *Omnino eſt amans ſui virtus.* Idem 4. Verr. *Omnino præclarè habes.* Idem de Amic: *Aptiſſima omninò ſunt arma ſenectutis artes.* Idem lib: 1. Off. *Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumque contentio.*

Omninò, pro Tandem.

7. Cic: pro Marc. *Quid enim eſt omnino ipſum diu, in quo eſt aliquid extremum?*

Omnino, junctum cum Omnis.

8. Omninò junctum cum omnis, gravem æque, ac brevem amplificationem continet. Cicero de Am. *Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio eſt.* Idem 2. de Orat. *Omnino omnis eruditionis expers.* Idem Att. lib: 3. *Omnino omnia ſe facturum recepit.*

De Nomine PAR.

CAP. CXIX.

1. PAr æqualis propriè eſt, ac ſæpè abſolutè ponitur. Cicer. lib: 1. de Natura Deor. *Cui celebritati par nulla ne cogitari quidem poteſt.* Idem lib: 4. epiſt. *Aut par, aut certè proximus ſum illi.* Idem pro Bal. *Ingenium minimè voluntati par.* Id. pro Leg: Man: *Jam verò virtuti Cn. Pompeji, quæ poteſt par oratio inveniri?* Idem in Brut. *Gracchus, ſi vixiſſet, eloquentiâ neſcio an habuiſſet parem neminem.* Idem de Div. *Cratippus, quem ego parem ſummis Peripateticis judico.* Idem in Orat. *Erit rebus ipſis par & æqualis oratio*, Idem de Orat. *Virtutes ipſa eſſe inter ſe æquales, ac pares.*

Admonitio.

2. Quoties ætas, tempuſque ſpectatur, non Par alicui, aut alicujus, niſi addatur, Ætate annis

annis, aut aliquid hujuſmodi, ſed æqualis dici ſolet.

Par Cum.

3. Nonnunquam adſciſcit Cum. Cicero pro Quin. *Tu par tibi jus cum Alpheno fuiſſe non putas.* Idem 3. de Nat. Deor. *Nec mihi par cum Lucio ratio eſt.*

Par ac : Par atque : Par &.

4. Interdum par aſſumit Ac, Atque, Et. Plaut. Mil. *Si parem ſapientiam hic habet, ac fortunam.* Cic: 3. de Nat: Deor: *Nec mihi par cum Lucio ratio eſt, ac tecum fuit.* Idem lib:2. de Inv. *Si par in nobis hujus artis, atque in illo picturæ ſcientia fuiſſet.* Cæſ: 3. de Bel. Civ. *Pari atque antea ratione egerunt.* Cicer: in Brut. *Omnia fuiſſe in Themiſtocle paria, & Coriolano.*

Par eſt, pro Æquum eſt.

'T is billijk, 't paſt wel.

5. Cic: de Amic. *Par eſt autem primum ipſum eſſe bonum, deinde, &c.* idem pro Mur. *His rebus fretum ad Conſulatus petitionem aggredi par eſt.* idem Att: lib: 9. *Mihi dubitanti quid me facere par ſit.* idem pro Rab: Perd. *Quod ei præmium dari par fuiſſet?*

De Adverbio PARITER.

C A P. CXX.

1. PAriter à Pari dictum eſt, Æquè. Terent. Heaut: *Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius.*

Pariter, Ac, Et, Atque, Ut.

1. Pariter, Ac, Et, Atque, Ut, uſitata ſunt pro æquè, ac Ter. Phorm. *Pariter nunc opera me adjuvas, ac dudum re opitulata es.* Cicer. Parad. *Qui domui tuæ videt pariter accuſatorum, & judicum conſociatos greges.* Liv: lib: 2. *Vir omni vita pariter patribus ac plebi carus.* Ter. Adelph. *Nunc tu mihi es germanus, pariter corpore, & animo.* Plaut. Menæch. *Pariter hoc, atque alias res ſolet.* Saluſt. Jugur. *Vultu, colore, ac motu corporis pariter, atque animo varius.* Plaut. Aul. *Pariter moratus, ut pater, avuſque hujus fuit.*

Pariter, Ac ſi, Pariter, Atque ut.

3. Saluſt. Jugur. *Pariter ac ſi hoſtes adeſſent, munito agmine incedere,* Plaut. Amph. *Pariter hoc fit, atque ut alia facta ſunt.*

Pariter cum, pro Simul cum.

4. Pariter, interdum uſurpatur pro Simul, & aſſumit Cum. Cic: 5. Tuſc. *Animus & præſentem voluptatem percipit pariter cum corpore, & proſpicit venientem.* Sall. Jug. *Eum adoptavit, & pariter cum filiis hæredem inſtituit.* [Hy heeft hem voor ſijn Soon aangenomen en te gelijk met ſijn andere Soone, erfgenaam verklaart.] Cic: 1. Tuſc. *Pariter enim cum vita ſenſus amittitur.* Id: 2. de Div. *Conciliis omnibus contingit, ut cum luna creſcant pariter pariterque decreſcant.* Idem poſt red: in Sen. *Secum pariter me Reſpub. reportavit.* idem 3. Off. *Ut qui hæc non vidit, & vixiſſe cum Rep. pariter, & cum illa extinctus eſſe videatur.*

* PARITER - PARITER. pro, ſimul atque ſtatim. Ovid. lib. VIII. Metam. *Hanc pariter vidit, pariter Calydonius Heros optavit.*

De Adverbio PARTIM, Ten deele. Een deel.

D. * PARTIM pro quidam, ut: Partim hominum venerunt, i. pars hominum, vel quidam homines. Gell. X. 13. Linac. lib. 2. p. 106. Goclen. p. 190. Obſerv.

D. * Interdum geminatur vel ſeipſo, vel Synonymo. Cicer. II. de Orat. p. 117. *Sed eorum partim in pompâ, partim in acie illuſtres eſſe voluerunt.* idem in Piſ. p. 90. *Cùm partim ejus prædæ profundæ libidines devoraſſent : partim nova quędam & inaudita luxuries : partim etiam emptiones : partim permutationes.* idem 1. de Div. p: 99. *Multa inuſitata partim ex cœlo, alia ex terrâ oriebantur, quędam etiam ex hominum pecudumve conceptu.* Idem 1. de Nat. Deor.

Deor. pag: 22. *Beſtiarum terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites, in utraque ſede viventes.* Corn. Nep.c:1.Pelop. *Alterius factionis principes partim interfecerant, alios in exilium ejecerant.* Salluſt. *Semiſomnos partim, alios ſumentes arma fugant funduntque.* Gell:XIII.29. *Satyrarum M. Varronis, quas partim Cynicas, alii Menippeas appellant.*

De Adverbio PARUM.

CAP. CXXI.

Parum, Nimium.

1. PArum, contrarium habet Multum, aut. Nimium. Cicer.in Orat. *Omnibus in rebus magis offendit nimium, quàm parum.*

Parum, pro Non ſatis.

2. Sæpè uſurpatur pro Non ſatis. Plaud.Rud. *Duas dabo, una ſi parum eſt.* [Indien'er een te weynig is, ſal ik'er u twee geven.] Idem ibid. *Si parum intellexiſti, dicam denuò.* [Soo gy't niet al te wel verſtaan hebt, ſal ik 't u nog eens ſeggen]. Cicero de Nat.Deor. *Quæram ex te ea, quæ parum accepi.* ['t Gene ik niet ter deeg begrepen heb, ſal ik u vragen]. Idem 1. Tuſc: *Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ functus eſt munere.* Idem Att. lib:10. *Vide, ne, dum te putet parum optimatem eſſe, parum diligenter, quod optimum ſit, eligas.*

Parum eſt, quod.

3. Cic. pro Sext. *Parumne eſt Piſo, quod tantum homines fefelliſti? ut &c.* [Is dat nog niet genoeg, Piſo, dat gy &c.] Ter. Phor. *Sed parùmne eſt, quod omnibus nunc nobis ſucceſſit ſenex.*

S. D.* PARUM EST, UT. Plin. Paneg. *Parum eſt, ut in curiam venias, niſi convoces, & interſis Senatui.*

De Adverbiis PARUMPER, & PAULISPER.

CAP. CXXII.

1. PArumper ex Parum factum eſt, ſed ad tempus accommodatum. Cic: 1. de Orat. *Parumper continuit, & à cæteris ſilentium fuit.* [Hy heeft een oogenblik, wel, een kleyne wijl geſwegen &c.] Id: 2. de Div. *Diſcedo parumper à ſomnis, ad quæ mox revertar.* Idem de Amic. *Tu velim à me animum parumper avertas.*

Parumper, dum.

2. Interdum adjicitur Dum. Plaut. Amp: *Cui voluptas parumper data eſt, dum &c.* Ter: Andr. *Dum ex eo, parumper opperire hîc.* [Wagt hier een oogenblik.]

Pauliſper.

3. Pauliſper à Paulo dictum, idem eſt quod Parumper. Cæſ: lib:3. de Bel. Civ. *Hic pauliſper eſt pugnatum.* Salluſt. Jugur. *Cognitis inſidiis pauliſper agmen conſtitit.* ['t Leger bleef een weynig tijds ſtil ſtaan.] Cicer: 6. Verr: *Abeſſe domo pauliſper maluit, quàm illud optimè cælatum argentum amittere.* Idem ibid. *Lectica pauliſper depoſita.*

Pauliſper, dum.

4. Pauliſper quoque item ut Parumper, aſſumit Dum. Cic: pro Mil. *Pauliſper dum ſ[e] uxor (ut fit) comparat, moratus eſt.* Plaut. Mil *Pauliſper tace, dum ego, &c.*

Admonitio.

5. Quoties exiguum tempus ſignificatur, no[n] Parùm aut Paulum, ſed Parumper, & Pauliſpe[r] dici ſolet. Itaque non dices: Expecta parum ſed Parumper aut Pauliſper.

De Præpoſitione PER.

CAP. CXXIII.

Per, ad perſonam relatum.

1. PEr vulgò ad locum, ſed ſæpè etiam ad perſonam refertur. Cic. Att: lib: 4. *Nihil intereſt, utrum per Procuratorem agas, an per te ipſum.* Id. pro Roſc. Am. *Per alium tranſigam, recede de medio.* Id: 1. de Orat. *Plura detrimenta publicis rebus, quàm adjumenta per homines eloquentiſſimos importata.*

Per ſe, ſine alterius ope.

2. Sæpe tamen per ſe, eſt Sine alterius ope Cic: de Sen. *Homo per ſe cognitus, nulla commendatione majorum.* [Door ſig ſelfs bekent.] Id. pro Syl. *Nihil audacter ipſos per ſe, ſine P. Sylla facere potuiſſe.* Idem pro Sest. *Per ſe ipſa ſplendet virtus ſemper, neque alienis unquam ſordibus obſoleſcit,* Id. de Am. *Amicitia per ſe, & propter ſe expetenda.*

Per, ad tempus relatum.

3. Aliàs refertur ad tempus. Cicer: 7. Verr: *Per eos dies, cum iſte.* [Even ſo datelijk zeyt hy.] Idem Att: lib: 2. ep: 23. *Nulla abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua re utili & ſuavi venerat.* Idem 2. Verr. *Nulla res per triennium, niſi ad nutum iſtius eſt judicata.* [Daar is dry Jaren lang geen ſaak &c.] Idem pro leg. Man. *Quam provinciam tenuiſtis à prædonibus liberam per hoſce annos.* [In deſe Jaren herwaarts.] Idem in Brut. *Duo fratres, per idem tempus diſſimiles inter ſe.*

* PER TEMPUS, [Regt van pas. ter regter tijd.] cujus contrarium eſt poſt tempus, [Te laat.] Plaut. Menæch. Act: 1. ſc: 2. *Non potuiſti per tempus magis advenire, quàm nunc advenis.* Hadr. Linac. lib: 1. p: 70.

Per, ad modum.

4. Sæpè ad modum accommodatur. Cic: 6. Verr. *Cùm iſte ab ſe hydriam Boëti manu factam per poteſtatem abſtuliſſet.* [Uyt den hoofde van ſijn hoog geſag.] Idem 2. Verr. *Symphoniaco ſervos abducebat per injuriam.* [Door onſatſoenlijkheyd] Idem ibid. *Quod eum per inſidias toties interficere voluiſtis.* [Door verraad. vel, door lagen.] Idem 3. Verr. *Per ſcelus & latrocinium ex fanis auferre.* Id: pro Roſc. Am. *Per luxuriem effundere, atque conſumere, quod per ſcelus ſit adeptus.* Id: 3. Verr. *Q. Opimium per ludum, ac jocum fortunis omnibus evertit.* [Schimps en ſcherts wijſe. vel, ſoo al ſchimpende en ſchertſende.] Idem pro Roſ. Am. *Per ſummum dedecus vitam amittere.* [Zijn leven met de uyterſte ſchand verlieſen.] Idem 7. Verr. *Per ludum, ac negligentiam ad honores pervenire.* [Door kortswil en nalatigheyd tot Eerampten komen]

Per ſimulationem, Per ſpeciem, Per cauſam.

5. Per ſimulationem, Per ſpeciem, Per cauſam idem ferè ſignificant. Cicer. poſt Red. ad Quir. *Per ſimulationem amicitiæ nefariè prodiderunt.* [Onder een valſchen ſchijn van Vrundſchap.] Idem 6. Verr. *Per ſimulationem Ædilitatis ſtatuas auferre.* [Onder den dekmantel van Boumeeſters ampt.] Liv. lib: 1. *Per ſpeciem alienæ fungendæ vicis ſuas opes firmavit* [Onder voorgeven: onder ſchijn.] Idem ibid. *Fratris filiæ Rheæ Sylviæ Per ſpeciem honoris (cùm Veſtalem legiſſet) perpetua virginitate ſpem partus ademit.* Id: lib: 24. *per ſpeciem prædandi ex hoſtium agro, permiſſu Magiſtratuum ab Capua profecti.* Idem lib: 2. *Per cauſam renovati ab Æquis belli.* [Onder voorwendſel van een hervatteden krijg.] Idem lib: 24. *Ut cum appropinquaret januæ rex, per aliquam cauſam ſuſtineret à tergo agmen.*

Per literas.

6. Idem eſt, quod Litteris. Cicer: in Piſ. *Is à Senatu ſupplicationem per litteras poſtulavit.* Idem Attic: lib: 1. *Antonius purgat ſe mihi per litteras.* [Hy ontſchuldigt ſig by geſchrift.]

Per ætatem, pro Ob ætatem. Ouderdoms halven.

7. Ter. Eun. *Neque ſciebat, neque per ætatem etiam*

etiam poterat. Cic. lib: 13. epiſt: 30. *Ut primum per ætatem judicium facere poteris.* Idem pro Leg: Man. *Nam cùm antea per ætatem hujus authoritatem loci contingere non auderem.* Id. pro Dom. *Factus es ejus filius contra fas, cujus per ætatem pater eſſe potuiſti.*

Per, pro Propter.

8. Per interdum eſt propter. Cic: 3. de Orat. *Per invidiam depelli Tribunatu.* Idem 1. Tuſc. *Per iram aliquid facere, quod nos pœniteat.* [Iets in ſijn boosheyd doen daar men daar na berou van heeft.]

* Sic PER HOC pro propterea. Plin. VIII. Ep: 10. *Triſtior audies, neptem tuam abortum feciſſe, dum ſe prægnantem puellariter neſcit, ac per hoc quædam cuſtodienda prægnantibus emittit.*

Per, obſecrantis.

9. Nonnunquam obſecrantis eſt. Cicero ad lib: 13. *Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe.* [Doet dog uw uyterſte beſt ſoo lief als u uw eyge welvaren is, om dit weder te krijgen]. Idem ad Brut. epiſt: 15. *Sed propera per Deos.* [Om Gods wil, haaſt u dog.]

D. * Solebant in his formulis inter præpoſitionem ejuſque caſum interponere pronomen. Terent. And. Act: 5. ſc: 1. *Per ego te Deos ore.* Virgil. *Per ego has lacrymas, dextramque tuam te oro.* Vall. V. Eleg. 31. Weitz. ad Terent. p: 112. & ad Flac. p. 86.

* Notanda inſuper in his formulis Antiptoſis è Græcorum conſuetudine traducta. Virgil. II. Æn. v. 141. *Per ſi qua eſt, quæ reſtat adhuc mortalibus uſquam, Intemerata fides, oro.* Pro per fidem. Vide ibi Cerdam.

D.P. * PER etiam jurantis eſt. Virgil. IX. Æn. *Per caput hoc juro.* [By dit mijn Hooft, of, leve.] Plaut. Amphitr. *Per Jovem, per Mercurium juro.* Cicero pro Rab. *Ei credi poſteà, etiamſi per plures Deos jures, non oportet.* Linac. lib: 1. p. 70.

Per concedentis.

10. Aliàs concedentis Cicer. 4. Acad. *Per me vel ſtertas licet.* [Mijnenthalve wel, wat my belangt]. Idem Attic. lib: 4. *Per me iſta pedibus trahantur.* Idem 4. Phil. *Petis, ut tibi per me liceat quendam de exilio reducere.* [Gy verſoekt, dat het u van mijnent wege vry ſta &c.] Idem pro Mil. *Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat.* [Clodius heeft geen playſier in 't gene van naturen, of volgens de wetten vry ſtaat].

Per valetudinem. Geſondheidshalve, wel, van wegen de Geſondheyd.

11. Cicer. 2. Phil. *Omnes conſulares, qui per valetudinem exequi cladem iſtam, fugamque potuiſſent.* Idem lib: 7. ep: 1. *Per valetudinem cum poſſes venire; tamen noluiſti.* Idem lib: 16. *Cum per valetudinem, & anni tempus navigare poteris, ad nos veni.*

D. P. * PER in compoſitis valdè ſignificat Vall. V. Eleg. 31. & lib: 17. Cicer. Verr. 4. *per vellem adeſſent hi, qui adfuerunt antea.* Idem 3. de Fin. *Sed hæc quidem eſt perfacilis, & per expedita reſponſio.*

* Hoc in caſu eleganter diſtrahitur per Tmeſin. Cicer: 1. de Orat. pag: 102. *Nobis iſta ſunt pergrata, perque jucunda.* Et pag. 103. *Per mihi mirum viſum eſt.* Id: II. de Orat. p: 134. *Per mihi ſcitum videtur.* Gell. lib. II. cap. 18. *Socratique & Platoni per fuit familiaris.* Idem XVIII. 4. *Per, inquit, magiſter optime, exoptatus mihi nunc venis.* Pro perjucunda, permirum, perſcitum, perfamiliaris, perexoptatus.

De Adverbio PERINDE.

CAP. CXXIV.

Perinde ac, Ac ſi, Atque ut.

1. PErinde, uſurpatur pro Æquè, vel Ita, jungitur autem ſæpè cum Ac, Ac ſi, Atque ut Cic: 1. Tuſc. *Philoſophia non perinde, ac d hominum eſt vita merita, laudatur.* [De Wijsbegeerte word ſoo niet, als ſy aan 't Menſchlijk leve wel verdient heeft, gepreſe.] Iden Partit. *Quæ perdifficilia ſunt perinde habenda ſunt ac ſi effici non poſſint.* Cæſ. libr. 4. de Bel. Civ

Perin

Perinde ac ſi virtute viciſſent. [Niet anders als of ſy door dapperheyd overwonnen hadden.] Cicer. pro Mil. *Vereor, ut hoc quod dicam, perinde intelligi auditu poſſit atque ipſe cogitans ſentio.* [Ik ben verlege, dat het in 't hooren ſoo niet begrepen mogt worden, als ik 't by mijn ſelve begrijp.] Idem lib:9. ep:15. initio. *Non perinde ut eſt reapſe, ex literis percipere potuiſti.*

Perinde ut, pro Prout. Even ſoo, gelijk.

2. Perinde ut ferè uſurpatur pro Prout. Cic: de Orat. *Sed hæc omnia perinde ſunt, ut aguntur.* Idem in Brut. *Hæc perinde accidunt, ut eorum, qui audiunt, mentes tractantur.* Id: 3. Off. *Habet à Patre munus M. fili mea quidem ſententia magnum: ſed perinde erit, ut acceperis.* ['t Sal even ſoo u dienen, ſoo als gy 't aanneemt.]

Perinde, quaſi.

3. Perinde quaſi, eſt Perinde ac ſi. Cic: 3. Verr. *Atque hæc perinde loquor, quaſi in eo ſit inquitas ejus reprehendenda.* Idem pro Cæc. *Perinde valebit, quaſi armatiſſimi fuerint.* ['t Sal even ſoo veel doen, als of ſy op 't dapperſte waren toegeruſt geweeſt.]

Perinde quaſi, per Ironiam.

4. Perinde quaſi ſæpè Ironiam continet. Cicer. pro Mil. *Perinde quaſi Appius ille cæcus viam munierit, non qua populus uteretur, ſed ubi impunè ſui poſteri latrocinarentur.* Idem 1. Tuſc. *Metelli ſperat ſibi quiſque fortunam, perinde quaſi certi quicquam ſit in rebus humanis.* Idem in Cluen. *Perinde quaſi exitus rerum, non hominum conſilia legibus vindicentur.* Idem 3. Verr. *Perinde quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet.*

S. D. * PERINDE QUAM, TANQUAM, PROUT. Sueton. cap:15. Domit. *Nullâ re perinde commotus eſt, quàm reſponſo caſuq; Aſcletarionis Mathematici.* Gell. XV. 29. *Hoc perinde eſt tanquam ſi ego dicam.* Plin. Paneg. *Meminerint perinde conjecturam de moribus ſuis homines eſſe facturos, prout hoc vel illud egerint.*

* PERINDE pro VALDE. Sueton. c.13. Galb. *Quare adventus ejus non perinde gratus fuit.* Vall. II. Eleg. 50. Lin. lib: II. p:135. Eidem tamen lib: VI. pag. 431. videtur, deſiderari hic conjunctionem quàm cum aliquo adjuncto.

De Adverbio PROINDE *&* PROIN.

Deſwegens. derhalve.

CAP. CXXV.

1. PRoinde, ſeu Proin quod decurtatum eſt, ſignificat Ideo, vel Quamobrem. Cicer. 4. Verr. *Proinde ſi ſapis, vide.* Idem lib. 12. ep. *Proinde fac magnum animum habeas.* Terent. Eun. *Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita.*

Admonitio.

1. Proinde pro Perinde, ſi quando uſurpatur, eaſdem conjunctiones, eoſdem uſus habet: ſed videndum eſt, ne ſubſit mendum, & Proinde legatur, pro Perinde.

S. D. * Non veretur Bœclerus Ind. ad Nep. ne ubique mendum ſit. Certè mendum eſſe in Lucretio nullo modo poteſt, qui hoc ſignificatu proinde duabus ſyllabis metri cauſâ uſurpat, quod in perinde facere non licuiſſet. Lib: III. de Scipione: *Oſſa dedit terræ, proinde ac famul infimus eſſet*, & alibi. Vall: II. Eleg: 50. Atque ſic & proſæ ſcriptores poſteà locuti ſunt. Cicero locis quibuſdam in perinde allegatis, in quibus alii legunt proinde. Nepos cap: 6. Alcib. *Ut ad ejus triremem vulgus conflueret, proinde ac ſi ſolus adveniſſet.* Gell. XIX. 14. *Varronis quidem monumenta in propatulo frequentique uſu feruntur; Nigidianæ autem commentationes non perinde in vulgus exeunt.* Add. Riv. pag. 82. ad Terent. Goclen. p. 189. Obſerv.

De Adverbio PLANE.

CAP. CXXVI.

Planè, pro, Clarè.
Klaar, helder, goed duytſch, ſo &c.

1. PLanè, idem eſt quod Clarè. & Apertè. Cic: 2. ne Fin. *Epicurus autem, ut opinor, nec non vult planè, & apertè loqui.* Idem. *Sed tu dixiſti iſtud benè Latinè, parum planè.* Idem Att. lib: 8. *Explicari mihi tuum conſilium planè volo, ut intelligam.*

Planè pro Certè, vel Sanè.
Voorwaar, ſo waar.

2. Interdum uſurpatur pro Certè, vel Sanè. Cicer. lib: 1. de Leg. *Sed ego planè vellem, me arbitrum inter eos datum.* Plaut. Moſt. *Ipſane ea eſt?* Sc. *Immò planè eſt.*

Planè, pro Omninò.

3. Sæpè uſurpatur pro Omninò. Cic. Att: lib: 12. *Accepi Atticam planè belle ſe habere.* [Ik heb verſtaan, dat ſy geheel fris is.] Idem lib: 14. epiſt: 4. *Si te habeo, non mihi videor planè periiſſe.* [Als ik uw kan hebben, wil ik meenen, dat ik in't geheel niet te gronde ſal zijn, ofte verdorven.] Idem lib: 16. epiſt: 1. *Ut te Leucadem deportares, ut ibi planè te confirmares.* [Dat gy uw daar geheel ſoud op de been brengen.] Idem 3. Verr: *Nam iſte eam, niſi planè nihil ſapit, nunquam proferet.* [Zoo hy niet geheel Sot is.] Id. in Brut. *Effice id, quod jam propemodùm vel planè potiùs effeceras.* [Volmaakt dat, dat gy by naa, ofte liever, geheel volmaakt hebt.]

De Adverbio PLUS.

CAP. CXXVII.

1. PLus magis accedit ad nomen, quàm Magis. Proindè non temerè pro Magis uſurpandum eſt. Cic: de Am. *Plus æquò.* [Meer als betamelijk is]. Idem Att: lib: 6. *Dimidio plus ſcripſit Clodia.* [Clodius had meer als half ſoo veel geſchreven.]

D.P.* PLUS PLUSQUE tamen declarat magis magiſque. Cicer: 16. ad Att. *Pompejum me herculè plus pluſque indies diligo.*

Plus, pro Amplius.

2. Sæpè autem uſurpatur pro Amplius. Cic. 1. de Nat. Deor. *Moleſtum eſt uno digito plus habere.* Idem 1. Phil. *Plus una me nocte retinere non potuit.* Idem pro Sext. *Tribunum pleb. plus viginti vulneribus acceptis, jacentem vidiſtis.* Id: pro Roſc. Am. *Neque unquam plus triduo fuit.* Idem pro Quinct. *Tecum anno plus vixit.* [T'is over het Jaar dat by uw ben geweeſt.]

D. * Idem hic obſervandum, quod ſupra in Amplius. Ponitur enim plus pro plures & ſubauditur particula quàm. In quibuſdam & per diutiùs quàm exponi poteſt.

Plus, quàm: Plus, quàm quantum.

3. Adſciſcit interdum Quàm, & Quàm quantum. Cicero lib: 6. epiſt: 1. *Ego habeo, cui plus, quàm tibi debeam, neminem.* idem 1. de Orat: *Quę exiſtimas plus, quàm artem ipſam prodeſſe poſſe.* Idem. *Et plus frumenti imperabatur, quàm quantum exararant.* [Haar wierd meer Graan afgevorderd, als ſy geteelt hadden.] Idem 3. de Orat. *Plus multò vidiſſe videntur, quàm quantum noſtrorum ingeniorum acies intueri poteſt.* Idem lib: 9. epiſt: ult. *Si te intelligerem plus conatum eſſe Reipublicæ cauſa muneris, quàm quantum præſtare potuiſſes.*

Non plus, quàm.

4. Non plùs quàm, comparationem quandam continet ſubobſcuram. Cic: de Am. *Non tantum valet, ut tollat è vita amicitiam: non plus quàm ut virtutes, quia nonnullas curas, & moleſtias afferunt, repudientur.*

De

De Adverbio PORRO.

CAP. CXXVIII.

1. PORrò eſt Deinde, poſtea, ἔπειτα. Ter: And: *Move ocyus te : ut quid agam porro intelligas.* [Treet wat over uw voeten,op dat gy dan of daar na verſtaan moogt wat ik doe.] Cic: 3 Verr: *Hominibus & natura,& conſuetudine,& diſciplina leviſſimis: porrò autem populi Rom: conditione ſociis,fortuna ſervis.* [vorder daarenboven.] Id: 4. Verr. *Sic porrò noſtros homines diligunt.* [voorts, vel, voor de reſt, ſy hebben de onſe ſoo liev.]

Porrò, pro Autem. δὲ *vel* δή.

2. Sæpè pro Autem uſurpatum, continuat orationem Cic: pro Mil. *Occurrebat mancam, ac debilem præturam ſuam futuram, Conſule Milone. Eum porro ſummo conſenſu populi Rom: Conſulem fieri videbat.* αὐτὸν δὲ. [Hy ſag daarenboven wel dat, &c.] Idem pro Planc. *Nihil porrò tam inhumanum* &c. Idem 7. Verr. *Age porrò tu, qui te tam religioſum exiſtimari voluiſti interpretem fœderum.* Idem pro Quinct. *Clamabat porrò Quinctius.* Idem Att: lib: 1. *Porrò autem neque mihi accidit.*

Porrò pro ultrà.

3. Nonnunquam ponitur pro ultrà. Liv: lib: 1. *Ex loco infeſto agere porrò armentum occœpit.* [Hy heeft het Vee, uyt die nadeelige plaats, verder op, beginnen te drijven.] Cicer: 4. de Fin. *Perge porrò; nam de iſto magna defenſio eſt.*

De Præpoſitione POST.

CAP. CXXIX.

1. POſt, quoties caſum regit, Præpoſitio eſt, cui Ante opponitur. Cæſ: lib: 3. de Bel: Gal: *Repentè poſt tergum equitatus cernitur.* Plerumq; ad tempus accommodatur. Cic: Att: lib. *Hic magiſtratus multis annis poſt decemviros inſtitutus.* Id. pro Roſc. Am. *Aliquot poſt menſes is occiſus eſt.* Liv: lib: 5. *Annum poſt quintum decimum creati Conſules.*

Poſt cum participio præteriti temporis.

2. Eleganter copulatur cum participio præteriti temporis. Cic: de Aruſp. Reſ. *Mea domus, quam Senatus unam poſt hanc urbem conſtitutam ex ærario ædificandam putavit.* [Mijn huys is, Na 't opbouwen van die Stad: wel ſoo lang deſe Stad geſtaan heeft, uyt de Stads beurs &c.] Idem Catil. *Cauſa enim eſt poſt urbem conditam hæc inventa ſola, in qua &c.* Idem de Aruſ. Reſp. *Nego unquam poſt ſacra conſtituta, tam frequens collegium judicaſſe.* Idem 1. de Div. *Sexennio poſt Vejas captas.*

Poſt homines natos, Poſt hominum memoriam.

3. Huc illa pertinent, Poſt homines natos, Poſt hominum memoriam. Cic: in Brut. *Longè autem poſt homines natos improbiſſimus C. Servilius Glaucia.* Idem pro Mil. *Unius poſt homines natos fortiſſimi viri.* [So lang de Wereld geſtaan heeft.] Idem de Opt. gen. or. *Optimus longè poſt homines natos.* Idem pro Bal. *Poſt genus hominum natum pauci reperti ſunt, qui &c.* Idem in Piſ. *Inſtant poſt hominum memoriam apparatiſſimi, magnificentiſſimique ludi.* Idem 2. Catil. *Bellum inteſtinum ac domeſticum, poſt hominum memoriam crudeliſſimum, & maximum.* Idem 5. Verr. *Quod nemo unquam poſt hominum memoriam fecit.* [By Menſchen gedenken.]

Poſt, Præpoſitio cum Quam.

4. Præpoſitio Poſt interdum aſſumit Quam. Cic: Att: lib: 9. *Poſt diem quartum, quam urbe diſceſſimus.* Idem pro Mil. *Poſt diem tertium geſta res eſt, quam dixerat.* ['T is drye dagen daar na geſchied, na dat hy geſegt had.]

De Adverbio POST.

CAP. CXXX.

1. POſt adverbium nullum caſum regit; etſi ſæpè jungitur cum ablativo temporis.

Cicero in Brut. *Ita recepi me biennio poſt.* Idem 2. de Div. *Anno poſt Paulus periit.* Idem lib: 1. epiſtol: 9. *Paucis poſt diebus, quàm Luca diſceſſerat.* Idem pro Flac. *Multis pòſt annis pecunia recuperata eſt.* [Dat geld is veel jaren daar na weder te regt gekomen.]

Admonitio.

2. Poſt, quoties ablativo jungitur, adverbium eſt. Neque enim caſus ille à Poſt regitur, ſed abſolutè ponitur, quippe ablativus temporis. Semper autem, aut poſtponitur, ut: Paucis diebus pòſt: aut interponitur, ut Paucis pòſt diebus.

* POST ſupprimitur interdum in temporis notatione. Val: III. Eleg: 13. Gocler. pag. 190. Obſ. Liv. lib: 7. *Quadringenteſimo anno, quàm urbs Roma condita erat.* Linac. lib: VI. pag: 417.

De Adverbio POSTEA.

Cap. CXXXI.

1. JUngitur interdum Poſteà cum interrogatione. Terent. Hec. *Quid tum poſtea?* [Wat dan nog meer?] Cicero pro Mur. *Cedo, quid poſtea?* [Seg op, wat ſal 't dan zijn?]

S. D. * Pro Poſtea Comici quoque POST ID, dixerunt; & *POSTILLA*. Plaut. Caſin. *Poſt id, quum laſſus fuerit, & famelicus, noctu ut condignè te cubes, curabitur.* Idem Curc. *Nunquam poſt illa vidi.* Terent. Phorm. *Poſt illa jam ut lubet ludas licet.* Hoc & ad Artium Catullus uſus eſt. Fabric. ad Terent. p: 861. Linac. p: 388. lib: VI.

Poſtquàm. Poſteaquam, Poſtea verò quàm.

3. Poſt, & Poſtea ſæpè adſciſcunt Quàm. Cicer. lib: 12. epiſt. 48. *Heri non multò poſt, quàm tu à me diſceſſiſti.* Idem lib: 13. epiſt: 30. *Poſt Prætor factus eſt Tuditanus, quàm Conſul Memmius.* Idem pro Planc. *Poſteaquam de meo curſu Reip. ſum voce revocatus.* [Na dat ik uyt de naam van 't gemeene beſt, van mijn Reys weder te rug ben geroepen.] Idem lib: 5. epiſt: 2. *Poſtea verò quam profectus es.*

Poſt Ubi, vel Ut.

3. Interdum aſſumit Ubi vel Ut. Salluſt. Catil. *Poſt, ubi contagio, quaſi peſtilentia, urbem invaſit.* [Daar na, toen die beſmettelijkheyd, even als een peſt die de ſtad overviel.] Cicer: in Orat. *Poſt ſenſim incedens, Judices, ut vidit ardentes, exultavit audaciùs.*

Poſtquam, Poſteaquam cum Illicò, Extemplò, Repentè.
Op ſtaande voet, van ſtonden aan.

9. Poſtquam, vel poſteaquam adſciſcit interdum Illicò, Extemplò, Repentè, aut aliquid ejuſmodi. Terent. Heaut. *At poſtquam aſpexi, illicò cognovi.* Id. Hecyr. *Poſtquam introivi, extemplò ejus morbum cognovi miſer.* Cic: 7. Verr. *Hac poſteaquam acta, & conſtituta ſunt, procedit iſte repentè ex Prætorio.*

De Adverbio POSTERIUS.

Cap. CXXXII.

1. POſteriùs, pro Poſteà uſitatum eſt, contrarium enim habet prius, & ad tempus refertur. Cic. Verr. *Jubet iſte poſteriùs illos ad ſe reverti.* [Hy belaſte, dat ſy daar na weder by hen ſouden komen.] Id. in Brut. *Ipſe enim Thucydides, ſi poſteriùs fuiſſet, & maturior eſſet, & mitior.* Idem de Leg. *Sed hæc poſteriùs.* Idem pro Quin. *Poſteriùs inquit, iſta videbimus, nunc &c.*

De Adverbio POSTHAC.

Cap. CXXXIII.

1. POſthac, idem eſt, quod Inpoſterum, contrarium habet Antehac. Cic. lib: 7. epiſt 7. *Poſthac igitur erimus cautiores.* [W ſullen in 't toekomende, wel voorſigtiger zijn.] Idem Phil: 2. *Caput autem literarum, nihil ſibi cu illa poſthac futurum.* [Dat hy na deſen niets me haar te doen ſal hebben] Idem Catil. *Id ne u quam poſthac confiteri poſſit, providendum eſ*

[Me

[Men moet ſorg dragen dat ſulks noyt na deſen meer gebeuren kan.] Idem Attic: lib: 2 epiſt: 34. *Scribam poſthac ad te planiùs.* ['k Sal hier na uytdrukkelijker aan u ſchrijven].

De Præpoſitione PRÆ.

CAP. LXXXIV.

1. PRæ eſt Ante. Cic: 2. Phil. *Hic qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit,* [Hy, die den bebloeden dolk nog voor hem heen droeg.] Illa per tranſlationem. Idem 1. Off. *Niſi ſpeciem præ ſe boni viri ferat.* [Ten ſy hy in ſig verbeeld een gedaante van een eerlijk Man]. Idem lib:2. epiſt: 1. *Præ te ferres perſpectum mihi quidem, ſed tamen dulcem & optatum amorem tuum.* Idem 2. de Nat. Deor. *Noli quæſo præ te ferre, vos planè expertes eſſe doctrinæ.* [Ik bidje. ſtelt u: dog ſoo niet aan, als of gyl: niet wiſt wat geleertheyd was.] Idem 2. de Agr. *Vocem præ vobis indicem veſtrarum voluntatum tuliſtis.*

Præ, in comparatione.

2. Præ, ſæpè uſurpatur, pro in comparatione Terent. Eun. *Hic ego illum contempſi præ me.* [Toen heb ik hem u vergelijking van my, niet aan willen zien.] Cicero 2. de Agr. *Illi Romam præ ſua Capua irridebant.* [Zy lagten met Romen in vergelijking van haar Capua.] Idem pro Roſc. Am. *Ut neminem præ ſe hominem putet.* [Hy beeld ſig in dat hy de Man alleen is.] Id:4. Verr. *Tu auſus es præ tua prædâ pro nihilo tot res ſanctiſſimas ducere?* Idem 4. Verr. *Omnium minas, atque omnia pericula præ ſalute ſua levia duxerunt.* [In tegenſtelling van, of, in vergelijking van haar behoudenis, hebben ſy allen bedreygingen, en alle gevaren gering geagt en in den wind geſlagen.] Idem lib:4. epiſt: 4. *Non tu quidem vacuus moleſtiis, ſed præ nobis beatus.* Idem pro Rab. Perd. *Quæ ſi in illa minima fuiſſent, tamen præ ſuis facultatibus maxima putarentur.* Idem 4. Verr. *Ut ipſe Conſul in hac cauſa præ me minus etiam quàm privatus eſſe videatur.*

Præ, pro Propter.

3. Præ ſæpè uſurpatur pro Propter. Ter. Heaut. *Præ gaudio (ita me Dii amant) ubi ſum, neſcio.* [Ik weet, ſoo ſeker als ik leef, van blijdſchap niet, waar ik ben.] Plaut. Amph. *Neque miſer commovere me poſſum prę formidine.* Cic: 1. Tuſc. *Solem prę ſagittarum multitudine non videbitis.* Idem Att. *Præ cura jocari non poteram.* [Uyt oorſaak van mijn ſorg, mogt ik niet boerten] Idem Verr. *Prę cupiditate officii rationem non habet.* Idem Attic. lib:9. *Non medius fidius prę lachrymis poſſum reliqua nec cogitare, nec ſcribere,* Idem Attic. *Prę fletu, & dolore.*

Præut.

4. Præut, eſt in comparatione. Plaut. Amph. *Patrum etiam pręut futurum eſt, prędicas.* [Gy ſegt nog weynig, by dat het nog geſchieden ſal.] Terent. Eun. *Ludum jocumque dices fuiſſe illum alterum, pręut hujus rabies quæ dabit.* [Gy ſult ſelver bekennen, dat het met den anderen nog maar kortswil en gekſcheren geweeſt is, in vergelijking van 't dolmans doen, dat deſen nog ſal aanregten.]

S. D.* Invenitur & PRÆ QUOD, ac PRÆ QUAM. Plaut. Stich. Act:2. ſc:3. *Omnes res relictas habeo, prę quod tu velis.* Gell. XVI. 1. *Laxioribus paullò longioribuſque verbis comprehenſa eſt, prę quàm illud Græcum.*

De Prępoſitione PRÆTER.

CAP. CXXXV.

1. PRæter eſt Ante ſed motum adſignificat. Cic: 5. Verr. *Pręter oculos Lollii omnia ferebantur,* [Alles wierd in 't geſigt, of, onder de oogen van Lollius gebragt.] Liv: lib:33 *Præter Ceralitem paludem agmen ductum.* Idem lib:38. *Pręter ripam euntibus Galli Matris Magnæ à Peſſinunte occurrere.* [Over den Oever heen.] Idem lib:3. *Pręter oram Hetruſci maris Neapolim tranſmiſit.* [Over de ſtrand van.]

Pręter,

Prẹter, pro extra.

2. Interdum uſurpatur pro Extra. Cicer: 1. Phil. *Multa autem impendere videbantur prẹter naturam prẹterque fatum.* Idem Catil. *Cum ei nihil adhuc prẹter voluntatem ipſius cogitationemque acciderit.* [Daar hem niets tot nog toe wedervaren is tegen ſijn genegentheyd en gedagten.] Idem in Piſ. *Illud etiam accidit, prẹter optatum meum. ſed valdè ex voluntate.* Idem lib: 1. epiſt: 8. *Quod quoniam prẹter opinionem mihi acciderat.* Idem Attic: lib: 15. *Prẹter ſpem ſi quid erit, facies, ut ſciam.* Idem 1. de Div. *Prẹter modum crevit lacus Albanus:* ['t Meyr is over ſijn maat of beſtek heen gewaſſen.]

Prẹter, in exceptione.

3. Interdum Præter excipit, ſimiliter ut Extra. Cic: l: 1. *Amicum tibi ex Conſularibus neminem eſſe video, prẹter Lucullum.* [Buyten, of, behalven Lucullus, &c.] Id: pro Cluen. *Omnibus ſententiis prẹter unam, Scamander damnatus eſt.* [Hy is met algemeene ſtemmen verweſen, op een na.]

Prẹter, pro Suprà.

4. Sæpè declarat Suprà. Cic: 1. Off. *Teſtis eſt Phalaris, cujus prẹter cẹteros eſt nobilitata crudelitas.* [Boven allen andere.] Id ad Q. Fr. l: 1. ep: 1. *Quod ſi, ut optimum nomen conſequeremur, unus prẹter cẹteros adjuviſti.* Id: in Or: *Attici in eo genere prẹter cẹteros excellunt.* Id: pro Syl. *Hoc mihi prẹcipuum eſt prẹter cẹteros.* Id: 5. Verr. *Loquebantur enim Decumani, & præter cæteros ii, qui apud iſtum plurimum poterant.* [Die ſpraken 't meeſt, of, meer als de andere, die 't meeſt op hen vermogten.]

* PRÆTER pro PRÆTERQUAM ad verbialiter. Suetonius: *Religionis uſque quaque contemptor præter unius Deæ Syriæ.* Saluſt. *Cætera multitudini diem ſtatuit, antequam ſine fraude liceret ab armis diſcedere, præter rerum capitalium condemnatis.* Theod. ad Val: III. Eleg. 54. Varro lib: 1. de re ruſt: 41. *Præter ſi aliter nequeas.* [Ten waar dat gy anders niet konde.] Lin. lib: II. p. 114. quod cur Goclenius obſervatum potiùs, quàm uſurpatum velit, p: 188. Obſ. cauſam non video. Flor. lib: 2. cap: 6. *nec præter, quod in bullis, cingulis, atque annulis erat, quicquam ſibi auri reliquère.* [Sy hebben niets behouden als, of, uytgenomen, of, behalven 't geen &c.] Ubi & ellipſis locum habere poteſt pronominis id, pro, præter id, quod.

* Porrò hinc explicant quidam verſum Ennianum, apud Gell: XIX. 10. *Incertè errat animus, præter propter vitam vivitur.* Id eſt Vivimus ita, ut videamur propter quidvis potiùs quàm propter vitam: Scal. cap. 157. de cauſ. lingu. lat. Goclen. pag. 188. Obſ. Sed non videtur Gellius eo ſenſu adduxiſſe. Salmaſium igitur potiùs audiemus, qui pag: 879. ad Solin. Legit: *Præter propter vita vivitur*, & PRÆTER PROPTER abſolutè dictum cenſet, ut plus minùs, ultrò citròque. Propter enim veteribus fuit juxta, præter extra. Senſus, interdum hoc modo, interdum alio vivi, modò propiùs, modò longiùs ab hoc vel illo vivendi propoſito diſcedi.

Præterea.

5. Præterea dictum quaſi præter ea. Ad perſonas quoque accommodatur, etiam numero ſingulari. Cic: lib: 4. epiſt: 3. *A me verò ſic diligitur, ut tibi uni concedam, præterea nemini,* id eſt, præter te. [U alleen, en buyten u aan niemand meer.] Idem pro Mil. *Hunc unum ab hoſtibus metui, præterea neminem,* id eſt, præter eum, Idem 1. Phil. *Num qui exules reſtituit? unum ajebam, præterea neminem.* [Een, en niet meer.]

Præterquam, pro Niſi.

6. Præterquam, pro Niſi uſurpari ſolet. Cic: lib: 3. epiſt: 7. *Nullas iis, præterquam ad te, ded literas.* [ik heb aan niemand, als aan u alleen geſchreven.] Idem 3. Catil. *pro tantis rebu nullum à vobis præmium poſtulo, præterquam hujus diei memoriam ſempiternam.* Idem 2. d Div. *Juno Moneta, à qua præterquam de ſu plena, quid unquam moniti ſumus.*

P. * Uſitata hîc bonis autoribus eſt tmeſi

Cice

Cicer. III. de leg. *Præter enim quàm*, pro præterquam enim.

Præterquàm quod, pro Niſi quod.

7. Cicer: ad Q. Fr. lib: 2. epiſt: 13. *Ego me in Cumano, & Pompejano, præterquàm quod ſine te, cæterum ſatis commodè oblectavi.* Idem epiſt. *Neque quod diſpliceat, committam, præterquàm quòd hominis mihi conjunctiſſimi doleo gravem caſum.* [Alleenlijk, dat my den ſwaren val van mijn liefſten vrind zeer doet.]

Præterquàm quòd, pro Non modò.

8. Interdum uſurpatur pro Non modò. Cic: Attic. lib: 15. epiſt: 15. *Suram autem præterquàm quòd nefarium hominem cognovi, præterea in me contumacem.* Idem 1. de Div. *At id præterquàm quòd fieri non potuit, ne fingi quidem poteſt.* [Behalven dat het niet geſchieden kan.]

S. D.* Etiam ſine quod. Celſus. *Aqua frigida, infuſa, prȩterquam capiti, etiam ſtomacho prodeſt.*

De Adverbio PRIDIE, *&* POSTRIDIE.

Cap. CXXXVI.

1. PRidiè dictum quaſi priore die. [Daags te voren.] Poſtridiè, poſtero die. [Daags daar na.]

Pridiè & Poſtridiè quam.

2. Æquè utrumque copulatur cum Quàm. Cicer. de Amic. *Pridiè quàm exceſſit è vita.* [Daags voor dat hy geſtorven is.] Idem lib: 14. epiſt: 6. *Poſtridiè intellexi, quàm à vobis diſceſſi.* Idem lib: 2. de Orat. *Poſtero die quam illa erant acta.*

Pridiè, & Poſtridiè ejus diei.

3. Interdum aſſumitur Ejus diei. Cicer. lib: 1. epiſt: 4. *Sententiam Bibuli de tribus legatis pridiè ejus diei fregeramus.* [Daags te voren.] Cato l: 1. de re Ruſt. *poſtridiè ejus diei villicum vocat.* Cic: lib: 13. epiſt: 46. *Dolabella venit ad me poſtridiè Iduum.*

Pridiè, Poſtridiè, Idus, Nonas, Calendas.

4. Plerumque Idus, Nonas, Calendas, quarto caſu adſciſcunt Cic: lib: 13. epiſt: 25. *Ego Romam pridiè Idus.* lib: 13. ep: 14. *Si me in Tuſculano poſtridiè Nonas manè convenerint.*

D. P. * Sic & cum Accuſativis aliorum nominum. Cic: II. ad Att: 13. *Pridiè compitalia.* Idem lib: 16. *Poſtridiè ludos Apollinares.* Paterc. lib: II. de cæde Pompeji. *Pridiè natalem ipſius.* Eſt autem ellipſis Præpoſitionum ante & poſt. Linac. lib. V. p. 335. & lib. VI. p. 414. Vall. II. Eleg: 10.

* Quare autem non ſecundo Calendas dicatur, ut tertio, quarto Calendas, ſed pridiè tantùm, cauſa à quibuſdam affertur, quòd ſecundus à verbo ſequor dicatur, dies autem ille non ſequatur Calendas, ſed præcedat. Lalamant. de anno p. 180. Voſſ. de vit. ſerm. p: 150. Aliam affert rationem Valla II. Eleg. 33. ut non dicimus nudius ſecundus, ita nec ſecundo Calendas.

De Adverbio PRIMUM, *&* PRIMO.

Cap. CXXXVII.

1. PRimùm, & primò hoc fermè differunt, quod primùm ad ordinem rerum pertinet. Primò ad tempus.

Primùm, cùm deindè, vel Pòſt, vel Tùm.

2. Ac primùm, ſæpè adſciſcit Deindè vel Poſt, Tùm. Cic. Amic. *Primùm ut monitio acerbitate careat, deindè ut objurgatio contumelia careat.* [Voor eerſt, eerſtelijk, ten eerſten.] Id. lib: 3. ep: 5. *Primùm ut ipſe tu, tuique omnes; deindè etiam ut reliqui ſcire poſſint, me &c.* Id: lib: 3. ep: 9. *Primùm reditus interceſſerat in gratiam per Pompejum: pòſt autem Cæſaris, ut illum defenderem, mira contentio eſt conſecuta.* Id. lib: 6. ep: 5. *Te valere tua cauſa primùm volo, tum mea.* [Voor eerſt om uwen 't wil, daar na ook om mijnent wil.]

Primùm, tùm, pòſt, vel deindè, in Enumerationibus.

3. In tripartita enumeratione rerum ſæpè uſurpantur Primùm, Tùm, Pòſt, vel Deindè. Cic: lib: 1. Off. *Primùm igitur eſt de honeſto, tùm de utili, pòſt de comparatione eorum differendum.* Idem. *Quæ primùm benè parata ſit, tùm quàm, plurimis ſe utilem præbeat: deinde augeatur ratione, diligentia, parſimonia.*

Primùm, deinde, tum vel poſtremò.

4. Alias, Primùm, Deinde, Tum, vel Poſtremò. Cicer. pro leg. Man. *Primùm mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de Imperatore diligendo eſſe dicendum.* Id: lib: 5 epiſt: 4. *Primum otium Parthicum, deinde confectæ pactionis publicanorum, poſtremò ſeditio militum ſedata ab Appio.*

Primùm, deinde, tum, poſtremò.

5. In quadripartita autem partitione, ſæpè adhibentur Primùm, Deinde, Tum, Poſtremò. Cic: lib: 15. ep: 14. *Primum ut te tanto intervallo viderem: deinde ut tibi poſſem præſens gratulari, tum ut quibus de rebus vellemus, inter nos communicaremus; poſtremò ut amicitia noſtra confirmaretur vehementiùs.* Item lib: 7. ep: 2. & 3. de Nat. Deor. & ad Quinct. Fr. lib. 1. ep: 2. Lege Deinde.

Primùm, tum, deinde, poſt, tum, deinde.

6. Enumerationes verò longiores ſolent eſſe liberiores. Cicer: 5. de Fin. *Et ipſa charitas generis humani ſerpit ſenſim foras, cognationibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitiis, poſt vicinitatibus, tum civitatibus, deinde totius complexu gentis humanæ.*

7. Interdum etiam Primùm omittitur, & pro, Poſtremò, ſubjicitur Tum ad extremum. Cic: 2. de Orat. *Quinque faciunt quaſi membra eloquentiam: invenire quid dicas, inventa diſponere, deinde ornare verbis, poſt mandare memoriæ, tum ad extremum agere, & pronunciare.* Lege DENIQUE.

Primùm, abſolutè poſitum.

8. Interdùm primùm abſolutè ponitur, quia Tum aut Deinde aut tale aliquid non ſubjicitur. Cic: lib: 2. ep: 9. *Primùm tibi, ut debeo, gratulor, lætorque &c.* Idem lib: 7. epiſt: 23. *Primùm ipſas ego Muſas nunquam tanti putaſſem.* Lege Paulum Manutium ad hunc locum.

Primò, deinde, vel poſt.

9. Primò ut diximus, ad tempus pertinet, cui itidem Deinde reſpondet, aut Poſt. Cic: pro Cluen. *Ea igitur primò, neque idipſum diu, quoquo modo poterat, in illa cupiditate continebatur, deinde ita flagrare cœpit amentia, ut eam non pudor &c.* [Voor eerſt, &c. daar na.] Idem de Amic. *Videtis in tabella jam ante quanta ſit facta labes, primò Gabiniâ lege, biennio poſt Caſſiâ.*

Primus, alter, tertius. Primus, ſecundus, tertius.

10. Primus, alter, tertius, eleganter dicitur: tamen pro Altero, Secundus interdum ponitur. Cic: 1. Phil. *Primo, altero, tertio, denique reliquis conſecutis diebus.* Idem lib: 1. ep: 1. *Cùm ſententiæ prima Bibuli pronunciata eſſet, ut tres legati regem reducerent, ſecunda Hortenſii, ut tu ſine exercitu reduceres, tertia Volcatii, ut Pompejus reduceret.*

Prior, & Poſterior.

11. Prior, & poſterior de duobus dicuntur. Cicero in Piſ. *Me Ædilem priorem & Prætorem primum populus Rom: fecit.* Idem pro Quint. *Priore loco dicere.* Idem 3. Verr. *Id jam priore actione, cùm hæres teſtes diceret, intellexi.* Idem in Brut. *Primas etſi utriuſque priores tamen deferunt Lælio.* Idem 1. de Fin. *Quid poſteriùs priori non convenit?* Idem lib: 5. epiſt. *Priora tempora in ruinis Reip. noſtriſque jacuerunt.*

De Præpoſitione PRO.

CAP. CXXXVIII.

Pro & Contrà.

1. PRo ſæpè contrarium habet Contra. Cic: 2. de Or. *Hoc non modo pro me, ſed contra me eſt potius.* [Dit's alleen niet voor my maar in tegendeel, veel eer tegen my.] Idem pro Cluen. *Partim nihil contra Habitum valere, partim pro hoc eſſe.* Id: Att: lib:11. *Non tam pro ſe, quàm contra me laborare dicitur.*

2. Interdum uſurpatur pro Ante. Cic: 2. Phil. *Haſta poſita pro æde Jovis Statoris, bona Cneji Pompeji acerbiſſimæ voci ſubjecta præconis,* Id. ibid. *Nonne audiente populo Rom. ſedens pro æde Caſtoris dixit.* Idem pro Mil. *Illa præſidia, quæ pro templis omnibus cernitis.*

Pro, pro In.

3. Aliàs pro In. Cæſ. lib: 6. de bell. Gall. *Hac re pro ſuggeſtu nunciata.* [Als dit op, of, van den Predikſtoel was afgekondigt.] Liv. lib: 38. *Laudati quoque pro concione omnes ſunt.* [Sy ſijn ook alle in de vergadering gepreſe.]

4. Huc illud referri poteſt. Cicer. pro Cluen. *Cordius pro teſtimonio diligentiſſimè laudavit. i. e.* [Hy had hem in ſijn getuygnis ſeer ernſtelijk gepreſen.]

Pro pro Vice, aut Loco.

5. Nonnunquam eſt Vice, aut Loco. Cic: 6. Verr. *Tibi Marcelli ſtatua pro patibulo fuit* ['t Eerbeeld van Marcellus heeft u voor een galg verſtrekt.] Id. Att. lib: 2. *Unus Cato mihi eſt pro centum millibus.* [Cato alleen is my ſoo veel als honderd duyſend andere.] Id. Att. lib: 1. *Hoc pro mercede, vel præmio tibi erit.* Item illa trita: Pro nihilo habere, ducere, putare, eſſe. [Voor niet met al rekenen.]

D. P. * Non longè abeſt ab hac ſignificatione, cùm ponitur pro TANQUAM, Corn. Nep. c: 6. Datam. *Suo juſſu Mithrobarzanem profectum pro perfugâ.* i. tamquam perfugam, ſpecie perfugæ. Bœcl.

Pro, in comparatione.

6. Pro in comparatione ſæpè idem eſt quod Si ſpectes. Cicer. pro Seſt. *Quid eſſet, quod pro tantis opibus Reip. tantaque dignitate imperii, nequaquam ſatis multi cives forti, & magno animo invenirentur?* [Wat ſoude het dog zijn, ſoo, by, of, in vergelijking van ſoo groote rijkdom der Gemeynte, en ſoo grooten hoogagtbaarheyd van't gebied, geenſins dappere en manmoedige Borgeren genoeg gevonden wierden] Idem 3. Phil. *Sunt impii cives pro charitate Reipub. nimium multi, pro multitudine benè ſentientium admodùm pauci.* [Daar ſijn niet als al te veel Godvergetene Burgeren, ten opſigte van de liefde voor 't gemeen, dog ten opſigte der menigte der welmeynende gants weynig.] Idem pro Do. *Quid mihi pro expectatione populi Rom. pro Cn. Pompeji meritis, pro ratione mei temporis faciendum fuerit.*

Pro, pro Secundum.

7. Aliàs eſt Secundum. Cicer. 7. Verr. *Civitatibus pro numero militum pecuniæ ſummas deſcribere.* [De Steden, na, 't getal der Krijgsmagt ſchattingen opleggen.] Idem lib: 1. ep: 12. *Non dubito autem pro tua ſingulari prudentia, quin perſpicias.* Idem 5. Verr. *Quorum vobis pro veſtra ſapientia, Quirites, habenda eſt ratio diligenter.* Idem pro Mur. *Ego vos pro mea ſumma, & vobis cognita in Remp. diligentia moneo, pro authoritate conſulari hortor, pro magnitudine periculi obteſtor, ut &c.*

Pro meo, tuo, ſuo jure.

8. Pro ſuo jure facere, aut dicere aliquid, eſt idem quod jure ſuo, ac pro poteſtate, quam habeat in aliquam rem, dicere aliquid aut facere, ſine reprehenſionis metu, quod nemo poſſit id jure reprehendere. Cic. Attic. lib: 5. epiſt: 42. *Ubi meo jure diutius eſſe poſſem.* [Daar ik volgens of, na, mijn regt langer ſoude konnen zijn.] Idem pro Flacco. *Pro meo jure dico.* Plaut. Rud. *Nempè pro tuo jure oras.* Cic. 7. Verr. *Tum deprecabitur à vobis, tum etiam pro ſuo jure contendet, ne &c.*

[Eerſt ſal hy 't van u-l: verſoeken, en daarna ſal hy volgens ſijn regt ul: ernſtelijk aandrijven &c.]

Pro re, Pro re nata, Pro tempore, Pro opibus.

9. Eodem pertinent illa: Pro re nata, Pro tempore, Pro opibus. Virgil: 4. Æn. *Pro re pauca loquar.* Cic: Attic: lib: 7. *Animadverteram poſſe pro re nata te non incommodè ad me Albanum venire.* ['k Had beſpeurt dat gy buyten ongemak, na gelegentheyd van ſaken, by my konde komen.] Cæſ. *Conſilium pro temporè ac re ceperat.* [Hy had na gelegentheyd van tijd en ſaken een beſluyt genomen.] Cic: pro Do. *Nemo fuit, qui non me pro ſuis opibus in illa tempeſtate defenderit.* [Daar is niemand geweeſt, of hy heeft my, na zijn vermogen beſchermt.] Ita, pro dignitate.

Pro mea, tua, ſua, parte.

10. Idem illa; Pro mea, tua, ſua parte, alia ejuſdem modi. Cic:lib:5. ep:8. *Ut ita fieret, pro mea parte adjuvi.* ['k Heb, aan mijn hant, of, voor ſoo veel 't my belangd, daar toe geholpen &c.] Idem pro Syl. *Omnes, qui adſunt pro ſua parte, & authoritate defendunt.* Cic: 1. Tuſc. *Pro ſua quiſque facultate parant.* [Elk na zijn vermogen.]

Pro ſe quiſque.

11. Pro ſe quiſque idem eſt, quod pro ſua quiſque parte. Cic: 3. Off. *Pro ſe quiſque, quod ceperat, afferebat.* [Elk bragt voor 't zijne, by &c.] Idem 3. Verr. *Pro ſe quiſque manus affert.* [Elk brengt ſoo veel hy kan een hand toe.] Liv: lib: 26. *Pro ſe quiſque aurum, argentum, æs publicum conferunt.*

Pro virili parte.

12. Pro virili parte, eſt pro eo, quantum unus vir poteſt. Cic: pro Seſt. *Hæc qui pro ſua parte virili defendunt.* Idem 13. Phil. *Tum me ejus beneficio plus quàm pro virili parte obligatum puto.* [Ik reken dat ik door zijn goedheyd, meer aan hem verſchuldigt ben, als ik vermag.]

Pro portione, Pro rata portione, Pro rata parte.

13. Pro portione idem eſt, quod pro rata portione, vel parte. Cicero 2. de Orat. *Sed oportet, ut ædibus, ac templis veſtibula, & aditus, ſic cauſis principia pro portione rerum præponere.* Idem lib: 6. de Rep. *Qui intervallis conjuncti imparibus, ſed tamen pro rata portione diſtincti.* Cæſ: lib: 1. de bell. Civil. *Quadringenta in ſingulos jugera, & pro rata Centurionibus evocatiſque.* [En elk na zijn geregte deel.] Cic: 1. Tuſc. *Omnia iſta perinde, ut cuique data ſunt, pro rata parte, à vita, longa, aut brevia ducuntur.*

Pro ut, Pro eo ac, Pro eo ut.

14. Pro ut, Pro eo ac, Pro eo ut, idem declarant. Cicer: 6. Verr. *Prout facultates hominis Thermitani ferebant.* [Voor ſoo veel 't vermogen van die man toeliet.] Idem 4. Catil. *Primùm debeo ſperare, Deos omnes, qui huic urbi præſident, pro eo mihi, ac mereor, relaturos eſſe gratiam.* Idem 5. Verr. *Pro eo ut temporis difficultas, æratorumque penuria tulit.*

Pro eo quod, Pro eo quantum, in comparatione.

15. Cic. pro Planc. *Vereor, ne parum tibi pro eo, quod à te habeo, reddiderim.* Idem pro Clu. *Pro eo, quod ne non ſuis ſolùm commodis, ſed etiam ſuorum municipiorum natum arbitrabatur.* Idem de Fin. *Pro eo quantum in quibuſque ſit ponderis, æſtimanda ſunt.* Idem lib: 3. epiſt: 3. *Equidem pro eo quanti te facio quicquid feceris, approbabo.* [Voor ſoo veel, om dat ik veel van u houde, ſal ik al uw doen my laten gevallen.]

Pro eo, abſolutè.

16. Cic. lib. 4. ep. *Quod ejuſmodi, ut ſi à Cæſare, quod ſperamus, impetraverimus, tuo beneficio hos id conſecutos eſſe judicemus: ſin minus, pro eo tamen jam habeamus.* [By al dien niet, ſoo laten wy 't egter dan daar voor houden.]

Pro

Pro, pro Ob, vel propter.

17. Interdum uſurpatur pro Ob, vel Propter. Plaut. Aul. *Pro vapulando hercle à te mercedem petam.* Idem Moſt. *Ut pro hujus peccatis ego ſupplicium ſuſſeram.* [Ik moet ſijne ſchuld met mijn huyt betalen.] Ter. Eun. *Heri minas viginti pro ambobus dedi.* Cic: Att. l: 1. *Miſi qui pro vectura ſolveret.* ['k heb ymand geſonden, die voor de vragt ſoude betalen.] Idem 2. de Or. *Dixit ſe dimidium, quod pactus eſſet, pro illo carmine daturam.*

Pro, Interjectio.

18. Pro ſæpè interjectio eſt exclamantis, admirationi, aut indignationi ſerviens. Cicer: 2. Phil. *Quæ res (prò ſancte Juppiter) in terris geſta major?* Idem pro leg. Man: *Prò Dii immortales, tantùm ne unius hominis incredibilis, ac divina virtus lucis afferre Reip: potuit?* Idem 5. Verr. *Prò deûm atque hominum fidem.* Liv. lib: 22. *Tantum (prò dolor) degeneramus à majoribus noſtris.* Ita nos dicamus licet, Prò Deus immortalis! Prò ſancte Deus! [O goede God!]

De Præpoſitione PROPE.

CAP. CXXXIX.

Prope, pro Juxta.

1. PRope eſt Juxta. Cic: in Brut. *Cum plebs prope ripam Anienis conſediſſet.* [Als't volk aan den Oever was gaan ſitten.] Idem lib: 7. epiſt: 24. *Ut non modò propè me, ſed planè mecum habitaret.* [Dat hy niet alleen digt by my, maar 't eenemaal by my ſoude wonen.] Liv. lib. 1. *Eo majore gaudio, quo prope metum res fuerat.*

Prope, pro Non procul.

2. Interdum, cùm ablativum caſum adſciſcit, uſurpatur pro Non procul. Cicer. 7. Verr. *At cum bellum in Italia, tam prope ab Sicilia gereretur, tamen in Sicilia non fuit.* Id: 6. Verr. *Tantum Civium Rom: tam propè ab domo, tam bonis fructuoſiſque rebus detineri.* Idem in Piſ. *Propè à meis ædibus ſedebas.* [Gy ſat niet heel verre van mijn huys, van daan.]

Prope, ſine caſu.

3. Dum ſine caſu ponitur, adverbii vicem obtinet, & contrarium habet procul. Cicer. lib: 9. epiſt: 7. *Volebam propè alicubi eſſes.* [Digt by de werke.] Idem de Sen. *Adoleſcentia voluptates prope intuens magis fortaſſe lætatur: ſed delectatur etiam ſenectus, eas procul adſpectans.* Plaut, Caſin. *Nemo audet prope accedere.* [Niemand durft daar by of ontrent komen.]

Propè eſt, ut.

4. Propè eſt ut, eſt parum abeſt, quin. Liv. lib: 2. *Jam prope erat, ut in ſummum clivum evaderent.* ['t Was 'er aan toe, 't ſcheelde weynig af.] Idem ibidem. *Appius vicit, ac prope fuit, ut Dictator ille idem crearetur.* ['t Had weynig geſcheeld of,]

Prope eſt factum. Nihil propius eſt factum.

5. Liv. lib: 25. *Prope eſt factum, ut injuſſu Prætoris, ſignis convulſis in aciem exirent.* [Sy waren ſchier, of, 't ſcheelde weynig of zy waren, &c.] Cic: ad Quinct. Fr. lib: ep: 2. *Propiùs nihil eſt factum, quàm ut occideretur.* ['t Was alſoo na, 't was alſoo ver gekomen, dat hy ſchier in de kaars vloogh.] Idem 3. Verr. *Nec quicquam propius eſt factum, quàm ut illud Uticenſe exemplum de Hadriano transferretur Syracuſas.*

Prope adeſt, ut vel Cùm.

6. Propè adeſt, eſt Non longè abeſt. Plaut. Aul. *Prope adeſt, ut fiat palàm.* ['t Scheeld niet veel, of 't ſal aan den dag komen.] Ter. And. *Prope adeſt, cum alieno more vivendum eſt mihi.* [De tijd is haaſt geboren, dat ik na eens anders pijpen ſal moeten danſſen.]

Propiùs abſum.

7. Propiùs abſum idem, quod Minùs longè abſum. Cic: de Sen: *Quòd eò meliùs cernere mihi*

 videor,

videor, *quòd ab ea (*morte*) propiùs abſum.* ['t Geen my dunkt dat ik daarom te beter zie om dat ik ſo heel verre van de dood niet af ben.] Cic. Att. lib: 1. epiſt: 1. *Quoniam propiùs abes.*

Proximus A vel Pòſt.

8. Proximus alicui fermè dicitur. Cicero in Brut. *Craſſo & Antonio L. Philippus proximus accedebat.* Id. pro Cluent. *Eques dignitate Senatori proximus.* Id. lib: 10. epiſt. 15. *Laudem Planco proximam conſecutus es.*

9. Interdum tamen præpoſitionem A vel Poſt aſſumit. Cicero in Orat. *Proximus à poſtremo*, Plin. lib: 10. c. 75. *Somnia à vino & à cibis proxima.* [De droomen die heel kort op 't eten en drinken komen.] Cic: 1. Off. *Qui Præfectus claſſis proximus poſt Lyſandrum fuit.* [Die even op Lyſander gevolgt is.] Idem de Sen. *Tum hic fratre tuo Cenſore, qui proximus ante me fuerat.* [Die eve voor my geweeſt was.]

Proximus, pro Proximè antecedenti.

10. Interdum Proximus eſt, Proximè antecedens, Cic. pro leg. Man. *Qui anno proximo legati fuerunt.* ['t Jaar te voren.]

Proximus ſuperior, Proximus inferior.

11. Proximus, interdum confertur cum Superiore, ut ſuperiores ſint, qui ſunt ante Proximos. Cicer. pro Arch. *Eſt enim obſcurum proximis Cenſoribus hunc cum L. Lucullo apud exercitum fuiſſe: ſuperioribus cum eodem Quæſtore fuiſſe in Aſia: primis nullam partem populi eſſe cenſeam.* Idem 1. Catil. *Quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris* [Wat gy in de naaſte, of voorgaande nagt gedaan hebt.]

12. Aliàs proximus ſuperior conjunguntur. Cicero lib: 1. epiſt: 9. *Proximis ſuperioribus diebus.* [Den naaſt verſchene dagen.] Item 2. de Natura Deorum. *Huic proximum inferiorem orbem tenet.* [Den naaſtvolgenden Hemel.] Hic conjunguntur proximus & inferior.

Proximus, pro Inſequenti.

13. Nec ſolùm ad tempus præteritum Proximus refertur, ſed etiam ad futurum, ut proximè inſequentem, aut conſecutum declaret. Cicer. pro Mil. *Clodius reliquit annum ſuum, ſeſeque in proximum tranſtulit.* Idem libr. epiſtol. *Scilicet id agitur, utrum hac petitione, an proxima Prætor fias.* Id. in Brut. *Hunc proximo ſeculo Themiſtocles inſecutus eſt.*

Proximus in ordine.

14. Interdum proximus refertur ad ordinem. Cicero de Inv. *Summa neceſſitudo honeſtatis, huic proxima incolumitatis: tertia & leviſſima commoditatis.* Idem 1. Offic. *Ad hanc rationem natura vim maximam habet, fortuna proximam.* Idem Attic. lib: 1. *Satyrus obſervat Domitium maximè, me habet proximum.*

Proximus in cognatione.

15. Interdum proximus alicujus dicitur, qui cognatione eum proximè attingit. Namque proximi conjunctiores ſunt, quam propinqui. Cicero 2. de Inv. *Tyranno occiſo quinque ejus proximos cognatione magiſtratus necato.* Idem de Am. *Si quam præſtantiam conſecuti ſunt, impertiat eam ſuis, communicetque cum proximis.* Ter. *Cum hæc omnia tuis proximis plana fecero.* [Uwe naaſte bloedverwanten.]

Proxime cum Accuſativo.

16. Proxime item ut Prope, ex quo factum eſt accuſandi caſum interdum habet. Cicero lib: 5. epiſt: 2. *Cum proximè Romam veniſti.* [Als gy zeer digt by Romen zult gekomen zijn.] Idem 10. Phil. *Brutus operam det, ut cum ſuis copiis quam proximè Italiam ſit.* [Dat hy zo digt by Italien zy als 't mogelijk is.] Id. de Univ. *Proximè terram ambit lunæ curſus.* [Den loop vande Maan omringt het aldernaaſte den Aardkloot.]

Proximè, pro Maximè.

17. Interdum uſurpatur pro Maximè. Cic. lib. 11. ep: 21. *Sed velim tibi perſuadeas &c. Me huic tuæ virtuti proximè accedere.* [Dat ik het aldernaaſte aan deze uwe deugt kom.] Idem 4. Verr. *Ut proximè ad noſtram diſciplinam illam veterem,*

non

non hanc, quæ nunc increbuit, videantur accedere. [Dat zy ſchijnen zeer na over een te komen met onze oude tugt.]

Proximè, pro Noviſſimè, aut ultimo loco.

18. Aliàs pro Nuperrimè aut ultimo loco. Cicero 2. Phil. *Proxime eſt mortuus.* [Hy is onlangs geſtorven.] Idem 2. de Nat. Deor. *In Capitolio proximè dedicavit.* Idem l. 5. epiſt: 5. *In iis literis, quas proximè à te accepi.* [In uw laatſten brief.]

Proximè ſuperior.

19 Cicero 2. de Nat. Deor. *Muſæ eodem numero, quo proximè ſuperiores.*

Proximè, in ordine.

20. Cicer. in Brut. *Sapientiſſimus eſt, cui quod opus ſit, ipſi veniat in mentem, proximè accedit, qui alterius benè inventis obtemperat.* Id: 2. Off. *Proximè autem & ſecundùm Deos homines hominibus utiles eſſe poſſunt.* [Naaſt God. konnen de Menſchen aan de Menſchen nut zijn.]

Proximè, atque.

21. Cicer. lib: 9. epiſtol: 13. *Non poſſum non aut proximè, atque ille, aut etiam æque laborare.* [Ik kan niet nalaten my naaſt hem, of, zo wel, als hy, te bemoeyen.]

De Præpoſitione PROPTER.

CAP. CXL.

Propter: Cauſa efficiens, aut finis.

1. PRopter plerumque cauſam efficientem declarat. Cicer: in Bruto. *Eaque ſuſpicio propter eam cauſam fuit.* Idem pro Roſc. Amer. *Suſpectum onus aut propter perfidiam abjicere, aut propter imbecillitatem animi deponere.* Interdum finem ſignificat. Cic. Att. lib: 7. *Tyronem propter humanitatem & modeſtiam malo ſalvum, quàm propter uſum meum.* Ubi propter uſum finem declarat. Idem 1. de Fin. *Virtus per ſe, & propter ſe expetenda.* [De deugt moetmen door zig velven en om zig zelven beminnen.]

Propter pro Propè.

2. Propter ſæpè uſurpatur pro Propè. Cic: 3. de Nat. Deor. *Vulcanus tenuit inſulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ appellantur.* [Digt by Sicilien.] Idem in Brut. *In Pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus.* Id: 6. Verr. *Fanum ipſum eſt in agro propter ipſam viam, qua Aſſoro itur Ennam.* Idem 4. Verr. *Propter Ædem Vulcani.* Idem 6 Verr. *Etenim propter eſt ſpelunca quędam.* [Want digt daar by is een zeker hel.] Id: pro Roſc: Am: *Duo filii propter patrem cubantes.* Idem in Piſ. *Hic vir clariſſimus, qui propter te ſedet, L. Gellius.* [Die na by u zit.]

Admonitio.

3. Propter pro Prope uſurpari ſolet, cum ſtatus in loco ſignificatur: nam cùm declaratur modus, Præter dici ſolet: Nam illud in 2. de Inv. (*Fluvius Eurotas, qui propter Lacedemonem fluit*) videndum eſt, ne mendum contineat, & pro propter præter legendum ſit. Unde præterfluere conflatum eſſe conſtat.

P. * PROPTER caſui ſuo per anaſtrophen poſtpoſitum. Cicer. in Piſ. *Quem propter Urbs incenſa non eſt.*

* PROPTER omittitur. Terent. Eun. A. 5. Sc: 7. *Nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem.* id eſt, propter id prodeo. Lin. lib. VI. p. 415. Lege ID: & QUID pro CUR, id eſt propter quid.

Propterea, quod. Propterea, ut.

4. Propterea, ex propter & ea factum eſſe apparet: uſurpatur pro idcirco: & ferè cum Quod vel Ut copulatur. Cic. lib: 5. epiſt: 18. *Propterea quod nullam rem gravius jam diu tuli.* Idem lib: 6. epiſt: 18. *Cum eſſem otioſus in Tuſculano, propterea quod diſcipulos obviam miſeram.* Id. l. 13. ep: 6. *Propterea ſcripſi, ut me non ſine cauſa laborare intelligeres.* Idem pro Ligar. *Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, &c. ignoſceret.*

S.D.P. * PROPTEREA QUIA. Cicer: II. de Divin. *Mulæ partus prolatus eſt à te, res mirabilis*

mirabilis propterea, quia non ſæpe fit.

S.D. PROPTEREA QUONIAM. Gell. VI.3. *Propterea palmam ſignum eſſe placuit victoriæ, quoniam ingenium ejuſmodi ligni eſt, ut urgentibus non cedat.* Sylv. 3. prog. 95.

De Adverbio QUA.

CAP. CXLI.

Qua qua, pro Tum tum.

1. QUa, propriè eſt, per quem locum, ut planum eſt. Cicero 3. Phil. *Ipſe in templum neſcio qua per cuniculum aſcendit.* Sæpè tamen iteratur, ut ſignificet Tum tum. Cic. ad Quinct. Frat. lib: 3. epiſt: 17. *Topiarium laudavi, ita omnia conveſtivit hedera, qua baſim Villæ, qua intercolumnia ambulationis.* Id. Att. lib: 15. *Intelligo te diſtentiſſimum eſſe, qua de Buthrotiis, qua de Bruto.* [Ten dele wegens de Buthrotiers, ten dele wegens Brutus.] Idem Att. lib: 9. *Quàm expedita tua conſilia, quàm evigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua navigationis, qua congreſſus, ſermoniſque cum Cæſare.* [Zoo wel de Reyſen te land als te water betreffende]

S. D. P. * Particulæ QUA in loci ſignificatione reſpondet EA, poteſtque utrobique ſubintelligi, via, aut ſimile. Liv. lib: 6. *Volſci, quà modò ſimulato metu, eà in veram fugam effuſi.*

* Interdum ſequitur EADEM. Corn. Nep: c: 5. Them. *Quâ ſex menſibus iter fecerat, eâdem minus diebus triginta in Aſiam reverſus eſt.*

* Alias QUA, item ut ALIQUA declarat quâ vel aliquâ ratione. Virgil. Eccl: 3. *Et ſi non aliquâ nocuiſſes, mortuus eſſes.* Id: 1. Æn. v. 22. *Si quâ fata ſinant.* Id: ib. v. 685. *Ne quâ ſcire dolos mediuſve occurrere poſſit.* Etſi Linacer. p. 476. lib: VI. putet ibi redundare.

* QUA pro QUACUNQUE. Ovid: I. Met. *Quà terra patet, fera regnat Erynnis.* Linac. lib: II. pag: 134.

Quacunque.

2. Quacunque eſt Per quemcunque locum. Cicer: 3. Verr: *Quacunque iter fecit, eiuſmodi fuit, ut non legatus Populi Romani, ſed ut quædam calamitas pervadere videretur.* [Door wat plaats hy ook getrokken is is hy zoo geweeſt, dat &c.] Illud tranſlatè. Idem lib: 5. de Fin: *Quacunque ingredimur in aliquam hiſtoriam veſtigium ponimus.*

De Nomine QUALISCUNQUE.

CAP. CXLII.

1. QUaliſcunque ex Quali factum, plerumq; ejus vim extenuat. Cicer. Attic: libr: 1. *Turpe enim eſt nobis, illum, qualiſcunque eſt, hoc primo anno egere.* Idem Attic: 14. *Sed homines benevolos, qualeſcunque ſunt, grave eſt inſequi contumelia.* ['T is ſwaar goedhartige Menſchen wie zy ook zijn, ſpijt aan te doen.]

Qualiſcunque Talis.

2. Interdum refertur ad Talis. Cicero 3. de Leg. *Qualiſcunque ſummi civitatis viri ſunt, talis eſt civitas.*

De Adverbio QUAM.

CAP. CLXIII.

Quam, tam.

1. QUam ſæpè adſciſcit Tam, cum Comparatio intercedit. Plaut. Capt. *Quam tu filium tuum, tam pater me meus deſiderat.* Cic: 2. Verr. *Quod ſi quam audax ad conandum, tam eſſet obſcurus ad tegendum.* Idem libr: 16. ep: 1. *Xenomenes hoſpes tàm te diligit, quam ſi vixerit tecum.* [Xenomenes heeft u zo lief als of hy met u geleeft had.]

Quam diu, Tam diu.

2. Cicer: 2. de Orat. *Quorum quamdiu manſit imitatio, tamdiu genus illud dicendi, ſtudiumqu vixit.* Lege Tamdiu.

Quan

Quam mox, lege Mox. Quam pridem.

3. Terent. Eun. *Huc evaſit, quam pridem pater mihi & mater mortui eſſent? Dico jam diu.* [Zy komt eindelijk daar op, dat zy vraagt hoe lang mijn Vader en Moeder waren dood geweeſt?] Cic: pro Roſc. Com. *Quæſo quam pridem hoc nomen Fanni in adverſaria retuliſti?* [Over hoe lang, bid ik u, hebt gy de naam van Fannius aangetcykent?]

Quam, pro Valdè, cum poſitivo, & interrogatione.

4. Quam cum poſitivo, ſæpè & interrogatione junctum, ſignificat Valdè. Cicer. Attic. lib: 8. *Suam in Senatu operam, authoritatemque quam magni æſtimat?* Idem 3. de Nat. Deor. *Soles ipſi quam multi à Theologis proferuntur?* Id: lib: 12. ep: *Te igitur imitabor: quam multa, quam paucis?* [Hoe veel dingen met weynig woorden?]

Quàm cum Superlativo.

5. Quàm cum Superlativo uſitatiſſimum eſt. Cicero. Part. *An eſt, mi Cicero, quod ego malim, quam te quam doctiſſimum eſſe?* [Zou 'er yets zijn dat ik liever wilde, mijn Cicero, als dat gy de aldergeleerſte zoud zijn.] Id: de Am. *Commodiſſimum eſt quam laxiſſimas habere habenas amicitiæ.* [Het is 't gevoegelijkſte datmen aan de vrindſchap zo vollen teugel geve alsmen kan. Idem Att: lib: 16. *Sed peto à te, ut quàm celerrimè mihi librarius mittatur.* Id: 3. Verr. *Quò quàm minimè multi de iſtius neſario ſcelere audire poſſent.* [Zo weynig als't mogelijk is.]

* Valla I. Eleg: 17. hæc ita diſtinguit, ut QVAM poſitivo junctum, dicat valere QVANTVM; Superlativo VALDE, niſi poſſum aut ſimile verbum intercedat. nam & tùm QVANTUM ſignificabit, ut paulò poſt videbitur. Linac. lib: 5. p. 343. Cic: ad Trebat. *Tu optimus es teſtis quam* (i. e. quantum) *fuerim occupatus.* [Hoe zeer ik bezig geweeſt heb.] Idem 4. de Fin. *Verbis utamur quam uſitatiſſimis, & quam maximè aptis.* [De aldergebruykelijkſte en de alderbequaamſte.] Addit enim pondus quoddam Superlativo: ut ſi dicas omnium uſitatiſſima, omnium maximè apta verba. Rara ſunt exempla, in quibus hæc aliter obſerventur. At ſi particulæ QVAM præponantur, per, ſanè, admodum, oppidò, nimis, valdè: Idem Valla monet, poſitivo ferè junctam inveniri, ut: PERQVAM doctus: SANE QVAM utile: ADMODVM QVAM ſuavis: OPPIDO QVAM libens: NIMIS QVAM ineptum: VALDE QVAM pauci.

* QVAM pro QVANTO Comparativis jungitur, reſpondente TAM, vel TANTO. Plaut. Bacch. *Quam magis id repeto, tam magis uror.* Idem Menæch. Act: 1. ſc. *Quam magis extendas, tantò adſtringunt arctius.* Taubm. ib. Interdum in altero membro TAM deſideratur. Virg: III. Georg. v. 309. *Quàm magis exhauſto ſpumaverit ubere mulctra, Læta magis preſſis manabunt ubera mammis.* Cerda ib.

Quàm optantis.

6. Cicero Attic: lib: 6. epiſt: 2. *Quàm vellem domi manſiſſe.* Idem Attic. lib: 7. *Quàm vellem & nunc in Provincia morari.* [Hoe gaarn zou ik willen; Wat zou ik daar niet wel om geven?] Idem 3. de Fin. *Quàm vellem, ut te à Stoicis inclinaſſes.* [Hoe gaarn wilde ik &c.]

Quàm admirantis.

7. Cic: Att: lib: 7. ep: 1. *Quàm non eſt facilis virtus!* Id: de Fin. *Quàm cupiunt laudari! ut pudet vinci!* Idem Att. lib: 9. ep: 2. *Quàm nihil prætermittis in conſilio dando!*

Quàm, cum poſſum, & Superlativo.

8. Cic: pro Do. *Dico igitur, & quàm maxima poſſum voce dico.* [Ik ſpreek derhalve en zo hart als ik immers kan.] Idem de Sen. *Convivium ad multam noctem, quàm maximè poſſumus, vario ſermone producimus.* [Zo lang wy kunnen.] Idem 2. de Nat. Deor. *Aves nidos conſtruunt, eoſque quam poſſunt molliſſime ſubſternunt.* Idem 1. de Div. *Expoſui quàm breviſſimè potui oracula.* [Zo kort als ik kon.]

* Obſervetur ellipſis verbi fieri in QVAM POTEST.

POTEST. Plaut. Menæch. *Concede huc mea nata ab iſthoc, quam poteſt, longiſſimè.* Colv. p. 12. ad Apul. Pro eodem & QUANTUM POTEST invenies, de quo Dürrerus.

Quàm, cum volo, pro Quantum.

9. Quàm cum verbo Volo uſurpatur pro Quantum. Cic: pro Cæl. *Quàm velit ſit potens.* [Laat hy zo magtig wezen, als hy wil.] Idem pro Cæl. *Quàm volent in conviviis faceti.* Idem 2. de Nat. Deor. *Hic quàm velit, Epicurus jocetur.* [Laat hy ſpotten zo lang hy wil.] Idem pro Cæl. *Quàm voletis multi dicent.* [Vele zullen zeggen zo veel gylieden wilt.]

Quàm quantum.

10. Quam in comparatione ſæpè aſſumit Quantum. Cic: 3. de Orat. *Ut majus quiddam de L. Craſſo, quàm quantum à nobis exprimetur, ſuſpicentur.* Idem 5. Verr. *Iis plus frumenti imperabatur, quàm quantum exaraverant.* [Haar wierd meer koorn geboden op te brengen als zy gewonnen hadden.] Idem 4. Verr. *Hic majorem pecuniam Prætori pollicetur, quàm quantam tu dediſti.* Idem 4. Verr. *Sexies tantum, quàm quantum ſatis ſit, ablatum eſſe.* Idem 1. de Orat. *Alter plus petebat, quàm quantum lex permittebat.*

Quàm quod, Quàm ut.

11. Junguntur interdum cum Quod. vel Ut. Cicer. Att: 11. *Sed ex omnibus nihil tamen magis deſideratur, quàm quòd in Africam non irem.* Idem 2. de Orat. *Sed hoc majus eſt quidquam, quàm ut ab iis poſtulandum ſit.* [Maar dat is yets meer, alſmen van haar dient te vorderen.] Idem 1. de natura Deorum. *Hæc ſunt dicta ſubtiliùs, quàm ut quivis ea poſſit agnoſcere?* Idem 3. de Orat. *Hoc eſt altius, quam ut, nos humi proſtrati perſpicere poſſimus.* ['T is yets hooger alſmen hier op Aarde kan begrijpen.]

Quàm quomodo.

12. Cicero de Seneſt. *Multa præclara in eo viro cognovi, ſed nihil admirabilius, quàm quomodo ille mortem Marci filii tulit.* Idem 3. de Orat. *Craſſum pleniorem fuiſſe putet, quàm quomodo à nobis inductus eſt.*

P. * QUAM pro POSTQUAM. Flor. lib. II. c. 2. *Intra ſexageſimum diem, quam cæſa ſilva fuerat, 160. navium claſſis in ancoris ſtetit.* Plin: VI. epiſt: 33. *Intra undecim dies quam ille novercam ei amore captus induxerat.* Lege Poſt, pag 240.

De Adverbio QUANDO.

CAP. CXLIV.

1. QUando propriè eſt Quo tempore. Cicer. 1. de Orat. *Quando me iſta curaſſe arbitramini?* Idem pro Leg. Agr. *Tum quando Alexandro mortuo legatos Tyrum miſimus.* Idem 2. Offic. *Utinam tunc eſſem natus, quando Romani dona accipere cœpiſſent.* Idem pro Do. *Quando igitur eſt turpe? Quando eſt pœna peccati?*

Quando, & Quandoquidem, pro Quoniam.
Nademaal, dewijl.

2. Cic. lib: 10. epiſt: 12. *Quam quando complexus es, & tenes.* Idem de Sen. *Quando te id video deſiderare.* Idem in Brut. *Quandoquidem tu iſtos Oratores tantopere laudas, vellem, &c.* Idem 1. Verr. *Urbes ac ſedes ſuas relinquerent, quandoquidem agros jam ante iſtius injuriis exagitati reliquiſſent.*

Admonitio.

3. Frequentiùs tamen in ſoluta oratione uſurpatur Quoniam. Vide infra Cap. CLII.

* Hoc Pareo non videtur.

* QUANDOQUE, vulgò putatur ſignificare interdum. Unde verſum Heſiodi in fine Dier. ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ, quem & Gellius adfert XVII. 12. ſic reddiderunt: *Ipſa dies quandoque parens quandoque noverca eſt.* Advocant & Horatii verſum ex arte Poët. *Indignor quandoque bonus dormitat Homerus.* Sed ibi quandoque eſt quandocunque, non, ut ipſi volunt, interdum. Victor. ad l: 2. Colum. p: m. 67. Nam eâdem formâ ubique dicebant, & quiſque, pro ubicunque, quicunque, Palmer. Spicil. 12. Et ſic boni ſcriptores non rarò uſurparunt, quanquam in

in pleriſque locis ex inſcitia correctorum quandocunque irrepſerit. Sueton. c: 81. Jul. *Tabula ænea inventa eſt, conſcripta literis verbiſque Græcis hâc ſententiâ: Quandoque oſſa Capyis detecta eſſent, fore, ut Julo prognatus manu conſanguineorum necaretur.*

* Aliàs idem eſt, quod olim, ſeu aliquando, referturque tum ad præteritum tempus: Macrob. II. in ſom. Scip. 10. *Quis non hinc exiſtimet, mundum quandoque cœpiſſe?* Tum ad futurum. Senec. epiſtol: 24. *Stultum, quia quandoque ſis futurus miſer, eſſe jam miſerum.* Et epiſtol. 117. *Ut quandoque moriaris etiam invito poſitum eſt.* Tacit. *Tu Galba quandoque deguſtabis imperium.* Muret. XI. Var. Lect. 1. Quintil. Declam. 17. in fin. *Quandoq, tamen hoc occidet, quod bibere juſſiſti.*

De Conjunctione QUAMQUAM.

CAP. CXLV.

Quamquam, tamen. Quamquam ſed.

1. QUamquam plerumque quidem Tamen adſciſcit, quod exempla paſſim docent; veruntamen interdum aſſumit Sed. Cic: lib: 12. ep: 14. *Quanquam egregios Conſules habemus: ſed turpiſſimos Conſulares.* Idem l: 13. epiſt: 32. *Quamquam à te quidem cumulatè ſatisfit, ſed ſic velim exiſtimes.* Id: lib: 10. ep: 10. *Quamquam ipſum non videram, ſed ex familiariſſimo ejus audiebam.*

Quamquam, ſed tamen, ſed certè, veruntamen.

2. Cicer. 3. de Orat. *Quamquam ſunt omnes virtutes æquales & pares: ſed tamen eſt ſpecies alia magis aliâ formoſa, & illuſtris.* [Hoewel alle deugden gelijk zijn, daar is nochtans &c.] Idem l: 1. ep: 9. *Quamquam tua quidem cauſa, &c. ut debeo, lætor, ſed certè, &c.* Id: l: 5. epiſt. 21. *Puto autem meâ non nihil intereſſe, quamquam idipſum quid interſit, non ſanè intelligo, veruntamen quicquid, &c.*

Quamquam, abſolutè poſitum.

3. Quamquam interdum abſolutè ponitur, nimirum, quia ad dicta magis reſpicit, quàm ad ea, quæ dicendia ſunt. Cic: lib: 12. epiſtol: 25. *Si licebit, more noſtro tuebimur: quamquam admodùm ſumus jam defatigati.* Idem de Am. *Quamquam ille quidem nihil difficilius eſſe dicebat, quàm amicitiam uſque ad extremum vitæ diem permanere.*

Admonitio.

4. Huc plerumque pertinent illa, quæ modò expoſui, cum pro Tamen reponitur ſed.

De Conjunctione QUAMVIS.

CAP. CXLVI.

Quamvis pro Etiamſi, cum Tamen, Attamen certè.

1. QUamvis non tàm ſignificat Quanquam apud Ciceronem, quam Etiamſi. Aſſumit autem Tamen, attamen, certè. Cicero lib: 7. epiſt: 3. *Si me audiſſent, quamvis iniqua pace, honeſtè tamen viverent.* Idem 2. Phil. *Res bello geſſerat, quamvis Reipublicæ calamitoſas, attamen magnas.* Idem Att: lib: 16. epiſt: 6. *Quamvis non fueris impulſor, & ſuaſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti.*

S. D. * QUAMVIS NIHILOMINUS. Colum. Præf. *Quamvis tenuem, nihilominus aliquam induſtriam deſiderant.*

S. D. * QUAMVIS NIHILO MAGIS. Varr. Ruſt: 2. *Quæ tamen quamvis ſint fructuoſæ, nihilo magis ſunt agriculturæ partes.*

* QUAMVIS AT. Virg. IV. Georg. v. 206. de apibus: *Ergo ipſas quamvis anguſti terminus ævi Excipiat (neque enim plus ſeptima ducitur æſtas:) At genus immortale manet.* Poſitum hic videtur At pro tamen.

Admonitio.

2. Quamvis pro Quanquam, (in principiis maximè, à Cicerone raro admodum uſurpatur.

* Jungitur autem ferè conjunctivo: rariùs Indicativo uti obſervant Grammatici. Colum: II. ruſt: 9. *Quamvis de menſura minus auctoribus convenit:*

convenit: hanc tamen videri commodiſſimam docuit noſter uſus. Ovid: I. de Pont: 2. *Qui naſci ut poſſes, quamvis cecidere trecenti, Non omnes Fabios abſtulit una dies.* & ibid. *Felicem Nioben, quamvis tot funera vidit.* Propert: II. Eleg: 8. *Quamvis iſta mihi mors eſt inhoneſta futura.* Sic. I. Eleg: 15. Quintil. Decl. 5. *Quamvis, Judices, in tanta malorum continuatione jam poteram nihil ex accidentium meorum novitate mirari, nullumque mihi reliquerint impatientiæ genus adverſa, quæ de ſolatiis remediiſque creverunt: confiteor tamen &c.* Vall. 2. Eleg: 21.

Quamvis, pro Quantumvis.

3. Sæpiſſimè Quamvis nominibus, & adverbiis junctum, pro Quantumvis ponitur. Cic: Att: lib: 12. *Quamvis prudens ad cogitandum ſit, ſicut eſt, tamen.* Idem pro Roſc. Am. *Quaſi verò mihi difficile ſit, quamvis multos nominatim proferre.* [Even als of het mijn ſwaar zou zijn, zo veel als je wilt by namen op te tellen.] Id, lib: 2. ep: 16. *Quamvis parvis Italia latebris contentus eſſem.* [Ik zou te vrede zijn met een huys zo kleyn als je wilt.] Id: 4. Verr. *Quid vis facere in ejuſmodi rebus, quamvis callidè, quamvis audacter, quamvis imprudenter.* [Zo loos, zo ſtout, zo onvoorſigtig als 't zijn kan.]

* Interdum planiùs per VALDE, vel ADMODUM exponi poteſt. Catull. Epigr: 12. *Quamvis ſordida res & invenuſta eſt.* Muret. ibi. Plaut. Menæch. A. 2. ſc. 2. *Quamvis ridiculus eſt, ubi uxor non adeſt.* Taubm. ibi.

De Adverbiis QUANTUM, & QUANTOPERE.

CAP. CXLVII.

Quantum abſolutè. Zo veel als.

1. QUantum adverbium ex nomine, ſæpè abſolutè ponitur. Cicer. libr. 5. epiſt: 8. *Quamobrem tu quantum tuo judicio tribuendum eſſe putes ſtatues ipſe.* Id: l: 6. ep: 11. *Quantum quidem ego intelligere potueram.* Idem lib. 1. de Orat. Ego *(quantum auguror conjectura) non deſpero fore aliquem.* Id. l: 3. de Leg. *Hæc Lex Attico noſtro non placet, quantum ex vultu ejus intelligo.* Idem 2. de Orat. *Sed tamen eſt eorum doctrina, quantum judicare poſſum, perridicula.*

Quantum in me, in te, in ipſo eſt.

Zo veel in mijn, in u, in hem is. Zo veel ik kan &c.

2. Huc pertinent illa: Quantum in me, in te, in ipſo eſt. Cic. ad Q. Fr. lib: 1. ep. 2. *Quantum in me erit.* Id. lib. 1. de Nat. Deor. *Non igitur quantum in te fuit, intellexi Deos eſſe.* Idem lib: 5. ep: *Quantum eſſet in ipſo.* Idem pro Flac. *Nam nomen civium Romanorum, quantum in ipſis fuit, ſuſtulerunt.* Idem pro Arch. *Huic profectò ipſi, quantum eſt ſitum in nobis, opem ferre debemus.*

Quantum poſſum.

3. Sæpè Quantum jungitur cum verbo poſſum. Cic. in Piſ. *Pompejus, quem, quantum potui, multis ſæpe orationibus ornavi.* Idem pro Flac. *Ut afflictæ Reip. quantum poſſet, moderetur.* Id: 3. Phil. *Quamobrem Quirites conſilio quantum potero, labore plus pænè quam potero, vigilo pro vobis.*

* NIMIUM QUANTUM; Mirum quantum; Incredibile quantum; Immane quantum, ad Græcorum exemplum prolata ſunt. Dicunt enim ii: πλεῖστον ὅσον, θαυμαστὸν ὅσον, ἀμήχανον ὅσον. Fabric. ad Ter. p. 81. Declarant autem hæc omnia VALDE cum quadam exaggeratione.

D. * QVANTUM & QVANTI pro QVOT magnitudinis vocabulum pro multitudine. Weitz. ad Flac. p. 92. Catul. Epigr: 3. *Quantum eſt hominum venuſtiorum* pro, quotquot ſunt: [Zo veel'er zijn.] Propert. I. Eleg: l. 5. *At tibi curarum millia quanta dabit?* pro, quot millia. Claud. II. de rapt. v. 308. *Conveniunt animæ, quantas truculentior Auſter decutit arboribus frondes, &c.* Senec. III. de ir. c. 31. è Lipſii lectione: *Diis quoque iraſcimur, quod aliquis nos antecedat, obliti, quanti ſequantur à tergo, ſpiculis ingentis invidiæ ſauciati.* *Sic* ALIQVANTI pro ALIQVOT. Veget. *II. 3. Neceſſe eſt morbo aliquantos debilitari, atque* *demitti;*

demitti, aliquantos militiam deſerere, vel diverſis caſibus interire. Spartian. in Adr. *Non ſolùm amicis, ſed etiam paſſim aliquantis multa largitus eſt.* Et TANTI pro TOT, ut apud Græcos τοσοῦτοι pro πόσοι Matth. XV. 33. & alibi. Nann. in Ambroſ. Tom. 3. p. 330. & Rittersh. ad Salvian. p: 144. Taubm. ad Plaut. pag. 407. & 1342. Drepan. Paneg. *Unde cum tantis promiſſa perſolveris quid cui promiſeris ſciat.* Weitz. p. 795. ad Terent. Val. Flacc. V. Argon. verſ. 635. *Quid tantæ coëunt in prælia gentes?* Weitz. ibi. Talia ſunt: tria tanta, ſexcenta tanta, bis tanta. Hirt. *Peditum ac levis armaturæ quater tantis.* [Viermaal zo veel.] Hadrian.

Quantulum, & Quantulumcunque in extenuatione.

4. Quantulum & quantulumcunque extenuationi ſerviunt. Cicero 5. Verr. *Nos, qui jam & quid facere, & quantulum judicare poſſemus, oſtendimus.* [Voor zo veel ons geringe oordeel zig uitſtrekt.] Idem 2. Agr. *Etenim quantulum intereſt, utrum in Maſſici radices Italiam, aliove quopiam deducamini.* [Ey lieve wat is 'er dog voor onderſcheyd.] Id. 1. de Orat. *Ut ne plus nos aſſequamur, quàm quantulum in dicendo aſſecutus eſt.* Idem 2. de Div. *Miſit conjectori quantulum viſum de argento.* [Hy heeft hem zo veel van't geld gezonden als hy quijt heeft willen weſen.]

5. Quantulumcunque apertiùs extenuat. Cic: 4. Verr. *Sed tamen quicquid erit in his libellis quantulumcunque videbitur eſſe, hoc quidem certè manifeſtum erit.* Idem 4. de Orat. *Ex eo quod dico, quantulumcunque id eſt, quid faciam, judicari poſt.* ['T zy zo weynig als 't wil.] Idem 1. Orat. *Eaſque nos primi, quicunque eramus & quantulumcunque dicebamus, convertimus.*

Quantum tantum, vel tantundem.

6. Interdum adſciſcit Tantum vel Tantundem. Cicer. lib: 16. epiſt. 4. *Quantum me diligis, tantum fac, ut valeas.* Idem lib. epiſtol. *Quantum me diligis, tantum adhibe diligentiæ.* [Zo lief als ik u ben doet zo uw beſt.] Idem lib. 6. epiſt. 19. *Quantum de illo libro, tantum de mei judicii fama detrahatur.* Idem lib: 15. epiſt. 11. *Quantum tibi omnes debent, quo minus tantundem ego unus debeam, non recuſo.* [ik wil gaarn alleen zo veel aan u verpligt zijn als alle anderen.]

Quantoperè pro Quantum, vel Quam.

7. Quantoperè refertur ad Tantoperè, & Quantum aut Quam ſignificat. Cic: 2. de Orat. *Neque enim tantoperè deſiderabam, &c. Quantopere delector &c.* Idem 5. Verr. *Perſpicere vos certè ſcio quantopere Siculis hoc expediat.* Idem Attic. lib. 14. *Dici non poteſt, quantoperè gaudeant.* ['T is niet te zeggen hoe zeer zy verheugt zijn.]

CAP. CXLVIII.

Quaſi, pro Tanquam, vel ſicut.

1. QUaſi adverbium eſt ſimilitudinis, & Tanquam ſignificat. Cic: 1. de Orat. *Philoſophia laudandarum omnium artium procreatrix quædam, & quaſi Parens.* Idem 2. de Nat. Deor. *Quaſi cruentæ guttæ imbrium.* Idem. lib. 1. de Nat. Deor. *Epicurus quaſi pueri delicati, nihil ceſſatione melius exiſtimat.* Idem de Sen. *Nec verò velim, quaſi decurſo ſpatio, à calce ad carceres revocari.* Idem 5. Tuſc. *Sic eas exponam quaſi agatur res, non quaſi narretur.*

Quaſi ſic, Quaſi ita, pro ſicut, vel Non ſecus, ac.

2. Interdum eſt Sicut, vel Non ſecus, ac, & aſſumit Sic, aut Ita. Cicero lib: 9. ep: 16. *Ut quaſi aurum igne, ſic benevolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſſit.* [Even eens gelijk het goud in't vier, alſo &c.] Idem de Seneƈt. *Litteras Græcas ſic avidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.* [Ik heb de Griekſche taal zo gretig begonnen als of ik langen dorſt wilde leſſen.] Idem pro Quinƈt. *Quaſi tua res, aut honos agatur, ita laboras.* [Gy yvert zo als of 'er uw Eer en goederen aan hongen: Als of het uw eer en goederen gold] Idem 2. Agr. *Sed plane quaſi ea res nobis ſaluti futura ſit, ita*

 cogit.

cogit, atque imperat, ut &c. [Hy dwingt en gebiet zo, even als of die ſaak ons zou behouden.]

S.D P. * QUASI SI; QUASI, HAUD SECUS: Plaut. Caſin. Prol. *Educavit magnâ induſtriâ, quaſi ſi eſſet ex ſe nata.* Idem Trin. *Quaſi canes, haud ſecus circumſtabant navem turbines venti.*

P. * QUASI UTI. Plaut. Mercat. *Quaſi uti mihi foret cuſtos.*

S. D. * QUASI, ITEM: QUASI, ITIDEM. Plaut. Rud. *Quaſi murtetum juncus, item ego vos virgis circumvinciam.* Idem Aſin. *Quaſi piſcis itidem eſt amator.*

Quaſi, & quaſi verò per Ironiam.

3. Quaſi, & quaſi verò, ſæpè Ironiam continent. Cicero 2. Phil. *Medico tria millia jugerum, quaſi te ſanum facere potuiſſet.* [Even als of hy u had konnen geneſen.] Idem 2. de Fin. *Quaſi me pudeat iſtorum, aut non poſſim, quemadmodum dicantur, oſtendere.* Idem 3. Verr. *Quaſi verò id cupiditate defendendæ nobilitatis ac ſtudio partium fecerit.* Idem lib: 3. epiſt: 7. *Quaſi verò ad cognoſcendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint.*

Quaſi, pro Ferè.

4. Interdum uſurpatur pro Ferè. Cic: 2. Verr. *Ex his quaſi decem fiſcos ad Senatorem illum relictos eſſe.* [Dat daar uit omtrent tien geldzakken by den Raadsheer gelaten zijn.] Idem 2. Acad: *Quantulus vobis videtur? mihi quidem quaſi pedalis.* [Mijns bedunkens omtrent van een voet.]

Admonitio.

5. Quaſi pro Ferè, cùm contrahitur numerus, ſpatium, aut aliud ejuſmodi, apud Ciceronem rarum admodum eſt. Ejus loco Ferè, Fermè, Pœnè, Propè, Propemodùm uſurpari ſolent.

D. * QUASI metaphoris inſervit, lenitque tranſlationem. Cic: III. ep: 2. *Facilior erit mihi quaſi de curſus mei temporis.* Sic Plin. VIII. ep: 16. *Quaſi teſtamenta ſervorum* appellat, quæ vera & juſta appellare non licuiſſet. Buchn. ibi: & paulò poſt: *Servis*, inquit, *Reſp. quædam, & quaſi civitas domus eſt.*

De Adverbio QUATENUS.

CAP. CXLIX.

Quatenus ad quem terminum.

1. QUatenus eſt Ad quem terminum. Cui reſpondet Eatenus. Cicero de Amicit. *Quamobrem id primùm videamus, quatenus amor in amicitia progredi debeat.* [Tot hoe ver de Liefde in de vrindſchap gaan moet.] Id: in Orat. *In omni re videndum eſt quatenus, etſi enim ſuus cuique modus eſt: tamen magis offendit nimium, quàm parum.* Id. de Amic. *Eſt enim, quatenus amicitiæ dari venia poſſit.* [Het heeft zijn maet tot hoe ver men de vrindſchap moet in volgen.]

2. Interdum ad tempus refertur. [Hoe lang.] Cic: 14. Philipp. *Quibus auſpiciis iſtos faſces Augur acciperem? quatenus haberem? cui traderem.*

Quatenus, pro qua ex parte.

3. Interdum uſurpatur pro Qua, ex parte. Cic. lib: 1. epiſt: 2. *Poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia divideretur, quatenus de religione dicebat, &c. Bibulo aſſenſum eſt.* [Voor zo veel de Godſpraak betreft.]

D. QUATENUS pro QUONIAM poſt Ciceronem dici cœptum eſt. Quintil. IX. 3. *Quatenus huc incidimus, paulò plus de ſcholis agemus.* Plin. Jun. *Quatenus negatur nobis diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur.* Vall: II. Eleg. 42. Linac. libr: 1. pag: 95.

De Conjunctione Encliticâ QUE.

* QUE notæ ſignificationis particula Græcorum τι exprimit, ſtatimque annectitur illi dictioni, cui aliàs ET proponeretur. Cic: 1. de Div. p: 107. *Qui Solis & Lunæ, reliquorumque ſiderum ortus, obitus, motuſque cognoſcerent*, i. & reliquorum: & motus.

* Interdum tamen, ubi præpoſitio occurrit, ſecundo loco ponitur. Cicer: 1. offic. p. 18. *latiſſimè pateat, ad plurimoſque pertineat.* Idem II. Ep: 6. *ut collectam gratiam florentiſſimi hominis effunderem,*

rem, à meque ipſe deficerem. Id: 1. de finib. p: 49. *in reque.* Cornel. Nep: c. 3. Hannib. *in Italiamque.*

* Sed Poëtæ non dubitant eam alicubi longiùs projicere. Tibul: 1. Eleg: 6. *Labentur opes, ut vulnere noſtro ſanguis, ut hic ventis diripiturque cinis.* Propert. II. Eleg: 20. *In te ego & æratas rumpam, mea vita, catenas, Ferrutam Danaës tranſiliamque domum.*

* Iidem hanc particulam frequenter geminant, imò vel ter aut quater repetunt. Virg: *VII.* Æn. v. 301. *vires cœlique mariſque.* Id: 1. Æn. v. 89. *Una, Euruſque Notuſque ruunt, creberque procellis. Africus.* Idem *IV.* Georg. verſ. 36. *Drimoque Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque.*

* QUE pro ETIAM, vel QUOQUE. Plin. XXXV. 12. *ab hoc eodem factum Herculem, qui hodieque materiæ nomen in urbe retinet.* Linac. lib: II. pag: 136. Plin: *IV.* Ep: 19. *Nam cum matrem meam parentis loco venerere, meque à pueritiâ ſtatim formare ſolebas.* Buchn.

De *Adverbio QUEMADMODUM.*

Cap. CL.

Quemadmodum, pro Quomodo.

Hoe, op wat wijs.

1. QUemadmodum factum ex tribus verbis, quem ad modum, idem eſt quod Quomodo. Cic. Att. lib: 1. epiſt: 5. *Velim cogites, quemadmodum bibliothecam nobis conficere poſſis.* Idem Att. lib: 7. epiſtol: 24. *Hæc res quemadmodum ceciderit, &c. velim ad me ſcribas.*

Quemadmodum, Sic, vel Ita.

Gelijk, alzo ook.

2. Interdum aſſumit Sic, vel Ita. Cicer. ad Q. Frat. lib: 1. epiſt: 1. *Ut quemadmodum gubernatores optimi vim tempeſtatis, ſic illi fortunæ impetum ſuperare non poſſent.* Idem de Am. *Si quemadmodum ſoles de cæteris rebus, cùm ex te quæruntur, ſic de amicitia diſputaris.* Idem ad Q. Fr. lib. 2. epiſt: 14. *Tu quemadmodum me cenſes oportere eſſe in Rep. &c. ita & eſſe, & fore auricula infima molliorem ſcito.*

P. & QUEMADMODUM EODEM MODO. Cic: 1. de Finib. *Quemadmodum ſunt erga ſeipſos animati, eodem modo ſint erga amicos.*

Quemadmodum, ſed.

3. Aliàs Sed. Cic: pro Flac. *Nunquam laborant, quemadmodum probent, quod dicunt, ſed quemadmodum ſe explicent dicendo.* Id. 3. Verr. *Quærat non ſolùm quemadmodum noſtro crimini, ſed etiam quo pacto ſuæ confeſſioni medeatur.*

De *Pronomine QUIS vel QUI.*

Cap. CLI.

1. QVis ſervit interrogationi vel dubitationi. Cicer: de Am. *Quis clarior in Græcia Themiſtocle? Quis potentior.* Interdum aſſumit Qui. Cic: 7. Verr. *Jam hoc, quis tum fuit Syracuſis qui non audierit?*

2. Huc ſpectant illa, Cicer: pro Roſc. *Conſidera quis quem fraudaſſe dicatur.* [Overweeg wie men zegt dat den andere bedrogen heeft.]

Qui, pro Quis.

3. Qui ſine interrogatione, ac dubitatione adhiberi plerumque ſolet. Cicero 1. de Offic. *Nego jus eſſe, qui miles non ſit, pugnare cum hoſte.* Idem 2. Phil. *Miſi, qui hoc diceret pro familiaritate.*

4. Interdum tamen Qui pro Quis uſurpatur. Cicero pro Do. *Qui tantus fuit labor? quæ ſimultas?* Idem 2. Philipp. *Qui vir, & quantum fuiſſes?* Idem in Piſ. *Vereor ne qui ſit.* Idem pro Marc. *Si diligenter, qui vir ille fuerit, conſiderabis.*

Qui, pro Ut.

5. Interdum Qui, quæ, quod, uſurpatur pro Ut, Cicero pro Do. *Nec ſum tam inſolens, qui Jovem eſſe me dicam.* [Ik ben ſo trots en verwaant niet dat ik my voor een God uitgeef.] Idem lib: 10. epiſt: 6. *Talem autem te eſſe oportet, qui primum te disjungas.*

D. * Qui pro Eo Quod. Cic: XVI. ep. 1. *peccaſſe mihi videor, qui à te diſceſſerim.* Goclen. p: 192. Obſ. Schor. pag: 57. rat. diſc. Cornel. Nep.

Atticus,

Atticus, qui civitatem conſervatam tuperet, pecuniam numeravit de ſuo. Lin. libr. III. p. 168. qui addit, Fabium, & alios ejus ætatis in hac loquendi figura particulam U T pro utpote relativo præponere, ut I. Inſt: 3. *Omnia nova offendit, ut qui ſolus didicerit, quod inter multos faciendum eſt.*

Qui, pro Qualis.

6. Alias pro Qualis. Cicer. Attic: 1. *Sed illum eum eſſe puto, qui eſſe debet.* Lege Pronomen Is.

Quis, pro Aliquis.

7. Quoties antecedit Si, Niſi, Ne, pro Aliquis eleganter dici ſolet. Cicer: 2. Phil. *Si te in judicium quis adducat.* Idem Att. lib: 1. epiſt: 11. *Niſi quis nos DEus reſpexerit.* Id: in Brut: *Niſi quid de Epaminonda ſuſpicari libet.* Idem lib: 2. de Leg. *Ne quis agrum conſecrato.* Idem lib: 1. Off. *Ut ne qua re egerent.*

Qui, Quæ, quod, præpoſitum.

8. Qui, quæ, quod, eleganter præponitur: ſubjicitur autem Hic vel Is. Cicero libr: 2. epiſtol: 1. *Sic ad nos confirmatus revertere; ut quam expectationem tui concitaſti, hanc ſuſtinere ac tueri poſſis.* Idem lib. 6. epiſtol. 8. *Quæ ad te pertinere arbitrabor, ea mea ſponte faciam.* Idem lib. 6. epiſt. 23. *Quæ didicit, iis hoc tempore utare.* Idem lib. 2. ep. 4. *Quorum laudum gloriam adamaris, quibus artibus eæ laudes comparantur, in iis eſſe laborandum.*

Qui, idem.

9. Interdum ſubjicitur Idem, aut nonnullis vocibus interjectis, aut etiam proximè. Plaut. Aſina. *Fortiter malum qui patitur, idem poſt patitur bonum.* Cicero lib: 2. epiſt. *Ut qui libertati finis erit in urbe, idem ſit, urbi.* Idem 5. Verr. *Qui mille modium ſuæ partis in cellam gratis dediſſet, idem nunc, &c.* Idem 3. Phil. *Quod idem fecit L. Philippus vir, ævo, patre majoribuſque ſuis digniſſimus.*

Quid hominis, quid mulieris.

10. Quid hominis, pro Quis homo: Quid mulieris, pro quæ mulier, eleganter dicimus. Ter. Heaut. *Quæſo quid tu hominis es?* [Eylieve wat zijt gy voor een Menſch. Idem Eun. *Quid hoc hominis? qui hic ornatus eſt?* Plaut. Ampl. *Quid ſit hoc hominis?* Cic: 4. Verr. *Exponam vobis breviter quid hominis ſit.* [Ik zal u lieden kortelijk zeggen wat Menſch hy is.] Terent. Hecyr. *Sed quid mulieris uxorem habes?*

11. Ejuſdem generis ſunt illa: Quid animi? pro Quis animus? Quid rei? pro Quæ res? & alia ejuſmodi. Plaut. Marcell. *Quid ſit ei animi.* Teren. Eun. *Quid cum illa tibi rei eſt?* [Wat hebt gy met haar te doen.] Cæſ: 1. de bell. Civ. *Quid ſui conſilii ſit, oſtendit.* [Hy toont wat zijn meyning is.] Ter. And. *Quid iſtuc gaudii eſt?* [Wat is dat voor een vreugde?]

Quid pro Cur? Quid ita, pro Cur ita?

12. Quid ſæpè ponitur pro Cur. Ter. Heaut. *Quid ego factum neſciam?* [Waarom zou ik niet weten wat 'er geſchied is.] Virgil. 2. Georg. *Quid tantum Oceano properent ſe tingere Soles?* Cicero pro Roſc. Am. *Accuſatis Sex. Roſcium? Quid ita? quia de manibus veſtris effugit.* [Waarom? om wat oorzaak?] Idem de Nat. Deor. *Quam moleſtum eſt uno digito plus habere? quia ita? quia, &c.* Idem pro Mil. *Sec id ego argumentor? quid plura diſputo?* [Waarom diſputeer ik langer?]

Quid eſt, quòd? vel Cur? vel Quamobrem?

13. Jungitur interdum cum Quod, vel Cur vel Quamobrem. Ter. Eun. *Quid eſt, quò trepidas?* [Wat is 't datje zo beeft?] Ider ibidem. *Quid eſt, quòd lætus ſis?* Cicero Verr. *Quid eſt, quòd tu alios accuſes?* Idei 1. de Finibus. *Quid eſt, cur verear, ne a eam non poſſim accommodare Torquatos noſtros*

Ide

Idem pro Cluen. *Quid eſt, quamobrem quiſquam noſtrum Cenſorias ſubſcriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet eſſe oportere?*

Quid? Quid ſit? interrogantis, aut inſtantis.

14. Sæpè eſt interrogantis, vel inſtantis. Cicer. pro Cæcin. *Teſtes qui erunt?* Plaut. Cap. *Quid pater? vivit ne?* Cicer. ad Q. Fr. lib: 1. epiſt: 2. *Quid ſi inficiatur? quid ſi omninò non debetur? Quid? Prætor ſolet judicare deberi? Quid? Ego Fundanio non cupio?* Idem Parad. *Quid duo propugnacula belli Punici C. & P. Scipiones, &c. Quid Africanus minor? Quid major? Quid inter horum ætates interjectus Cato? Quid innumerabiles alii? nam domeſticis exemplis abundamus: at cogitaſſe unquam putamus, &c.*

Quid quod?

15. Interdum adſciſcit Quod vehementius inſtandi gratia. Cicero pro leg. Man. *Quid quod ſalus ſociorum ſummum in periculum, ac diſcrimen adducitur?* [Wat willen wy daar meer toe zeggen, dat onzer bondgenoten welvaart in 't uyterſte gevaar gebragt word?] Idem 4. Acad. *Quid quod, ſi iſta vera ſunt, ratio omnis tollitur?*

Quid quod, ſæpius iteratum.

16. Nonnunquam Quid quod ſæpius iteratur. Cic: 1. de Nat. Deor. *Quid quod ejuſdem hominis imagines in meum aliæ, aliæ in tuum? Quid quod earum rerum, quæ nunquam omninò fuerunt, neque eſſe potuerunt, ut Scyllæ, ut Chimeræ, Quid quod hominum, locorum, urbium earum, quas nunquam vidimus? Quid quod ſimul ac mihi collibitum eſt, præſtò eſt imago? Quid quod etiam ad dormientem veniunt non vocatæ?*

Quid enim.

17. Aliquando adſciſcit Enim. Cic: 2. de Fin. *Quid enim? ſummus dolor plures dies movere non poteſt.* [Wat is 't dan? waarom dan?]

Quid loquar? Quid dicam? in reticentia, pro Sileo, Taceo.

18. Quid loquar? quid dicam? uſum habent in Reticentia. Cicero 3. Verr. *Quid ego de M. Marc. loquar? qui &c. Quid de L. Scipione? qui, &c. Quid de Flaminio? qui &c. Quid de Memmio? qui &c. Vereor, ne hæc fortè minus antiqua & jam obſoleta videantur. P. Servil. Cc.* [Wat zal ik zeggen?] Idem 2. de Nat. Deor. *Quid dicam quantus ſit amor beſtiarum in educandis, &c.*

Quid quæris? Quid multa?

19. Cùm rem in pauca conferimus, eleganter dicimus, Quid quæris? Quid multa? pro Quid plura? Cicer. Attic. lib: 7. *Quid quæris? & ſi mihi crebro* ξυνὸς ἐνυάλιος *occurrebat: tamen levabar cura, &c.* [Wat wil je meer? wat behoeven der meer woorden.] Idem lib: 3. epiſtol: 9. *Quid multa? queſtus eſt graviter.* Huc pertinent illa: Quid verbis opus eſt? Quid multis opus eſt? & alia ejuſmodi.

* QUID παρέλκει interdum poſt ne, num, ſi, & niſi, ut τὶ apud Græcos εἴτι, μήτι, ἤτι. Ennius apud Gell: II. 19. *Ne quid exſpectes amicos, quod tute agere poſſies.* Cic: I. Offic: *Numquid officium aliud alio majus?* Idem IV. ep. 1. *Trebatio mandavi, ut ſi quid tu eum velles ad me mittere, ne recuſaret.* [Zo gy wildet dat hy yets na mijn zond.] Idem H. Ep. 15. *Ego, niſi quid me Eteſiæ morabuntur, celeriter, ut ſpero, vos videbo.*

Quod pro Quantum.

20. Quod nonnunquam ſignificat Quantum. Cic: Attic. lib: 1. *Nunc verò cenſeo (quod commodo tuo facere poteris,) venias ad tempus.* Idem Attic: lib: 14. *Ipſe (quod commodo tuo fiat) cum eo colloquere.* [Voor zo veel het uwe gelegentheid u toelaat.] Idem l: 14. epiſt: 5. *Tu velim, (quod commodo valetudinis tuæ fiat) quam longiſſimè poteris, nobis obviam properes.* Idem l: 13. epiſt: 24. *Quod abſque moleſtia tua fiat.* [Dat u dog geen ongelegenheyd geſchiede.] Idem Attic: lib:

lib: 1. epiſt: 5. *Quæ tibi mandavi, velim, (ut ſcribis) cures, quod ſine moleſtia tua facere poteris.* Idem 4. Verr: *Ut ſe tota res habeat, quod ad eam civitatem attinet, demonſtrabitur.*

Admonitio.

21. Non dicitur Latinè Quo ad hoc, Quo ad illud, ſed Quod ad hoc ſpectat, Quod ad illud attinet.

Quod, pro Quantum ad id, quod.

22. Quod in principiis pro Quantum ad id quod frequentiſſimum eſt. Cic: Att: lib: 1. ep: 3. *Quod ad me ſcribis de Hermathena, mihi gratiſſimum eſt.* [Wat belangt 't geen gy ſchrijft &c.] Idem Attic. lib: 1. epiſt: 2. *Quod ad me ſæpè ſcripſiſti de noſtro amico placando, feci, & expertus ſum omnia.*

Quod, pro Quamobrem.

23. Quod non rarò tanquam adverbium uſurpatur pro propter quod, vel Quamobrem, Ter. And. *Quod ego te per hanc dextram oro & genium tuum.* [Waarom ik u bid &c.] Cicero lib: 14. epiſt: 4. *Quod utinam minus vitæ cupidi fuiſſemus; certè nihil, aut non multum in vita mali vidiſſemus.* Horat. lib: 1. epiſt: 17. *Quod te per genium dextramque Deoſque penates obſecro.* Virg: 6. Æn. *Quod te per cœli jucundum lumen, & auras, Per genitorem oro.*

Quod, Conjunctio. Dat.

24. Cum antecedit Hoc, illud, id, aut aliquid ejuſmodi, conjunctio Quod eleganter ſubjicitur. Cicer. in Brut. *Hoc ipſum poſui pro argumento, quod ille ſolutè egiſſet.* Idem pro Quinct. *Illud quoque nobis accedit incommodum, quòd M. Junius hoc tempore abeſt.* Idem Attic. lib: 8. *Omitto illa vetera, quod iſtum in Remp. ille aluit, auxit, armavit.* Idem in Brut. *Si id dolemus, quòd eo jam frui nobis non licet, noſtrum eſt id malum.* Idem Att. lib: 1. *Accedit aliud incommodum, quòd illa opinio.* Idem Att. lib: 4. epiſt: 75. *Noſque malo ſolatio, ſed nonnullo tamen conſolamur, quòd ipſius vicem minimè dolemus.*

25. Verba etiam multa ſunt, quæ conjunctionem Quod libenter adſciſcunt. Cicer. de Div. *Cato mirari ſe dicebat, quòd non rideret Aruſpex, Aruſpicem cùm vidiſſet.* [Cato verwonderde zig dat den Wigchelaar niet lagte.] Idem 1. de Leg. *Sanè gaudeo, quod te interpellavi.* [Ik ben bly dat ik u in uw rede ben gevallen.] Quibus locis quod cauſæ vim videtur obtinere. Idem 3. de Fin. *Bene facis, inquit, quòd me adjuvas.* [Gy doet wel datje mijn helpt.] Idem Attic. *Feciſti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me miſiſti.* [Gy hebt mijn een aangename dienſt gedaan, datje mijn het boek gezonden hebt.] Idem Att. lib: 1. ep: 9. *Accedit eo, quod mihi non eſt viſum, ut quiſque &c.* [Daar komt nog by dat het mijn niet goed gedacht heeft.] Idem epiſt. *Acceſſit huc, quòd poſtridie ille venit.* Idem 6. Verr. *Non tibi objicio, quod hominem omni argento ſpoliaſti.* id: 1. de Nat. deor. *Apparet quod aliud à terra ſumpſimus, aliud ab humore.* Quamquam verbum apparet ſæpius infinito modo gaudet: in exemplis autem propoſitis, intelligi videtur hoc, illud, vel aliquid ejuſmodi.

Nihil eſt, quòd.

26. Frequentiſſimè Quod jungitur cùm Nihil eſt. Cic. in Piſ. *Nihil eſt, quod me invites.* ['T is niet nodig, dat &c.] Idem pro Syl. *Quare nihil eſt, quod ex tanto comitatu virorum ampliſſimorum me unum abſtrahas.* Idem lib: 14. epiſt. *In viam quod te des hoc tempore, nihil eſt.*

Quod pro Quia.

27. Quod, pro Quia, notius eſt, quàm ut exemplis illuſtrandum eſſe videatur. Gaudet autem etiam indicandi modo. Cicero 5. Tuſc. *Quo enim beatior Epicurus, quod in patria vivebat, quam Metrodorus, quod Athenis?*

Quòd eò.

28. Interdum adſciſcit, Eò, pro Idcircò. Cic. 3. Verr.

3. Verr. *An quod probare populo Rom. fidem veſtram & religionem non potueritis, eò vobis judicandi poteſtas ademta ſit?*

Quod ſi certè, vel profectò.

29. Quod ſi ſæpè aſſumit Certè aut Profectò. Cicer. Attic. lib: 1. epiſt: 14. *Quod ſi unquam ſum viſus in Remp: fortis; me certò in illa cauſa admiratus eſſem.* Idem Att. 10. *Quod ſi in eam me partem incitarem, profectò jam reperirem reſiſtendi viam.*

Quod ſi, tamen: tamen certè.

30. Aliàs adſciſcit Tamen, aut Tamen certè. Cicer. pro Arch. *Quod ſi ipſi hæc neque attingere, neque ſenſu noſtro guſtare poſſemus: tamen ea mirari deberemus.* Idem lib: 3. epiſt: 10. *Quod ſi eſſem ea perfidia, qua ſunt ii, qui in nos hæc conferunt: tamen ea ſtultitia certè fuiſſem.*

* Additur autem in his Quod eleganter, ubi inchoandæ periodò SI aut aliæ particulæ non ſufficiunt, neque ſuſtinere poſſunt frontem argumenti. Bœcl. Ind. Nep.

D.* Ita Quod nisi. Linac. lib: I. p. 94. & II. p. 103. Cic. ad. Att. *Quòd niſi me Torquati cauſa teneret.* Corn. Nep. c. 1. Hannibal. *Quòd niſi domi civium ſuorum invidiâ debilitatus eſſet, Romanos videtur ſuperare potuiſſe.* Utique hîc aliquo fulcro indigebat niſi, qualia aliàs ſunt: ſanè niſi: equidem niſi, Bœcl.

* Sic & Quod utinam, quod aliàs ita videas fulciri: Atque utinam. Cicero XIV. epiſt: 4. *Quod utinam minus vitæ cupidus fuiſſem.* Linac: lib: II. pag: 103.

D.* Tale eſt, cùm Quod pro SED exponunt. Plin: XVIII. 23. *Quod ut hanc quoque curam determinemus.*

D.* Quod pro Quamvis. Palm. Spicileg. XI. p. 180. Propert. III. Eleg. 1. *Quòd non Tænariis domus eſt mihi fulta columnis: At Muſæ comites* Weitz. ad Terent. p: 280.

Qui cum, & Quò cum.

31. Etſi Quicum uſitatius eſt: tamen Quocum inuſitatum non eſt, utrumque autem uſurpatur pro Cum quo, quod uſitatum non eſt. Cic: 1. Offic. *Eum quicum bellum geras, tam molli nomine appellare.* Idem lib: 4. epiſtola 1. *Nemo eſt omnium, quicum potius mihi, quàm tecum, communicandum putem.* Idem ad Att. lib. 4. ep. 9. *Sic literis ſuſtentor, & recreor, maloque in illa tua ſedecula, quam habet ſub imagine Ariſtotelis, ſedere, quàm in iſtorum ſella curuli: tecumque apud te ambulare, quam cum eo, quocum video eſſe ambulandum.*

* Duo hîc ſunt obſervanda: primum anaſtrophe, poſtponitur enim Præpoſitio caſui ſuo. Deinde, Qui eſſe ablativum antiquum pro Quo, unde & *abs quivis homine.* Terent. dixit Adelph. II. 3. pro abs quovis. Weitz. ad Terent. p: 234. & Plaut. Perſ. *à quiquam homine.* pro, à quoquam. Colv. ad Apul. p. 236. Quin & fœminino genere quicum, pro cum quâ dixiſſe Virgilius deprehenditur XI. Æn. verſ. 822. Nam Quis vetuſto ſeculo erat generis communis: Goclen. *IV.* probl. gram. 17. Pontan. ad Virg. Oſtendit Duoſa I. Plaut. expl. 25. qui etiam plurali numero, quo quibus inveniri. Plaut. Capt. *Patriciis pueris coturnices dantur, quicum luſitent.*

Quî, pro quomodo.

32. Quî, pro quomodo uſitatum eſt fermè in interrogatione. Cic: 2. de Fin. *Quî fit, ut ego neſciam, ſciant omnes; quicunque Epicurei eſſe voluerunt?* [Hoe komt het? hoe is't mogelijk dat ik niet en weet, en dat het alle weten &c.] Idem 1. de Nat. Deor. *Qui poſſumus Deum nonniſi ſempiternum intelligere?* Idem 7. Phil. *Qui enim convenit, ut qui in rebus improbis populares fuerint, iidem, &c.* [Hoe paſt het dat &c.] Idem 2. de Fin. *Qui igitur convenit, alia voluptate dicere naturam proficiſci, in alia &c.* [Hoe komt het over een?]

Quicunque, pro Quiſquis.

33. Quicunque idem eſt, quod Quiſquis, ſed ejus uſus latiùs patet, Cicero lib: 1. ad Q. Fr. ep. 1. *Quoſcunque de te queri audivi, omni ratione placavi.* Idem 1. de Orat. *Quicquid erit, quacunque de re, quocunque de genere.*

Quicunque, pro Qualiſcunque.

34. Quicunque ſæpè imminuit, & uſurpatur pro Qualiſcunque. Cic: in Orat. *Orator ſi modo ſum, aut etiam quicunque ſum.* Idem ibid. *Eaſque res nos primi, quicunque eramus & quantulumcunq; dicebamus, &c.* Idem poſt red. in Sen. *Is eſt Epicureus non penitus illi diſciplinæ, quæcunque illa ſit, deditus.* [Hoedanig zy ook mag zijn.] Idem pro Mil. *Quemcunque caſum fortuna dederit, & quæcunque fortuna erit oblata.* [Het ga zo 't wil, wat uitſlag 'er ook mag wezen.]

Quicunque, pro Quantuſcunque.

35. Aliàs auget, ut ſit Quantuſcunque. Cic: in M. Cœl. *Quæcunque in equite Romano dignitas eſſe poteſt.* Idem Att. lib: 8. *quodcunque militum contrahere poteſtis, contrahatis.*

Quicquid, cum Id, Idem, Id totum, Id omne.

36. Quicquid aſciſcit Id, Idem, Id totum, Id omne. Cicer: de Amic. *In amicitia quicquid eſt: id & verum, & voluntarium eſt.* Plaut. Menæch. *Mulier quicquid dixerat, idem ego dicebam.* Cic. lib: 10. ep: 5. *His difficillimis Reip: temporibus, quicquid ſubveneris, id erit totum, & proximum tuum.* Ter. Phorm. *Quicquid præter ſpem evenit, omne id deputabo eſſe in lucro.*

De Adverbio QUIA & QUONIAM.

CAP. CLII.

1. QUia cauſam reddit plerumque, & reſpicit Quare, ut Græcè ὅτι, διότι, Cic. de Sen. *Ut benè vixiſſe videar, quia cum Scipione vixerim.* Quoniam, plerumque rei ſtatum, aut conditionem declarat, & eſt idem, quod Siquidem, vel Quando, ſeu Quandoquidem, ἐπειδὴ. Cic. 1. de Leg. *Quoniam in populari ratione omnis noſtra verſatur oratio; populariter interdum loqui neceſſe erit.* [Vermits onze ganſche rede na den gemeene man gevoegt is; zo moetmen zomtijds als den gemeene man ſpreken.] Idem pro Plan. *Quoniam tu ita vis, nimium me gratum eſſe concedam.* Id. Att. lib: 2. ep: 26. *Quoniam quidem ea, quæ ſcribimus, &c. te etiam delectant.*

Quia, cum Eò, idcircò, propterea.

2. Interdum Quia præponitur, & cum Eò, Idcircò, Ideò, Propterea jungitur. Cic. Att. lib. 10. epiſt. 15. *Quia ſcripſeras te proficiſci cogitare, eò te hærere cenſebam:* Idem lib: 12. ep. 21. *Quæ omnia quia Cato extulerat in cœlum, idcircò in ejus ſententiam eſt facta diſceſſio.* Id. lib. 13. ep. 7 *Sed quia confido, mihique perſuadeo &c. Ideò à te non dubitavi contendere, ut &c.* Idem lib: 12. epiſt. 11. *Quia ſemper animadverti ſtudiosè te, &c. propterea non dubito, quin, &c.* [Dewijl ik altijd beſpeurt heb dat gy met yver &c. Daarom twijfel ik niet of &c.]

D. * QUIANAM pro CUR Poëtis eſt familiare. Virgil. V. Æn. *Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi?*

Admonitio.

3. Quoniam pro Quia, nimirum cum cauſa redditur, rarum eſt. Cicer. 3. Tuſc. *Qui fortis eſt, idem eſt fidens, quoniam confidens mala conſuetudine in vitio ponitur.* Servius Cicer: lib: 4. epiſt. 5. *Tamen & moriendum fuit, quoniam homo nata erat.* Quanquam his locis, & aliis ejuſmodi, Quoniam pro Siquidem poſitum videri poteſt.

De Pronomine QUIDAM.

CAP. CLIII.

1. QUidam certè hominem, aut rem declarat. Terent. Eun. *Nec tibi obſtat quod quidam facit.* Cicer. pro Cluen. *Quidam ex amicis Saſſiæ.* Idem 2. de Orat. *Tu pudore à dicendo, ac timiditate ingenua quadam refugiſti.*

Certus quidam.

2. Interdum magis ſignificandi gratia Certus adjungitur. Cicer. 1. de Orat. *Quod ſi illo adſtrictis certa quadam numerorum moderatione, ac pedum.* Idem 3. de Orat. *Cùm ſit quædam certa vox Romani generis, atque Urbis propria.*

* Nominibus autem propriis ſæpè per contemtum jungitur. Corn. Nep. cap: 5. Timol. *Huic quidam Lameſtius, homo petulans & ingratus, vadimonium cum vellet imponere.* Bœcl.

* Inſervit

* Inſervit etiam metaphoris hoc Pronomen, item ut quaſi, quo cum & interdum jungitur. Cicero II. de Orat. p: 129. *Curtana defenſio tota redundavit hilaritate quâdam.* Lege Quaſi.

Quidam per emphaſin.

3. Quidam ſæpè vim, atque emphaſin addit, ſignificatque rem tantam eſſe, ut verbis exprimi non poſſit. Cicer. lib: 1. epiſt: 9. *Quoniam tibi incredibilem quendam amorem & omnia in te ipſum ſumma, & ſingularia ſtudia deberem.* Idem 2. de Orat. *Incredibili quâdam magnitudine conſilii Athenienſis Themiſtocles.* Idem 2. de Orat. *Craſſi quidem reſponſum excellentis cujuſdam eſt ingenii, ac ſingularis.* Id. de Prov. Conſul. *Quod magni cujuſdam hominis & perſapientis videtur.* Idem 1. Acad. *Ut in his quiddam divinum eſſe diceret.* Id. lib: 1. ep: 9. *Commemoranda quædam eſt divina Cæſaris liberalitas.*

Major quidam.

4. Cicero Attic. libr. *Sed audio majorem quendam in urbe timorem eſſe.* Idem 2. Agr. *Verbum mihi deeſt, cum ego hanc regiam poteſtatem appello: ſed profectò major eſt quædam.* Idem 1. de Orat. *Sed nimirum majus quoddam, quàm vulgò opinantur.* [Doǵ dit is yets grooter als men doorgaans wel meynt.]

Cujuſdam modi.

5. Cicero 5. de Fin. *Jam verò animus non eſſe ſolùm, ſed etiam cujuſdam modi eſſe debet.*

De Adverbio QUIDEM.

CAP. CLIV.

Quidem, cum nominibus propriis abſolutè.

1. QUidem nominibus propriis eleganter jungitur in principiis. Cicero de Sen. *Cyrus quidem apud Xenophontem in eo ſermone, &c.* Κῦρ☉ μὲν. Idem 3. de Orat. *Theophraſtus quidem Tauriſcum quoddam dixit.*

Quidem, cum Pronominibus abſolutè.

2. Sæpius Pronominibus: ſed in fine magis, aut in medio, quàm in principio. Cicero pro Planc. *Fortiùs tu quidem quàm nonnulli, &c.* Idem 1. Philip. *Nimis iracundè tu quidem, & valdè intemperanter.* Idem pro Mil. *Quanquam de morte P. Clodii fuit quæſtio, non ſatis prudenter illa quidem conſtituta.* Idem Attic. lib. 2. epiſtol. 34. *Tantum doleo, & mirificè quidem.*

Quidem, cum At, Sed, Sed tamen. Veruntamen.

3. Plerumque aſſumit Sed, aut aliquid ejuſmodi. Cicer. 3. epiſt: *Superiorum quidem nunquam, ſed patrem me vobis ſperavi eſſe factum.* Idem lib: 9. epiſt: 18. *Cæteri quidem fœdè perierunt, at Cato præclarè.* Idem lib: 6. epiſt: 2. *Miſera eſt illa quidem conſolatio, &c. ſed tamen neceſſaria.* [Dat is ſeker wel een ellendigen, egter nogtans een noodwendigen trooſt.] Idem Attic. lib: 6 ep: 2. *Sed eſt varium illud quidem veruntamen multiplex pueri ingenium.* [Die jonge heeft wel een wiſſeltuyrig humeur, egter nogtans tot veel dingen bequaam.]

S. D. * QUIDEM Ceterum. Sueton. cap: 66. Aug. *Laudavit quidem pietatem tantoperè pro ſe indignantium: & ceterum & ſi illacrymavit.*

Quidem certe, pro ſaltem.

4. Quidem certè pro Saltem, ſubjicitur. Adhibetur autem, cum res dubia antecedit. Cicer. Att. lib: 1. epiſt. *Spero me tibi cauſam probaſſe, cupio quidem certè.* [Ten minſten wenſte ik 't wel.] Idem 6. Verr: *Si minus, &c. Illa quidem certè capiebantur.* Idem pro Quin. *Qui ut ſumma haberem cætera, temporis quidem certè vix ſatis habui.* [Schoon ik al van al het andere overvloed had, nogtans had ik waarlijk geen tijd genoeg.] Idem de Prov. Conſ. *Quàm ſapienter non diſputo: conſtanter quidem, & fortiter certè.* Lege certè quidem.

Quidem profectò.

5. Quidem profectò vehementius affirmat. Cic. Attic. lib: 6. *Nunc quidem profectò Romæ eſt.*

De Pronomine QUISPIAM, *&* QUISQUAM, *&c.*

CAP. CLV.

1. QUiſpiam interdum aliquem ſignificat. Cic. pro Cluen. *Quæret fortaſſe quiſpiam.*

[Ymand ſal miſſchien vragen.] Idem pro Quint. *Pecuniam ſi cuipiam fortuna ademit.* Idem 3. Tuſc. *Aliquod quodpiam membrum.* Id. 3. de Nat. Deor. *Nec ſi uredo aut grando quidpiam nocuit.*

2. Quiſquam occultam quandam augendi vim habet, idemque pænè eſt, quod Ullus, ac ſæpè in comparatione adhibetur.

Quiſquam in comparatione.

3. Cicero lib. 14. ep. 7. *Niſi vos fortiores cognoviſſem quàm quempiam virum.* Idem Attic. *Neuter quenquam omnium pluris facit quàm me* [Sy maken geen van beyde van ymand meerder werk als van my.] Idem 7. Verr. *Tetrior hic Tyrannus Syracuſis fuit, quem quiſquam ſuperiorum.*

Quiſquam, cum interrogatione.

4. Jungitur interdum cum interrogatione. Cic: 10. Phil. *Ab hoc igitur quiſquam bellum timet?* [Is'er dan ymand, die voor Oorlog van hem verlegen is?] Idem pro Do. *Hanc Deam quiſquam violare audeat?* Idem pro leg. Man. *Et quiſquam dubitabit, quid virtute perfecturus ſit, qui &c.* [En wie dog ſal twijfelen.] Idem pro Clu. *Et eſt quiſquam, qui cum hoc cognorit, ſuſpicari poſſit, &c.*

Quiſquam, cum ſi.

5. Aliàs cum Si. Terent. Eun. *Si quiſquam eſt, qui placere ſtudeat bonis.* Cic: Att. lib. 14. *Si quiſquam eſt facilis, hic eſt.* [Indien'er een inſchickelijk menſch in de Wereld is, ſoo is hy't.]

* QUICQUAM abundat præcedente NIHIL. Terent. And. A. ſc. 1. *Comperiebam nihil ad Pamphilum quicquam attinere.* Linac. lib. VI. pag. 471. niſi dicas, nihil ibi pro non eſſe poſitum.

Quo, hoc, Quo, eo; pro Tanto, quanto.

6. Quo hoc, Quo eo, pro Tanto, quanto, eleganter ponuntur. Cic. ad Quinct. Fr. libr. 3. ep. 1. *Sed quò erant ſuaviores, eò majorem dolorem ille caſus afferebat.* Idem 1. Offic. *Quò difficilius, hoc præclarius.* [Hoe ſwaarder, hoe voortreffelijker.]

S. D. * Quò TANTO. Planc. ad Cic: X. ep: 23. *Quò magis me petiverunt, tantò majorem iis fruſtratio dolorem attulit.*

Quo, abſolutè cum comparativis.

7. Cicero pro M. Mar. *Quò gratior tua liberalitas, C. Cæſar, nobis, qui illa videamus, debet eſſe.* [Soo veel te aangenamer moet ons UE: mildadigheyd zijn.] Idem pro leg. Man. *Quò etiam mihi indignius videtur, obtrectatum eſſe adhuc Gabinio dicam, an Pompejo? an utrique?*

Quo, pro Ut, cum Idcircò.

8. Quo pro Ut interdum aſſumit Idcircò. Cic. Att. lib. 1. ep. 17. *Quo facilius probaret illa Romani hominis eſſe, idcircò, &c.* [Op dat hy te ligter bewijſen mogt &c. daarom.]

D. P. * Quo pro, in quem finem? Buchn. ad Plin. n. 279. Horat. l. ep: 5. *Quo mihi fortunas, ſi non conceditur uti?* Linac. lib: 1. pag 94. [Waar toe heb ik't goed, ſoo ik't niet mag gebruyken.]

* QUOD, pro in quem locum, vel, ut eò, Ovid. IV. Faſt. *Dignus Roma locus, quo Deus omnis eat.*

Quo minus, pro Ne, Waar door gy te minder, of, dat gy niet.

9. Quò minus dicitur pro Ut minus, id eſt, Ne, ſed ferè certis cum verbis jungitur. Cic. lib: 1. de Fin. *Nihil impedit, quò minus id, quod maxime placeat, facere poſſimus.* Idem 1. de Orat. *Non repugnabo, quò minus omnia legat.* Idem Tuſc. 1. *Mors non deterret, quo minus, &c.* Idem Attic: lib: 2. *Nihil deſideramus, quo minus Epirum ipſam poſſidere videamur.* Idem pro Dom. *Nihil de me tuliſtis, quo minus in civium numero.* Idem lib: 1. epiſt. 10. *Nullis ut terminis circumſcribat jus ſuum, quo minus liceat vagari, quo minus honoratus ſim: dum ne interpellent, quo minus reſpublica à me commodè adminiſtrari poſſit.* Idem in Piſ. *Nemini civi ulla, quo minus adeſſes, juſta excuſatio eſt viſa.* [Geen Borger dagt dat hy een regtvaardige ontſchulding had, waarom hy te minder, of, dat hy niet tegenwoordig ſoude zijn.] Idem 1. Catil. *Quæ religio C. Mario fuerit, quo minus C. Glauciam Prætorem occideret.* [Wat voor een conſcientieusheyd Mariris gehad heeft, waar door hy te minder, of, dat hy hem niet den hals gebroken heeft.]

Quo minus, pro Quanto minus.

10. Sæpè Quo minus uſurpatur pro Quanto minus. Cicer. pro Quinct. *Nam quo minus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparavi.* Idem lib: 4. epiſt: 13. *Quo minus familiaris ſum, hoc ſum ad inveſtigandum curioſior.* Id. 1. Off. *Quo minus*

multa

multa patent in eorum Philoſophorum vita, quæ fortuna feriat, & quo minus multis rebus egent.

Non quò, pro Non quòd, cum Sed.

11. Non quò pro Non quòd interdum adſciſcit Sed, Sed quia, Sed quòd. Cic. lib: 16. epiſtol. 14. *Non quò eâ ſit mihi quicquam carius, ſed deſperatis etiam Hippocrates vetat adhiberi medicinam.* [Niet, dat my iets aangenamer zy &c.] Idem lib: epiſt. 17. *Non quo de tua conſtantia dubitem; ſed quia mos eſt ita rogandi, rogo.* Idem lib: 6 epiſt. 4. *Non quo ego certò ſcirem: ſed quod non difficilis erat conjectura.* [Niet, dat ik 't waaragtig wiſt, maar om dat &c.]

Non quo, ſed tamen. Non quo, ſed ut.

12. Interdum aſſumit Sed tamen, vel Sed ut. Cicero in Brut. *Non quò illâ* (oratione) *Lælii quicquam ſit dulcius, ſed multò tamen vetuſtior atque horridior, quam Superiores.* Idem lib: 7. epiſt: 15. *Non quo haberem magnopere quid ſcriberem: ſed ut loquerer tecum abſens.* [Niet, dat ik yets byſonders te ſchrijven had, maar op dat ik &c.]

Quoad, Soo lang, voor ſoo verre.

13. Quoad refertur ad Quouſque, & terminum plerumque temporis, loci, alteriuſve rei declarat. Cicero Attic. *Quouſque inquies? quoad erit integrum.* Idem 3. Verr. *Domi ſuæ piratæ, à tempore capti ſunt, quoad per me licitum eſt, fuerint.* Idem 2. Catil. *Quoad fuit in urbe, ejus conſiliis obſtiti.* [So lang als hy in de Stad geweeſt is.] Idem de Sen. *Quoad potuit, reſtitit.* Idem pro Arch. *Quoad longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis.* [So ver ik kan.] Idem 21. Phil. *Mihi Antonius perveniſſe videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia.* [My dunkt dat hy ſoo verre gekomen is, als &c.]

Admonitio.

14. Quoad hoc, quoad illud, Latinè dici non videtur. Sed, quod ad hoc ſpectat, quod ad illud pertinet.

Quoad ejus.

15. Interdum adhibetur Ejus elegantiæ gratia. Cic. Attic. libro decimo. *Non prætermittes, quoad ejus facere poteris, ſcribere ad me* Idem libro 3. epiſtol. *Si eam* (provinciam) *quoad ejus facere potueris, quam expeditiſſimam mihi tradideris.*

De Adverbiis QUOMODO, QUOQUOVERSUS, QUORSUM, QUOCIRCA, QUIN.

Cap. CLVI.

1. Quomodo adverbium, ex Quo, & Modo factum apparet. Cicer. pro Roſc. Amer. *Quomodo crimen commentitium confirmaret, non inveniebat.* [Hy vond niets, waar mede hy die valſche beſchuldinge waar maken konde.] Id. 2 de Orat. *Nullum eſt præceptum, quomodo verum inveniatur, ſed tantùm, quomodo judicetur.* περὶ τῦ πῶς.

Quomodo Admirantis.

2. Interdum ſervit admirationi. Cic. Attic. lib. 8. epiſt. ult. *Qui nunc quomodo occurrunt: quomodo autem ſe venditant Cæſari?* Id. Att. lib. 7. epiſt: 2. *Quomodo expectabam epiſtolam, quam Philotimo dediſſet.*

Admonitio.

3. Uſitatius multò eſt Ut. Lege ut admirantis.

Quomodo, pro Ut, vel Sicut.

4. Nonnunquam Quomodo, uſurpatur pro Ut, vel Sicut. Cicero lib: 14. epiſt. *De familia quomodo amicis placuiſſe ſcribis, faciemus.* Id. pro Roſc. Am. *Poſtulatio brevis, & quomodo mihi perſuadeo, aliquanto æquior.* [Soo als ik my wijs make.] Idem de Aruſp. Reſp. *Hominem, quomodo gloriari ſolet, ducentis confixum Senatus-Conſultis.*

Quomodo, ita, vel ſic.

5. Aliàs adſciſcit ita, vel Sic. Cicer. 3 de Fin. *Quomodo hominum inter homines juris eſſe vincula putant: ſic homini nihil juris eſſe cum beſtiis.* Plaut. Ciſtel. *Neceſſe eſt, quo tu me modo vis eſſe, ita eſſe, mater.*

Quomodo nunc, pro Prout nunc.

6. Quomodo nunc, eſt Prout nunc. Cic. Att. lib. 12. *Nam quomodo nunc eſt; pedem ubi ponat in ſuo, non habet.* [Soo als 't nu met hem geſchapen ſtaat, heeft hy geen ſtroo breed Lands dat zijn eygen is.] Idem 2. de Orat. *quomodo nunc*

iſtorum

iſtorum ſe artes habent , pertimeſcenda eſt multitudo cauſarum.

Quomodocunque.

7. Quomodocunque eſt Quocunque modo. Cicero 5. de Fin. *Hoc cum in amicitia dicitur, &c. quomodocunque dicitur, intelligi tamen quicquid dicitur, poteſt.* ['t Mag geſogt worde hoe 't ook wil. of, op wat wijs het ook geſogt word.]

Quoquoverſus , & Quoquoverſum.

8. Quoquoverſus eſt verſus quemcunque locum. Cæſ. lib: 1. de bell. Civ. *Ejus imperio claſſem quoquoverſus dimittant.* [Overal heen, of, al waar ſy heen willen.] Idem de bell. Civ. *Patebit hæc quoquoverſus pedes* XXX. [Aan allen kanten.] Idem lib: 1. de Bell. Civ. *Rates duplices quoquoverſum pedibus* XXX, *è regione portus collocabat.* Cic. 9. Phil. *Circumque eam* (ſtatuam) *locum gladiatoribus, ludiſque liberos, poſteroſque ejus quoquoverſus pedes quinq; habere.* Sunt qui legant. Quaquaverſus, quàm rectè alii viderint.

Quorſum, & Quorſus, pro Quoverſus.

9. Quorſum & quorſus facta ſunt ex quo & Verſus. Cic: Attic. lib: 5. *Quorſum id caſurum eſſet, verebar.* ['K was al verlegen, waar dat heen dragen ſoude.] Idem pro Roſc. *Quorſum recidat reſponſum tuum, non magnoperè laboro.* Idem 1. de Nat. Deor. *Veſtri hæc confirmant interpretando, quorſum quidque pertineat.* Idem 1. de Leg. *Quorſus hæc pertinent?*

Quorſum & Quorſus, pro Ad Quem finem.

10. Sæpè Quorſum & Quorſus ſignificant Ad quem finem. Cicero de Amic. *Quorſum hæc? quia ſine ſociis nemo quicquam tale conatur.* Id. lib. 1. de Leg. *Quorſum tandem iſta, aut cur quæris?* [Waar toe dient dat dog. of, wat meynt gy daar mede, of waarom vraagt gy dat.] Idem poſt red. ad quirites. *Quorſum igitur hæc diſputo? quorſum? ut intelligatis, &c.* Idem 1. Tuſc. *Quorſum igitur hæc ſpectat oratio?* [Waar op ſiet die redenvoering dog] Idem in Brut. *Quorſus inquam iſtuc? non enim intelligo.* [Wat meynt gy daar mede, vel, wat wilt gy daar mede ſeggen?]

Admonitio.

11. Quorſus & rarum eſt, & redolet antiquitatem quorſum longè uſitatius.

Quocirca.

12. Dictum videtur quaſi circa quod. Uſurpatur autem pro quamobrem. Cicero 1. de Div. *Quocirca bene apud majores noſtros Senatus decrevit.* Idem de Sen. *Quocirca nihil eſſe tam deteſtabile, tamque peſtiferum, quàm voluptatem.*

Quin, cum interrogatione, pro Cur non?

13. Quin adverbium dictum quaſi, Quid non? Itaque pro Cur non uſurpari ſolet. Teren. And. *Quin taces?* [Waarom houd gy uw mond niet.] Cic: 2. de Orat. *Quin prodis?* [Waarom komt gy'er niet uyt?] Idem lib. 6. de Rep. *Quid moror in terris? quin huc ad te venire propero?* Id. ibid. *Quin tu aſpicis ad te venientem Paulum patrem?* Idem lib: 7. epiſt: 8. *quin tu urges occaſionem iſtam?* Idem Attic. lib: 4. *quin tu huc advolas?* [Waarom komt gy niet met der haaſt hier?] Idem pro Rab. Perd. *quin continetis vocem indicem ſtultitiæ veſtræ?* [Waarom houd gy uw mond niet, daar gy uw eygenSotheyd mede aan den dag brengt.]

Quin, pro Quod non, vel Quo minus.

14. Interdum Quin uſurpatur pro Quod non. Cic: ep. *Non quin diſſentiam, ſed quod.* [Niet, dat ik 't met hem eens ben, maar om dat.] Id: Att: *Non quin rectum eſſet, ſed quia.* [Niet, dat het niet wel was, maar om dat.] Idem in Brut. *Non idcirco Iſocrates cauſas non defendit, quin id utile eſſe, & honeſtum exiſtimaret.* Idem pro Quinct. *Cauſa nihil eſſet, quin ſecus judicaret.*

Quin, cum Dubito, Prætermitto, Poſſum.

15. Sæpè jungitur quin cum verbis Dubito, Prætermitto, Poſſum, & aliis ejuſmodi. Cic. l. 7. ep: 1. *Quo quidem apparatu non dubito, quin æquiſſimo animo carueris.* Idem de Sen. *Quod acciderit, non dubitat, quin brevi Troja ſit peritura.* Id. pro Do. *Non quod dubitaretis quin nihil in iſt nihil legibus, nihil religione eſſet actum.* Id: 2. Phi *Equidem nihil prætermiſi, quantum facere potu*

qui

quin Pompejum à Cæſaris conjunctione avocarem. Idem pro Quinct. *Cauſæ nihil dico, quin ita ſit.* Id. Attic. lib: 12. *Facere non poſſum, quin quotidiè ad te mittam.* Idem lib: 14. epiſt. *Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus.* [Daar ſcheelt ter wereld niet aan, of ik ben de rampſpoedigſte Menſch die 'er leeft.]

Admonitio.

16. Dubito, cum ſignificat Audere, jungi ſolet cum infinitivo potiùs, quàm cum Quin. Cic: 1. de Orat. *Mancinus in Senatum introire non dubitavit.* Id. 2. Acad. *Te hominem amiciſſimum, & aliquot annos minorem natu non dubito monere.*

At cum dubitationem ſignificat, infinitum reſpuit apud Oratores. Itaque non dices: Non dubito te facturum, ſed, Quin ſis facturus, ita: Quin ille ſit venturus, non illum eſſe venturum, & cætera eodem modo: ſiquidem præcedat negatio. Alioquin adſciſcit An, Verum, De, Quid, hoc, aut aliquid ejuſmodi. Plaut. Cap. *At etiam dubitavi hos homines emerem, an non emerem, diu.* Cic: 5. Verr. *Infinite dubitare, utrum ſit utilius, propter multos improbos uni parcere, an, &c.* Idem 7. Verr. *Potes de damnatione dubitare.* Idem 4. Acad. *Tum verò dubitavit, quid ſit extremum.* Idem 1. Off. *Hoc non turpe eſt dubitare Philoſophos, quod ne ruſtici quidem dubitent.*

* Caſtiſſimæ Latinitatis ſcriptor Corn. Nepos contrà Ciceronis uſum non dubito ſemper infinitivo junxit: ut in Præf. *Non dubito fore pleroſque*, pro: quin futuri ſint. cap. 3. Milt. *Miltiades non dubitans, tam multis conſciis, ad regis aures conſilia ſua perventura*, pro: quin perventura eſſent. cap: 3. Ageſ. *Barbarus non dubitans, hoſtes impetum facturos.* pro, quin facturi eſſent, & mox: *vidit hoſtes non credituros, aliaſque regiones occupaturos, nec dubitaturos, aliud eſſe facturum, ac pronunciaſſe.* Vid. Comm. Lamb.

Quin, pro Qui non, Quæ non, Quod non.

17. Sæpè Quin uſurpatur pro Qui non, Quæ non, Quod non. Cicero 7. Verr. *Nemo Lilybæi fuit, quin viderit, nemo in Sicilia, quin audierit.* [daar is niemand geweeſt, of hy heeft het geſien, niemand of hy heeft het gehoort.] Id: 6. Verr. *Nego ullam gemmam, aut margaritam fuiſſe quin quæſierit, inſpexerit, abſtulerit,* hoc eſt, Quam non. Idem ad Quinct. Fr. lib. 1. *De qua aqua, & via nihil prætermiſi quadam epiſtola, &c. quin enucleatè ad te perſcriberem.* Pro Quod non. Idem Attic. lib. 1. *Dies ferè nullus eſt, quin hic Satyrus domum meam ventitet:* Id eſt, Quo non.

Quin ſine interrogatione, pro Immò. Quin etiam, pro Immò etiam:

18. Interdum autem Adverbium Quin uſurpatur pro immò. Cicer. lib. epiſt. *Quin hinc ipſe evolare cupio.* Idem pro Mil. *Quin ſic attendite Jud. nempè hæc eſt quæſtio de interitu Clodii.* Idem de Amic. *Quin etiam neceſſe erit cupere, & optare, ut quam ſæpiſſimè peccet amicus.* [Ja, 't ſal veel meer te wenſen zijn.] Idem lib: 7. ep: 1. *Delectatio nulla exiſtit: quin etiam miſericordia conſecuta eſt.*

De Adverbio QUIPPE.

CAP. CLVII.

Quippe, pro Certè, aut Videlicet.

1. QUippè idem ferè eſt, quòd Certè, & eodem modo etiam ſubjicitur, aut rejicitur in extremum: Cic. pro Mur. *Dixiſti quippe, jam fixum, & ſtatutum eſt.* [Ja voorwaar gy hebt geſegt. 't is gewis dat gy geſegt hebt] Idem pro Cœcin. *Rectè igitur diceret, te reſtituiſſe? quippe.* Idem pro Mur. *Ergò ad Cœnam petitionis cauſa ſi quis vocat, condemnetur? Quippe, inquit.* [Ja vryelijk, ja gewis, ja voorwaar.]

Quippe, per Ironiam. Quanſuis.

2. Virg. lib: 1. Æn. *Quippe vetor fatis. Pallaſne, &c.* Cic: pro Mil. *Movet quippe me lumen curtæ.* ['t Ligt quanſuys &c.]

Quippe, pro Utpote.

3. Interdum uſurpatur pro Utpote. Cicer. 1. de Fin. *Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito.* [Democritus dunkt als een geleerd man dat de Son groot is.] Id: in Brut. *Non puto exiſtimare, te ambitione me labi, quippe de mortuo.*

4. Aliàs, pro Quia, vel Nam. [Dan.] Cicero 2. Phil. *Hærebat nebulo, quo ſe verteret, non*

habeat. Quippe in his ipſis temporibus dicebatur, &c. Idem 2. de Orat. *Leve nomen habet utraque res. Quippe leve eſt totum hoc, riſum movere.* Idem pro Dom. *Jam fateor, inquit, in Gabinium me nefarium fuiſſe, quippe rides, &c.*

Quippe qui, quæ, quod, pro Utpote, qui, quæ, quod.

5. Cic. pro Roſc. Am. *Convivia cum fratre non inibat, quippe qui ne in oppidum quidem niſi perrarò veniret.* [Vermits hy een man was, die ſelde of noyt in de ſtad quam. Id: de Inven. *Quippe quæ in lege ſcripta non ſit.*

Quippe cum, pro Utpote cum.

6. Cic: 2. Off. *Harum igitur duarum ad fidem faciendam juſtitia plus poſſet, quippe cum ea ſine prudentia ſatis habet authoritatis.*

P. * Quippe Quod: Quippe Quia. Cic. 1. fam. *Multa de meâ ſententiâ queſtus eſt Cæſar, quippe quòd etiam Craſſum ante vidiſſet.* Ter. Heaut. *Quippe quia magnarum id remedium ægritudinum eſt.*

De Pronominibus QUISQUIS & QUISQUE.

Cap. CLVIII.

1. Quiſquis eſt Quicunque. Cicer. in Brut. *Quiſquis eſt ille, ſi modo eſt aliquis* [Hy ſy wie hy ſy. Hy mag weſen wie hy wil.] Pl. Pſeud. *Quiſquis eſt adoleſcens: operam fac, &c.*

2. Quiſque, idem quod Unuſquiſque. Poſtponi autem ſolet Pronomini aut nomini. Cic. 2. de Nat Deor. *Edixit, ut quod quiſque à ſacris haberet, in ſuum quodque fanum referret.* [Dat het elk weder in ſijn eygen Tempel brengen ſoude.] Id: 2. de Orat, *In quo quiſque artificio excellit, in ſuo genere Roſcius dicitur.* Idem de opt. gen. orat. *In cæteris ſuus eſt cujuſque certus ſonus.* Idem l:6. ep. *Sua quemque fortunæ maxime pœnites.* [Elk miſhaagt ſijn ſtaat om't zeerſt.] Id. poſt. red. ad Quir. *Nihil dulcius hominum generi à natura datum eſt, quàm ſui cuique liberi.* Idem pro Rab. Perd. *Tertio quoque verbo excitabantur.* [Sy ontwaken altijd op't darde woord.] Idem 4. Verr. *Quinto quoque anno Sicilia cenſetur.* [Op yder vijfde jaar, of, alle vijf jaren weder.]

Admonitio.

3. Cum adeſt Pronomen Se, Suus, Qui, Tertius, aut aliud ejuſmodi, Quiſque præponi non ſolet, ſed poſtponi ſic: Se quiſque diligit; Sua quemque delectant; Quod cuique obtigit; Octavo quoque die.

4. Quod ſi nihil eſt ejuſmodi, liberius uſurpatur. Cic: 1. de Nat. Deor. *Principatus, quo nihil in quoque genere poteſt eſſe prestantius.*

5. Poëtæ autem cum adeſt Pronomen Suus, liberiores ſunt. Virgil. lib: 6. Æn. *Quiſque ſuos patimur manes.*

Ut Quiſque, cum duobus Superlativis.

6. Sæpè Quiſque cum duobus Superlativis copulatur. Cicer. de Sen. *Optimus quiſque æquiſſimo animo moritur.* [De allervroomſte Menſch ſterft met het allerbeſadigſte hart: vel, hoe vromer ymand is, ſoo veel liever ſterft hy] Idem 1. de Fin. *Optimum quodque rariſſimum eſt.* Idem ad Q. Fr. lib. 1. epiſt: 1. *Ut quiſque eſt vir optimus: ita difficillimè alios eſſe improbos ſuſpicatur.* Idem 1. de Orat. *Ut quiſque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem timet.* [Hoe redenrijker imand is, ſo veel te verlegender is hy om te redeneren.]

Admonitio.

7. Cùm antecedit Ut quiſque cum ſuo Superlativo, comparativus ſine vitio ſubjici non poteſt, ſed alterum per ſuperlativum reddi oportet. Quod ſi antecedit Quo Quiſque, tum verè comparativus geminatur. Cic. pro Roſc. Com. *Quo quiſque eſt ingenioſior, hoc docet laborioſius.* Verum id rarum admodùm eſt, contraque ut quiſque cum gemino ſuperlativo, uſitatiſſimum.

D. * Quisquis, pro Quicunque. Auſon. *Pareto legi, quiſque legem ſanxeris.* Scal. II. Lect. Auſ 2. Palm. Spicil. 8. Sueton. cap: 14. Vitell. *Pronu ad cujuſque & quacunque de cauſa necem atque ſupplicium.*

Quotuſquiſque.

8. Quotuſquiſque reſpicit illum numerum Decimus quiſque, Centeſimus quiſque, &c. Cic 1. de Nat. Deor. *Quotuſquiſque enim formoſus eſt?* Id

Id:pro Planc. *Quotus enim quiſque diſertus ? quotuſquiſque jure peritus?* Id. pro Flac. *Quotuſquiſque enim eſt, qui hanc in Republ. ſectam ſequatur?* Idem Tuſc: 2. *Quotus enim quiſque Philoſophorum invenitur, qui ſit ita moratus, ut ratio poſtulat?* Id. 2. de Div. *Quota enim quæque res evenit prædicta ab iſtis?*

Decimus quiſque, &c. Een van tienen, een van honderd. of den thienden man &c.

9. Decimus quiſque, eſt unus è decem, centeſimus quiſque, Unus è centum. Liv. libro 2. *Cætera multitudo ſorte decimus quiſque ad ſupplicium lecti.*

** De Adverbio QUONDAM!*

* Quondam cùm ad tempus præteritum refertur, ſignificat olim, [Voor deſen. wel eer.] Cic. 1. de Orat. p. 100. *Omnia ferè, quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerunt.*

* Aliàs deſignat aliquando: [Eens, of. oyt en oyt.] Sueton. cap: 24. Jul. *Adeò ut Senatus quondam Legatos mittendos decreverit.* Et c: 7. Domit. *Ad ſummam quondam ubertatem vini edixit, ne quis, &c.*

D. * Præſenti verò tempori junctum denotat interdum, aut incertum quodcunque tempus, Virg: II. Æn. v. 367. *Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.* [Somtijts, by wijlen altemets.] Idem III. Georg. v. 99 *Ut quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis incaſſum furit.*

De Pronomine QUOT & QUOTUS.

Cap. CLIX.

1. Quot refertur ad numerum, cui reſpondet Tot. vel Totidem. Cicero de Orat. *Ut quot oratores, totidem reperiantur genera dicendi.* Quotus ad numerum ordinandi, primus, ſecundus, tertius. Hor. epiſt: 5. *Tu quotus eſſe velis, reſcribe* [Schrijft maar de hoeveelde gy zijn wilt.] Id eſt, tertius, an quartus conviva. Idem 2. Ser. Sat. 6. *Hora quota eſt?* Ovid: 2. de Pont. eleg. 10. *Qui quota terroris pars ſolet eſſe mei?* Id eſt, vix milleſima pars. Cicero 5. Verr. *Quotus erit iſte denarius, qui non ſic deferendus?* Id eſt, Vix centeſimus. Plerumque autem. Quotus apud Ciceronem aſſumit Quiſque, ut ſit Quotuſquiſque.

* Ut QUOT ANNIS eſt ſingulis annis [Jaarlijks:] ita & *quot menſibus, quot diebus*, & ſimilia dicebant veteres, pro Singulis menſibus & diebus: [Maandelijk, of alle maanden. dagglijks, of dag voor dag.] Quod inſcitè reprehendit Valla VI. Eleg. 60. Uti docet Alciat. lib: IV. de Verb. ſignif. Taubm. ad Plaut. pag. 1295. Dicebant & *quotquotannis, quotquot menſibus*, quod plenius eſt, Taubm. d. l. Victor. IX. Var. Lect. 23. Apulejum & *quot dies* pro quotidiè dixiſſe invenio. lib. XI. Metam. *Sedulum quot dies obibam culturæ ſacrorum miniſterium.*

P. * Quorquot eſt Quotcunque. Cicer. II. de II. de Inv. *Si duæ leges, ſi plures, aut quotquot erunt.* of daar mogender ſo veel zijn, als'er wille.]

* Quotus pro Quot. Martial. *Dic quotus es?* pro: quot eſtis? [Segt met uw hoe velen zijt gy?] Vall. 1. Eleg. 14. Atque ſic illud quoque Horatii commodiùs exponetur: *Tu quotus eſſe velis reſcribe.* [Laat my weten, met u hoevelen gy zijn wild.]

De Adverbiis QUOTIES, ET QUOTIESCUNQUE.

Cap. CLX.

Quoties, Toties, Quotieſcunque.

1. Quoties eſt, quod Barbari dicunt. Quot vicibus, & refertur ad Toties. Cic: lib. de Orat. *Quoties dicitur, toties de nobis judicatur.* Idem Att. libr. 1. epiſtol. 12. *Quoties patriam videret, toties ſe beneficium meum videre, &c.* Interdum aſſumit Cumque, Cic: pro Cluen. *Quotieſcunque dico, toties mihi videor in judicium venire non ingenii modò, ſed etiam virtutis:* Idem 2. de Ora. *Quin prodis mi Spuri, ut quotieſcunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem?*

Quoties & Quotieſcunque abſolutè. Hoe menigmaal? ſoo dikwils als.

2. Interdum abſolutè ponitur. Cic: 1 Catil.

Quoties jam, quoties tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? Cæſar.l:5.de bell. Gall. *Quoties quæque cohors percurrebat: ab ea parte magnus hoſtium numerus cadebat.* Idem pro Sext. *Quotieſcunque me viderit, ingemiſcet.* Ubi Toties intelligitur.

De Adverbio QUOTIDIE.

Cap. CLXI.

1. QUotidie eſt ſingulis diebus. Cic.lib:1.de Fin. *Quotidiè inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamus.*

Quotidiè magis. Quotidiè plus.

2. Quotidiè magis, Quotidiè plus, idem quod in dies magis. Cic.lib.6. *Me quotidiè Cæſar magis amplectitur.* Idem 1. Phil. *Quotidiè magis magiſque perditi homines tectis, ac templis urbis minarentur.* Idem 4. de Fin. *Alter valet quotidiè plus, alter videt.* Idem ad Q. Fr. lib: 3. *Quod ſcribis te à Cæſare quotidiè plus diligi, immortaliter gaudeo.*

Quotidie cum aliis comparativis.

3. Jungitur etiam cum aliis comparativis. Cic: Att.lib.5. *Quotidiè vel potiùs in ſingulos dies, breviores ad te litteras mitto.* ['k Schrijf daaglijks, of, om beter te ſeggen, van dag tot dag korter Brieven aan u.] Id. l. 6. epiſt. *Sed hoc intelligimus eum quotidiè remiſſius & placatiùs ferre.*

De Adverbio QUOUSQUE.

Cap. CLXII.

1. QUouſque non ſolùm ad locum, ſed ſæpiùs ad tempus refertur. Cicero. *Quouſque tandem abutêre Catilina patientia noſtra?* [Hoe lang ſult gy ons geduld nog misbruyken?] Idem Att. lib. 15. *Quouſque inquies? quoad erit integrum.* Id. lib. 1. de Nat. Deor. *Quouſque ludis?* Idem pro Planc. *Quouſque dicis Nihil, &c.*

DE RELIQUUM EST, & RESTAT.

Cap. CLXIII.

Reliquum eſt ut, Reliquum eſt ne.

1. REliquum eſt idem eſt, quod Reſtat, ſed Reſtat, cum Ut, jungitur; Reliquum eſt, etiam cum ne. Cic: 2. Acad. *Reſtat ut reſpondeam, qui, &c.* Idem ad Q.Fr.lib:1.ep:1. *Reliquum eſt, ut te orem, ut &c.* Idem lib: 9. ep.16. *Reliquum eſt, ne quid ſtultè, ne quid temerè dicam contra potentes.*

Reliquum eſt, abſolutè.

2. Interdum etiam abſolutè ponitur. Cic. l: 14. epiſt. *Reliquum eſt, quod ipſi optimè conſiderabitis, veſtri ſimiles fœminæ ſint ne Romæ.*

3. Nonnunquam Relinquitur pro reliquum eſt uſurpatur. Cicero pro Flac. *Relinquitur illud, quod vociferari non deſtitit, non debuiſſe &c.*

Quod reliquum eſt, De reliquo.

4. Quod reliquum eſt Idem eſt, quod De reliquo. Cicer. lib.10. epiſt:11. *Quod reliquum eſt, munus tuum tuere.* Idem lib: 13. Epiſt. 20. *Quod reliquum eſt, velim augeas tua in eum beneficia.* [Wat het vordere belangd, vel, voort.] Id.lib. 13. ep. penult. *De reliquo, ſi dignum eum tua amicitia, hoſpitioque cognoveris, peto, ut eum complectare.* [Voorts, of, voor de reſt]

De Adverbio SATIS.

Cap. CLXIV.

Satis abſolutè.

1. SAtis non eſt idem quod Valdè, ſed quod Sat eſt, & ſufficit. Cic.in Orat. *Animo iſtu ſatis eſt, auribus non eſt ſatis.* Id: 1. Phil. *Mih ferè ſatis eſt, quod vixi, vel ad ætatem, vel ad gloriam.* Idem lib. 4. *Satis de rebus noſtris, vel etian nimium multa.*

Satis

Satis, cum nominibus.

2. Sæpè cum nominibus jungitur. Cicer. in Brut. *Cum Latinis litteris, tum Græcis ſatis eruditus.* [Niet alleen genoeg in't Latijn, maar ook, in't Griex, genoeg onderwefen.] Id: 3. Off. *Homo nec infacetus, & ſatis litteratus.* Id. lib. 6. ep. *Satis multa vel plura potius, quàm neceſſe fuit.* Id: 1. Off. *Negabat ullam ſatis magnam eſſe ei, qui in Rep. princeps vellet eſſe.* [Hy ſeyde rond uyt, dat al wie in't gemeene beſt gaarne de Grootmeeſter wilde ſpelen, noyt gelden genoeg konde hebben.]

3. Interdum tanquam nomen neutrius generis genitivum aſſumit. Unde illa: Satis erit ſigni: Satis temporis non habui: Satis ingenii: Satis doctrinæ.

Satis, cum verbis, & Adverbiis.

4. Sæpè etiam cum verbis, & adverbiis copulatur. Cic. Att. l. 10. *Satis mirari non queo hominis negligentiam.* Idem lib: 12. epiſt. *Non ſatis occurrit, quod ſcribam.* Idem 2. Acad. *Non ſatis intelligebam.* [Ik verſtond het niet al te wel.] Id: lib. 1. de Nat. Deor. *Sed cum agellus eum non ſatis aleret, ut opinor, ludimagiſter fuit.* [Maar wanneer ſijn Ackertje hem niet genoeg voeden konde, is hy, ſo ik geloof, een ſchoolmeeſter geworden.] Id: pro Roſc. Am. *Quem pro dignitate ne laudare quidem quiſquam ſatis commodè poſſet.* [Den welken niemand na zijn fatſoen, bequaam genoeg prijſen konde.]

S. D.* SATIS. CUR. Liv. l. 2. *Id ſatis conſuli viſum, cur pro victo relinqueret hoſtem.* Ellipſis eſt nominis cauſæ: [Dit dagt hem rede genoeg.]

Satis ſuperque.

5. Satis ſuperque, eſt ſatis, & pluſquàm ſatis Cic: 1. de Nat. Deor. *Contra Epicurum ſatis ſuperque dictum eſt.* [Daar is meer als genoeg tegen hem geſegt.] Id. pro Roſc. Am. *Satis ſuperque habeo, quod mihi dederis, &c.* [Ik heb meer als te veel.] Id: l: de Orat. *Satis ſuperque prudentes ſunt, qui &c.* Id: 1. de Orat. *Mihi videtur ſatis ſuperque iſtorum ſtudio, ſi modò ſunt ſtudioſi, eſſe factum.*

De Adverbio SCILICET.

CAP. CLXV.

1. SCilicet dictum quaſi Scire licet. Uſurpatur pro Certè, aut Videlicet. [Ja ſeker. dat verſtaat ſig. dat's wel te denken. by voorbeeld] Cic. lib: 16. epiſt: 10. *Scilicet id agitur utrum hac petitione, an proximà, Prætor fias.* Id: pro Mil. *Me ſcilicet latronem, ac ſicarium abjecti homines ac perditi deſignabant.* Idem Attic. lib: 4. epiſt. 75. *Si jaceo oppreſſus, & captus, quo dolore eſſe debent pro ſe ſcilicet.*

Scilicet, per Ironiam.

2. Non rarò uſurpatur per Ironiam. Cic: pro Rab. Per. *Scilicet tibi graviorem dolorem patrui tui mors attulit, quam C. Graccho fratris.* Id: 4. Verr. *Conſumetur, inquis, ſcilicet conſumetur legitimum illud quinquennium.* Id: Attic. lib: 15. ex Teren: *Id populus curat ſcilicet.* [Trouwens. wel wis. wel voorſeker. Gelooft gy 't wel, dat het volk daar wat om geeft?]

De Adverbio SECUS.

CAP. CLXVI.

1. SEcus idem eſt, quod Aliter. Cic. in Brut. *Nemo dicet ſecus.* Id. lib: 6. epiſt: 4. *Etſi nonnullis idem videatur ſecus.*

Secus, pro malè, 't Onregt. qualijk.

2. Interdum negandi vim habet. Cic: in Piſc: *Rectè an ſecus, nihil ad nos.* [of't wel of qualijk is, daar geven wy niet om.] Id: poſt red: *Nobis aliter videtur, rectè ſecuſne, &c.* Id: Att: l: 1. ep: pen: *Affirmat à ſe nihil cuiquam de te ſecus eſſe dictum.* Id: lib: 3. epiſt: *De tuo in me animo, inquis, ſecus exiſtimandi videris iis nonnihil loci dediſſe.*

Secus ac, ac ſi, atque, quam.

3. Sæpè adſciſcit Ac, Ac ſi, Atque. Quam. Cic. pro Plan. *Cujus ego ſalutem non ſecus ac nos tueri debeo.* Id: pro Mur: *Non ſecus ac ſi meus eſſet frater.* [Al even eens, als of hy mijn eyge vleeſſelijke Broeder was.] Idem in Orat: *Sed ſi aliquandò ſecus, atque in tradenda arte dici ſolet.*

 Idem

Idem Attic. lib:6. epiſt:2. *Mihi autem erit maximæ curæ, ne quid fiat ſecus, quàm volumus.* Idem in Orat. *Ab his non multò ſecus, quàm à Poëtis hæc eloquentia, quam quærimus, revocanda eſt.*

Admonitio.

4. Non ſecus ac, uſurpatur inſequente conſonante. Non ſecus atque, inſequente vocali, Non ſecus quam, cum inſequente conſonante, tum inſequente vocali. Lege Ac & Atque.

De Præpoſitione SECUNDUM.

CAP. CLXVII.

1. PRæpoſitio Secundum, à Secus, vel Sequor ducta eſt. Eſt autem propter. Cic. Att. lib. 16. *An iret ad tres legiones Macedonicus, quæ iter ſecundum mare ſuperum faciunt.* [Die haar reys nemen langs, of beneven &c.] Idem Att. lib: 8. *Etſi ſecundum mare ad me ire cœpiſſet, confeſtim in Samnium ad me venturum.*

Secundum, pro Poſt.

2. Plerumque pro Poſt uſurpatur. Cic. Att. libr: 3. *Spem oſtendis ſecundum comitia.* [Even na den Rijxdag.] Idem 1. de Orat. *Sed opinor ſecundùm hunc diem.* [Na deſen dag.] Idem in Vatin. *Secundum ea quæro, ſervariſne in eo fidem.* [Daar na, of na deſen, vraag ik of &c.] Idem 3. Verr. *Tua ratio eſt, ut ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias: mea, ut ante primos ludos compaream.*

Secundùm, pro ſecundo loco.

3. Sæpè Secundùm uſurpatur pro Pòſt id eſt. ſecundo loco. Cic: in Orat. *In actione ſecundùm vocem vultus valet.* Id eſt, primas vox tenet, ſecundas vultus. ['t Weſen vermag na de ſtem. of, de ſtem is't voornaamſte, daar na't aangeſigt.] Id: 2. Offic. *Secundùm Deum homines hominibus utiles eſſe.* [Naaſt God.] Idem Acad: 1. *Quibus ille ſecundum fratrem plurimum tribuebat.* Id. Att. lib. 12. *Secundum te nihil eſt mihi amicius ſolitudine.* [Beneffens, of, naaſt u, is my niets ſoo aangenaam als de eenſaamheyd.]

* SECUNDUM in hujuſmodi formulis declarat PRO: *Secundùm aliquem judicare, litem ſeu judicium dare:* [Ymand de ſaak toewijſen.] *Secundùm cauſam alicujus diſputare.* Vall. *II.* Eleg. 46. Linac. l: *I.* p: 72. Schor. in Phraſ. & Schopp. in Obſerv. Sic *judicare ſecundùm abſentem pro præſente*, eſt judicare pro abſente, ac ſi præſens eſſet. Hadrian.

* SECUNDUM pro IN. Vall. & Lin. d. l. Cic. *II.* de Divin. pag. 136. *Secundùm quietem viſus ei dicitur Draco;* pro, *in quiete,* quod alibi dixerat, l. de Div p. 91. [In den ſlaap. in een droom.] Tacitus IV. Hiſt. ubi de Serapide. Val. Max. l. 7. Macrob: I. Sat. 11. & Lactant. *II.* 8. in hiſtoriâ Atinii ſeu Annii, Ammian. lib: 31. non longè ab initio, aliique, *per quietem* dixerunt.

De Conjunctione SI.

CAP. CLXVIII.

1. COnjunctio Si, ut à vulgato uſu diſcedamus, interdum uſurpatur pro Quandoquidem. Terent. Andr. *Si te in germani fratris dilexi loco.* Virgil: 6. Æn. *Si fratrem Pollux alterna morte redemit.* Cicer 1. Phil. *Si illuſtrantur, ſi erumpunt omnia.* [Nadien. vermits. nademaal.]

Si pro An.

1. Si pro An rarum eſt. Cic. l: 2. de Orat. *Vide inquit, Scaure, mortuus rapitur, ſi potes eſſe poſſeſſor.* Idem 2. de Div. *Dicito, ſi paſcuntur aves.*

Admonitio.

3. Velim ſcire, Neſcio, Haud ſcio, Quæro, Dubito & alia ejuſmodi, niſi præcedat negatio pro Si, requirunt, An, Ne, Utrum, Numquid. Cicer. 3. epiſt. *Neſcio, an ignoſcendum ſit huic.* Id. 5. de Fin. *Quod haud ſcio an rectè dixerim.* Id: l. 9. epiſt. *Illud verò te putabat eſſe quæſiturum, unum cœlum eſſet, an innumerabilia?* Idem l: 5. epiſt: 6. *Dubito Romæne ſis, an jam profectus.* Lege utrum, & num, & quin.

Si poſtpoſitum.

4. Si eleganter, Pronominibus præcipuè, poſtponitur. Cic. Orat. *Hoc nos ſi facere velimus.* Id. l. 7. *Tantum moneo, hoc ſi amiſeris, te eſſe nullum unquam reperturum.* Id: lib. 14. epiſt. *Nos quotidiè tabellarios veſtros expectamus; qui ſi venerint, fortaſſe erimus*

erimus certiores, quid nobis faciendum ſit. Idem pro Quinct. *Pecuniam ſi cupiam ademit.*

Si, pro etiam ſi.

5. Interdum pro Etiamſi. Ter. Eun. *Redeam? non, ſi me obſecret.* Plaut. Mer. *Decem ſi vocaſſet ad cœnam ſummos viros, nimium obſonavit.* Cicer. pro Quinct. *Et me hercule, ſi nihil diceret, tanto officio me moveret.*

D.* Si, Idem quod O SI, pro utinam, optantis eſt: εἴθε. Virg: VI. Æn: v. 187. *Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat nemore in tanto:* Potan. ibi.

D.* SI pro SIVE. Plaut. Curc. A. 1. ſc: 1. *Si media nox eſt ſive eſt prima veſpera.* Ita in illâ formulâ precum & ſacrorum, quæ ignoto numini fiebat: *Si DEO, ſi Deæ:* apud. Gell: II. 28. ad H. Steph. Taubm. ad Plaut pag. 307. 908. 1242. Briſſon. I. form. p. 54.

Si, cum Tamen, vel Profectò, Verò, Certè.

6. Nonnunquam adſciſcit Tamen, vel Profectò, aut aliquid ejuſmodi. Cic. de Sen. *Quæ ſi exequi nequirem; tamen me lectulus oblectaret meus, ea ipſa cogitantem.* Idem de Univ. *Atqui ſi pulcher eſt hic mundus, ſi probus, artifex; profectò ſpeciem æternitatis imitari voluit.* Id. lib. 7. epiſt. 33. *Quod ſi ut volumus, exceperimus, ego verò, &c.* Id. Att. lib. 2. epiſt. 5 6. *Si ulla res eſt, quæ bonorum animos vehementius poſſit intendere; hæc certè eſt.* [So der yets is, dat der eerlijke luyden gemoederen kan heviger aanſetten, ſoo is 't ſekerlijk deſe.]

Si minus, cum At, Tamen, Attamen, Certè.

7. Si minus pro Si non, jungi ſolet cum At. Tamen, Attamen, Certè. Cic: 7. Verr. *Si minus ſupplicio affici, at cuſtodiri oportebat.* [So men hem al niet had willen Regten, ſoo behoorde men hem ten minſten vaſt geſet hebben.] Idem pro Cluen. *Non timuiſti ſi minus vim Deorum, hominumque famam, at illam ipſam noctem.* Idem lib. 9. epiſt. 17. *Si minus contigerit: tamen non poſſum eum non diligere.* Idem lib: 2. epiſt. 5. *Noſtram ſuffragationem ſi minus potentem, at probatam tamen, &c.*

P.* Idem 2. ad Att. *Si minus proficio, ſimulationi certè facio ſatis.*

Si minus abſolutè.

8. Si minus interdum ſubjicitur, abſolutèque ponitur. Cic. pro Syl. *Conceditis, ut nobis libertatem retinere liceat, ſi minus liceat dignitatem.* Idem Attic. lib. 15. *Si hortos inſpexeris; dederis mihi quod ad te ſcribam: ſi minus, ſcribam tamen aliquid.* [Dog by aldien niet, ſal ik egter yets ſchrijven.]

Si non, pro Si minus.

9. Si non, pro Si minus barbarum non eſt, ſi rectè adhibeatur. Cic. Att. l: 1. epiſt. 14. *Ut qui nummos ex tribu pronunciaverit, ſi non dederit, impune ſit.* Id. l. 16. ep. 24. *A flamma ſi non potes omne, partem aliquam velim extorqueas.* Id: 2. de Orat. *Is magnus eſt Orator, ſi non maximus.*

Si non, At, Attamen, Certè, At certè, At ſaltem.

10. Si non, pro ſi minus, aſſumit, At, Attamen, Certè, At certè, At ſaltem. Cic. l. 6. ep. 27. *Eorum deſiderium ſi non æquo animo, at forti feras.* Idem lib. 9. ep. 6. *Cum ſpe, ſi non optima, at aliqua tamen vivere.* Id. 2. de Orat. *Quæ imitari, atque exprimere non poſſumus; attamen qualis eſſe debeat, poterimus fortaſſe dicere.* Id: Att. l: 3. ep. 15. *Si non plus ingenio valebas, quàm ego, certè timebas minus.* Id: l: 15. ep: 15. *Putamus, ſi non totam cauſam, at certè noſtrum judicium definiri.* Id: lib: 9. ep. 8 *Utinam aliquo, ſi non bono, ac ſaltem certo ſtatu civitatis hæc inter nos ſtudia exercere poſſumus.* [is't juyſt in geen goeden ten minſten in een veyligen ſtaat &c.]

Admonitio.

11. Cum ſequitur, At, Certè, vel aliquid ejuſmodi, non uſurpatur Niſi, ſed Si non, vel ſi minus.

Si maximè concedentis.

12. Si maximè concedentis eſt. Cic: 4. Verr. *Neque enim ſi maximè ſtatuæ dejectæ eſſent, eas ego poſſem vobis jacentes oſtendere.* [So de beelden nu al tegen de grond geworpen waren.] Id. pro Quinct. *Si maximè velim.* [Of ik 't nu al nog ſoo ſeer wilde.]

D. * SI FORTE genus loquendi Græcum εἰ τύχοι. Cic. pro Mil. *Hoccine vir patriæ natus uſquam*

uſquam niſi in patriam orietur, aut, ſi fortè, pro patriâ? Muret: *XVI.* Varr: Lect: 9.

Si nihil aliud, pro, Si non aliud.

13. Si nihil aliud, pro Si non aliud, dici ſolet. Cic: 3 Verr: *His venit, in judicium, ſi nihil aliud, ſaltem ut, &c.*

Si quiſquam, profectò.

14. Si quiſquam, adſciſcit, Profectò, aut aliquid ejuſmodi. Cic: l: 15. ep: 4. *Si quiſquam fuit unquam remotus, &c. ego profectò is ſum.*

Si quæris.

15. Si quæris, uſurpari ſolet in iis rebus, quas ſcire, ad eum, qui cum agimus, non magnoperè pertineat. Cic: 3. Off: *Ea res, ſi quæris, magno ei honori fuit.* [Die ſaak, ſoo gy 't dog wilt weten, ſtrekte hem tot groote eere.] Idem lib: 7. ep: 1. *Omninò, ſi quæris, ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi.*

Siquidem, pro Quandoquidem.

16. Siquidem idem eſt quod Quandoquidem. Cic: 1. Tuſc. *Antiquiſſimum è doctis genus ſit Poëtarum; ſiquidem Homerus fuit & Heſiodus ante Romam conditam.* Id: lib: 9. ep: 12. *Gratulor Bajis noſtris, ſi quidem, ut ſcribis ſalubres repentè factæ ſunt.*

Si quidem, pro Si tamen.

17. Aliàs diſtrahitur, & ſignificat Si tamen. Cic: pro Flac. *O morem præclarum, quem à majoribus accepimus: ſi quidem eum teneremus.* [O wat een heerlijken gebruyk, ſoo wy die maar onderhielden.] Idem Catil: 1. *O fortunatam Rempubl. ſi quidem hanc ſentinam ejecerit.*

Si Diis placet, Indignantis.

18. Si Diis placet indignantis eſt. Cic: 3. de Orat. *Etiam Latini (Si Diis placet) hoc biennio dicendi magiſtri extiterunt.* [(By der gratien) met verlof.] Idem 3. Tuſc. *Qua gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, ſi Diis placet, videtur ſemper ſapiens beatus.* Idem pro Flac. *Nimiæ pietatis, & ſummi amoris in patriam nos pœnas, ſi Diis placet, ſufferamus.*

D. P.* Si in ἐλλείψει, Weitz. ad Ter. p: 618. 656. Terent: Eun. A: 2. ſc. 2. *Negat quis nego.* Virg. *VI.* Æn: v. 30. *Tu quoque magnam Partem opere in tanto, ſineret dolor, Icare, haberes,* pro, ſi ſineret. Lin: l: *VI.* p. 429. Lege, Abſque eo eſſet.

Sin, pro Sed ſi.

19. Sin eſt Sed ſi, & ſæpe ponitur poſt Si. Cic. l: 7. epiſt: *Si planè à nobis deficis, moleſtè fero; ſin Panſæ aſſentari commodum eſt, ignoſco.* Id: Att. lib: 5. *Tu, ſi modò es Romæ, vix enim puto: ſin es, hoc vehementer animadvertas velim.*

Sin autem, Sin minus, Sin aliter.

20. Sin, cum ſubjicitur, ſæpè adſciſcit Autem, interdum Minus, aut Aliter. Cic: Att: l: 10. ep. *Si vir eſſe volet, præclara Synodia: ſin autem: erimus nos, qui ſolemus.* Id: l: 11. epiſt. 14. *Si ita eſt: omnia faciliora: ſin aliter magnum negotium.* Id: ad Quinct. Frat. l: 2. epiſt: 10. *Si perficiunt, optimè; ſin minus; ad noſtrum Jovem revertamur.*

De Conjunctionibus SIVE, & SEU.

CAP. CLXIX.

Sive, ſemel poſitum.

1. SIve ex Si, & Ve, enclitica conflatum, interdum ſemel ponitur. Cic: Att: l. *Nihil perturbatius hoc ab urbe diſceſſu, ſive turpiſſima fuga.* Idem ad Qu. Fr. lib: 1. epiſt: 1. *Contraque te erigas, ac reſiſtas, ſive etiam obſiſtas negotiis.*

Sive, bis, & ſæpiùs iteratum.

2. Aliàs bis, & ſæpiùs iteratur. Cic: de Sen. *Venio ad comitia ſive magiſtratuum, ſive legum placet.* Idem 3. de Leg. *Illo loco uti libenter ſoleo, ſive quid mecum cogito, ſive aliquid ſcribo.* Id: ad Q. Fr. l. 1. *Sive tua natura paulò acrior, ſive quædam dulcedo iracundiæ, ſive dicendi ſales voluiſſent.*

Sive, ſive non.

3. Cic: lib: 11. ep. *Sive referent ad me, ſive non me*

mea tamen tibi benevolentia fideſque præſtabitur. Idem de Fat. *Sive adhibueris medicum, ſive non adhibueris, non convaleſces.*

D. * SIVE, pro VEL SI. Lin.lib.II.p.1348. Ter. Andr. Act. 1. ſc. 2. *Dehinc poſtulo, ſive æquum eſt, te oro.*

* SIVE omittitur in his: vel nolis: Scias neſcias. Linac. lib. VI. pag. 415. [Gy moogt het willen weten of niet. vel, of gy 't weten wild of niet.] Lege &: Utrum ſuppreſſum, pag:451.

Seu iteratum.

4. Seu, ex Sive contractum eſt: ac ſæpè iteratur. Cic. pro Qu. *Quemadmodum ſolent homines nobiles, ſeu rectè, ſeu perperam facere cœperunt, ita in utrõque excellunt.*

Seu, cum ſive.

5. Miſcetur interdum cum ſive. Cæſ. l:2. de bel. civ. *Seu verè, quam habuerunt opinionem proferunt, ſive etiam auribus Vari ſerviunt.* Plaut. Stich. *Sive ego taceo, ſeu loquor, ſcio ſcire te.*

S.D. * SEU AUT. Virg:VII. Æn. v. 684.
Ac veluti montis ſaxum de vertice præceps
Cum ruit avulſum vento, ſeu turbidus imber
Proluit, aut annis ſolvit ſublapſa vetuſtas.
Cerda ibid.

Seu, ſemel poſitum.

6. Interdum ſemel ponitur. Cic. pro Quin. *O fortunatum hominem, qui hujuſmodi nuntius, ſeu potius pegaſos habet.*

De Adverbio SIC & SICUT.

CAP. CLXX.

Sic ut, ſimilitudinis.

1. SIc ut, ſæpè ſimilitudinem declarat. Cic. l: 13. ep: 1. *Pomponium ſic amo, ut alterum fratrem.* Id. lib: 5. ep: 18. *Ego tuam, Brute, rem ſic ago, ut ipſe non ageres.*

Sic ut ſi. Sic quaſi. Sic tanquam.

2. Cicer. lib: 2. epiſt: 4. *Ejus negotium ſic velim cures, ut ſi res eſſet tua.* [Even als waar 't uw eygen ſaak.] Idem de Sen. *Quas quidem ſic avidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.* Idem epiſt. *Apud eum ſic fui, tanquam domi meæ.* [Ik ben tot ſijnen 't alſoo vry als in mijn eygen huys geweeſt.]

Sic ut, pro Adeò ut.

3. Alià Sic ut, eſt Adeò ut. Cic. 1. de Nat. Deor. *Multas gentes ſic immanitate efferatas, ut, &c.* Idem lib: 7. epiſt: 31. *Id mihi ſic erit gratum, ut gratius eſſe nihil poſſit.* [Dat ſal my ſoo aangenaam ſijn, als eenig ding ter wereld weſen kan.] Idem lib: 13. ep: 1. *Sic à me contendit, ut nihil unquam magis.* [Hy houd by my ſoo hevig aan als hy te voren noyt gedaan heeft.]

Sic quemadmodum, pro Ita uti: Sic, ne; Sic, ut ne quidem.

4. Cicer. poſt red. ad Quir. *Sic ulciſcar ſingula genera, quemadmodum à quibuſque ſum provocatus.* Columell. 1. de re ruſtic. cap: 6. *Stabula ſic ordinentur, ne quis humor influere poſſit.* Cic. pro Quinct. *Quem tu à puero ſic inſtituiſti, ut nobili, ne gladiatori quidem cederet.*

Sic, Secus; pro Ita, aliter.

5. Sic, cum Secus interdum jungitur. Cic: l: 1. de Leg. *Illa quæ aliis ſic, aliis ſecus nec ſemper uno modo facta videntur, ficta eſſe dicimus.*

Sic ſum, pro ita factus ſum.

6. Sic ſum, pro Sic factus ſum, eleganter dicitur. Ter. Phorm. *Sic ſum, ſi placeo, utere.* [Ik ben ſoo gemaakt, ik moet ſoo verſleten worden. of. Dat's mijn mode ſoo.] Plaut. Aul. *Quid tu vis? ſic ſum ut vides.* Huc ſpectant illa. Ter. Phor. *Sic eſt ingenium.* Pro hujuſmodi. [Soo is hy van humeur.] Cic. pro Roſc. Com. *Sic eſt vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat.* Idem pro Roſc. Com. *Sic vita hominum eſt, ut ad maleficium, &c.* [Dat is ſoo de ſwier der Menſchen. of. de luyden ſijn althans ſoo.]

D. * Sic etiam precibus & votis inſervit. Solebant enim petentes, ut faciliùs impetrarent, ea optare, quæ ſcirent illi, quem precabantur, eſſe gratiſſima, ductu auſpicioque voculæ

SIC. Tib. II. Eleg: 5. *Annue, ſic tibi ſint intonſi, Phœbe, capilli! Sic tua perpetuò ſit tibi caſta ſoror!* Briſſon. I. form. p. 75. Virg. Eccl. 9. *Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos! Sic cytiſo paſtæ diſtentent ubera vaccæ! Incipe ſi quid habet.* Pontan. & Cerda ibi.

* Aliàs extenuationi Terent. Phorm. A. 1. ſc. 2. *Sic tenuiter.* [Soo wat heen. ſoo ſlegt als 't dient. of 't mogt wel beter zijn.]

Sicut ita. Sicut, item. Sicut ſic.

7. Sicut, etſi conflatum eſt ex Sic, & Ut, uſurpatur interdum pro ſimplici Ut, & adſciſcit, Ita, Item, ſic. Cic. pro Mil. *Hæc ſicut expoſui, ita geſta ſunt.* Id. pro Quin. *Sicut tu ſemper ſummò concupiſti, item volebat Alphenus.* Id pro Cluen. init. *Sicut aliis in locis parum firmamenti, & parum virium veritas habet: ſic in hoc loco falſa invidia imbecilla eſſe debet.*

Admonitio.

8. Frequentiùs tamen cum ſimilitudo ſignificatur, uſurpatur ſimplex particula, Ut, ſequente, ita, Sic, Item, &c. Cic: 2. Phil. *Ut in ſeminibus cauſa eſt arborum, & ſtirpium, ſic hujus luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti.* Idem *Ut ſementem feceris, ita & metes.* Idem de Sen. *Ut enim infirmitas puerorum eſt, &c. ſic ſenectutis maturitas naturale quiddam habet.* Vide, Ut pro Quemadmodum.

Non ſicut, ſed ut.

9. Cic. de Am. *Non ſicut vulgus, ſed ut eruditi ſolent appellare ſapientem.*

Sicut, abſolutè.

10. Interdum Sicut abſolutè ponitur. Cic. ad Q. Fr. lib: 1. ep. 1. *Cum jam tibi Aſia, ſicut unicuique ſua domus, nota eſſe debeat.*

De Nomine, SIMILIS, & Adverbio SIMILITER.

CAP. CLXXI.

1. Similis, ſæpè quidem jungitur genitivo, vel dativo caſui, ut paſſim exempla declarant. Non rarò tamen copulatur cum Ac, Atque Ut, Tanquam. Cic: 4. de Fin. *Nec ſi ille ſapiens ad tortoris equuleum à Tyranno cogatur, ſimilem habeat vultum, ac ſi ampullam perdidiſſet.* Id. l: 1. de Fin. *Itaque & ſimilis finis erit boni, atque antea fuerat.* Idem de Sen. *Similes ſunt, ut ſi qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant.* Idem 2. de Div. *Similes ſunt Dii, ſi &c. tanquam ſi Pœni in Senatu noſtro ſine interprete loquerentur.*

Similiter ac, atque, ut.

2. Similiter quoque jungitur cum Ac, Atque, Ut. Cic: 3. de Nat. Deorum. *Similiter facis, ac ſi me roges, cur te duobus contuear oculis.* ['t Is al even eens, als of gy my vraagde &c.] Idem 1. Philip. *Neque verò illum ſimiliter, atque ipſe eram, commotum eſſe vidi.* Idem l: 1. Offic. *Similiter facere eos, qui inter ſe contenderent, ut ſi nautæ inter ſe certarent, quis eorum potiſſimum navim gubernaret.*

Similiter, abſolutè, pro item.

3. Rarò abſolutè ponitur, pro item, aut Eodem modo. Cicer: lib. 2. de Nat. Deor. *Similiter effici poteſt, ſapientem eſſe Mundum, ſimiliter beatum, ſimiliter æternum.* Idem 1. de Orat. *Similiter petes è Craſſo, ut &c.* Id. pro Leg. Man. *Ita reputo, à nemine iſtorum ex hoc loco ſimiliter eſſe laudatum.* [Ik hou het daar voor, dat hy van niemand van haar van deze plaats op gelijke wijſe is gepreſen.]

De Adverbio SIMUL.

CAP. CLXXII.

1. Simul idem eſt quod Una, aut Pariter. Cic. Att: lib. *Propter propinquitatem, totos dies ſimul eramus:* Idem 3. de Orat. *Et cum Rep: pariter vixiſſe, & cum ea ſimul extinctum eſſe.*

Simul cum.

2. Sæpiſſimè aſſumit Cum. Cicero 5. Tuſc. *Quod ſi cui ſimul animus cum re concidit.* [By aldien ymand goed en moet te gelijk verlieſt.] Idem pro Do. *Senatûs authoritas ſimul mecum reducta*

reducta eſt. Idem ibid. *Volaterrani &c. fruuntur nobiſcum ſimul hac civitate.* Idem pro Font. *Niſi aliquoties ex accuſatoribus vobiſcum ſimul audiſſem.*

Simul iteratum.

3. Interdum iteratur. Liv.l.1. *Adeò omnes ſimul ſpernebant, ſimul tantam in medio creſcentem molem ſibi, ac poſteris ſuis metuebent.* Idem lib. 22. *Namque Gelo maximus ſtirpis, contemta ſimul ſenectute patris, ſimul poſt Cannenſem cladem Romana ſocietate, ad Pœnos deficit.*

Simul, pro Simul ac.

4. Sæpè uſurpatur pro ſimul ac, prætermiſſo Ac brevitatis gratia. Horat. lib: 1. Od: 9. *Qui ſimul ſtravere ventos æquore fervido, deprælіantes.* Cic: Acad: 1. *Simul inflavit tibicen, carmen agnoſcitur.* [Zo haaſt den pyper op heeft geſpeelt.] Idem lib. 2. epiſt. 5. *Simul quid erit certi, ſcribam ad te.* [Zo haaſt ik yets zekers heb zo zal ik aan u Schrijven.]

Simul ac, Simul ac primum, Simul atque, Simul ut.

5. Plerumque tamen aſſumit, Ac, Ac primum, Atque, Ut, Cic. lib: 1. de Nat. Deor. *Simul ac mihi collibitum eſt præſto eſt imago.* [Zo ras my de luſt bevangt &c.] Id. 3. Verr. *Simul ac primum ei occaſio viſa eſt.* Idem pro Roſc. Am. *Quod is ſimul atque ſenſit, de amicorum, cognatorumque ſententia Romam confugit.* Idem lib: 2. de Fin. *Omne autem animal ſimul ut ortum eſt, & ſeipſum, & partus ſuos diligit.* Idem Attic. lib: 10. ep: 4. *Simul ut videro Curionem.*

Simul cum Statim, Illicò, Continuò, ἰκανῶς, τάχιστα.

6. Interdum ad majorem rei celeritatem ſignificandam adjicitur Statim, Illicò, aut aliquid ejuſmodi. Cic. lib: 16. ep. 16. *Simul accepi è Seleuco tuas literas ſtatim quæſivi.* [Zo ras ik uw brief ontfangen heb. Zo heb ik aanſtonts gevraagt.] Idem 3. Verr. *Verres ſimul ac tetigit provinciam, ſtatim Meſſanam litteras dedit.* [Zo haaſt hy zijn voet in de Provintie gezet heeft: Zo ras &c.] Idem 4. Verr. *Qui ſimul atque ei provincia Sicilia forte obvenit, ſtatim Romæ, &c.* Idem pro Mur. *Simul atque increbuit ſuſpicio tumultus, artes illicò noſtræ conticeſcunt.* Idem 6. Verr. *Qui ſimul atque in oppidum quodpiam venerat, mittebantur illi continuò Cibiratici canes.* [Zo haaſt hy maar in een Stad gekomen was, zo ras wierden hem &c.]

Simul, pro Deinde, vel Item.

7. Interdum uſurpatur pro Deinde, vel Item. Cic. pro Balb. *Simul illud neſciebas.* Idem ad Q. Frat. lib: 1. ep: 1. *Simul & illud cogita.* Id. pro Roſc. Am. *Et ſimul tibi veniat in mentem, facito, quemadmodum, &c.*

Simul quod, quia, ut, ne.

8. Adſciſcit autem interdum Quod, Quia, Ut, Ne. Cic. lib. 1. ep. 7. *Simul quod video, non ut ante hac putabam, novitati eſſe inviſum meæ.* Sal. Cat. *Simul quia vobis eadem bona, malaque eſſe intellexi.* Cic: 3. Verr. *Simul ut eſſet pœna, quod alterius patroni teſtamento obtemperaſſet.* Saluſt. Jug. *Simul ne, per inſolentiam, quis exiſtimet memet ſtudium meum, laudando extollere.*

* SIMUL abundat cum verbis compoſitis à con. Ter. And. A. 3. ſc. 2. *Multa concurrunt ſimul.* Linac. Lib. 56. p. 476.

De Adverbio SODES.

CAP. CLXXIII.

1. SOdes dictum eſt quaſi Si audes. Si uſurpatur pro Quæſo, vel Si vis. [Ey lieven.] Horat. l: 1. ep: 7. *Veſcere ſodes.* Id. ep. ad Piſ. *Corrige ſodes, hoc; dicebat, & hoc.* Cic. Att. lib. 7. *Tarteſium mihi iſtum exeunti jube ſodes nummos curare.* Var. lib: 3. de re Ruſt. cap. 9. *De Gallinis dic ſodes Merulæ.*

De Adverbio STATIM.

Cap. CLXXIV.

1. Statim à ſtando dictum, quaſi ſtando ſignificat illicò. [Van ſtonden aan. Aanſtonts.] Cic. Att. lib:12. *Philippus ut me ſalutavit, ſtatim Romam profectus eſt.* Idem de Aruſ. Reſp. *Haud poteſt à me gravioribus verbis vulnerari, quàm ut ſtatim in facto ipſo à graviſſimo viro P. Servilio confectus, ac trucidatus.* Idem de Am. *Itaque ſtatim hoc ſum aggreſſus Catone abſoluto.*

Statim Ut, Statim Atque.

2. Statim Ut ſatis uſitatum eſt. Cic.l:1.ep.9. *Statim ut ille Prætor eſt factus.* Idem pro Quinct. *Quæſivit à te, ſtatim ut Romam rediit Quinctius.* Id. lib.2. ep.13. *Meque ab eo diligi ſtatim cœptum eſſe, ut ſimultatem depoſuimus, ſenſi.* Rarius aſſumit Atque.

S.D. * Ulpian.l.1.ff.de off. Proconſ. *Proconſul ubique quidem proconſularia inſignia habet, ſtatim atque urbem egreſſus eſt.*

Statim ſimul ut, Simul ac.

3. Interdum adſciſcit Simul ut, vel Simul ac. Cic. Att. lib: 10. ep: 4. *Ego ad te ſtatim habebo, quod ſcribam, ſimul ut Curionem videro.* Id. Att. lib.15. ep. 12. *Statim ſe iturum, ſimul ac ludorum apparatum iis, qui curaturi eſſent, tradidiſſent.* [Dat hy aanſtonts zal gaan, zo haaſt hy den toeſtel der ſpelen &c.]

De Præpoſitionibus SUB, SUBTER & SUBTUS.

Cap. CLXXV.

1. Sub contrarium habet ſupra. Cicer. 1. de Nat. Deor. *Homines ſub terra habitantes* Idem 2. Phil. *Niſi te ſub ſcalas tabernæ librariæ conjeciſſes.*

Sub, pro Statum poſt.

2. Sub ſæpè uſurpatur pro Secundùm, id eſt ſtatim poſt. Cicer. ad Quinct. Frat. lib: 2. epiſt. 2. *Menſe Decembri, ſub dies feſtos.* [Zo aanſtonts na de Feeſtdagen.] Id: l: 10. ep:16. *Sub eas litteras recitatæ ſunt tuæ.* [Strax na die brief is uwe geleſen.] Liv. lib:22. *Sub equeſtris finem certaminis coorta eſt pugna equitum.* Idem lib: 23. *Sub adventum Prætoris Rom: Pœnus agro Nolano exceſſit.* [Zo aanſtonts na de aankomſt van den Generaal.]

Sub lucem, Sub noctem, Sub veſperam.

3. Sub lucem, Sub noctem, ſub veſperam eſt incipiente luce, nocte, veſpere. Liv. lib. 9. *Qui ſub lucem apertis portis urbem ingrederentur.* [Tegens dat den dag aanbreekt, wanneer het daget.] Idem lib.22. *Sub ortum fermè lucis, nullo obvio armato, in forum perveniunt.* Cæſ. lib: 1. de bell. Civ. *Pompejus ſub noctem naves ſolvit.* Idem lib. 2. de bell. Gall. *Sub veſperum, Cæſar portas claudi militeſque ex oppido exire jubet.*

Sub idem tempus.

4. Sub idem tempus, eſt per idem tempus. Liv. lib: 1. *Utrinſque legati, fere ſub idem tempus, ad res repetendas miſſi.* [Byna op dezelve tijd.]

Sub dio, vel ſub divo.

5. Sub dio, vel ſub divo eſt, ſub cœlo, vel aëre. [Onder den blauwen hemel.] Cic: 3. Verr. *In ſylva diſpoſita* (ſigna) *ſub dio vidimus.* Varr. lib:3. de re Ruſt. cap:4. *Idoneus ſub dio capiendus eſt locus cochlearis.* Colum. lib: 1. cap: 8. *Nullus dies tam intolerabilis eſt, quo non ſub divo tractari aliquid poſſit.*

Sub aſpectum, ſub ſenſus cadere.

6. Sub aſpectum cadere, eſt Aſpici poſſe: Sub ſenſus cadere, Sentiri poſſe, & cætera eodem modo. Cic. de Univ. *Cœlum ſub aſpectum & tactum cadit.* [Den hemel is zigtbaar en taſtelijk.] Idem Acad: 1. *Sub ſenſus cadit.* Idem de Univ. *Sub intelligentiam cadit.* Idem lib.

lib. de Fin. *Sub judicium ſapientis, & delectum cadunt.*

Subter.

7. Subter, contrarium habet, Supra. Cicer. lib: 3. de Orat *Quia omnia hæc, quæ ſupra & ſubter unum eſſe, &c. dixerunt.* [Op en onder.] Id: lib: 6. de Rep. *Deinde ſubter mediam ferè regionem Sol obtinet.* Idem 1. Tuſc. *Plato iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locavit.* Id: 5. Tuſc. *Virtus omnia, quæ cadere in hominem poſſunt, ſubter ſe habet.*

Subtus.

8. Subtus, idem ſignificat, ac Subter: ſed abſolutè uſurpari ſolet. Varr. l: 2. de re ruſt. cap. 9. *Labris ſubnigris, aut rubicundis, neque reſimis ſuperioribus, neque pendulis ſubtus, mento ſuppreſſo.* Lucret. lib. 6. *Extemplo ſubtus frigeſcit terra coitque.*

De Præpoſitionibus SUPER, & SUPRA.

CAP. CLXXVI.

1. SUper contrarium ferè habet, Sub, aut Subter. Cicer. ad Quint. Fr. libr. 5. *Tectum quod ſuper conclavia non placuerat.* Idem de leg. *Demetrius ſuper terræ cumulum noluit quid ſtatui, niſi Columellam.* Idem 1. de Fin. *Et velle imprudentem ſuper eam aſpidem aſſidere.*

Super, pro De περί.

2. Interdum uſurpatur pro De. Cic: Attic. lib: 16. *Simulque cogites, quid nobis agendum ſit, ſuper legatione.* [Wat ons wegens de beſending te doen is.] Idem ibidem. *Hac ſuper re ſcribam ad te Rhegio,* [Van die zaak.] Virg: 1. Æn. *Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.*

D.* SUPER, pro SUPEREST, ut Græci πέρι pro πέρεστι, πάρα pro πάρεστι. Pont. & Cerda ad III. Æn. verſ. 489. Val. Flacc. l. *VIII.* verſ. 485. *Nec ſpes ulla ſuper.* Sic lib. *IV.* 344. *Nunc ille dies (det Jupiter oro) Ille ſuper,* pro ſuperſit! Weitz. ibi. Aliquando nominis aut pronominis locum occupat Propert. I. Eleg. 21. *Et quicunque ſuper diſperſa invenerit oſſa,* pro ſuperſtes. Quem tamen locum aliter legunt & proponunt viri doctiſſimi, & rectiùs omninò. Virgil. *III.* Æn. *O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago,* i. περιόντος. Linac. lib: *II.* p. 105.

Supra.

3. Supra, contrarium habet Sub, Subter, aut Infrà. Cic: 2. de Nat. Deor. *Mare, quod ſupra terram eſt.* Idem lib: 6 de Rep. *Supra lunam ſunt omnia æterna.* Idem 2. de Natur. Deor. *Si eſſent qui ſub terra ſemper habitaviſſent, &c. nec tamen exiſſent unquam ſupra terram.* Idem lib: 9. ep. *Supra me Atticus, infra Verrius* (accubuerunt.) Illa per metaphoram. Cic: 2. de Nat. Deor. *Ratio quæ ſupra hominem putanda eſt, Deoque tribuenda.* Idem ad Qu. Fr. lib: 1. ep: 2. *Ecce ſupra caput homo levis ac ſordidus.*

Supra, ſine caſu, ἄνω.

4. Interdum ponitur ſine caſu. Cic: 1. de Div. *Cotem illam defoſſam in comitio, ſupraque impoſitum puteal accepimus.*

Supra, pro ante.

5. Supra nonnunquam pro Ante uſurpatur. Cic. pro Cecin. *Ille quem ſupra deformavi, voluntarius amicus.* Id: 2. de Orat. *Illa, quam ſupra dixi.* Idem lib: 6. epiſt: 10. *Illa polliceor, quæ ſupra ſcripſi.*

Admonitio.

6. Superius dixi, & alia hujuſmodi inuſitata ſunt, ac fortaſſe barbara. Pro quibus illa ſunt in uſu: Ante dixi, Supra dixi, Supra ſcripſi. [Ik heb het te voren gezegt, geſchreven.]

Supra quàm.

7. Supra interdum adſciſcit Quàm. Cicer. 2. de Nat. Deor. *Paulò ſupra, quam ad lin-*

guam ſtomachus annectitur. [Eeni weynig hooger als de maag aan de Long vaſt is.] Saluſt. Cat. *Corpus patiens inediæ, algoris, vigiliæ, ſupra, quam cuique credibile eſt.* [Een lighaam konnende lijden honger, kouw en nagtbraken meer als ymand gelooffelijk is. 'T is niet te geloven wat honger &c.]

S. D. P. * Pro eodem Horatius dixit SUPERQUAM. I. Sat: 2. v. 65. *Pœnas dedit, uſque ſuperque, Quàm ſatis eſt, pugnis cæſus.*

Nihil ſupra.

8. Cicero lib: 14. epiſt: 1. *Amor in omnes tantus eſt, ut nihil ſuprà poſſit eſſe.* Idem Attic. lib. 13. epiſt: 19. *Libros confeci & abſolvi: neſcio quam benè: ſed ita accuratè, ut nihil ſupra.* [Zo vlytig als 't mogelijk is.]

De Nomine TALIS.

Cap. CLXXVII.

Talis ut, Talis qui.

1. TAlis ſæpè aſſumit, Ut, vel Qui. Cicer. de Am. *Vita quidem talis fuit, vel fortuna vel gloria, ut nihil poſſet accedere.* Id. lib. 10. epiſt. 6. *Talem igitur te eſſe oportet, qui primum te ab impiorum civium ſocietate ſejungas.*

Talis ac, Talis atque.

2. Talis Ac, vel Atque. Cicer. in Vatin. *Honos talis Populi Rom: voluntate paucis eſt datus, ac mihi.* Terent. Phorm. *Tali, atque hic eſt infortunio.*

Talis, qualis.

3. Nonnunquam adſciſcitur Qualis. Cicero 1. de Or. *Ut & ipſis, apud quos ageret, talis, qualem ſe ipſe optaret, videretur.* Idem de Senat. *Semper agens aliquid, tale ſcilicet, quale ſtudium in ſuperiore vita fuit.* Idem 2. Officior. *Ut quales ſumus, tales eſſe videamur.*

Tale aliquid, Tale quiddam.

4. Interdum additur Aliquid, aut Quiddam. Cic. Attic: lib: 6. *Non equidem hoc divinavi, ſed tale aliquid putavi fore.* [Yets diergelijken.] Id: 2. Agr. *Omnem eam legem eſſe laudabilem talibus quibuſdam argumentis docent.*

Talis, abſolutè.

5. Cic. pro Cluen. *Vir tali dignitate præditus,* [Een man van zulke waerdigheyd, zo een aanzienelijke man.] Id: pro Quint. *Tot, taleſque viri.*

De Conjunctione TAM.

Cap. CXXLVIII.

Tàm, quàm.

1. TAm plerumque aſſumit Quàm, & comparationem continet. Cic: lib: 5. epiſt. 2. *Tam ſum amicus Reipubl. quàm qui maximè.* [Ik heb het gemeene beſt zo lief, als yemand hebben kan.] Idem lib: 13. epiſt: 3. *Tam mihi gratum id erit, quàm quod gratiſſimum.* [Dat zal my zo aangenaam zijn, als een ding zijn kan.] Id: pro Syl. *Tam ſum miſericors, Jud. quàm vos, tam lenis quàm, qui leniſſimus.*

Admonitio.

2. Cum duo non tam comparantur, quàm copulantur, non ſolet uſurpari, Tam, Quam: Sed, Tum, Tum; Et, Et: Vel, Vel. Itaque non dices. *Cicero declamabat tàm Latinè, quàm Græcè,* ſed *tum Latinè, tum Græcè, vel Latinè, vel Græcè.* Nec dices, *Tam bona naturæ, quàm bona Fortunæ accepta referenda ſunt Deo,* ſed *bona & naturæ, & fortunæ,* &c. *bona vel natura, vel fortunæ.* Item *virtus ſuſpicitur tum à bonis, tum à malis,* non, *tam à bonis, quàm à malis;* & alia eodem modo.

Tam, quam, cum diverſis verbis.

3. Aliàs in comparatione cum diverſis verbis copulatur Cic. Att. l. 13. ep. 20. *Vellem tam domeſtica ferre poſſem, quam iſta contemnere.* Idem ad Qu. Frat. lib. I. ep. 1. *Quìs quidem non tam expetenda fuit, quàm tuenda nobis eſt.*

Tam,

Tam , quam ſi.

4. Nonnunquam aſſumit Quam ſi. Cic. Att. lib: 8. ep. ult. *Quicquid mali hic Piſiſtratus non fecerit, tam gratum eſt, quàm ſi alium facere prohibuerit.* Idem lib. 16. epiſt: 1. *Xenophanes hoſpes tam te diligit, quàm ſi vixerit tecum.* [Hy heeft u zo lief, als of hy by u gewoont had.]

Admonitio.

5. Tam, Quam ferè Nominibus, & Participiis adhibentur; interdum etiam verbis, nimirum cum comparatio quędam aut ſimilitudo ſignificatur, Et ſane Tam & Quam adverbia ſunt ſimilitudinis. Significant enim Æquè ac. Quod ſi nulla appareat comparatio, aut ſimilitudo Tantum quantum cum verbis uſurpari ſolet. Lege Tantum quantum.

Tam ut, uti, ut ne, ut non.

6. Sæpè adſciſcit Ut vel Uti. Cic. lib. 6. ep. 1. *Neque cum id faciebamus, tam eramus amentes, ut explorata nobis eſſet victoria.* [Wy waren niet zo Sot dat &c.] Idem 2. de Orat. *Non eſſem tam inurbanus, ac penè inhumanus, uti ego eo gravarer, quod vos cupere ſentirem.* [Ik zou niet zo onbeleeft zijn dat &c.]

Interdum additur, Ne, vel Non. Cicer. pro Sext. *Nunquam enim erit tàm oppreſſus Senatus, ut ei ne ſupplicandi quidem, ac lugendi ſit poteſtas.* Idem Att. lib: 13. ep. 31. *Non puto tam expeditum negotium futurum, ut non habeat aliquid moræ.* [Ik geloof niet dat'er een zo gereede en klare zaak is, datze niet yets zoude belemmert zijn.]

Tam qui.

7. Non raro pro Ut, recipit, Qui. Cic. lib. 9. epiſt: 2. *Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat?* Idem pro Dom. *Non tam inſolens ſum, qui me Jovem eſſe dicam, non tam ineruditus, Minervam Jovis ſororem, meam eſſe ſororem exiſtimem.*

P. * TAM. QUIN. Cic. pro Balb. *Quis eſt tàm demens, quin ſentiat?*

Tam abſolutè, pro Adeò.

8. Aliquando Tam abſolutè ponitur. Cicer. Attic. lib: 6. epiſt: 2. *Græcos reprehendit, quod mare tam ſecuti ſunt.* Ter. And. *Quandoquidem tam iners, tam nullius conſilii ſum.* [Nadien ik zo onervare en radeloos ben.]

Non tam ut, Quam ut, vel Ut ne.

9. Non tam ut, copulatur cum Quam ut, & Quam ut ne. Cicer. Attic. lib: 9. epiſtol 2. *Eundum igitur eſt: nec tam, ut belli, quam ut fugæ ſocii ſimus.* Idem Attic. lib. 9. epiſt: 7. *Non tam ut illa adjuvem, quam ut hæc ne videam, cupio diſcedere.* Idem 2. de Orat. *Non tam ut proſim cauſis, elaborare ſoleo, quam ut ne quid obſim.*

Non tam cauſa, quàm ut, vel quia.

10. Non tam cauſa; aſſumit, Quam ut, vel, Quam quia. Cic. ad Brut. epiſt: 19. *Neque tam ulſciſcendi cauſa, quam ut in præſens ſceleratos cives ab oppugnanda patria deterrerem.* Id. Top. *Non tam vitandi mei laboris cauſa, quam quia tua id intereſſe arbitrabar.*

Non tam propter, quàm propter.

11. Non tam propter, adſciſcit interdum quàm propter. Cic. Attic. lib: 7. epiſt: 3. *Non tam propter periculum meum, quàm propter vitia multa, quæ ibi offendi.*

Tam diu, dum; quoad.

12. Tàm diu plerumque adſciſcit Dum, interdum Quoad. Cic. 1. lib. Offic. *Tiberius enim Gracchus tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit.* [Zo lang de geheugenis van de Roomſe daden zal blijven, zo lang zal Gracchus gepreſen worden.] Idem lib. 9. ep: 12. *Tam diu, dum tu ades, ſunt oblitæ ſui.* Idem 5. Tuſc. *Corpus tamdiu gaudet, dum præſentem ſentit voluptatem.* Idem 1. Offic. *Diſces, quamdiu voles: tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit.*

S.D.P. * TAMDIU, DONEC. Colum. XII. 18. *tamdiu incenditur, donec ad fundum calor perveniat.*

Tam-

Tamdiu, Quamdiu.

13. Sæpè aſſumit, Quamdiu. Cicer. Att.l. 9. ep: 4. *Tamdiu requieſco, quamdiu aut ad te ſcribo, aut tuas litteras lego.* [Zo lang heb ik ruſt, zo lang ik tot u ſchrijf of uwen brief lees.] Id. 3. Verr. *Quod accuſator nolit tamdiu, quamdiu liceat, dicere.* Id. lib: 12. ep: 19. *Qui ſe oppido munitiſſimo, & copioſiſſimo tamdiu tenuit, quamdiu Parthi in Provincia fuerunt.* [Hy heeft zig zo lang in een zeer ſterke en zeer wel voorſiene Stad gehouden, hoe lang de Parthers in de Provintie zijn geweeſt.]

Tamdiu, quam.

14. Interdum alterum, Diu, non ponitur, ſed intelligitur. Cic: in Brut. *Vixit tamdiu, quam licuit in civitate bene beateque vivere.*

Tamdiu abſolutè.

15. Interdum abſolutè ponitur. Cic: lib: 1. ep. *Abs te tam diu nihil litterarum?* Idem lib: 2. ep. *Ego te abfuiſſe tamdiu à nobis doleo.*

Tam multum, Tam valdè.

16. Jungitur nonnunquam cum adverbiis Multum, & Valdè. Cicer: 6. Verr. *Etſi non tam multum in iſtis rebus intelligo, quam multa vidi.* [Hoewel ik zo veel in die zaken niet verſta, hoe veel ik gezien heb.] Id. 1. Fin. *Tam valdè perhorreſcere.*

De Conjunctione TAMEN.

Cap. CLXXIX.

Tamen præpoſitum.

1. Etſi tamen plerumque ſubjicitur, cum antecedit, Etſi, vel aliquid ejuſmodi: interdum tamen præponitur. Cic: Att. lib: 5. ep: 17. *Non tamen, etſi hoc te ex aliis audire malo, ſic in provincia nos gerimus.* [Wy zullen ons nogtans zo niet in de Provintie gedragen, hoewel ik &c] Ubi tamen non pendent ab Etſi, ſed refertur ad ea, quæ proximè antecedunt, quod idem uſu venit in ſubjectis exemplis.

Tamen, ſed, certè, ſed certè.

2. Nonnunquam cum, Sed, Certè, Sed certè, copulatur. Cicer. Attic. lib: 6. epiſt: 2. *Pro Appio nos hic omnia faciemus: honeſtè tamen, ſed plane libenter.* Idem Att. lib: epiſt. *Quem tamen ille eſſe in Principibus facilè ſunt paſſi: evolare altius certè noluerunt.* Idem Att. lib: 1. ep. 10. *Neque ſum mediocriter commotus, neque tamen credidi, ſed certè aliquid ſermonis fuit.*

Tamen in principio.

3. Non raró in principio collocatur. Cic: lib: 9. ep: 19. init. *Tamen à malitia non diſcedis.* [Nogtans ſtaje van uw booſheyd niet af.] Idem pro Cluen. *Tamen ne diutius, &c. aggrediar ad crimen.*

Taménne, interrogantis, & urgentis.

4. Taménne, interrogando inſtat. Cicero 7. Verr. *Quid ſi ab Apollonio aliquid commiſſum eſt, quamobrem jure in eum animadverteretur, taménne hanc rem ſic agemus, ut crimini, aut invidiæ reo putemus eſſe oportere?* [Zullen wy nogtans die zaak zo doen &c.] Idem pro Q. *Veruntamen, quid ſi, inquit, habet ejuſmodi cauſam, ut &c. taménne vereris, ut poſſis hæc contra Hortenſium contendere?* Id. pro Do. *Quid ſi pluribus de rebus uno ſortitu retuliſti, tamen ne arbitraris id te poſſe obtinere?* Idem lib: 1. de Nat. Deor. *Tamenne iſta tam abſurda defendes?* [Zult gy nogtans die ongerijmde dingen verdedigen.]

* SI TAMEN, [Zo anders, zo maar.] correctioni ſervit. Ovid: III. Triſt: 14. *Nunc incorrectum populi pervenit in ora, In populi quicquam ſi tamen ore meum eſt.* Linac: lib: V. pag: 362.

* Affine huic eſt NISI TAMEN, nam & ipſum in correctione adhibetur. Plin: Pan. c 93. *Ullamne tibi pro beneficiis referre gratian parem poſſumus, niſi tamen illam, ut ſemper no. meminerimus conſules fuiſſe?* Idem VI. ep: 21 *Circà me tantum benignitate nimiâ modum ex ceſſit, niſi quod tamen Poëtis mentiri licet.* E lib: 8. ep: 17. *Parvulum differt, patiaris adverſa*

an exſpectes : Niſi quod tamen eſt dolendi modus , non eſt timendi. Ubi Cl. Buchnero particula tamen inſerta videtur , magis ut abundaret ac expleret , quam ut aliquid efficeret.

De Conjunctione TAMETSI.

CAP. CLXXX.

1. TAmetſi, idem declarat quod, Etſi, itaque adſciſcit, Tamen. Cicer. Att. libr. 9. *Tametſi jactat ille quidem ſuum arbitrium : tamen habet quiddam profectò , quod magis in animo ejus inſedit.* Idem lib: 3. epiſt. 4. *Meum ſtudium erga te , & officium tametſi multis jam rebus ſpero eſſe cognitum : tamen in his maximè declarabo.*

Tametſi, abſolutè.

2. Interdum abſolutè ponitur , omiſſo Tamen , quod idem de Quanquam , atque Etſi ſuprà diximus. Cicer. lib: 3. epiſt: 7. *Tametſi id quidem fecerunt ridiculè.* Idem Attic. lib: 3. epiſtol: 4. *Facito , ut ſciam : tametſi nimis ſum curioſus.* [Laat het eens weten , hoewel ik al te curieus ben.]

D. P. * TAMENETSI unicâ dictione dicebant veteres , pro TAMETSI , quod ex eo contractum eſt. Ennius : *At Romanus homo , tamenetſi res bene geſta eſt , corde ſuo trepidat.* Cicer: IV. epiſtol. 15. *Sed tamenetſi antea ſcripſi , quæ æſtimavi ſcribi oportere , tamen hoc tempore breviter commonendum putavi.* Idem V. ad Attic: 17. *Nos tamen etſi hoc te ex aliis audire malo , ſic in provinciâ nos gerimus , quod ad abſtinentiam attinet , ut nullus teruncius inſumatur in quenquam.* Cæſ: VII. de bell. Gall. *Quæ tamen etſi Cæſar intelligebat , tamen quàm mitiſſimè poteſt , legatos appellat.* Taubm. ad Plaut. p. 871. Manut. ad famil. p. 468. Ritterſh. ad Salvien. p. 491. Weitz. ad Terent. p. 115.

De Adverbio TANDEM.

CAP. CLXXXI.

Tandem inſtantis.

1. TAndem propriè quidem eſt adverbium temporis. Verùm ſæpè vim habet inſtandi vehementiùs. Cicer: 1. Catil. *Quouſque tandem abutêre Catilina patientia noſtra ?* [Hoe ver zult gy noch ons gedult misbruyken.] Idem pro Flac. *Utrum hic tandem diſceptationem , & cogitationem veritatis , an innocentiæ labem aliquam , aut ruinam fore putatis ?* Idem 1. de Nat. Deor. *Hoc per ipſos Deos , de quibus loquimur , quale tandem eſt ?* Idem Parad. *Quæ tandem eſt iſta tam inſolens divitiarum oſtentatio ?* Idem 2. Catil. *Quo tandem illum mœrore afflictum eſſe , & profligatum putatis ?* Idem 1. de Leg. *Quorſum tandem , aut cur iſta quæris ?* [Waar toe eindelijk of waarom vraagt gy die dingen ?]

Tandem aliquando. Lege Aliquando.

De Adverbio TANQUAM.

CAP. CLXXXII.

1. TAnquam ſæpè adverbium eſt ſimilitudinis. Cicero in Vatin. *Repentè enim tanquam ſerpens te è latibulis intuliſti.* Idem in Brut. *Odyſſea Homeri eſt tanquam opus aliquod Dædali.* Idem de Sen. *Ex iſta vita diſcedo tanquam ex hoſpitio , non tanquam ex domo.* Idem Att. lib. 2. epiſt: 1. *Dicit enim tanquam in Platonis politia , non tanquam in Romuli fece.* Idem 2. Phil. *Ut iſtum tanquam ſi conſul eſſet , ſalutarent.*

Tanquam , cum Sic , vel Ita.

2. Tanquam ſæpè jungitur cum Sic , interdum cum Ita , vel Itidem. Cic. pro Do. *Crebra tanquam tempeſtatum , ſic ſententiarum commutatio.*

mutatio. Idem 5. Tuſc. *Tamquam levia quædam vina nihil valent in aqua, ſic Stoicorum iſta guſtata magis, quàm potata delectant.* Idem pro Roſc. Am. *Tanquam ſi effuſa Reip. ſempiterna nox eſſet, ſic ruebant in tenebris.*

Admonitio.

3. In comparationibus & ſimilitudinibus. Cicer. Tanquam uſurpat libentius quàm Velut.

De Adverbio TANTISPER.

Cap. CLXXXIII.

1. TAntiſper eſt Tanto vel Tantulo tempore. Plaut. Aul. *Tantiſper hic ego ad januam conceſſero.* [Voor dat weynighje tijds.] Cicero pro Cæcin, *Cogitate tantiſper de aliquo reo.*

Tantiſper dum.

2. Interdum adſciſcit Dum. Cicer. lib: 9. epiſtol: 2. *Cenſeo latendum tantiſper ibidem, dum deferveſcat hæc gratulatio.* Plaut. Trucul. *Tantiſper, dum tranſigimus hanc comœdiam.* [Voor die korte tijd terwijl wy het Spel ſpelen.] Ter. Adel. *Ego hic tantiſper, dum, exit, te operiar foris.*

De Adverbio TANTUS.

Cap. CLXXXIV.

Tantus, quantus.

1. TAntus adſciſcit Quantus, idque vel uno duntaxat verbo copulatum, vel duobus diverſis, vel eodem iterato. Cicer. lib: 5. epiſt. 8. *Tanta contentione decertavi, quanta nunquam antea in ulla cauſa.* Idem 4. Phil. *Frequentia veſtrum incredibilis, Quirites, concioque tanta, quantam meminiſſe non videor.* Idem de Amic. *Amicitia tantas opportunitates habet, quantas non queo dicere.* Idem Attic. lib. 5. epiſtol. 20. *Ego in vita mea nulla unquam voluptate tanta ſum affectus, quantâ afficior hac integritate.*

Tantus, quantus maximus.

2. Interdum aſſumit Quantus maximus. Cicero de Sen. *Fingere animo jubebat, tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi poſſit maxima.* [Hy wilde dat ik my 'er een zou inbeelde aangezet door zoo een groote wellust des lighaams hoe groot 'er kon begrepen worden.] Idem de Amic. *Tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum, ſtudiorumque diſſenſio.* [Daar is tuſſchen haar zo groot onderſcheyd als het immers zijn kan.]

Tantus ut.

3. Nonnunquam aſſumit Ut. Cic. de Amic. *Tanta vis probitatis eſt, ut eam etiam in hoſte diligamus.* Idem Attic. lib: 9. epiſt: 2. *Tantus fuit amor, ut exhauriri nullâ poſſet injuriâ.*

D. * TANTUS interdum minuit potius, quàm auget, poniturque pro TANTILLUS. Cicero pro L. Man. *Vectigalia tanta ſunt, ut his vel ad ipſas provincias tutandas vix contenti eſſe poſſimus.* [Zijn zo gering, zo ſlegt.] Idem VIII. Epiſt: 8. *Aut non erit iſtic bellum, aut tantum erit, ut vos aut ſucceſſores ſuſtinere poſſint.* Cæſar. lib. VI. *Præſidii tantum eſt, ut ne muris quidem cingi poſſit.* Huc pertinent, quæ mediocritatem deſignant. Ovid: II. Remed. in fin. *Aut nulla ebrietas, aut tanta ſit, ut tibi curas Eripiat: ſi quæ eſt inter utrumque, nocet.* Cic: p: 84. de Seneſt. *Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.*

Tantùm, quantùm.

4. Tantùm, quantùm, non eſt idem quod Tàm, Quam, ſed Tàm multum, quàm multum. Itaque non cum nominibus, & participiis, ſed cum verbis uſurpari ſolet. Lege Tam Quam. Tantum autem & quantum copulantur

lantur cum verbo uni, tum duobus diverſis, tum eidem iterato. Cic. lib: 4. epiſt: 7. *Gratia tantum poſſumus, quantum vicſti.* lib: 5. epiſt: 13. *Tecum ero, quantum patietur utriuſque ætas.* Id: lib: 13. epiſt: 22. *Si huic commendationi meæ tantum tribueris, quantum cui tribuiſti plurimum.* Idem Att. lib. *Si me amas tantum, quantum profectò amas.* Idem Att. lib. 1. ep. 16. *Neque tantum eſt in re, quantus eſt ſermo.* [Hy is zo veel in der daad niet als hy in zijn woorden is.]

Interdum pro Tantum, Tantundem dicitur. Cic: 5. Verr. *Magiſtratibus tantundem detur in cellam quantum ſemper datum ſit.*

Tantum, ut, uti, utine.

5. Tantum aſſumit Ut, Uti, Uti ne. Cicero de Sen. *Tantum cibi ac potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.* Cæſ. 4. de bell. Gall. *Tantum eſſe nomen, atque opinionem exercitus Romani, uti etiam ad ultimas Germanorum regiones, &c.* Idem lib: 3. de bell. Civ. *Tantumque à vallo ejus prima acies aberat: uti ne in eam tela, tormentave adigi poſſent.*

Tantum, Adverbium abſolutè.

6. Interdum abſolutè ponitur. Cic. ad Q. Fr. lib: 1. ep: 2. *Præſertim cum hi mores tantum jam ad nimiam levitatem, & ambitionem incubuerint.*

Tantus, & Tantum nomen abſolutè, Tantundem.

7. Tantus & Tantum interdum abſolutè ponuntur. Cic: 3. de Nat. Deor. *Urbs tanta & talis.* Idem 1. de Nat. Deor. *Tantum ingenium in tam leves ſententias incidiſſe.*

Huc pertinent Tantundem. Cic: 1. Tuſ. *Undique ad inferos tantundem viæ eſt.* [Over al is men even ver van de hel.]

Tantus, & Tantum in Epiphonemate.

8. Interdum in Epiphonemate adhibentur. Cic. lib: 11. ep: 8. *Ultrò ſe offerunt omnes Tantus ardor omnium animos occupavit.* Idem de Sen. *Deducebatur cereo funali & tibicine. Tantum licentiæ dabat gloria.*

Tantulùm, Adverbium.

9. Tantulum vim habet extenuandi. Cic. 4. Verr. *Quorum oratione ne tantulum quidem commotus eſt.* Id. pro Roſc. Am. *Is diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedit.* Id: 7. Verr. *Si quis tantulum de recta regione deflexerit.*

Tantulus nomen, cui Quantulus opponitur.

10. Cicer: 2. Tuſc. *Tantulum malum.* Idem 4. Verr. *Si tantulum moræ fuiſſet, quo minus ei pecunia numeraretur.* [Indien 'er zo weynigh vertoeving geweeſt was.] Idem Attic. lib: 1. epiſt: 9. *Ut huic tantulæ epiſtolæ vix tempus habuerim.*

Tantum abeſt, ut, Tantum abeſt, Vix, Etiam.

11. Tantum abeſt, jungitur cum Ut. Interdum aſſumit Vix, aut Etiam. Cic: 1. Off. *Tantum abeſt ab officio, ut nihil officio magis poſſit eſſe contrarium.* Idem Attic. lib: 13. epiſtol: 21. *Tantum porrò aberat, ut binos ſcriberent: vix ſingulos confecerunt.* [Het ſcheelt zo veel dat zy 'er twee zoude ſchrijven: hebben 'er nauwelijks yder een geſchreven.] Idem 5. de Fin. *Qua in vita tantum abeſt, ut voluptates ſectentur: etiam curas, ſolicitudines, vigilias perferunt.*

Tantum abeſt ut, cum Ut maximè, Ut minimè, ut valdè.

12. Tantum abeſt ut, adſciſcit interdum Ut maximè, Ut minimè, Ut valdè, & alia ejuſmodi. Cicero 2. Acad. *Tantum abeſſe dicebat, ut id conſentaneum eſſet, ut maximè repugnaret.* Idem de Amic. *Tantum abeſt, ut amicitia propter indigentiam colatur, ut ii qui &c. minimè alterius indigeant.* Idem Attic. *Tantum abeſt, ut ille*

ut ille meam ſententiam moveat, ut valdè ego ipſi, quod de ſua ſententia diſceſſerit, pœnitendum putem. Idem in Orat. *Tantum abeſt, ut enervetur oratio, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis eſſe poſſit.* Idem in Brut. epiſt: 5. *Tantum abeſt, ut Panſa de exercitu ſuo ſibi aliquid tribuat, ut etiam moleſtè ferat, tam multos ad ſe ire voluntarios.*

Tantum Adverb. & Tantummodò, pro Solùm, vel Duntaxat.

13. Sæpè pro Solùm aut Duntaxat uſurpatur. Cicer. Parad. *Nomen tantùm virtutis uſurpas: quid ipſa valeat, ignoras.* Verùm interdum adſciſcit Modo. Cicero lib: 2. de Nat: Deor. *Arbores tantummodò per ſtirpes aluntur ſuas.* Idem 6. Verr. *Neque enim oratorem tantummodò, ſed hominem non putant.* Id. pro Syl. *Quæ omnia ſuppreſſa voce dixit: tantummodo, ut vos, quia ea probaretis, poſſetis exaudire.*

Tantum, cum Dico, Video, aut Dicam.

14. Sæpè tantùm jungitur cum Dico, Video, aut Dicam. Cicer. Attic. lib: 10. ep: 4. *Qualis fueris, non audeo dicere. Tantum dico, poſt, &c.* Id. l: 9. ep: 18. *Cujuſmodi ſit neſcio, tantum video, nullius adhuc conſilia, &c.* Idem Att. lib: 12. ep: 17. *Tantum dicam, nihil mihi gratius eſſe, quàm quod eam diligis.* Idem pro Mur. *Nihil dicam arrogantius: tantum dicam.*

Non *tantum*; *pro* Non *ſolum.*

15. Cic. I. de Orat. *Non tantum parum commodè, ſed etiam turpiter.*

Tantum non, pro Hoc ſolum defuit. Μονονουχί.

16. Tantum non, eſt Hoc ſolum defuit. Liv. lib: 4. *Et cum hoſtes tantum non acceſſerint, exercitus conſcribi adverſus hoſtes non patiantur.* Idem lib: 37. *Ut vidit non poſſe æquare ordinem Romanos, & tantum non jam circumiri à dextero cornu, concitat naves* Id eſt propè circumiri. [Na dat hy gezien heeft dat het weynig ſcheelde of hy wierde omrigt &c.] Sueton. Tiber. *Tantum non ſtatim à funere ad negotiorum conſuetudinem rediit.* [Hy heeft zig byna aanſtonts na de Begravenis tot zijn gewoonelijke bezigheden begeven.]

Tantum quod non.

17. Interdum interponitur Quod. Cic: 3. Verr. *Tantum quod hominem non nominat.* Id: 5. Verr. *Tantum quod autoribus obſides non dedit.*

D. * TANTUM QUOD, pro modo, vix, vel commodùm. Cic: VIII. ep: 23. *Tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi à te litteræ redditæ ſunt.* Victor. ibi Vellej. lib: 2. *Tantum quod ultimam impoſuerat Pannonico & Dalmatico bello Cæſar manum, cum funeſtæ ex Germaniâ epiſtolæ cæſi Vari, &c.* [Cæſar had nauwelijks den Oorlog geeyndigt: wanneer'er de bedroefde tyding gebragt wierd &c.] In his QUOD acceſſio ſermonis videtur, præter vehementiam ſermoni nihil afferens. Taubm. ad Plaut. p: 109.

Tanti eſt, pro Expedit.

18. Tanti eſt, pro expedit, eleganter ponitur. Cic: 6. Verr. *Hic tibi in mentem non venit jubere, hæc quoque ut referret, &c. fuit tanti; mihi crede: haberes, quod defenderes.* II. Catil. 2. *Eſt mihi tanti, Quirites, hujus invidiæ falſæ, & iniquæ tempeſtatem ſubire, dummodò à vobis hujus horribilis belli periculum depellatur.* [Ik wil gaern, 't is my wel zo veel waerd dat ik wil &c:]

Nihil tanti eſt, pro Non expedit.

19. Nihil tanti eſt, pro Non expedit, aut Non tanti faciendum eſt, elegantiſſimè dicitur. Cic. Attic. lib: 2. *Juratus tibi poſſum dicere, nihil eſt tanti.* Idem Att. lib: 13. *Nunc mihi nihil tanti eſt, faciunt quod volunt.* Idem Att: lib: 5. epiſt: 8. *Nihil nobis fuerat tanti.*

Nihil tanti eſt, cum Ut, vel Quò.

10. Interdum adhibetur Ut, vel Quò. Cic: Attic: 11. epiſt: 3. *Nihil tamen tanti, ut à te abeſſem, fuit.* [Ik heb niets zo hoog geagt, dat ik daarom van u zou willen zijn &c.] Id: pro Quinct. *Tibi certè tanti non fuiſſet, ut ſocium fraudares.* Cœl: Cic: l: 1. *Tanti non fuit Africam capere, ut earum rerum quæ geſta ſunt, ſpectaculo careres.* Brut. in epiſt. Cic. lib: 16. *Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem noſtram.*

De Adverbio TANTOPERE.

Cap. CLXXXV.

1. Tantoperè, ex tanto opere conflatum eſt. Cicero pro Mur. *Iſtud neſcio quid, quod tantopere didiciſti.* Uſurpatur pro tantum. Cicero pro Quinct. *Neque hoc tantoperè quærendum videretur, hæc ſumma in illis eſſe, ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria.*

Tantoperè, quantoperè; Tantoperè, ut,

2. Aſſumit autem interdum Quantopere, vel Ut, Cicero 1. de Orat. *Neque enim tantoperè hanc à Craſſo diſputationem deſiderarem, quantopere ejus oratione in cauſis delector.* Id. 1. Offic. *In quo tantoperè apud noſtros culta juſtitia eſt, ut ii, qui &c.*

P. * TANTOPERE patitur tmeſin, ut magnoperè, Plaut. Caſin. *Id eſt: quod me tanto vir opere orabat meus.* Idem Ciſt. *Qua me opere tanto ciſtellam, ſervare juſſit.*

De Adverbio TEMERE.

Cap. CLXXXVI.

1. Temere eſt quod barbari dicunt Caſu. Cicero Tuſc. *Non enim temere, nec fortuito facti, & creati ſumus.* Idem lib: 2. epiſtol: *Non ſcribo hoc temerè: cui ſcribam, video.* [Dat ſchrijf ik niet zonder rede, te vergeefs, toevallig.] Idem pro Font. *Audacter hoc dico, non temerè confirmo.*

Non temerè eſt.

2. Non temerè eſt, Terentianum eſt. Heaut. *Neſcio quid triſtis eſt, non temere eſt.* ['t Is niet te vergeefs; 't is niet zonder rede.] Idem Phor. *Non temerè eſt, quod tu tam times.* Barbari dicunt Non ſine quare.

D. * TEMERE pro facilè, vel ferè. Plaut. Bacch. A. 1. ſc: 1. *Rapidus fluvius eſt hic, non hac temere tranſiri poteſt.* Liv. *Non temerè incerta caſuum reputat, quem fortuna nunquam decepit.* Quintil. *Illud ingeniorum velut præcox genus non temerè unquam pervenit ad frugem.* Vall: 2. Eleg: 49. Cornel. Nep. cap: 10. Attic. *Nullus dies temere interceſſit, quo non ad eum ſcriberet.*

De Nomine TOT, & TOTIDEM.

Cap. CLXXXVII.

Tot, quot, Tot, ut.

1. Tot ferè aſſumit, vel Quot, vel Ut. Cicero: 2. de Orat. *Quot homines, tot cauſæ.* Idem Attic. lib: 4. epiſtol: 9. *Quid miſerius, quam eum, qui tot annos, quot habet, deſignatus Conſul fuerit, fieri Conſulem non poſſe.* Idem lib: 5. epiſt: 20. *Quæ cum viderem, tot veſtigiis impreſſa, ut in his errari non poſſet, non adſcripſi.*

Tot, abſolutè.

2. Interdum abſolutè ponitur. Cic. pro Cœl. *Tot viri ac tales.* Idem 4. Verr. *Tot, at tantæ, & tam graves civitates.*

Admonitio.

3. Tot ad numerum; Tanti ad magnitudinem referuntur.

Totidem , quot.

4. Totidem adſciſcit. Quot. Cicer. de opt. gen. Orat. *Sententiarum autem totidem genera ſunt , quot diximus eſſe gradus oratorum.* Idem in Brut. *Totidem quot dixi, ut ajunt , verbis , ſcripta oratio.* Idem in Orat. *Vocis mutationes totidem ſunt , quot animorum.* [Daar zijn even zo veel veranderingen in de Stemmen als in de Verſtanden.]

Totidem abſolutè.

5. Nonnunquam abſolutè ponitur. Cic. Att. lib: 6. epiſt: 2. *Ullum ego locum totidem verbis à Dicæarcho tranſtuli.* Idem 1. de Fin. *Quam* (epiſtolam) *modo totidem verbis interpretatus ſum.* [Van woord tot woord uitleggen.) Idem 2. de Div. *Gemini fratres fuerint , at hi non totidem annos vixerunt.* [Den een had niet zoo lang als den andere geleeft.]

De Adverbio TOTIES.

Cap. CLXXXVIII.

1. TOties plerumque abſolutè ponitur. Cic: 4. Verr. *Tot prætores in Siciliâ fuerunt , toties apud majores noſtros Siculi Senatum adierunt, toties hæc memoria , tamen &c.* Idem 7. Verr: *Non ipſa præconis voce excitatus es ? qui te toties juniorum ſeniorumque centuriis illo honore affici pronunciavit.* Idem Att. lib: 7. *Interim velim mihi ignoſcas , quod ad te ſcribam tam multa toties.*

Toties , quoties.

2. Interdum aſſumit Quoties. Cic. l: 17. ep: 7. *Illud ſoleo mirari , non me toties accipere tuas litteras , quoties à Q. Fratre mihi afferuntur.* [Daar ben ik over verwondert dat ik niet zo dikwils van u als van mijn Broeder ſchrijven krijg.] Idem primo de Orat. *Ante condemnentur ii , quorum cauſas receperimus , quam toties , quoties præcipitur , Pæanam , aut Munionem citarimus.*

P. * TOTIES , QUOT. Liv: libr: 2. *Subeunda dimicatio toties , quot conjurati ſuperesſent.*

De Adverbio TUM.

Cap. CLXXXIX.

Tum , pro Tunc.

1. TUm pro Tunc uſitatiſſimum eſt. Cicero pro Quinct. *Tum mihi Roſcius & alia multa confirmandi mei cauſâ dixit.* Idem 1. de Nat. Deor. *Non eos ſolùm , qui tum erant , figebat maledictis.*

Admonitio.

2. Cicero quidem libentius uſurpat Tum , quam Tunc.

Tum , cum Nunc.

3. Sæpe confertur cum Nunc. Cic. de Am. *Tum eſt Cato locutus , nunc Lælius.* Idem Attic. lib: 9. epiſt. ult. *Tum enim eramus in maxima ſpe: nunc ego quidem in nulla.* Idem Attic. lib: 7. *Niſi fortè hæc illi tum arma dedimus , ut nunc cum benè parato pugnaremus.*

Tum cum ; cum jam.

4. Sæpè etiam aſſumit Cum , vel Cum jam: Cicer. 2. Phil. *Qui tum Rex fuit , cum Regem licebat.* [Die toen Koning was , wanneer &c.] Idem in part. *Cui tum, cùm jam in armis eſſemus, Conſulatus tamen, & triumphus ampliſſimus deferebatur.*

Tum maximè , cùm. Tum deniqne , cum.

5. Interdum augendi cauſa Maxime, aut Denique adjicitur. Cic. de Amic. *Fructus enim ingenii & virtutis tum maximè capitur , cùm in proxi:*

proximum quemque confertur. [Dan wektmen eerſt te deeg de vrugt van verſtant en deugt.] Idem Attic: lib: 15. *Tum denique cum illo venimus.* Idem 2. de Leg. *Quæ non tum denique incipit lex eſſe, cum ſcripta eſt, ſed tùm, cum orta eſt.* Idem lib: 5. ep. *Qui tum denique ſibi avelli jubet ſpeculum, cum.*

S. D. P. * TUM, UBI. Cato I. de re ruſtic. 29. *Idque tum maximè opus erit, ubi Favonius flabit.*

Tum, Tum denique, Tum demum, cum Si, τότε δή

6. Tum, Tum denique, Tum demum, nonnunquam cum Si copulatur. Cic. lib. 12. *Quæ ipſa tum eſſet jucundior, ſi ulla res eſſet publica.* Idem pro Marc. *Sed tum id audirem, ſi tibi ſolus natus eſſes.* Idem ad Quinct. Fr. lib: 1. ep: 1. *Plato tum denique fore beatas Reſpub. putavit, ſi aut docti, &c.* [Plato meinde dat als dan de Republijken gelukkig zoude zijn.] Idem pro Leg. *Qui mihi tum denique ſalutem ſe putavit reddere, ſi eam nullis ſpoliatam ornamentis reddidiſſet.* Plaut. Menæch. *Tum demum ſciam rectè monuiſſe, ſi tu rectè caveris.*

Tum verò, Tum demùm, Tum denique abſolutè.

7. Cicer. pro Cluen. *Tum verò illa egregia, ac præclara mater exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit,* quod Demoſthenes diceret. τότε δὴ τότε. [Als dan begon die Moeder &c.] Idem 1. de Orat. *Tum verò virtus, atque honeſtus labor honoribus, præmiis atque ſplendore decoretur.* Liv. lib: 2. *Tum demum impulſi Latini, perculſaque inclinavit acies.* [Toen zijn zy eerſt gedwongen geworden &c.] Idem ibidem. *Utraque re ſatis experta, tum demum conſules, &c.* Cic: 2. Verr. *Alii propè quadraginta diebus interpoſitis, tum denique ſe ad ea, quæ à vobis dicta erunt, reſponſuros eſſe arbitrantur.*

Tum, pro Deinde.

8. Tum interdum pro Deinde uſurpatur. Cic: lib: 5. ep: 13. *Tum rationes in ea diſputatione à te collectæ vetabant me Reip: penitus diffidere.*

Tum, Tum, geminatum.

9. Interdum iteratur pro Modò, Modò. Cic. 2. de Nat. Deor. *Nunquam ab ſole longius diſcedit tum antecedens, tum ſubſequens.* [Hy wijkt nooyt verder van de Zon, zoo wel voorgaande als volgende.] Idem Top. *Tum hoc, tum illud dicit.* [Nu zeid hy dit, dan dat.] Id. Attic. lib. *Diſſero in utramque partem, tum Græcè, tum latinè.* [Zo wel Grieks als Latijn.] Id: 2. de Nat. Deor. *Iſque (aër) tum fuſcus & extenuatus in ſublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur.*

10. Aliàs pro, Et, Et. Cic. Att. lib. *Scripſiſti epiſtolam ad me plenam conſilii, ſummæque tum benevolentiæ, tum etiam prudentiæ.* [Zo wel vol van genegentheid als voorzigtigheid.]

* Cicero quinquies repetiit lib: 1. de Invent. p: 45. 46. ubi de ſcripti controverſia agit. Locus prolixior eſt, quàm ut adſcribi debeat. Vide Gocl. p. 212. Obſ.

De Adverbio UBI.

CAP. CXC.

Ubi pro In quo, vel in qua.

1. UBi Adverbium loci ſæpè uſurpatur pro In quo, vel In qua. Cicer: lib. 4. epiſt: 4. *Ut is cuique locus, ubi ipſe ſit, miſerrimus eſſe videatur.* Id. lib: 4. ep: 1. *In ea urbe natus es, ubi nata, & alia eſt ratio, ac moderatio vitæ.* Id. lib: 2. de Orat. *Porticus hæc ipſa, ubi inambulamus.*

2. Accommodatur etiam ad perſonas, & ad numerum multitudinis. Cicer. pro Quinct. *Neque*

Neque nobis adhuc præter te quiſquam fuit, ubi noſtrum jus contra alios obtineremus. Idem in Orat. *In his ſermonibus, quia Dialogi dicuntur, ubi etiam de induſtria faciundum fuit.* Pro in quibus.

Ubi terrarum, ubi gentium.

3. Ubi terrarum, Ubi gentium, amplificationem continet. Cicer: Attic. lib: 5. epiſt: 97. *Quid ageres, ubi terrarum eſſes, ne ſuſpicabar quidem.* Idem pro Rab. *Ubi terrarum ſumus?* [Waar ter Waereld zijn wy?] Plaut. Men. *Ubinam eſt is homo gentium?* [Waar ſteekt dog die Man?]

Ubi, Ibi.

4. Ubi interdum cum Ibi copulatur. Cic: l: 6. epiſt: 4. *Tempus eſt hujuſmodi: ut ubi quiſque ſit, ibi eſſe minimè velit.* Idem lib: 1. epiſt. *Ibi malis eſſe, ubi aliquo numero ſis, quam iſtic, ubi ſolus ſapere videare.*

Ubi, pro Poſtquam.

5. Sæpè etiam Ubi, pro poſtquam uſurpatur. Cic. in Piſ. *Ubi gallorum cantum audivit.* Idem pro Rab. Poſt. *Ubi ſemel quis pejeraverit, ei credi poſtea, etiamſi per plures Deos juret, non oportet.* [Na dat, als ymand eens een valſchen eed gedaan heeft, die moetmen daar na, al ſwoer hy by alle de Goden, niet gelooven.]

Ubi, cum Tum: Tum demum; Tum denique.

6. Interdum adſciſcit Tum, Tum demum, Tum denique. Cic: 6. Verr. *Ubi dolorem ex illius injuriis cognovi, &c. tum eas hortatus ſum, ut &c.* [Wanneer ik de droefheid heb verſtaan: zo heb ik haar vermaant &c.] Plaut. Pænul. *Ubi expolivero, magis hoc tum dices, nam etiam rudis eſt.* Cato c: 45. *Ubi trimæ ſunt, tum demum maturæ ſunt.* [Wanneer zy driejarig zijn, dan zijnze eerſt rijp.] τότε δὴ. S. D. * Cato cap. 45. ruſt. *Taleæ ubi trimæ ſunt, tum denique maturæ ſunt.*

Ubi, cum Statim, Continuò, Ibi.

7. Alias aſſumit Statim, Continuò, Ibi. Cic: 3. Verr. *Hæc ubi filio nunciata ſunt, ſtatim exanimatus ad ædes contendit.* [Zo haaſt de zoon die tyding kreeg zo is hy aanſtonts na 't huys geloopen.] Ter. Heaut. *Ubi aperuit oſtium, continuò hic ſe conjicit intro.* [Zoo haaſt zy de deur geopent had, zo loopt hy aanſtonts na binnen.] Idem And. *Ubi te non invenio; ibi aſcendo in quendam excelſum locum.*

Ubi, cum Quamprimum, Illicò, Subito, Extemplo.

8. Nonnunquam jungitur cum Quamprimum, Illicò, Subitò, Extemplo. Cato cap: 64. *Olea ubi matura erit, quam primum cogi oportet.* Plaut. Amph. *hæc ubi legati pertulere: caſtris illicò producit omnem exercitum.* Cæſ: lib: 1. de bell. Civ. *Ubi Cæſaris caſtra poſita animadvertere; ſeſe ſubitò proripiunt.* Plaut. Epid. *Ubi erit otium, revertere ad me extempl*ò. [Zo ras je tijd hebt komt dan wederom by mijn.]

Ubi primum, cum Tum, Illicò.

9. Ubi primum jungitur cum Tum, aut Illico. Cat. cap. 17. *Ubi primum incipiunt hiſcere, tum legi oportet.* [Zo ras zy beginnen te gapen, dan &c.] Plaut. Menæch. *Ut primum eſt licitum: illico properavi abire de foro.*

Ubinam, Ubinam gentium.

10. Ubinam & Ubinam gentium vim habet augendi. Cicero lib: 1. de Nat. Deor. *In qua non video, ubinam mens conſtans, & vita beata poſſit inſiſtere.* [Waar dog dat gemoet in &c.] Id: 1. Catil. *O Dii immortales, ubinam gentium ſumus?*

Ubivis

Vbivis, Vbicunque, Vbicunque, terrarum, gentium, Vbi ubi.

11. Ubivis, Ubicunque, Ubi ubi, eandem penè vim habent. Cicer. lib:6. epiſt:1. *Nemò eſt, quin ubivis, quam ibi, ubi eſt, eſſe malit.* Idem Attic. lib. 14. *Qui mihi videntur ubivis tutiùs, quàm in Senatu fore.* [Die my dunkt dat over al veyliger zijn, als in den raad.] Idem 7. Verr. *Omnes Romani, & qui adſunt, & qui ubicunque ſunt, veſtram ſecuritatem deſiderant.* [Zy mogen zijn waar zy zijn.] Idem 2. Phil. *Qui ubicunque terrarum ſunt, ibi eſt omne Reipubl. præſidium.* Id. l. 1. de Nat Deor. *Nihil eſt virtute amabilius quàm qui adeptus erit, ubicunque erit gentium, à nobis diligetur.* Idem 1. Tuſc. *Nunc ubi ſit animus, certè quidem in te eſt.*

De Conjunctione VEL.

Cap. CXCI.

Vel vel, pro Tum.

1. VEl iteratum, pro Tum tum, uſitatiſſimum eſt. Cicer. de Orat. *Res ruſticas vel fructus causâ, vel oblectationis invaſere.* Id: in Brut. *Multum vel honori vel periculo inſervire.*

Vel, vel, disjunctivè.

2. Interdum tamen disjunctivè uſurpatur. Cic: ad Qu. Frat. lib: 2. epiſt: 6. *Sunt iſta quidem, vel magna, vel potius maxima.*

Vel, ſæpiùs iteratum.

3. Nonnunquam ſæpiùs iteratur. Ter. Eun. *Hanc tu mihi, vel vi, vel clam, vel precariò fac tradas.* Cicer: pro Ligar. *Cujus ego induſtriæ faveo, vel propter propinquam cognationem, vel quod ejus ingenio ſtudiiſque delector, vel quod &c.*

Vel, pro Velut, de re aliqua præcipua.

4. Vel ſæpè pro Velut uſurpatur in re aliqua præcipua. Terent. *Nulla eſt tam facilis res, quæ non difficilis fiet, Quam invitus facias: vel hæc deambulatio, Quàm non laborioſa, ad languorem dedit.* [Selfs deſe wandeling, zijnde gants niet moeyelijk heeft my nogtans vermoeyd.] Idem Hec. *Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi.* Cicer. lib:6. epiſtol. 13. *Vel quas proximè acceperam, quam prudentes.* Idem libr: 7. epiſtol: 24. init. *Amoris quidem tui quoquo me verti, veſtigia: vel proximè de Tigellio.* Ter. And. *Vel hoc quis non credat, qui te nôrit, abs te eſſe ortum?* Cicer. lib:7. epiſtol: 15. *Quam ſint moroſi qui amant, vel ex hoc potes cognoſcere.* [Hoe eygenſinnig de vryers zijn, kond gy uyt deſen ſelfs afnemen.] Idem Attic. lib: 14. 16. *Occupationum mearum vel hoc ſignum erit, quod litteræ ſunt librarii manu.* [Dit ſelve ſal een bewijs zijn van mijn veelvuldige beſigheden, dat &c.]

Vel quod, in principio, indignantis.

5. Vel quod in principio, ſæpè indignationem continet. Cicer. pro Flac. *Vel quod eſt in eodem decreto ſcriptum, homines clariſſimos civitatis, ampliſſimis honoribus uſos, hoc Prætore circumventos.* Id. ibid. *Vel quod ait Luceius, L. Flaccum ſibi dare cupiſſe, ut &c.* [Siet ſelfs maar dat Lucejus ſegt &c.] Id. pro Planc. *Vel quòd multo etiam minus eſt ferendum.*

Vel, pro Saltem.

6. Vel non raró uſurpatur pro Saltem. Ter. Phor. *Poſtremo ſi nullo alio pacto, vel fœnore.* [Eyndelijk, is't op geen ander wijs te krijgen, wil ik 't ſelfs op intreſt nemen.]

Vel, pro Etiam.

7. Aliàs pro Etiam. Cic: 3. de Leg. *Nam iſto*

modo vel conſulatus vituperabilis eſt. Id: 1. Acad: *Per me vel ſtertas licet, non modò quieſcas* [Mijnent halven, mogt gy ſelve wel ronken 'k laat ſtaan ruſten.] Idem pro Roſc. Am. *Vel illo aſperrimo judice quærente.* Idem de Orat. *Hæc ſunt ingenii vel mediocris exercitationis autem vel maximæ.* [Daar toe word ſelfs maar een middelmatig vernuft vereyſt, maar daar behoort een ſeer groote oeffening toe.]

Vel, cum Superlativo.

8. Sæpè autem Superlativo gaudet. Cicer: 1. de Natur. Deorum. *Sophiſtes temporibus illis vel maximus.* Idem in Orat. *Hoc in genere nervorum vel minimum, ſuavitatis autem vel plurimum.* Idem 2. Verr. *Viderit adhuc poſt legem tribunitiam, unum Senatorem vel tenuiſſimum damnatum.* [Dat 'er een ja ſelfs den allergeringſten Raadsheer gedoemt is.]

Vel maximè, vel optimè.

9. Cicer. in Orat. *Cùm id certè ſit vel maximè Atticum.* Idem 1. de Orat. *Hoc uno præſtamus vel maximè feris.* Idem lib: 1. de Fin. *Cum Sophocles vel optimè ſcripſerit.* [Als hy op ſijn alderbeſte geſchreven had.]

Admonitio.

10. Vel pro etiam affirmando duntaxat uſurpatur: negando Ne quidem adhiberi ſolet, una aut altera voce interpoſita, Ne tu quidem, Ne ille quidem, & alii ejuſdem modi.

* VEL omittitur, cum dicimus plus minus, quod eſt circiter: [Meer of min. vel, daar of daar ontrent.] Linac: Libr: VI. pag: 425.

De Adverbio VELUT.

CAP. CXCII.

Velut pro Sicut. ὡς, ὥσπερ.

1. VElut Adverbium ſimilitudinis. Liv. libr. 1. *Moram ſuam externam velut quadam Deorum providentia illatam ait.* Cic. de Aruſp. reſp. *Si conabitur, ejus conatum refutabo, velut heſterna die.*

Velut, Sic: Vel Ita.

2. Aſſumit interdum Sic vel Ita. Cic: 1. Tuſc. *Velut in cantus & fidibus, quæ harmonia dicitur, ſic ex corporis totius natura, & figura varios motus cierit.* [Even gelijk als in een Gezang of Snarenſpel, &c. alſoo ook, &c.] Colum. lib: 3. cap: 9. *Velut Olympionicarum equarum, ita Aminæarum vitium ſeminibus electis.*

Admonitio.

3. In comparatione, itemque in ſimilitudine declaranda Cicero libentius Quaſi aut Tanquam dicit, quam Velut.

Velut, pro Exempli cauſa. ὡς.

4. Velut pro exempli cauſa etiam Ciceronianum eſt. Cic. ad Q. Fr. lib: 3. ep: 17. *Ideò conjecta ſunt aliud alio tempore. Velut hoc, T. Annius &c.* [By voorbeeld, by gelijkenis.] Id: 2. de Fin. *Non elogia monumentorum hoc ſignificant? velut ad portam.* Idem 2. de Nat. Deor. *Beſtiæ, quæ gignuntur è terra, velut crocodili.*

De Conjunctione VERO.

D. * Servit hæc Conjunctio, ut omittamus vulgarem ejus uſum, etiam Ironiæ, Virg. IV. Æn: v. 93. *Egregiam verò laudem & ſpolia ampla refertis.*

D. P.

D. P. * In principiis epiſtolarum reſponſionis indicium eſt. Cic: 4. ep: 6. *Ego verò, Servi, vellem, ut ſcribis, in meo graviſſimo caſu affuiſſes.* Id: IX. 5. *Mihi verò ad Nonas benè maturum videtur fore.* Id: XVI. 23. *Tu verò confice profeſſionem, ſi potes.* H. Steph. II. ſched. 25. Goclen. p: 113. obſerv.

D. * SED VERO, pro Sed etiam Lucr. l. 4. *Non homines ſolùm, ſed verò animalia cuncta.*

De Adverbio VIDELICET *quære pag: 455.*

CAP. CXCIII.

De Adverbio VIX. Μόλις.

1. VIx imminuendi, ac pœnè negandi vim habet. Cic: 1. de Orat. *In dicendo vix paucos proferre poſſumus.* Idem 2. Acad. *Nos probabilia quidem multa habemus, quæ ſequi facilè, affirmare vix poſſumus.*

Vix dum.

2. Interdum aſſumit, Dum. Cic: 1. Cat. *Hæc enim vix dum cœtu noſtro dimiſſo comperi.* [Want dit wierd ik al gewaar, doen onſe vergadering nog naulijks geſcheyden was.] Idem l:12. ep. 4. *Cum vix dum triginta dies in Syria fuiſſes.* [Als hy nog naulijks 30. dagen daar geweeſt was.]

Vix, cum, Vix dum, cum.

3. Vix, & Vix dum ſæpè aſſumunt cum. Cic. 2. de Orat. *Vix annus interceſſerat ab hoc ſermone cohortationis meæ, cum iſte accuſavit Norbanum.* Idem Attic. lib: 9. ep. *Vix dum epiſtolam tuam legeram, cùm ad me Poſthumius Curtius venit.*

Vix, cum Nedum.
'k Laat ſtaan.

4. Aliàs additur Nedum: Nam vix continet negationem, quæ præcedere ſolet Nedum. Cicer. lib: 16. epiſt: 8. *Vix in ipſis tectis & oppidò frigus infirma valetudine vitatur:* Nedum in mari, & in via *fit facile abeſſe ab injuria temporis.* Liv: lib. 34. *Vix clamorem eorum, nedum impetum Sueſſani tulere.* ['k Laat ſtaan op Zee, &c.]

Vix, cum Ne vix quidem, aut Nullo modo.

5. Aliàs additur Ne vix quidem, aut Nullo modo, vel aliquid ejuſmodi. Cicer. lib: 9. epiſtol: 8. *Mihi verò cum his ipſis vix: his autem detractis, ne vix quidem.* [Met deſe kan ik beſwaarlijk: ſonder deſe dog kan ik gants niet.] Idem Attic. lib: 11. *Aut vix, aut nullo modo poſſum.* Idem Attic. lib. *Ut vix, aut omninò non poſſit.* [Dat het naulijks, of veel eer, dat het in geenerhande manieren mogt afgedaan worden.]

Vix tandem. Vix, ſed tamen.

6. Vix tandem diuturnam expectationem declarat. Cic. lib: 5. epiſt: 9. *Vix tandem legi litteras dignas Appio Claudio.* ['k Heb eyndelijk en ten laatſten, ter nauwer nood, nog eens een brief: &c.] Vix, ſed tamen, difficultatem rei ſuperatam ſignificat. Idem in Piſ. *Gabinius ipſe vix, ſed tamen ſe collegit.* [Hy is ſeer beſwaarlijk egter is hy nog weder tot zijn ſelven gekomen.]

De Præpoſitione ULTRA.

CAP. CXCIV.

1. ULtra contrarium habet Citra, & ſignificat Trans, Cicero Att. lib: 12. *Ultra Syllanam villam eſt, quam puto tibi notam eſſe.* ['t Is over, of aan geene zijde de Hofſtede van Sylla.] Id: Tuſc: 4. *Sed adhibet modum quendam, quem ultra progredi non oporteat.* Idem 1. Phil. *Quis Senatorem unquam tanto damno coëgit? aut quid eſt*

ultra pignus, aut mulctam? Idem lib: 1. de Div. *Divinatio conjectura nititur, ultra quàm progredi non poteſt.* [Over of buyten welke ſy ſig niet ſtrekken kan.] Salluſt. Jugur. *Contendebant, auripedas ultra Æthiopiam cultu Perſarum, & juſtos & egregios agere.* [Aan gene zijde van't Moreuland.]

Ultra, quam.

2. Non raro aſſumit Quam. Cicer: 1. Tuſc. *Ultra enim quo progrediar, quàm ut veriſimilia videam, non habeo.* Idem 2. Tuſc. *Qui ſequimur probabilia, nec ultra quam id, quod veriſimile occurrit progredi poſſumus.* Idem 1. de Inv. *Longum exordium eſt, quod pluribus verbis, aut ſententiis, ultra quam ſatis eſt, producitur.* ['t Is een te lange voorrede, die ſig in meer woorden, of ſpreuken, wyder als genoeg is uytſtrekt.]

Ultrà, abſolutè.

3. Ultrà ſæpè abſolutè ponitur. Cic. de Univ. *Si probabiliter dicentur, ne quid ultra requiratis.* [Gy behoeft dan niets verder te begeren, vel, wat behoeft gy dan niet te begeren.] Idem Att. lib: 15. ep: 1. *Eſt autem oratio ſcripta elegantiſſimè ſententiis, verbis: ut nihil poſſit ultra.* [Datmen niet meer wenſſen kan of verſinnen.] Aliàs diceret, Ut nihil ſupra.

Admonitio.

4. Ultrà dici eleganter ſolet, quod vulgò Ulterius dicunt.

De Adverbio ULTRO.

CAP. CXCV.

1. ULtrò ex contrariis varias ſignificationes accipit. Nam cum coacto opponitur, eſt Spontè: cum petenti, eſt Non petenti. Cic: lib: 4. ep: 15. *Nec mihi quicquam in mentem venit optare, quod non ultrò mihi Cæſar detulerit.* ['t Geen my Cæſar niet van ſelfs, of, ongevraagt, of uyt ſijn ſelfs gegeven heeft.] Cum opponitur Vocato, declarat Non vocatum. Cic: 2 de Fin. *Cum ſciret nemo eum rogatum à C. Platio Equite Romano ſplendido Nurſino, ultrò ad mulierem venit:* [Uyt ſijn ſelfs, ongeroepen:] Item illa: Ultrò polliceri, mittere, & alia ejuſmodi.

Ultrò, pro Inſuper.

2. Ultrò interdum ſignificat Inſuper. Terent. Eun. *Ultrò etiam irriſum advenit.* [Hy komt 'er ook nog by om wat te ſpotten.] Virgil: Æn: lib: 9. *Viderit irrumpentem, ultròque incluſerit urbi.* Cic: Catil: 3 *Eſt etiam in nobis animus, Quirites, ut non modò nullius audaciæ cedamus, ſed etiam omnes improbos ultrò ſemper laceſſamus.*

Ultrò citroque, pro Ultra, citraque.

3. Ultrò citròque dicta ſunt pro Ultra citraque. Cicer. pro Roſc. Am. *Poſtea homines curſare ultrò citroque non deſtiterunt.* Idem 7. Verr. *Monumentum ſceleris audaciæque ſuæ voluit eſſe in conſpectu Italiæ in veſtibulo Siciliæ, in prætervectione omnium, qui ultrò citroque navigarent,* [Die heen en weder voeren.]

Ultrò, citroque: pro Mutuò, & inter ſe.

4. Interdum Ultrò, Citroque per tranſlationem uſurpatur pro Mutuò, atque inter ſe. Cicer. lib: 1. Offic. *Beneficia ultrò citroque data & accepta.* [Weldaden, die over en weder, gegeven en genoten worden. Wiſſel-weldaden.] Idem lib: 6. de Republ. *Multiſque verbis ultrò citroque habitis, ille nobis conſumptus eſt dies.* [Na dat wy ſeer veel woorden, over en weder gewiſſelt hadden.] Idem 1. Acad. *Sic naturis iis, ex quibus omnia conſtant, ſurſum deorſum, ultro citroque commeantibus mundi partium conjunctio continetur.*

De Adverbio UNDE, & UNDIQUE.

Cap. CXCVI.

1. Unde etſi propriè eſt adverbium loci, interdum tamen & ad perſonas, & ad alias res accommodatur, poniturque eleganter pro Ex quo, Ex qua, vel ex quibus. Cic: 1. de Orat. *De ea re multò dicet ornatiùs, quàm ille ipſe, unde cognorit.* [Hy ſal van die ſelve ſaak veel cierelijker redeneren, als hy ſelfs van wien hyſe heeft.] Idem in Brut. *Eloquentia, unde longe abſum.* Idem pro Flac. *Adſunt Athenienſes, unde humanitas ac doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur.* [Daar ſijn die van Athenen, van wien men meynt &c.] Idem lib: 1. de Orat. *Equidem vobis fontes, unde hauriretis atque itinera ipſa putant eſſe demonſtranda.* Idem pro Syl. *Verbum, unde quiſque poſſit offendi.* [Een woord, waar aan ſig elk ſoude konnen ſtoten.]

UNDIQUE.

2. Undique eſt omni ex parte. De loco propriè dicitur. Virg. Æn. 5. *Maria undique, & undique cœlum.* Cicer. pro Leg. Man. *A Sicilia multis undique cinctam periculis explicavit.* Idem pro Sext. *Omnes undique floſculos carpam atque delibem.* [Over al van daan van ronts om. van allen kanten.]

3. Sæpè autem per tranſlationem uſurpatur. Cicer. de Nat. Deor. *Mundus perfectus undique eſt.* Id eſt, Omni ex parte. Idem 2. Phil. *Aut undique religionem tolle, aut uſquequaque conſerva.* [Of roeyd de Godſdienſt over al uyt, of handhaaftſe allenthalve.]

De Nomine UNUS.

Cap. CXCVII.

1. Unus & Alter pro Duo uſurpatur. Cic: 4. Verr. *Dicit unus & alter breviter.* [Den een en den ander, ſpreekt kortelijk, of, ſy ſpreken alle beyde &c.] Idem pro Cluen. *Unus & alter dies intercesſerat, cùm &c.* Id: Att: l: 14. epiſt: 18. *Adductus ſum tuis unis, & alteris litteris.* ['k Ben door de eene en andere brief van u aangeſet.]

Unus, aut alter, pro unus aut duo.

2. Cicer. Attic. lib: 7. *Quid enim eſt tantum in uno aut altero die?* [Wat is'er ſoo veel aan een dag of twee gelegen.] Id: ep: 8. lib: 2. *Uno, aut altero arrepto, quieturos alios.*

Unus, alter diſtributivè.

3. Cic: lib: 1. ep: 17. *Uni epiſtolæ reſpondi, venio ad alteram.* ['k Heb uw eene brief beantwoord nu kome, ik tot den anderen.] Id: lib: 2. ep: 4. *Reliqua ſunt epiſtolarum genera duo: unum familiare & jocoſum, alterum ſeverum, grave.*

Unus, alter, tertius.

4. Cùm res plures duabus numerantur, dicimus Unus, Alter, Tertius. Cic: 1. Acad. *Fuit ergo jam accepta à Platone philoſophandi ratio triplex: Una de vita & moribus: altera de natura, & rebus occultis, tertia de diſſerendo.* Idem pro Cluen. *Unum, alterum, tertium annum Saſſia quieſcebat.* [Hy had nu al een jaar, twee, drie geruſt.] Idem pro Flac. *Tria Græcorum genera, quorum uni ſunt Athenienſes, Æoles alteri, Dores tertii nominabantur.*

Unus, Alter, plures.

5. Interdum pro Tertius reponitur Plures,

aut aliquid ejuſmodi. Cicer: 6. Verr. *Dies unus, alter, plures: non referri.* [Een dag of twe of meer.] Idem 2. Verr. *Unum alterum menſem, prope annum.* [Een maand of twee. Ja ſchier een Jaar.]

Unus, Atque idem.

6. Jungitur interdum cum Idem. Cic. de Div. *Exitus quidem omnium unus, & idem fuit.* [Zy hebben alle een en 't ſelve uyt eynde gehad.] Idem 7. Verr. *Una atque eadem nox erat, qua Prætor pop. Roman. prædonum incendio conflagrabat.* ['t Geſchiede in een en de ſelve nagt, waar in &c.] Idem de Univ. *Quod unum ſemper, atque idem eſt.* Idem Catil. *In hac cauſa omnes unum atque idem ſentiunt.* [Zy ſijn hier in alle van een en 't ſelve gevoelen.] Idem 2. Cat. *Quibus hoc præcipiendum videtur unum ſcilicet, & idem, quod cæteris omnibus.*

Unus aliquis, Unus ullus, Unus quivis.

7. Unus aliquis, Unus ullus, Unus quivis, fermè extenuandi vim habent. Cicer: 10. Phil: *Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, quò unus aliquis tuam ſententiam ſecutus ſit?* [Waar in ymand ſlegts ſig na uw gevoelen geſchikt had.] Idem 2. de Fin: *Utilitati hominum plus, quàm unius alicujus, aut ſuæ conſulit.* [Hy werkt veel meer op 't profijt van alle Menſchen, als van een enkeld man, ja van hem eygen ſelfs.] Idem 2. Agr. *Ratum ſit, quod finitor uni ulli, à quo miſſus erit, renunciaverit.* Id eſt, unicuivis. [Aan een eenige hy zy wie hy zy.] Idem pro Cæcin. *Si tu ſolus, aut quivis unus cum ſcuto, &c.* Id eſt, Quicunque, modò ſolus eſſet.

8. Verùm unus aliquis interdum pro Quiſpiam uſurpatur. Cicer: 2. Offic. *Confugerent ad unum aliquem virtute præſtantem.* [Zy mogten tot den eenen of den anderen deugdſamen haar toevlugt nemen.]

P. * Nemo Unus. Liv. lib: 2. *Nemo unus ſatis dignus regno viſus eſt.* Idem. *Nemo unus erat vir, quo magis innixa res Romana ſtaret.* Hadr. Hîc unus abundat.

* Unus pro quidam. Cic: IX. Attic. 12. *Me una hæc res torquet, quòd non omnibus in rebus labentem, vel potius ruentem Pompejum tanquam unus manipularis ſecutus ſim.* Plin: XXXV. 10. *Aberat ipſe, ſed tabulam unus una cuſtodiebat:* Sic Matth. 8. v. 19. εἷς γραμματεὺς pro γραμματεύς τις quidam ſcriba.

Unus pro primus. Cicer: de Seneſt. *Plato uno & octogeſimo anno ſcribens eſt mortuus.* Id. XVI. ep. 5. *De navi exeuntibus nobis Acaſtus cum litteris præſto fuit, uno & viceſimo die.* Amerp. ibid. Lin. lib: III. p: 179. Sic. Marc. 16. v: 2. τῆς μιᾶς σαββάτων pro τῆς πρώτης die primo Sabbatorum.

Unus, pro Solus.

9. Unus pro Solus rarum non eſt. Cic. Attic. lib: 1. *Panætius unus omninò omnes fuit.* [Panætius alleen.] Idem 1. Div. *Panætius, qui unus è Stoicis Aſtrologorum prædicta rejecit.* Idem ad Q. Fr. lib: 1. epiſtol: 1. *In ſuis ſummis laudibus excipiunt unam iracundiam.*

Ad Unum.

10. Ad unum eſt Nullo excepto. Cicer. de Amic. *De amicitia verò omnes ad unum idem ſentiunt.* Liv: *Romanos eos in Algido conſecutus, omnes ad unum occidit.* [Hy heeftſe alle gelijkelijk, of tot een eenigen Man toe gedood.] Cicer. lib: 10. epiſt. *Ego eam ſententiam dixi, cui aſſenſi ſunt ad unum.*

In his locutionibus ſubauditur uſque. Lin. lib. VI. p. 419 420.

P. * IN UNUM. Cic. Phil: 9. *Si omnes Juris Conſulti in unum conferantur.* [Sy alle by malkanderen.]

Unus ex omnibus, vel inter omnes.

11. Unus ex omnibus, vel, inter omnes, magnam vim habet augendi: quia unus confertur

cum

cum omnibus. Cic: 2. Catil. *Ille autem unus timendus ex omnibus.* [Hy is de eenigſte onder allen daar men voor behoeft te vreeſen.] Idem lib: 3. ep. *Unus ex omnibus amicis efficiam, ut maximè lætere.* Id: 1. de Orat. *Cùm te unum ex omnibus ad dicendum maximè natum, aptumque cognoſſem.* Id: 2. de Orat. *Si quæramus quid unum excellat ex omnibus; docto Oratori palma danda eſt.* Id: in Orat. *Inter omnes in omni dicendi genere unus eminet Demoſthenes.* Huc pertinet illud Virgilianum. *Hanc Juno terris fertur magis omnibus unam Poſthabita coluiſſe Samo.*

Unus, cum ſuperlativo.

12. Unus cum Superlativo mirificè auget. Intelligitur enim, omnium. Cic. l: 11. ep. 16. *Quamquam quicum loquor? cum uno fortiſſimo viro, qui, &c.* [Met den eenigſten allerdapperſten Man.] Idem lib: 1. de Nat. Deor. *Una excellentiſſima virtus juſtitia tollatur.* [De eenigſte alleruytnemendſte deugd.] Virg. 1. Æn. *Juſtiſſimus unus Qui fuit in Teucris.*

Unus omnium, Unus totius.

13. Interdum additur Omnium, aut Totius. Cicer. Att. lib: 8. *Unum omnium loquaciſſimum, & minimè aptum ad dicendum.* [Den grootſten kakelaar die 'er Leeft.] Idem pro Rab. Poſt. *Virum unum totius Græciæ juſtiſſimum Platonem.*

De Adverbiis USPIAM & USQUAM.

CAP. CXCVIII.

1. USpiam eſt alicubi, ſeu aliquo in loco. Cic. de Am. *Si aliquis nos Deus in ſolitudine uſpiam collocaret.* Id. 2. de Fin. *Si ſciret aſpidem occulte latere uſpiam.* [Soo hy wiſt dat 'er ergens een ſlang ſig onthield.]

2. Uſquam eſt ullo in loco. Cicer: 6. Verr: *Quam crucem non auſus eſt uſquam defigere, niſi apud eos &c.* Idem pro Flac. *Is cui nullus eſſet uſquam conſiſtendi locus.* [Die geen plaats van verblijf ergens had.] Idem pro Mur. *Prudentia, quæ neque extra Romam uſquam neque Romæ quicquam valet.* Interdum adhibetur Gentium. Terent. Hec. *An quiſquam uſquam Gentium eſt æque miſer?* [Iſſer wel ymand ergens ter Wereld ſoo rampſalig.]

P. * USQUAM ad rem accommodatum. Ter. And. *Neque iſtic neque aliqui uſquam erit in me mora.* [Nog hier in nog ergens anders in, ſal 't aan my ſcheelen.

Uſquam pro aliô.

3. Nonnunquam Uſquam eſt Ullum in locum. Cic. de Rep. *Nec vero uſquam diſcedebam.* [Ik ging nergens heen.] Plaut. Milit. *Si ea quidem deducta eſt uſquam gentium.*

De Adverbio USQUE.

CAP. CXCIX.

Uſque à vel ab, aut ex.

1. USque A, vel AB, cum amplificatione quadam ſignificat locum unde, Cicer. pro Cluent. *Illam uſque à mari ſupero Romam proficiſci cum magno comitatu.* [Al heel van de Golv van Venetien, tot Romen toe &c.] Idem 1. de Nat. Deor. *Uſque à Thaleto enumeraſti ſententias Philoſophorum.* Idem 1. de Divin. *Vetus opinio eſt uſque ab heroicis ducta temporibus.* Idem 3. Verr. *Qui uſque ex ultima Syriâ, atque Ægypto navigarent.* Idem Att. lib: 1. ep: 3. *Quod eos uſque iſtinc exauditos putem.* [Al heel daar van daan.]

Uſque ad.

2. Uſque ad, interdum pari amplificatione declarat locum Ad quem. Cic; de Seneſt. *Uſque ad*

ad adoleſcentiam meam proceſſit ætate. Id: 1. Cat: *Uſque ad extremum ſpiritum.* [Tot het laatſte van mijn leven.] Idem 6. Verr: *Uſque ad hoc tempus Syracuſis feſtos dies anniverſarios agunt.* [Tot op deſe tijd toe.]

3. Huc pertinet illud Cicer: pro Qu. *Trans Alpes uſque transfertur.* [Al heel over de Alpes heen.]

* Pro uſque ad interdum conciſiùs reperitur vel USQVE, vel AD ſolum, alterâ particulâ omiſsâ. Cicer. Verr. *Sacerdotes uſque Ennam profecti ſunt.* Idem Att. *Uſque Puteolos venit.* Schor. in Phraſ. & ejus compilator. Schopp. in obſerv. Cicer. *Quis eſt tam ſtultus quamvis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe adveſperam eſſe victurum.*

* Prætereà patitur hæc particula anaſtrophen, quo fit, ut variis modis unam eandemque ſententiam, efferre liceat: uſque ad palatium; ad uſque palatium, uſque palatium; ad palatium; ad palatium uſque. Sylv. III. progym: 45. Virgil: IX. Æn. verſ. 289. *Siculo proſpexit ab uſque Pachyno.* Plaut. *Ad ſatietatem uſque.*

* USQUE IN. USQUE SUb. ut: uſque in flumen; uſque ſub obſcurum noctis. Lin. lib. V. p. 335.

Uſque, pro aſſiduè.

4. Sæpè, uſque, aſſiduitatem, & perſeverantiam quandam declarat. Ter. Hecyr. *Ita uſque adverſâ tempeſtate uſi ſumus.* ['t Elkens, ſonder ophoude.] Cic: lib: 12. epiſt: 10. *Mihi quidem uſque curæ erit, quid agas.* Plaut. Caſin: *Uſque adero domi.* Virgil. Ecl. 4. *Cantantes licet uſque, minus via lædet, eamus.*

* USQUE ISTHINC. Cic. Att: *Noſti ſonitus noſtros, tanti fuerunt, ut ego brevior ſim, quòd eos uſque iſtinc exauditos putem.* Hadr. Cardin. Schor. in Phraſ.

* INDE USQUE. Cic: pro Arch. *Inde uſque repetens.* Schor. in Phraſ. Terent. *Inde uſque à pueritiâ.*

P. * Usque Adhuc, pro hactenus. Terent. Adelph. *Ceſſatum eſt uſque adhuc.*

Uſque, dum; quoad, donec.

5. Sæpè Uſque aſſumit Dum, Quoad, Donec. Cicer. lib: 12. epiſt: 19. *Mihi quidem uſque curæ erit quid agas, dum quid egeris, ſciero.* [Tot ſoo lang toe ſal ik verlege ſijn wat gy doed, tot dat ik verneem wat gy gedaan hebt.] Id: 3. Verr. *Fateatur ſe privatum hominem vivos prædonum duces atque incolumes domi ſuæ, uſque dum me licuerit, tenuiſſe.* Idem in Brut. *Uſque eum, quod nunciatum eſſet Conſules deſcendiſſe, omnibus excluſis commendatum fuiſſe.* Terent. Adelph. *Certum eſt obſidere uſque, donec redierit.* [Soo lang, tot dat.]

Uſque eò, dum. Uſque eo, quoad.

6. Uſque eò, jungitur cum Dum, vel Quoad. Cicer: 2. Acad. *Multa facimus uſque eò, dum aſpectus ipſe fidem faciat ſui judicii.* [Wy doen veel dingen ſoo lang tot dat &c.] Idem 2. de Natura Deorum. *Uſque eò premere earum capita mordicus, dum illa captum amitterent.* Idem pro Dejot. *Uſque eo ſe tenuit, quoad à Cn. Pompejo ad eum legati, literæque venerunt.* Id: 5. Verr. *Liciti ſunt uſque eò, quoad ſe efficere poſſe arbitrarentur.* [Sy hebbende tot ſoo lang na geboden, als ſy meynden dat zy kans ſagen om 't op te brengen.] Idem 2. Agr. *Cum uſque eò vicinas proſcriberet, quoad.*

S. P. USQUE EO, DONEC. Cicer. Verr. *Uſque eò timui, donec ad rejiciendos judices venimus.*

S. P. * USQUE EO, QUO. ad Heren libr. 1. *Uſque eo, quo opus erit, perſequimur.*

Uſque eò, ut. Uſque eô, ne.

7. Vſque eò, ut, pro Adeò ut, eleganter uſurpatur. Interdum etiam Vſque eò ne. Cic: Ver

6. Verr. *Quod ubi iſte audivit, uſque eò commotus, ut &c.* [Hy is zodanig bewogen &c.] Idem in Orat. *Uſque eò moroſi ſumus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes.* Idem pro Quinct. *Inferiorem ſe eſſe patitur, duntaxat uſque eò, ne cum bonis, fama, fortuniſque omnibus Sex. Nævi crudelitati dedatur.*

Uſque eò, abſolutè, pro Adeò.

8. Cicer. pro Roſc. Am. *Uſque eò animadverti Judicem jocari, antequam Chryſogenum nominavi.* Idem pro Roſc. Com. *Uſque eone te diligis, & magnificè circumſpicis?* [Hebt gy uw zelve zo lief &c.]

Uſque adeò, in Epiphonemate.

9. Interdum adhibetur in Epiphonemate. Cicer. Tuſc. 3. *Dionyſius quidem Tyrannus, Syracuſis expulſus, Corinthi pueros docebat; uſque adeò imperio carere non potuit.* [Zo weynig heeft hy regeering konnen miſſen.]

Uſque adeò ut, vel uti.

10. Uſque adeò ut, idem quod Uſque eò, ut, ſed grandius. Cicer. pro Flac. *Uſque adeò orba fuit optimatum illa concio, ut princeps principum eſſet Mæandrius.* [Deze vergadering is zo ledig van aanzienlijke Toehoorderen geweeſt dat Meandrius de voornaamſte van alle was.] Idem 2. de Inv. *Ipſos quoque tempeſtas vehementius jactare cœpit, uſque adeò, ut navis dominus confugeret in ſcapham.*

Uſque adeò, cum Quoad, vel Donec.

11. Uſque adeò, quod, idem quod Uſque eò, quoad. Cicer. pro Sext. *Atque hæc ſcitis omnes, uſque adeò hominem in periculo fuiſſe, quoad ſcitum eſt Sextium vivere.* [Dat de Menſch zo zeer in gevaar geſtoken heeft: zo lang men geweten heeft dat &c.]

Interdum pro Quoad adhibetur Donec. Terent. And. *Suadere, orare uſque adeò, donec perpulit.*

S.D.* USQUE ADEO, DUM. Gracch. apud Gell. X. 3. *Uſque adeò verberari juſſit, dum animam efflavit.*

S.* USQUE AD EUM FINEM. DUM. Cic: 11. de Nat. Deor *Quid dicam, quantus amor beſtiarum ſit, in educandis, cuſtodientibuſque iis, quæ procreaverunt, uſque ad eum finem, dum poſſint ſe ipſa defendere?*

Uſque adeò abſolutè.

12. Interdum abſolutè ponitur. Virg. Ecl. 1. *Uſque adeò turbatur agris.* Idem Æn. lib. *Uſque adeòne mori miſerum eſt.*

Uſquequaque.

13. Uſquequaque eſt idem ferè quod Ubique. aut, Undique, & omni ex parte. Cic: 7. Verr. *Nolite uſquequaque eadem quærere, in metu belli furandi locus quis poteſt eſſe?* [Allenthalve, over al.] Idem 2. Philipp. *Aut undique religionem tolle, aut uſquequaque conſerva.* Idem lib: 5. de Finib. *An hoc uſquequaque aliter in vita, & non ex maxima parte de tota judicabitis?* Idem lib. 7. ep. *uſquequaque ſapere oportet: Id erit telum acerrimum.* [In alle dingen, in alle gelegentheden.]

De Conjunctione & Adverbio Ut.

CAP. CC.

Ut, cum Vereor.

1. VEreor ut, eſt Velim, ſed timeo. Terent. Eun. *Vereor, ut hic dies mihi ſatis ſit.* [Ik

vrees dat deze dag my niet &c.] Cic: 1. Agr: *Hoc quia vos fœdus non juſſeritis, veretur Hiempſal, ut ſatis firmum ſit, & ratum.* [Dat het niet vaſt en beſtendig genoeg zal zijn.]

Admonitio.

2. Interdum aſſumit Non, idem tamen ſignificat. Idem pro Mar. *Vereor, ut hoc perinde intelligi auditu non poſſit, atque ipſe cogitans ſentio.* Idem Tuſc. *Et tamen veremur, ut hoc natura non patiatur.* Sed videndum, ne mendum ſubſit his locis. Certè longè uſitatius eſt Vereor ut. Vereor ne non. Itaque à Vereor, ut non, abſtinendum videtur, præſertim cum res non immeritò ſuſpecta ſit. Lege ſuprà pag: 169. 170.

Ut ita, Ut ſic, Ut item.

3. Ut, pro Quemadmodum plerumque adſciſcit, Ita, vel Sic. Cicer: lib: 20. epiſt: 10. *Ut optaſti, ita eſt.* Idem Att. lib: 8. ep: 3. *Ut maxima de re, æquo animo deliberanti, ita des conſilium velim.* Id: Att: l: 10. ep: 16. *Ut malè poſuimus initia ſic cætera ſequentur.* Idem de Seneƈt. *Ut non omne vinum, ſic non omnis natura coaleſcit.* Idem 2. de Leg. *Ut vir doctiſſimus fecit Plato, idem mihi credo eſſe faciendum.*

P. ✱ NON UT, SIC. Cic: 2. de Inv. *Non ut cauſarum, ſic Oratorum quoque multorum communes loci ſunt.*

Vt, poſtpoſitum.

4. Ut ſæpè elegantiæ cauſa ex primo loco recipit ſe in ſecundum, præſertim ſi cum Vix, Nullus, Nemo, Tantum copuletur: Vix ut, Nullus ut; nemo Ut, tantum ut; exempla paſſim occurrunt.

Vt cum Neve, vel Neu.

4. Ut interdum copulatur cum Neve, vel Neu. Cic: Att: lib: 13. ep: 44. *In qua extrema Scripta erat, ut ad ludos omnia pararet, neve committeret, ut fruſtra ipſe properaſſet.* Cæſ: lib: 3. de bell: Civ. *Pompejus ſuis prædixerat, ut Cæſaris impetum exciperent, neve ſe loco moverent.* Id: ibid. *Has munitiones auxit, ut pro muro objectas haberet, neu pugnare invitus cogeretur.*

Vt pro quomodo.

5. Vt ſæpè uſurpatur pro Quomodo, vel Sicut. Ter. Phorm. *Præſertim, ut nunc ſunt mores.* [Voornamentlijk, gelijk nu de mode is.] Cic: Att: l: 7. ep: 4. *Ut principia ſe dant.* [Gelijk de beginzelen zijn.]

Ut nunc eſt, Ut nunc habet, Vt nunc ſit.

Gelijk het nu ſtaat, gelegen is, toegaat.

6. Huc pertinent illa, Vt nunc eſt, Vt nunc habet, Vt nunc ſit. Cic. Att. lib. 15. *Mihi quidem deliberatum eſt, ut nunc eſt, abeſſe ex ea urbe.* Id: Att: lib: 12. *Quæ ſi manebunt, quærenda eſt accuſatio ad Brutum: & ut nunc eſt, manſura videntur.* Idem lib: 1. de leg. *Hanc vides villam, ut nunc quidem eſt, lautiùs ædificatam.* Idem Att. *Ille, ut nunc ſe habet, in admirabili gloria eſt.* Id: 2. Acad. *Sed me hercule quidem, ut ſe nunc cauſa habet, etſi heſterno ſermone labefactata eſt, tamen videtur eſſe certiſſima.* Idem lib: 9. epiſt: 16. *Non ut olim ſolebat, ſed ut nunc ſit, minum introduxiſti.*

Vt pro Si ſpectes.

7. Vt ſæpè in comparatione uſurpatur pro Si ſpectes. Cic: in Brut. *Themiſtocles, ut apud nos, perantiquus, ut apud Athenienſes, non ita ſane vetus.* [Themiſtocles, na onſe wijs, zeer oud, maar na de Atheniers niet zoo oud.] Idem ibid. *Vt populi Rom: ætas eſt, ſenes: ut Athenienſium ſecula numerantur, adoleſcentes debent*

debent videri. Idem de Seneꝭt. *Multæ etiam (ut in homine Romano) litteræ.* Idem in Brut. *Erat cùm literis Latinis, tum Græcis, ut temporibus illis, eruditus.* [Hy was zeer ervaren in 't Griex en Latijn, naa gelegentheydt van die tijden.]

Vt in malis.

8. Vt in malis indidem eſt, pro Si ſpeꝭtes mala. Cic. lib: 12. epiſt: 2. *Non nihil, ut in tantis malis, eſt profeꝭtum.* [Men heeft yets gevordert, zoo men op de qualen let.] Idem ad Quinꝭt. Fr. lib: 1. ep: 1. *Exorabilis iracundiæ, ut in malis, acerbitati anteponenda eſt.*

* VT pro VTPOTE. Quintil. *Nec utique damno, ut, qui dixerim eſſe in omnibus utilitatis aliquid.* Vall: II. Eleg: 28. Linac. lib: V. p: 359. Lege Qui pro, eò, quòd, p: 195.

Vt, pro Vtpote qui.

9. Vt eleganter uſurpatur pro Vtpote qui. Cicer. in Piſ. *Dices enim, ut es homo facetus.* [Vermits gy, als die een korswyligh Man zijt.] Id: pro Mur. *Ille, ut fuit ſemper apertiſſimus, non purgavit, ſed indicavit.* Idem pro Roſc. Am. *Homo, ut erat furioſus, reſpondet.* Idem 1. Verr. *Illi quidem ut eſt hominum genus nimis acutum, & ſuſpicioſum arbitrabantur, &c.* [Want zy meynden, vermits zulke luyden ſpitsvinnig en argwanende zijn.]

Vt mirantis.

10. Vt, pro Quomodo, ſæpè admirationi ſervit. Cicer. pro Mil. *Vt contempſit! ut pro nihilo putavit!* Idem 5. de Fin. *Vt illi efferuntur lætitia, cum vicerint! ut pudet victos! ut ſe accuſari nolunt!* Idem Attic. lib: 7. *Cn. autem noſter (O rem miſeram, & incredibilem) ut totus jacet!* Plaut. Capt. *Vt ſæpè ſumma ingenia in occulto latent!* Idem Stich. *Vt ego te nunc conſpicio lubens! Vt præ lætitia lacrymæ proſiliunt mihi!* Virgil. Eclog. 8. *Vt vidi! ut perii! ut me malus abſtulit error!*

Vt, interrogantis, pro Quomodo.

11. Interdum interrogantis, pro Quomodo Horat. *Vt valet? ut meminit noſtri?*

P. Vt QVID? pro Quamobrem? Cicer. VII. Att. *De pugna, inquis, potiùs, quam ſervias. Vt quid? ſi victus eris, proſcribare; ſi viceris, tamen ſervias.*

Vt, concedentis.

Geſtelt zijnde.

12. Sæpè etiam inſervit conceſſioni. Cic: 5. Verr. *Vt illud non cogitares; tamen ad ejuſdem ordinis homines te judices eſſe venturum.* [Geſtelt zijnde, wanneer gy daar niet &c.] Id: 2. Agr. *Et enim, ut circumſpiciamus omnia, quæ populo Roman. grata atque jucunda ſunt.* Idem 1. Tuſc. *Vt enim rationem Plato nullam afferret, vide quid homini tribuam, ipſa authoritate me frangeret.*

Vt, cum Tamen, vel Certè.

13. Vt in conceſſione aſſumere ſolet, Tamen, vel Certè. Cic. Verr. *Verum ut ita ſit, tamen, &c.* Id: Att. lib: 2. ep: 15. *Verùm ut hoc non ſit, tamen ſervet Remp.* [Schoon dit niet was, laat hy nochtans &c.] Id: 2. Phil. *Quod ſi pacis, hoc eſt timoris noſtri nomen audierit; ut non referat pedem, inſiſtet certè.* [Geſtelt zijnde dat hy niet wijke, hy zal ten minſte ſtil ſtaan.] Idem 10. Phil. *Vt ſuperiora omittam; hoc certè, quod mihi maximam admirationem movet, non tacebo.*

P. * VT, pro VTINAM, exſecrantis. Terent. Eun. *Vt illum Dii Deæque perdant!* Weitz. ibi. p. 178. Hadr. Cardin.

Non ut, Sed, Sed ut, Sed quaſi.

14. Non aſſumit interdum Sed, vel Sed ut, aliàs Sed quaſi. Cic. ad Q. Frat. lib. ep. 1. *Non ut te inſtituerem, ſcripſi: ſed me in ſcribendo commemoratio tuæ virtutis delectavit.* [Ik heb dit niet geſchreven om u te leeren: maar het &c.] Idem de opt. gen. Or. *Orationes converti, non ut interpres, ſed ut orator.* Idem 1. de Orat. *Non ut quidem dicendi magiſter, & artifex, ſed quaſi unus è togatorum numero videar.*

Ut ne, pro Ne.

15. Ut paſſim cauſæ vim habet, & finem ſignificat: cui opponitur Ne, verùm ſæpè ut ne uſurpatur pro Ne. Cic. pro Mil. *Num quid igitur aliud in judicium venit niſi uter utri inſidias fecerit? profectò nihil: ſi hic illi; ut ne ſit impunè.* [Indien deze hem lagen gelegt heeft, dat hy dan niet ongeſtraft blijve.] Idem pro Mil. *Opera detur, ut judicia ne fiant.* Idem poſt red: in Sen. *Ut lex Ælia & Fuſia ne valerent.* Idem pro Cæcin. *Utne longiùs abeam.* [Op dat ik niet verder mag afweyden.]

Ut non, pro Quin.

16. Interdum Ut non adhibetur pro Quin. Cicer. pro Bal. *Poteſt igitur Judices L. Cornelius damnari, ut non C. Marii factum condemnetur?* [Kan Cornelis veroordeelt worden, dat niet de daad van C. Marius veroordeelt word.] Idem pro lege Man. *Ruere illa non poſſunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant.*

Ut, ut ne.

17. Ut interdum copulatur cum Ut ne. Cic. 1. de Orat. *Ut iis, quæ habeant, modicè, & ſcienter utantur, & ut ne dedeceat.* [Op dat zy die dingen matig en wyſelijk gebruyken, en dat het haar niet onbetamelijk zy.]

Non ut, ſed ut Ne.

18. Cicer. lib: 1. epiſt: 7. *Petivi ſæpè per literas, non ut decernatur aliquid novi, ſed ut ne quid novi decernatur.* [Ik heb dikwils in mijn Brieven verzogt niets dat'er yets nieuws, maar dat 'er niets nieuws mocht beſlooten worden.]

Non ut ne, Ut ne.

19. Cic: 4. Verr. *Poſtulant enim non ut ne cogantur ſtatuere. Quid igitur? ut ipſis ne liceat.* [Want zy verzoeken niet dat zy niet gedwongen worden yets vaſt te ſtellen: Wat dan? op dat het haar niet toegelaten worde.]

Utut, pro utcunque.

20. Ut ut idem eſt, quod utcunque. Cic: l. 6. ep. *Sed, ut ut eſt, indulge valetudini.* ['t Zy hoe 't zy, 't ga zo 't wil.]

Ut ut, cum Tamen, vel Certè.

21. Interdum aſſumit Tamen vel Certè. Terent. Phorm. *Vt ut hæc ſunt, tamen hoc faciam.* [De zaak mag ſtaan zooze wil; nochtans zal ik dat doen.] Idem ibidem. *Nam ut ut erant alia, illi certè conſuleres, quæ nunc tuæ eſt domi.*

Ut pro poſtquam. &c.

22. Ut ſæpè uſurpatur pro poſtquam. Cic. 3. Verr. *Romam ut ex Sicilia redii.* Idem Attic. lib: 7. *Vt ab urbe diſceſſi, nullum prætermiſi diem, quin aliquid ad te litterarum darem.* [Na dat ik vertrokken ben.] Idem in Brut. *Vt ſemel Piræeo exivit, omnes peragravit Inſulas.* [Na dat hy eens uyt het Pireen gegaan was heeft hy alle de eylanden door reyſt.] Idem ibid. *Vt enim illa dediſti, nihil à te ſanè poſteà accepimus.* [Van die tijd af.]

D. * UT pro ubi, quâ parte. Catull. epig. 17. *Totius ut lacus putidaque paludis lividiſſima, maximeque eſt profunda vorago.* Idem: *Multum luſimus in meis tabellis, ut convenerat eſſe delicatos.* Scal. ibid p. 47. Sic utcunque, pro ubicunque, vide ſuo loco, p. 448.

Vt cum ſtatim vel Confeſtim.

23. Interdum aſſumit ſtatim, confeſtim, aut aliquid ejuſmodi. Cicer. Attic. lib: 12. ep: 19. *Philippus ut heri me ſalutavit, ſtatim Romam profectus eſt.* [Zo haaſt als Philippus my giſteren gegroet heeft, is hy na Romen getrokken.] Idem pro Cluen. *Vt quidque ego apprehenderam, ſtatim accuſator extorquebat è manibus.* Liv. lib. 1. *Ut Hoſtilius cecidit, confeſtim Romana inclinavit acies.* Cic. pro Cluen. *Qui ut ſe blanditiis & aſſentationibus in Aſinii conſuetudinem penitus immerſit; Oppianicus continuò ſperare cœpit.*

Ut primùm, cum ſtatim, ἐπειδὰν τάχιστα.

24. Ut primùm ſignificantius eſt, quàm ut: declarat enim ſimul ac. Jungitur autem cum ſtatim. Cic. lib: 5. epiſt. 2. *Illud dico, me ut primum in concione provinciam depoſuerim, ſtatim quemadmodùm tibi traderem, cogitare cœpiſſe.* Idem pro Cluen. *Ut primum Oppianicus ex eo, &c. cœpit ſibi ſuſpicari, ſtatim ſe ad hominis egentis familiaritatem applicavit.*

S. P. * UT, IDCIRCO: UT, OB EAM REM. Cic. pro Flac. *Ut populi ſermonem exciperes, idcirco Deicianum uſque ad coronam applicuiſti.* Idem XIII. epiſt. 47. *Vt ſcires, cum non à me diligi ſolùm, verùm etiam amari, ob eam rem tibi hæc ſcribo.*

Ut maximè.

25. Ut maximè ferè eſt, Etſi maximè. Cic. 2. Acad. *Quam ut maximè inveneris.*

Interdum eſt ad ſummum. Colum. cap. 7. de arb. *Diverſæ autem, quæ ſupra terram extare debent, ne paſſus fueris plus quam duas, aut ut maximè tres gemmas habere.* [Laat niet toe dat het meer als twee of ten hoogſte drie heeft.]

Vt cum maximè.

26. Ut cùm maximè confert tempora inter ſe. Cicero ad Qu. Fr. lib. 1. epiſt. *Domus celebratur, ut cum maximè.* [Het huys word meer betreden als ooyt.]

Vt quiſque.

27. Ut quiſque occaſionem rei quodammodo declarat interdum. Cicer. Att. lib. 1. *Mihi quidem non eſt notum, ut quiſque in Epirum proficiſcatur.* ['T is my onbekent hoe en op wat wijs een yder na Epiren reyſt.] Idem 2. Verr. *Immò verò ut quiſque me viderat, narrabat.* Id: Att. 15. *Miſi ad Tironem plures, quibus ſingulis, ut quiſque accidiſſet, dares litteras.* [Op dat gy een yegelijk na dat zy u voorquamen brieven zout geven.]

Vt quiſque, cum duobus Superlativis. Lege quiſque, cap. 159. num. 6.

Vti, pro Vt, cum Ita, vel Sic.

28. Uti pro ut ſæpè jungitur cum ita vel Sic. Salluſt. Jugurth. *Quorum uti cujuſque ingenium erat, ita rem difficilem, aut facilem renunciarunt.* [Van welke, na yeder geneigt was, zo hebben zy de zaak of ligt of ſwaar gemaakt.] Id. Conjur. *Cætera uti facto opus ſit, ita agant.* Cic. Att. l. 8. ep. 2. *Sed uti in urbe retinenda nunc, ſic tunc in Italia non relinquenda.* Salluſt. Jugurth. *Uti initium, ſic finis eſt.*

* Ut pro quod. Plin. XVIII. *Neque eſt, ut putemus.* Linac. lib: II. p: 138. è Priſciano. Cicer. 10 epiſt: 19. *Ili mihi neceſſe eſt concedant, ut tibi plus, quam ipſi hoc tempore prodeſſe*

poſſim. Amerpach. ibi. Cornel. Nep. c. 1. Hannib. *Si verum eſt, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute ſuperarit.* Bœcl.

Vt omittitur cum Verbis, volo, rogo neceſſe eſt, facio, ſuadeo, cenſeo, & ſimilibus. Velim ita tibi perſuadeas. Fac aliquando intelligamus. Lin. libr. VI. p. 426. 428. Syl: III. prog. 12. 13.

Vtcunque.

29. Vtcunque eſt Quomodocunque. Cic: l: 1. Off. *Sed utcunque aderunt res*, Idem in Orat: *Vtcunque ſe affectum videri, & animus audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit ſonum.* [Op wat wijs het verſtand van den toehoorder moet bewogen worden, op die wijs zal hy zijn ſtem buygen.]

D. * VTCVNQVE pro ubicunque. Horat. epod: 17. *Vtcunque fortis exſilis puerpera.*

D. * VTCVNQVE pro ubicunque. Horat. IV. Od: 4. *Vtcunque defecére mores. Dedecorant benè nata culpæ.* Lege ut pro ubi. pag: 444.

De Nominibus VTER & VTERQVE.

CAP. CCI.

1. UTer de duobus disjunctim dicitur. Cicer. pro Seſt. *Quamobrem uter tandem noſtrûm Labiene popularis eſt? tune, an ego?* [Wie van ons beyden houd het meer met het gemeene volk.] Idem Part. *Vter fortius pugnabit, is vincat neceſſe eſt.* Idem 5. Verr. *Si uter velit, ſi recuperatorem daturum.* Idem in Orat. *Reperiam qui dicat, aut ſcribat utrà volet lingua.*

Vter, iteratum.

2. Vter interdum iteratur. Cic: 1. Off. *Cum Celtiberis, cum Cimbris bellum gerebatur, uter eſſet, non uter imperaret.* Idem 2. de Inv. *Vtra lex jubeat aliquid, utra permittat.* Idem pro Mil. *Reliquum eſt Judices, ut nihil jam aliud quærere debeatis, niſi uter utri inſidias fecerit.* Cæſ: lib: 3. de bell. Gall. *Vt neque dijudicari poſſet, uter utri virtute anteferendus videtur.*

Vter cum Altero.

3. Aliàs cum Altero copulatur. Cicer. pro Seſt. *Horum utro uti nolimus, altero eſt utendum.* [Wat van deze twee wy niet willen gebruyken, zo moeten wy het andere gebruyken.]

Vter cum Vterque.

4. Aliàs cum uterque. Cic: ad Q. Fr. lib: 1. *Sed utros ejus habueris libros (duo enim ſunt corpora) an utroſque neſcio.*

Vtrum, cum An, vel An verò de duobus.

5. Vtrum cum An vel An verò, ſæpè dicitur de duobus. Cic. lib: 1. epiſt: 7. *Multum enim intereſt, utrum laus imminuatur, an ſolus deferatur.* Idem lib: 7. epiſt: 13. *Vtrum te ſuperbiorem pecunia facit, an quod te Imperator conſulit?* Idem Att. lib: 12. epiſt: 50. *Id autem utrum illi ſentiant, an verò ſimulent, tu intelliges.* Idem pro Font. *Videte igitur utrum ſit æquius, hominem honeſtiſſimum dedi immaniſſimis nationibus, an reddi amicis.*

Vtrum de pluribus.

6. Vtrum interdum de pluribus dicitur. Cic: 3. Verr. *Vtrum admonitus, an tentatus, an (qua eſt iſte ſagacitate in his rebus) ſine duce ullo, ſine indice pervenerit ad hanc improbitatem, neſcis.* Id: 4. Verr. *Vtrum hoc ſignum improbitatis tuæ, an tropæum neceſſitudinis, atque hoſpitii, an amoris indicium eſſe voluiſti?*

Vtrum, pro Vtrumvis.

7. Interdum utrum pro Vtrumvis uſurpatur. Cic:

Cic: 2. de Div. *Vtrum igitur eorum accidiſſet, verum oraculum fuiſſet.* [Wat van deze twee geweeſt mag zijn zoo was de Godſpraak waar geweeſt.]

Vtrum, nec ne, an non.

8. Nonnunquam utrum cum Nec ne, vel An non copulatur. Cic. ad Brut. lib: 2. *Nec aliud decernitur hoc bello, niſi utrum ſimus, nec ne.* Id: in Verr. *Quid intereſt utrum hoc feceris, an frumentum non improbaris?* Cæſar. lib: 1. de bell. Gall. *Vtrum prælium committi ex uſu eſſet, nec ne.* Plaut. Moſtell. *Videndum eſt primum, utrum ea velit, an non velint.*

P. * VTRVM ſine an, vel nec ne, quemadmodum Græci πότερον Cicer: 6. Verr. 6. *Tametſi jamdudum erro, qui quæram: utrum emeris, & quomodo, & quanti emeris.*

Vtrum ſuppreſſum.

9. Vtrum ſæpè ſupprimitur. Cicer. Att. lib. 3. ep. 18. *Potuerit intercedi, nec ne.* Idem Attic. lib. 11. ep. 15. *Velim ſcire, quando dicar ſpopondiſſe, & pro patre, anne pro filio:* Idem 5. Verr. *Erravit, an potius inſanivit Apronius?* Idem ad Q. Fr. lib: 3. ep: 8. *Velit, nolit; ſcire difficile eſt.* [Men kan 't qualijk weten of men wil of niet.]

Vterque.

10. Vterque de duobus conjunctim dicitur. Cic: de Aruſp: Reſp: *Horum uterque cecidit victus.* [Zy zijn beyde geſneuvelt.] Id: ad Q. Fr: lib: 2. ep. 8. *Domus utriuſque noſtrum ędificatur ſtrenuè.* Idem 1. Offic. *Magna eſt vis fortunę in utramque partem, vel ad ſecundas res, vel ad adverſas.* Id. pro Mil. *Magna vis eſt conſcientiæ in utramque partem.* Idem *Binas habebam, jubeo promi utraſque.*

Uterque, cum Alter.

11. Cic: 2. Off. *Quorum uterque ſtudio delectatus, contempſit alterum.*

Uterque, cum Neuter.

12. Cic. pro Quinct. *Ut uterque inter ſe, aut neuter ſatis daret.*

Uterque, iteratum.

13. Cæſ: 7. de bell. Gall. *Cum uterque utrique exercitus eſſet in conſpectu.* Ter. Phor. act: 5. *Vterque utrique eſt cordi.* Idem Heaut. Act: 2. Sc. 3. *Hoc beneficio utrique ab utriſque devinciemini.*

Vtervis, Vtercunque, Vterlibet.

Hy zy van tween wie wil.

14. Utervis, utercunque, uterlibet voce diſcrepant, uſu eandem vim habent: niſi quòd utervis multò eſt uſitatius. Cic. de Sen. *At minus habet virium, quàm veſtrum utervis.* [Maar hy heeft minder kragt als een uit uw beyden.] Idem pro Roſc. Am. *Quod certum eſt non facere, dum utrumvis licebit.* [Zo lang ik het beyde in mijn magt heb zo wil ik het niet doen.] Id: pro Roſc. Am. *utrumvis ſalvo officio facere poſſe arbitrarentur.* Idem lib: 6. ep: 4. *Magnæ utrinque copiæ, ita paratæ ad pugnandum eſſe dicuntur, ut utercunque vicerit, non ſit mirum futurum.* Idem Att: lib. *in hoc bello utracunque pars vicerit, tamen perituri ſumus.* Idem pro Qu. *Vtrum libet elige. Alterum incredibile eſt, alterum nefarium.*

De Adverbio UTINAM.

CAP. CCII.

Utinam cum Certè, Profectò, Quidem, Utique.

1. UTinam præter vulgatum uſum copulari ſolet cum Certè, Profectò, Quidem, utique. Nam quia quod optatur, incertum eſt, ſubjicitur aliquid certum. Cic. lib: 15. ep. 1.

Utinam

Utinam ſaluti noſtræ conſulere poſſemus : dignitati certè conſulemus. [Och of wy konden ſorg dragen voor onze welſtant. voor onze waardigheid zullen wy zeker zorg dragen.] Saluſt. Jugur. *Atque hoc utinam à principio tibi placuiſſet, profectò &c.* Cic. lib:14. ep:4 *Utinam ea res ei voluptati ſit, gloriæ quidem video fore.* Idem Att. lib. 13. ep: 21. *Utinam tu quoque eodem die! Sin quid, multa enim, utique poſtridie.*

D. P. * UTINAM omiſſum. Ovid. *Me quoque, quâ fratrem, mactâſſes, improbe, dextrâ.* Plaut. Moſtell. Act: 1. Sc: 3. *Qui invident, ne unquam eorum quiſquam invideat prorſus commodis!*

De Adverbio UTIQUE.

CAP. CCIII.

1. UTique eſt omninò, vel certè. Cic. Attic: libr: 6. *Utique ad me tabellarios mittas.* Idem lib: 13. *Illud verò utique ſcire cupio.* [Ganſchelijk in alle manieren.] Idem Att: lib: 13. ep: 21. *Eodem die, utique poſtridie.* [Den zelve dag of zekerlijk daags daar aan.] Idem Attic: lib: 12. *Nam & Pyliæ ſatisfaciendum eſt, & utique Atticæ.* Idem Attic: lib: 13. *Velim M. Varronis & Lollii mittas laudationem, Lollii utique.* Idem lib: 13. ep: 4. *Velim ante poſſis : ſin minus, utique ſimul.* [Zoo niet, ten minſte gelijk.]

* *De Adverbio VIDELICET.*

D. * Videlicet eoſdem uſus habet, ac ſcilicet. Dictum quibuſdam videtur, quaſi videre licet, aut, videas licet, quemadmodum ſcilicet, quaſi ſciret. Atque hinc eſſe ajunt, ut infinitivo juncta interdum legantur hæc adverbia: Plaut. Stich. Act: 4. ſc: 2. *Videlicet partum illum fuiſſe ſenem.* Terent. Heaut. A. 2. ſc: 2. *Scilicet futurum me eſſe.* Weitz. ibid. p. 351. Taubm. ad Plaut. p. 1099. 1288. Lamb. ad Lucret. p. 39. & 207. Hæc tamen ratio Palmerio non probatur, Spicil. II. p. 37.

* Sed hæc rariora. Uſurpatur aliàs pro nimirum, declarandi gratiâ [Namentlijk.] Cic: II. de Inv. p: 63. *Caupo, cum illum alterum, videlicet qui nummos haberet, animadvertiſſet.*

* Servit etiam Ironiæ. Quintilian. *Hoc videlicet exſpectaſti.* Vall: II. Eleg. 60. [Dat hebje geloof ik gewacht.]

F I N I S.

I N D E X

Qui

Lector Studioſe, cum ſeptem Litteris majuſculis, A, H, G, O, V, S, T, totidem indicet diverſos Auctorum libros, hoc eſt doctiſſimorum Virorum refertas vocum phraſiumque elegantiſſimarum immenſa copia Obſervationes, eaſque ſingulas Numeris & Inſcriptionibus ſuis diſtinctas, unde, ſi quid expetis, eruas, & in uſum tuum auferas: de harum Litterarum vi & notatione, ne tenearis ſuſpenſus & incertus, oportet te eſſe admonitum.

A. notat Librum primum *Antonii Schori*, qui inſcribitur: *De Phraſibus Linguæ Latinæ.*

H. Libr. ſecundum *Hadriani Cardinalis*, *De modis Latine loquendi.*

G. Libr. tertium *Gaſparis Scioppii*, *Obſervationes Linguæ Latinæ.*

O. Libr. quartum *Oberti Giſanii*, *Obſervationes in Linguam Latinam.*

V. Libr. quintum *F: Vavaſſoris*, *De vi & uſu quorundam verborum.*

S. Libr. ſextum *G. Stewechii*, *De Particulis linguæ Latinæ.*

T. Libr. ſeptimum *H. Turſelini*, *De Particulis Latinæ orationis.*

A vel *Ab*. Ab aliquo ſtare. Ab aliquo eſſe. Ab aliquo ſolvere. Ab aliqua re firmus, paratus, imparatus, &c. A. 1. 2. G. 3. O. 3. 115. A principio. Ab initio. A primo. H. 27. A puero. H. 74.

A vel *Ab Cauſa per quam*. Cecidit a forti Achille. T. 5. (leat. ib.

A vel *Ab Cauſa propter quam*. Si caput a ſole do-

A vel *Ab Locus, aut Perſona unde*. A me hoc illi dabis. ib.

A vel *Ab* pro *Pro*. Hoc totum a me. A ſenatu &c. ſtare. ib.

A vel *Ab* pro *Poſt*. Centeſima lux ab interitu Clodii. T. 6. (ib.

A vel *Ab, unde res eſt.* Noſtri illi a Platone & Ariſtot.

A vel *Ab* pro *Quod attinet ad*. Mediocriter a doctrina inſtructus. ibid.

A vel *Ab* pro *Ob* vel *Propter*. Ab innocentia clementiſſimus. ibid.

A vel *Ab, præpoſitus alicui muneri*. A ſtudiis, Ab epiſtolis, &c. ibid.

A vel *Ab ad tempus præt: relatum*. A pueris. A pueritia. ibid. (lo. ib.

Ab ineunte ætate. A prima ætate. Ab adoleſcentu-

Ab non ſolum præponitur vocalibus, ſed & Conſ. L. R. S. I. D. N. ibid. 7.

A vel *Ab inſervit quoque circumſcriptioni Genitivi.* Neque fulgorem reverentur ab auro, i.e. auri, ib.

A quo tempore, a longo tempore. A multis annis, *rarum, aut non Latinum* v. 1. (O. 115

Abdico. Abdicare ſe Magiſtr. Conſulatu A. 2. G. 3.

Abdo. Abdere ſe in tenebras, &c. A. 2. 3.
Abdere ſe literis. A. 3. H. 20. G. 3. O. 115.

convenio. Convenire in aliquem. Convenire inter aliquos, aut cum aliquo. *Convenit* pro decet. A: 93, 94. G: 18. O: 20. 124. *Non convenit*. h: e: non conſtat. O: 20. *Conveniunt* conditiones. ibid: *convenit*

venit aliquid, pro De aliquo. ibid:
converto. pro Transfero. Convertere Græca in Latina. A: 94.
convicium facere alicui. Convicio verberare, ri. Convicium alicujus ſuſtinere A: 94. G. 19. *convicium* in bonā partē. O: 20. *Pro* turba & clamore alicujus. O: 20
copia, æ, pro Copiæ, arum, Exercitus. O: 20.
copioſus, pro Eloquente. ibid.
cor, ſæpe Barbaris, ubi Latini Animus. A: 94.
cornu. In cornu ſedere. O: 21.
corollarium. O: 21.
corona, & opibus oppugnare urbē, contraria ſunt. O: 21
Corpus pro Ordine & familia. O: 21. *Corpus* amittere, ibid. *corpus* munitionum eſt totum opus, totaque munitio. ibid: *corpus* Latine loquentes, carnem ſacri Scriptores opponunt animo. V: 15.
corrigere, quid propriè. O: 21.
corripere, pro Abripere. O: 21. *correptum* pro hinc inde corraſum, injuſte raptum. O: 21.
corrumpere ſign: Deſtruere, rumpere, &c. Corrumpere oculos. Rubigo corrūpit frumēta. corrūpere tabulas publicas, opportunitates, gratiam meritorū. H: 33: 34.
crapulam edormire, exhalare. H: 51.
craſſus ager, pro Pingui. O. 21.
credo, ſæpe pro Puto: aut pro particula ſententiam exornante aut complente. *Mihi crede*, frequens apud Cic: A: 94. G. 19. O. 124.
crepo cum Acc: Crepat vineta mera, &c. H: 37.
crepundiis puerilibus ſimilia. *Proverbium*. O, 106.
crimen facinoris, ſceleris, &c. H. 69. *crimen* pro ipſa Accuſatione. O: 22.
crura ſuffringere. ibid:
cucuma, Lebes, aut Olla. O: 22.
cuimodi, pro Cujuſmodi. ibid.
cujuſdammodi, vulgo barbare, Aliquatenus. ibid.
cuiuſque, pro Cujuſcunque. ibid:
culpa & *peccatum*, levius aliquid, quam facinus aut ſcelus. V: 15.
cum præp. Cū aliquo facere. A: 1. Cū aliquo ſtare. ibid:
cum Adverb: Conjungitur ſæpe cum Tempore a Vet: Lat: Vix annus intercesſerat, cū &c. aliquando ſign: *Quòd*: Bene facitis, cū venitis. A: 95. H: 31. G: 19. *cum maxime*. O: 22. amat, ut cū maxime. H: 35 *cum* poſt alterum tertiumque verbum poſitum. O: 22. *cum* ſive Quum poni poteſt conjunctè & uno loco cum præpoſ. Cum, idq; exemplo Ciceronis. V: 15. *cum* particula temporis, tam Indic: quam ſubjunctivo juncta, præmiſſo nomine temporis, *Dies, Nox, Diu, Tempus, Annus, Biennium, Triennium jam jamdudum, jam olim, Vix, Vixdum, Dudum Nondum, Sæpe*, S: 18, 19. *cum* pro quamvis. *Tamen*. Cum, Attamen *cum*. Nihilo minus S: 19, 20 *cum* Utique. *cum*, Tamen nihilo minus. S: 20. *cum*, Tum. *cum*, Tum etiam. *cum*, tum vero. *cum*, tum vero etiam. *cum*, Tum, Tum. *cum*, Tum denique. vide cætera S. 20, 21, 22, 23, 24. *cum* junctum tempori, Pro etſi. *cum* & *Tum*, &c. T: 24. 25.
cupide, cupidius aliquid facere, agere. A: 95.
cupidi a Cicerone dicuntur, qui vulgo barbarè Partiales, h: e: infecti partibus O: 22.
cupio alicujus cauſā, aut alicui. A: 95. G: 19 O: 22. 124. *cupio* & *Exopto*, *Rego* & *Guberno*, aliaque Synonyma conjuncta a Cicerone V: 15.
cur, H; 129. 130. *cur* ſæpe cum Cauſa conjungitur: Non fuit cauſa, cur &c. Alias Cauſa non exprimitur, ſed intelligitur: Quid eſt, cur &c. T: 25.
cura apud vulgus Medicorum pro Curatione, quo utitur Cicero. A: 95. 96.
curatio. Curationes adhibere, præſcribere, admovere. vid: A. in v. *Cura*. G: 19. O: 124.
curo Ut, Ne. Ut ne, Uti, Quo. S: 164, 165. *curare* corpora. vid: A. in v: *cura*. G. 19. O: 124. *curo*, *non curo*, vix uſitatum. O: 22. *curare* abſolutè pro adminiſtrare. ibid:
curtus & *mutilus*, pro Detritus, fractus *non*, brevis & exiguus. O: 23. *curtus* idem fere quod Debilis, detritus, h. e. cui aliquid deeſt. ibid:
curva corrigere. *Proverbium*. O: 105.
cuſtodire. verbum Candidatorum. O: 23. *cuſtodire* aliquem, pro obſervare, nequid furetur, vel auferat. ibid:
cypris, Paphie, charites voces Græcæ: neque pro Latinis olim uſurpatæ, ut plerique putant. V: 16.

D.

Damnum, *Damnoſus*, pro Sumptu & ſumptuoſo. O: 23. *Damnum*, *detrimentum pati* videtur dici Latinè, contra ſententiam Scioppii. V: 16.
Dardanarii, olim, qui coëmptis frugibus, difficultatem & caritatem annonæ faciunt. O: 23.
Dare bibere. *Miſcere*. H: 45. Dare negotium. H: 46. Dare pœnas. Dare ſe in pedes. Dare ſe in viam. ibid: Dare auribus, pro Aſſentari. ibid: Dare legare. H: 157. Dare præſtare. ibid: Dare fieri. ibid: Dare promiſſa. A. 161. Dare litem ſecundum aliquem. O: 23. Dare viam, vox lictoris. O: 23. Dare ſenatum, conſilium, concionem, colloquium. ibid: Dare ſe alicui. ibid:

 Dativus

Dativus rei aliquando accedit ad Dat: Perſonæ:atque huc pertinet. Eſſe bonitati, Eſſe morti, Eſſe amictui. V: 6. 16. 18.

De Remo & Romulo narrare. Proverbium. O: 106.

De, Uſit. Vet: pro *Ex*, aut *Gen: plur*: Aliquando idem, quod Barb: *ſecundum*: De ſententia, conſilio, voluntate alicujus. item pro *Propter*. Quibus de cauſis, &c. A. 96. *G*: 19. *De* & *Ex*. H: 37, 38. De meliore nota commendare. H. 47. De die, De nocte. De multa nocte. H: 98. juncta huic Articulo quædam ſatis mire. O. 24. *De* pro *ex* & *propter*. *O*: 124. *De* pro A vel Ex, accommodatum ad *Perſonam*. T: 25. *item* Ad *locum*. ibid: *Ad tempus*. Ad *gentem, gradum conditionem, multitudinem*, Ad *materiam*. ibid: pag: 26 *De* pro *ſuper*. Pro *propter*. Pro *Quod attinet ad*. *De* conſilio, *De* induſtria. *De* integro, pro denuo. *De* ſcripto. *De* meo, tuo, ſuo, noſtro &c. *De* diſſimulatur in his formulis: Quid me fiet? Quid hoc homine faciatis? ibid: p: 26. 27. *De* ſuo. De ſuis rebus. De publico, nempe dare, numerare, ſolvere, &c. V: 16.

Deberi non poteſt. Deberi non poſſe. pro eo, quod præſtandum, perſolvendum. O: 23. *Debemur, favetur, invidetur*. V: 16.

Decantatum habere. O: 24.

Decanto. Decantare alicui pervulgata præcepta, &c. Decantata fabula. A: 96, 97 *G*: 19. O: 124. *Decantare*, pro, Deſinere canere. O: 24.

Decedo, pro Morior. A: 97. O: 124.

Decerno aliquando tribuitur conetntionibus & pugnis A: 97. Decernere rem. O: 24.

Decerto, idem quod certo. *A*: 97.

Decido, pro Tranſfigo. *A*: 97. *G*: 19. O: 124.

Deciſio vid: in v: *Decido*. *A*: 97.

Decurio veteribus, qui Recentioribus Decanus. O: 24.

Decurrere ſpatium. O: 24.

Dedecoramentum. O: 24.

Dedico ſign: conſecro. *A*: 97, 98. *G*: 19. O: 124. *Dedicare* in cenſum, vel in ſenſu. O: 24.

Dedita opera aliquid facere. *A*: 98. *G*: 19. O: 124.

Deduco, or. Sign: varia. *Deducta* eo res eſt. Deducere certamen ad extremum. Deducere ad fletum, a pravitate animi de ſententia, de fide, a mente conſilioq. Vocabulum quoq; eſt *ratiocinatorum*, unde *Deductio*. *A*: 98. *G*: 19. O: 125. *Deducere* pro comitari. H: 43. *Deducere* ſponſam ad maritum, &c. H: 41. *Deducere* pro Reducere. H: 44. *Deducere* pro advocare a propoſito H: 44. *Deduci* dicuntur, qui ad &c. O. 24. *Deducere* in Nuptiarum ſolemnitatibus. *O*: 24

Defero pro Offero, barbare præſento: Deferre honores, voluntatem, officia. Pro *Tribuo*: Deferre alicui Primas, palmam, præmium. Pro *Propono* aliquid & indico. Deferre aliquid ad populum. A: 98 99 *G*: 20. O: 25. *Deferre* nomen. H: 44. *Deferre*, in beneficiis. O: 24

Deficio, uſurpatur a Cicerone ſemper conſequente Acc: nunquam Dativo. Vires me deficiunt. A: 99. G. 20. O: 125. *Deficere* uſitatum de Re inanima, & de Hominibus. O: 24.

Definio jungitur cum Abl: ſignificatque Metior, æſtimo: Beatitudo non divitiis, ſed virtute definienda. A: 99. G: 20. O: 125. *Definire* de fundo. O: 24. *Definire* orationem, pro concludere. O: 24.

Deflagro. Domus deflagravit. A: 99. G: 20.

Deformo. A: 99. *G*: 20. *Deformare* pro, transformare. O: 24. Deformo opp: Orno. O: 125.

Defugio pro Fugio. A: 100.

Defundere & *diffundere* vinum. O: 24.

Defungor, pro Liberor, explicor: Defungi periculis. A: 100. G: 20. O: 125. Defungi pœna. ibid:

Dego vitam, ætatem. A: 100. H: 51. *O*: 25. 125.

Deguſto, pro Guſto, experior. A: 100. *O*: 25. 125.

Dejicio, or. Dejici ædilitate, prætura, de præſidio urbis. Dejicere metum. Dejicere oculos a Rep. Dejici de gradu. Dejicere adverſarios de ſtatu omni, de gubernaculis. A. 100, 101. G. 20. O. 125. Dejicere oculos. H. 41. Dejicere præſidium. *O*. 25.

Deinde. Primum, deinde, poſtremo. Primum, deinde, noviſſime. Primum, deinde, tum, poſtremo. Primũ, tũ, deinde, poſt, tum, deinde. Primũ, deinde, deinde. Primum, deinde, deinde, deinde, &c. S. 98 T. 27

Deinceps, Non valet idem quod Deinde, ſed Ordine. *O*. 25. Proprie eſt Unus poſt alium. Interdum uſurpatur *pro* Deinde. T. 27.

De integro, Pro imperitorũ, A principio, a novo. A 101.

Delabor. Delapſa arma de manibus. Delabitur oratio ab alio ad aliud. Delabi in morbum, vitium, difficultates, &c. A. 101. G. 20. *O*. 125.

Delectatio, pro Delinitione & illecebris. *O*. 25.

Deliberare. Deliberatum eſt mihi. C. 101. G. 20. *O*. 125 *Deliberare* pro Conſulere, conſultum ire. *Deliberatio* pro Conſultatione. *O* 25.

Deliciæ Veteribus, quibus oblectabantur. Habere in deliciis. Eſſe alicui in deliciis. A. 101. 102. G. 20. *O*. 125.

Deliteſco. A. 102. G: 20. *O*. 125.

Delphinum reperire. *Proverbium*. *O*. 105.

Deludere Idem quod Eludere. *O*. 25.

Deluere, Diluere. *O*. 25.

Demigro. Demigrare aliquò, Ad ſodalem, ex hominum vita ad &c. De tuo, &c. A: 102. *O:* 127.
Deminuere Interdum pro Alienare. *O:* 25.
Demiſſus: Triſtis & demiſſus. Capite demiſſo. Erigere animum demiſſum. *Demiſſè* & humiliter loqui. A: 102. *O:* 125.
Demitto animũ. Demiſſa purpura uſq; ad talos: Fortuna me demiſit in eum caſum. A: 102. G: 20. *O*. 125.
Demortuus Idem quod Mortuus. A: 103 *G*. 21. O. 125.
Demum ſi. *Demum cum*, tunc, S. 24. *Demum* idẽ quod Tandem. *Pro* Denique. *Pro* Duntaxat. T. 27.
Denego Idem quod Nego. A. 103.
Denique, ſępe apud Vet: non principio ſententię, ſed in fine, aut medio. O: 25. *Denique*, pro Verbi cauſa. O. 111. *Denique*, poſtremo. V. 16. *Denique* ſign: ad extremũ Proprie locũ habet *in extrema parte* Enumerationis: Aliquando *ante eam*. It: pro Demũ. T: 27.
Denuntio Sign: varia apud Vet: *Aliquando* Noncio. *Aliq*: Teſtor. *Aliq*. Nuncio & indico bellum & contentiones. A. 103, G. 21. Denunciare *pro* Nunciare, vulgo Proteſtari. O. 125. *Denunciare* alicui, eſt arceſſere aliquem, citare, vel denuntiare ut adſit. O. 26
Depaciſcor. Cum aliquo partem ſuam depaciſci. A. 103. G: 21. O: 125.
Depaſco, Depaſcere agrũ. *Depaſcere* luxuriã orationis (ſtylo. A: 104 G: 21 O. 125.
Depectus, i. e. Turpiter pactus. O. 26.
Depellere de gregibus: Lacte depulſum leonem. *O*: 26
Dependo, Idem quod pendo. A: 104 G: 21. O: 125.
Deploro, conjungitur cum *Acc*. Et cum Præp: *De*: De injuriis deplorare. A: 104. G: 21, O. 125. Deplorare *ſine caſu* Cicero. O. 26.
Deponentia Paſſiva in Participiis paſſive poſita: ut, Patiendus, Tuendus, Inſidiandus, &c. H: 41.
Depono. Deponere memoriam doloris, timorẽ, ſimultatem, inimicitias, errorem, ineptias. *Item* exercitũ, imperium, provinciam, &c. *Deponere* de manibus. *Deponere* apud aliquem pecuniam. Habere aliquid *depoſitum* apud aliquem. A. 104. 105. G. 21. O. 125.
Depoſitum non reddere. A: 105.
Deporto, pro Confero: Deportare ſe, vel aliud quid aliquo. Deportare exercitum, triumphum, flagitium, cognomen, humanitatem ex aliquo loco. A: 105. G: 21. O: 125. Verbum *nauticum*. O: 26.
Depoſco, pro vehementer Poſco. Depoſcere aliquam rem. Depoſcere ſibi aliquid. A: 105.
Depravatè & *Corruptè*, non omnino idem. V: 17.
Deprædari. V: 17.
Deprecandi modus: Per fortunas, Per caput, per fidem, Per Deos, H: 117.
Deprecator. A. 106. *G*; 21.
Deprecor, pro valde Precor. *Deprecari* pro altero. A: 105. 106. O: 125. vid: quoque in v; *Deprecator*.
Deprehendo. Deprehendere aliquem in aliquo facto, &c. A: 106. Deprehenſus ſum. *O*: 26.
Depromo. Uſurpatum ſæpe Tranſlatè a Cicerone: Depromere argumenta alicunde, Ex aliquo loco, ex arte, Jure civili, &c. A: 106.
Depugno, Idem quod Pugno: A: 106.
Depulſus. Depulſus a lacte. V: 17.
Derivo. Derivare culpam, aut aliquid in aliquem, aliquid. aliò: A: 106. 107. G: 21. *O*: 126.
Derogo, pro, non Tribuo, aut Detraho. Derogare alicui fidem, de alicujus fide, dignitate, honeſtate, de lege, legi, ſibi. A: 107. *G*: 21. *O*: 126.
Deſcendo, Tribuitur a Cicerone multis rebus, non ſignificantibus locum: Deſcendere ad accuſandũ, acc: extrema, conditionem, animi remiſſionem ludumq; in cauſam, in certamen. A: 107. 108. *G*: 22. *O*: 126
Deſciſco, pro Deficio. Deſciſcere a Rep: ſenatu, Patribus, ſe, fortuna excitata ad inclinatam, vita, veritate. A. 108.
D*eſcribo*, pro indoctorũ Tranſcribo. *Item* pro Diſtribuo partio. *Item* pro Oratione depingo. A. 108. G. 22 *O*. 26. 126. *deſcribere*, E*xſcribere*, idẽ quod barbarè Copiare. H. 44. D*eſcribere* jura, h. e. Reddere, dicere, quod Magiſtratuum proprium. *O*. 26.
D*eſcriptio*. A. 108.
D*eſert* a mente. vide *Aliena loqui*. V. 4.
D*eſidere* terra dicitur. *O*. 26.
D*eſiderium*, pro Amica, vel Quavis re cara. *O*. 26.
D*eſinere*, & artem deſinere. *O*. 26.
D*eſpero*. Deſperare ſalutem, ſaluti, & de ſalute: ſimiliaque A: 109. G: 22. *O*. 126. D*eſpero* & D*eſperor*. H. 13 8.
D*eſponſus*, vulgo Deſponſatus. *O*. 26.
D*eſtino*, pro Conſtituo, Decerno, attribuo A: 109 G 22 O: 126. D*eſtinare*, pro firmare, figere, defigere firmiter. O. 26. *Deſtinare ſcopum*, deſignare. ibid. D*eſtinare*, Comprehendere id, quod petis. O: 27.
D*eſtituere*, pro Collocare. O: 27.
D*etergere* remos. O. 23.
D*eterior*. Eſſe deteriore jure. Deteriore tempore. Homo deterrimus. A. 109.
D*eteſtari*. Deteſtamini, quæſo, hoc omen. O: 27.
D*etrahere* de pecunia, de ſumma, de amore aliquid. *Detrahere* honorem alicui. *Detrahere* de cœlo aliquem, ab injuria, &c. Cicero utitur interdum *pro*, obtrectare, ſed rarius, &c. O: 27. Detrahere *pro* Extrahere, elicere, evocare. ibid.

Deturbo,

Deturbo, idem quo Dejicio. *Tranſlatè* dicitur, Deturbare aliquem de poſſeſſione, de fortunis, ſpe, ex magna ſpe. A: 110. G: 20. O. 126.

Devincio & *Devinctus ſum*, pro Imperitorum, Facio obnoxium, Sum obnoxius. *Item* tribuitur aliis. A: 110 G: 22 O: 126.

Devium. Hoc non erit tibi valde devium. O: 27.

Diadema quid? V: 17.

Dicere, habere orationem, agere Tragœdiam, Balliotem *ante aliquem* pro *coram aliquo*, vel apud aliquem, nuſquam in Latinis ſcriptorib: V:17. *Dicere* teſtimonium, & teſtimonia. H: 38. *Dicere* cauſam. H: 39. *Dicere* diem. H: 40. O: 27. *Dicere* jus. H: 40. *Dicere* ſententiam. ib: *Dicere* legem. ib: *Dicet* aliquis Roget aliquis H: 41. *Dicere* doti, ſacramento. O. 27.

Dictio Oratorum, *Sermo* omnium, O: 102.

Dies, diem dicere. H: 40. *In hunc diem*: in hunc annum in hanc horam. H: 85. *in diem*. H: 86. *in ſingulos dies*. H: ib: *In paucos dies*, H: 87. *In primam diem. Ad diem*, ib: *Quotidie*, & *in ſingulos dies*, quid differant. H: 88. *De* die, de nocte. H: 98. *Primo* quoque die. H: 43. *Dies* civilis, naturalis. O: 27. (46.

Differtum, Confertum, Refertum, quid differant. H: 45

Diffido ſign: Deſpero. non confido, Diffidunt medici. Diffidere rebus ſuis, ſibi, ſententiæ. Interdum cum Infinitivo: Diffido me poſſe &c. A: 110. G: 22. O: 126

Diffluo, dicitur fere de rebus malis & voluptatibus. interdum notat quamvis affluentiam. O: 27.

Diffundo, crebro uſurpatur Translatè: Diffundere longe lateque vim ſuam, &c. H: 111.

Diffuſus. vid: *Diffundo*. A: 111. G: 22. O: 126.

Digerere Remp: pro Deſcribere, vulgo Ordinare. O. 27

Digitum, vel digitum latum non diſcedere. H: 145.

Dignitas, pro forma virili, decorâ. O: 27. *Dignitas* pro Magnificentia. ibid.

Dignus, Indignus, cum Nomine: Dignus laude, &c. O: 27. *Dignus* Abſolute: Nulla contumelia eſt, quam facit dignus. O: 28.

Dii faciant, H: 47. *Dii meliora*. ibid. (O: 28.

Dijungere, dijunctus, Ita ſæpe Antiqui: ut & dirumpo.

Dilabor, Tranſlatè, pro Concido, Effugio, ſive obliviſcor. A: 111. G: 22. O: 126:

Diligens, diligentia. De homine parco, non tamen avaro. O: 28. *Diligentia*, pro Amore. a Diligo ibid.

Diligo, ſive *Amo, carumque habeo*, Frequens apud Ciceronem. V. 17.

Diloricare tunicam, Cicero: pro quo vulgus, Diſcingere, religare. aperire. A: 111.

Diminuo. Diminuere caput, fores, poſtes, pro Frangere H: 42. De capite diminuere, demere. vid: *Diminutio capitis*. H: 42.

Diminutio capitis apud juriſconſultos. H: 42.

Diminutus. Diminuta. V: 24.

Dimittere concionem, ludos, &c. O: 28.

Dimoveo, pro Removeo, uſitatum Ciceroni. Dimovere labem a Rep: moleſtiam a ſe, odium a nobis, aliquem de curſu ſuo, loco, ſtatu, ſententia, ex poſſeſſione, ex ſua ſede ac ſtatu. A: 111, 112.

Diœceſis, Ea voce Græci nominabant Procurationem & Adminiſtrationem regionum, partium Regni aut Provinciæ alicujus, &c. A: 112.

Diœcetes. vide ibidem.

Directarii. De his vide O: 28.

Directus, De homine aſperiore. O: 28. (O: 21.

Diribere, Diribitor, Diributio, Diribitor Quid ſign: V:

Dirigo, Conjungitur non tantum cum Præp: *Ad*: ut Aliquid dirigere ad aliquid: Sed etiam cum *Ablat.* Honeſtate dirigenda utilitas eſt, &c. A: 112.

Diſcedo, Diſceſſit cælum, terra. *Diſcedere* a mente. a ſe, a conſtantia. *Diſceſſit* a me febris. *Diſceſſit* illius injuria impunita. A. 112. G: 22. O: 28. 126.

Diſceptatio. vid: *Diſcepto*. A: 112.

Diſceptator, pro Judice. vid: *Diſcepto*. A: 112 O: 26.

Diſcepto, pro Dijudico, aut cognoſcendo & audiendo cauſam aliquam judico, & controverſiam dirimo Diſceptare aliorum controverſias. *Diſceptare* bella, de re aliquorum. A: 113. G: 22. O: 126.

Diſcere, pro Solere. O: 28.

Diſciplina, pro Studio, induſtria, inſtitutione. O: 28.

Diſcludere, pro Separare. O: 28.

Diſcutio, Pro Detego, aut Pello: Diſcutere ea, quæ obſcurant, rem, captiones alicujus, caliginem, cædem, periculum. A: 13. G: 23. O: 126.

Disjunctus. vide ſequens verb: *Disjungo*.

Disjungo, Disjunctum eſſe ab aliquo, pro Differre, alienum eſſe: Disjuncti a gravitate noſtrorum hominum, a cupiditate, ab atrocitate ſceleris, procul a Barbaris gentibus, &c. Disjunctiſſimæ terræ. A: 113. G: 23. O: 126. *Disjungere* de equis: cui Contrarium Jungere. O: 29.

Diſpenſare res domeſticas O: 29.

Diſpertio ſign: in multas & varias partes diſtribuo: Diſpertire orationem in membra, pecuniam judicibus, bona, tempora. A: 114. G: 23. O: 126.

Diſpertitus, vid, *Diſpertio*. A: 114.

Diſpicio, h: e. judicio aliquid perſpicio. Diſpicere verum, res Romanas, &c. Diſpicere acie mentis. A. 114. G. 23. O. 126.

Diſponere,

vigilias, claſſem, præſidia, inſidias, cauſas. O: 29

Diſputatio Ciceroni & Veteri idem fere, quod tractatio, aut Schola Stoicis. O: 29.

Diſrumpor. Diſrumpatur licet. Diſrumpi dolore, &c. A: 114. G: 23. O: 126. (23. O: 126.

Diſſentio Sæpe apud Cic: cum Præp: *Cum* H: 114. G:

Diſſimilis. S: 129.

Diſſipo. Diſſipare cuncta, ſtatuas, liberos, membra, hoſtes, patrimonium. Famam & rumorem, ſermones. Diſſipata connectere. A: 114. 115. G: 23. O: 126.

Diſſolvo, pro Satisfacio: Diſſolvere æs alienum, pœnam. &c. A: 115 G: 23. *Diſſolvo* varia notat: Diſſolvere leges, conſilia, acta O: 29. 126.

Diſſolutus, pro Nimiū remiſſus & ignavus A: 15. O: 126

Diſtineo, er Diſtineri multis & magnis negotiis, maximis occupationibus, multitudine & celebritate judiciorum. A: 115. G: 23. O: 127

Diſtinguere, Diſtinctio Interdum varie ornare, ſeu variare, & quaſi variegare notis inſignire *diſtincta* vario colore, gemmis. *Diſtinctio* & *ornatus* Orat: O. 29

Diſtrictus, h. e. Occupatus. G: 23. O: 127.

Diſtringere, pro Stringere & ligare. O: 29.

Diſturbo. Diſturbare cuncta, domum, tecta, pontes, vitæ ſocietatem, judicia. A: 115, 116. G: 23. O: 127.

Ditio ſign: Imperium & poteſtatem: Redigere in, ſub ditionem ſuam. Tenere in ditione. Eſſe in ditione. Si fas eſt reſpirare contra ejus nutum ditionemque. A: 116. G: 23 O: 127.

Diu. pro Interdiu O: 29.

Diu eſt, cum. *Diu eſt*, quod. *Diu eſt*, poſtquam, *Diu*. denique. S. 24. *Diu*, poſtea, ad extremum. S: 98. *Diu* eſt prolongum tempus. T: 27. *Diu* cum tempore præſenti. ibid: 28. *Diu* multumq; ib. *Diu* diuque ib:

Diverſus Propriè ad locum pertinet; Multitudo diverſa ac vaga. O: 29. *Diverſus, quam*, i. e. alius quam. S: 24

Dividere. pro Dare, attribuere, diſpergere: Dividere omnia cocta atque confecta in reliquum corpus. O 29. *Dividere*, pro Penetrare & perrumpere: Penetrare ac dividere omne cælum. *Diviſa* ſententia, ib:

Divinitas pro Excellentia in re aut arte aliqua, O: 29.

Diutius, quam quoad. S: 24.

Divulgo Divulgare rem ſermonibus Divulgare librum &c. A: 116 G: 23.

Do Dare ſe alicui generi litterarum. *Dare* ſe vulgi ſermonibus *Dare* ſe alicui *Dare* ſe ad aliquam rem faciendam. *Dare* ſe ad lenitatem. *Dare* ſe in conſuetudinem, familiaritatem alicujus, in cruciatum, in tormenta. A: 116. G: 23. O: 127. *Dare* vitio, crimini; vertere vitio. H: 41. *Dare* pignori H: 41. *Dare* manus. H: 96. *Do* atque *largior*. Item *Relinquo* & *Deſero*. *Ago* & *facio*. *Erudio* & *doceo*. Atque alia ejuſdem generis obſervanda apud Antiquos ſcriptores. V: 17.

Docere comœdiam, fabulam, Pro exhibere. O: 29.

Doctrina Idem quod Ratio, ars, methodus: cui contr: uſus & exercitatio. O: 29. *Doctrina*, pro inſtit: O: 30

Dominatio, idem quod Gr: Tyrannis A: 117. G 24 O: 117

Dominatus. in vitio, & in laude. vid: *Dominatio*.

Domum alicujus venire. vulgo *in domum*. O: 30.

Donum & *munus* interdum junguntur copulatè quaſi unum: *alias* ſequuntur diſſolutè, ut diverſa. Quomodo differant. V: 17.

Dubitanter aliquid agere A: 117. G: 24. O: 127.

Dubitare, pro Dubium eſſe: Fortuna dubitabit. O: 30. *Dubitare* aliquid h: e: de aliquo. O: 30 *Dubitare* pro Conſiderare, quærere, cogitare. ibid: Si dubium eſt. Si dubitatis. ibid:

Dubius, a um. Dubium eſſe. Venire in dubium. Habere aliqua dubia. Vocare aliquid in dubium. vid. *Dubitanter*. A: 117. G: 24. O: 127 *Dubia res*, h: e: infelix & incertus Reip: ſtatus. O: 30.

Duco multis & variis rebus tribuitur, e quibus recedunt hæc a conſuetudine vulgari: Cum ſign: *originem* & initium rerum. Alicujus rei *rationem ducere*, *pro* habere. *Duci* aliqua re, *pro* Commoveri. *Animam*, ſpiritum ducere. *Ducere* tempus. *Parietem* ducere *Ducere* Ratiocinatorum verbum A 118. 119. G: 24. O: 127 *Ducere* ſortem, vitam, ſpiritum H: 40. *Ducere* abſolute O: 30. *Ducere* bellum. ibid: *Ducere* fœnus, uſuras ibid: *Ducere* pro rationes inire, ſupputare; Et rationē *ducere*, pro ſubducere. ibid: *Ducere* tempus. ibid: *Ducit* via. ibid: *Duco* pro Exiſtimo, judico. V: 18.

Dudum, idem quod vulgo, Parvo tempore ante. A: 119 *Dudum*, cum. S: 24.

Dulcis de homine, contrarium Acerbo. O: 30.

Dum pro donec. *Nihil dum* Cic: pro Nondum. A: 119. *Dum* cum expecto. H: 4. *Dum non*, i: e: modo non. *Dum ne*. *Dum modo*, ne. *Dum*. pro dummodo. *dum tamen*. *Dum modo* ne quid. *Dum modo* non. *Dum interea*, tempus ſign: *Dum*, interim. *Dum*, tantiſper. *Dum*, nunquam. *Dum* necdū. *Dum*, dum. S: 24, 25, 26. *interea*, dum. *interim* dum. *Dum* Abſolutè. S. 53. *Dum* pro donec. *Dum* cum verbo Exſpecto. *Pro* Quamdiu. *Pro* adhuc. *Pro* dummodo, *Dum* cum uſque, & uſque eo, *Dum* cum interea. *Dum* παρέλκον in verbis maxime Imperativis, Adverbiis quibuſdam & Pronominibus: *facito* dum. *Memora* dum. *Itera* dum. *Ebodum*. *Egodum*, &c. T: 28, 29.

Dummodo, conditionē ſign: *dūmodo* ne, ne quid T: 29.
Dures, non *duras* legendum in illo Terentii: Diu etiam duras dabit. V: 18.
Dux, *Imperator*. Hic præeſt toti exercitui, Ille parti. O. 102.

E.

E in conjunctis verbis minuit vim ſimplicium. O; 31 *E* vel *Ex*, cauſa a qua, vel propter quam res eſt. *E* & *Ex* parti juncta. *E* & *Ex* ad multitudinem, aut numerum relata. *E* & *Ex*, *Modus* *E* & *Ex* pro ſecundum, κατὰ: Ex animo, ex ſententia *E* & *Ex* loco juncta. *E* vel *Ex* tempori juncta: Ex intervallo ex improviſo, ex tempore. *Ex* pro poſt. *Ex* ad priorem ſtatum: E ſervo libertus, ex beato miſer. *E* vel *Ex*, ad utilitatem. E Rep: ex tua dignitate, ex fide, fama, reque mea. *Ex* pro in: Ex vinculis cauſam dicere. T: 34, 35. *Ex* re tua. E dignitate. E Republ: H: 81.
Ea qua, Cauſale. S: 26. *Ea*, *qua*, loci. S: 27.
Ea re, pro ex ea re, propterea. A: 119. *G*: 24. O: 31. 127. *Ea re*, quia. S: 26. *Ea re*, quod. S. 27.
Eadem, h: e: eadem ratione, via. per *Ellipſ*. O: 108. Eadem re. O; 31.
Eatenus trahit poſt ſe aliquando *Ut*, Aliquando *Quoad*, aliquando *Hactenus*: Sign: Quamdiu, vel uſque ad. H: 127. *Eatenus qua*, pro Quatenus *Eatenus*, ut. *Eatenus*, ne. *Eatenus* Abſolute poſitum. S: 27, 28. *Eatenus* quoad. *Eatenus* ut. *Eatenus* qua. *Eatenus* ne T: 29
Ecce tibi. H: 52. *Ecce* autem. O: 31. *Ecce* ſæpe repentinum quid oſtendit ac novum. *Ecce* autem. *Ecce* tibi. *En* irridentis. *En* indign. aut miſerantis. T: 29, 30
Ecquid, *Ecqua*. H: 54 *Ecquis* non tam ſign: Et quis, quam Numquis. Uſurpatur etiam *ſine interrogatione*. *Aſciſcit* interdum *Nam*. T. 30.
Ecquando ſign: Num aliquando? T: 30.
Eccribere. Ecſari. Ecfodere, Ecflare. O. 31.
Edico non idem quod mando: ſed hoc Privatorum, illud Magiſtratus. A: 119. G: 24. O: 31. 127.
Edilia pro Edulia in Antiq. Cod: O: 31.
Ediſcere ſign: illud quod in ore vulgi: ſed nuſquam apud Cic: Memoriter diſcere aliq. A: 120. *G*: 24. *O*: 127
Editiſſimus. H: 57.
Edo. Edere leges, rationem alicujus rei. Edere oraculo Edere nomen. Editus judex. Edi in lucem. Edere fœtus, clamores, riſus &c. A: 120. G. 24. O. 127. Edere ſpiritum, ſcelus, ſtragem, &c. H: 55, 56, 57.
Edolare pro Expolire, abſolvere: non ſolum de manu factis ſed etiam operibus ingenii. O: 31.
Edormire crapulam. H: 51.
Eductus pro educatus. O. 31.
Effero Efferre fructus. *Efferre* matrem, filium *Efferre* funere. *Efferre* ſe. *Efferri* lætitiâ *Efferre* animos. *Efferre* aliquem in cœlum. *Efferre* res alio atque alio verbo. *Efferre* ſententiam, verba. A: 121. G: 24. O: 31. 127. *Efferre* pedem. H; 69.
Effervesco. Aquæ effervescunt. Effervescit hoſtis in Aſiam. Effervescat hæc gratulatio. Nimium effervuiſſe videtur hujus vis, ferocia, pertinacia. Effervescens in dicendo. A: 121.
Efficax vid *Subſidiorum*. V: 43.
Efficiens aut *Conficiens* Cicero, barbari Effectivus. A: 122.
Effingere pro Extergere. O: 31.
Effligere, pro Affligere: unde *Efflictim*. O: 31.
Effloreſco. Effloreſcit oratio, amicitia, aliquis ingenii laudibus. A: 122. *G*: 24. O: 127.
Effluo. Effluit æſtas, ætas. Effluunt voluptates. Effluo ex animo tuo. A: 122. G: 24. O: 127.
Effrenatus rebus ſecundis. Effrenata libido, violentia, cupiditas, mens, appetentia. Effrenatus furor. A: 122. G: 25. O: 127.
Effundo. *Effundere* omnia, quæ tacueramus. Segetes *effundunt* herbas. *Effundere* odium Tota civitas ſeeffundit, vel *effunditur*. *Effundere* patrimonium. *Effundere* ſe in aliqua libidine. A: 123. G: 25. O. 127.
Effuſe. vide *Effundo*. ibidem.
Egens Ciceroni, qui Aliis egenus. A. 123.
Elaboro pro Valde laboro, operam do, Crebro apud Ciceronem. A: 123. G: 25. O. 127.
Eleganter loqui. V: 18.
Elevo, idem quod Levo: Elevare ſuſpiciones & offenſiones, ægritudinem, ſollicitudinem, quod objectum ab adverſario. A: 123.
Elliptica. Horum vide exempla. O: 107. 108.
Elogium Latine quod exſtat in laudem alicujus, aut quod Græci Epitaphium. A: 123. O: 31.
Eloquentes h: e: Oratores. O. 32.
Eloquentia quid propriè valeat, &c. O. 32.
Eloqui. O. 32 (124. G: 25 O: 127.
Eluceo. Elucere inter æquales, in cauſis, in foro. &c. A:
Eludo non tantum cum Acc: jungitur, ſed etiam cum Dat: A: 124. *Eludere* pugnam pro leviter velitari, &c. O: 32.
Elugere pro Luctum finire. O: 32.
Emano. Emanat oratio, fama, ſermo A: 124 G: 25. O: 127
Emancipare propriè dicitur venditor, vel is qui rem alii

alii tradit mancipio: *Tranſlatè* generaliter tradere & quaſi vendere. O: 32.

ementior Ementiri legationem, genus ſuum, auſpicia, &c. *Ementita* opinio. A: 124, G: 24, O: 128.

emergo. *Emerſus* ex tenebris, è cœno: *Emergere* ex mendicitate, ex judicio peculatus, ex paternis probris, ex negotio, è fluctibus ſervitutis. Iſta ſerpens tum *ſe emergit.* *Emergit* veritas, libertas. emergunt leges. A: 124, 125. G. 25. O: 128.

emolumentum pro Eventu, exitu: τέλος. O. 32.

emporium, Locus extra urbem, ad litus fere aut ripam attributus mercibus exponēdis & vendendis O: 32

emunctus homo pro Eleganti. *Emunctæ* nares. O: 32.

enectus fame, ſiti, inopia. *enecta* provincia. A: 125. G: 25. O. 128.

enim pro Autem. O: 32. *Enim* & *Etenim* quid differant. *Nec enim,* Neque enim, pro Non enim T: 30.

enimvero, Particula fere hominis commoti. O: 32. Vehementius affirmat, aut negat. *Enimvero* pro ſcilicet. *Enimvero* indignantis. *Pro* Demum. *Pro* Nimirum. T: 30, 31.

enitor. Enitere ut nos juves. Eniti in aliqua re. A: 125. G (25. O: 128.

enunciare, proprie abdita conſilia detegere. O: 32.

eo. *Ire* in concilium, in exilium, in ſententiam alicujus, in alia omnia, in duplum. Ut res *ire* cœpit. Incipit res melius *ire.* A: 125. 126. G: 25. H: 88. O: 33. 128.

eò. eò, quo, Cauſale. *eò,* quod. *eò,* quoniam. *eò,* quia. *Non eò,* ſed quia. *eò,* ne. *eò,* ut ne quidem: *eò,* ut ne. *eò,* ut. *eò,* uti. *eò,* quo, ſign: locum. *eò loci,* quo *eò* ſæpe circumloquimur. *eò,* ubi. *eò loci,* ubi. *eò,* unde *eò,* ut. *eò* uti. *eò* poſt Nomina. S: 28 29, 30, 31. *Eò quo,* pro, Tanto quanto *eò* quod. *eo* quia. *eò quo,* pro *Eò* quod. *eo* ut, *eò* ut ne. T: 30, 31.

eo loci. Quo loci H: 76.

eodem, unde: Te redigam eodem, unde orta es. S: 30.

eouſque, ut: i. e. uſque ad id. *eouſque,* ut ne quidem. *eouſque, quouſque,* i. e. Eatenus, Quatenus. *eouſque,* donec. *eouſque,* quoad. S: 33.

equidem conjungitur non tantum cum prima Perſona, ſed etiam cum ſecunda, & tertia: & cum una, & cum pluribus. O: 33.

equus, virus. O: 33.

erectior, vid: *Erectus.* A: 126.

erectus, Translatum à Cicerone à corpore ad animū: vir excelſus & erectus. Erecto eſſe animo, &c. A: 126. G: 25. O: 33. 128.

e regione, idem interdum, quod *recte.* O: 33.

ergo pro igitur cum interrogatione. *Pro,* Itaque. *pro* cauſa. In Reſponſione *pro* Inquam. T: 31, 32.

erigere, abſolute. In capite ejus cornua erexerunt. O: 33

erunt in verbo ſubſtantivo *ſum* nuſquam reperias, ſed ubique legendum *Erunt.* V. in v. *Sum.* 44.

erit melius. Non erit melius. O: 33. Verbo *Erit* antiqui cum res præſentes, tum præteritas confirmare ſolent. O: 33.

erogare, pro Rogatione aliquid dare, tribuere: Pecunia in claſſem erogata eſt. A: 126. G: 25. O: 128.

errore mentis affici. vid: *Aliena loqui.* V: 4.

es, Ades. Imperativi modi. H: 47.

eſſe bibere. H: 157.

eſſe pro vivere, ſupereſſe. O: 33. *Eſſe* alicui aliquid cum altero. O: 33. *Eſſe* curæ, voluptati, ſollicitudini, damno, uſui, fructui, delectationi, ſaluti, lætitiæ, impedimento, auxilio H: 48. *Eſſe* malo, eſſe bono. H: 52 *Eſſe* numero. Haberi in numero. H: 52. *Eſſe amori, Admirationi,* (ſaluti, utilitati, voluptati, honori, fraudi, invidiæ, moleſtiæ, odio eſſe, ſimilia ſexenta apud Ciceronem.) *vix, ac ne vix quidem* reperias. V: 18. *Eſſe* melli. ibid. *eſſe* bonitati, *eſſe* morti, *eſſe* amictui. vide vid. V. *Dativus rei.* 16. *eſſe* junctum cum Ablativo. vid. V. in v. *Sum.* 44.

Eſt. h. e. verum eſt. O: 33. *eſt* præſtare, h. e. Præſtat. ibid. *eſt* res in illo ad reſiſtendum. ibid. *eſt* ſicut eſt: Eſt, ut eſt. O: 34. *eſt tanti,* h. e. Nihil eſt tanti. ibid: *eſt,* pro, Idoneum, aptum eſt. ibid. *eſt* quod. *Nihil eſt,* quod. *Quid eſt,* quod. *Non eſt* quod. *Nihil eſt* quare. H: 57 *eſt,* cur. *eſt,* cur non. *eſt,* quod. *Hoc eſt,* quod. *Quid hoc,* quod. *Quid illud,* quod. *Quid illud eſt,* quod. *Illud eſt* quamobrem. *Nunc illud eſt,* cum. *Nunc id eſt,* cum. *Iſtud eſt,* quod. *eſt,* quare. *eſt,* quapropter. *eſt* quamobrem. *eſt,* qua gratia. *eſt,* quin. *eſt,* quò. *eſt,* ut. *Magis eſt,* ut. *Magis eſt,* ne. *eſt* abſolutè poſitum. Sæpe verbo *eſt* adjunctum reperitur nomen Cauſa. *Temerè eſt.* *De nihilo eſt.* *eſt,* qui. *eſt,* ubi. *eſt* unde. *eſt* quo. *eſt,* cui des. S: 34, 35, 36, 37, 38, 39.

et. Hæc particula elegantiæ cauſa ſæpe adhibetur. O: 34. *et* quiſquam dubitabit? ibid. *et* quidem. O: 112. *et* vero. O: 114. *et,* pro Et tamen, hortantis. *et* Indignantis. *et* quidem. *et* vero, Affirmantis. *et quidem,* Amplificantis. *et* pro Quid mirum? etiam. *et* pro Etiam apud Ciceronem nuſquam, teſte valla. T: 32.

etenim. Videtur interdum convenire initio magnæ diſputationis O: 114. *etenim* in quo differat ab Enim. T: 30.

etiam Affirmantis adverbium: cujus loco fere omnes Ita H. 59. *etiam* pro Verum etiam. O. 34. 112. *etiam* pro Etiamnum. O. 110. *etiam* pro inſuper.

etiam Redarguentis. *Etiam* Affirmantis. *Etiam* atque etiam. *Etiam ne.* *Etiamnum*, *Etiam nunc* pro Adhuc. *Etiam tum*, pro Etiam tunc. *Etiam* abſolutè. T: 32, 33. *Etiam* atque Etiam. A: 126 G: 25. O: 128. *Etiam* nunc. H: 158. *Etiamnum.* H: ibid. *Etiam tum.* H: ibid.

Etiamſi, nihilominus. S: 40. *Etiamſi*, nihilo minus tamen. *Etiamſi*, tamen. *Etiamſi*, certè. *Etiamſi* tamen certè. *Etiamſi* æquè. *Etiamſi* non utique, tamen. *Etiamſi* abſolutè poſitum. S: 41. *Etiamſi pro Etſi*: cum *tamen*, aut *certè*. T: 33.

Etſi, Initio ſententiæ jungitur Indicativo: in medio ſubjunctivo. O: 113. *Etſi*, tamen. *Etſi*, at. *Etſi*, attamen. *Etſi*, ſed, *pro* tamen. &c. S: 39. 40. 41. 42. *Etſi* cum Tamen. At, Attamen. *Etſi* cum ſed, ſed tamen, veruntamen. *Etſi* ſine Tamen. T: 33, 34.

Evado pro fio, exitum habeo. A: 126. G: 25. O: 128.

evello facit in Præt: Evelli, non Evulſi H: 53.

evenire bene aut male, pro vulg: Habere exitum bonum aut malum. A: 126. G. 26. O: 128.

Evolvo pro Explico aut aperio. *Item* pro Lego. A: 127 G: 26 O: 128.

Europa. Tota Europa celeberrimus, Totius Europæ doctiſſimus, Totam Europam implevit gloria nominis ſui, Antiquis inauditum V. 18.

ex, pro Græco κατὰ, ſive Barbarorum ſecundum. A: 127. G: 26. O: 128. *De* & *Ex*. H: 37. 38. *Ex* animo. H: 49. *Ex* uſu eſſe. H: 51. *Ex* omni, *Ex* aliâ, ſc. parte: per *Ellipſin*. O: 107. *Ex* Menenia gente *Proverbium* O: 106. *Ex ea parte*, quatenus. *Ex illa parte*, qua. S. 27. E, vel *Ex*, Cauſa à qua, vel propter quam, &c. vide E. *Ex eo*, ex quo. *Ex eo tempore*, quo. S: 42.

Exacta dicebantur Perfecta. H: 48. O: 34.

Ex *adverſum*, h. e. Adverſum, contra. O: 34.

Exædifico. Exædificare opus inſtitutum, navem templum, &c. A: 127. G: 26. O: 128. (128.

Exæquo, pro æquum aut æquale facio. A: 128. G: 26. O:

Exagito pro Vexo, agitando commoveo. A: 128. G. 26 O. 128.

Examinare ponderibus, trutina, ſtatera aliquã rem. ib.

Exardeſco, A Cic: ſæpe tranſl: ad animi motum. A: 129. G: 26. O: 128.

Exaudio, idem quod Audio. H: 55. O: 34.

Exaugurare idem quod Profanare. O. 34.

Excedo. Excedere ex pueris, ex ephebis, e vita aut vita. A: 129. G: 26. O: 128.

Excellere propriè in altum ſe tollere, Contrar: Recellere. O: 34.

Excepto quod. H: 54.

Excido De iis, quæ temere & inconſideratè dicuntur aut divulgantur. A: 129 O: 26. O: 34. 128.

Excipio Pro trito intercipio *Item* pro ordine & continuo ſequor. *Pro* Audio, intelligo. *Pro* ſubeo, de periculis & laboribus. A: 130. G: 26. O: 34 *Pro* Caveo, præſcribo. H: 58.

Excludo. Excludi temporibus. A: 130. H: 48 G: 26.

Excretus. Non à Creſcendo, ſed ab Excernendo, pro ſeparatus, depulſus, depulſus à lacte. V: 18. 19.

Excurro, pro Suſcipio celerem profectionem. *Item* de Excurſione in hoſtes. A: 131. G: 27. O: 128.

Excurſiones. vide Excurro A: 131. G: 27. (O. 128.

Excutio pro Scrutor & diligenter inſpicio. A: 131. G. 27

Exemplar. Ad exemplum, vel ad exemplar. H: 69.

Exempli cauſa. H: 27.

Exemplum litterarum. Litteræ hoc exemplo, eodem exemplo. A: 132. G: 27. O: 128. Ad exemplum. H: 69

Exeo, Sæpe a Cic: tranſlatum ad inanima: Exit ſors. Exire ex orc. Exeunt libri. Exire e Patriciis. Exire de vita. Exeunte anno. A: 132. G: 27. O: 35 129.

Exerceo pro Pono operam in aliquo: Exercere Medicinam, vectigalia, jus civile, crudelitatem, inimicitias, iracundiam in aliquem. A: 132. G: 27. O: 35. 128

Exhalare crapulam. H: 51.

Exhaurio, Utitur Cicero pene ſemper tranſlatè: Exhaurire pecuniam, ſentinam urbis, ærarium, immanes quæſtus, vinum. A: 132. G: 27. O: 129.

Exhibere aliquem h. e. Alere, educare. O: 35

Exigere ætatem. H: 51 *Exigere* viam. O: 35. *Exigere* ad diem ſc: pecuniam: per *Ellipſin*. O: 107.

Exilis, pro inculto & horrido. O: 35.

Eximo. Eximere tempus, diem dicendo, aliquem è vinculis, à culpa, de reis, de numero proſcriptorum ex ærariis, ex obſidione, &c. A 133. G: 27. O: 129.

Eximere pro extrahere, effodere, eruere. H: 59.

Exinde, ex quo, ſignificatione temporis. *Non exinde*, *ex quo*: *ſed ex quo*. S: 42.

Exire vide Exeo.

Exiſtimo. Exiſtimare de aliquo bene aut male. Crebro pro Judicare. A: 133. G: 27. O: 129. *Exiſtimo* & *judico*, idem fere: ſed interd: disjunguntur. V: 19.

Exitus pro Effectu. O: 35.

Exorare non eſt expoſcere aut expetere, ſed impetrare ab aliquo. vid: Ardebat. V. 7.

Exſpectare pro ſpectare. O: 35. *pro* Attendere. ibidem.

Exſpectatio Idem apud Cic: quod nunc apud pleroſque Deſiderium; Exſpectatio Cæſaris, mei, tui, omnium

omnium rerum. Eſſe in exſpectatione. Adducere aliquem in ſummam exſpectationem. Afferre alicui exſpectationem. Vincere exſpectationem. A: 133. *Exſpecto* dum, quoad, donec. S: 168.

Expendo, idem quod Perpendo: Expendere argumenta, teſtem, &c. Item *pro* Appendo & pondero. A: 134. G: 27. O: 129.

Expenſum ferre alicui. vide *Expendo*. A: 134. O: 129.

Expetens vir. H: 160

Experientia. Cicero videtur uſus, ut vulgo utimur verbo Periculi; cum dicimus, periculum facere. O: 35.

Experior, pro Intendo actionem. A: 135. G: 27. O. 129.

Expetere pœnam, ſupplicium. O: 35.

Explanare pro Expiare & procurare. O: 35.

Explendeſcere, h.e. Inclareſcere, innoteſcere. O: 35.

Expleo. Explere libidinem, cupiditates, inimicitias, intemperantiam alicujus, vitam beatam, partem relictam, munus amicitiæ, officium ſcribendi, quod deeſt. A: 134 G. 27 O: 129.

Explicit. Eo verbo utebantur vet: in extremis libris. O: 36.

Exploratus pro Certus, de quo non dubitatur: Exploratum eſſe, habere. A: 134. G: 27. O: 129.

Exponere pro Proſtituere. O: 36. *Exponere* verbum nauticum: Exponere exercitum. O: 36. *Expono*, Explico, Sæpe pro Eodem; ſed alias diverſè accipienda. V. 19.

Expoſtulare pro flagitare, expetere. O: 36.

Exprimere pro Extollere, exaggerare. O: 36.

Expromo pro in lucem profero. A: 135.

Exquiro, h.e. Diligenter inquiro, quæro: Exquirere verum, mores, aliquid, cauſam, De, Ab, Ex aliquo. A: 135.

Exquiſitus vide A. in verbo *Exquiro*. G: 27. O. 129.

Exſævire dicitur tempeſtas, quæ paulatim deſinit. O: 36.

Exſcendere, *Exſcenſio*, *Exſcenſus*, *us*. Exſcenſum, Exſcenſionem è navibus facere. O: 36.

Exſeco. Exſecare ſtrumam, linguam, nervos, partes vitioſas. *Exſectus* à filio. A: 131.

Exſectio vide ibidem.

Exſecrari aliquem A: 131. G: 28 *Exſecrandi modus*; Malam peſtem illi. H. 99.

Exſequi pro Sequi: ut, Sequi funus & exſequi. Inde *Exequiæ*. O: 36.

Extemplo, poſtquam, i.e ſtatim ut. *Extemplo* ubi, *Quā extemplo*. illico *Extemplo* ut, confeſtim. S: 42.

Extermino, pro Ejicio. A: 135. G: 28.

extra jocum. H: 47. *extra* & *Abſque* eleganter pro Præter. H: 55. *extra quam*, exceptionis particula O. 36. *extra* contrarium habet Intra. *Tranſlatè*: extra culpam, cauſam, expectationem, modum, locum or dinē contentionē, certamen. *extra* pro Præter. T: 36

extrahere. extrahere diem, judicium, &c. H: 52.

extrarius. pro extraneo. O: 36.

extremitas. vel pro minus Latino Circumferentia: vel pro barbaro vocabulo, Superficies. O: 36.

extremum illud eſt, Clauſula Ciceronis in extremis libris. O: 36. *extremum eſt*, ut. S: 115.

extremus In extremis litteris. In extremo libro. In extrema parte. A: 136. G 28. O: 36. 129.

extrinſecus contrarium habet, Intrinſecus. S: 36.

extructus. vide verbum ſequens.

extruere, *exſtructus* pro Completus, cumulatus. O: 36.

exturbo. exturbare aliquē domo, è navi, è poſſeſſionib. ex agris, bonis patriis, fort: ōibus A: 136. G. 28 O: 129

exul Conſul Paronomaſia. O: 101.

exulto pro Effero me, & jacto immoderata lætitia. A: 136. G: 28. O: 129.

F.

Fac eſſe. fac potuiſſe. fac velle, &c. H: 60. O: 129 S, 165

Facetus pro elegante, venuſto O: 37. *Pro* lauto. ib. *Facile agere*, h.e. Bene. belliſſime. O: 37. *Facile emere*, h.e. vili. ibid. *Facile*, audio, h e. Libenter. ibid. *Facile* patior, non moleſte fero. V: 20. *Facile* cum Superlativo: Totius Græciæ facile doctiſſimus Plato. *Facile* pro libenter. T: 36.

Facilis, *Facilitas*, vulgo Humanus, humanitas O: 37.

Facinoris & ſceleris crimen. H: 69.

Facio. *Facere* medicinam alicui. *Facere* piraticam, topiariam, argentariā. *Facere* pro fingere & introducere Perſonam aliquam loquentem: Plato facit Iſocratē laudari à Socrate. *Facere* damnum detrimentum, jacturam. *Ab aliquo* facere. *Contra* aliquem facere. *Fac eſſe*, potuiſſe. A: 137. G: 28. O: 129 A verbo facio infiniti pene dicendi modi a Vet: deducti ſunt: ut, *Facere* delitias. *Facere* damnum *Facere* facinus & ſcelus *Facere* iratum, *Facere* flagitium, ſtipendia, Prælium, ſacrificium & ſacra, Æs alienum, Teſtamentum, finem, fidem, Ludos, Scriptum, Dolorem & luctum, Caſtra, Periculum, Convicium, Naufragium, Promiſſum, Iter, Turbas, verbum & verba, Juſta, Copiam, Medicinam, Indicium, Auctoritatem, Lucrum, Conjecturam, Rem divinam, Furtum, Rem, Quanti, Officium, Facere mecum, Facere verſus, ſumptum, vitium, Injuriam,

Injuriam, Impetum, Contumeliam, Modos. Poteſtatem, Argentariam, Manum, Prælium, Vellaturam, Cædem, Vota, Inſidias, Funus, Reum, Mentionem, Judicatum, Imperata, Vindemiam, Sementem, Hæredem. Quæ ſingula una cum exemplis, H:a pag. 61. uſque ad 68. *Ad rem* facit. H. 159. *Facere* abſolutè pro officium facere. O. 37. *Facere* annum, Menſes aliquot. i.e. agere ibid. *Facere* ſanguinem. ibid. *Facere* longum, breve. ibid. *Facere* exercitum, h. e. parare. ibid. *Faciam ut* enumerem, h. e. numerabo. ibid. *Facere* litem ſuam, Veteres Juriſconſulti: *non*, litem propriam. vid: *Scribere manu ſua*. V. 40. *Facere* magni apud Scriptores non ineptos, *Sed nequaquam* Facere majoris, facere multi. V: 19. *Facio*, feci, facerem, pro Fingo, finxi, &c. V. 20. *Facio*, ut. *Facio*, uti. *Facio*, quo. *Facio*, ne. *Facio*, ut ne. *Facio*, ut non. *Facio* Abſolutè. S. 165.

Factio, Paucorum dominatus. O. 37.

Factitare accuſationem, delationem. O: 38.

Factum muto, Factum nolo, h. e. Facti pœnitet. O: 37. *factum* volo, i. e. bonum cupio, faveo. ibid: *Factum* bene, male. O: 38.

Factus ad unguem. Non ita factus. H. 69. *Factus* pro Perfecto, expolito. O. 38.

Fallo. Niſi me fallit. Niſi me fallo, &c. A. 137. G. 28. O. 38. 129. *Falli* & *Decipi*. V. 20.

Fama, flamma. Paronomaſia. O. 101.

Fames, fama. Paronomaſia. ibid.

Familia pro Cibariis, comeatu. O. 38. *Pro* ſecta aliq. ib.

Familiares epiſtolæ, ſermones. O. 38.

Faſces ſubmittere, pro Cedere. *Proverbium*. O. 106.

Faſti, vulgo Calendaria. A. 137. G. 28. *Faſti* dies. G. 28. O. 129.

Faſtigium in templis quid appelletur. O. 38.

Fatum. Si fatum fuerat. Hoc fato natus. fato meo fato, neſcio quo, Reipubl. A. 138. G. 28. O. 129. Fato cedere, h. e. mortem obire. O. 38.

Favetur. vid. *Debemur*. V. 16.

Favor. vid. *Æther*. V. 3.

Faxo, ut. *Faxo* Abſolutè. S. 42.

Febris. Aliquem febris reliquit. Ab aliquo febris diſceſſit. Acceſſit febris: diſceſſit. V: 20.

Feneſtra pro Ipſo operculo. O: 38.

Fenum eſſe, ſive edere. O: 38.

Fere, & *Ferme* pro Quaſi. Fere & ferme imminuunt nonnihil rem aut numerum. Interdum fere videtur aliquid addere. Fere & ferme *pro* Plerumque. T: 36, 37.

Feriæ. Feriarum feſtorumque dierum ratio &c. A: 140

Ferio. Ferire adverſarium, parietem, &c. *Ferire* fœdus. A: 138. G: 28. O: 129.

Ferme pro valde, multum: O: 38. vid: *Fere & ferme*.

Fero. *Ut fert*, vel *ita fert* opinio, conjectura, ſpes, tempus, cauſa, res, natura, conſuetudo, ætas, &c. *Ferre* tribum, centuriam, ſuffragia, h. e. habere ſuffragatores. Ferre ſuffragium etiam pro Suffragari. *Ferre* partem prædæ, palmam, repulſam. *Ferre* legem. *ferre* ad populum. *Ferre* Quæſtionem, privilegium, ſententiam, conditionem. A: 138, 139, 140. G: 28 O: 129 130. *Ferre* ad cælum. H. 61. *Ferre* in oculis Habitare in oculis, &c. H: ibid: *Ferre*, inferre pedem. H: 68. *Ferre* & *Pati*: Perferre, Perpeti, videntur aliquando uſurpari quaſi diverſa. V: 21.

Feſtivitas. A: 140. vid: etiam *Feſtus*. ibid.

Feſtus dies, feriæ. A: 140.

Fictitius, a nullo Auctore digno uſurpatum. V: 21.

Fidens & *fidentia*, *fidenter*. A: 140. G: 29.

Fidenter, cui contrar: Timidè. O: 130.

Fides. *Eſſe* in alicujus fide. *Recipere*, accipere aliquem in fidem. A: 141. G: 29. O: 130. *fides* pro Abſolutione rerum creditarum. O: 38. *Fides* in rebus creditis & contractibus. O: ibid: *Fide mea*, tua, ſua, alicujus, *Rectè*: *non*, Propria. V: 21.

Fiducia, Quod vulgo *Obligatio*. A. 141. G: 29. O: 130.

figura pro Obliquis reprehenſionibus. O: 38.

fingo, h. e. ingenioſe aliquid cogito & formo. A: 141. G: 29. O: 130.

finio, or. Cicero pro Circumſcribo aliquid certis finibus & terminis. A: 141. G: 29. O: 130.

Finem interrogandi, ſc. fatorum. per *Ellipſ* O: 108.

finis pro Finibus regionis, vel provinciæ. O: 38.

firmus & *Infirmus*. Ut firmus non ita infirmus dicitur; ſed Infirma valetudine, & infirmus homo: firmus homo nunquam, ſed abſolutè firmus. H: 150.

fit, Ut *fit*, Uti *fit*, Ne *fit*, Ut ne *fit*, Uti ne *fit*, Ut non, S: 43.

flagitioſe pro Male, infirmiter. Flagitioſe imparati a militibus, &c. O: 39.

flagitium, Scelus: Illud in obſcenitate & libidine, Hoc in aliis facinoribus. V: 21.

flagito. vid: Poſtulo. V: 37.

flagro. Flagrare ſtudio, amore, deſiderio, cupiditate, amentia, infamia, bello A: 141. G: 29. O: 130.

flectere, Verbum itinerarium, pro Circumnavigare, & prænavigare. O: 39.

florere, De rebus inanimis, pro, frequentem eſſe, celebrari. O: 39.

Florus

Florus adjungens Ablativo abſoluto caſum alium, qui poſſit videri ſupervacaneus, defenditur. V: 21.

Fluo Apud Cic: de rebus aquæ fluentis more, præterlabentibus. *Item* fluere pro Diſpergi & dimanare in vulgus. Apud eundem *Bucca* fluentes. A: 142. G: 29. O: 130.

Fœdo Idem quod Conſpurco. A: 142.

Fœdus,a,um. h. e. Turpis. A: 142. G:29. O:130.

Fœtus de frugibus & arboribus. O:39. Aliquando de hominibus, ſed non ſæpe. V: 22.

Fore futuro junctum. O: 39. *Fore,* Ut. *fore,* Uti. *fore,* Ut non. S: 43.

Formoſus,& *Pulcher*, apparet differre, ſed quid & Quomodo, non ita compertum V:22.

Formula pro Jure, proprietate: Hoc oppidum eſt formulâ, Romanorum, illud eſt formulâ Græcorum. O: 39. *formulæ Tranſitionum* Vide harum exempla. S: 116, 117.

Forſitan & *fortaſſe* Anteoccupantis. T: 37.

Forte & *fortaſſe*. Forte idem quod caſu *fortaſſe*, fortaſſis, forſitan Dubitationi ſerviunt. *Si* forte, *Niſi* forte, *Ne* forte. Quoties Antecedit Si, Niſi, vel Ne, forte dicitur, non fortaſſe, neque forſitan. &c. T: 37.

Fortis pro vehementi, furioſo, acri. O. 39. *Fortis* de corpore robuſto & valente. O: 39.

Fortuitus, a, um. fortuitus concurſus, fortuita oratio. fortuitum bonum. A: 142. G: 29. O. 130.

Fortuna pro Bonis & facultatibus. O: 39.

Fortunæ arum, pro Bonis: vir fortunis maximis. Per fortunas, incumbe. A: 141, 142. G:29. O: 130.

Fortuno. Dii fortunent. A: 143. G: 30. O: 130.

Forus pro ſcamno quolibet. O: 39.

Fragilis vulgo frangibilis. O: ibid.

Frango,or. frangere aliquem. Frangere bellum, frangere ſe laboribus. Fractus calamitate, frangere alicujus audaciam, vim, leges, furorem, frangi metu, cupiditate. Frangit ſe calor, &c. A: 143. G:30. O:130.

Fraus pro Damno: Fraudi eſſe alicui. *Pro* ſcelere: Fraudem capitalem admittere. Fraus peculatus. Fraudes inexpiabiles concipere. A: 143 144. G:30. O:39. 130. Ne ea res mihi ſit fraudi. H: 70.

Frequens. frequentes, qui audiunt. Frequens ſenatus, collegium, theatrum, populus in concione. Frequentem alicui eſſe. A: 144. G: 30. O. 130.

Frequentia. A: 144.

Frequento pro indoctorum, ſæpe facere, ponere, uti aliqua re. A: 144 G: 30. O: 130.

Fricare, perfricare frontem, vel os. O: 40.

Frugi. Bonæ frugi. H: 61.

Fruſtra habere, pro Contemnere, negligere. O: 40.

Fugiens vinum. A: 145. G. 30. O: 130.

Fugit me, aut aliquid aliquem. A: 144. G:30. O:130.

Fugitivus pro Servo fugitivo. Ellipſ: O: 107.

Fulminare arces, Quam noſtris nunc Poëtis frequens, tam parum Antiquis uſitatum. V: 22.

Fundamentum tanquam in aqua ponere. *Proverbium*. O: 106.

Fundo, fundere verſus, orationem. Aër *fuſus* & extenuatus. *fundere* copias hoſtium. A: 145. G: 30. O: 130.

Fungor. Fungi munere, officio. *Functus* proſpere omni fortuna. A: 145 G: 30. O: 130.

Furcilla, furca. furcilla extrudi, Furcillis ejicere. Furca expellere. V: 22.

Futurum, Ut. Uti. S: 43.

G.

GAudeo. Gaudere in ſinu H: 71.

Geminus pro Craſſo. O: 40. *Geminus, Germanus*: *Geminus* idem quod *Similis alicui*. *Germanus* idem quod *Verus*. *Geminus* pro *Gemello*. O: 40.

Gemor & *Cavtor*. H: 34.

generatim, Latinè quod barbare. Univerſaliter aut ſpecialiter particulariter A: 145. G:30 H:71 O:130.

Geneſis & *Genitura*, quæ vulgo Nativitas. O: 40.

Gentes. Ubivis gentium. Quiſquam gentium. Ubi gentium? H: 152. *Gentes* pro iis, qui non ſunt cives Romani. O: 41.

Gentiles Latinè qui orti eadem gente & familia. A:146 G: 39. O:130. *Gentilis* pro populari, barbare Conterraneus O: 41.

Genere pro Modo. *Genere quodam*, pro Quodammodo, Molli genere. Optimo genere. O: 40.

Genu. Ad pedes, ad genua jacere, provolvi, procumbere. H: 79.

Gerens negotii. O: 40.

Gerere res. De rebus bellicis. O: 41.

Germani fratres, plerunque qui iiſdem nati parentibus utriſque: interdum qui duntaxat eodem patre. O: 40.

Germanus non ſolum frater, aut ex Germania oriundus, ſed etiam dicitur, *Germana patria*, germana lingua, Germanus Atticus, &c. H: 70.

Gero proprie, Facere aut agere, de rebus tam privatis, quam publicis. Si ipſe negotium meum gererem. *Gerere* negotium bene, male. *Gerere* Remp: ſocietatem,

tem,

tem inimicitias, ſimultatem, amicitiam, &c. A:146. G: 30. O: 131, 132.

Gignentia vulgo ſtirpes. O:40.

Gladiatoribus, h. e. eo tempore quo certant gladiatores: ut Ludis, h. e. tempore ludorum. O:40.

Globus conſenſionis, Tralatè pro multitudine & conſpiratione. O: 40.

Glycerium, vox non compoſita, ſed ſimplex. V. 22.

Gradus pro Paſſu, ut vulgo loquimur. Pleno gradu ingredi ad aliquam rem. *De gradu* dejici. O: 40, 41.

Gratia. *Redire* in gratiam. H:33. *Gratiam* referre, in malam partem *pro* Ulciſci. O:41.

Pridie, interdum quod Prius, ante, paulo ante. O:76. *Pridie*, quam. S:92 *Pridie* & *poſtridie* Abſ:poſita. S ib. *Pridie* & *poſtridie* varios admittunt caſus. S:93. *Pridie* dictum quaſi Priore die. T: 89. *Pridie* & *poſtridie*, quam. ib: *Pridie* & *poſtridie* ejus diēi. ibid: *Pridie*, *poſtridie* Idus, Nonas, Calendas. ibid: Sic & cum Accuſ: aliorum nominum. ibid: Quare non *Secundo Calendas* dicatur, ut tertio & quarto, ſed Pridie tantum. ibid:
Primæ Kalendæ, Idus, &c, pro Proximi uturis. O:76
Primas deferre, ferre, tenere. H: 124.
Primò. *Primum* & *Primo* hoc ferme differunt, quod Primum ad ordinem rerum pertinet, Primo ad tempus. T: 89. *Primo*, deinde. vel poſt. T. 90.
Primo quoque tempore. A: 240. H. 143. G. 44. O: 138. *Primo* quoque die. H: 143.
Primoribus labris, Primoribus digitis attingere. H:121.
Primum, deinde, deinde. &c, Cic: V:38. *Primum*, tum denique, ad extremum. V: ib: *Primum*, deinde, poſtremo, denique, poſtremo. ibid: Plura ejuſdem generis. ibid: *Primum*, deinde. S. 96. *primum*, deinde etiam. ibid: *primum*, inde. ibid: *primum*, dehinc. ib: *primum*, inde. ibid: *primum*, dehinc. ibid: *primum*, mox etiam. ibid. *primum*, poſt ibid: *primum*, poſt illa. S: 97 *primum*, poſt hæc. ibid *primum*, tum, ib: *primum*, tum autem. ib. *primum*, tunc. ib. Cætera v: S:97. 98 *primum* cum deinde, vel poſt, vel tūT. 89 *primū*, tū, poſt vel deinde in enumerationibus T. 90 *primum*, deinde, tum vel poſtremo. ib: *primum*, deinde, tum, poſtremo. ib *primum*, tum, deinde, poſt, tum, deinde. ib. *primum* abſolute poſitum. ibid.
primus, tum. S: 97. *primus*, ſecundus, tertius. ibid.

primus,proximus,deinde,ibid. *primus*, alter,tertius. T: 90. *primus*, ſecundus, tertius. ibid.
primus homo, vulgo, primarius. O. 76.
princeps, proximus, deinceps. S. 98.
princeps, idem quod primus, aut ſummus: *princeps* conſilii publici, ſententiæ in ſenatu,omnium gravitate dicendi, &c. *pro* Auctore alicujus rei: Inventor ac princeps harum diſputationum. Princeps Conſulatus in ea familia. &c. A. 241. G.44.O.138.
principatus,idem quod locus princeps:Alicui tribuere, dare principatum. Tenere principatum. A.244.
principia, Locus in caſtris,ubi Imp. tabernaculū O.76
principio. Hac voce Latini ordiebantur rem aliquam tractandam.Idem aliquando,quod *primum*.A:242
prior, pro proxime antecedenti ; prioris anni Conſul, i. e. Anteceſſor. O.76 (T. 90.
prior,alter.S.99.*prior* & *poſterior* de duobus dicuntur.
priſtinus,pro eo,quod prioris eſt aut proximi dieiO.76
privare injuria, pro prohibere injuria. O. 76.
privilegium, Aliud longe ſignificavit olim, ac nunc vulgo. Differt a lege,quod &c. A.242.G.44.O.139
prius & *Ante*, ſine Quam, ἀνακηλεῦθαι.O.110. *prius*, poſt. S.97. *prius*, nunc. ibid. *prius*,poſtea. ibid.
priuſquam Theogenes naſceretur. *Proverb*. O: 104.
priuſquam. S. 96.
pro, Latine,quod Græce κατὰ: pro tua dignitate,ſapientia,tuo ingenio,&c.Idem quod *Ante*,aut *Ad*:pro æde Caſtoris,&b. A.243.G.44.*pro tempore*,pro re, pro loco:inepte,pro qualitate temporis,&c.H 117 *pro ſe* quiſque,uterque.H.121.O.76.*pro eo*,cumAtque.H.9. *pro ſano* facere,loqui: *pro vano*.O:74 *pro* idem quod vulgo ſecundum:pro tua prudentia.O. 139. *pro* idem quod ante. O.ibid. *pro ut*,ita S.99. *pro eo*,ac.S.ibid. *pro eo* ac ſi. S.100. *pro eo*,atque ſi. ibid. *pro eo*,quaſi.ibid. *pro eo*,ut.ibid.*pro eo*,quod.ib. *pro eo*, quantum ibid. *pro eo*, abſolute. ibid. *pro*, cui contrar. *Contra*.T 91. *pro*,pro *in*:pro ſuggeſtu,pro concione.ib. *pro*.pro vice,aut loco.ib. *pro*,in comparatione. ibid. *pro*, pro ſecundum. ibid. pro meo, tuo,ſuo jure.ibid. *Pro re*,*pro re nata*, pro tempore. pro opibus.T:92. *pro* mea tua,ſua parte.ibid.*pro ſe* quiſque.ibid. *pro virili parte* ibid. *pro* portione, *pro* rata portione, *pro* rata parte ibid. *Pro* ut, *pro eo* ac, *pro eo* ut.ibid. *pro eo* quod,*pro eo* quantum inComparatione.ibid. *pro eo* Abſolute.ibid. *pro*,pro,ob vel Propter. T: 93.
pro, Interjectio Exclamantis, admirationi aut indignationi ſerviens. T: 93.
probare,pro Approbare,fidem aut planū facere,O:77.
Probe,pro Bene,aut recte:Probe meminiſti,feciſti,curaſti,&c.Probe teneo,ſcio,&c.A:244.G:44.O.139
Procedo,idem quod Proficio,progreſſus facio: Longe procedere ad virtutem. *Procedere* ætate, *Procedere* honoribus,laude dicendi. Oratio procedit via & ratione.Idem quod *Succedere*:Proſpere,bene,parum, pulcherrime procedere. A:243. G:44.O: 77.139.
Procedere idem quod Prodeſſe. O: 77.
Procinctu, In procinctu. O: 77.
Proclinata res, h. e. inclinata. O: 77.
Procul,pro,a longe.O:77. *Procul*,a.S:99.*Procul*,e.S. ibid. *Procul* ab.ibid. *procul* interdum fit Præpoſitio, jungiturque Accuſ.& Ablativo: patria procul. Procul urbem. ibid.
Procuro, In re Divina utebantur Romani. O: 77.
Prodeo,pro vulg.Exeo: Prodire,Prodire in publicum, prodire in aciem, Prodire alicui obviam,prodire in lucem. &c. A: 244. G:44. O.139.
Prodo,pro edo in lucem,& trado poſteris: Prodere rē aliquam poſteris, in poſterum. Prodere pernicioſum exemplum. Prodere memoriæ,&c.A:245.G: 44. O: 139. Prodere memoriæ. H: 120. *Prodere* diem, idem quod prorogare, proferre. O: 77.
Produco,apud Vett:quod barbare Prolongare:Producere bellum,Producere dies,ſermonē,vitam,aliquē, convivium.A:245. *Producere*,verbū funebre.O.77
Profanare, pro Dedicare. O: 77.
Profecto, veteribus uſitatum paullo aliter quam hodie multis. O: 114.
Profero eâdem ſign: qua Produco. Profero diem,tempus,&c. V. in v. *Produco*. A:245. O.77. In apertum proferre. H: 161.
Profeſſio. v. *Profiteor*. A: 245. 246.
Profeſſores vocatos a Recentioribus vocat Cicero*Magiſtros* aut *doctores* v. *Profiteor*. 245.
Proficiſci de navibus. O: 77.
Profiteor pro Edo & indico Cenſoribus & Magiſtratui, quantum poſſideo. A:245 H: 124.
Profligare. *Profligatus*. O: 77.
Profunda avaritia, pro extrema. O: 78.
Profundo, pro large effundo. Profundere lachrymas. Lachrymæ ſe profundunt. *Profundere* odium ſuum in aliquem. *Profundere* vitam,vocem,pecuniam,patrimonium. *Profundere* & perdere laborem. A:246.
Profuſus,*a*,*um*. *Profuſus* ac perditus nepos. *Profuſa* luxuries,hilaritas. *Profuſi* ſumptus. v. *Profundo* A.246
Progigno, Cicero,quod Recent. Progenero. A:246.
Progreſſus, idem quod apud Recent. Profectus : Progreſſus facere, habere. A, 247.

Projectus,

Projectus, pro extenſus: Brachium proterius projectum, &c. *Tranſlate*, Projecta audacia, cupiditas. Projectus ad audendum. A: 247.

Proin, Proinde. Proinde,ac ſi. S: 89. *Proinde*,atque ut. ibid: *Proinde*,quam.ibid: *Proinde*,atque ſi.ib: *Proinde*,quaſi ib: *Proinde*,quaſi ita.ib: *Proinde*,tanquã ſi. *Proinde*.ut.ibid. *Proinde*,uti. S: 90. *Proinde adeo* ut. ibid: *Proinde ut*,ſic.ibid: *Proinde ut*,ita.ibid: *Proinde ut*,item. *Proinde* Abſolute poſitum,pro Perinde,æque.ibid. *Proinde*,ut,cauſali ſignificatione,i.e.Ideo, ut.ibid. *Proinde* ſeu Proin,ſign: Ideo,vel Quamobrem.T: 83. *Proinde* pro Perinde, ſi quando uſurpatur,eaſdem Conjunct:& eoſdem uſus habet,&c.ib: *Proinde* pro Itaque, initio ſententiæ. O: 111.

Prolixe, pro Liberaliter, benefice, prompte: Prolixe polliceri, facere. A: 247. O: 78.

Prolixus apud Ciceronem nunquam pro Longus ſed pro Liberalis, largus, facilis & promptus in dando & conferendo aliquid. A: 247.

Promereor, idem quod Mereor. Promereri officium, beneficium. Optime, bene promereri de aliquo, in aliquem. A: 247.

Promitto, Polliceor. V: 38. *Promitto* & *Spondeo*, juncta ſæpe à Cicerone. V: ibid.

Promo. Cicero de omnibus reconditis & concluſis: Promere pecuniam ex ærario,aurum ex armario,argumentum è locis,libros è bibliotheca,&c. A: 248.

promontorium a prominendo. O: 78.

promovere Ciceroni producere, augere, &c. O: 78.

promptus, a, um: Prompta celeritas. Promptus ad dicendum. Prompta & parata adjumenta. Prompta reſponſio. Promptum habere vultu & lingua, quod animo ſentimus. A: 248.

prona virtuti. O: 78.

pronunciare, interdum, Promittere. O: 78.

proœconomia, quaſi præmunitio. O: 78.

propala, qui vulgò magno errore *propola*. O: 78.

propatulum, domus, ædium. ὕπαιθρον. O: 78.

prope. Prope a Sicilia bellum. Prope ab domo. Propius ab ortu. Propius abes. Propius nihil eſt factum,quã, &c. A: 248. Prope abeſſe ab aliquo. O: 78. *prope, proximus*. cum Accuſativo. O: 78 *prope eſt*,ut: pro quo vulgo,fere. S. 100 *prope eſt*,ut ne quidem. S. 101. *prope eſt*, quando. ibid. *prope eſt factum*, ut. ibid. *prope adeſt*,cum.ibid. *prope*,abſolute poſitum,ibid. *prope*, pro juxta. T: 93. *prope*,pro non procul.ibid Prope, ſine caſu. T: 93. *prope eſt*,ut. ibid. *prope* eſt factum, Nihil propius eſt factum. ibid. *prope adeſt*, ut,vel cum. ibid.

propere, properanter, Veteres. Cicero, feſtinanter, celeriter. A: 249.

propior, us. Propiora pericula. Propior cauſa. Propior tibi,&c. A: 249. *propius accedit*,ut,quam ut. S. 101. *Nihil propius eſt factum*, quam ut.ibid. Propius abſum. T: 93. Nihil propius eſt factum ibid.

proponere, interdum idem quod Præmunire, vulgò barbarice, Præmittere. O: 78.

proportionaliter barbarum eſt: Cicero *proportione*. *Æqualiter* idem ſignificat. A. in v. *propior*. 249.

proprie, pro Peculiare, quodque latinè etiam Privatim. O: 78.

propter,pro Prope,aut Apud: Inſulæ propter Siciliam. propter ſtatuam Platonis. propter patrem cubans, &c. A: 249 *propter* quem,h.e. cujus operâ,& beneficio. O: 111. *propter* ſignificatione cauſali: *Non propter*,ſed quia S: 101. *Non propter*,ſed propter.ibid, *Et propter*,& propter.ibid. *propter* eas cauſas, & quod ibid. *Cum propter*, tum propter. *Cum propter*, tum quod. ibid. *propter* cauſa efficiens, aut finis. T: 95 propter pro,prope. ibid. *propter* caſui ſuo per Anaſtrophen poſtpoſitum. ibid. *propter* omittitur, in Id, Quid. ibid.

propterea,quod. S. 101. *propterea*, quia. ibid. *Ea propter*,quia. S: 102. *propterea*,quoniam.ib *propterea*,ut. ib. *Non propterea ut*,ut.ib. *propterea*,quod *propterea*, ut. T: 95. *propterea*,quia.ib. *propterea*,quoniã. T: 96

prorogo. prorogare imperium, provinciam, bellum, dies, tempus, &c. A: 249.

proſa oratio,recentius Cicero, Oratio ſoluta,aut libera, aut quæ numeris non eſt aſtricta & devincta. A: 250. O: 78.

proſcribo. proſcribere domum, poſſeſſiones,hortos.&c *proſcribere*, pro Damnare,& in exilium ejicere. A: 250. G: 44. O: 139. Hic liber,hæc tabula,hoc monumentum tuo nomine eſt *proſcriptum*, h.e. nomen tuum continetur in fronte libri. O: 79. *proſcribere*,h.e. palam ſcripto proponere.ib: *proſcribere* tabulã.ib.

proſequor, pro honoris aut officii cauſa aliquẽ ſequor. *Item* tribuitur in animis: *proſequi* laudes clarorum virorum,&c. *proſequi* aliquem omnibus officiis,benevolentia,ſtudiis,&c. Alicujus virtutem grata memoria, *proſequi* aliquid, in dicendo, aut ſcribendo. pro Perſequi: Non proſequar id longiùs, &c. A: 250. G: 44. O: 139.

proſtituo, Recentiorum eſt. Cicero, Vulgare ſe omnibus, Divulgare ſe ad omnes libidines,&c. A: 251.

proſum Subſidio ſum,juvo. Proſum, Efficax,cum dandi aut accuſandi caſibus,ſenſu prope cõtrario. V: 43

protectorem vulgus vocat,quem Latini aut Patronum, aut Defenſorem,aut Parentem,aut Deũ etiã.A.251
proterrere, pro Expellere, abigere. O: 79.
proteſtor non legitur apud idoneos Auctores. Latini, Teſtari, Conteſtari. A: 251.
protinus, retro, a tergo. O. 111.
provectus, a, um. V. verbum ſequens.
provehere, Provehi longius,non ita multum,in altum, &c. *provehi* inani ſpe,amore. A.252.G:44.O:139.
Proventus. pro ſucceſſu proſpero. O: 79.
proverbium, Cicero. Adagium vetuſtum videtur. A: 252. *proverbia quædam* ab Eraſmo in Chiliadibus omiſſa,vide. O: 104,105,106 *Item* ab aliis O:106 107. *proverbia* conciſe prolata. O: 108.
provinciam obtinere. H: 109. *provinciam* obire. H. 110.
provolvi ad pedes. V. Pes. H. 79.
proxime cum Accuſ. Proxime Italiam, hoſtem. *Item* cum Atque, Proxime atque ille,aut etiam æque laborare. A:252.H:8 *proxime* & *propius* cum Accuſ. H:118.G:44.O:139.T:94. *proxime* pro Maxime. T: 94. *pro* Noviſſime aut ultimo loco. T:95. *proxime* ſuperior. ibid. *proxime*, in ordine, ibid: *proxime*, atque. ibid.
proximus,a,um. proximus & *Vicinus*,non plane idem, ſed abAntiquis aliquando conjuncta.H:115.*proxima via*,h.e.Compendiaria.O:79.*proximus*,Proximum,non tantum de præcedenti,ſed etiam de con ſequenti. V:38. Maximus, *proximus* S: 98. Optimus, *proximus*, Tertius. ibid. Princeps, *proximus*, Deinceps.ibid. Summus,*proximus*,Tertius.ib *proximus*,Superior,Primus.S.99.*proximus*,Alter,Ter tius ib: *proximum eſt*,ut.S:114.*proximus* a,vel poſt. T:94.*proximus* alicui ferme dicitur.ibid. *proximus*, pro proxime antecedenti.ibid. *proximus*, ſuperior, Proximus,Inferior. ibid. *proximus*, pro inſequenti. ibid. *proximus* in ordine. ibid. *proximus* in Cognatione. ibid.
prudens in jure civili. H: 159.
prudentia, Cicero ſæpe, pro ſapientia. O. 79.
publicum,pro vectigali publ:O.79.*publicũ* P.Rom.ib.
pudor interdum idem, quod Pudicitia. O. 79.
puer. A puero, pueris, pueritia. H: 74.
pugnam inire. H: 78.
pulcher,pro beato.O.79. *pulcher*, vide *formoſus*.V.22.
pulchre eſſe alicui, h.e bene agi cum aliquo. O:79.
pulvinar, non idem quod *Pulvinus* apud Cic. ſed locus ille,quo recumbebant Divi in templis. A: 252.
pulvinus. A: 252. G: 45. O: 139.
punctum. Momentum. H: 123.
purgare,& *propurgare*, Cic. pro Conficere,abſolvere O:79.*purgare* rationes. O: 80. *purgare* locum vel agrum, pro ſpinas, &c. evellere. O: 80.
purpureus color diſtat a puniceo. O: 80.
purus de homine integro. O:80. *purus* campus.O. 80. *pura* terra. ibid. *purus* locus. ibid.
puſillanimus,puſillanimitas,puſillanimiter, Recentiorum eſt: Veteres Parvum animum,anguſtias animi, pectoris, anguſtum animum, abjectum, fractum, infirmitatem animi. A. 253.
putat lex. O: 80.
putidus, nimis diligens. O: 80.

Q.

QUA, pro quatenus: *Qua* dominus, qua advocati, Qua de Butbrotiis,qua deBruto.A:253.G:45.O. 136.*Qua cauſa*.H.30 *Qua* Itineris, *Qua* de Bruto.H:132 Ea,*qua*.S:27.Eatenus,*qua*,pro quatenus. ibid. *Qua* abſolute poſitum. ibid. *Qua* poſt Nomina.S:32. *Qua*,ea. S.102. *Qua qua*,pro Tum tum. T 96.*Qua*,Ea.ibid. *Qua*,Eâdem.ibid.*Qua* vel *Aliqua*,pro Qua vel Aliqua ratione.ibid.*Qua* pro Quacunque.ibid. *Quacunque* ſign. Per quemcunque locum. ibid.
Quadrare orationem, vel in quadrum redigere, pro Explere & perficere numeris.A:253 G:45.O. 139
Quæro,ſign.actionem,qua Judex inquirit aut de facto, aut de Perſonis, quæ commiſerunt, verbis aut tormentis. *Quærere* de pecuniis repetundis, De morte alicujus,De Dominis de ſervis.A. 153.G:45 O.139
Quæſito eſt opus. O: 80.
Quæſtio de furto. Poſtulare ſervos in quæſtionem: Dare ſervos in quæſtionem,&c. Vide in v.*Quæro*. *Quæſtio*,pro Conquiſitione,Exquiſitione: Quæſtio totius naturæ.O.80. *Quæſtio* interdum ipſa lex,qua Quæſtio introducitur. O: 80.
Qualis,ſimilis.S:102. *Qualis*,talis.ibid. Talis,*qualis*. S: 132. *Qualis*, abſolute poſitum. S: 133. *Qualis* & Quale, pro Qualiter. ibid.
Qualiſcunque. *Qualiſcunque* Talis. T: 96.
Qualiter. *Qualiter*, tamen. S: 154.
Quam. *Quam ut*, abſolute poſitum. pro aliter, quam ut.S:15. *Quam*, tam. S.102. *Quam* abſolute, ſuppreſſo *Tam,Magis,Minus.Potius*,&c. S:134.135. *Quam magis*, tam magis.S. 136.*Quam*,tam.T:96. *Quam diu*,tam diu.T:96. *Quam* mox. *Quam* pridem.T:97. *Quam*,pro Valde cum Poſitivo,& Interrogatione.ibid. *Quam* cum ſuperlativo ib *Quam* pro Quanto.

pro Quanto.ib. *Quam* Optantis. ib. *Quam* Admirantis. ib. *Quam* cum Poſſum & Superlativo. ibid. *Quam poteſt*, per *Ellipſin* verbi *Fieri*.ib.*Quam*,cum volo, pro Quantum. T:98. *Quam* quantum. ibid. *Quam* quod, *Quam* ut. ibid. *Quam* quomodo, ib. *Quam* pro poſtquam. ibid.

Quam tributum aliis nominibus, quam Comparativi gradus: Seculis multis ante Gymnaſia inventa ſunt, quam &c. *Poſtero die*,quam. *Poſtridie* veni,quam. A:254.H: 18.19 G:45.O:139. *Quam mox*.H:128. *Quam citiſſime*, tam maxime.H:132. *Quam*, junctum nil ſignificat: Mirequam, ſanequam, valdequam &c. O:80.*Quam* cum Poſitivo junctum.O:80. *Quam* inter duos Comparativos. O:109.

Quamobrem. Hac voce,cum cauſam notat,quomodo uſi ſint optime Latine loquentes.A:254.H129,130 G:45 *Quamobrem* non initio ponendũ.O:110 *Quãobrem*,pro Cur.O:139.*Quamobrem* poſt Nom.S.32

Quampluriмus, pro Quanto magis. H: 132.

Quampridem, *Quamdudum*. H: 128.

Quamvis,pro valde:Quamvis honeſtus. O: 80.*Quamvis*,tamen.S.103.*Quamvis*,attamenS.104.*Quamvis* certe. ib. *Quamvis*, nihilo minus ib. *Quamvis* nihilo minus, tamen. ib. *Quamvis*, nihilo magis tamen. ib. *Quamvis* abſolute poſitum. ibid. *Quamvis*,pro Etiamſi, cum Tamen, Attamen certe. T: 99 *Quamvis* Nihilominus. *Quamvis* Nihilo magis. *Quamvis* At. ibid. *Quamvis* pro Quamquam, in principiis maxime, raro admodum à Cicerone uſurpatur. ibid. *Quamvis*, pro Quantumvis. T. 100. Interdum planius per *Valde* vel *Admodum* poteſt exponi. ibid.

Quando exemplo. S: 102. *Quando* proprie ſig. Quo tempore. T: 98. *Quando* & *Quandoquidem*, pro Quoniam.ib. O:139. *Quando* notans cauſam, aut idem, quod,*Cum*. A: 255.G.45.

Quandoque non ſign:aliquando,aliquoties,interdum, rarius:ſed quando,quandocunque,quoties,quotieſcunq;ſiquando,tunc cum. V 39.*Quandoque* vulgo putatur ſignificare,Interdum,Unde verſum Heſiodi &c.T.98.*Alias* idem eſt,quod olim,ſeu aliquando referturq; tum ad præteritum,tum ad futurum.ib.

Quanquam.O:113. *Quanquam*,tamen. S.102 *Quanquam* in principio Epiſtolarum uſus Cicero S.103 *Quanquam*,tamẽ nihilo minus.ib *Quanquam* nihilo magis.ib. *quanquam*,at.ib. *quãquam*,attamen.ib; *quanquam*, ſed ib. *quanquam*, ſed tamen. ib. *quanquam*,ſed certe.ib. *quanquam*, verum.ib *quanquam* veruntamen. ib. *quanquam* abſolute poſitum, ib. *quanquam*,tamen. *quanquam* ſed.T.99 *quanquam* ſed tamen,ſed certe,veruntamen. ib. *quanquam* abſolute poſitum. ibid.

Quanto magis, tanto magis.S.105. *quanto minus*,tanto magis.ib. *quanto plura*, tanto plura.ib.

Quantopere,tantopere.S: 105. *quantopere* pro quantũ, vel quam. T. 101.

Quantulum & *quantulumcunq;*in extenuatione.T.101.

Quantum optare nemo auſit, *Proverbiũ*.O.106.*quantum*,tantum S.104. *quantum*,tantundem. S: 105. *quantum* abſolute.T:100 *quantum* in te, in me,in ipſo eſt.ib. *quantum* poſſum.ib. Nimium *quantum*, mirum *quantum*, incredibile *quantum*, immane *quantum* ib. *quantum* & *quanti*,pro Quot.ib *quantum* tantum vel tantundem. T: 101.

Quantus & quantum abſolute poſita,S:105.v.*Tantus*

Quapropter. H: 129. 130.

Quaquam, pro Quacunque. O: 80.

Quare. H: 129.

Quaſi ad incendium currit. *Proverbium*. O: 106.

Quaſi Myronis opus.*ſimile*.O:104.*quaſi* ſi.O:110 *quaſi* valet interdum,quod,Ut ita dicam.O:112.*quaſi*,itẽ. S:105.*quaſi*,ſic.ib:*quaſi*,haud ſecus.ib:*quaſi* ſi,non multo ſecus ib:*quaſi*,ita.ib:*quaſi*,non quaſi.S:106. *quaſi*,itidem.ib:*Magis quaſi*,quam quaſi ib: *quaſi*, pro Tanquam aut ſicut.T:101.*quaſi*,ſic. *quaſi* ita. pro ſicut, vel Non ſecus,ac ib: *quaſi* ſi *quaſi* haud ſecus,T:102 *quaſi* uti.ib: *quaſi* item, *quaſi* itidem. ib;*quaſi*,& *quaſi vero*, per Ironiam. ibid: *quaſi*,pro Fere. ibid. *quaſi* Metaphoris inſervit, lenitque tranſlationem. ibid:

quatenus,i:e:uſq;ad quem finem. Interdum ſign:Quãtum. H.126. *quatenus*,abſolute poſitum.S:28.45. *quatenus*,ad quem terminum.T.102.*quatenus*,pro, qua ex parte. ibid: *quatenus*, pro Quoniam. ibid.

que,pro Sed. O.110. *que* alteri demum verbo alterius membri adjunctum:Per ſummamque iniquitatem. O:113.Conjunctio Enclitica *que*:exprimit Græcorũ τε.T:102.Poëtæ non dubitant alicubi longius projicere. ibid: Iidem hanc particulam frequenter geminant,imo vel ter aut quater repetunt.T.103.*que* pro Etiam, vel Quoque. ibid:

quemadmodũ idẽ quod Quomodo A:255.G:45.O:139 *quemadmodum*,ſic.S:106 *quemadmodum*,ita.ib:*nõ quemadmodum*,ſed quemadmodum ib:*quemadmodum*,ita & è contr:quoq;ib.*Non quemadmodum*,ſed quo pacto.ib:*quemadmodum*,Quemadmodum.ib: *quemadmodum*,pro Quomodo,T:103.*quẽadmodũ*, Sic vel ita.ib:*quemadmodum*,eodem modo.ib:quẽ admodũ,ſed.ib:

quemvis,

Quemvis. pro Quemcunque. O: 80.

Queror Veteres non tantum queri de aliquo, apud aliquem, ſed etiam Queri aliquam rem, & Queri cum aliquo. A: 256. G: 45. O: 139.

qui, ſecunde poſt Nomina. S: 32. *qui*, hic. S 107. *qui* ille ib: *qui*, idem. ib: *qui*, is, pro Qualis, talis. ib: *qui* abſolute. ibid: *quicum*, & Quocum. T: 107. *qui*, pro quomodo. ibid: vide etiam *quis*, vel *qui*. T: 103, 104.

quia, eo. S: 108 *quia*, idcirco. S: 109. *quia*, non idcirco. ib: *quia*, ideo. ib: *quia*, propterea. ibid: Nulla alia cauſa, niſi *quia*. ib: Magis *quia*: quam *quia*. ib: *quia* abſolute poſitum. ibid: *Vel quia*, vel quia ib: *Non quia*, ſed quia. ib: *Neque quia*, ſed quia. ib: *Non tantum quia*, ſed quia ib: *Non quia non*; ſed quia non. ib: *quia* cauſam reddit plerunq; & reſpicit Quare. T: 108. *quia* Eo, Idcirco, Propterea. ib: *quia nam*, pro Cur. ibid: Quoniam pro *quia*, cum cauſa redditur, rarū eſt. ib:

quicquam, niſi. S: 108. *quicquam*, præter. ib: *quicquam*, quin. ibid: *quicquam*, quod non. ibid: *quicquam*, quod non idem. ibid:

quicquid progrediebantur. O: 80. *quicquid*, pro quicquam: O: 81. *Unumquicquid*, pro Unūquodq. O: 81.

quicquid increpuit timor. *Proverbium*. O: 106.

quicquid, id. S: 109. *quicquid*, idem. S: 110. *quicquid*, id totum. ib *quicquid*, id omne. ibid: *quicquid*, hoc omne. ibid: *quicquid* illud omne. ibid: *quicquid*, cum Id, Idem, Id totum, Id omne. T; 108.

quicunque, is. S: 107. *quicunque*, idem. ibid: *quicunque*, abſolute poſitum S: 108. *quicunque*, pro Quiſquis. T: 107. *quicunque*, pro, Qualiſcunque. T: 108. *quicunque*, pro Quantuſcunque. ibid:

quid Contendendi vox, in graviore interrogatione: Quid? tu nec hoc tibi, &c. A: 256 G: 45. *quid enim*, eodem modo in contentionibus *quid* enim iſtuc, ſi Conſul eſſes, &c. *quid ergo*? Quid mihi cum, &c. A: 256. G. 45. O: 139 *quid quod*? A: 256 O. 139. H: 128 *quid* fiet illi? aut *quid* faciam illi? A: 257 H 125. *quid* multa? *quid* commemorem? *quid* dicam? &c. A: 257. G. 45. O: 139. *quid* faceret aliud? H: 125. *quid* ætatis ſis ſcio. H: 76. G: 45. *quid* rerum? H: 152 *quid* cenſes, & Quem cenſes? O: 81 *quid* enim? ſæpe apud Ciceroibid: *quid enim*? elegans particula indignans. ibid: *quid quæris*? pro quid multa? ut verbo dicam. ibid: *quid? quid* enim? *quid* ergo? Voces contendendi. O: 139. *quid* quod? ibid: *quid multa*? ibid: *quid* eſt cur? *quid* eſt quod, quamobrem, &c. ibid: *quid hoc*, quod. S: 34. *quid illuc*. quod. ib: *quid illud eſt*, quod. ibid: *quid iſtuc eſt*, quod. ibid: *quid* hoc negotii eſt, quod. ibid: *quid* hominis. *quid*, mulieris? T: 104. *quid* animi? *quid* rei? ibid: *quid*, pro Cur? *quid* ita? pro Cur ita? ibid: *quid eſt*, quod? vel cur? vel quamobrem? ib. *quid*? Quid ſi? Interrogantis, aut inteſtantis. T: 105. *quid* quod? ibid *quid quod*, ſæpius iteratum. ib: *quid* enim. ib: *quid* loquar? *quid* dicam? in reticentia, pro ſileo taceo. ibid: *quid* quæris? *quid* multa? ibid *quid* παρέλκει interdum poſt *ne, num, ſi* & *niſi*: *Nequid* exſpectes amicos. ibid:

quidem. Ille quidem. Is quidem. A: 158. G: 45. *quidem* fere in fine poſitum. O: 139. *quidem*, ſed. S: 110. *quidem*, ſed non. ibid: *quidem*, tamen ib: *quidem*, ceterum ibid. *quidem*, ſed tamen. ibid: *quidem*, at: ibid. *quidem*, veruntamen. ibid: *quidem* certè. ib: *quidem*, vero. ib: *quidem* cum Nominibus propriis abſolute. T: 109. *quidem* cum Pronominibus abſolute. ibid. *quidem*, cum *At*, *Sed*, *Sed tamen*, *veruntamen*. ibid. *quidem*, Ceterum. ibid *quidem* certe, pro Saltem. ib. *quidem* profectò. ibid:

quieſce. O. 81.

quieſcere, h: e: non perturbari. O: 81.

quin, pro ut non, poſt voces Negandi, aut Dubitandi: Nihil abeſt, *quin*. Non dubitabat, *quin*. Nō poſſum, *quin*, *pro*, Qui, aut Quæ non. Nemo eſt, *quin* exiſtimet. *pro* Cur non, poſt negandi vocem: Cauſæ nihil *quin*. Initio ſine negatione antecedente: *quin* prodis *pro* Imo, aut *quin* potius. *quin etiam* exaggerat multo vehementius. A. 258, 159 260. G: 45. *quin* cum interrogatione, pro *Cur* non? T: 112. *quin*, pro Quod non, vel Quo minus. ibid. *quin*, cum Dubito, Prætermitto, Poſſum. ibid: *Cum Dubito* ſign. Audere, jungi ſolet cum infinitivo potius, quam cum Quin. T. 113. *At* cum (idem verbum) dubitationem ſign: infinitum reſpuit apud Oratores. ibid: Corn: Nepos *Non dubito* ſemper infinitivo junxit. ibid: *quin*, pro Qui non, Quæ non, Quod non. ibid: *quin* ſine interrogatione, pro Immo. *quin* etiā, pro Immo etiam. ib

quincuncem. In Quincuncem diſponere. O 81.

quintæ claſſis, i: e: nullius pretii. *proverb*: O: 105.

quippe, pro certe, aut videlicet. T: 113. per *Ironiā*. ib: *quippe*, pro Utpote ibid: *pro* Quia, vel Nam. ibid: *quippe qui*, quæ, quod, pro, Utpote qui, quæ, quod. T: 114. *quippe cum*, pro, Utpote cum. ibid: *quippe* quod, Quippe *quia* ibid.

quis, niſi S: 108. *quis*, quin, & *qui non*. ib: *quis eſt omnium*, quin. ib: *quis* vel *qui* ſerviens interrogationi vel dubitationi. T: 103. *qui*, pro Quis. ib: *qui* pro Ut, ibid *qui*, pro Eo quod. ibid: *quis* pro aliquis. T: 104.

quiſpiam, pro Aliquo. T: 109.

quiſquam. *Nemo* quiſquam. *Nec homo* quiſquam. H: 102 *quiſquam*

quiſquam unus. *quiſquam* omnium. A: 103. O: 81. *Alter* quiſquam. H: 103. *quiſquam* quantum diſtet ab Aliquo, a Quoquam, Quocunque, Quolibet, Quopiam. H: 132. *quiſquam* gentium. H: 152. *Si quiſquã is, Si quiſquam eſt*, ego profecto is ſum. S. 108. *quiſquam*, niſi. ibid; *quiſquam*, præter. ibid: *quiſquam* in Comparatione. T: 110. *quiſquam* cum interrogatione: ibid. *quiſquam* cum Si. ibid.

quiſque. pro Quiſquam, Ullus. O. 81. *quiſq*, idem quod Unuſquiſque. T. 114. *postponi* ſolet Pronomini, aut Nomini, &c. ibid. *Ut quiſque*, cum duobus Superlat. ibid. Antecedente *quo quiſque*, Comparativus geminatur. ibid. *quiſque*, pro Quicunque. ibid. *Decimus* quiſque, &c. T. 115.

quiſquis, extra. S. 108. *quiſquis*, idem quod Quicunque. T. 114.

quivis unus. O: 81.

quo loci. H: 76. *quo*, pro ad quid? O. 81. *quo* fortunam, Quo victoriam? &c. per *Ellipſin*. O. 108 *quò*, poſt Nomina. S. 31. *quo*, hoc. S. 111. *quo*, tanto ibid. *quo*, idcirco. S. 112. *Non* quo. *Non quo non*, ſed. ibid. *Non quo*, ſed quia. ibid. *Non quo non*, ſed quia. ibid. *Non quo*, ſed quod. ibid. *Non quo*, ſed tamen ibid. *Non quo*, ſed ut. ibid. *Non quo*, ſed uti. ibid. *Non quo*, verum quia. ibid. *Non* quo. *Non*, quo non Abſolute poſita. S. 113. *quo*, eo. ſignificatione loci. ibid. *quo*, eodem. ibid. *quo*, ibi. Ibid. *quo*, abſolute poſitum. ibid. *quo modo*, non quo modo. Ibid. *quo modo*, abſolute. ibid. *quo modo*, abſolute poſitum admirandi ſignificatione. ibid. *quo*, *hoc quo*, *eo*: pro Tanto, quanto. T. 110. *quo*, Tanto. ibid. *quo*, abſolutè cum comparativis. ibid. *quo*, pro *Ut*, cum Idcirco Ibid. *quo* pro *in quem finem*? ibid. Pro *In quem locum*, vel, *ut eò*. ibid. *quo minus*, pro *Ne* ibid. *quo minus*, dicitur pro *Ut minus*, i. e. *Ne*. ibid. *quo minus*, pro quanto minus. ibid. *Non quò*, pro *Non quod*, cum *Sed*: T. 111 *Non quo*, ſed tamen. *Non quo*, ſed ut. ib

quoad abſolute. S. 27. 34. 137. *quoad* refertur ad Quouſque, & terminum plerunque temporis, loci, alteriuſve rei declarat. T. 111. *quoad hoc*, *quoad illud*, Latine dici non videtur. Sed quod ad hoc ſpectat Quod ad illud pertinet. ibid. *quoad* ejus. ibid.

quocirca, pro Quamobrem. T: 112.

quod ſine moleſtia tua fiat. *quod* ſine incommodo tuo fiat. *quod* ſciam. *quod* pace tua fiat. *quod* inter nos liceat dicere. H. 127. *quod* te oro. H. 132. *quod* in me eſt O. 81. *quod*, pro Ut ibid. Quod utinam, pro Utinam. ibid. *Scio quod ames* pro te amare. ibid. *quod* particula mire uſurpata. ibid. *quod* pro Quoad. O 82 113 *quod*, niſi, *pro* Niſi. O. 82. *quod* de tempore, O. 109. *quod*, aut ſuper eſt, aut *pro* Autem ponitur. O. 113. *quod*, id. S. 110. *quod*, idem. ibid. *quod* abſolute poſitũ. S. 111. *quod ſi*, certe ibid *quod ſi*, profecto ibid. *quod ſi*, at certe. ibid. *quod ſi*, tamen. ibid. *quod ſi*, tamen certe. ibid *quod ſi*, nihilo minus. ibid. *quod ſi*, ſin. ibid. *quod ſi*, nequidem. ibid. *quod ſi*, tunc. ibid. *quod ſi*, jam quidem. ibid *Non quod*, ſed quod. S: 112. *Non quod non* ſed quod. ibid. *Non quod non*, ſed S. 113. *Non quod*, ſed quia. ibid. *quod*, eò. ibid. *quod*, itaque ibid. *quod*, quodque, ob eas res. ibid. *quod* pro quantum. T. 105. *quod* pro quantum ad id quod. T. 106. *quod*, pro Quamobrem. ibid. *quod* Conjunctio, cum antecedit, Hoc, Illud, Id, aut aliquid ejuſmodi, eleganter ſubjicitur. ib. *Verba multa* Conjunctionem *quod* libenter adſciſcunt. ib. *Nihil eſt*, quod. ib. *quod* pro Quia. ib *quod*, eò. ib. *quod ſi* certe, vel profecto T. 107. *quod ſi*, tamen: tamen certe. ib. *quod niſi*. *quod* utinam. *quod* pro Sed, *pro* Quamvis. ib.

quodammodo, nova notione. i. e. certa quadam & artificioſa ratione. O. 110.

quomodo, pro ſicut, ut, quemadmodum. A. 260. *G*. 45. O. 110. *quomodo* nunc eſt. O. 82. *quomodo*, pro quoquo modo. ib. *quomodo*, pro Quomodocunque. O. 110. *quomodo*, pro velut, ſicut. O. 139 *quomodo*, ita. S. 113. *quomodo*, ſic. ib. *quomodo*, non quomodo, vide *quo*, ib *quomodo*. T. 111. *quomodo* admirantis. ib. *quomodo*, pro Ut, vel ſicut. ib. *quomodo*, ita, vel ſic. ib. *quomodo* nunc, *pro* Prout nunc. ib.

quomodocunque, tamen. S. 114.

quondam, cum ad tempus præteritum refertur, ſignificat, Olim. T. 115. *Alias* deſignat Aliquando. ib. *Præſenti* junctum denotat, *Interdum*, aut incertum quodcunque tempus. ib.

quoniam, utique. S. 114. *quoniam* idcirco. ib. *ſive quoniam*, ſive quoniam. ib. *quoniam*, idem quod ſiquidem, vel Quando, ſeu Quandoquidem. T. 108. *quoniam*, pro Quia, nimirum cum cauſa redditur, rarum eſt. ib.

quoquomodo, tamen. S. 114. *quoquo*, certè. S. 154. *quoquo*, tamen. ib.

quoquoverſus, & *quoquoverſum*. T. 112.

quorſus, pro Quorſum. O. 82. *quorſum* & *quorſus*, pro Quoverſus. T. 112. *quorſum* & *quorſus*, pro Ad quem finem. ib. *quorſus* & rarum eſt, & redolet Antiquitatem: Quorſum longe uſitatius. ib.

quot, tot. S. 114. *quot*, totidem. ib. *quot* refertur ad numerum, cui reſpondet Tot, vel Totidem. T. 115. *quotquot*, idem quod Quotcunque. ib.

quotannis, & *in ſingulos annos*, *quotidie*, & *in ſingulos*

 dies,

dies,quid differant. H: 88. *Quotannis,quot* menſib: *quot* diebus, h: e: ſingulis annis. &c. O 82. T: 115.
Quotidiano. Ita Antiqui, pro cottidie, ut Arcano, Sempiterno. Adverbialiter. O: 82.
Quotidie, eſt Singulis dieb. T: 116 *Quotidie* magis. *Quotidie* plus ib: *Quotidie* cum aliis Comparativis. ibid:
Quoties, toties. S: 114 *Quoties eſt*, quod barbari dicunt, Quot vicibus, & refertur ad Toties. T: 115. *Quoties* & *Quotieſcunque* abſolutè. ibid:
Quotieſcunque, toties. S: 114. T: 115.
Quotquot, eſt Quotcunque. T: 115.
Quotus. Quota pars? &c H: 126. *Quotus*, pro Quot. T. 115
Quotuſquiſque. H. 126. *Quotuſquiſque eſt*, qui. S: 107. *quotuſquiſque eſt*, qui, &c. qui non. ib. *quotuſquiſque* reſpicit illum numerum, *Decimus quiſque*, *Centeſimus* quiſque, &c T: 114.
Quouſque tandem. H: 145. *Eouſque*, *Quouſque*. i. e. Eatenus, Quatenus. S: 33. *Quouſque*, abſolute. ibid. *Quouſque* non ſolum ad locum, ſed ſæpius ad tempus refertur. T. 116.

R.

R*Adices* agere. *Proverbium*. O. 105.
Raptus, pro Mortuo. O: 82.
Ratio. *Rationem* inire. H. 78. *Rationem* habeo. H: 73. *Rationem ſuam* ducere, pro ſui. O. 82. Ratio, Rectio. Paronomaſia. O: 101.
Ratum ducere, *pro* Probare, rectum judicare. O: 82.
Re, contrar. *verbis*: Verbis ſolvere, re maledicere. O: 82.
Re præſenti, in re præſenti, *pro* Coram. O: 82.
Reapſe, idem quod *Re ipſâ*. O: 112.
Rebus optimis, i. e. in optimo ſtatu Reip. O: 82. *De rebus* abire, i. e. Mori. O. 82.
Recens. Recentes litteræ. Recentior, recentiſſima epiſtola. Recens hominum ſermo, tempus, aliquid, negotium, Recens ab illorum ætate. Recens è provincia. *Recentes* quoque vocant Latini, qui vulgo *Neoterici*. A: 260. G: 45. *Recens*, i. e. Novus. O: 140. *Recens* & *novum*, quid differant. V: 39. *Recenti re*, i. e. non diu poſt factum. O: 83.
Recipere, *Suſcipere*. O: 103.
Recondita & *Abſtruſa*. V: 39.
Recte atque ordine facere. O. 83.
Rectio, i. e. Regimen. rarius verbum. O: 83.
Rectus, pro ſimplici, candido, non fucato. *O*. 83. *Rectus* vir, homo, h. e. forti animo, conſtans, erectus, gravis, &c. O: 82. *Rectis* ſtudiis. O: 83.
Recuperare ſeu reciperare ſe, pro Recreare. O: 83.
Recuſo. *Non recuſo*, quin. *Non recuſo*, quo minus. *Recuſo*, ne. S: 167.
Redamo. Vide *Æther*. V: 3.
Reddere, pro ſolvere, dare. O: 83.
Redemptio. A: 261.
Redemptor. A: 262. G: 45 Qui aliquid conducit. O. 140
Redemptura, pro Redemptione. O: 83.
Redeo. Vide *Redire*.
Redigere in memoriã. A: 26 . O: 40. *Redigere* pecuniã ex aliqua re, ſere id: quod cõficere A 261 G: 45, O. 83. 140
Redimo, pro Conduco aliquid faciendum aut curandum: Redimere pecuaria de Cenſoribus, fundum, publica, &c. A: 261.
Redire in gratiam. H: 133. *Redire* ad ſe, h. e: ingenium & mores. O 83.
Redundo, idem quod Recentiorum ſuperfluum eſſe. Verba redundantia, &c. A: 262. G: 45. *O*: 140.
Refellere abſolutè, pro Reſpondere, Referre. O: 83.
Refercire, pro Rurſus complere. *O*: 83.
Refero notat varia: *Referre* animum, oculos ad aliquid. *Referre* ſe ad ſtudia. *Referre* aliquid in commentarium, volumen, tabulas, codicem. *Referre* acceptum, vel in acceptum. *Referre* datum. *Referre* rationem. *Referre* aliquid ad Senatum, aut de re aliqua. *Referre* ad Sapientes, Apollinem, interpretem. A: 262, G: 45. O: 140 *Referre* pedem. H: 68.
Refertus, a, um. H: 46. *Refertus* cum Genitivo. O: 83.
Reficio, idem quod recreo: *Refici* non opprimi cibo. *Reficere* ſe, mentem ſuam. A: 263. G: 46. O: 140.
Refugium, Locus in domo abſtruſior. O: 83.
Refuto, Non ſolum pro Diluo & Infirmo adducta argumenta, ſed etiam de gravioribus contentionibus: *Refutare* conatum, clamorem, &c. A: 263. G. 46. O: 140.
Reges, pro Rege & Regina, conjunctim. O: 83.
Regifice. A: 264.
Regimen, pro Adminiſtratione. O: 84.
Regio, pro loco, aut finibus in artibus & ſcientiis: Sedes materiarum vulgo vocant. O: 84.
Regnum deferre alicui. *Regnum* occupare, appetere. *Regno* liberari. *Sub regno* eſſe. A: 264. *Regnum* ne Perſis quidem tolerabile. *Proverbium*. O: 106.
Rego, pro Coerceo, moderor, contineo. O: 83.
Relationem, *Relativa* vocant Barbarè, quam Cic: comparat: collocationem, Quæ cum aliquo conferuntur, quæ ſub eandem rationem cadunt. A: 264.
Relaxo, cui Contrar: Aſtringo: *Relaxare* aliquid a contentionibus. *Relaxare* animum ſomno, &c. A: 264. G: 46. O: 140.

Relegere, uſurpatum in reditibus & uſuris colligendis. O: 84.
Relevo, idem quod Levo: Relevari moleſtiis, cura, metu. A: 264 G: 46. O: 140.
Relictus ab omni honeſtate. O 84.
Relinquitur, ut. S: 115. *Relinquitur* abſolute. ibid:
Relinquo, or. Relinqui, *pro* Anteverti: Mihi turpe relinqui. O: 84. (rere. O: 84.
Reliqui nihil facere, pro omnia adhibere, curare, quæ-
Reliquum eſt, ut. S: 114. *Reliquum eſt*, ne. ibid: *Reliquum eſt*, abſolute. S. 115. *Quod reliquum eſt*, ibid: *De reliquo*. ibid: *Reliquum eſt*, ut. *Reliquum eſt*, ne. T: 116. *Reliquum eſt*, abſolute. ibid: *Quod* reliquum eſt, *De* reliquo ibid:
Reliquus. Ciceroni quaſi verbum lugubre. O: 84.
Rem gerere apud Veteres de re militari. O: 84.
Rem aliquam non habere pretium, eſt, Eſſe vilem, nullius aut parvi pretii, ejus jacere pretium: non autem eſſe pretioſiſſimam & inæſtimabilem, quo ſenſu utuntur plerique. V: 39.
Remitto, cui Contrar: Intendo, Ingraveſco: Corpora contenta, remiſſa. Oculorum intentio, remiſſio. Superciliorum remiſſio aut contractio. Vocis remiſſiones & contentiones. Adducere habenas, remittere habenas. *Remittere*, contrahere animos. Ramus adductus, remiſſus. A: 264. O: 140: *Remittere*, pro Permittere, O: 84. *Remittere*. quod vulgo Condonare: Remittere de ſumma, de ſuo, quod non oportebat, animadv: & ſupplicium, &c. A: 265. G: 46. O: 140.
Remunero & *Remuneror*, Latinè cum Accuſativo; imperitè cum Dativo: Remunerare beneficia alicujus, Aliquem, Aliquem aliquo offic. A: 265 G: 46. O: 140
Renuncio, Renunciare hoſpitium alicui, &c. A: 265, G: 46. O: 140 *Renunciare* legationem. H: 133. *Renunciatur* Conſul, Tribunus, aliuſve Magiſtratus, i: e. declaratur factus Conſul, &c. H: 133.
Reparare, pro denuo parare, aut emere. O: 84.
Repentinus homo, i: e: Novus. O. 84.
Reperire, pro Parare comparare, acquirere. O: 84.
Repetundarum, ſc: pecuniarum, per *Ellipſ*: O: 107.
Repono aliquem in numero, aut numerum, in locum, &c: A: 266. O: 46. O: 140.
Repræſentatio, Repræſentatione explicare. A: 266.
Repræſento, Repreſentare, aut repræſentatione emere, explicare. A: 266.
Reprime, Comprime *Paronomaſia* O: 101.
Requirere, id quod abeſt, vel amiſſum ſentire. O: 84.
Requirere pro Recuperare. O: 84.
Res. *In rem* eſſe, *Ex* re tua, E dignitate, E republ: H: 81. *Quid* rerum? H: 152. *Ad rem* pertinet. Ad rem facit. H. 159. *Res gerere*, pro Actioni ſtudere, non contemplat; O: 85. vide etiam, Gerere, & Rem gerere. *Res* redeunt, *Rebus* prolatis. O: 84. *Res* uxoria. i: e: matrimonium. O: 85. *Res*, omiſſum per Ellipſ: O: 108
Reſcindo, pro irritum aliquid facere. Reſcindere conſtituta ab alio, injurias alterius, judicium. A: 266.
Reſecare ad vivum. H: 134.
Reſidere Reſidere in oppido, in villa, in venis & viſceribus, &c A: 266. *Reſidere* de montibus. O: 84. *Reſidère*, ſive *Reſidere*. quid notet. H: 131.
Reſido. vide *Sidere*, *Reſidere*, *Subſidere*. H: 131.
Reſipere, interdum, pro Ad ſe redire. O: 85.
Reſpectus, Uſurpatum aliter a Cicerone, atque a Recentioribus. A: 267. H: 133. O. 85.
Reſpondere ad rogatum. H. 133. Reſpondere dicuntur Debitores, qui ſolvunt. O: 85.
Reſtat, ut. S: 115.
Reſtauro, Vocabulum Recentiorum, pro Veterum, Inſtauro. Reficio, reſarcio, reſtituo A: 267.
Reſto, pro Maneo, & conſiſto. A: 267.
Retexere ſe ipſum. O. 85. (O: 85.
Retrectatio, Sine retrectatione, h: e. ſine recuſatione.
Retrecto. Retrectare, pro Tergiverſari, dubitare. O: 85.
Retruſa atque abdita, Sæpe juncta a Cicer: V: 39.
Revello, ſignificat, id quod fixum eſt, tollo: Revellere crucem, clauſtra, gradus, tela de corpore, vincula, &c. A: 267. G: 46. O. 140.
Revenire verbum rarius; tamen uſus Cicero. O. 85.
Reviviſco. Revixiſſe avū ſuum putat. Reviviſcit cauſa Pompejanorū. Reviviſcens Reſpublica. Reviviſcunt Inſtitia, abſtinentia, civitates. Senatus. Reviviſcere & reſpirare à metu cædis. Reviviſcens libertas. A. 268.
Reum facio. Vide *Facio*.
Revocari dicitur vel Præco, vel Lector, aut Orator, qui iterare jubetur ea, quæ protulit. O: 85.
Rex. vide Reges.
Rhetoricè aliquid dicere. pro graviter, &c. O: 85.
Ridiculus, non tantum, qui ipſe facile ridetur, ſed etiam, qui riſum movet. V: 39.
Rigor, *Rigidus*. *Rigor*, frigus: *Item* Rectitudo. *Rigidus*. frigidus, durus ac firmus & ductus. O: 85.
Riſum edere. Vid. Edo.
Ritu, pro More, τρόπῳ. O: 86.
Rivus, pro canali, aut fiſtula. O: 86.
Robuſtus, pro Corroboratus, confirmatus. O: 86. *Robuſtus* & *Robuſteus*, quod ex robore arbore eſt. ibid.
Rogare legem, provinciam. A: 268. G. 46. *Rogare Magiſtratus, legem, Conſules*, procreare, O: 86. 140.

Rogare, minus: *Orare*, plus. O. 102.
Rogatio. vide *Rogare legem* &c. A. 268. G. 46 O. 140.
Rogator. vide ibidem, A. 268. *Rogator* quis olim dicebatur. O. 86.
Roget quis. Dicat quis. Petat quis. H. 133.
Rogo, Obſecro. V. 39. *Rogo, oro*: Plus hoc habet virium, quam illud. V. 39.
Roma ſepticollis: Compoſitam hanc vocem nemo veterum Rom. uſurpavit, &c. V. 39.
Roſcius, pro perfecto in qualibet arte. Proverb. O. 107
Ruderatione ædificare. Vid. *Lapide*. H. 88.
Rudis villa, terra. H. 152. O. 86.
Ruere, pro Confuſe aliquid explicare, aut dicere. O. 86
Rumore ſecundo, i. e. flumine, O. 86.
Rupices, homines ruſtici, a rupibus. O. 86.
Rurſus repetere; & ſimilia. O. 112.

S.

Sacra, ſacrificium facere. Vid. *Facio*.
Sacramento dicere, rogare, contendere, i. e. ſacramento exacto aut præſtito. O. 86.
Sæpe, interdum. S. 53. Nonnunquam, *ſæpiſſime*. ib. Modo, *ſæpius* ib: *Sæpe*, nonnunquam, interdum. ib: *Sæpe*, plerumque, fere. ib:d: (86.
Sagmarii a poſterioribus Rom: dicti equi, muli, &c. O:
Salis ſatis. *Proverbium*. O: 106.
Saltatio, quam choream vocant. A: 269.
Saltator, Saltatrix, Barbari Chorizatorem, Chorizatricem. A. 296.
Salto, Latine id, quod alii ducere choreas, Cicero etiam verſare orbem ſaltatorium, A. 269.
Salubris. Vid: Salutaris.
Salveo, voce Salveo etiam ſalutabant abſentes. *Salvere* jubere aliquem. Vale, Salve. A: 296. H. 140.
Salutaris, Salubris, quod Poëtæ ſalutiferus *Salutare* remedium, Salutaris acceſſus, &c. *Salubris* locus, annus, cultus atque victus. A: 269. G: 46. O: 140.
Sanctum, pro ſecreto & interiore O: 86.
Sane ut, pro ut tamen. O: 109
Sanguis. Mittere ſanguinem. H: 99 *Sanguinem* mittere Cic: Tralate, pro aliquid ſibi vel alii detrahere O: 86
Sanus, Sanitas de animo dicitur, & rarius de corpore. O: 86. Sanus & recte valens V: 40.
Sartum tectum, aut *Sarta tecta*: Sartam tectam tradere ædem Caſtoris, &c *Tranſlate* Cicero. Sartum tectum ab omni periculo, omni detrimento conſervare aliquid, vel aliquem, A: 270 G. 46. O 140. *Sarta tecta*, quid ſint. H: 142. *Sarta tecta* ſimpliciter, H: 142. *Sartus* & *tectus* de ædibus plerumque, interdum de homine. O: 86.
Satin ſalvæ? H. 142.
Satis, cur. S: 117. *Satis* abſolute. T: 116. *Satis* cum Nominibus T: 117. Interdum tanquam Nomen neutrius generis Genitivum aſſumit: *Satis* ſigni, temporis, &c ibid: *Satis* cum verbis & Adverbiis. ibid. *Satis*, cur. ibid: *ſatis* ſuperque. ibid:
Satis pro idoneo, ſatis multo. O. 87,
Satiſfacere. O: 87.
Satura. Per Saturam, Recentiores fere ſcribunt, Per ſatyram. Videtur ſignificare, Confuſe, perturbate, nullo ordine & diſtinctione. O: 87.
Saucius, *vulneratus*, Non idem. V: 40.
Scabies, pro Cupiditate, irritatione, dulcedine. O. 87.
Scæva, æ, Maſculinum, pro homine ſcævo, qui ſiniſtra utitur. Hinc Diminut. Scævola. O: 87.
Scamma, Græcum, pro Latino uſurpatum a Recent. & Eccleſiaſt: pro ipſa cavea & loco, in quo Athletæ luctabantur. O: 87.
Scelus. vide *Flagitium*. V. 21.
Schola, pro diſputationibus, ſeu tractationibus. i: e: locis communibus, &c. O: 87.
Scholaſticus, i: e: declamator. O: 87.
Scholicon, breve & leve quiddam collectum. O. 87.
Scibilis, Barbarum: Cicero, quod ſcientia comprehenditur, quod ſciri aut intelligi poteſt. A: 270.
Scienter, idem quod Intelligenter: Scienter uti aliqua re, dicere aliquid, verſari in re aliqua, &c. vide *Scite*. G: 270. H: 140.
Scilicet, ut. S: 117. *Scilicet*, ne. ib. *Scilicet*, pro certe, aut videlicet. T: 117. *Scilicet* per Ironiam. ib.
Scio. Scire Latine, Græce. A. 270.
Scite, non ſign. pulcre, venuſte, ſed idem fere, quod ſcienter: Scite & venuſte facta ſtatua. Scite & commode capere tempus adeundi. Scite & litterate perſcriptæ rationes, &c. A. 271.
Scitus, a, um, idem quod ingenioſus, doctus, acutus: Scitus ſermo. Scitum eſt, quod dicere ſolebat, &c. Vide *Scite*. A: 270.
Scopus, Græcum: Latine uno verbo, *Finis, propoſitum, ultimum*. verbis pluribus, *Quo omnia referenda ſunt* ſpectant, tendunt, Quo intendimus, &c. A: 271.
Scribere mea aut alterius manu, dixerunt Latini, non *propria*. A: 271. H: 134. G: 46. O: 140 *Scribere* mea manu, ſua manu: non propria manu, quod nuſquā apud bonos Auctores. V 40. Hoc latius patet, & ad plura pertinet: Cauſa ſua, res ſua, lis ſua, &c. V. ib.
Scripſerunt, ſcripſere: Prius eſſe verius Cic: cenſet, h. e. magis

magis ex communi præſcripto regularum: poſterius uſit. aliquando. non tamen uſitat: lege cætera. V.40

Scriptitare, multum ſcribere. O: 87.

Scriptura. Magiſter ſcripturæ & portus. Scripturæ, decumæ, portorium. A:271. H:140. *Scriptura*, pro vectigali, quod è pecore datur. O: 87. *Scriptura*, pro ſcriptione, & libro. O: 87.

Scrupuloſus aut *Conſcientioſus*, Barbarum: Latini Juſtus, ſanctus, rectus. A:271.

Secordia Vett. pro Socordia. O: 87.

Sectam ſequi, pro partes ſequi. O: 88.

Sectari apros, ſimiam, *pro* inveſtigare, &c. H: 141.

Secundarum, Græce δευτεραγωνιστής. A: 88. *Secundarum* ſc. partium. *Ellipſis*. O: 105.

Secundum Præpoſ: Aliquando idem quod *Poſt*: *Secundum* Cal: Januarias, ſecundum hunc diem, ſecundū aurem, ſecundum fratrem, te, liberos noſtros, &c. Aliquando *Pro*: Secundum cauſam noſtram judicavit. ſecundum me decrevit. Secundum Plotium dicturus. Secundum arbitrium tuum, &c. A:271. H: 138. *G*:46. O:140. *Secundum*, pro *Propter*. T.118. Pro *Poſt*. ib. Pro *Secundo loco*. ib. Pro vulg. *Pro*. Pro *In*, ibid.

Secus, Adverb: cum *Ac*, *Atque*, *Quam*. H.6. *Secus* Adv: i.e. aliter, contra, minus, rectè, male. V:41. De hac voce duplex Quæſtio ſoluta. ib: *Secus*, Ac. S. 118. *Non ſecus*, ac ſi. ib. *Secus*, atque. ib. *Non ſecus*, atque. *Non ſecus*, atque ſi. ib. *Non longe ſecus*, atque ſi. ib *Secus*, quam. ib: *Nihilo ſecius*, quam. ib. *Secus*, quam ſi. ib. *ſecus* abſolute. ib. *ſecus*, idem quod aliter. T.117. *Pro*, male. ib. Interdum negandi vim habet ib. *ſecus* ac, ac ſi, atque, quam. ib: *Non ſecus ac*, uſurpatur inſequente Conſonante, *Non ſecus atque* Inſeq. vocali, *Non ſecus quam*, utrâque. ibid.

Secus Præpoſ: ſignificat juxta, ſecundum, &c. V. 41. Refutantur Grammatici, qui negant eſſe Præpoſitionem. ib.

Sed, interdum Inceptivum, non Diſceptivum: Sed Pamphilum video. O: 122. (68.

Sedente illo: Cum Quis in Senatu, aut judicio ſedet. O:

Sedere, *Obſidere*, *Conſidere*, militaria vocabula. O: 88.

Sedere, pro negligenter ſe gerere in aliqua re. ibid.

Sedes, pro Domicilio. O. 88. *Sedes*, militare: idem fere quod Hyberna. O: 88.

Sedet animo. Quid propriè ſign: V. 42.

Sedulus, pro nimis officioſo, nimis diligente. O: 88.

Segetes, pro ipſis agris. O: 88.

Semel, iterum. S. 60. *Semel* atque iterum. ibid. *ſemel* aut iterum. ibid.

Sementem facere. Vide *Facio*.

Senatum habere. Vid. *Habeo*.

Senecta ætas. Vide *Ætas*.

Seneſcere, pro langueſcere, minui. O: 88.

Senſibilis, pro eo, qui ſentit, non qui ſentitur. O:88.

Senſim, idem quod Clam, latenter, ſubmiſſim. O. 88.

Senſus, pro voluptate. O: 88.

Sententia. *Ex ſententia* rem gerere, Iter conficere, ſuccedere, procedere, conficere negotium, navigare, &c. *De ſententia* alicujus aliquid facere, ſcribere, rē gerere, conſilium capere. *Sine ſententia* alicujus agere. A.272. *Sententiam dicere*. H:40 *Ex* ſententia. H. 49. *De* ſententia. H. ib. *Præter* ſententiam. H. ibid: *Mea* ſententia, *Manere* in ſententia, *De ſententia* deducere, *ſententia* deſiſtere, *in ſententia* eſſe. H. ib. *Sententia*. O: 88.

Sententiæ quædam, quæ poſſint videri expreſſæ nimis ſimpliciter, potiuſque Gallice, quam Latine; quas tamen uſus rectè loquentium Ciceroniſque commendat. Has invenies, V. 42.

Sententias loqui. *Proverbium*. O: 106.

Sentio. Vide *Idem*, *Idem ſentio*. V: 25.

Seorſus, *a*, *um*. ſeparatus, diſtinctus. O: 88.

Sequitur, ut. S 115.

Serius, *a*, *um*. Seria res, Sermo ſerius, paſſim: *Ore ſerio*, apud Gell: *Homo ſerius*, nuſquam, niſi &c. V. 42.

Sermo Latine, quod Græce *Dialogus*: Cic: in noſtris ſermonibus collocutionibuſque, &c. Incidere in ſermonem, Conferre ſermonem, Dare, excitare ſermonem, in ſermonem venire. A:273 *G*:46. O. 140 *ſermo* in malā partem. O: 88. *Sermonem* quærere. ib.

Serram ducere, reciprocare. O: 88.

Servio, de fundis, & prædiis, quæ vectigalia ſunt: Ædes Sergio ſerviunt. A:273. *Servire* auribus, *Dare auribus*, pro Aſſentiri, abblandiri. H: 142.

Servitus, *Servus*, *a*, *um*, Servitus impoſita fundo. Vide *Servio*. A: 273.

Servare, pro Obſervare *O*: 89. *Servare domum*, pro manere domi. O: ibid.

Seſſio, de loco. Idem fere quod ſedes, exedra. O: 89.

Seſſores, pro Incolis. O: 89.

Seu, aut. S:119. *Seu*, ſive. ib *Seu quia*, ſeu quia. ib. *Seu quod* ſive eo, quod. ib. *Sive*, ſeu. ib. *Seu* iteratum. T. 121. *Seu*, cum ſive. ib. *Seu* ſemel poſitum. ibid.

Sexcenti, *a*, *a*, pro Numero infinito. A. 273. H:136.

Sextarius, veteres eo utebantur in liquoribus, ut Seſtertio in nummis. O: 89.

Si Diis placet. H:142. *Si eu* videatur O: 89. *Si* quæris. *O*: ib. *Si qua*, vulgo, *ſi qua*. ib. *ſi* quærimus, ib. *ſi quid* opus

